Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

TERTIVS TOMVS

OPERVM D. AVRELII AVGVSTINI

EPISCOPI HIPPONENSIS, COMPLECTENS
τὰ διδακτικὰ, hoc est, quæ proprie ad docendum pertinent.



BASILEÆ EX OFFICINA FROB.
ANNO M. D. XLI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DES. ERASMVS ROTERODAMVS AD LECTOREM.

IN HVNC Tertium, & Quartum sequentem tomos digessimus τὰ ἀδιάλυκα, hoc est, quæ nec sunt epistolæ, nec ad populum dicta, nec aduersus hæreticos pugnantia, sed lectori erudiendo scripta. Notha censuris additis indicauimus, ne quis erret insciens.

CATALOGVS.

De doctrina Christiana lib. IIII	columna 5
Locutionum lib. VII	col. 93
De fide & Symbolo lib. I	col. 139
Enchiridion ad Laurentium lib. I	col. 151
De ecclesiasticis dogmatibus lib. I	col. 195
De fide ad Petrum diaconum lib. I	col. 209
De trinitate lib. XV	col. 237
De Genesi ad literam imperfectus lib. I	col. 477
De Genesi ad literam lib. XII	col. 499
De mirabilibus sacræ scripturæ lib. III	col. 705
De agone Christiano lib. I	col. 761
De opere monachorum lib. I	col. 777
De spiritu & litera ad Marcellinum lib. I	col. 805
De diuinatione dæmonum lib. I	col. 841
De spiritu & anima lib. I	col. 849
Speculum lib. I	col. 905
Quæstiunculæ de Trinitate	col. 1037
De benedictionibus Iacob patriarchæ	col. 1041
Sententiæ	col. 1047

D. AVRELII AVGVSTINI
DE DOCTRINA CHRISTIANA LIBER I

5 6

Prologus

VNT præcepta quædam tractandarũ scripturarũ, quæ studiosis earum uideo non incommode posse tradi, ut non solum legendo alios qui diuinarũ literarum operta aperuerũt, sed & alijs ipsi aperiendo proficiant. Hæc tradere institui uolentibus & ualentibus discere, si deus ac dominus noster ea quæ de hac re cogitãti solet suggerere, etiam scribenti mihi non deneget. Quod antecẽ exordiar, uidetur mihi respondendũ esse his qui hæc reprehẽsuri sunt, aut reprehensuri essent, si eos non ante placaremus. Quod si nonnulli etiã pòst ita reprehenderint, saltem alios non mouebũt, nec ab utili studio ad imperitiæ pigritiã reuocabũt, quos mouere possent, nisi præmunitos præparatosq; inuenirent. Quidã enim reprehẽsuri sunt hoc opus nostrum, cum ea quæ præcepturi sumus nõ intellexerint. Quidam uero cũ intellectis uti uoluerint, conatiq; fuerint scripturas diuinas secũdũ hæc præcepta tractare, neq; ualuerint aperire atq; explicare quæ cupiũt, inaniter me laborasse arbitrabũtur: & quia ipsi nõ adiuuabũtur hoc opere, nullũ adiuuari posse censebunt. Tertium genus est reprehensorũ, qui diuinas scripturas uel reuera bene tractãt, uel bene tractare sibi uidẽt. Qui quoniã nullis huiuscemodi obseruatiõibus lectis quales nũc tradere institui, facultatẽ exponendorũ sanctorum librorũ se assecutos uel uident uel putant, nemini esse ista præcepta necessaria, sed potius totũ quod de illarũ literarũ obscuritate laudabiliter aperitur, diuino munere fieri posse clamitabũt. Quibus omnibus breuiter respõdens: illis qui hæc quæ scribimus non intelligũt, hoc dico, me ita non esse reprehendendum, quia hæc non intelligũt, tanq̃ si lunam uetarem uel nouam sydus ue aliquod minime clarum uellent uidere, quod ego intento digito demõstrarem: illis aũt nec ad ipsum digitũ meum uidendũ sufficiens esset acies oculorũ, non propterea mihi succensere deberent. Illi uero qui etiam istis præceptis cognitis atq; perceptis, ea quæ in diuinis libris obscura sunt intueri nequiuerint, arbitrenẽ se digitũ quidem meũ intueri posse, sydera uero quibus demõstrandis intẽditur, uidere non posse. Et illi ergo & isti me reprehẽdere desinant, & lumen oculorũ diuinitus sibi præberi deprecentur. Non enim si possum membrũ meum ad aliquid demonstrandũ mouere, possum etiã oculos accẽdere, quibus uel ipsa demõstratio mea, uel etiã illud quod uolo demõstrare cernatur. Iam uero eorũ qui diuino munere exultant, & sine talibus præceptis qualia nunc tradere institui, se sanctos libros intelligere atq; tractare gloriant, & propterea superflua uoluisse me scribere existimant, sic est lenienda commotio, ut cũ uis magno dei munere iure lætentur, recordẽtur se tamen per homines didicisse uel litteras. Nec propterea sibi ab Antonio sancto & perfecto uiro Aegyptio monacho insultari debere, qui sine ulla scientia literarũ scripturas diuinas, & memoriter audiẽdo tenuisse, & prudẽter cogitando intellexisse prædicatur. Aut ab illo seruo Barbaro Christiano, de quo à grauissimis fideq; dignissimis uiris nuper accepimꝰ: qui literas quoq; ipsas nullo docẽte homine, in plenã notitiã orando ut sibi reuelarẽtur accepit, triduanis precibus impetrans, ut etiam codicẽ oblatũ stupẽtibus qui aderant legẽdo percurreret. At si hæc quisq; falsa arbitretur, non ago pugnaciter. Certe enim quoniam cum Christianis nobis res est, qui se scripturas sanctas sine duce homine gaudent nosse, & si ita est, uero & non mediocri gaudent bono, cõcedant necesse est unũquenq; nostrũ & ab ineunte pueritia cõsuetudine audiendi linguã suam didicisse, & aliam aliquã uel Græcam uel Hebræã uel quãlibet cæterarũ, aut similiter audiendo, aut per hominẽ præceptorẽ accepisse. Iam ergo si placet, moneamꝰ omnes fratres, ne paruulos suos ista doceant, quia momẽto uno temporis aduenientẽ spiritu sancto, repleti apostoli omniũ gentium linguis locuti sunt: aut cui talia nõ prouenerint, non se arbitretur esse Christianũ, aut spiritũ sanctũ accepisse se dubitet: imò uero & quod per hominẽ discẽdum est, sine superbia discat, & per quem docetur alius, sine inuidia tradat quod accepit. Neq; tentemus eum cui credidimus, ne talibus inimici uersutijs & peruersitate decepti, ad ipsum quoq; euãgelium audiendũ atq; discendũ nolimus ire in ecclesias, aut codicẽ legere, aut legentẽ prędicantemq; hominẽ audire, & expectemus rapi usq; in tertiũ cœlum, siue in corpore, siue extra corpus, sicut dixit Apostolus, & ibi audire ineffabilia uerba, quę non licet homini loqui: aut ibi uidere dñm Iesum Christũ, & ab illo potius q̃ ab hominibus audire euangeliũ. Caueamus tales tẽtationes superbissimas & periculosissimas, magisq; cogitemus & ipsum apostolũ Paulũ, licet diuina & cœlesti uoce prostratũ & instructum, ad hominẽ tamẽ missum esse ut sacramenta perciperet atq; copularetur ecclesiæ: & centurionẽ Cornelium cũ quo exauditas orationes eius eleemosynasq; respectas ei angelus nũciauerit, Petro tamen traditũ imbuendum, per quem nõ solum sacramẽta perciperet, sed etiã quid credendũ, quid sperandũ, quid diligendum esset audiret. Et poterãt utiq; omnia per angelum fieri: sed abiecta esset humana cõditio, si per homines hominibus uerbũ suum deus ministrare nolle uideretur. Quomodo enim uerũ esset quod dictum est, Templũ enim dei sanctũ est, quod estis uos, si deus de humano tẽplo responsa non redderet, & totũ quod discendũ hominibus tradi uellet de cœlo atq; per angelos personaret? Deinde ipsa charitas quæ sibi inuicẽ homines nodo unitatis astringit, non haberet aditum refundendorum &

Antonius eremita Orientis

1 Cor. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi miscendorũ sibimet animorum, si homines per homines nihil discerent. Et certe spadonẽ illũ qui Esaiam prophetã legẽs non intelligebat, neq; apostolus ad angelũ misit, nec per angelũ ei quod non intelligebat expositũ, aut diuinitus in mente sine hominis ministerio reuelatum est: sed potius suggestione diuina missus est ad eum seditq; cum eo Philippus, qui nouerat Esaiã prophetã, eiq; humanis uerbis & lingua qđ in scriptura illa tectum erat, aperuit. Nónne cum Moyse deus loquebat, Exo.18 & tamẽ consiliũ regẽdi atq; administrãdi tam magni populi à socero suo, alienigena scilicet homine, & maxime prouidus & minime supbus accepit: Nouerat enim ille uir ex quacũq; anima uerũ consiliũ processisset, non ei, sed illi qui est ueritas incõmutabili deo tribuendũ esse. Postremo quisquis se nullis præceptis instructũ diuino munere quæcũq; in scripturis sanctis obscura sunt intelligere gloriatur, bene quidẽ credit, & uerũ est non esse illam suam facultatẽ quasi ex seipso existentẽ, sed diuino munere traditã. Ita eñ dei gloriã quærit, non suam. Sed cum legit, & nullo sibi hominũ exponẽte intelligit, cur ipse alijs affectat exponere, ac nõ potius eos remittit deo, ut ipsi quoq; non per hominẽ, sed illo intus docẽte intelligant: Sed Mat.25 uidelicet timet ne audiat à dño: Serue nequam, dares pecuniã meã nũmularijs. Sicut ergo hi ea quæ intelligũt prodũt cæteris uel loquẽdo uel scribendo: ita ego quoq; si non solũ ea quæ intelligãt, sed etiã intelligẽdo ea quæ obseruẽt prodidero, culpari ab eis profecto nõ debeo: quanq; nemo debeat aliqd sic habere quasi suũ propriũ, nisi forte mendaciũ. Nam omne uerũ ab illo est qui ait, Ego sum Io.14 ueritas. Quid enim habemus qđ non accepimus? 1 Cor.4 Quod si accepimus, qd gloriamur quasi non acceperimus? Qui legit audientibus literas, utiq; quas agnoscit enunciat: qui aũt ipsas literas tradit, hoc agit ut alij quoq; legere nouerint, uterq; tñ hoc insinuat quod accepit. Sicut etiã qui ea quę in scripturis intelligit exponit audiẽtibus, tanq; literas quas agnoscit pronũciat lectoris officio. Qui aũt præcipit quõ intelligendũ sit, similis est tradenti literas, hoc est præcipienti quõ sit legendũ: ut quomodo ille qui legere nouit alio lectore non indiget, cum codicẽ inuenerit à quo audiat quid ibi scriptũ sit: sic iste qui præcepta quæ conamur tradere accepe-
rit, cũ in libris aliquid obscuritatis inuenerit, quaD dam regulas ueluti literas tenens intellectorẽ alĩ non requirat, per quẽ sibi qđ opertum est retegat, sed qbusdã uestigijs indagatis ad occultũ sensum sine ullo errore ipse perueniat, aut certe in absurditatẽ prauę sentẽtiæ nõ incidat. Quapropter quãq; & in ipso opere satis apparere possit, huic officioso labori nostro non recte aliquẽ cõtradicere, tñ si huiusce modi procemio qbuslibet obsistẽtibus cõueniẽter uidet esse respõsum, huius uiæ quã in hoc libro ingredi uolum⁹, tale nobis occurrit exordiũ.

Inuentio & pronuncia/tio. Cap.I

DVæ sunt res quibus nititur omnis tractatio scripturarũ. Modus inueniẽdi quæ intelligẽda sunt, & modus proferendi quæ intellecta sunt. De inueniẽdo prius, de proferẽdo postea dissere-

mus. Magnũ onus & arduũ, & si ad sustinendum difficile, uereor ne ad suscipiẽdum temerariũ. Ita sanè si de nobisipsis præsumeremus. Nũc uero cũ in illo sit spes peragẽdi huius operis, à quo nobis in cogitatiõe multa de hac re iam tradita tenem⁹, non est metuendũ ne dare desinat cætera, cum ea quę data sunt cœperimus impẽdere. Omnis enim res quæ dando non deficit, dum habetur & nõ datur, nondũ habet quomodo habẽda est. Ille enim Mat.25 ait: Qui habet, dabitur ei. Dabit ergo habẽtibus, id est cum benignitate utentibus eo quod accepe-
runt, adimplebit atque cumulabit quod dedit. Illi quinq; & illi septẽ erant panes, anteq; inciperent dari esurientibus. Quod ubi fieri cœpit, cophinos & sportas satiatis tot hominum milibus impleuerunt. Sicut ergo ille panis dum frangeretur accreuit, sic ea quæ ad hoc opus aggrediẽdum iam dñs prębuit cum dispẽsari cœperint, eoipso suggeren-
te multiplicabuntur, ut in ipso hoc nostro ministerio, non solũ nullam patiamur inopiã, sed de mirabili etiam abũdantia gaudeamus. Omnis doctri- *Res & signa Cap.II*
na uel rerũ est uel signorũ, sed res per signa discun-
tur. Proprie aũt nunc res appellaui, quæ non ad significandũ aliquid adhibẽtur, sicuti est lignum, lapis, pecus, atq; huiusmodi cætera. Sed non illud lignum quod in aquas amaras Moysen legisse legimus, ut amaritudine careret: neq; ille lapis quem Iacob sibi ad caput posuerat: neq; illud pec⁹ quod pro filio immolauit Abrahã. Hæ nanq; ita sunt ut aliarũ etiã signa sint rerũ. Sunt aũt alia signa quorum omnis usus in significando est, sicuti sunt uerba. Nemo enim utitur uerbis nisi aliquid significãdi gratia. Ex quo intelligit quid appellẽ signa, res eas uidelicet quæ ad significandũ aliquid adhibẽtur. Quamobrẽ omne signũ etiam res aliqua est. Quod eñ nulla res est, omnino nihil est. Non aũt omnis res etiam signũ est. Et ideo in hac diuisione rerum atq; signorũ, cum de rebus loquemur ita loquemur, ut etiã si earũ aliquæ adhiberi ad significandũ possunt, non impediãt partitionẽ qua prius de rebus, postea de signis disserem⁹, memoriterq; teneamus id nunc in rebus considerandũ esse qđ *Res omnes Cap.III*
sunt, non quod aliud etiã prẽter seipsas significãt.

Res ergo aliæ sunt quibus fruendũ est, aliæ qui- *Res fruẽdæ Cap.IIII*
bus utendũ, aliæ quæ fruũtur & utũtur. Illæ qbus fruendũ est, beatos nos faciũt. Istis quibus utendũ est, tendentes ad beatitudinẽ adiuuamur, & quasi adminiculamur, ut ad illas quæ nos beatos faciũt peruenire, atq; his inhærere possimus. Nos uero qui fruimur & utimur, inter utraq; cõstituti, si eis quibus utendũ est frui uoluerimus, impeditur cursus noster, & aliquãdo etiã deflectitur, ut ab his rebus qbus fruendũ est obtinẽdis, uel retardemur, uel etiam reuocemur, inferiorũ amore præpediti. *Vtra & qd Cap.IIII*

Frui enim est amore alicui rei inhærere ppter seipsam. Vti aũt quod in usum uenerit ad id quod amas obtinẽdũ referre, si tamẽ amandũ est. Nam usus illicitus, abusus potius uel abusio nominãdus est. Quomodo ergo si essemus peregrini, qui beate uiuere nisi in patria non possemus, eaq; peregrinatione utiq; miseri, & miseriã finire cupiẽtes, in patriam

patriã redire uellemus, opus esset uel terrestribus uel marinis uehiculis quibus utendũ esset ut ad patriam qua fruendũ erat peruenire ualeremus: cp si amœnitates itineris & ipsa gestatio uehiculorum nos delectaret, cõuersi ad fruẽdum his quibus uti debuimus, nollemus cito uiam finire, & peruersa suauitate implicati alienaremur à patria cuius sua uitas faceret beatos: sic in huius mortalitatis uita peregrinãtes à dño si redire in patriã uolum⁹, ubi beati esse possumus, utendũ est hoc mũdo, nõ fruẽdum, ut inuisibilia dei per ea quę facta sunt intellecta cõspiciantur: hoc est, ut de corporalibus tẽporalibusq; reb⁹ æterna & spiritalia capiam⁹. Res *Trinitas Cap.V*
igit quibus fruendũ est, pater & filius & spiritus sanctus est, eadẽq; trinitas, una quædã summa res communisq; omnibus fruẽtibus ea, si tamẽ res & non rerũ omniũ causa sit, si tamen & causa. Non B
enim facile nomẽ quod tãtæ excellẽtiæ cõueniat potest inueniri, nisi cp melius ita dicitur, Trinitas hæc, unus deus ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia. Ita pater & filius & spiritus sanctus, & singulus quisq; horũ deus, & simul omnes unus deus, & singulus quisq; horũ plena substãtia, & simul omnes una substantia. Pater nec filius est nec spiritus sanctus, filius nec pater est nec spiritus sanctus, spiritus sanctus nec pater est nec filius: sed pater tantũ pater, & filius tm filius, & spiritus sanctus tantũ spiritus sanctus. Eadẽ tribus æternitas, eadẽ incõmutabilitas, eadẽ maiestas, eadẽ potestas. In patre unitas, in filio æqualitas, in spiritu sancto unitatis æqualitatisq; concordia: & tria hæc unũ omnia propter patrẽ, æqualia omnia propter filium, C
cõnexa omnia, ppter spiritũ sanctũ. Diximus ne *Vt frui sibi, Cap.VI*
aliquid & sonuimus aliquid dignũ deo: Imò uero me nihil aliud cp dicere uoluisse sentio. Si aũt dixi, non est hoc quod dicere uolui. Hoc unde scio, nisi quia deus ineffabilis est: quod aũt à me dictũ est, si ineffabile esset, dictũ nõ esset. Ac per hoc ne ineffabilis quidẽ dicẽdus est deus, quia & hoc cũ dicitur, aliquid dicit. Et fit nescio quæ pugna uerborũ, quoniã si illud est ineffabile quod dici non potest, non est ineffabile quod uel ineffabile dici potest. Quæ pugna uerborũ silẽtio cauẽda potius cp uoce pacanda est. Et tamen deus, cum de illo nihil digne dici possit, admisit humanæ uocis obsequium, & uerbis nostris in laude sua gaudere nos D
uoluit. Nam inde est quod & dicit deus. Non eñ reuera in strepitu istarũ duarum syllabarũ ipse cognoscitur, sed tamẽ omnes Latinæ linguæ socios, cum aures eorũ sonus iste tetigerit, mouet ad cogitandã excellentissimã quandã immortalẽq; naturã. Nam cum ille unus cogitatur deorũ deus, *Non omnes qui cognoscunt id, quod uere est, deum uidẽt. Cap.VII*
ab his etiã qui alios & suspicant & uocãt & colũt deos, siue in cœlo siue in terra, ita cogitatur, ut aliquid quo nihil melius sit atq; sublimius, illa cogitatio conetur attingere. Sane quoniã diuersis mouentur bonis, partim eis quę ad corporis sensum, partim eis quæ ad animi intelligentiã pertinẽt: illi qui dediti sunt corporis sensibus, aut ipsum cœlũ, aut quod in cœlo fulgentissimũ uident, aut ipsum mundũ, deum deorũ esse arbitrantur. Aut si extra

Deo nihil sapientius. VIII

mundũ ire contẽdunt, aliquid lucidũ imaginant, idq; uel infinitũ uel ea forma quæ optima uidetur inani suspicione constituũt, aut humani corporis figurã cogitant, sic eam cæteris anteponũt. Quod si unũ deum deorũ esse nõ putãt, & potius multos aut innumerabiles æqualis ordinis deos, etiã eos tñ prout cuiq; aliquid corporis uidẽ excellere, ita figuratos animo tenẽt. Illi aũt qui per intelligentiã pergũt uidere cp deus est, omnibus eũ naturis uisibilibus & corporalib⁹, intelligibilibus etiã & spiritalib⁹ omnibus mutabilib⁹ præferũt. Omnes tñ pro excellẽtia dei certatim dimicãt. Nec quisquã inueniri potest, qui hoc deũ credat esse quo melius aliquid est. Itaq; hoc omnes deũ cõsentiũt esse, qđ cæteris rebus omnib⁹ anteponũt. Et qñ omnes qui de deo cogitãt, uiuũ aliqd cogitãt, illi soli possunt nõ absurda & indigna de deo existimare, qui uitã ipsam cogitãt, & quæcũq; illis forma occurrit corporis, eã uita uiuere uel nõ uiuere statuũt, et uiuentẽ non uiuẽti anteponũt, eãq; ipsam uiuentẽ corporis formã quãtalibet luce præfulgeat, quãta libet magnitudine premineat, quãtalibet pulchritudine ornet, aliud esse ipsam, aliud uitã qua uegetatur intelligũt: eamq; illi moli quæ ab illa uegetat & animatur dignitate incõparabili præferũt. Deinde ipsam uitã pergũt inspicere: & si eã sine sensu uegetantẽ inuenerint, qualis est arborũ, pręponũt ei sentientẽ, qualis est pecorũ: & huic rursus intelligentẽ, qualis est hominũ. Quã cum adhuc mutabilẽ uiderint, etiã huic aliquã incõmutabilẽ cogũtur præponere: illã scilicet uitã quæ non aliqñ desipit, aliqñ sapit, sed est potius ipsa sapiẽtia. Sapiens enim mens, id est adepta sapientiã, anteq; adipisceretur nõ erat sapiẽs. At uero ipsa sapiẽtia, nec fuit unq; insipiẽs, nec esse unq; potest. Quam si non uiderẽt, nullo modo plena fiducia uitã incõmutabiliter sapientẽ cõmutabili uitæ anteponerẽt. Ipsam quoq; regulã ueritatis qua illam clamãt esse meliorem, incõmutabilẽ uidẽt. Nec uspiã nisi supra suã naturã uident, quandoquidẽ se uident mutabiles.

Peruersum iudicium. IX

Nemo est enim tam imprudẽter insulsus qui dicat, unde scis incõmutabiliter sapientẽ uitã cõmutabili esse præferendã? Idipsum enim quod interrogat, unde scĩã, omnibus ad contẽplandũ cõmuniter atq; incõmutabiliter præsto est. Et hoc qui non uidet, ita est quasi cæcus in sole, cui nihil prodest ipsis locis oculorũ eius tam clarę ac præsentis lucis fulgor infusus. Qui aũt uidet ac refugit, consuetudine umbrarũ carnaliũ inualidã aciẽ mentis gerit. Prauorũ igitur morũ quasi cõtrarijs flatibus ab ipsa patria repercutiũtur homines, posteriora atq; inferiora sectãtes, cp illud quod esse melius atq; præstãtius confitẽtur. Quapropter cum illa ueri- *Purgatus animus deum uidet. Cap.X*
tate perfruendũ sit, quæ incõmutabiliter uiuit, & in ea trinitas deus autor & cõditor uniuersitatis, rebus quas cõdidit cõsulat, purgãdus est animus ut perspicere illã lucẽ ualeat & inhærere pfectę. Quã purgationẽ quasi ambulationẽ quãdã, & quasi nauigationẽ ad patriã esse arbitremur. Non enim ad *Cur deus factus homo. Cap. XI*
eũ qui ubiq; prẽsens est, locis mouemur, sed bono studio bonisq; moribus. Quod nõ possem⁹, nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa sapiẽtia tãtæ etiã nostræ infirmitati cõgruere
dignaret, & uiuẽdi nobis præberet exẽplum, non
aliter q̃ in homine, qm̃ & nos homines sum⁹. Sed
quia nos cũ ad illã uenimus, sapiẽter facimus: ipsa
cũ ad nos uenit, ab hominibus ſupbis quaſi ſtulte
feciſſe putata eſt. Et qm̃ nos cum ad illã uenimus,
cõualeſcimus: ipſa cũ ad nos uenit, quaſi infirma
1 Cor.1 exiſtimata eſt. Sed quod ſtultũ eſt dei, ſapiẽtius eſt
hominibus: & quod infirmũ eſt dei, fortius eſt ho
minibus. Cum ergo ipſa ſit patria, uiã ſe quoq; no
Deus uiſibilis induta carne. bis fecit ad patriã. Et cũ ſano & puro interiori
Cap. XII oculo ubiq; ſit preſens, eorũ qui oculũ illũ infirmũ
1 Cor.1 immundũq; habẽt, oculis etiã carneis apparere di
gnata eſt. Quia em̃ in ſapiẽtia dei nõ poterat mun
dus per ſapientiã cognoſcere deũ, placuit deo per
ſtultitiã prædicatiõis ſaluos facere credẽtes. Non
igit̃ per locorũ ſpatia ueniẽdo, ſed in carne morta- B
li mortalib⁹ apparẽdo, uenijſſe ad nos dicitur. Illuc
Io.1 enim uenit ubi erat, quia in hoc mũdo erat, & mũ
dus per eũ fact⁹ eſt. Sed qm̃ cupiditate fruẽdi pro
ipſo creatore creatura, homines configurati huic
mũdo, et mũdi nomine congruẽtiſſime uocati, nõ
eũ cognouerũt, ꝓpterea dixit Euãgeliſta, Et mun
dus eũ non cognouit. Itaq; in ſapiẽtia dei nõ pote
rat mũdus per ſapiẽtiã cognoſcere deũ. Cur ergo
uenit cũ hic eſſet, niſi quia placuit deo per ſtultitiã
Verbũ quõ ca ro factũ. XIII prædicatiõis ſaluos facere credẽtes? Quõ uenit,
niſi q̃a uerbũ caro factũ eſt & habitauit in nobis?
Sicuti cũ loquimur, ut id qd̃ in anima gerimus, in
audiẽtis animũ per aures' carneas illabat, fit ſon⁹,
uerbũ quod corde geſtamus, et locutio uocat̃: nec
tñ in eundẽ ſonũ cogitatio noſtra conuertitur, ſed C
apud ſe manens integra, formam uocis qua ſe inſi
nuet auribus ſine aliqua labe ſine mutatione aſſu
mit: ita uerbũ dei nõ commutatũ, caro tñ factũ eſt
Deus hominẽ quõ ſanarit. ut habitaret in nobis. Sicut aũt curatio uia eſt ad
Cap. XIIII ſanitatẽ, ſic iſta curatio peccatores ſanãdos reficiẽ
dosq; ſuſcepit. Et quẽadmodũ medici cum alligãt
uulnera, nõ incõpoſite, ſed apte id faciũt, ut uincu
li utilitatẽ quædã pulchritudo etiã cõſequatur: ſic
medicina ſapiẽtiæ p hominis ſuſceptionẽ noſtris
eſt accõmodata uulneribꝰ, de q̃buſdã cõtrarijs cu
rans, & de q̃buſdã ſimilibus. Sicut etiã ille qui me
deſ uulneri corporis, adhibet quẽdã cõtraria, ſicut
frigidũ calido, uel humidũ ſicco, uel quid aliud hu
iuſmodi. Adhibet etiã quẽdã ſimilia, ſicut linteolũ
uel rotũdo uulneri rotũdũ, uel oblongũ oblõgo, li D
gaturãq; ipſam nõ eandẽ mẽbris omnib⁹, ſed ſimi
lem ſimilib. coaptat: ſic ſapiẽtia dei hominẽ curãs,
ſeipſam exhibuit ad ſanandũ, ipſa medic⁹, ipſa me
dicina. Quia ergo per ſupbiã homo lapſus eſt, hu
militatẽ adhibuit ad ſanandũ. Serpẽtis ſapiẽtia de
cepti ſumus, dei ſtultitia liberamur. Quẽadmodũ
aũt illa ſapiẽtia uocabat̃, erat aũt ſtultitia contẽ
tib⁹ deũ: ſic iſta quæ uocat̃ ſtultitia, ſapiẽtia eſt uin
cẽtibus diabolum. Nos immortalitate male uſi ſu
mus ut moreremur, Chriſt⁹ mortalitate bene uſus
eſt ut uiuerem⁹. Corrupto animo fœminæ ingreſ
ſus eſt morbus: integro corpore fœminę proceſſit
ſalus. Ad eadẽ cõtraria pertinet q̃ etiã exẽplo uir
tutũ ei⁹ uitia noſtra curanť. Iam uero ſimilia quaſi

ligamẽta mẽbris & uulneribꝰ noſtris adhibita illa
ſunt, q̃ per fœminã deceptos, per fœminã natus,
homo homines, mortalis mortales, morte mortu
os liberauit. Multa quoq; alia diligẽtius cõſiderã
tibus, quos inſtituti operis peragẽdi neceſſitas nõ
rapit, uel à cõtrarijs, uel à ſimilibꝰ medicinæ Chri
ſtianæ apparet inſtructio. Iam uero credita dñi à Fulcitur fides reſurrectio & aſcenſio
mortuis reſurrectio, & in cœlũ aſcẽſio, magna ſpe Cap. XV
fulcit fidẽ noſtrã. Multũ enim oſtẽdit q̃ uolũtarie
pro nobis animã poſuerit, qui ſic eã habuit in po
teſtate reſumere. Quãta ergo ſe fiducia ſpes credẽ
tium cõſolat̃, conſideras quãtus quãta pro nondũ
credentibus paſſus ſit. Cũ enim iudex uiuorũ atq;
mortuorũ expectat̃ è cœlo, magnũ timorẽ incutit
negligẽtibus, ut ſe ad diligẽtiã conuertãt, eũq; ma
gis bene agẽdo deſiderẽt, q̃ male agẽdo formidẽt.
Quibus aũt uerbis dici, aut qua cogitatione capi
poteſt premiũ quod ille in fine daturus eſt: quãdo
ad cõſolationem huius itineris tm̃ dedit de ſpiritu
ſuo, quo in aduerſis uitæ huius fiduciã charitatẽq;
tantã eius quẽ nondũ uidemus habeam⁹: & dona
unicuiq; ꝓpria ad inſtructionẽ eccleſiæ ſuæ, ut id
quod oſtẽdit eſſe faciendũ, non ſolũ ſine murmu
re, ſed etiã cũ delectatiõe faciamus. Eſt enim ec- Eccleſiæ Chriſti ſponſæ. Cap. XVI
cleſia corpus eius, ſicut apoſtolica doctrina cõmẽ
dat, quæ etiã coniunx eius dicit̃. Corpus ergo ſuũ
multis mẽbris diuerſa officia gerẽtibus, nodo uni
tatis & charitatis tanq̃ ſanitatis aſtringit. Exercet
aũt hoc tẽpore & purgat medicinalibus quibuſdã
moleſtijs, ut erutã de hoc ſeculo, in æternũ ſibi co
pulet coniugẽ eccleſiã, non habentẽ maculã neq;
rugam, aut aliquid huiuſmodi. Porrò qm̃ in uia Via ad Chriſtum. XVII
ſumus, nec uia iſta locorũ eſt, ſed affectuũ, quã in
tercludebãt quaſi ſepta quædã ſpinoſa præterito
rum malitiæ peccatorũ, quid liberalius & miſeri
cordius facere potuit qui ſeipſum nobis quo redi
rem⁹ ſubſternere uoluit, niſi ut omnia donaret pec
cata cõuerſis, & grauiter fixa interdicta redit⁹ no Claues ecclẽ ſiæ. XVIII
ſtri pro nobis crucifixus euelleret? Has igit̃ cla
ues dedit eccleſiæ ſuæ, ut quæ ſolueret in terra, ſo
luta eſſent in cœlo: quæ ligaret in terra, ligata eſ
ſent & in cœlo: ſcilicet ut quiſquis in eccleſia eius
dimitti ſibi peccata non crederet, nõ ei dimitterẽ
tur: q̃ ſquis aũt crederet, ſecq; ab his correctus auer
teret in eiuſdẽ eccleſiæ gremio cõſtitut⁹, eadẽ fide
atq; correctione ſanaret. Quiſquis enim nõ credit
dimitti ſibi poſſe peccata, fit deterior deſperãdo, De reſurrectione corporum. Cap. XX
quaſi nihil illi meli⁹ q̃ malũ eſſe remaneat, ubi de
fructu ſuæ cõuerſiõis infidus eſt. Iam uero ſicut
animi quædam mors eſt, uitæ prioris morũq; reie
ctio, quæ fit pœnitẽdo: ſic etiã corporis mors eſt
animatiõis priſtinæ reſolutio. Et quõ animus poſt
pœnitentiam qua priores mores perditos intere
mit, reformatur in melius, ſic etiã corpus poſt iſtã
mortẽ quã uinculo peccati omnes debemus, cre
dendũ & ſperandũ eſt reſurrectiõis tẽpore in me
lius cõmutari: ut non caro & ſanguis regnum dei
poſſideãt, quod fieri non poteſt, ſed corruptibile
hoc induat incorruptionẽ, & mortale hoc induat
immortalitatẽ, nullamq; faciẽs moleſtiã, quia nul
lam patietur indigentiã, à beata perfectaq; anima
cum

cum ſumma quiete uegeteť. Cuius aũt animus
Ex ſen. rena tor. XX nõ moritur huic ſeculo, neq; incipit cõfigurari ue A
ritati, in grauiorẽ mortẽ morte corporis trahitur.
Neq; ad cõmunionẽ cœleſtis beatitudinis, ſed ad
Ex ſenten. reuelationis Ca. XXI luenda ſupplicia reuiuiſcet. Hoc itaq; fides ha
bet, atq; ita rem ſe habere credendum eſt, neq; ani
mũ, neq; corpus humanũ omnimodũ interitũ pa
ti: ſed impios reſurgere ad pœnas inæſtimabiles,
Ex ſenten. Auguſtini. Ca. XXII pios aũt ad uitã æternã. In his igit̃ omnibus re
bus illæ tm̃ ſunt quibus fruendũ eſt, quas æternas
atq; incõmutabiles cõmemorauimus. Cęteris aũt
utendũ eſt, ut ad illarũ perfruitionẽ puenire poſſi
mus. Nos itaq; qui fruimur & utimur aliis rebus,
res aliquæ ſumus. Magna enim quædã res eſt ho
mo factus ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei, non in
Ioan. epiſtola. 1 cano dicens quantũ mortali corpore includit̃, ſed inquantũ be
ſtias rationalis animæ honore præcellit. Itaq; ma B
gna quæſtio eſt, utrum frui ſe debeãt homines, an
uti, an utrũq;. Præceptũ eſt em̃ nobis ut diligamus
inuicẽ. Sed quæritur utrũ propter ſe homo ab ho
mine diligẽdus ſit, an propter aliud. Si enim pro
pter ſe, fruimur eo: ſi propter aliud, utimur eo. Vi
detur aũt mihi propter aliud diligẽdus. Quod em̃
propter ſe diligendũ eſt, in eo cõſtituit̃ uita beata.
Hier. 17 Cuius etiã ſi nondũ res, tamẽ ſpes eius nos hoc tẽ
pore cõſolatur. Maledictus aũt qui ſpem ſuã ponit
in homine. Sed nec ſeipſo quiſquã frui debet, ſi li
quido aduertas, quia nec ſeipſum debet, ꝓpter ſe
ipſum diligere, ſed propter illud quo fruendũ eſt.
Tunc q̃ppe eſt optim⁹ homo, cũ tota ſua uita per
gит in incõmutabilem uitã, & toto affectu inhæret
illi. Si aũt ſe propter ſe diligit, nõ ſe refert ad deũ, C
ſed ad ſeipſum cõuerſus, non ad incõmutabile ali
quid cõuertit̃. Et propterea iam cũ defectu aliquo
ſe fruit̃, quia melior eſt cũ totus hæret atq; cõſtrin
gitur incõmutabili bono, q̃ cũ inde uel ad ſeipſum
relaxatur. Si ergo teipſum, nõ propter teipſum de
bes diligere, ſed ꝓpter illud ubi dilectionis tuæ re
ctiſſimus finis eſt, nõ ſuccẽſeat alius homo, ſi etiã
Matth. 22 Marci. 12 ipſum ꝓpter deũ diligis. Hęc enim regula dilectio
nis diuinitus cõſtituta eſt: Diliges, inq;t, proximũ
Matth. 22 Marci. 12 tuũ ſicut teipſum: deũ uero ex toto corde & ex to
ta anima & ex tota mẽte, ut oẽs cogitationes tuas
Matth. 22 Dilectionis & omnẽ uitã & omnẽ intellectũ in illũ conferas, à
quo habes eaipſa quæ confers. Cum aũt ait, Toto
corde, tota anima, tota mẽte, nullã uitæ noſtræ par D
tem reliquit quę uacare debeat, & quaſi locũ dare
ut alia re uelit frui, ſed quicqd aliud diligendũ ue
nerit in animũ, illuc rapiatur, quò totius dilectiõis
impet⁹ currit. Quiſq; ergo recte proximũ diligit,
hoc cũ eo debet agere, ut etiã ipſe toto corde, tota
anima, tota mẽte diligat deũ. Sic enim eũ diligens
tanq̃ ſeipſum, totã dilectionẽ ſui & illius refert in
Ad ſe ditti. Ca. XXIII illã dilectionẽ dei, quæ nullũ à ſe riuulũ duci extra
patitur, cuius deriuatiõe minuatur. Non aũt om
nia q̃bus utendũ eſt diligẽda ſunt, ſed ea ſola quæ
aut nobiſcũ ſocietate quadã referunť in deũ, ſicuti
eſt homo uel angelus, aut ad nos relata beneficio
dei per nos indigẽt, ſicuti eſt corpus. Nã utiq; mar
tyres non dilexerũt ſcelus perſequentiũ ſe, quo tñ
uſi ſunt ad promerẽdum deũ. Cum ergo quatuor

ſint diligẽda: unũ quod ſupra nos eſt, alterũ quod
nos ſumus, tertiũ quod iuxta nos eſt, quartũ quod
infra nos eſt: de ſecũdo & quarto nulla præcepta
danda erãt. Quantũlibet enim homo excidat à ue
ritate, manet illi dilectio ſui & dilectio corporis
ſui. Fugax enim animus ab incõmutabili lumine
omniũ regnatore id agit, ut ipſe ſibi regnet & cor
pori ſuo. Et ideo nõ poteſt niſi & ſe & corpus ſuũ
diligere. Magnũ aũt aliquid adeptũ ſe putat, ſi etiã
ſocijs, id eſt alijs hominibꝰ, dominari potuerit. In
eſt enim uitioſo animo id magis appetere, & ſibi
tanq̃ debitũ uẽdicare, quod uni proprie debetur
deo. Talis aũt ſui dilectio melius odium uocatur.
Iniquũ eſt em̃ quia uult ſibi ſeruire, & quod infra
ſe eſt, cũ ipſe ſeruire ſuperiori nolit. Rectiſſimeq;
dictũ eſt, Qui diligit iniquitatẽ odit animã ſuã: & Pſal.10
ideo ſit infirm⁹ animus, & de mortali corpore cru
ciatur. Neceſſe eſt enim ut illud diligat, & eius cor
ruptiõe prægrauetur. Immortalitas enim & incor
ruptio corporis de ſanitate animi exiſtit: ſanitas
aũt animi eſt firmiſſime inhærere potiori, hoc eſt
incõmutabili deo: cũ uero etiã eis qui ſibi naturali
ter pares ſunt, hoc eſt hominib. dominari affectat,
intolerabilis omnino ſupbia eſt. Nemo ergo ſe Carnẽ odiſſe quõ cõueniant
odit. Et hinc quidẽ cũ aliqua ſecta nõnulla queſtio Cap. XXIIII
fuit. Sed neq; corpus ſuũ quiſq̃ odit. Verũ eſt em̃ Eph.5
quod ait Apoſtolus, Nemo unq̃ carnẽ ſuam odio
habuit. Et qd̃ nonnulli dicũt malle ſe omnino eſſe
ſine corpore, omnino fallũtur. Non enim corpus 3 ſen. diſt. 28
ſuũ, ſed corruptiones eius & põdus oderũt. Non cap. 1
itaq; nullũ corpus, ſed incorruptũ & integerrimũ
corpus uolũt habere: ſed putãt nullũ corpus eſſe ſi
tale fuerit, quia tale aliq̃d animã eſſe putãt. Quod
aũt continẽtia quadã & laboribus quaſi perſequi
uidentur corpora ſua, qui hoc recte faciũt, non id
agunt ut non habeant corpus, ſed ut habeãt ſubiu
gatũ & paratũ ad opera neceſſaria. Libidines em̃
male utentes corpore, id eſt cõſuetudines & incli
nationes animæ ad fruendũ inferioribꝰ. per ipſius
corporis laborioſam quãdam militiã extinguere
affectant. Nam non ſe interimũt, ſed curã ſuæ uali
tudinis gerunt. Qui aũt peruerſe id agũt, quaſi na
turaliter inimico ſuo corpori bellum ingerunt. In
quo fallit eos quod legũt, Caro cõcupiſcit aduer- Gal.5
ſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem. Hęc enim
ſibijnuicem aduerſantur. Dictũ eſt enim hoc pro
pter indomitã carnalem cõſuetudinem, aduerſus
quam ſpiritus cõcupiſcit, nõ ut interimat corpus,
ſed ut cõcupiſcentiã eius, id eſt conſuetudinẽ ma
le domitã faciat ſpiritui ſubiugatã, quod naturalis
ordo deſiderat. Quia enim hoc erit poſt reſurre- Meditãdi uerbo pulchre hic utitur, nõ tantum pro cogitare, ſed ꝓ cogitãdo exercere: ſicuti uetères dixerunt, omnes artes in meditatiõe cõſiſtere.
ctionẽ, ut corpus omnino cum quiete ſumma ſpiri
tui ſubditũ immortaliter uigeat, hoc etiã in hac ui
ta meditãdũ eſt, ut cõſuetudo carnalis mutetur in
melius, nec inordinatis motibus reſiſtat ſpiritui.
Quod donec fiat, caro concupiſcit aduerſus ſpiri
tum, & ſpiritus aduerſus carnẽ: non per odiũ reſi
ſtẽte ſpiritu, ſed per principatũ, quia magis quod
diligit uult ſubditum eſſe meliori: nec per odium
reſiſtente carne, ſed per conſuetudinis uinculum,
quod à parentum etiam propagine inueteratum

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturę lege inoleuit. Id ergo agit ſpiritus in domā A
da carne, ut ſoluat malæ cōſuetudinis quaſi pacta
peruerſa, & fiat pax cōſuetudinis bonæ: tamē nec
iſti qui falſa opinione deprauati corpora ſua dete
ſtantur, parati eſſent unū oculū uel ſine ſenſu dolo
ris amittere, etiā ſi in altero tātus cernēdi ſenſus re
maneret, quātus erat in duob⁹, niſi aliqua res quæ
præponēda eſſet urgeret. Iſtis atq; huiuſmodi do
cumētis ſatis oſtendit eis qui ſine pertinacia uerū
Eph. 5 requirūt, q̄ certa ſit ſentētia Apoſtoli, ubi ait, Ne
mo enim unquā carnē ſuam odio habuit. Addidit
etiā, Sed nutrit & fouet eā, ſicut Chriſtus eccleſiā.
Amor ſui ubi laudandus. Modus ergo diligēdi præcipiēdus eſt homini,
id eſt quō ſe diligat ut proſit ſibi. Quin aūt ſe dili
Cap. XXV gat & prodeſſe ſibi uelit, dubitare demētis eſt. Prę
cipiendū etiā quō corpus ſuū diligat, ut ei ordina
te prudēterq; conſulat. Nam q̄ diligat etiā corpus B
ſuū, idq; ſaluū habere atq; integrū uelit, æque ma
nifeſtū eſt. Aliquid itaq; amplius diligere aliquis
poteſt, q̄ ſalutē atq; integritatē corporis ſui. Nam
multi & dolores & amiſſiones nonnullorū mem
brorū uolūtarias ſuſcepiſſe inueniūtur: ſed ut alia
quæ amplius diligebāt ſaltē conſequerētur. Non
ergo propterea quiſq; dicēdus eſt, non diligere ſa
lutē atq; incolumitatē corporis ſui, quia amplius
aliquid diligit. Nam & auarus q̄uis pecuniā dili
gat, tn̄ emit ſibi panē. Quod cū facit, dat pecuniā
quā multū amat & augere deſiderat. Sed quia plu
ris æſtimat ſalutē corporis ſui, quæ illo pane fulci
tur, ſuperuacaneū eſt diutius de re manifeſtiſſima
diſputare, quod tamen plerūq; nos facere cogit er
De diligendo deo, proximo & ſeipſo. ror impiorū. Ergo qm̄ præcepto nō eſt opus, ut C
ſe quiſq; & corpus ſuum diligat, id eſt qm̄ id quod
Cap. XXVI ſumus, et id quod infra nos eſt, ad nos tn̄ pertinet,
inconcuſſa naturæ lege diligimus, quæ in beſtias
etiā promulgata eſt: nam & beſtiæ ſe atq; corpora
ſua diligūt: reſtabat ut & de illo q̄d ſupra nos eſt,
& de illo quod iuxta nos eſt, præcepta ſumerem⁹.
Mat. 22 Diliges, inq̄t, dn̄m deum tuū ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges
proximū tuū tanq̄ teipſum: in his duobus præce
1 Tim. 1 ptis uniuerſa lex pēdet &, pphetæ. Finis itaq; præ
cepti eſt dilectio, & ea gemina, id eſt dei & proxi
mi. Quod ſi te totū intelligis, id eſt animam & cor
pus tuum, et proximū totū, id eſt animā & corpus
eius: homo enim ex anima conſtat & corpore, nul
lum rerū diligendarū genus in his duobus præce D
ptis prætermiſſum eſt. Cum enim præcurrat dile
ctio dei, eiuſq; dilectionis modus præſcriptus ap
pareat, ita ut cætera in illū confluāt, de dilectione
tua nihil dictū uidetur. Sed cum dictū eſt, Diliges
proximū tuū tanq̄ teipſum: ſimul & tui abs te dile
Ordo dilectionis. XXVII ctio nō prætermiſſa eſt. Ille aūt iuſte & ſancte ui
uit, qui rerū integer æſtimator eſt. Ipſe eſt aūt qui
ordinatā dilectionē habet: ne aut diligat quod nō
eſt diligendū, aut non diligat quod eſt diligendū,
aut amplius diligat quod minus eſt diligendū, aut
æque diligat q̄d uel minus uel amplius diligendū
eſt, aut minus uel amplius quod æque diligēdum
eſt. Omnis peccator inquantū peccator eſt, nō eſt
diligēdus. Et omnis homo inquantū homo eſt, di
ligēdus eſt propter deū, deus uero ꝓpter ſeipſum.
Et ſi deus omni homine amplius diligēdus eſt, am
plius quiſq; debet eum diligere q̄ ſeipſum. Itē am
plius alius homo diligendus eſt q̄ corpus noſtrū:
q̄a propter deū omnia iſta diligēda ſunt, & poteſt
nobiſcū alius homo deo perfrui, quod non poteſt
corpus, quia corpus per animā uiuit qua fruimur
deo. Omnes aūt homines æque diligendi ſunt. *Quibus primum ſit currendum. Ca. XXV*
Sed cū omnibus prodeſſe nō poſſis, his potiſſimū
cōſulendū eſt, qui pro locorū & tēporū uel quarū
libet rerū opportunitatibus conſtrictius tibi quaſi
quadā ſorte iungūtur. Sicut eīm ſi tibi abūdaret ali
quid q̄d dari oporteret ei qui nō haberet, nec duo
bus dari poſſet, ſi tibi occurrerent duo, quorū neu
ter aliū uel indigētia, uel erga te aliqua neceſſitudi
ne ſuperaret, nihil iuſtius faceres q̄ ut ſorte eligeres,
cui dandū eſſet q̄d dari utriq; non poſſet: ſic in ho
min⁹, q̄bus omnib⁹ cōſulere nequeas, pro ſorte
habēdū eſt prout quiſq; tibi colligati⁹ tēporaliter *Optandum omnia diligi. Cap. XXVI*
adhærere potuerit. Omniū aūt qui nobiſcū frui
poſſunt deo, partim eos diligamus quos ipſi adiu
uamus, partim eos à q̄bus adiuuamur: partim eos
quorū & indigemus adiutorio & indigētię ſubue
nimus: partim q̄bus nec ipſi cōferimus aliquid cō
modi, nec ab eis ut nobis cōferaē attēdim⁹. Velle
tn̄ debemus, ut omnes diligāt nobiſcū deū, et totū
q̄d uel eos adiuuam⁹ uel adiuuamur ab eis, ad unū
illū finē referendū eſt. Si enim in theatris nequitię
qui aliquē diligit hiſtrionē, & tāq; magno uel etiā
ſummo bono eius arte perfruīt, omnes diligit qui
eū diligunt ſecū, non propter illos, ſed propter eū
quē pariter diligūt: & quanto eſt in eius amore fer
uētior, tāto agit q̄bus poteſt modis, ut à plurib⁹ di
ligatur, & tāto pluribus cupit eū oſtendere, & quē
frigidiorē uidet excitat eū quantū poteſt laudibus
illius: ſi aūt contraueniētem inuenerit, odit in illo
uehemēter odiū dilecti ſui, & quibus modis ualet
inſtat ut auferat: quid nos in ſocietate dilectionis
dei agere cōuenit, quo perfrui beate uiuere eſt, &
à quo habēt omnes qui eū diligūt, & quod ſunt, &
quod eū diligunt: de quo nihil metuimus, ne cuiq;
poſſit cognitus diſplicere, & qui ſe uult diligi, non
ut ſibi aliq̄d, ſed ut eis qui diligūt æternū præmiū
cōferatur, hoc eſt ipſe quē diligūt. Hinc etiā efficī
tur, ut inimicos etiā noſtros diligamus: non enim
eos timemus, quia nobis q̄d diligimus auferre nō
poſſunt, ſed miſeramur potius, q̄ tāto magis nos
oderūt, quāto ab illo quē diligimus ſeparati ſunt.
Ad quē ſi cōuerſi fuerint, & illū tanq̄ beatificū bo
num, & nos tanq̄ ſocios tāti boni neceſſe eſt ut di
ligant. Oritur aūt hoc loco de angelis nonnulla *Omnis homo ut proximus diligēdus. Cap. XXX*
quæſtio. Illo enim fruētes, etiā ipſi beati ſunt, quo
& nos frui deſideramus. Et quāto in hac uita frui
mur uel per ſpeculū uel in ænigmate, tanto noſtrā
peregrinationē & tolerabilius ſuſtinemus, et ardē
tius finire cupimus. Sed utrū ad illa duo præcepta
etiā dilectio ptineat angelorū, nō irrationabiliter
q̄eri poteſt. Nam q̄ nullū hominū exceperit qui
præcepit ut proximū diligamus, & ipſe in Euāge
lio dn̄s oſtēdit, & Paulus apoſtolus. Nanq; illi cui
duo præcepta protulerat, atq; in eis pēdere totam
legem

legē prophetasq; dixerat, cum interrogaret eum, A
dicens: Et quis eſt meus proximus: hominē quen
dam propoſuit deſcendentē ab Hieruſalē in Hie
richo incidiſſe in latrones, & ab eis grauiter uul
neratū ſaucium & ſemiuiuū eſſe derelictum. Cui
proximum eſſe non docuit, niſi qui erga illum re
creandum atq; curādum miſericors extitit, ita ut
hoc qui interrogauerat interrogat⁹ ipſe fateretur.
Cui dn̄s ait, Vade & tu fac ſimiliter: ut uidelicet
eum eſſe proximū intelligamus, cui uel exhiben
dum eſt officiū miſericordiæ ſi indiget, uel exhi
bendū eſſet ſi indigeret. Ex quo eſt iam cōſequēs,
ut etiam ille à quo nobis hoc uiciſſim exhibendū
eſt, proximus ſit noſter. Proximi enim nomen ad
aliquid eſt, nec quiſquā eſſe proximus niſi proxi
mo poteſt. Nullum aūt exceptū eſſe cui miſericor
diæ deneget officiū, quis non uideat: quādo uſq; B
ad inimicos etiam porrectū eſt eodem domino di
Mat. 5 cēte, Diligite inimicos ueſtros, benefacite iſis qui
Rom. 13 oderūt uos. Ita quoq; apoſtolus Paulus docet, cū
dicit: Nam non adulterabis, nō homicidiū facies,
nō furaberis, non cōcupiſces, & ſi quod eſt aliud
mandatū, in hoc ſermone recapitulatur, Diliges
proximū tuum tanq̄ teipſum. Dilectio proximi
malū non operatur. Quiſquis ergo arbitratur non
de omni homine Apoſtolū præcepiſſe, cogetur fa
teri q̄ abſurdiſſimū & ſceleratiſſimum eſt, uiſum
fuiſſe Apoſtolo non eſſe peccatū, ſi quis aut non
Chriſtiani aut inimici adulterauerit uxorē, aut eū
occiderit, aut eius rem cupierit. Quod ſi demētis
eſt dicere, manifeſtū eſt omnem hominem proxi
mum eſſe deputādum, quia erga neminē operan C
dum eſt malum. Iam uero ſi uel cui præbendū eſt,
uel à quo nobis præbendū eſt officium miſericor
diæ, recte proximus dicit: manifeſtū eſt hoc præ
cepto quo iubemur diligere proximū, etiam ſan
ctos angelos cōtineri, à quibus nobis tanta miſeri
cordiæ officia impēduntur, quanta multis diuina
rum ſcripturarū locis animaduertere facile eſt. Ex
quo & ipſe deus & dn̄s noſter proximū ſe noſtrū
dici uoluit. Nam & ſeipſum ſignificat dn̄s Ieſus
Chriſtus opitulatū eſſe ſemiuiuo iacēti in uia affli
cto & relicto à latronibus. Et Propheta in oratio
ne ait, Sicut proximū ſicut fratrem noſtrū ita com
placebam, Sed quoniā excellentior ac ſupra natu
ram noſtrā eſt diuina ſubſtātia, præceptū quo dili
gamus deū à proximi dilectione diſtinctū eſt. Ille D
enim nobis præbet miſericordiā propter ſuam bo
nitatē, nos aūt nobis inuicem propter illius: id eſt
ille noſtri miſeretur ut ſe perfruamur, nos uero in
uicē noſtri miſeremur, ut illo perfruamur. Qua
propter adhuc ambiguū eſſe uidetur cū dicimus
ea re nos perfrui quā diligimus propter ſeipſam,
& ea re nobis fruendum eſſe tantū qua efficimur
beati, cęteris uero utendū. Diligit enim nos deus,
& multum nobis dilectionē eius erga nos diuina
ſcriptura cōmendat: quomō ergo diligit, ut nobis
utatur, an ut fruatur? Sed ſi fruitur, eget bono no
ſtro, quod nemo ſanus dixerit. Omne enim bonū
noſtrū uel ipſe, uel ab ipſo eſt. Cui aūt obſcurum
uel dubiū eſt, non egere lucem rerū harum nitore
quas ipſa illuſtrauerit? Dicit etiā apertiſſime Pro
pheta, Dixi domino, deus meus es tu, quoniā bo *Pſal. 15*
norum meorū non eges. Non ergo fruitur nobis,
ſed utitur. Nam ſi neq; fruitur neq; utitur, nō inue
nio quemadmodū diligat. Sed neq; ſic utitur ut *Deus homine quomō utatur Ca. XXXII*
nos: nam nos res quibus utimur ad id referimus,
ut dei bonitate perfruamur. Deus uero ad ſuā bo
nitatem uſum noſtrū refert. Quia enim bonus eſt,
ſumus: & inquantū ſumus boni ſumus. Porrò aūt
quia iuſtus eſt, non impune ſumus mali. Inquantū
enim mali ſumus, intantū minus etiam ſumus. Ille *2 ſent. diſt. 35 cap. quod aūt.*
enim ſumme ac primitus eſt, qui omnino incōmu
tabilis eſt, & q̄ pleniſſime dicere potuit, Ego ſum *1 ſenten. diſt. 8 cap. ſed cum*
qui ſum: & dices eis, Qui eſt, miſit me ad uos. At
cætera quæ ſunt, & niſi ab illo eſſe non poſſunt, &
intantū bona ſunt, inquantū acceperūt ut ſint. Ille
igitur uſus qui dicitur dei quo nobis utitur, nō ad
eius ſed ad noſtrā utilitatē refertur, ad eius autem
tantūmodo bonitatem. Cuius aūt nos miſeremur
& cui conſulimus, ad eius quidem utilitatē id faci
mus, eamq; intuemur: ſed neſcio quomodo etiam
noſtra ſit conſequens, cum eam miſericordiā quā
impēdimus egenti ſine mercede non reliqt deus.
Hæc aūt merces ſumma eſt ut eo perfruamur, &
omnes qui eo fruimur, nobis etiam inuicē in ipſo
perfruamur. Nam ſi in nobis id facimus, rema *Quomō homō ne frui conueniat. Cap. XXXIII*
nemus in uia, & ſpem beatitudinis noſtræ in ho
mine uel in angelo collocamus. Quod & homo
ſuperbus & angelus ſuperbus arrogāt ſibi, atq; in
ſe aliorū ſpem gaudent conſtitui. Sanctus aūt ho
mo & ſanctus angelus etiā feſſos nos atq; in ſe ac
quieſcere & remanere cupientes reficiunt potius,
aut eo ſumptu quē propter nos, aut illo etiā quem
propter ſe acceperūt: acceperunt tamē, atq; ita re
fectos in illum ire cōpellunt, quo fruentes pariter
beati ſimus. Nam & Apoſtolus clamat: Nunquid *1 Cor. 1*
Paulus pro uobis crucifixus eſt? aut in nomine
Pauli baptizati eſtis? Et neq; qui plantat eſt ali
quid, neq; qui rigat, ſed qui incrementū dat deus.
Et angelus hominē ſe adorantē monet, ut potius
illum adoret ſub quo ei domino etiam ipſe conſer
uus eſt. Cum aūt homine in deo frueris, deo poti⁹ *1 ſenten. diſt. 8 ca. cum autem*
q̄ homine frueris. Illo enim frueris quo efficieris
beatus, & ad eum te peruenīſſe lætaberis, in quo
ſpem ponis ut uenias. Inde ad Philemonē Paulus: *Græce Paulus dixit ὀναίμην alludens ad nomen Oneſimi: id uerbū tā ad utilitatē refertur q̄ ad uoluptatem*
Ita frater, inq̄t, ego te fruar in dn̄o. Quòd ſi nō ad
didiſſet in dn̄o, & te fruar tn̄, dixiſſet, in eo conſti
tuiſſet ſpē beatitudinis ſuæ, quanq̄ & uiciniſſime D
dicit frui cum delectatione uti. Cum em̄ adeſt q̄d
diligit, etiā delectationē ſecū neceſſe eſt gerat. Per
quā ſi trāſieris, eamq; ad illud ubi permanendū eſt
retuleris, uteris ea, & abuſiue non proprie diceris
frui. Si uero inhęſeris atq; pmanſeris, finē in ea po
nens lætitiæ tuæ, tūc uere & proprie frui dicēdus
es. Quod nō faciendū eſt niſi in illa trinitate, id eſt
ſummo & incōmutabili bono. Vide quēadmo *Prima uia ad deum. Cap. XXXIIII*
dum cū ipſa ueritas & uerbū, per quod facta ſunt
omnia, caro factū eſſet ut habitaret in nobis, tamē
ait Apoſtolus, Et ſi noueramus Chriſtū ſecūdum *2 Cor. 5*
carnē, ſed iam non nouimus. Ille quippe qui non
ſolum peruenientibus poſſeſſionē, ſed etiam uiam
præbere

Universidad de Deusto
Biblioteca

præbere se uoluit uenientibus ad se, principiū uiarum uoluit carnem assumere. Vnde est etiā illud,
Prouer.8 Dominus creauit me in principio uiarū suarum: ut inde inciperent qui uellent uenire. Apostolus igitur cū quis adhuc ambularet in uia, & ad palmā supernæ uocationis sequeretur uocantē dominū,
Philip.3 tamen quæ retro sunt obliuiscens, & in ea quæ ante sunt extentus, iam principiū uiarum transierat, hoc est eo non indigebat: à quo tamen aggrediendum & exordiendū iter est omnibus, qui ad ueritatem peruenire & in uita æterna permanere desiderant. Sic enim ait: Ego sum uia & ueritas & uita: hoc est per me uenitur, ad me peruenitur, in me permanet. Cum enim ad ipsum uenitur, etiā ad ipsum patrē peruenitur: quia per æqualē ille qui est æqualis agnoscitur, uincīente & tanq̄ adgluti-
Io.14 nante nos spiritu sancto, quo in summo atq̄ incōmutabili bono permanere possimus: ex quo intelligitur q̄ nulla res in uia tenere nos debeat, quādo nec ipse dominus inquantū uia nostra esse dignatus est, tenere nos uoluerit, sed transire, ne rebus temporalibus cū quis ab illo pro salute nostra susceptis & gestis hæreamus infirmiter, sed per eas potius curramus alacriter: ut ad eū ipsum qui nostrā naturā à tēporalibus liberauit & collocauit ad dexteram patris, prouehi atq̄ peruenire mereamur.

Scripturæ summa amor dei. Ca. XXXV

Omniū igitur quæ prædicta sunt, ex quo de rebus tractamus, hęc summa est, ut intelligatur legis & omniū diuinarū scripturarū plenitudo & finis esse dilectio rei qua fruendū est, & rei quæ nobiscum ea re frui potest, quia ut se quisq̄ diligat præcepto non est opus. Hoc ergo ut nosceremus atq̄ possemus, facta est tota pro salute nostra per diuinam prouidentiā dispēsatio temporalis, qua debemus uti, non quasi māsoria quadā dilectione atq̄ delectatione, sed trāsitoria potius tanq̄ uiæ, tanq̄ uehiculorū uel aliorū quorūlibet instrumentorū, aut si quid congruētius dici potest, ut ea quibus ferimur propter illud ad quod ferimur diligamus.

Scopus totius scripturæ. Ca. XXXVI

Quisquis igitur scripturas diuinas uel quamlibet earū partem intellexisse sibi uidetur, ita ut eo intellectu non ædificet istam geminā charitatem dei & proximi, nondū intellexit. Quisquis uero talem inde sententiā duxerit, ut huic ædificandæ charitati sit utilis, nec tamē hoc dixerit, quod ille quē legit eo loco sensisse probatur, non pernicio-
se fallitur, nec omnino mentitur. Ineſt quippe in mentiēte uoluntas falsa dicēdi, & ideo multos inuenimus qui mētiri uelint, qui aūt falli neminem. Cum igitur hoc sciens homo faciat, illud nesciens patiatur, satis in una eademq̄ re apparet illum qui fallitur, eo qui mentitur esse meliorē: quandoquidem pati melius est iniquitatem, q̄ facere. Omnis aūt qui mentitur iniquitatē facit, & si cuiquā uidetur utile aliquādo esse mendaciū, potest uideri utilem aliquādo esse iniquitatē. Nemo enim mētiens in eo q̄ mētitur seruat fidem. Nam hoc utiq̄ uult, ut cui mentitur fidem sibi habeat, quam tamen ei mentiendo non seruat. Omnis aūt fidei uiolator, iniquus est. Aut igitur iniquitas utilis est aliquando, quod fieri non potest, aut mēdaciū semper inutile est. Sed quisquis in scripturis aliud sentit q̄ ille qui scripsit, illis non mentiētibus fallitur. Sed tamen ut dicere cœperā, si ea sententia fallitur, quæ ædificat charitatē, quæ finis præcepti est, ita fallitur, ac si quisquā errore deserens uiam, eò tamen per agrum pergat, quò etiā uia illa perducit. Corrigendus est tamen, & q̄ sit utilius uiam non deserere, demonstrādum est, ne consuetudine deuiandi etiam in transuersum aut peruersum ire cogatur.

Scripturæ non sunt intelligendæ. Ca. XXXVII

Asserendo enim temere quod ille non sensit quem legit, plerunq̄ incurrit in alia quæ illi sententiæ cōtexere nequeat. Quæ si uera & certa esse cō-
sentit, illud non possit uerum esse quod senserat: fitq̄ in eo nescio quomodo ut amando sententiā suam, scripturæ incipiat offensior esse quàm sibi. Quod malū si serpere siuerit, euertetur ex eo. Per
fidē enim ambulamus, non per speciem. Tituba-
bit aūt fides si diuinarū scripturarū uacillat auctoritas. Porrò fide titubāte, charitas etiā ipsa langue-
scit. Nam si à fide quisq̄ ceciderit, à charitate etiā necesse est cadat: non enim potest diligere quod esse non credit. Porrò si & credit & diligit, bene agendo & præceptis bonorū morū obtēperando efficit ut etiā speret se ad id quod diligit esse uenturū. Itaq̄ tria hæc sunt, q̄bus & scientia omnis & prophetia militat, fides, spes, charitas. Sed fidei succedit spes quā uidebimus: & spei succedit beatitudo ipsa, ad quam peruēturi sumus: charitas autem etiam istis decedentibus augebitur potius. Si enim credendo diligimus quod nondū uidemus, quāto magis cum uidere cœperimus? Et si speran-
do diligimus, quò nondū peruenimus, quāto magis cum peruenerimus? Inter tēporalia quippe æq̄ æterna hoc interest, q̄ temporale aliquid plus diligitur anteq̄ habeatur, uilescit aūt cum aduenerit. Non enim satiat animā, cui uera & certa sedes est æternitas. Æternū aūt ardentius diligitur adeptum q̄ desideratū. Nulli enim desideranti conceditur plus de illo existimare q̄ in se habet, ut ei uilescat cum minus inuenerit: sed quantū quisq̄ uelniens existimare potuerit, plus peruenies inuentu-
rus est. Homo itaq̄ fide, spe & charitate subnixus, eaq̄ inconcusse retinens, non indiget scripturis nisi ad alios instruēdos. Itaq̄ multi per hęc tria etiā in solitudine sine codicibus uiuūt. Vnde inilis arbitror iam completū esse quod dictū est, Siue prophetiæ euacuabūtur, siue linguæ cessabūt, siue scientia destruetur. Quibus tamē quasi machinis tanta fidei & spei & charitatis ineſt instructio, ut perfectū aliquid tenētes, ea quæ sunt ex parte nō quærant. Perfectū sanè quantū in hac uita potest: nam in comparatione futuræ uitæ nullius iusti & sancti est uita ista perfecta, Ideo manent, inquit, fides, spes, charitas, tria hæc, maior autē horum est charitas: quia & cum quisq̄ ad æterna peruenerit, duobus istis decedentibus charitas auctior & certior permanebit. Quapropter cū quisq̄ cognouerit finem præcepti esse charitatem, de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, omnē intellectum diuinarū scripturarū ad ista tria relaturus, ad tractationē illorum librorum securus accedat.

Cum

Cum enim diceret, charitas: addidit, de corde puro: ut nihil aliud q̄ id quod diligendum est diligatur. Conscientiā uero bonā subiūxit propter spē, Ille enim se ad id quod credit & diligit peruentu-
rum esse desperat, cui malæ cōscientiæ scrupulus ineſt. Tertio, & fide, inquit, nō ficta: Si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc & nos diligimus quod nō est diligendum, & recte uiuēdo id speramus, ut nullo modo spes nostra fallat. Propterea & de rebus continētibus fidem, quantū pro tēpore satis esse arbitratus sum, dicere uolui, quia in aliis uoluminibus, siue p alios siue per nos multa iā dicta sunt. Modus itaq̄ sit iste libri huius. Cætera de signis quantū dederit dominus disseremus.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE DOCTRINA CHRISTIANA
LIBER SECVNDVS

De signis Cap. I

QVONIAM de rebus cū scribere, præmisi cōmonens ne quis in eis attēderet nisi quod sunt, nō etiā si quid aliud præter se significāt, uicissim de signis disserēs hoc dico, ne quis in eis attendat quod sunt, sed potius quod signa sunt, id est quod significāt. Signū est enim res præter speciē quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationē uenire: sicut uestigio uiso transisse animal, cuius uestigiū est cogitamus: & fumo uiso ignē subesse cognoscimus: & uoce animātis audita, affectionē animi eius animaduertimus: & tuba sonante, milites uel progredi uel regredi, & si quid aliud pugna postulat oportere nouerūt. Signorū igitur alia sunt naturalia, alia data. Naturalia sunt, quę sine uolūtate atq̄ ullo appetitu significādi, præter se aliquid aliud ex se cognosci faciūt, sicuti est fumus significās ignē. Nō enim uolēs significare id facit, sed rerū expertarū animaduersione & notatiōe cognoscitur ignē subesse, etiā si fumus solus appareat. Sed & uestigiū transeūtis animalis, ad hoc genus ptinet. Et uultus irati seu tristis affectionē animi significat, etiam nulla eius uoluntate qui aut iratus aut tristis est: aut si quis alius motus animi uultu indice prodit, etiā id nobis nō agentib. ut prodat. Sed de hoc toto genere nūc disserere nō est ꝓpositū. Quoniā tamē incidit in partitionē nostrā, prēteriri omino nō potuit, atq̄ id hactenus notatū esse suffecerit. Data uero signa sunt, quæ sibi quæq̄ uiuēntia inuicē dāt ad demonstrādos, quantū possunt, motus animi sui uel sensa aut intellecta quælibet. Nec ulla causa est nobis significādi, id est signi dādi, nisi ad depromendū & traiciendū in alteri⁹ animū id quod in animo gerit is qui signū dat. Horū igitur signorum genus quantū ad homines attinet cōsiderare atq̄ tractare statuimus: quia & signa diuinitus data ea quæ in scripturis sanctis cōtinent, per homines nobis indicata sunt, qui ea cōscripserūt. Habent etiā bestiæ quædā inter se signa quib. prodūt appetitū animi sui. Nā & gallus gallinaceus reperto cibo, dat signū uocis gallinæ ut accurrat: & colūbus gemitu columbā uocat, & ab ea uicissim uocat: & multa huiusmodi animaduerti solēt. Quæ utrū sicut uultus aut dolētis clamor sine significādi uolūtate sequātur motū animi, an uere ad significandū dētur, alia quæstio est, & ad rem quę nūc agitur nō pertinet. Quā partē ab hoc opere tanq̄ non necessariā remouemus. Signorū igit quibus inter se homines sua sensa cōmunicant, quæ dā pertinēt ad oculorū sensum, pleraq̄ ad auriū, paucissima ad cæteros sensus. Nā cum innuimus nō damus signū nisi oculis eius quē uolumus per hoc signū uoluntatis nostræ participē facere. Et quidā motus manuū pleraq̄ significāt, Et histrionum omniū membrorū motibus dāt signa quædā sciētibus, & cū oculis eorū quasi fabulātur. Et uexilla draconesq̄ militares per oculos insinuāt uoluntatē ducum. Et sunt hæc omnia quasi quædā uerba uisibilia. Ad aures aūt quæ pertinēt, ut dixi, plura sunt, in uerbis maxime. Nā & tuba & tibia & cithara dant plerūq̄, non solum suauē, sed etiā significantē sonū. Sed omnia signa uerbis cōparata paucissima sunt, Verba em prorsus inter homines obtinuerūt principatū significādi quæcūq̄ animo cōcipiūtur, si ea prodere quisq̄ uelit. Nā & odore unguēti dominus quo perfusi sunt pedes eius, signū aliquod dedit, Et sacramēto corporis & sanguinis sui prægustato, significauit qd uoluit, Et cū mulier tangēdo fimbriā uestimenti eius, salua facta est, nōnihil significat. Sed innumerabilis multitudo signorū, quibus suas cogitationes homines exerūt, in uerbis cōstituta est. Nā et illa signa omnia quorū genera breuiter attigi, potui uerbis enunciare, uerba uero illis signis nullo modo possum. Sed quia uerberato aere statim trāseūt, nec diutius manēt q̄ sonāt, instituta sunt per literas signa uerborū, Ita uoces oculis ostendunt, nō per seipsas, sed per signa quædā sua. Ista igitur signa nō potuerūt cōmunia esse omnib. gētibus peccato quodā dissensionis humanæ cū ad se quisq̄ principatū rapit. Cuius superbię signum est erecta illa turris in cœlum, ubi homines impij nō solum animos, sed etiā uoces dissonas habere meruerūt. Ex quo factū est, ut etiā scriptura diuina qua tātis morbis humanarū uoluntatū subuenitur, ab una lingua profecta quę oportune potuit per orbem terrarū disseminari, per uarias interpretū linguas longe lateq̄ diffusa innotesceret gentibus ad salutē, quā legentes nihil aliud appetunt q̄ cogitatiōes uolūtatemq̄ illorum à quibus conscripta est inuenire, & per illas uoluntatē dei secundū quam tales homines locutos esse credimus. Sed multis & multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatibus decipiūtur, qui temere legūt aliud pro alio sentiētes, quibusdam aūt locis quid uel falso suspicētur nō inueniūt: ita obscure quædā dicta densissimā caliginē obducūt. Quod totū prouisum diuinitus esse non dubito, ad edomandā labore superbiā, & intellectum à fastidio reuocandū, cui facile inuestigata plerūq̄ uilescūt. Quid enim est quæso, q̄ quisquam dicat sanctos esse homines atq̄ perfectos, quorū uita & morib.

Inter signa principatū ob tinent uerba. Cap. III

Histrio

Diuersitas linguarū, Ca. V

Obscuritas scripturæ non inutilis. VI

Matth. 9

Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi ecclesia de quibuslibet superstitionibus
precidit eos q ad se ueniũt, & imitatione bonorũ A
sibimet quodãmodo incorporat: qui boni fideles
& ueri dei serui deponẽtes onera seculi ad sanctũ
baptismi lauacrũ uenerunt, atq; inde abscedentes
cõceptione sanctiſpiritus fructũ dant geminę cha
ritatis, id est dei & proximi: quid est ergo q̃ si hęc
quiſq; dicat, minus delectat audiẽtem, q̃ſ si ad eun
dem ſenſum locũ illum exponat de Cãticis canti
corũ ubi dictum est ecclesię, cum tanquã pulchra
quædã fœmina laudaretur: Dentes tui sicut grex
detonſarũ ascendẽtes de lauacro, quę oĩes gemi
Oratio figurata quid efficiat nos creant, & nõ est sterilis in eis: Num aliud ho
mo discit, q̃ cum illud planiſsimis uerbis, ſine ſi
militudinis huiuſmodi adminiculo audiret? Et ta
men nescio quomõ ſuauius intueor ſanctos, cum
eos quaſi dẽtes ecclesię uideo præcidere ab erro B
ribus homines, atq; in eius corpus emolĺita duri
tia quaſi demerſos mãſosq; transferre. Oues etiã
iucũdiſsime agnoſco detõſas, onerib. ſecularibus
tanq̃ uelleribus depoſitis, & ascendẽtes de laua
cro, id est de baptiſmate, creare oĩes geminos, id
est duo præcepta dilectiõis, & nullã esse ab iſto ſan
cto fructu ſterilẽ uideo. Sed quare ſuauius uideã,
q̃ſ si nulla de diuinis libris talis ſimilitudo prome
retur, cum res eadẽ sit eademq; cognitio, difficile
est dicere, & alia quæstio est. Nũc tamẽ nemo am
bigit, & p ſimilitudines libẽtius quæq; cognoſci,
& cũ aliqua difficultate quæſita multo gratius in
ueniri. Qui enim prorſus nõ inueniũt quod quæ
runt, fame laborãt. Qui aũt non quærunt, quia in
promptu habẽt, faſtidio ſępe marceſcũt. In utroq; C
autẽ languor cauẽdus est. Magnifice igiẽ & ſalu
briter ſpirituſſanctus ita ſcripturas ſanctas modi
ficauit, ut locis apertioribꝰ fami occurreret, obſcu
rioribus aũt faſtidia detergeret. Nihil enim ferè
de illis obſcuritatibꝰ eruitur, quod nõ planiſsime
Septem gradibus ad ſapientiam itur Cap. VII dictum alibi reperiatur. Ante omnia igiẽ opus
est dei timore conuerti ad cognoſcendã eius uo
luntatem, ſi quid nobis appetendũ fugiendumq;
præcipiat. Timor autẽ iſte cogitationẽ de noſtra
Gradus primus mortalitate, & de futura morte neceſſe est incu
tiat, & quaſi clauatis carnibꝰ. omnes ſuperbię mo
Secundus tus ligno crucis affigat. Deinde opus est miteſce
re pietate, neq; cõtradicere diuinæ ſcripturæ, ſiue
intellectæ, ſi aliqua uitia noſtra percutit, ſiue non
intellectæ, quaſi nos melius ſapere meliusq; pci D
pere poſſimus: ſed cogitare potius & credere id
esse melius & uerius quod ibi ſcriptũ est, etiã ſi la
teat, q̃ſ id quod nos p noſmetipſos ſapere poſſu
Tertius mus. Poſt iſtos duos gradus timoris atq; pietatis,
ad tertiũ uenitur ſciẽtiæ gradũ, de quo nũc agere
ſtatui. Nã in eo ſe exercet omnis diuinarũ ſcriptu
rarũ ſtudioſus, nihil aliud in eo inueniẽs q̃ſ diligẽ
dum esse deũ propter deum, & proximũ propter
deũ: & illũ quidẽ ex toto corde, ex tota anima, ex
tota mẽte diligere, p̃ximũ uero tanq̃ ſeipſum, id
est ut tota dilectio p̃ximi, ſicut etiã noſtri referat
in deũ. De quibus duobus præceptis cũ de rebus
ageremus, in libro ſuperiore tractauimus. Neceſ
ſe est ergo ut primo ſe q̃ſq; in ſcripturis inueniat
amore huius ſeculi, hoc est temporaliũ rerum im
plicatũ, lõge ſeiunctũ esse à tãto amore dei, & tan
to amore p̃ximi, quantũ ſcriptura ipſa præſcribit.
Tum uero ille timor quo cogitat de iudicio dei,
& illa pietas qua nõ potest niſi credere & cedere
autoritati ſanctorũ librorũ, cogit eũ ſeipſum luge
re. Nã iſta ſciẽtia bonæ ſpei hominẽ ſe nõ iactan
tem, ſed lamẽtantẽ facit. Quo affectu impetrat ſe
dulis precibus cõſolationẽ diuini adiutorij, ne de
ſperatione frangat̃, & esse incipit in quarto gra *Quartus*
du, hoc est fortitudinis, quo eſurit̃ & ſitit̃ iuſti
tia. Hoc enim affectu ab omni mortifera iucũdita
te rerũ trãſeuntiũ ſeſe extrahit, & inde ſe auertẽs
cõuertit ad dilectionẽ æternorũ, incõmutabilem
ſcilicet unitatẽ eãdemq; trinitatẽ. Quã ubi aſpexe
rit quantũ poteſt, in lõginqua radiantẽ, ſuiq; aſpe
ctus infirmitate ſuſtinere ſe illã lucẽ nõ poſſe per *Quintus*
ſenſerit, in quinto gradu, hoc est in cõſilio miſeri
cordiæ purgat animã tumultuantẽ quodãmodo
atq; obſtrepentẽ ſibi de appetitu inferiorũ conce
ptis ſordibus. Hinc uero ſe in dilectione proximi
gnauiter exercet, in eaq; perficit̃, & ſpe iã plenus
atq; integer uiribus cũ peruenerit uſq; ad inimici *Sextus*
dilectionẽ aſcendit in ſextũ gradũ, ubi iam ipſum
oculũ purgat quo uideri deus potest, quantũ po
test ab ijs qui huic ſæculo moriuntur quantũ poſ
ſunt. Nã intantũ uidẽt, inquantũ moriuntur huic
ſeculo. Inquantum aũt huic uiuũt, non uident. Et
ideo q̃uis iã certior & non ſolũ tolerabilior, ſed
etiã iucundior ſpecies lucis illius incipiat appare
re, in ænigmate tamẽ adhuc & per ſpeculũ uideri
dicit̃, quia magis per fidẽ q̃ſ per ſpeciẽ ambulat̃,
cũ in hac uita peregrinamur, quãuis cõuerſatio
nem habeamus in cœlis. In hoc aũt gradu ita pur
gat oculũ cordis, ut ueritati ne ipſum quidẽ prefe
rat aut conferat proximũ: ergo nec ſeipſum, quia
nec illũ quẽ diligit ſicut ſeipſum. Erit ergo iſte ſan
ctus tã ſimplici corde atq; mũdato, ut neq; homini
bus placẽdi ſtudio detorqueat̃ à uero, nec reſpe
ctu deuitandorũ quorũlibet incõmodorũ ſuorũ
quæ aduerſantur huic uitæ. Talis filius aſcendit
ad ſapientiã quæ ultima & ſeptima est, qua paca *Septimus*
tus trãquilluſq; perfruitur. Initiũ enim ſapiẽtiæ ti
mor domini. Ab illo enim uſq; ad ipſam per hos *Liber Ecclesiastici. Cap. VIII*
gradus tendit̃ & peruenitur. Sed nos ad tertiũ
gradũ illum cõſiderationẽ referamus, de quo diſ
ſerere quod dominus ſuggeſſerit atq; tractare in
ſtituimus. Erit igiẽ diuinarũ ſcripturarũ ſolertiſsi
mus indagator, q primo totas legerit, notaſq; ha
buerit, & ſi nondũ intellectu, iam tamen lectione,
duntaxat eas quæ appellãtur canonicæ. Nã cæte
ras ſecurius leget fide ueritatis inſtructus, ne præ
occupent imbecillem animũ, & periculoſis men
daciis atq; phãtaſmatibus eludentes præiudicent
aliquid contra ſanam intelligentiã. In canonicis *Qui primo, Ecclesiasticus quæ non in libris canonicis habetur. IX*
autẽ ſcripturis eccleſiarum catholicarũ quamplu *Canonicæ*
rium autoritatẽ ſequatur, inter quas ſanẽ illę ſunt
quæ Apoſtolicas ſedes habere & epiſtolas acci
pere meruerũt. Tenebit igitur hunc modũ in ſcri
pturis canonicis, ut eas quę ab omnib. accipiunt̃
eccleſiis catholicis, præponat eis quas quædam
non

non accipiunt. In eis uero quæ non accipiũtur ab
omnibus, præponat eas quas plures grauioresq;
accipiunt, eis quas pauciores minorisq; autorita
tis eccleſiæ tenent. Si autẽ alias inuenerit à pluri
bus, alias à grauioribus haberi, quanq̃ hoc inueni
re non poſſit, æqualis tamẽ autoritatis eas haben
das puto. Totus aũt canon ſcripturarũ in quo iſtã
conſiderationẽ uerſandã dicimus, his libris conti
netur: quinq; Moyſeos, id est Geneſi, Exodo, Le
uitico, Numeri, Deuteronomio, & uno libro Ieſu
Naue, uno Iudicũ, uno libello qui appellat̃ Ruth,
qui magis ad Regnorũ principia uidet̃ pertinere:
deinde quatuor Regnorum, & duobus Paralipo
menon, non conſequẽtibus, ſed quaſi à latere ad
iunctis ſimulq; pergentibus. Hæc est hiſtoria quæ
ſibimet annexa tẽpora cõtinet, atq; ordinẽ rerum.
Sunt aliæ tanq̃ ex diuerſo ordine, quæ neq; huic B
ordini, neq; inter ſe conneciuntur, ſicut est Iob &
Tobias & Heſter & Iudith & Machabæorũ libri
duo, & Eſdræ duo, qui magis ſubſequi uidẽtur or
dinatã illam hiſtoriã, uſq; ad Regnorũ uel Paralĩ
pomenõ terminatã. Deinde prophetæ, in quibus
Dauid unus liber Pſalmorũ: & Salomonis tres,
Prouerbiorũ, Cantica canticorũ, & Eccleſiaſtes.
Ibid. cap. 4 Nam illi duo libri, unus qui Sapiẽtia, & alius qui
Eccleſiaſticus inſcribit̃, de quadã ſimilitudine Sa
lomonis esse dicũtur. Nam Ieſus filius Sirach eos
ſcripſisse conſtãtiſſime perhibetur. Qui tamẽ q̃n
in autoritatẽ recipi meruerunt, inter prophẽticos
numerãdi ſunt. Reliqui ſunt eorũ libri, qui ꝓprie
Prophetæ appellati ſunt, duodecim Prophetarũ
libri ſinguli: qui connexi ſibimet, quoniã nunq̃ ſe C
iuncti ſunt, pro uno habẽtur: quorum prophetarũ
nomina ſunt hæc, Oſee, Ioel, Amos, Abdias, Io
nas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggę
us, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor ꝓphe
tæ ſunt maiorũ uoluminũ, Eſaias, Hieremias, Da
niel, Ezechiel. His quadraginta quatuor libris Ve
teris teſtamẽti terminatur autoritas. Noui aũt qua
tuor libris euãgeliſ, ſecundũ Matthæum, ſecundũ
Marcum, ſecundũ Lucam, ſecundũ Ioannẽ: qua
tuordecim epiſtolis Pauli apoſtoli, ad Romanos,
ad Corinthios duabus, ad Galatas, ad Epheſios,
ad Philippenſes, ad Theſſalonicenſes duabus, ad
Coloſſenſes, ad Timotheũ duabus, ad Titum, ad
Philemonẽ, ad Hebræos: Petri duabus, tribus Io D
annis, una Iudæ, & una Iacobi, Actibus apoſtolo
rum libro uno, & Apocalypſis Ioannis libro uno.
In his omnibus libris timentes deum & pietate
mãſueti quærũt uoluntatẽ dei. Cuius operis & la
boris prima obſeruatio est, ut diximus, noſſe iſtos
libros, & ſi nondũ ad intellectũ, legẽdo tamen uel
mãdare memoriæ, uel omnino incognitos non ha
bere. Deinde illa quæ in eis aperte poſita ſunt uel
præcepta uiuẽdi, uel regulæ credẽdi, ſolertius dili
gentiuſq; inueſtigãda ſunt. Quæ quãto quiſq; plu
ra inuenit, tãto est intelligentſa capacior. In iis eñ
quæ aperte in ſcriptura poſita ſunt, inueniunt̃ illa
omnia quæ cõtinent fidem moresq; uiuẽdi, ſpem
ſcilicet atq; charitatẽ, de q̃bus libro ſuperiore tra
ctauimus. Tum uero facta quadã familiaritate cũ
ipſa lingua diuinarũ ſcripturarũ, in ea quæ obſcu A
ra ſunt aperiẽda & diſcutiẽda pergẽdum est, ut ad
obſcuriores locutiones illuſtrãdas de manifeſtio
ribus ſumãtur exẽpla, & quædã certarũ ſententia
rum teſtimonia dubitationẽ de incertis auferant.
In qua re memoria ualet plurimũ: quæ ſi defuerit,
nõ poteſt his præceptis dari. Duabus aũt cauſis
non intelliguntur quæ ſcripta ſunt, ſi aut ignotis, *Verba nunc proprie nunc metaphorice accipiũtur.* X
aut ambiguis ſignis obtegũtur. Sunt aũt ſigna uel
propria uel translata. Propria dicũtur, cum his re
bus ſignificãdis adhibent̃, propter quas ſunt inſti
tuta, ſicut cum dicimus bouẽ, intelligimus pecus,
quod omnes nobiſcum Latinæ linguæ homines
hoc nomine uocant. Translata ſunt, cum & ipſæ
res quas proprijs uerbis ſignificamus ad aliud ali
quid ſignificandum uſurpãtur, ſicut cum dicimus
bouẽ, & per has duas ſyllabas intelligimus quod
iſto nomine appellari ſolet: ſed per illud pecus rur
ſus intelligimus euangeliſtã quem ſignificauit ſcri
ptura, interpretãte Apoſtolo, dicẽs: Bouem tritu *1 Cor. 9*
rantẽ non infrenabis. Contra ignota ſigna pro *Græcã linguã & Hebræa neceſſariam eſſe ad cognitionẽ literarũ ſacrarum. Cap. XI*
pria, magnũ remediũ est linguarũ cognitio. Et La
tinæ quidẽ linguæ homines quos nũc inſtruen
dos ſuſcepimus, & duabus alijs ad ſcripturarũ di
uinarũ cognitionẽ habent opus, Hebræa ſcilicet
& Græca, ut ad exẽplaria præcedẽtia recurratur,
ſi quam dubitationẽ attulerit Latinorũ interpretũ
infinita uarietas, quanq̃ & Hebræa uerba non in
terpretata ſæpe inueniamus in libris, ſicut amen,
hallelu ia, & racha, & oſanna, & ſi qua ſunt alia.
Quorũ partim propter ſanctiorẽ autoritatẽ, q̃uis
interpretari potuiſſent, ſeruata est antigtas, ſicut
est amen & hallelu ia, partim uero in aliã linguam
transferri non potuiſſe dicũtur, ſicut alia duo quę
poſuimus. Sunt enim quædam uerba certarũ lin
guarũ, quæ in uſum alterius linguę per interpreta
tionẽ tranſire non poſſunt. Et hoc maxime interie
ctionibus accidit, quæ uerba potius motũ animi
ſignificant, q̃ſ ſentẽtiæ conceptæ ullam particulã:
nam & hæc duo talia eſſe perhibẽtur. Dicũt enim
racha indignãtis eſſe uocem, oſanna lætantis. Sed
non propter hæc pauca quę notare atq; interroga
re facilliműm est, ſed propter diuerſitates, ut dictũ
est, interpretũ, illarum linguarum est cognitio ne
ceſſaria. Qui enim ſcripturas ex Hebręa lingua in
Græcã uerterunt linguã, numerari poſſunt, Latini
autẽ interprẽtes nullo modo. Vt enim cuiq; pri
mis fidei temporibus in manus uenit codex Græ
cus, & aliquantulum facultatis ſibimet utriuſque
linguæ habere uidebatur, auſus est interpretari.
Quæ quidẽ res plus adiuuit intelligentiã q̃ im *Diuerſitas interpretationũ quid faciat. Cap. XII*
pediuit, ſi modo legẽtes non ſint negligẽtes. Nam
nõnullas obſcuriores ſentẽtias plurium codicum
ſæpe manifeſtauit inſpectio. Sicut illud Eſaię pro
phetæ unus interpres ait: Et carnẽ tuam ne deſpe *Eſa. 58*
xeris: alius, Et domeſticos ſeminis tui ne deſpexe
ris: uterq; ſibimet inuicẽ atteſtãtur. Nanq; alter ex
altero exponit̃: quia et caro poſſet accipi proprie,
ut corpus ſuũ quiſq; ne deſpiceret, ſe putaret ad
monitũ: & domeſtici ſeminis translate, Chriſtia
ni poſſent intelligi, ex eodẽ uerbi ſemine nobiſcũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiritaliter nati. Nunc aũt collato interpretũ ſenſu probabilior occurrit ſentẽtia propríe de cõſanguineis non deſpiciẽdis eſſe præceptũ, quoniam domeſticos ſeminis cum ad carnẽ retuleris, conſanguinei potiſſimũ occurrũt. Vnde eſſe arbitror illud Apoſtoli quod ait, Si quo modo ad æmulationẽ adducere potuero carnẽ meam, ut ſaluos faciam aliquos ex illis, id eſt ut ęmulãdo eos qui crediderant & ipſi crederẽt. Carnẽ aũt ſuam dixit Iudæos, propter conſanguinitatẽ. Item aliud eiuſdẽ Eſaiæ prophetę, Niſi crediderítis, nõ intelligetis. Alius interpretatus eſt, Niſi credideritis non permanebitis, Quis horũ uera ſecutus ſit, niſi exẽplaria linguæ præcedentis legãtur incertũ eſt. Sed tamen ex utroq; magnũ aliquid inſinuatur ſciẽter le gentibus. Difficile eſt enim ita diuerſos à ſe interpretes fieri, ut non ſe aliqua uicinitate cõtingant. Ergo quoniã intellectus in ſpecie ſempiterna eſt, fides uero in rerũ tẽporaliũ quibuſdã cunabulis quaſi lacte alit paruulos. Nunc aũt per fidẽ ambulamus non per ſpeciẽ, Niſi aũt per fidẽ ambulauerímus, ad ſpeciẽ peruenire nõ poterímus, quæ nõ tranſit, ſed permanet per intellectũ purgatum nobis cohærentibus ueritati. Propterea ille ait, Niſi crediderítis non permanebítis. Ille uero, Niſi crediderítis non intelligetis. Et ex ambiguo linguæ præcedẽtis plerunq; interpres fallitur cui non bene nota ſentẽtia eſt, & eam ſignificationẽ trãsfert quę à ſenſu ſcriptoris penitus aliena eſt. Sicut quidam codices habent, Acuti pedes eorũ ad effundendũ ſanguinẽ, ὀξεῖς enim apud Græcos & acutum & uelocẽ ſignificat. Ille ergo uidit ſententiã qui trãſtulit, Veloces pedes eorũ ad effundendũ ſanguinẽ. Ille aũt alius ancipiti ſigno in aliã partẽ rapt[illegible] errauit. Et talia quidẽ nõ obſcura ſed falſa ſunt, quorũ alia conditio eſt. Non enim intelligẽdos ſed emendãdos tales codices potius præcipiendũ eſt. Hinc eſt enim etiam illud: quoniã μόχθοι moſchos Græce uitulus dicitur, μοχθίσματα moſcheumata quidã non intellexerunt eſſe plãtationes, & uitulamina interpretati ſunt. Qui error tã multos codices præoccupauit, ut uix inueniatur aliter ſcriptũ, & tamẽ ſentẽtia manifeſtiſſima eſt, quia clareſcit conſequẽtibus uerbis: Nãq; adulterinæ plãtationes non dabunt radices altas: cõueniẽtius dicitur ęq; uitulamína, quæ uelut pedibus per terrã gradiũtur, & nõ hærent radicíbus. Hanc translationẽ in eo loco etiã cætera cõtexta cuſtodiunt. Sed quoniã & quæ ſit ipſa ſentẽtia, quam plures interpretes pro ſua quiſq; facultate atq; iudício conãtur eloqui, nõ apparet niſi in ea lingua inſpiciatur quam interpretãtur, & plerunq; à ſenſu autoris deuius aberrat interpres ſi nõ ſit doctiſſimus: igitur aut illarũ linguarũ ex quibus in Latinam ſcripturã peruenit petenda cognitio eſt, aut habendæ interpretationes eorũ qui ſę uerbis nimis obſtrinxerũt, non quia ſufficiũt, ſed ut ex eis libertas uel error dirigatur aliorũ, qui non magis uerba ęq; ſentẽtias interpretãdo ſequi maluerunt. Nam non ſolũ uerba ſingula, ſed etiã locutiones ſæpe transferũtur, quæ omnino in Latinæ linguę uſum, ſi quis conſuetudinẽ ueterum, qui Latine locuti ſunt tenere uoluerit, tranſire nõ poſſunt. Quę aliquãdo intellectui nihil adimunt, ſed offendunt tamẽ eos qui plus delectãtur rebus, cum etiã in earum ſignis ſua quædã ſeruatur integritas. Nam ſolœciſmus qui dicitur, nihil aliud eſt ęq; cum uerba non ea lege ſibi coaptãtur qua coaptauerunt qui priores nobis nõ ſine autoritate aliqua locuti ſũt. Vtrũ enim inter homines, an inter hominibus dicatur, ad rerũ non pertinet cognitorẽ. Itẽ barbariſmus quid aliud eſt, niſi uerbũ non eis literis uel ſono enunciatũ, quo ab eís qui Latine ante nos locuti ſunt, enunciari ſolet? Vtrũ enim ignoſcere producta tertia ſyllaba uel correpta dicatur, non multũ curat qui peccatis ſuis deũ ut ignoſcat petit, quolibet modo illud uerbum ſonare potuerit. Quid eſt ergo integritas locutiõis, niſi Latinæ cõſuetudinis conſeruatio loquentiũ ueterum autoritate firmata? Sed tamen eo magis inde offendũtur homines quo infirmiores ſunt, & eo ſunt infirmiores, quo doctiores uideri uolũt: non rerũ ſciẽtia qua ædificamur, ſed ſignorum, qua non inflari omnino difficile eſt, cum & ipſa rerũ ſcientia ſæpe ceruicẽ erigat, niſi dominico reprimatur iugo. Quid enim obeſt intellectori, ęq; ita ſcriptum eſt, quæ eſt terra in qua iſti inſidẽt ſuper eam, ſi bona eſt aut nequã, & quæ ſunt ciuitates in quibus ipſi inhabitant in ipſis? Quã locutionẽ magis alienæ linguæ eſſe arbitror, ęq; ſenſum aliquẽ altiorem illud etiã quod iam auferre non poſſumus de ore cantantiũ populorũ, Super ipſum aũt floriet ſanctificatio mea: nihil profecto ſentẽtię detrahit: auditor tamẽ peritior mallet hoc corrigi, ut non floriet, ſed florebit diceret. Nec quiq; impedit correctionẽ niſi conſuetudo cantantiũ. Iſta ergo facile etiã contẽni poſſunt, ſi quis ea cauere noluerit, quæ ſano intellectui nihil detrahũt. At uero illud quod ait Apoſtolus: Quod ſtultũ eſt dei, ſapiẽtius eſt hominibus, & quod infirmũ eſt dei, fortius eſt hominibus: ſi quis in eo Græcã locutionẽ ſeruaſſe uoluiſſet, ut diceretur, Quod ſtultũ eſt dei, ſapientius eſt hominũ: & quod infirmũ eſt dei, fortiꝰ eſt hominũ: iret quidẽ uigilantis lectoris intentio in ſententię ueritatẽ: ſed tamẽ aliquis tardior aut nõ intelligeret, aut etiã peruerſe intelligeret. Non eñ tantũ uitioſa locutio eſt in Latina lingua talis, uerumetiã in ambiguitatẽ cadit, ut quaſi hominum ſtultum uel hominũ infirmũ ſapiẽtius uel fortius uideatur eſſe ęq; dei: quanq; & illud, ſapientius eſt hominibus, non caret ambiguo etiã ſi ſolœciſmo careat. Vtrũ enim his hominibus ab eo quod eſt huic homini, an ab his hominibus ab eo quod eſt ab hoc homine dictũ ſit, non apparet niſi illuminatione ſententię. Melius itaq; dicitur, Sapiẽtius eſt ęq; homines, & fortius eſt ęq; homines. De ambiguis aũt ſignis poſt loquemur, nunc de incognitis agimus, quorũ duæ formæ ſunt quantũ ad uerba pertinet. Nanq; aut ignotũ uerbũ facit hærere lectorem, aut ignota locutio. Quæ ſi ex alienis linguis ueniunt, aut quærẽda ſunt ab earũ linguarũ hominibus, aut linguæ eædem, ſi & ocium eſt & ingenium

ingeniũ ediſcendæ, aut plurium interpretũ conſulenda collatio eſt. Si aũt ipſius linguæ noſtræ aliqua uerba locutionesq; ignoramus, legẽdi cõſuetudine audiendiq; innoteſcũt. Nulla ſanè ſunt magis mãdanda memoriæ ęq; illa uerborum locutionumq; genera quæ ignoram⁹, ut cum uel peritior occurrerit, de quo quæri poſſint, uel talis lectio quæ uel præcedẽtibus uel cõſequẽtibus uel utriſq; oſtendat quã uim habeat, quid ue ſignificet quod ignoramus, facile adiuuãte memoria poſſim⁹ animaduertere & diſcere: quanq; tanta eſt uis cõſuetudinis etiã ad diſcẽdũ, ut qui in ſcripturis ſanctis quodãmodo nutriti educatiq; ſunt, magis alias locutiones mirentur, easq; minus Latinas putent ęq; illas quas in ſcripturis didicerunt, neq; in Latinæ linguæ autoribus reperiuntur. Plurimũ hic quoq; iuuat interpretũ numeroſitas collatis codicib⁹ inſpecta atq; diſcuſſa, tantũ abſit falſitas: nam codicibus emẽdandis primitus debet inuigilare ſolertia eorum qui ſcripturas diuinas noſſe deſiderant, ut emendatis non emendati cedant, ex uno dũtaxat interpretationis genere uenientes. In ipſis aũt interpretationibus Itala cęteris præferatur. Nam eſt uerborũ tenacior cum perſpicuitate ſentẽtiæ, Et Latinis quibuslibet emendatis, Græci adhibeãtur, in quibus ſeptuaginta interpretũ quod ad uetus teſtamentum attinet, excellit autoritas: quia iam per omnes peritiores eccleſias tãta præſentia ſpiritusſancti interpretati eſſe dicuntur, ut os unũ tot hominũ fuerit. Qui ſi, ut fertur, multiq; non in digni fide prędicãt, ſinguli cellis etiã ſingulis ſeparati cum interpretati eſſent, nihil in aliculus eorũ codice inuentũ eſt quod non ipſidẽ uerbis eodẽq; uerborũ ordine inueniretur in cæteris: quis huic autoritati conferre aliquid nedũ præferre audeat? Si aũt cõtulerũt ut una omniũ cõmuni tractatu iudicioq; uox fieret, nec ſic quidẽ quenq; unum hominẽ qualibet peritia ad emendandũ tot ſeniorũ doctorũq; conſenſum aſpirare oportet aut decet. quamobrẽ etiã ſi aliquid aliter in Hebræis exẽplaribus inuenitur ęq; iſti poſuerint, cedendũ eſſe arbitror diuinę diſpenſationi, quæ per eos facta eſt: ut libri quos gens Iudæa cæteris populis uel religione uel inuidia prodere nolebat, creditúris per dominũ gẽtibus miniſtra regis Ptolemęi poteſtate tanto ante proderentur. Itaq; fieri poteſt, ut ſic illi interpretati ſint, quemadmodũ cõgruere gentibus ille qui eos regebat, & qui os unũ omnibus fecerat ſpiritusſanctus iudicauit. Sed tamẽ ut ſupérius dixi, horũ quoq; interpretũ qui uerbis tenacíus inhæſerũt, collatio nõ eſt inutilis ad explanãdam ſæpe ſententiã. Latini ergo ut dicere cœperã codices Veteris teſtamenti, ſi neceſſe fuerit, Græcorũ autoritate emẽdandi ſunt, & eorũ potiſſimũ qui cum Septuaginta eſſent ore uno interpretati eſſe phibentur. Libros aũt Noui teſtamẽti, ſi quid in Latinis uarietatib. titubat, Græcis cedere oportere non dubiũ eſt, & maxime qui apud eccleſias doctiores & diligẽtiores reperiunt. In trãſlatis uero ſignis, ſi qua forte ignota cogũt hærere lectorem, partim linguarũ notitia, partim rerũ inueſti-

gãda ſunt. Aliquid enim ad ſimilitudinem ualet, & proculdubio ſecretũ quiddam inſinuat ſiloa piſcina, ubi lauare faciẽ iuſſus eſt, cui oculos dominus luto de ſputo facto inunxerat. Quod tamẽ nomen linguæ incognitæ, niſi Euãgeliſta interpretatus eſſet, tam magnus intellectus lateret. Sic etiã multa quæ ab autoribus eorundẽ librorũ interpretata non ſunt nomina Hebręa, non eſt dubitandũ habere non paruã uim atq; adiutoriũ ad ſoluenda ænigmata ſcripturarũ, ſi quis poſſit ea interpretari: quod nõnulli eiuſdẽ linguæ uiri periti non ſanè paruũ beneficiũ poſteris cõtulerunt, qui ſeparata de ſcripturis eadẽ uerba omnia interpretati ſunt, & quid ſit Adam, quid Eua, quid Abraham, quid Moyſes, ſiue etiã locorũ nomina: quid ſit Hieruſalem, uel Sion, uel Hiericho, uel Sina, uel Libanus, uel Iordanis, uel quæcunq; alia in illa lingua ſunt incognita nobis nomina. Quibus apertis & interpretatis multæ in ſcripturis figuratæ locutiones manifeſtãtur. Rerum aũt ignorãtia facit obſcuras figuratas locutiones, cum ignoramus uel animantium, uel lapidũ, uel herbarũ naturas aliarũue rerum, quæ plerũq; in ſcripturis ſimilitudinis alicuius gratia ponũtur. Nam & de ſerpẽte quod notũ eſt, totũ corpus eum pro capite obijcere ferientibus, quantũ illuſtrat ſenſum illũ quo dominus iubet aſtutos nos eſſe ſicut ſerpẽtes: ut ſcilicet pro capite noſtro, quod eſt Chriſtus, corpus potius perſequentibus offeramus, ne fides Chriſtiana tanq; caput necetur in nobis, ſi parcentes corpori negemus deum: uel illud quod per cauernæ anguſtias coarctatus, depoſita ueteri tunica uires nouas accípere dicitur, quantũ cõcinit ad imitandã ipſius ſerpẽtis aſtutiã, exuendũq; ipſum uetere hominẽ, ſicut Apoſtolus dicit, ut induamur nouo, & exuẽdum per anguſtias, dicente dño, Intrate per anguſtam portã. Vt ergo notitia naturæ ſerpentis illuſtrat multas ſimilitudines, quas de hoc animante ſcriptura dare cõſueuit, ſic ignorãtia nõnullorum animaliũ quæ non minus per ſimilitudines cõmemorat, impedit plurimũ lectorẽ. Sic lapidũ, ſic herbarũ, uel quæcũq; tenẽtur radicíbus. Nam & carbunculi notitia, ęq; lucet in tenebris, multa illuminat etiã obſcura librorũ ubicunq; propter ſimilitudinẽ ponit, & ignorãtia berilli uel adamantis claudit plerũq; intelligẽtiæ fores. Nec aliã ob cauſam facile eſt intelligere pacẽ perpetuã ſignificari oleę ramuſculo, quem rediens ad arcã colũba pertulit, niſi quia nouimus & olei lenẽ contactũ non facile alieno humore corrũpi, & arborẽ ipſam frondere perenniter. Multi aũt propter ignorantiã hyſſopi dum neſciunt quã uim habeat, uel ad purgandum pulmonẽ, uel ut dicitur ad ſaxa radicibus penetrãda, cum ſit herba breuis atq; humilis, omnino inuenire non poſſunt, quare dictũ ſit: Aſperges me hyſſopo & mũdabor. Numerorũ etiam imperitia multa facit non intelligi, translate ac myſtice poſita in ſcripturis. Ingeniũ quippe, ut ita dixerim, ingenuũ non poteſt non moueri quid ſibi uelit, ęq; et Moyſes & Helias et ipſe dñs quadraginta diebus ieiunauerũt? Cuius actionis figuratus quidam no

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus,nisi huius numeri cognitione & cõsideratione non soluitur.Habet enim denariũ quater,tanq̃ cognitionẽ omniũ rerũ intextam tẽporibus. Quaternario quippe numero & diurna & annua curricula peragũtur.Diurna matutinis,meridianis,uespertinis,nocturnisq; horarũ spatijs,Annua,uernis,æstiuis,autũnalibus hiemalibusq; mensibus. A temporũ aũt delectatione dum in tẽporibus uiuimus,propter æternitatẽ in qua uiuere uolumus abstinendũ & ieiunandũ est,cuius temporũ cursibus ipsa nobis insinuetur doctrina contẽnendorũ temporũ & appetendorũ æternorũ. Porrò autem denarius numerus creatoris atq; creaturæ significat scientiã:nam trinitas creatoris est,septenarius aũt numerus creaturã indicat,propter uitã & corpus.Nam in illa tria sunt:unde etiã toto corde,tota anima,tota mente diligẽdus est deus.In corpore aũt quatuor manifestissima apparẽt,quibus cõstat,elemẽta In hoc ergo denario dum tẽporaliter nobis insinuatur,id est quater ducitur,caste & cõtinenter à temporum delectatione uiuere,hoc est quadraginta diebus iciunare monemur.Hoc lex, cuius persona est in Moyse,hoc prophetia,cuius personã gerit Helias,hoc ipse dñs monet,qui tanq̃ testimoniũ habẽs ex lege & prophetis,medius inter illos in mõte tribus discipulis uidẽtibus atq; stupẽtibus claruit.Deinde ita quæritur,quõ quinquagenarius de quadragenario numero existat, qui non mediocriter in nostra religione sacratus est propter pentecostẽ,& quõ ter ductus propter tria tẽpora,ante legẽ,sub lege,sub gratia,uel propter nomẽ patris & filij & spiritussancti,adiuncta eminẽtius ipsa trinitate ad purgatissimæ ecclesiæ mysteriũ referatur,perueniatq; ad centũ quinquaginta tres pisces,quos retia post resurrectionẽ dñi in dexterã partem missa ceperunt.Ita multis alijs atq; alijs numerorũ formis quædã similitudinũ in libris sanctis secreta promũtur,quę propter numerorum imperitiã legẽtibus clausa sunt.Non pauca etiã claudit atq; obtegit nonnullarũ rerũ musicarum ignorantia.Nam & de psalterij & citharæ differẽtia,quidã non incõcinne aliquas rerũ figu-
Psal.31 & 32 ras aperuit:& decem chordarũ psalteriũ non importune inter doctos quæritur,utrũ habeat aliquã musicæ legẽ quæ ad tantum neruorũ numerũ cogat,an uero si non habet,eoipso magis sacrate sic accipiẽdus ipse numerus:uel propter decalogũ legis:de quo item numero si quæratur,non nisi ad creatorẽ creaturãq; referendus est:uel propter superius expositũ ipsum denarium.Et ille numerus ædificationis tẽpli cõmemoratus in Euãgelio qua-
Io.2 draginta scilicet & sex annorũ,nescio quid musicum sonat,& relatus ad fabricã dominici corporis,propter quã tẽpli mẽtio facta est,cogit nõnullos hæreticos cõfiteri filiũ dei nõ falso sed uero & humano corpore indutũ:& numerũ qppe & musicã plerisq; locis in sanctis scripturis posita hono-
Poetarũ fabulas non interpretandas allegorice. XVII rabiliter inuenimus. Non enim audiẽdi sunt erores gentiliũ superstitionũ,qui nouem Musas Iouis & Memoriæ filias esse finxerunt.Refellit eos Varro,quo nescio utrũ apud eos quisquã taliũ rerum doctior uel curiosior esse possit.Dicit enim ciuitatẽ nescio quam,nõ enim nomẽ recolo,locasse apud tres artifices terna simulachra Musarũ,quæ in tẽplo Apollinis dono poneret,ut quisquis artificũ pulchriora formasset,ab illo potissimũ electa emeret.Itaq; cõtigisse ut opera sua quoq; illi artifices æque pulchra explicarent,& placuisse ciuitati omnes nouẽ atq; omnes emptas esse,ut in Apollinis templo dedicarẽtur:quibus postea dicit Hesiodum poetã impositisse uocabula.Non ergo Iupiter nouẽ Musas genuit,sed tres fabri ternas creauerũt.Tres aũt non propterea illa ciuitas locauerat,quia in somnis eas uiderat,aut tot se cuiusquã illorũ oculis demõstrauerant:sed quia facile erat animaduertere omnẽ sonũ,qui materies cantilenarum est,triformẽ esse natura.Aut enim æditur uoce,sicuti eorum est qui faucibus sine organo canunt:aut flatu,sicut tubarũ & tibiarum:aut pulsu, sicut in citharis & tympanis & quibuslibet alijs quæ percutiendo canora sunt. Sed siue ita se habeat quod Varro retulit,siue nõ ita,nos tamẽ non propter superstitionẽ prophanorũ debemus musicam fugere,si quid inde utile ad intelligendas sanctas scripturas rapere potuerimus:nec ad illorum theatricas nugas cõuerti,si aliqd de citharis & de organis quod ad spiritalia capiẽda ualeat disputemus.Neq; enim & literas discere non debuimus, quia earũ repertorẽ dicũt esse Mercuriũ:aut quia iustitiæ uirtutiq; templa dedicarũt,& quæ corde gestanda sunt in lapidibus adorare maluerũt,propterea nobis iustitia uirtusq; fugienda est:imõ uero quisquis bonus uerusq; Christian⁹ est,domini sui esse intelligat ubicunq; inuenerit ueritatẽ,quã confitẽs & agnoscẽs,etiã in literis sacris superstitiosa figmenta repudiet:doleatq; homines atq; caueat,qui cognoscẽtes deum,non ut deum glorificauerũt,aut gratias egerũt,sed euanuerũt in cogitationibus suis,& obscuratũ est cor insipiẽs eorũ: dicẽtes enim se esse sapiẽtes,stulti facti sunt,& immutauerũt gloriã incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum & quadrupedũ & serpentũ. Sed ut totũ istũ locum,nã est maxime necessari⁹,diligẽtius explicemus,Duo sunt genera doctrinarũ quæ in gentilibus etiã moribus exercenť.Vnum earũ rerũ quas instituerũt homines,alterũ earũ quas animaduerterunt iam peractas aut diuinitus institutas.Illud quod est secundũ institutiones hominũ,partim superstitiosum est, partim superstitiosum non est.

Superstitiosum est,quicquid institutũ est ab hominibus ad faciẽda & colẽda idola,pertinens uel ad colendã sicut deum creaturã partem'ue ullam creaturæ,uel ad cõsultationes & pacta quædã significationũ cum dæmonibus placita atq; fœderata,qualia sunt molimina magicarũ artium,quæ quidẽ cõmemorare potius cũ docere assolent poetæ.Ex quo genere sunt,sed quasi licẽtiore uanitate,haruspicũ & augurũ libri.Ad hoc genus pertinent omnes etiã ligaturæ,atq; remedia quæ medicorum quoq; disciplina condẽnat,siue in præcantationibus,siue in quibusdã notis quas characte-
res

res uocant:siue in quibusdam rebus suspendẽdis atq; illigãdis,uel etiã saltandis quodãmodo,non ad temperationem corporum,sed ad quasdam significationes, aut occultas,aut etiã manifestas: quæ mitiore nomine physicã uocãt,ut non quasi superstitiose implicare,sed natura prodesse uideãtur:sicut sunt inaures in summo auriũ singularũ, aut de struthionũ ossibus ansulæ in digitis,aut cũ tibi dicitur singultienti,ut dextera manu sinistrũ pollicẽ teneas. His adiungũtur milia inanissimarum obseruationũ,si mẽbrum aliquod salierit,si iunctim ambulãtibus amicis,lapis,aut canis,aut puer medius interuenerit:atq; illud q̃ lapidẽ calcant,tanq̃ diremptorẽ amicitię minus molestum est,q̃ innocentẽ puerũ colapho percutiũt,si pariter ambulãtibus intercurrerit.Sed bellum est q̃ aliquãdo pueri uindicanť à canibus:nam plerũq; tam superstitiosi sunt quidã,ut etiã canem qui medius interuenerit ferire audeãt,non impune:nãq; à uano remedio cito interdũ ille percussorẽ suum ad uerũ medicum mittit.Hinc sunt etiã illa:limen calcare cum ante domũ suam transit:redire ad lectum,si quis dũ se calciat sternutauerit:redire domum,si procedẽs offenderit:cũ uestis à soricibus roditur,plus timere suspicionẽ futuri mali q̃ præsens damnũ dolere. Vnde illud eleganter dictum est Catonis,qui cum esset consultus à quodã qui sibi à soricibus erosas caligas diceret:respõdit,nõ esse illud monstrũ,sed uere monstrũ habẽdũ fuisi soricem à caligis roderẽtur. Neq; illi ab hoc genere perniciosæ superstitionis segregãdi sunt,qui genethliaci propter nataliũ dierũ cõsiderationes, nunc aũt uulgo mathematici uocanť.Nam & ipsi q̃uis ueram stellarũ positionẽ,cum quisq; nascitur consectẽtur,& aliquãdo etiam peruestigẽt,tñ q̃ inde conantur uel actiones nostras uel actionũ euenta prædicere,nimis errant,& uendunt impetitis hominibus miserabilẽ seruitutẽ.Nam quisq; liber cum ad huiusmodi mathematicũ ingressus fuerit,dat pecuniã ut seruus inde exeat,aut Martis,aut Veneris uel potius omniũ syderũ,quibus illi qui primi errauerũt,errorẽq; posteris propinauerũt,uel bestiarũ propter similitudinẽ,uel hominũ ad ipsos homines honorãdos imposuerunt uocabula.Non enim mirandũ est,cum etiã propiori bus recẽtioribusq; tẽporibus,sydus quod appellamus luciferũ honori & nomini Cæsaris Romani dicare conati sunt.Et fortasse factũ esset atq; isset in uetustatẽ,nisi auia eius Venus præoccupasset hoc nominis prædium,neq; iure ullo ad hæredes trãsceret,quod nunq; uiua possederat aut possidẽdum petiuerat.Nam ubi uacabat locus,neq; alicuius priorũ mortuorũ honore tenebatur,factũ est quod in reb⁹ talibus fieri solet.Pro quintili enim & sextili mẽsibus,Iuliũ atq; Augustũ uocamus de honoribus hominũ Iulij Cæsaris & Augusti Cæsaris nũcupatos,ut facile q uoluerit intelligat etiã illa sydera prius sine his nominibus cœlo uagata esse.Mortuis aũtẽ illis quorũ honorare memoriã uel coacti sũt homines regia potestate,uel placuit humana uanitate,nomina eorũ imponẽtes syderi bus,eosipsos sibi mortuos in cœlũ leuare uidebãtur.Sed quomodolibet uocentur ab hominibus, sunt tamen sydera quæ deus instituit & ordinauit ut uoluit,& est certus motus illorũ quo tẽpora distinguũtur atq; uariãtur.Quem motũ notare cum quisq; nascitur quomodo se habeat facile est,per eorũ inuẽtas cõscriptasq; regulas quod sancta scriptura condemnat dicẽs,Si enim tantũ potuerunt scire ut possent æstimare seculũ,quomodo eius dominum non facilius inuenerũt? Sed ex ea nota tione uelle nascentiũ mores,actus,euẽta prædicere,magnus error & magna dementia est.Et apud eos quidẽ qui talia dediscẽda didicerũt,sine ulla dubitatione refellitur hæc superstitio. Constellationes enim quas uocãt,notatio est syderum,quõ se habebãt cum ille nasceretur de quo isti miseri à miserioribus consulunť.Fieri aũt potest,ut aliqui gemini tam sequaciter fundanť ex utero,ut interuallũ tẽporis inter eos nullũ possit apprehẽdi,& constellationũ numeris annotari. Vnde necesse est nõnullos geminos easdem habere cõstellationes,cum paria rerũ uel quas agũt,uel quas patiuntur euenta non habeãt,sed plerũq; ita disparia,ut alius felicissimus,alius infelicissimus uiuat:sicut Esau & Iacob geminos accipimus natos,ita ut Iacob qui posterior nascebatur manu plantã præcedentis fratris tenens inueniretur.Horũ certe dies atq; hora nascentiũ aliter notari non posset,nisi ut amborũ cõstellatio esset una.Quantum aũt interfit inter amborũ mores,facta,labores atq; successus,scriptura testis est,iam ore omniũ gẽtium peruulgata.Neq; enim ad rem pertinet q̃ dicunt ipsum momentũ minimũ atq; angustissimũ temporis quod geminorũ partum disterminat,multũ ualere in rerũ natura atq; cœlestiũ corporum rapidissima uelocitate.Etsi enim concedã ut plurimũ ualeat,tamen in cõstellationibus à mathematico inueniri nõ potest,quibus inspectis se fata dicere profiteť.Quod ergo in constellationibus non inuenit,quas necesse est unas inspiciat,siue de Iacob,siue de eius fratre cõsulatur,quid ei prodest si discat in cœlo quod temere securus infamat,& non discat in tabula quam frustra solicitus intuetur?Quare istę quoq; opiniones quibusdã rerum signis humana præsumptione institutis,ad eadẽ illa quasi quædã cum dæmonibus pacta & cõuenta referẽdæ sunt. Hinc enim fit,ut occulto quodam iudicio diuino cupidi malarũ rerũ homines tradantur illudendi & decipiẽdi pro meritis uoluptatũ suarũ,illudẽtibus eos atq; decipiẽtibus præuaricatoribus angelis:quibus ista pars mundi infima secundũ pulcherrimũ ordinẽ rerum diuinæ prouidẽtiæ lege subiecta est.Quibus illusionibus & deceptionibus euenit,ut istis superstitiosis & pernicioſis diuinationũ generibus multa præterita & futura dicãtur,nec aliter accidant,cũ dicunt: multaq; obseruãtibus secundũ obseruatiões suas eueniãt,quibus implicati curiosiores fiant,& sese magis magisq; inserãt multiplicibus laqueis pernicioſissimi erroris.Hoc genus fornicationis animæ salubriter diuina scriptura non tacuit,neq; ab

ea sic deterruit animã,ut propterea talia negaret esse sectãda,quia falsa dicũtur à professoribus eorũm,sed etiam si dixerint uobis,inquit,& ita euenerit,ne credatis eis.Non em̃ quia imago Samuelis mortui Sauli regi uera prænũciauit,propterea talia sacrilegia qbus imago illa præsentata est minus exec randa sunt:aut quia in Actibus apostolorum uentriloqua fœmina uerũ testimoniũ perhibuit apostolis domini,ideo Paulus apostolus pepercit illi spiritui,ac non potius fœminã illius dæmoniũ correptione atq; exclusione mũdauit.Omnes igitur artes huiusmodi uel nugatoriæ uel noxiæ superstitionis,ex quadam pestifera societate hominũ & dæmoniũ,quasi pacta infidelis & dolosa amicitiæ constituta,penitus sunt repudiãda & fugiẽda Christiano:non q̃ idolũ sit aliquid,ut ait Apostolus,sed quia quæ immolant dæmoniis immolant & nõ deo:nolo aũt uos socios fieri dæmoniorũ.Quod aũt de idolis.& de immolationibus quæ honori eorũ exhibẽtur,dixit Apostolus,hoc de omnibus imaginariis signis sentiendũ est,quæ uel ad cultũ idolorũ,uel ad creaturã eiusq; partes tanq̃ deum colẽdas trahũt,uel ad remediorũ aliarumq; obseruationũ curã pertinẽt:quæ nõ sunt diuinitus ad dilectionẽ dei & proximi,tanq̃ publice cõstituta,sed per priuatas appetitiones rerum temporaliũ,corda dissipãt miserorũ.In omnibus ergo istis doctrinis societas dæmonũ formidãda atq; uitãda est,qui nihil cum principe suo diabolo nisi reditũ nostrũ claudere atq; obserare conãtur. Sicut aũt de stellis quas cõdidit & ordinauit deus humanæ & deceptoriæ cõiecturæ ab hominibus institutæ sunt:sic etiã de quibusdã nascẽtibus uel quomodo diuinæ prouidẽtiæ administratiõe existentibus rebus,multi multa humanis suspicionibus,quasi regulariter cõiecta literis mãdauerũt,si forte insolite acciderint,uelut si mula pariat,aut fulmine aliquid percutiatur. Quæ omnia tantũ ualent,quantũ præsumptione animorũ quasi communi quadam lingua cum dæmonibus fœderata sunt. Quæ tamen omnia plena sunt pestiferæ curiositatis,cruciantis solicitudinis,mortiferæ seruitutis.Non enim quia ualebant,animaduersa sunt, sed animaduertẽdo atq; signando factũ est ut ualerent.Et ideo diuersis diuersa proueniũt secũdum cogitationes & præsumptiones suas.Illi enim spiritus qui decipere uolũt,talia procurãt cuiq;,qualibus eum irretitũ per suspiciones & cõsensiones eius uiderint.Sicut enim,uerbi gratia,una figura literæ quæ decussatim notat,aliud apud Græcos, aliud apud Latinos ualet,non natura,sed placito, & cõsensione significãdi:& ideo qui utranq; linguam nouit,si homini Græco uelit aliquid significare scribẽdo,non in ea significatione ponit hanc literã,in qua eam ponit cũ homini scribit Latino. Et beta uno eodemq; sono,apud Græcos literæ, apud Latinos oleris nomen est.Et cum dico,lege, in his duab⁹ syllabis,aliud Græcus,aliud Latinus intelligit. Sicut ergo hæ omnes significationes pro suæ cuiusq; societatis cõsensione animos mouent:& quia diuersa cõsensio est,diuerse mouent:

Deut.13

Ventriloqua, quasi uẽtre loquens, Græce ἐγγαστρίμυθος. Est diuinatorũ genus, et hodie apud Italos, qui sic dicti sunt, qđ ore nõ ædites sonũ,per uentrem loqui uisi sunt.

Societas inter dæmones & mathematicos Ca.XXIIII

nec ideo cõsenserunt in eas homines,quia iam ualebant ad significationẽ:sed ideo ualent,quia consenserũt in eas.Sic etiã illa signa,quibus pernicio sa dæmonũ societas cõparatur,pro cuiusq; obseruationibus ualent.Quod manifestissime ostendit ritus augurũ,qui & anteq̃ obseruent,& posteaq̃ obseruata signa tenuerint,id agunt,ne uideãt uolatus,aut audiant uoces auium:quia nulla ista signa sunt,nisi cõsensus obseruantis accedat. Quibus amputatis atque eradicatis ab animo Christiano, deinceps uidẽdæ sunt institutiones hominũ non superstitiosæ,id est nõ cum dæmonibus,sed cum ipsis hominibus institutæ.Nãq; omnia quæ ideo ualent inter homines,quia placuit inter eos ut ualeant,instituta hominũ sunt:quorũ partim superflua,luxuriosaq; instituta sunt,partim cõmoda & necessaria.Illa enim signa quæ saltando faciũt histriones,si natura non instituto & cõsensione hominũ ualerent,non primis tẽporibus saltante Pantomimo preco pronũciaret populis Carthaginis qd saltator uellet intelligi.Quod adhuc multi meminerũt senes,quorũ relatu hæc solemus audire. Quod ideo credendũ est,quia nunc quoq; si quis theatrũ talium nugarũ imperitus intrauerit,nisi ei dicatur ab altero quid illi motus significẽt,frustra totus intẽtus est.Appetunt tamẽ omnes quãdam similitudinẽ in significãdo,ut ipsa signa inquantũ possunt,rebus quæ significantur similia sint.Sed quia multis modis simile aliqd alicui potest esse, non cõstant talia signa inter homines,nisi consensus accedat.In picturis uero & statuis,cæterisq; huiusmodi simulatis operibus,maxime peritorũ artificũ,nemo errat cũ similia uiderit,ut agnoscat quibus sint rebus similia.Et hoc totũ genus inter superflua hominũ instituta numerandũ est,nisi cũ interest quid eorũ,qua de causa,& ubi,& quãdo, & cuius autoritate fiat.Milia deniq; fictarũ fabularum & falsitatũ,quarũ mendacijs homines delectantur,humana instituta sunt.Et nulla magis hominũ propria,quæ à seipsis habent,existimãda,q̃ quæq; falsa atq; mẽdacia.Cõmoda uero & necessaria hominũ cum hominibus instituta sunt,quæcunq; in habitu & cultu corporis ad sexus uel honores discernẽdos differẽtia placuit:& innumerabilia genera significationũ,sine qbus humana societas,aut nõ omnino,aut minus cõmode geritur: quæq; in põderibus atq; mẽsuris,& numerorũ impressionibus,uel æstimationibus sua cuiq; ciuitati & populo sunt ꝓpria,& cætera huiusmodi. Quæ nisi hominũ instituta essent,nõ per diuersos populos uaria essent,nec in ipsis populis singulis pro arbitrio suorũ principũ mutarentur.Sed hęc tota pars humanorũ institutorũ,quæ ad usum uitæ necessarium proficiunt,nequaq̃ est fugiẽda Christiano, imò etiã quantũ satis est,intuenda,memoriaq; retinenda. Adumbrata enim quædã & naturalibus utcũq; similia hominũ instituta sunt,quorũ ea quæ ad societatẽ,ut dictũ est,dæmonũ pertinent, penitus repudiãda sunt & detestãda.Ea uero quæ homines cũ hominibus habẽt,assumẽda,inquãtũ nõ sunt luxuriosa atq; superflua:& maxime literarũ figuræ

Institutio mana. XX

Pantomimus ab excellẽtia imitandi dictus, qui quidem libere gestibus omnia exprimit, sine ulla uocis emissione. Vide Lucianum de saltatione.

Quæ humana instituta, & quæ non, declarat Cap. XXV

figuræ,sine quibus legẽre non possumus,linguarumq; uarietas quãtũ satis est,de qua superius disputauimus.Ex eo genere sunt etiã notæ,quas qui didicerũt,proprie iam notarij appellãtur.Vtilia sunt ista,nec discũtur illicite,nec superstitione implicãt,nec luxu eneruãt,si tantũ occupẽt,ut maioribus rebus,ad quas adipiscẽdas seruire debẽt,nõ sint impedimẽto. Iam uero illa quæ nõ instituẽdo,sed aut tranſacta tẽporibus,aut diuinitus instituta,inuestigãdo homines prodiderũt,ubicunq; discãtur,non sunt hominũ instituta existimanda. Quorũ alia sunt ad sensus corporis,alia uero ad rationẽ animi pertinentia.Sed illa quæ sensu corporis attingũtur,uel narrata credimus,uel demõstrata sentimus,uel experta conijcimus. Quicquid igitur de ordine temporũ transactorũ indicat ea quæ appellãt historia,plurimũ nos adiuuat ad sanctos libros intelligẽdos,etiã si præter ecclesiã puerili eruditione discatur.Nam & per olympiadas, & per consulũ nomina multa sæpe quærũtur à nobis:et ignorantia consulatus,quo natus est dñs,& quo passus est,nonnullos coegit errare,ut putarẽt quadraginta sex annorũ ætate passum esse dñm, quia per tot annos ædificatũ esse templũ,dictũ est à Iudæis,quod imaginẽ dominici corporis habebat.Et annorũ quidẽ fere triginta baptizatũ esse retinemus autoritate euãgelica.Sed postea quot annos in hac uita egerit,quanq̃ textu ipso actionum eius animaduerti possit:tamẽ ne aliunde caligo dubitationis oriatur,de historia gentiũ collata cum euãgelio,liquidius certiusq; colligitur.Tũc enim uidebitur non frustra dictum esse,ꝙ quadraginta sex annis templũ ædificatũ sit:ut cum referri iste numerus ad ætatẽ domini non potuerit,ad secretiorem instructionẽ humani corporis referatur,quo induí propter nos nõ dedignatus est unicus dei filius,per quem facta sunt omnia.De utilitate aũt historiæ,ut omittã Græcos,quantã noster Ambrosius quæstionẽ soluit calũniantibus Platonis lectoribus et dilectoribus:qui dicere ausi sunt, omnes dñi nostri Iesu Christi sentẽtias,quas mirari & prædicare cogũtur,de Platonis libris eum didicisse,qm̃ longe ante humanũ aduentũ dñi Platonem fuisse negari non potest:Nónne memoratus episcopus considerata historia gentiũ,cum Platonem reperisset Hieremiæ ꝓphetæ tẽporibus profectum fuisse in Aegyptũ,ubi tunc ille Propheta erat,probabilius esse ostendit,ꝙ Plato potius nostris literis per Hieremiam fuerit imbutus,ut illa posset docere uel scribere quæ iure laudãtur?An te literas enim gentis Hebræorũ,in qua unius dei cultus emicuit,ex qua secundũ carnem uenit dñs noster,nec ipse quidẽ Pythagoras fuit,à cuius posteris Platonẽ theologiã didicisse isti asserunt.Ita cõsideratis tẽporibus sit multo credibilius istos potius de literis nostris habuisse,quæcunq; bona & uera dixerũt,q̃ de Platonis dñm nostrũ Iesum Christum,quod dementissimũ est credere.Narratione aũt historica,cum præterita etiam hominũ instituta narrãtur,non inter humana instituta ipsa historia numerãda est:quia iam quæ transierunt, nec infecta fieri possunt,in ordine temporũ habẽda sunt,quorũ est cõditor & administrator deus. Aliud est enim facta narrare,aliud docere facienda.Historia facta narrat fideliter atq; utiliter:libri aũt haruspicum,& quæq; similes literæ facienda uel obseruãda intendunt docere,monitoris audacia,non iudicis fide. Est etiam narratio demonstrationi similis,qua non præterita,sed præsentia indicãtur ignaris.In quo genere sunt quæcũq; de locorũ situ,naturisq; animaliũ,lignorũ,lapidum, herbarum,aliorum ue corporum scripta sunt.De quo genere superius egimus,eamq; cognitionem ualere ad ænigmata scripturarum soluenda docuimus:non ut pro quibusdã signis adhibeantur,tanquã ad remedia uel machinamenta superstitionis alicuius:nam & illud genus iam distinctũ ab hoc licito & libero separauimus.Aliud est enim dicere,tritam istam herbam si biberis,uenter non dolebit:& aliud est dicere,istam herbam collo si suspenderis,uenter non dolebit.Ibi enim probatur contẽperatio salubris:hic significatio superstitiosa damnatur.Quanq̃ ubi præcãtationes,& inuocationes,& characteres non sunt,plerunq; dubiũ est utrum res quæ alligatur,aut quoquo modo ad iungitur sanando corpori,ui naturæ ualeat,quod libere adhibendũ est:an significatiua quadã obligatione prouenìat,quod tanto prudẽtius oportet cauere Christianũ,quãto efficacius prodesse uidebitur.Sed ubi latet qua causa quid ualeat,quo animo quisq; utatur interest,dũtaxat in sanandis uel temperandis corporibus,siue in medicina,siue in agricultura:syderũ aũt cognoscendorũ non narratio,sed demõstratio est,quorũ perpauca scriptura cõmemorat.Sicut aũt plurimis notus est lunę cursus,qui etiam ad passionẽ domini anniuersarie celebrandã solẽniter adhibetur:sic paucissimis cæterorum quoq; syderũ uel ortus uel occasus,uel alia quælibet momẽta sine ullo sunt errore notissima. Quæ per seipsam cognitio,quãq̃ superstitiõe quosdam non alliget,nõ multũ tamẽ ac propè nihil adiuuat tractationẽ diuinarũ scripturarum,& infructuosa intentione plus impedit.Et quia familiaris est pernicioſissimo errori fatua fata cantantiũ,cõmodius honestiusq; contẽnitur.Habet aũt prẽter demonstrationẽ præsentium,etiam prẽteritorum narrationi simile aliquid,quod à præsenti positione motuq; syderum,& in præterita eorũ uestigia regulariter licet recurrere.Habet etiam futurorũ regulares cõiecturas,nõ suspiciosas & ominosas, sed ratas & certas:nõ ut ex eis aliqd trahere in nostra fata & cuẽta tentemus,qualia genethliacorũ deliramẽta sunt,sed quantũ ad ipsa pertinet syderа.Nam sicut is qui cõputat lunam,cum hodie inspexerit quota sit,& ante quotlibet annos quota fuerit,& post quotlibet annos quota futura sit,potest dicere:sic de unoquoq; syderũ,q ea perite cõputat,respõdere cõsueuerunt.De qua tota cognitione,quãtũ ad usum eius attinet,quid mihi uidẽ aperui. Artium etiã cæterarũ,quibus aliquid fabricatur,uel quod remaneat post operationẽ artificis ab illo effectum,sicut domus & scamnum &

Cognitio herbarum & similium rerũ non est superstitiosa. Ca. XXIX

Artis mechanicæ inscriptuꝛis usus. Cap. XXX

Universidad de Deusto
Biblioteca

uas aliquod,atq; alia huiuscemodi:uel quæ mini-
sterium quoddã exhibent operãti deo,sicut medi-
cina & agricultura & gubernatio:uel quarum om-
nis effectus est actio,sicut saltationũ & cursuũ &
luctaminũ. Harum ergo cunctarũ artium de prete-
ritis experimẽta faciũt etiã futura cõijci:nam nul-
lus earum artifex membra mouet in operãdo,nisi
præteritorũ memoriã cum futurorũ expectatione
contexat. Harum aũt cognitio tenuiter in ipsa hu-
mana uita cursimq; usurpãda est,non ad operãdũ,
nisi forte officiũ aliquod cogat,de quo nunc non
agimus,sed ad iudicandũ,ne omnino nesciamus
quid scriptura uelit insinuare,cum de his artibus
aliquas figuratas locutiones inserit. Restant ea
Didlectica quæ non ad corporis sensus,sed ad rationẽ animi
Cap. XXXI pertinent,ubi disciplina regnat disputatiõis & nu-
meri. Sed disputationis disciplina ad omnia ge- B
nera quæstionũ,quæ in literis sanctis sunt penetrã-
da & dissoluenda,plurimũ ualet:tantũ ibi cauẽda
est libido rixandi,& puerilis quædã ostẽtatio de-
cipiendi aduersariũ. Sunt enim multa quæ appel-
lantur sophismata,falsæ cõclusiones rationum,&
plerũq; ita ueras imitãtes,ut nõ solum tardos,sed
ingeniosos etiã minus diligẽter attẽtos decipiãt.
Hoc syllogis- Proposuit enim quidã,dicẽs ei cum quo loquebatur,
mo quidã ad- Quod ego sum,tu non es. At ille cõsensit. Ve-
ortus Dioge- rum enim erat ex parte,uel eoipso quod iste insi-
nem,ipse facta diosus,ille simplex erat. Tũc iste addidit,Ego aũt
à Diogene cõ- homo sum. Hoc quoq; cum ab illo accepisset,con-
uersiõe captus clusit dicẽs,Tu igitur nõ es homo. Quod genus
deridebatur. captiosarum conclusionũ,scriptura quantũ existi-
Eccli.37 mo detestatur illo loco,ubi dictũ est. Qui sophisti C
ce loquitur,odibilis est. Quanq; etiã sermo nõ ca-
ptiosus,sed tamen abũdantius q; grauitatẽ decet,
uerborũ ornamẽta cõsectans,sophisticus dicatur.
Sunt etiam ueræ connexiones ratiocinationis fal-
sas habẽtes sentẽtias,quæ cõsequunt errorẽ illius
cum quo agitur. Quæ tamẽ ad hoc inferũtur à bo-
no & docto homine:ut in ijs erubescẽs ille,cuius
errorẽ consequũtur,eũdem relinquat errorẽ:quia
si in eodem manere uoluerit,necesse est ut etiã illa
quæ dãnat,tenere cogatur. Non enim uera infere
1 Cor.15 bat Apostolus,cum diceret,Neq; Christus resur-
rexit:& illa alia,Inanis est prædicatio,inanis est
& fides uestra:& deinceps alia quę omnino falsa
sunt,quia & Christus resurrexit,& nõ erat inanis
prædicatio eorũ qui hoc annunciabant,nec fides D
eorũ qui hoc crediderãt:sed ista falsa uerissime cõ-
nectebãtur illi sententiæ,qua dicebatur,non esse
resurrectionẽ mortuorũ. Istis aũt falsis repudiatis,
quoniã uera erãt si mortui non resurgũt,cõsequẽs
erit resurrectio mortuorũ. Cum ergo sint ueræ cõ-
nexiones,non solũ uerarũ,sed etiã falsarũ senten-
tiarum,facile est ueritatẽ connexionũ etiã in scho-
lis illis discere,quę præter ecclesiã sunt. Sententia
Homines ordi- rum aũt ueritas in sanctis libris ecclesiasticis inue-
nem rerũ non stiganda est. Ipsa tamen ueritas cõnexionũ non
instituerunt, instituta,sed animaduersa est ab hominibus & no-
sed animaduer- tata,ut eã possint uel discere uel docere. Nam est
terunt. Cap. in rerum ratione perpetua & diuinitus instituta.
XXXII Sicut enim qui narrat ordinẽ temporũ,non eum

ipse cõponit:& locorum situs aut naturas anima-
lium uel stirpium uel lapidũ qui ostendit,non res A
ostẽdit ab hominibus institutas:& ille qui demõ-
strat sydera,eorũq; motus,non à se uel ab homine
aliquo rem institutã demonstrat:sic etiam qui di-
cit,cum falsum est quod cõsequitur,necesse est ut
falsum sit quod præcedit,uerissime dicit,neq; ipse
facit ut ita sit,sed tantũ ita esse demõstrat. Ex hac
regula illud est quod de apostolo Paulo cõmemo
rauimus:præcedit enim nõ esse resurrectionẽ mor
tuorũ,quod dicebãt illi,quorum errorẽ destruere
uolebat Apostolus. Porro illam sententiã præce-
dentem,qua dicebant non esse resurrectionẽ mor
tuorum,necessario sequitur,Neq; Christus resur-
rexit. Hoc aũt quod sequitur,falsum est,Christus
enim resurrexit. Falsum est ergo & qđ præcedit.
Præcedit aũt,non esse resurrectionẽ mortuorum. B
Est igitur resurrectio mortuorũ. Quod totũ breui-
ter ita dicit,Si non est resurrectio mortuorũ,neq;
Christ⁹ resurrexit:Christus aũt resurrexit,est igit
resurrectio mortuorum. Hoc ergo ut consequẽti
ablato,auferri etiam necessario quod præcedit,
non instituerũt homines,sed ostenderunt. Et hæc
regula pertinet ad ueritatem connexionũ,non ad *Conclusio*
ueritatẽ sententiarũ. Sed in hoc loco de resurre- *logica.*
ctione cũ ageretur,& regula cõnexionis uera est, *C. XXX*
& ipsa in conclusione sentẽtia. In falsis aũt senten
tijs,connexionis ueritas est isto modo. Faciamus
aliquẽ concessisse,si animal est cochlea,uocem ha
bet. Hoc cõcesso,cum probatum fuerit uocem co
chleam non habere,quoniam consequẽti ablato,
illud quod præcedit aufertur,cõcluditur non esse C
animal cochleam. Quæ sententia falsa est,sed ex
concesso falso uera est cõclusionis connexio. Ve-
ritas itaq; sententiæ per seipsam ualet,ueritas aũt
cõnexionis ex eius cum quo agitur opinione uel
concessione consistit. Ideo aũt,ut suprà diximus,
infertur uera cõnexione quod falsum est,ut eum,
cuius errorem corrigere uolumus,pœniteat con-
cessisse præcedẽtia,quorũ consequẽtia uidet esse
respuenda. Iam hinc intelligere facile est,sicut in
falsis sententijs ueras,sic in ueris sententijs falsas
cõclusiones esse posse. Fac enim aliquem propo-
suisse,Si iustus est ille,bonus est,& esse cõcessum.
Deinde assumpsisse,non est aũt iustus. Quo item
concesso,intulisse conclusionẽ:Non est igitur bo-
nus. Quæ tametsi uera sint omnia,non est tamen
uera regula conclusionis. Non enim sicut ablato
consequẽti aufertur necessario quod præcedit,ita
etiam ablato præcedẽti aufertur necessario quod
consequitur:quia uerum est cum dicimus:Si ora-
tor est,homo est. Ex qua propositione si assũma-
mus,Non est aũt orator:non erit consequẽs cum
intuleris,Non est igitur homo. Quapropter *Aliud est*
aliud est nosse regulas cõnexionum,aliud senten- *scire regu-*
tiarum ueritatem. In illis discitur quid sit conse- *las connexi-*
quens,quid non consequẽs,quid repugnãs. Con- *onum, aliud*
sequens est,Si orator est,homo est. Inconsequẽs, *rerum ueri-*
Si homo est,orator est. Repugnans,Si homo est, *tatem. C.XXX*
quadrupes est. Hic ergo de ipsa cõnexione iudica
tur. In ueritate aũt sententiarũ ipse per se sentẽtiæ
non

non earum cõnexio considerãda est:sed ueris cer
tisq; sentẽtijs,cum incertæ uera cõnexione iungũ A
tur,etiam ipsæ certæ fiant necesse est. Quidam aũt
sic se iactãt,cum ueritatẽ connexionũ didicerint,
quasi sentẽtiarũ ipsa sit ueritas. Et rursus,quidam
plerũq; retinẽtes ueram sententiã male se contem
nunt,quia leges cõclusionis ignorãt:cum melior
sit qui nouit esse resurrectionẽ mortuorum,q̃ ille
qui nouit cõsequens esse,ut si resurrectio mortuo-
rum non est,neq; Christus resurrexerit. Itẽ scie-
tia definiẽdi,diuidendi,atq; partiẽdi,quanq; etiã
rebus falsis plerũq; adhibeatur,ipsa tamẽ falsa nõ
est,neq; ab hominibus instituta,sed in rerũ ratio-
ne cõperta. Non enim quia & fabulis suis eã poe-
tæ,& opinionibus erroris sui uel falsi philosophi,
uel etiã hæretici,hoc est falsi Christiani adhibere
consueuerũt,propterea falsum est,neq; in definiẽ B
do,neq; in diuidẽdo aut partiendo aliquid cõple-
ctendũ esse quod ad rem ipsam non pertinet,aut
aliquid quod pertinet prætereundũ. Hoc uerum
est,etiã si ea quæ definiũtur aut distribuũtur uera
non sint:nam & ipsum falsum definitur,cum dici
mus,falsum esse significationẽ rei non ita se habẽ-
tis ut significatur,siue aliquo alio modo. Quæ de-
finitio uera est,q̃uis falsum uerum esse non possit.
Possumus etiã diuidere,dicentes,duo esse genera
falsi:unum eorũ quæ omnino esse non possunt,al-
terum eorũ quæ non sunt,q̃uis esse possint. Nam
qui dicit septẽ & tria undecim esse,id dicit quod
omnino esse nõ potest:qui uero dicit calẽdis,uer-
bigratia,Ianuarijs pluisse,tametsi factũ non sit,id
tamẽ dicit quod fieri potuerit. Definitio igitur & C
diuisio falsorũ potest esse uerissima,q̃uis falsa ipsa
utiq; uera non sint. Sunt etiã quædã præcepta
uberioris disputationis,quæ iam eloquẽtia nomi-
natur,quę nihilominus uera sunt,q̃uis eis possint
etiã falsa pſuaderi. Sed quia & uera esse possunt,
non est facultas ipsa culpabilis,sed ea male uten-
tium peruersitas. Nam neq; hoc ab hominibus in-
stitutũ est,ut ueritatis expressio cõciliet auditorẽ,
aut ut facile quod intẽdit,insinuet breuis & aper-
ta narratio,& uarietas eius sine fastidio teneat in-
tentos,& cæteræ huiusmodi obseruationes:quæ
siue in falsis siue in ueris causis,ueræ sunt tamen,
inquantũ uel sciri uel credi aliquid faciunt,aut ad
expetendũ fugiendũ ue animos mouent,& inuẽ-
tæ potius quod ita se habeant,q̃ ut ita se haberent D
instituтæ. Sed hæc pars cum discitur,magis ut
proferamus ea quæ intellecta sunt,q̃ ut intelliga-
mus adhibẽda est. Illa uero conclusionũ & defini-
tionum & distributionũ plurimũ intellectorẽ ad-
iuuat:tantũ abest error,quo uidẽtur homines sibi
ipsam beatæ uitæ ueritatẽ didicisse,cum ista didi-
cerint:quanq; plerunq; accidat,ut facilius homi-
nes res eas assequãtur,propter quas assequendas
ista discuntur,q̃ talium præceptorũ nodosissimas
& spinosissimas disciplinas. Tanq; si quispiã da-
re uolens præcepta ambulandi,moneat non esse
leuandum pedem posteriorem,nisi cum posuerit
priorem,deinde minutatim quemadmodũ articu
lorum & poplitum cardines oporteat mouere de-

scribat. Vera enim dicit,nec aliter ambulari po-
test:sed facilius homines hoc faciẽdo ambulant,
q̃ animaduertũt cum faciunt,aut intelligũt cum
audiũt. Qui aũt ambulare non possunt,multo mi-
nus ea curant,quę nec experiẽdo possunt attende
re. Ita plerunq; citius ingeniosus uidet non esse ra
tam conclusionem,q̃ præcepta eius capit:tardus
aũt non eam uidet,sed multo minus quod de illa
præcipitur. Magisq; in his omnibus ipsa spectacu
la ueritatis sæpe delectant,q̃ ex eis in disputando
aut iudicando adiuuamur,nisi forte q̃ exercitatio
ra reddunt ingenia,si etiam maligniora aut insla-
tiora non reddãt:hoc est,ut aut decipere uerisimi-
li sermone atq; interrogatiõibus ament,aut aliqd
magnum,quo se bonis atq; innocentibus antepo
nant,se assecutos putent,qui ista didicerũt. Iam *Numeri. Cap.*
uero numeri disciplina cuilibet tardissimo clarũ *XXXVIII*
est,q̃ nõ sit ab hominibus instituta,sed potius in-
dagata atq; inuenta. Non enim sicut primam syl-
labam Italiæ,quam breuem pronũciauerunt uete
res,uoluit Virgilius,& longa facta est:ita quisquã
potest efficere cum uoluerit,ut ter terna aut non
sint nouem,aut non possint efficere quadratã figu
ram,aut nõ ad ternariũ numerum tripla sint,ad se-
narium sescupla,ad nullum dupla,quia intelligibi
les numeri semissem non habent. Siue ergo in se-
ipsis cõsiderentur,siue ad figurarum aut sonorum
aliarum'ue motionũ leges numeri adhibeãtur,in-
cõmutabiles regulas habẽt,neq; ullo modo ab ho
minibus institutas,sed ingeniosorum sagacitate
cõpertas. Quæ tamen omnia quisquis ita dilexe-
rit,ut iactare se inter imperitos uelit,& nõ potius
quærere unde sint uera,quæ tantũmodo uera esse
perſenserit:& inde quædam non solum uera,sed
etiam incõmutabilia quæ incõmutabilia esse non
cõprehenderit:ac sic à specie corporũ usq; ad hu-
manã mentem perueniens,cum & ipsam mutabi
lem inuenerit,q̃ nunc docta,nũc indocta sit,con-
stituta tamen inter incõmutabilem supra se uerita
tem,& mutabilia infra se cætera,ad unius dei lau-
dem atq; dilectionẽ cuncta conuertere,à quo cun
cta esse cognoscit,doctus uideri potest,sapiens au
tem esse nullo modo. Quamobrẽ uidetur mihi *Quæ artes hu-*
studiosis & ingeniosis adolescẽtibus,& timenti- *manæ ample-*
bus deum,beatamq; uitam quærẽtibus salubriter *ctendæ. Cap.*
præcipi,ut nullas doctrinas quę præter ecclesiam *XXXIX*
Christi exercentur,tanquam ad beatam uitam ca
pessendam secure sequi audeant,sed eas sobrie di
ligenterq; dijudicent. Et si quas inuenerint ab ho-
minibus institutas uarias propter diuersas uolũta
tes instituentiũ,& ignotas propter suspiciones er
rantiũ,maxime si habeant etiam cum dęmonibus
initam societatẽ per quarundam significationum
quasi quædam pacta atq; cõuenta,repudient peni
tus & detestentur,alienent etiã studia à superfluis
& luxuriosis hominũ institutis. Illa uero institua *Leges hũanæ*
hominũ,quæ ad societatem conuenientiũ ualent,
pro ipsa huius uitæ necessitate nõ negligãt. In cæ-
teris aũt doctrinis,quæ apud gentes inueniũtur,
præter historiã rerum,uel præteriti temporis,uel
præsentis ad sensus corporis pertinẽtium,quibus
etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam utiliū artium corporaliū experimēta & con iecturæ annumerātur,& præter rationem disputatiōis & numeri nihil utile esse arbitror. In quibus omnibus tenendū est,Ne quid nimis,& maxime in ijs quæ ad corporis sensus pertinētia,uoluūtur tēporibus,& cōtinentur locis. Sicut aūt quidā de uerbis omnibus & nominibus Hebræis & Syris et Aegyptijs,uel si qua alia lingua in scripturis sanctis inueniri potest,quæ in eis sine interpretatiōe sunt posita,fecerūt ut ea separatim interpretarentur: quod & Eusebius fecit de temporum historia propter diuinorū librorū quæstiones quæ usum eius flagitāt: quod ergo hi fecerūt de his rebus,ut nō sit necesse Christiano in multis propter pauca laborare: sic uideo posse fieri,si quē eorū qui possunt,benignā sane operam fraternæ utilitati deleget impēdere,ut quoscunq; terrarū locos,quæ ue animalia uel herbas atq; arbores,siue lapides uel metalla incognita,speciesq; quaslibet scriptura cōmemorat,ea generatim digerens,sola expositaliteris mādet. Potest etiā de numeris fieri,ut eorū tantūmodo numerorū expositaratio conscribat, quos diuina scriptura meminit. Quorū aliqua aut omnia forte iam facta sunt,sicut multa quæ à bonis doctisq; Christianis elaborata atq; conscripta arbitramur,non inuenimus: sed siue ,ppter turbas negligentiū,siue propter inuidorū occultationes latent: quod utrū de ratione disputādi fieri possit, ignoro. Et uidetur mihi fieri nō posse,quia per totum textū scripturarū colligata est neruorū uice: & ideo magis ad ambigua soluēda & explicāda, de quibus post loquemur,legentes adiuuat,q̄ ad incognita signa,de quibus nūc agimus,agnoscenda. Philosophi aūt qui uocātur,siqua forte uera & fidei nostræ accōmoda dixerūt,maxime Platonici,non solū formidāda non sunt,sed ab eis etiā tanq̄ iniustis possessoribus in usum nostrū uendicāda. Sicut enim Aegyptij nō solū idola habebāt & onera grauia,quæ populus Israel detestaret & fugeret,sed etiā uasa atq; ornamenta de auro & argento & uestē,quæ ille populus exiens de Aegypto,sibi potius tanq̄ ad usum meliorem clanculo uēdicauit,non autoritate ,ppria;sed præcepto dei ipsis Aegyptijs nescietes cōmodātibus ea quibus non bene utebātur: sic doctrinæ omnes gētilium non solū simulata & superstitiosa figmēta,grauesq; sarcinas supuacanei laboris habent,quę unusquisq; nostrū duce Christo de societate gentiliū exiens, debet abominari atq; deuitare: sed etiam liberales disciplinas usui ueritatis aptiores,& quædā morū præcepta utilissima cōtinent,deq; ipso uno deo colendo nōnulla uera inueniūtur apud eos: quod eorum tanq̄ aurū & argentū,quod non ipsi instituerunt,sed de quibusdā quasi metallis diuinæ prouidētiæ,quæ ubiq; infusa est,eruerūt,& quo peruerse atq; iniuriose ad obsequia dæmonū abutuntur, cum ab eorū misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre Christianus ad usum iustum prædicandi euangelij. Vestem quoq; illorū,id est hominū quidem instituta,sed tamē accōmodata humanæ societati,qua in hac uita carere nō possumus,accipere atq; habere licuerit in usum conuertēda Christianū: nam quid aliud fecerūt multi boni fideles nostri? Nónne aspicimus quāto auro & argēto & uestе suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor suauissimus,& martyr beatissimus? quāto Lactantius? quāto Victorinus,Optatus,Hilarius? Vt de uiuis taceā: quanto innumerabiles Græci? Quod prior ipse fidelissimus dei famulus Moyses fecerat,de quo scriptū est,q̄ erudītus fuerit omni sapiētia Aegyptiorū? Quibus omnibus uiris superstitiosa gentiū cōsuetudo,& maxime illis tēporibus,cum Christi iugū decutiens, Christianos persequebat,disciplinas quas utiles habebat,nūq̄ cōmodaret,si eas in usum unius dei colēdi,quo uanus idolorū cultus extingueret? conuersum iri suspicaretur: sed dederūt aurū & argentum & uestē suā exeunti populo dei de Aegypto, nescietes quēadmodum illa quæ dabāt,in Christi obsequiū redderētur. Illud enim in Exodo factū, sine dubio figuratū est ut hoc præsignaret: quod sine præiudicio alterius,aut paris,aut melioris intelligētiæ dixerim. Sed hoc modo instructus diuinarū scripturarū studiosus,cum ad eas pscrutandas accedere cœperit,illud Apostolicū cogitare non cesset: Scientia inflat,charitas ædificat. Ita enim sentiet,q̄uis de Aegypto dīues exeat,tamen nisi pascha egerit,saluū se esse nō posse. Pascha aūt nostrū immolatus est Christus. Nihilq; magis immolatio Christi nos docet,q̄ illud quod ipse clamat, tāq̄ ad eos quos in Aegypto sub Pharaone uidet laborare: Venite ad me qui laboratis & onerati estis,& ego reficiā uos: tollite iugū meū sup uos, & discite à me,quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris: iugū enim meū suaue est,& sarcina mea leuis. Quib⁹ nisi mitibus & humilib⁹ corde,quos nō inflat scientia,sed charitas ædificat? Meminerint ergo eorū qui pascha illo tēpore per umbrarū imaginaria celebrabant,cum signari postes sanguine agni iuberētur, hyssopo fuisse signatos. Hæc herba mitis & humilis est,nihil fortius & penetrabilius eius radicib⁹: ut in charitate radicati & fundati possimus cōprehēdere cū omnibus sanctis quæ sit latitudo & longitudo & altitudo & profundū,id est crucē domini: cuius latitudo dicitur in trāsuerso ligno quo extendūtur manus: longitudo à terra usq; ad ipsam latitudinē,quo à manibus & infra totū corpus affigit: altitudo à latitudine sursum usq; ad summū, quo adhæret caput: ,pfundū uero qđ terræ infixū absconditur. Quo signo crucis,omnis actio Christiana describitur: bene operari in Christo,& ei perfecte inhærere: sperare cœlestia,sacramēta non prophanare. Per hanc actionē purgati ualebimus cognoscere etiā supereminētē scientiā charitatis Christi,qua æqualis est patri,per quē facta sunt omnia,ut impleamur in omnē plenitudinē dei. Est etiā in hyssopo uis purgatoria, ne inflante scientia de diuitijs ab Aegypto ablatis,superbe aliq̄d pulmo tumidus anhelet: Asperges me,inqt,hyssopo & mūdabor: lauabis me,& super niuē dealbabor. Auditui meo dabis exultationē & lętitiā. Deinde annectit

Ab ethnicis si quid bene dictū, in nostrū usum est cōuertendum. XL

Exo.3 & 12

Distinctio. 37. cap. legimus

Studium liberalium artium.

1 Cor.8

Matth.11

Psal.50

annectit consequēter,ut ostendat purgationē à superbia significari hyssopo,Et exultabunt ossa humiliata. Quantū aūt minor est auri argenti uestisq; copia,quam de Aegypto secū ille populus abstulit,in cōparatione diuitiarū quas postea Hierosolymæ cōsecutus est,quæ maxime in Salomone rege ostendūtur: tanta fit cūcta scientia quæ quidem est utilis collecta de libris gentiū,si diuinarū scripturarū sciētiæ cōparetur. Nam quicquid homo extra didicerit,si noxiū est,ibi dānatur: si utile est,ibi inuenitur. Et cum ibi quisque inuenerit omnia quæ utiliter alibi didicit,multo abundantius ibi inueniet ea quæ nusquā omnino alibi,sed in illarum tantūmodo scripturarū mirabili altitudine & mirabili humilitate discunt. Hac igitur instructione præditū cum signa incognita lectorem non impedierint,mitem & humilē corde subiugatum leniter Christo,& oneratum sarcina leui,sundatum & radicatū & ędificatū in charitate,quam scientia inflare non possit: accedit ad ambigua signa in scripturis consideranda & discutienda,de quibus iam tertio uolumine dicere aggrediar,q̄d dominus donare dignabitur.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE DOCTRINA CHRISTIANA LIBER III

OMO timens deum,uoluntatē eius in scripturis sanctis diligenter inquirit. Et ne amet certamina pietate mā/ suetus,præmunitus etiā scientia linguarum,ne in uerbis locutionibusq; ignotis hæreat,præmunitus etiā cognitione quarūdam rerū necessariarū,ne uim naturā'ue earum quæ propter similitudinē adhibētur,ignoret,adiuuante etiam codicū ueritate quam solers emendationis diligētia procurauit,ueniat ita instructus ad ambigua scripturarū discutiēda atq; soluenda. Vt aūt signis ambiguis non decipiatur,quantum per nos instrui potest,fieri autem potest,ut istas uias quas ostēdere uolumus,tanq̄ pueriles uel magni tudine ingenij,uel maioris illuminatiōis claritate derideat: sed tamē ut dicere cœperam,quantū per nos instrui potest,qui eo loco animi est,ut per nos instrui ualeat,sciat ambiguitatem scripturę aut in uerbis proprijs esse,aut in trāslatis: quæ genera in secundo libro demōstrauimus. Sed cum uerba propria faciunt ambiguā scripturā,primo prouidendum est,ne male distinxerimus,aut pronūciando uerimus. Cum ergo adhibita intentio incertū esse prouiderit,quomodo distinguēdū aut quomodo pronunciandū sit,consulat regulā fidei,quam de scripturarū planioribus locis & ecclesiæ autoritate percepit,de qua satis egimus,cum de rebus in primo libro loqueremur. Quòd si ambę uel etiam omnes,si plures fuerint,partes ambiguitatis,secūdum fidem sonuerint,textus ipse sermonis à præcedentibus & consequētibus partibus,quæ ambiguitatem illam in medio posuerūt,restat cōsulendus: ut uideamus cui nā sentētiæ de pluribus quæ se ostendunt ferat suffragiū,eamq; sibi contexi patiatur. Iam nunc exempla considera. Illa hæretica distinctio: In principio erat uerbum,& uerbū erat apud deum,et deus erat: ut alius sensus sit,Verbū hoc erat in principio apud deum: non uult uerbū deum confiteri. Sed hoc regula fidei refellendum est,qua nobis de trinitatis æqualitate præscribit, ut dicamus,Et deus erat uerbum: deinde subiūgamus,Hoc erat in principio apud deū. Illa uero distinctionis ambiguitas neutra parte resistit fidei, & ideo textu ipso sermonis dijudicāda est,ubi ait Apostolus,Et quid eligam ignoro,compellor aūt ex duobus,cōcupiscentiā habens dissolui,& esse cum Christo: multo enim magis optimū,manere in carne necessariū propter uos. Incertū enim est utrum ex duobus concupiscentiā habēs,an compellor aūt ex duobus,ut illud adiungatur,cōcupiscentiā habens dissolui,& esse cum Christo. Sed quoniā ita sequitur,Multo enim magis optimū, apparet eum eius optimi dicere se habere concupiscētiam,ut cum ex duobus cōpellatur,alterius tamen habeat cōcupiscentiā,alterius necessitatē: concupiscentiā scilicet esse cum Christo,necessitatem manere in carne. Quę ambiguitas uno consequenti uerbo dijudicatur,quod positū est enim: quam particulā qui abstulerūt interpretes,illa potius sentētia ducti sunt,ut non solū cōpelli ex duobus,sed etiam duorū habere concupiscentiā uideretur. Sic ergo distinguēdum est,Et quid eligam ignoro,cōpellor aūt ex duobus: quam distinctio sequit. concupiscentiā habēs dissolui,& esse cum Christo. Et tanq̄ quæreretur,quare huius rei potius habeat concupiscētiam? Multo enim magis optimū,inquit. Cur ergo è duobus compellitur? Quia est manēdi necessitas quam ita subiecit,Manere in carne necessariū propter uos. Vbi aūt neq; præscripto fidei,neq; ipsius sermonis textu ambiguitas explicari potest,nihil obest secūdū quālibet earum quæ ostēduntur sententiā distinguere. Veluti est illa ad Corinthios: Has ergo ,pmissiones habētes charissimi,mundemus nos ab omni coinquinatione carnis & spiritus,perficiētes sanctificationē in timore domini: capite nos,nemini nocuimus. Dubiū est quippe utrū mūdemus nos ab omni coinquinatione carnis & spiritus,secundum illam sententiā,ut sit sancta & corpore & spiritu: an mūdemus nos ab omni coinquinatiōe carnis,ut alius sit sensus,Et spiritus perficiētes sanctificationē in timore domini,capite nos. Tales igitur distinctionū ambiguitates,in potestate legentis sunt. Quæcūq; aūt de ambiguis distinctioni bus diximus,eadē obseruāda sunt & in ambiguis pronūciatiōibus. Nam & ipsæ nisi nimia lectoris uitient incuria: aut regulis fidei corrigunt,aut præcedētis uel consequētis cōtextione sermonis: aut si neutrū horū adhibetur ad correctionē,nihilominus dubiæ remanebunt,ut quolibet modo lector pronūciauerit,non sit in culpa. Nisi enim fides reuocet,qua credimus deū nō accusaturū aduersus electos suos,& Christū nō cōdemnaturū electos suos,potest illud sic pronunciari,Quis accusabit aduersus

1 Cor.7

Distinctio in pronunciādo. Cap. III

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersus electos dei: Vt hāc interrogationē quasi
respōsio subsequatur: Deus qui iustificat. Et iterū
interrogetur: Quis est qui condēnat: Et respōdea
tur: Christus Iesus, qui mortuus est. Quod crede
re quia demētissimū est, ita pronūciabitur, ut præ
Percōtatio & interrogatio cedat percontatio, sequaī interrogatio. Inter per
contationē aūt & interrogationē hoc ueteres in
teresse dixerūt, ꝙ ad percontationē multa respon
deri possunt: ad interrogationē uero, aut non, aut
etiam. Pronūciabitur ergo ita, ut post percōtatio
nem qua dicim⁹, Quis accusabit aduersus electos
dei: illud quod sequitur sono interrogātis enūcie
tur, Deus qui iustificat: ut tacite respōdeatur, non.
Et item percontemur, Quis est qui condēnat: rur
susq; interrogemus, Christus Iesus qui mortuus
est: magis autem qui resurrexit, qui est in dextera
dei, qui & interpellat pro nobis: ut ubiq; tacite re-
Rom. 1 spondeatur, Non. At uero illo loco ubi ait, Quid
ergo dicemus: quia gentes quæ non sectabātur iu
stitiam, apprehēderunt iustitiā: nisi post percōnta
tionē qua dictum est, Quid ergo dicemus: respon
sio subiiciatur, Quia gentes quæ non sectabantur
iustitiā, apprehēderunt iustitiā: textus cōsequens
non cohærebit. Qualibet aūt uoce pronuncietur
10.1 illud quod Nathanael dixit: A Nazareth potest
aliquid boni esse: siue affirmātis, ut illud solum ad
interrogationē pertineat quod ait, A Nazareth:
siue totū cū dubitatione interrogantis, non uideo
quomodo discernatur: uterq; aūt sensus fidē non
impedit. Est etiam ambiguitas in sono dubio sylla
barum, & hæc utiq; ad pronunciationē pertinēs:
Psal. 138 nam quod scriptū est, Non est absconditū à te os
meū quod fecisti in abscōdito: non elucet legenti
utrum correpta litera os pronūciet, an producta.
Si enim corripiat, ab eo quod sunt ossa: si aūt pro
ducat, ab eo quod sunt ora, intelligit numerus sin
gularis. Sed talia linguæ præcedentis inspectione
diiudicātur: nam in Græco non σόμα, sed ὀστέον po
situm est. Vnde plerūq; loquendi consuetudo uul
garis utilior est significādis rebus, ꝙ integritas li
terata. Mallē quippe cum barbarismo dici, Non
est absconditum à te ossum meum: ꝙ ut ideo esset
minus apertū, quia magis Latinū est. Sed aliquan
do dubius syllabæ sonus etiā uicino uerbo ad ean
dem sententiā pertinente diiudicat. Sicut est illud
Gal. 5 Apostoli, Quæ prædico uobis sicut prædixi, quo
niam qui talia agunt, regnū dei non possidebunt.
Si tantūmodo dixisset, Quæ prædico uobis: neq;
subiūxisset, Sicut prædixi: non nisi ad codicē præ
cedētis linguæ recurrendum esset, ut cognoscere
mus utrū in eo ꝙ dixit, prædico, producenda an
corripiēda esset media syllaba: nūc aūt manifestū
est producendā esse. Non enim ait, sicut prædica-
Ambiguitas sermonis quæ ratione expediatur. ui, sed sicut prædixi. Non solū aūt istæ, sed etiā
illæ ambiguitates quæ non ad distinctionē uel ad
pronūciationem pertinent, similiter considerādæ
IIII sunt, qualis illa est ad Thessalonicēses: Propterea
1 Thes. 3 consolati sumus fratres in uobis. Dubiū est enim
utrū ò fratres, an hos fratres. Neutrū aūt horū est
contra fidem: sed Græca lingua hos casus pares
non habet, & ideo illa inspecta renunciatur uoca-

A tiuus, id est, ó fratres. Quòd si uoluisset interpres
dicere, propterea consolationē habuimus fratres
in uobis: minus seruitū esset uerbis, sed minus de
sententia dubitaretur: aut certe si adderetur, nostri,
nemo ferè ambigeret uocatiuū esse casum, cū au
diret, Propterea consolati sumus fratres nostri in
uobis. Sed iam hoc periculosius pmittitur. Ita fa
ctum est in illa ad Corinthios, cum ait Apostolus, *1 Cor. 15*
Quotidie morior, per uestrā gloriā fratres quā ha
beo in Christo Iesu. Ait eīn quidā interpres, Quo
tidie morior, per uestrā iuro gloriā: quia in Græ
co uox iurantis manifesta est sine ambiguo sono. *vñ*
Rarissime igitur & difficillime inueniri potest am
biguitas in propriis uerbis, quantū ad libros diui
narū scripturarū spectat, quā non aut circūstantia
ipsa sermonis qua cognoscitur scriptorū intentio,
B aut interpretū collatio, aut præcedētis linguæ sol
uat inspectio. Sed uerborum translatorū ambi- *Figura-*
guitates, de quibus deinceps loquendum est, non *mo pro-*
mediocrē curam industriāq; desiderant. Nam in *pria, &*
principio cauendū est, ne figuratā locutionem ad *scripta.*
literā accipias. Et ad hoc enim pertinet, quod ait *2 Cor. 3*
Apostolus: Litera occidit, spiritus autē uiuificat.
Cum enim figurate dictū sic accipitur, tanq; pro
prie dictum sit, carnaliter sapitur. Neq; ulla mors
animæ congruentius appellatur, q; cum id etiam
quod in ea bestijs antecellit, hoc est intelligentia
carni subiicitur sequēdo literā. Qui enim sequitur
literā, translata uerba sicut propria tenet: neq; il
lud quod proprio uerbo significaī, refert ad aliā
significationē. Sed si sabbatū audierit, uerbi gra
tia, non intelligit nisi unū diem de septē, qui con
tinuo uolumine repetūtur. Et cum audierit sacri
ficiū, non excedit cogitatione illud quod fieri de
uictimis pecorū terrenisq; fructibus solet. Ea de
mum est miserabilis animæ seruitus, signa pro re
bus accipere, & supra creaturā cōporeā oculum
mentis ad hauriendū æternum lumen leuare non
posse. Quæ tamē seruitus in Iudæo populo lon *Similia sed*
ge à cęterarū gentiū more distabat, quandoquidē *Cap. VI*
rebus tēporalibus ita subiugati erant, ut unus eis
in omnibus cōmendaretur deus. Et quanq; signa
rerū spiritaliū pro ipsis rebus obseruarēt, nesciēn
tes quò referrentur, id tamen insitum habebant,
quod tali seruitute uni omniū, quē non uidebant,
placerent deo. Quam custodiā tanq; sub pædago
D go paruulorū fuisse scribit Apostolus. Et ideo qui *Gal.*
talibus signis pertinaciter inhæserunt, contēnen
tem ista dominū, cum iam tēpus reuelationis eo
rum uenisset, ferre non potuerūt: atq; inde calum
nias, ꝙ sabbato curaret, moliti sunt principes eo
rum: populusq; signis illis tanquā rebus astrictus,
non credebat deum esse, uel à deo uenisse, qui ea
sicut à Iudæis obseruabantur, nollet attēdere. Sed
qui crediderūt, ex quibus facta est prima ecclesia
Hierosolymitana, satis ostēderunt quanta utilitas
fuerit eo modo sub pædagogo custodiri, ut signa
quæ temporaliter imposita erant seruientibus, ad
unius dei cultū, qui fecit cœlū & terrā, opinionē
obseruantiū religarent. Nāq; illi quia proximi spi
ritalibus fuerūt, in ipsis enim temporalibus & car

nalibus

nalibus uocibus atq; signis, cuius quomodo spiri
taliter essent intelligēda, nescirēt: quia unū tamen
didicerāt uenerari æternū deum, tam capaces ex
titerunt spiritussancti, ut omnia sua uenderent, eo
rumq; precio indigētibus distribuendū, ante apo
stolorum pedes ponerēt, secq; totos dedicarēt deo
tanq; templū nouum, cuius terrenæ imagini, hoc
est tēplo ueteri seruiebant. Non enim hoc ullas ec
clesias gentiū fecisse scriptū est, quia non tam pro
pe inuenti erāt qui simulachra manufacta deos ha
bebant. Et si quādo aliqui eorū illa tanq; signa
interpretari conabātur, ad creaturā colendā, uene
randamq; referebant. Quid enim mihi prodest si
mulachrū, uerbi gratia, Neptuni, nō ipsum haben
dum deum, sed eo significari uniuersum mare, uel
etiam omnes aquas cæteras, quæ fontibus pro
ruunt: sicut à quodam poeta illorum describitur:
si bene recolo, ita dicente,
B Tu Neptune pater, cui tempora cana crepanti
Cincta salo resonant, magnus cui perpete mento
Profluit Oceanus, & flumina crinibus errant.
Hæc siliqua intra dulce tectoriū sonantes lapillos
quatit. Non est autem hominum, sed porcorum
cibus. Nouit quid dicam, qui euangelium nouit.
Quid ergo mihi prodest ꝙ Neptuni simulachrū
ad illam significationem refertur, nisi fortè ut neu
trum colam. Tam enim mihi statua quælibet, q;
mare uniuersum, non est deus. Fateor tamē altius
demersos esse, qui opera hominū deos putant, q;
qui opera dei. Sed nobis unus diligēdus & colen
dus deus præcipitur, qui fecit hæc omnia, quorū
illi simulachra uenerātur, uel tanq; deos, uel tanq; C
signa & imagines deorum. Si ergo signū utiliter
institutū pro ipsa re sequi, cui significandæ institu
tum est, carnalis est seruitus, quāto magis inutiliū
rerū signa instituta pro rebus accipere? Quæ si re
tineris ad eaipsa quæ his significātur, eisq; colen
dis animū obligaueris, nihilominus seruili carna
licq; onere atq; uelamine non carebis. Quamob
rē Christiana libertas eos, quos inuenit sub signis
utilibus tanq; prope inuētos, interpretatis signis
quibus subditi erāt, eleuatos ad eas res, quarū illa
signa sunt, liberauit. Ex his factæ sunt ecclesiæ san
ctorum Israelitarum. Quos aūt inuenit sub signis
inutilibus, non solum seruilem operationē sub ta
libus signis, sed etiam ipsa signa frustrauit remo
uitq; omnia: ut à corruptione multitudinis simula D
torū deorū, quam sæpe ac propriè scriptura forni
cationē uocat, ad unius dei cultum gentes cōuer
tērētur, nec sub ipsis iam signis utilibus seruiturę,
sed exercitaturæ potius animū in eorū intelligen
tia spiritali. Sub signo enim seruit qui operatur
aut ueneratur aliquam rem significantē, nesciens
quid significet: qui uero aut operatur, aut uenera
tur utile signum diuinitus institutū, cuius uim si
gnificationēq; intelligit, non hoc ueneratur quod
uidetur & transit, sed illud potius quò talia cūcta
referenda sunt. Talis aūt homo spiritalis & liber
est, etiā tempore seruitutis, quo carnalibus animis
nondū oportet signa illa † reuelari, quorum iugo
edomandi sunt. Tales aūt spiritales erant patriar

A chæ ac prophetæ, omnesq; in populo Israel per
quos nobis spiritussanctus ipsa scripturarū & au
xilia & solatia ministrauit. Hoc uero tēpore post
eaq; resurrectione dñi nostri Iesu Christi manife
stissimū iudiciū nostræ libertatis illuxit, nec eorū
quidem signorū quę iam intelligimus operatione
graui onerati sumus: sed quædā pauca pro multis
eadēq; factu facillima, & intellectu angustissima,
& obseruatione castissima, ipse dns & apostolica
tradidit disciplina: sicuti est baptismi sacramētū, *Baptismus*
& celebratio corporis & sanguinis domini. Quę *Eucharistia*
unusquisq; cum percipit quò referantur imbutus
agnoscit, ut ea nō carnali seruitute, sed spiritali po
tius libertate ueneretur. Vt aūt literam sequi & si
gna pro rebus quæ ijs significātur accipere seruī
lis infirmitatis est, ita inutiliter signa interpretari
male uagātis erroris est. Qui aūt non intelligit qd
significet signū, & tamen signū esse intelligit, nec
ipse premitur seruitute. Melius est autē, uel premi
incognitis, sed utilibus signis, q; inutiliter ea inter
pretando, à iugo seruitutis eductā ceruicē laqueis
erroris inserere. Huic aūt obseruationi qua ca- *Quæ ut figu-*
uemus figuratā locutionem, id est translatā quasi *rate dicta, sint*
propriā sequi, adiungenda etiā illa est, ne propriā *accipiēda.* X
quasi figuratā uelimus accipere. Demonstrandus
est igitur prius modus inueniēdæ locutionis, pro
pria ne an figurata sit. Et iste omnino modus est,
ut quicquid in sermone diuino neq; ad morū ho
nestatē, neq; ad fidei ueritatem proprie referri po
test, figuratū esse cognoscas. Morum honestas ad
diligendū deum & proximū, fidei ueritas ad co
gnoscendū deum & proximū pertinet. Spes autē
sua cuiq; est in cōscientia propria, quemadmodū
se sentit ad dilectionem dei & proximi cognitio
nemq; proficere. De quibus omnib⁹ primo libro
dictum est. Sed quoniam procliue est humanū ge
nus, non ex momentis ipsius libidinis, sed potius
suæ cōsuetudinis æstimare peccata, fit plerūq; ut
quisq; hominū ea tantum culpāda arbitretur quæ
suæ regionis & tēporis homines uituperare atq;
damnare cōsueuerunt, & ea tantum probāda atq;
laudāda quæ cōsuetudo eorum cum quibus uiuit
admittit: eoq; cōtingit, ut si quid scriptura uel præ
ceperit quod abhorret à cōsuetudine audiētium,
uel quod non abhorret culpauerit, si animū eorū
iam uerbi uinxit autoritas, figuratam locutionem
putent. Non aūt præcipit scriptura nisi charitatē, *Charitas*
nec culpat nisi cupiditatem, & eo modo informat *Cupiditas*
mores hominū. Item si animū prēoccupauit alicu
ius erroris opinio, quicqd aliter asseruerit scriptu
ra, figuratum homines arbitrātur. Non aūt asserit
nisi catholicā fidem, rebus præteritis & futuris &
præsentibus. Præteritorū narratio est, futurorum
prænūciatio, præsentiū demōstratio. Sed omnia
hæc ad eandē charitatē nutriendā atq; corroborā
dam, & cupiditatē uincendā atq; extinguendā ua
lent. Charitatē uoco motū animi ad fruendū deo *1 sen. dist. 17*
propter ipsum, & se atq; proximo propter deum. *ca. quod aūt*
Cupiditatē aūt motū animi ad fruendū se & pro
ximo & quolibet corpore nō propter deū. Quod
aūt agit indomita cupiditas ad corrūpendum ani

Universidad de Deusto
Biblioteca

Flagitium mum & corpus suum, flagitiū uocatur. Quod aūt
Facinus agit ut alteri noceat, facinus dicitur. Et hæc sunt
duo genera omniū peccatorū, sed flagitia priora
sunt. Quę cum exanimauerint animū, & ad quan
dam egestatē perduxerint, in facinora prosilitur,
quibus remoueātur impedimēta flagitiorum aut
adiumēta quærātur. Item quod agit charitas quo
sibi prosit, utilitas est: quod aūt agit ut prosit pro
ximo, beneficentia nominatur. Et hinc præcedit
utilitas, quia nemo potest ex eo quod non habet
prodesse alteri. Quanto aūt magis regnū cupidi
Quæ ad euel- tatis destruitur, tanto charitatis augetur. Quic
lēdam cupidi- quid ergo asperū & quasi sæuum factu dictuq; in
tatē, quæq; ad sanctis scripturis legitur ex persona dei uel sancto
inferendā cha- rum eius, ad cupiditatis regnū destruēdum ualet.
ritatem faciāt Quod si perspicue sonat, nō est ad aliud referēdū
Cap. XI quasi figurate dictū sit. Sicuti est illud Apostoli,
Rom. 2 Thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelatiōis iu
sti iudicij, qui reddet unicuiq; secundū opera sua,
ijs quidē qui secundū sustinentiā boni operis glo
riam & honorē & incorruptionē quærētibus uitā
æternā: ijs aūt qui ex contētione sunt, & diffidunt
ueritati, credunt autē iniquitati, ira & indignatio,
tribulatio & angustia in omnem animā hominis
operātis malum, Iudæi primū & Græci. Sed hoc
ad eos, cū quibus euertīt ipsa cupiditas, qui eam
uincere noluerunt. Cum aūt in homine cui domi
nabanť, regna cupiditatis subuertunť, illa est aper
Gal. 5 ta locutio. Qui aūt Iesu Christi sunt, carnē suā cru
cifixerūt cum uitijs & cōcupiscētijs. Nisi quia &
hic quædā uerba translata tractātur, sicuti est, ira
dei, &, crucifixerūt. Sed nō tam multa sunt uel ita
posita, ut obtegant sensum & allegoriā, uel ænig
ma faciant, quā propriē figuratā locutionē uoco.
Hier. 1 Quod aūt Hieremiæ dicitur, Ecce constitui te ho
die super gētes & regna, ut euellas & destruas &
dispersas & dissipes: non dubiū quin figurata lo
cutio tota sit ad eum finem referēda quē diximus.
Facta iudican- Quæ aūt quasi flagitiosa imperitis uidenť, siue
tur ex circun- tantū dicta, siue etiā facta sunt, uel ex dei persona,
stantijs. XII uel ex hominū, quorum nobis sanctitas cōmenda
tur, tota figurata sunt, quorū ad charitatis pastum
enucleanda secreta sunt. Quisquis aūt rebus præ
tereūtibus restrictius utitur q̄ sese habent mores
eorum cum quibus uiuit, aut temperās aut super
stitiosus est: q̄squis uero sic eis utitur, ut metas cō
suetudinis bonorū, inter quos uersatur, excedat, D
aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omni
bus enim talibus non usus rerū, sed libido utentis
in culpa est. Neq; enim ullo modo quisq̄ sobrius
crediderit domini pedes ita unguento precioso à
muliere perfusos, ut luxuriosorū & nequā homi
num solēt, quorū talia cōuiuia detestamur. Odor
enim bonus, bona fama est, quā quisquis bonæ ui
tæ operibus habuerit, dum uestigia Christi sequi
tur, quasi pedes eius preciosissimo odore perfun
dit. Ita quod in alijs personis plerunq; flagitiū est,
in diuina uel prophetica persona magnæ cuiusdā
rei signū est. Alia quippe est in perditis moribus,
Oseæ 1 alia in Oseæ prophetæ uaticinatione coniunctio
meretricis. Nec li flagitiose in cōuiuijs temulēto-
rum & lasciuorū nudantur corpora, propterea in
balneis nudū esse, flagitiū est. Quid igitur locis et
tēporibus personisq; cōueniat, diligēter attēden
dum est, ne temere flagitia reprehendamus. Fieri
enim potest, ut sine aliquo uitio cupidinis uel uo
racitatis preciosissimo cibo sapiēs utatur, insipiēs
aūt fœdissima gulæ flamma in uilissimū ardescat.
Et sanꝰ quisq; maluerit more domini piscē uescī, *Piscis assus cibo dabatur.*
q̄ lenticula more Esau nepotis Abrahā, aut hor
deo more iumentorū. Non enim propterea conti
nētiores nobis sunt plerq; bestiæ, quia uilioribus
aluntur escis. Nam in omnibus huiuscemodi re
bus, nō ex earū rerū natura quibus utimur, sed ex
causa utendi & modo appetēdi uel probādum est
uel improbādū quod facimus. Regno terreno ue
teres iusti cœleste regnū imaginabātur & prænū
B ciabant. Sufficiendæ prolis causa erat uxorū plu
rium simul uni uiro habendarū inculpabilis con
suetudo, & ideo unam fœminam maritos habere
plurimos honestū non erat: nō enim mulier eo est
fœcūdior, sed meretricia potius turpitudo est uel
quæstū uel liberos uulgo quærere. In huiuscemo
di moribus quicquid illorū temporū sancti non li
bidinose faciebant, q̄uis ea facerēt quæ hoc tem
pore nisi per libidinē fieri non possunt, nō culpat
scriptura. Et quicquid ibi tale narratur, nō solū hi
storice ac proprie, sed etiā figurate ac prophetice
acceptū, interpretandū est usq; in finem illū chari
tatis, siue dei, siue ꝓximi, siue utriusq;. Sicut enim
talares & manicatas tunicas habere apud Roma
nos ueteres flagitium erat, nunc aūt honesto loco
natis, cum tunicati sunt, non eas habere flagitium
est: sic animaduertendū est in cætero quoq; usu re
rum abesse oportere libidinē: quæ non solum ipsa
eorū inter quos uiuit cōsuetudine nequiter abuti
tur: sed etiā sæpe fines eius egressa, fœditatē suam,
quæ inter claustra morum solenniū latitabat, flagi
tiosissima eruptione manifestat. Quicquid autē
congruit consuetudini eorū, cum quibus uita ista
degenda uel necessitate imponitur, uel officio su
scipitur, à bonis & magnis hominibus ad utilita
tem & beneficentiā referendum est, uel proprie,
sicut & nos debemus, uel etiā figurate, sicut pro
phetis licet. In quæ facta legēda cum incurrūt
indocti alterius cōsuetudinis, nisi autoritate repri
mātur flagitia putant, nec possunt animaduertere
totā conuersationē suā, uel in coniugijs, uel in con
uiuijs, uel in uestitu, cæteroq; humano uictu atq;
cultu, alijs gentibus & alijs tēporibus flagitiosam
uideri. Qua uarietate innumerabiliū consuetudi
num cōmoti quidā dormitantes, ut ita dicam, qui
neq; alto somno stultitiæ sopiebātur, nec in sapiē
tiæ lucē poterant euigilare, putauerūt nullam esse
iustitiā per seipsam, sed unicuiq; genti consuetudi
nem suam iustā uideri: quæ cum sit diuersa omni
bus gentibus, debeat autē incōmutabilis manere
iustitia, fieri manifestū, nullam usquā esse iustitiā:
non intellexerūt, ne multa cōmemorē, quod tibi
fieri non uis, alij ne feceris, nullo modo posse ulla
eorū gentili diuersitate uariari. Quæ sentētia cum
refertur ad dilectionē dei, omnia flagitia moriun-
tur

tur: cū ad proximi, omnia facinora. Nemo enim
uult corrūpi habitaculū suum: non ergo debet cor
rūpere habitaculū dei, seipsum scilicet. Et nemo
uult sibi à quoquā noceri: nec ipse igitur cuiquam
nocuerit. Sic euersa tyrānide cupiditatis, chari
tas regnat iustissimis legibus dilectionis dei pro
pter deū, sui & proximi propter deū. Seruabit er
go in locutionibus figuratis regula huiusmodi, ut
tam diu uersetur diligēti cōsideratione quod legi
tur, donec ad regnū charitatis interpretatio pdu
catur. Si aūt hoc iam proprie sonat, nulla putetur
figurata locutio. Si præceptiua locutio est, aut
flagitiū aut facinus uetans, aut utilitatē aut benefi
centiā iubens, nō est figurata. Si aūt flagitiū aut fa
cinus uidetur iubere, aut utilitatē aut beneficētiā
uetare, figurata est. Nisi māducaueritis, inquit, car
nem filij hominis & sanguinē biberitis, non habe B
bitis uitā in uobis: facinus uel flagitiū uidetur iu
bere. Figura est ergo, præcipiens passioni dñi esse
cōmunicandū, & suauiter atq; utiliter recōdendū
in memoria, q̄ pro nobis caro eiꝰ crucifixa & uul
nerata sit. Ait scriptura: Si esurierit inimicus tuus,
ciba illū: si sitit, potū da illi. Hic nullo dubitāte be
neficentiā præcipit. Sed quod sequit, Hoc enim fa
cies carbones ignis cōgeres super caput eius: ma
leuolētię facinus putes suberi. Ne igitur dubitaue
ris figurate dictū: & cū possit dupliciter interpre
tari, uno modo ad nocendū, altero ad præstandū,
ad beneficētiā te potius charitas reuocet, ut intel
ligas carbones ignis esse urentes pœnitētiæ gemi
tus, q̄bus superbia sanatur eius qui dolet se inimi
cum fuisse hominis à quo eius miseriæ subueniť. C
Iob. 12 Item cum ait dñs, Qui amat animā suā perdet eā:
non utilitatē uetare putādus est, qua debet quisq;
cōseruare animā suā: sed figurate dictū, perdet ani
mam, id est perimat atq; amittat usum eius quem
nūc habet, quersum scilicet atq; præposterū, quo
inclinatur tēporalibus, ut æterna nō quærat. Scri
ptum est, Da misericordiā, & ne suscipias peccato
rem. Posterior pars huius sentētiæ uidetur uetare
beneficentiā. Ait enim, ne suscipias peccatorē: In
telligas enim figurate positū pro peccato peccato
rem, ut peccatum eius non suscipias. Sæpe au
tem accidit, ut quisq; in meliori gradu spiritalis
uitæ uel est uel esse se putat, figurate dicta esse arbi
tretur, quæ inferioribus gradibus præcipiūtur: ut
uerbi gratia, si cœlibē amplexus est uitā, & se ca- D
strauit propter regnū cœlorū, quicquid de uxore
diligēda & regēda sancti libri præcipiūt, non pro
prie, sed trāslate accipi oportere cōtendat. Et quis
quis statuit seruare innuptam uirginem suam, tan
q̄ figuratam locutionē conetur interpretari qua
Exod. 7 dictū est, Trade filiā, & grande opus perfeceris.
Erit igitur etiā hoc in obseruationibus intelligen
darum scripturarū, ut sciamus alia omnibus com
muniter præcipi, alia singulis quibusq; generibus
personarū, ut non solū ad uniuersum statum uale
tudinis, sed etiam ad suam cuiusq; mēbri propriā
infirmitatē medicina pertineat. In suo quippe ge
nere curandū est, quod ad melius genus nō potest
etigi. Item cauendum est ne forte quod in scri-
pturis ueteribus pro illorū temporū conditione,
etiā si non figurate sed proprie intelligatur, nō est
flagitiū neq; facinus, ad ista etiam tempora quis
putet in usum uitæ posse transferri: qđ nisi domi
nante cupiditate, & ipsarū quoq; scripturarū qui
bus euertenda est satellitiū quęrēte nō faciet, nec
intelligit miser ad hanc utilitatē illa sic esse posita,
ut spei bonæ homines salubriter uideāt, & consue
tudinē quam aspernanť posse habere usum bonū,
& eam quam amplexātur esse posse dānabilem, si
& ibi charitas utentium, & hic cupiditas attenda
tur: Nam si multis uxoribus caste uti quisquā pro
tēpore potuit, potest alius una libidinose. Magis
enim probo multarū fœcunditate utentē propter
aliud, q̄s unius carne fruentem propter ipsam. Ibi
enim quęritur utilitas temporū opportunitatibus
congrua, hic satiatur cupiditas tēporalibus uolu
ptatibꝰ implicata. Inferioriscq; gradus ad deū sunt
quibus secundū ueniam concedit Apostolus car- *1 Cor. 7*
nalem cum singulis cōiugibus consuetudinē pro
pter intemperantiam eorum: q̄s illi qui plures sin
guli cum haberent, sicut sapiēs in cibo & potu, nō
nisi salutem corporis, sic in cōcubitu non nisi pro
creationē filiorum intuebātur. Itaq; si eos in hac
uita inuenisset domini aduētus, cum iam non mit
tendi sed colligēdi lapides tempus esset, statim se
ipsos castrarēt propter regnū cœlorū. Non enim
est in carēdo difficultas, nisi cum est in habēdo cu
piditas. Nouerāt quippe illi homines etiā in ipsis
coniugibus luxuriā esse abutendi intemperantiā,
quod Tobiæ testatur oratio, quādo est copulatus *Tob. 8*
uxori. Ait enim, Benedictus es dñe deus patrū no
strorū & benedictū nomē tuum in omnia secula
seculorū: benedicāt te cœli et omnis creatura tua:
tu fecisti Adam, & dedisti illi adiutoriū Euam. Et
nunc dñe tu scis qm̄ non luxuriæ causa accipio so
rorē meā, sed ipsa ueritate ut miserearis nostri do
mine. Sed qui effrenata libidine, uel per multa *Mali alios de*
stupra diffluētes euagātur, uel in ipsa una cōiuge, *suo æstimāt in*
non solū excedunt ad liberorū procreationē perti *genio. XIX*
nentē modū, sed etiā inhumanioris intēperantiæ
sordes inuerecūda omnino licentia seruilis cuius
dam libertatis accumulāt, non credūt fieri potuis
se, ut tēperāter multis fœminis antiqui uterētur ui
ri, nihil seruantes in usu illo nisi congruū tempori
propagādæ prolis officiū: & quod ipsi laqueis libi
dinis obstricti, uel in una nō faciūt, nullo modo in
multis fieri posse arbitrātur. Sed isti possunt dice
re, ne honorari quidē atq; laudari oportere uiros
bonos & sanctos, quia ipsi cum honorantť atq; lau
dātur intumescūt superbia, tāto autidiores inanis
simæ gloriæ, quāto eos frequentius atq; latius lin
gua blandior uētilauerit: qua ita leues fiūt, ut eos
rumoris aura, siue quæ prospera, siue quæ aduersa
existimatur, in quaslibet inuehat uoragines flagi
tiorū, aut in facinorū etiam saxa collidat. Videāt
ergo q̄s sibi arduū sit atq; difficile, nec laudis esca
illici, nec contumeliarū aculeis penetrari, & non *In quauis uitæ*
exse alios metiātur. Credant potius apostolos *di ratiōe boni*
nostros nec cum suspicerētur ab hominibus infla *sui sunt similes*
tos fuisse, nec cum despicerentur elisos. Neutra *Cap. XX*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quippe tẽtatio defuit illis uiris. Nam & credentiũ celebrabantur præconio, & perſequentiũ maledi
A ctis infamabãtur. Sicut ergo iſti pro tẽpore utebãtur his omnibus & non corrũpebantur: ſic illi ueteres uſum fœminarũ ad ſui temporis conuenientiam referẽtes, non patiebãtur eam dominationẽ libidinis, cui ſeruiunt qui iſta non credũt. Et ideo iſti ſeſe nullo modo cohiberẽt ab inexpiabili filiorum odio à quibus uel uxores uel cõcubinas ſuas attentatas, aut attrectatas eſſe cognoſcerent, ſi eis
Adulterium Dauid. XXI fortè tale aliquid accidiſſet. Rex aũt Dauid cũ hoc ab impio atq; immani filio paſſus eſſet, nõ ſolum ferocientẽ tolerauit, ſed etiam planxit extinctum. Non enim carnali zelo irretitus tenebatur, quẽ nullo modo iniuriæ ſuæ, ſed peccata filij commouebant. Nam ideo ſi uinceretur, eũ occidi prohiberat, ut edomito ſeruaretur pœnitẽdi locus. Et quia non potuit, non orbitatem doluit in eius interitu, ſed quia nouerat in quas pœnas tã impie
B adultera & parricidalis anima raperetur. Nanq; alio prius filio, qui innocẽs erat, pro quo ægrotãte affligebatur, moriẽte lætatus eſt. Ex hoc maxime apparet qua moderatione ac temperantia illi uiri fœminis utebãtur, q̃ cum in unam illicite irruiſſet rex idem æſtu quodã ætatis & temporaliũ rerum proſperitatibus abreptus, cuius etiã maritũ occidendũ præceperat, accuſatus eſt per prophetam: qui cum ad eum ueniſſet cõuincendũ de peccato, propoſuit ei ſimilitudinẽ de paupere qui habebat ouem unã, cuius uicinus cum haberet multas, ad aduentũ hoſpitis ſui unicã potius uicini pauperis ouiculam exhibuit epulãdam. In quem cõmotus
C Dauid occidi eũ iuſſit, & quadruplicari ouẽ pauperi, ut ſe neſciens condemnaret, qui peccauerat ſciẽs. Quod cum ei manifeſtatũ eſſet, & diuinitus denũciata uindicta, diluit pœnitendo peccatum. Sed tamen in hac ſimilitudine ſtuprũ tantũmodo deſignatũ eſt de oue uicini pauperis: de marito autem mulieris interẽpto, hoc eſt de ipſo paupere, qui unam habebat ouem occiſo, non eſt per ſimili tudinẽ interrogatus Dauid, ut in ſolo adulterio diſceret ſententiã dãnationis ſuæ. Ex quo intelligitur quãta temperantia multas mulieres habuerit, quãdo de una in qua exceſſit modũ à ſeipſo puniri coactus eſt. Sed in iſto uiro immoderatæ huius libidinis, non permãſio, ſed trãſitus fuit. Propterea etiam ab arguente propheta illicitus appetitus
D hoſpes uocatus eſt. Nõ enim dixit eum regi ſuo, ſed hoſpiti ſuo, uicini pauperis ouẽ ad epulãdum exhibuiſſe. At uero in eius filio Salomone, non quaſi hoſpes tranſitũ habuit, ſed regnũ iſta libido poſſedit. De quo ſcriptura non tacuit, culpãs eum fuiſſe amatorẽ mulierũ. Cuius tamẽ initia deſiderio ſapiẽtiæ flagrauerãt, quam cum amore ſpiritali adeptus eſſet, amore carnali amiſit. Ergo quã-
Non eadem ratio ueteris & nouæ legis. Cap. XXII quam omnia uel pene omnia quę in Veteris teſtamenti libris geſta cõtinẽtur, non ſolũ proprie, ſed etiã figurate accipiẽda ſint: tamẽ etiã illa quæ proprie lector acceperit, ſi laudati ſunt illi qui ea fecerunt, ſed ea tamen abhorrent à cõſuetudine bonorum, qui poſt aduentũ domini diuina præcepta cuſtodiunt, figurã ad intelligentiã referat, factũ uero ipſum ad mores non transferat. Multa enim ſunt quæ illo tẽpore officioſe facta ſunt, quę modo niſi libidinoſe fieri nõ poſſunt. Si qua uero peccata magnorũ uirorũ legerit, tametſi aliquã in eis figuram rerum futurarũ animaduertere atq; indagare potuerit: rei tamẽ geſtæ proprietatẽ ad hũc uſum aſſumat, ut ſe nequaquã recte ſuis factis iactare audeat, & præ ſua iuſtitia cæteros tanq̃ peccatores contẽnat, cum uideat tantorũ uirorũ & cauendas tẽpeſtates, & flenda naufragia. Ad hoc enim etiã peccata illorũ hominũ ſcripta ſunt, ut apoſtolica illa ſententia ubiq; tremẽda ſit, qua ait, Quapropter qui uidetur ſtare, uideat ne cadat. Nulla enim fere pagina eſt ſanctorũ librorum, in qua non ſonet, q̃ deus ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiam.

Maxime itaq; inueſtigandũ eſt, utrum propria ſit, an figurata locutio quam intelligere conamur.
B Nam comperto q̃ figurata ſit, adhibitis regulis rerum quas in primo libro digeſſimus, facile eſt eã uerſare omnibus modis, donec perueniamus ad ſententiã ueritatis, præſertim cum uſus acceſſerit pietatis exercitatione roborato, Inuenimus aũt utrum propria ſit an figurata locutio, illa intuẽtes quæ ſuprà dicta ſunt. Quod cũ apparuerit, uerba quibus continetur, aut à ſimilibus rebus ducta inueniẽtur, aut ab aliqua uicinitate attingẽtibus. Sed quoniã multis modis res ſimiles rebus appa-
C rent, non putemus eſſe præſcriptũ, ut quod in aliquo loco res aliqua per ſimilitudinem ſignificauerit, hoc eã ſemper ſignificare credamus. Nam & in uituperatiõe fermentũ poſuit dñs cum diceret, Cauete à fermẽto Phariſæorũ: & in laude cum diceret, Simile eſt regnũ cœlorũ mulieri quæ abſcõdit fermentũ in tribus menſuris farinæ donec fermentaret totũ. Huius igitur uarietatis obſeruatio duas habet formas. Sic enim aliud atq; aliud res quæq; ſignificãt, ut aut cõtraria aut tantũmodo diuerſa ſignificent. Contraria ſcilicet, cũ aliàs in bono, aliàs in malo res eadẽ per ſimilitudinẽ ponit, ſicut hoc eſt quod de fermẽto ſupra diximus. Tale eſt etiã q̃ leo ſignificat Chriſtũ, ubi dicitur, Vicit leo de tribu Iuda: ſignificat & diabolũ, ubi ſcriptum eſt, Aduerſarius ueſter diabolus tanq̃ leo rugiens circũit, quærens quem deuoret. Ita ſerpens in bono eſt, Aſtuti ut ſerpẽtes: in malo aũt, Serpẽs
D Euam ſeduxit aſtutia ſua. In bono, panis, Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcẽdi: in malo autem, panis, Panes occultos libẽter edite. Sic & alia plurima. Et hæc quidẽ quæ cõmemorauí minime dubiam ſignificationẽ gerunt, quia exempli gratia cõmemorari non niſi manifeſtiſſima debuerunt. Sunt aũt quæ incertũ ſit in quam partẽ accipi debeant, ſicut, Calix in manu domini uini meri plenus eſt mixto. Incertũ eſt enim utrũ iram dei ſignificet non uſq; ad nouiſſimã pœnam, ſi eſt uſq; ad fecem: an potius gratiam ſcripturarũ à Iudæis ad Gentes tranſeuntẽ, quia inclinauit ex hoc in hoc, remanẽtibus apud Iudæos obſeruationibus quas carnaliter ſapiũt, quia fex eius non eſt exinanita. Cum uero res eadẽ non in cõtraria, ſed tantum in diuerſa

diuerſa ſignificatione ponitur, illud eſt in exẽplo, q̃ aqua & populũ ſignificat, ſicut in Apocalypſi
Apoc. 17 legimus, & ſpiritũſanctum, unde eſt illud, Flumina aquę uiuæ fluent de uentre eius: & ſi quid aliud atq; aliud, pro locis in quibus ponitur, aqua ſignificare intelligitur. Sic & aliæ res non ſingulæ, ſed unaquæq; earum, non ſolum duo aliqua diuerſa, ſed etiam nonnunq̃ multa ſignificat, pro loco ſen-
Regulæ locis quibuſcunq; tractandis. Cap. XXVI tentiæ, ſicut poſita reperitur. Vbi aũt apertius ponũtur, ibi diſcendũ eſt quomodo in locis intelligantur obſcuris. Neq; enim melius poteſt intelligi quod dictum eſt deo, Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi: q̃ ex illo loco
Pſal. 34 *Pſal. 5* ubi legitur, Domine ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos. Nec tamen ita ut iam ubicunq; ſcutum pro aliquo munimẽto legerimus poſitũ, non accipiamus niſi bonam uoluntatẽ dei. Dictum eſt
Eph. 6 B enim, Et ſcutũ fidei in quo poſſitis, inquit, omnes fagittas maligni ignitas extinguere. Nec rurſum ideo debemus in armis huiuſcemodi ſpiritalibus ſcuto tantummodo fidem tribuere, cum alio loco etiam lorica dicta ſit fidei. Induti, inquit, loricam fidei & charitatis. Quando aũt ex eiſdem ſcripturæ uerbis, nõ unum aliquid, ſed duo uel plura
Quem locum non intelligi non prohibet. XXVII ſentiuntur, etiã ſi latet quid ſenſerit ille qui ſcripſerit, nihil periculi eſt ſi quodlibet eorũ cõgruere ueritati ex alijs locis ſanctarũ ſcripturarũ doceri poteſt: id tamen eo conante qui diuina ſcrutatur eloquia, ut ad uoluntatẽ perueniatur autoris, per quẽ ſcripturã illam ſanctus operatus eſt ſpiritus: ſiue hoc aſſequatur, ſiue aliam ſententiã de illis uerbis
C quæ fidei rectæ non refragatur exſculpat, teſtimonium habens à quocũq; alio loco diuinorum eloquiorum. Ille quippe autor in eiſdem uerbis quæ intelligere uolumus & ipſam ſententiã forſitan uidit, & certe dei ſpiritus qui per eum hęc operatus eſt, etiã ipſam occurſurã lectori uel auditori, ſine dubitatione præuidit, imò ut occurreret, quia & ipſa eſt ueritate ſubnixa, prouidit. Nam quid in diuinis eloquijs largius & uberius potuit diuinitus prouideri, cũ ut eadem uerba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus diuina cõteſtantia faciant approbari? Vbi aũt talis ſenſus eruitur,
Quæſtio propter neceſſa. XXIX cuius incertũ certis ſanctarũ ſcripturarũ teſtimonijs nõ poſſit aperiri, reſtat ut ratione reddita manifeſtus appareat, etiã ſi ille cuius uerba intelligere quærimus eum forte non ſenſit. Sed hæc cõſue
D tudo periculoſa eſt. Per ſcripturas enim diuinas multo tutius ambulatur: quas uerbis translatis occupatas cũ ſcrutari uolumus, aut hoc inde exeat quod non habeat controuerſiã: aut ſi habet, ex eadem ſcriptura ubicũq; inuentis atq; adhibitis eius teſtibus terminetur. Sciant aũt literati, modis omnibus locutionis, quos grammatici Græco nomine tropos uocãt, autores noſtros uſos fuiſſe, & multiplicius atq; copioſius q̃ poſſunt exiſtimare uel credere qui neſciunt eos & in alijs iſta didicerunt. Quos tamen tropos qui nouerũt, agnoſcunt in literis ſanctis, eorumq; ſcientia ad eas intelligẽdas aliquantũ adiuuantur. Sed hic eos ignaris tradere non decet, ne artẽ grammaticã docere uidea
A mur. Extra ſanè ut diſcantur admoneo, cuius iam ſuperius id admonuerim, id eſt in ſecundo libro, ubi de linguarum neceſſaria cognitione diſſerui. Nam literæ à quibus ipſa grãmatica nomen accepit, γράμματα enim Græci literas uocãt, ſigna utique ſonorũ ſunt ad articulatã uocẽ qua loquimur pertinentiũ. Iſtorum aũt troporũ, non ſolũ exempla omniũ, ſed quorũdam etiã nomina in diuinis libris leguntur, ſicut allegoria, ænigma, parabola. Quãuis penè omnes ij tropi qui liberali dicuntur arte cognoſci, etiam in eorũ reperiantur loquelis, qui nullos grãmaticos audierũt, & eo quo uulgus utitur ſermone cõtenti ſunt. Quis enim non dicit, ſic floreas? Qui tropus metaphora uocatur. Quis non dicit, piſcinã etiam quę non habet piſces, nec
Piſcina facta eſt propter piſces, & tamen à piſcibus nomẽ accepit? Qui tropus catachreſis dicitur. Longum eſt iſto modo cæteros perſequi: nam uſq; ad illos peruenit uulgi locutio, qui propterea mirabiliores ſunt, quia contra q̃ dicitur ſignificãt, ſicuti eſt quæ appellatur ironia uel antiphraſis. Sed ironia pronunciatione indicat quid uelit intelligi, uti cũ dicimus homini mala facienti, res bonas facis. Antiphraſis uero, ut cõtraria ſignificet, non uoce pronunciãtis efficitur: ſed aut uerba habet ſua quorũ origo cõtraria eſt, ſicut appellatur lucus, quod mi-
Lucus nime luceat: aut cõſueuit aliquid ita dici, cuius dicatur etiam non ecõtrario: ueluti cum quærimus accipere quod ibi nõ eſt, & reſpõdetur nobis, abũdat: aut adiũctis uerbis facimus ut à cõtrario intelligatur quod loquimur, ueluti ſi dicamus, caue illum, quia bonus homo eſt. Et quis talia non dicit indoctus, nec omnino ſciens qui ſint, uel quid uocentur hi tropi? Quorum cognitio propterea ſcripturarum ambiguitatibus diſſoluẽdis eſt neceſſaria, quia cum ſenſus ad proprietatẽ uerborũ ſi accipiatur, abſurdus eſt, quærendum eſt utiq; ne fortè illo uel illo tropo dictũ ſit, quod non intelligimus: & ſic pleraq; inuenta ſunt quæ latebant. Tico-
Regulæ Tichonij cuiuſdam. Cap. XXX nius quidã qui cõtra Donatiſtas inuectiſſime ſcripſit, cum fuerit Donatiſta, & illic inuenitur abſurdiſſimi cordis, ubi eos nõ omni ex parte relinquere uoluit, fecit librum quem Regularum uocauit, quia in eo quaſdã ſeptẽ regulas executus eſt, quibus quaſi clauibus diuinarũ ſcripturarũ aperiuntur occulta. Quarum primã ponit de dño & eius
D corpore: ſecundam de domini corpore bipartito: tertiã de promiſſis & lege: quartã de ſpecie & genere: quintã de temporibus: ſextam de recapitulatione: ſeptimam de diabolo & eius corpore. Quæ quidẽ cõſiderata, ſicut ab illo aperiũtur, non parũ adiuuant ad penetrãda quæ tecta ſunt diuinorum eloquiorũ. Nec tñ omnia, quæ ita ſcripta ſunt, ut non facile intelligãtur, poſſunt his regulis inueniri, ſed alijs modis pluribus quos hoc numero ſeptenario uſq; adeo non eſt iſte cõplexus, ut idem ipſe multa exponat obſcura, in quibus harũ regularum adhibet nullam, quoniã nec opus eſt. Neq; enim aliquid illic tale ueſatur, aut quæritur. Sicut in Apocalypſi Ioannis quærit, quem admodũ intelligẽdi ſint angeli eccleſiarũ ſeptem quibus ſcri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bere iubetur,& ratiocinatur multipliciter,& ad hoc peruenit ut ipsos angelos intelligamus eccle-
A sias. In qua copiosissima disputatione,nihil istarũ est regularum,& utiq; res illic obscurissima quæri tur,quod exẽpli gratia satis dictum sit. Nam colli gere omnia nimis longũ & nimis operosum est, quæ ita obscura sunt in scripturis canonicis,ut ni hil istorum septem ibi requirendũ sit. Iste aũt cum has uelut regulas cõmendaret,tantum eis tribuit, quasi omnia quę in lege,id est in diuinis libris ob scure posita inuenerimus,his bene cognitis atque adhibitis intelligere ualeamus. Ita quippe exor sus est eundem librũ ut diceret,Necessarium duxi ante omnia quæ mihi uidentur libellũ regularum scribere,& secretorũ legis ueluti claues & lumi naria fabricare. Sunt enim quædã regulæ mysti
B cæ quæ uniuersæ legis recessus obtinẽt,& uerita tis thesauros aliquibus inuisibiles faciunt. Quarũ si ratio regularũ sine inuidia ut cõmunicamus ac cepta fuerit,clausa quæq; patefiẽt,& obscura dilu cidabũtur,ut quisq; prophetiæ immẽsam syluam perambulans,his regulis quodãmodo quasi lucis tramitibus deductus ab errore defendatur. Hic si dixisset,Sunt enim quædã regulæ mysticæ,quæ nõnullos legis recessus obtinent,aut certe quæ le gis magnos recessus obtinẽt:nõ aũt quod ait,uni uersæ legis recessus:neq; dixisset,clausa quæq; pa tefient:sed,clausa multa patefient:uerum dixisset: nec tam elaborato atq; utili operi suo plus quã res ipsa postulat dando in spem falsam lectorem eius cognitorẽq; misisset. Quod ideo dicendũ putaui,
C ut liber ipse & legatur à studiosis,quia plurimum adiuuat ad scripturas intelligendas,& non de illo speretur tantũ quantũ non habet: caute sanè legẽ dus est,non solũ propter quædã,in quibus ut ho mo errauit:sed maxime propter illa quæ sicut Do natista hæreticus loquitur. Quid aũt doceant uel admoneant istæ septẽ regulæ breuiter ostendam.

Hæretici si qd bene dixerũt, legẽdi:sed cau te. XXXI

Prima de dño & eius corpore est,in qua sciẽtes aliquando capitis & corporis,id est Christi & ec clesię unam personã nobis intimari:neq; enim fru stra dictũ est fidelibus: Ergo Abrahæ semen estis,
Gal.3 cum sit unum semen Abrahæ,quod est Christus: nõ hæsitemus quãdo à capite ad corpus,uel à cor pore trãsitur ad caput,& tamẽ non recedit ab una eadẽq; persona. Vna enim persona loquit dicẽs,
Esa.61 Sicut sponso imposuit mihi mitrã,& sicut spõsam
D ornauit me ornamẽto:& tamen quid horũ duorũ capiti,quid corpori,id est qd Christo,quid eccle
Regula secun da. XXXII siæ cõueniat,utiq; intelligendũ est. Secunda est de dñi corpore bipartito,quod quidẽ non ita de buit appellari. Non enim reuera dñi corpus est, quod cum illo non erit in æternũ. Sed dicendum fuit, de domini corpore uero atq; permixto: aut uero atq; simulato,uel quid aliud:quia non solum in æternũ,uerumetiam nunc hypocritæ non cum illo esse dicẽdi sunt, quãuis in eius esse uideantur ecclesia. Vnde poterat ista regula & sic appellari, ut diceretur de permixta ecclesia. Quæ regula le ctorẽ uigilantẽ requirit,qñ scriptura cum ad alios iam loquat,tanq; ad eosipsos ad quos loquebatur uidet loqui:uel de ipsis cũ de alijs iam loquat,tan
A q; unũ sit utrorũq; corpus,propter tẽporalem cõ mixtionẽ & communionẽ sacramentorũ. Ad hoc pertinet in Cãticis cãticorũ: Fusca sum & speciо- *Cant.1* sa,ut tabernacula Cedar,speciosa sum ut pelles Sa lomonis. Non eñ ait,Fusca fui ut tabernacula Ce dar,& speciosa fui ut pelles Salomonis:sed utrũq; se esse dixit ,ppter tẽporalẽ unitatẽ intra una re tia piscium bonorũ & malorũ. Tabernacula eñ Ce dar ad Hismaelẽ ptinent,qui nõ erit hęres cũ filio liberæ. Itaq; cũ de bona parte deus dicat: Ducã cæ *Esa.42* cos in uiam quã non nouerũt,et semitas quas non nouerũt calcabũt,& faciã illis tenebras in lucẽ,& praua in directũ: hæc uerba faciã,& non derelin quã eos. Mox de alia parte quæ male pmixta est, dicit: Ipsi aũt cõuersi sunt retrorsum, q̃uis alĩ iam
B significẽtur his uerbis. Sed qñ nunc in uno sunt, tanq; de ipsis loquitur de quibus loquebat: non tñ semper in uno erunt. Ipse est quippe ille seruus cõ memoratus in Euãgelio,cuius dñs cum uenerit di uidet eũ,& partẽ eius cũ hypocritis ponet. Ter *Regula ter. c. XXXIII* tia regula est de promissis & lege,quæ alio modo dici potest de spiritu & litera,sicut nos eã appella uimus,cũ de hac re librũ scriberemus. Potest etiã sic dici,de gratia & mãdato. Hæc aũt magis mihi uidetur magna quæstio q̃ regula,quæ soluendis quæstionibus adhibẽda est. Hæc est aũt quã non intelligẽtes Pelagiani,uel cõdiderũt suã hæresim, uel auxerũt. Laborauit in ea dissoluẽda Ticonius bene,sed nõ plene. Disputãs enim de fide & ope- *Fides Opera* ribus,opera nobis dixit à deo dari merito fidei: ip sam uero fidẽ sic esse à nobis,ut nobis nõ sit à deo. *Eph.2* Nec attẽdit Apostolũ dicentem: Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre & dño nostro Iesu Christo. Sed nõ erat expertus hanc hæresim: quę nostro tẽpore exorta multũ nos,ut gratiã dei quæ per dñm nostrũ Iesum Christũ est aduersus eã de fenderemus,exercuit:& secũdũ id quod ait Apo- *2 Cor.11* stolus: Oportet hæreses esse,ut probati manifesti fiãt in uobis: multo uigilãtiores diligẽtioresq; red didit: ut aduerteremus in scripturis sanctis,quod istũ Ticoniũ minus attentũ,minusq; sine hoste so licitũ fugit,etiã ipsam scilicet fidẽ donũ illius esse qui eius mẽsurã unicuiq; partitur. Ex qua sentẽtia q̃busdã dictũ est, Vobis donatũ est pro Christo, nõ solũ ut in eum credatis,uerũetiã ut pro eo patia
D mini. Vnde quis dubitet utrũq; esse dei donũ,qui fideliter atq; intelligẽter audit utrũq; donatũ? Plu ra sunt & alia testimonia quibus id ostẽditur: sed hoc nũc non agimus,alibi aũt atq; alibi sæpissime ista egimus. Quarta uero Ticoniĩ regula est de *Regula iiii. Cap. xxxiiii.* specie & genere. Sic enim eã uocat,uolẽs intelligi speciẽ partẽ,genus aũt totũ,cuius ea pars est quã nũcupat speciẽ: sicut unaquæq; ciuitas pars est uti q; uniuersitatis gentiũ: hanc ille uocat speciem,ge nus aũt omnes gẽtes. Neq; hic ea discernẽdi subti litas adhibẽda est quæ à dialecticis tradit̃,qui in ter partẽ & speciem quid intersit acutissime dispu tant. Eadẽ uero ratio est,si non de unaquaq; ciuita te,sed de unaquaq; prouincia uel gente uel regno tale aliquid in diuinis repetiat̃ eloquijs. Non solũ enim

enim,uerbi gratia,de Hierusalẽ,uel de aliqua gen-
A tium ciuitate,siue Tyro,siue Babylone,siue alia qualibet dicitur aliquid in scripturis sanctis quod modũ eius excedat,& cõueniat potius omnibus gẽtibus: uerũetiam de Iudæa,de Aegypto,de As syria,& quacũq; alia gente in qua sunt plurimæ ci uitates,non tamẽ totus orbis,sed pars eius est,di citur quod transeat eius modũ,& cõgruat potius uniuerso cuius hæc pars est: uel sicut iste appellat generi cuius hęc species est. Vnde & in notitiam uulgi uerba ista uenerunt,ut etiã idiotæ intelligãt quid specialiter,quid generaliter in quocũq; præ cepto imperiali sit constitutũ. Fit hoc etiam de ho
Ezech.36 minibus,sicut ea quæ de Salomone dicũtur exce dunt eius modũ,& potius ad Christum uel eccle siam,cuius ille pars est,relata clarescunt. Nec spe-
B cies semper exceditur: sæpe enim talia dicuntur, quæ uel ei quoq; uel ei fortasse tantũmodo aper tissime cõgruant. Sed cum à specie transitur ad ge nus,quasi adhuc de specie loquẽte scriptura,ibi ui gilare debet lectoris intentio,ne quærat in specie quod in genere potest melius & certius inuenire. Facile quippe est illud qd̃ ait propheta Ezechiel,
Ezech.36 Domus Israel habitauit in terra,& polluerunt illã in uia sua et in idolis suis & peccatis suis: secundũ immunditiã menstruatæ facta est uia eorum ante faciem meã:& effudi iram meam super eos,& diс persi illos inter nationes,& uentilaui eos in regio nes,secundũ uias eorum & secundũ peccata eorũ iudicaui eos. Facile est,inquã,hoc intelligere de
1 Cor.10 illa domo Israel,de qua dicit Apostolus, Videte
C Israel secundũ carnẽ: quia hæc omnia carnalis po pulus Israel & fecit & passus est. Alia etiã quæ se quũtur eidẽ intelligũtur populo cõuenire. Sed cũ
Ezech.36 cœperit dicere,Et sanctificabo nomẽ meũ sanctũ, illud magnũ quod pollutũ est inter natiões,quod polluistis in medio earũ,et scient gentes quia ego sum dominus: iam intẽtus debet esse qui legit,quẽ admodũ species excedatur & adiungatur genus. Sequit̃ enim & dicit,Et dum sanctificabor in uo bis ante oculos eorum:& accipiã uos de gẽtibus, & cõgregabo uos ex omnibus terris,& inducam uos in terrã uestram:& aspergã uos aqua munda, & mũdabimini ab omnibus simulacris uestris,& mũdabo uos: & dabo uobis cor nouũ,& spiritum nouũ dabo in uos:& auferã cor lapideum de car ne uestra,& dabo uobis cor carneum,& spiritum meum dabo in uos:& faciã ut in iustitijs meis am buletis,& iudicia mea custodiatis & faciatis:& habitabitis in terra quam dedi patribus uestris,& eritis mihi in populũ,& ego ero uobis in deum, & mundabo uos ex omnibus immũditijs uestris. Hoc de nouo testamẽto esse prophetatũ,ad quod
Esa.10 pertinet non solũ una gens illa in reliquijs suis,de quibus alibi scriptũ est,Si fuerit numerus filiorũ Israel,sicut arena maris,reliquiæ saluæ fient,uerũ etiã cæteræ gẽtes quæ promissæ sunt patribus eo rum qui etiã nostri sunt: non ambigit quisquis in tuetur,& lauacrũ regenerationis hinc esse promis
2 Cor.3 sum,quod nũc uidemus omnibus gentibus reddi tum. Et illud quod ait Apostolus,cum Noui testa

menti gratiã cõmendaret,ut in cõparatione Ve-
A teris emineret: Epistola nostra uos estis scripta, non atramẽto,sed spiritu dei uiui,non in tabulis la pideis,sed in tabulis cordis carnalib⁹: hinc esse re spicit & perspicit dictũ ubi iste Propheta dicit,Et *Ezec.11 & 36* dabo uobis cor nouũ,& spiritũ nouum dabo in uos,et auferã cor lapideũ de carne uestra,& dabo uobis cor carneum. Cor quippe carneũ,unde ait Apostolus,tabulis cordis carnalibus,à corde la pideo uoluit uitã sentientẽ discerni & per uitã sen tientẽ significauit intelligentẽ. Sic fit Israel spirita lis,non unius gentis,sed omniũ quæ promissæ sunt patribus in eorũ semine qd̃ est Christus. Hic ergo Israel spiritalis ab illo Israel carnali,qui est unius gẽtis,nouitate gratiæ,nõ nobilitate patriæ,& mẽ te,non gente distinguit̃. Sed altitudo prophetica
B dum de illo uel ad illũ loquitur,latenter transit ad hunc:& cum iam de isto uel ad istum loquatur,ad huc de illo uel ad illũ loqui uidetur: nõ intellectũ scripturarũ nobis quasi hostiliter inuidẽs,sed ex ercens medicinaliter cor nostrũ: unde & illud qd̃ ait,Et inducã uos in terrã uestrã:& paulopost,tan *Ezech.36* q̃ idipsum repetẽs: Et habitabitis,inquit,in terra quã dedi patribus uestris: non carnaliter sicut car nalis Israel,sed spiritaliter,sicut spiritalis Israel,de bemus accipere. Ecclesia q̃ppe sine macula & ru ga ex omnibus gẽtibus cõgregata,atq; in æternũ regnatura cum Christo,ipsa est terra beatorũ,ter- *Terra uiuẽtiũ* ra uiuentiũ: ipsa est intelligenda patribus data,qñ eis certa & immutabili dei uolũtate promissa est: qñ ipsa promissionis uel prædestinatiõis firmita-
C te iam data est,quę danda suo tẽpore à patrib⁹ cre dita est,sicut de ipsa gratia quæ sanctis daт,scribẽs ad Timotheũ apostolus ait,Non secundũ opera nostra,sed secundũ suum propositũ & gratiã quæ data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna, manifestata aũt nũc per aduentũ saluatoris nostri. Datam dixit gratiã,quãdo nec erãt adhuc quibus daretur: quoniã in dispositione ac prædestinatiõe dei iam factum erat,quod suo tẽpore futurũ erat, quo esse dicit manifestatã. Quãuis hæc possint in telligi,& de terra futuri seculi,quãdo erit cœlũ no uum & terra noua,in qua iniusti habitare non po terunt. Et ideo recte dicitur pijs,q̃ ipsa sit terra eo rum,quæ ulla ex parte non erit impiorũ: quia & ipsa similiter data est quando danda firmata est.
D Quintã Ticonius regulã ponit,quam de tẽpo- *Regula q̃nta. Ca. XXXV* ribus appellat: qua regula plerũq; inueniri uel con ĩci possit latens in scripturis sanctis quãtitas tem porum. Duobus aũt modis uigere dicit hanc regu lam,aut tropo synecdoche,aut legitimis numeris. Tropus synecdoche,aut à parte totum,aut à toto partẽ facit intelligi: sicut unus euãgelista post dies *Luc.9* octo factum dicit,quod alius post dies sex,quãdo *Mat.17* in monte discipulis tantum tribus præsentibus,fa cies domini ut sol resplenduit,& uestimẽta eius si cut nix. Vtrũq; enim uerũ esse nõ posset,quod de numero dierum dictum est,nisi ille qui dixit,post dies octo,intelligat̃ partẽ nouissimã diei ex quo id Christus prædixit futurũ,& partem primam diei quo id ostendit impletũ,pro totis diebus duobus

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; integris posuisse: is uero qui dixit, post dies sex, integros omnes & totos, sed solos medios cõputasse. Hoc modo locutionis quo significatur à parte totum, etiã illa de resurrectione Christi solet quæstio. Pars enim nouissima diei, quo passus est, nisi pro toto die accipiatur, id est adiuncta etiã nocte præterita, & nox in cuius parte ultima resurrexit, nisi totus dies accipiatur, adiũcto scilicet die illucescẽte dominico, non possunt esse tres dies & tres nocles, quibus se in corde terræ prædixit futurũ. Legitimos autem numeros dicit, quos eminẽtius diuina scriptura cõmendat, sicut septenariũ uel denariũ uel duodenariũ, & quicunq; alij sint quos legendo studiosi libenter agnoscũt. Plerunq; enim huiusmodi numeri pro uniuerso tẽpore ponũtur, sicut, Septies in die laudem dixi tibi: nihil est aliud, q̃ Sẽper laus eius in ore meo. Tantũdem ualent, & cum multiplicãtur siue per denariũ, sicut septuaginta & septingenti, unde possunt & septuaginta anni Hieremiæ pro uniuerso tẽpore spiritaliter accipi, quo est apud alienos ecclesia: siue per seipsos, sicut decem per decẽ, centũ sunt: & duodecim per duodecim, centũ quadraginta quatuor: quo numero significatur uniuersitas sanctorũ in Apocalypsi. Vnde apparet nõ solas temporũ quæstiones istis numeris esse soluendas: sed latius patere significationes eorũ & in multa proserpere. Neq; enim numer⁹ iste in Apocalypsi ad tempora pertinet, sed ad homines. Sextã regulam Ticonius recapitulationẽ uocat, in obscurita te scripturarũ satis uigilanter inuentam. Sic enim dicũtur quædam quasi sequãtur in ordine temporis, uel rerum cõtinuatione narrẽtur, cum ad priora quæ prætermissa fuerant, latẽter narratio reuocetur. Quod nisi ex hac regula intelligat, erratur. Sicut in Genesi: Et plantauit, inquit, dñs deus paradisum in Eden ad Orientem, & posuit ibi hominem quẽ formauit, & produxit deus adhuc de terra omne lignum speciosum & bonũ in escam. Ita uidetur dictum tanq; id factum sit posteaq; factũ posuit Deus hominẽ in paradisum: cum breuiter utroq; cõmemorato, id est q̃ plantauit deus paradisum, & posuit ibi hominẽ quem formauit, recapitulãdo redeat & dicat quod prætermiserat, quo modo scilicet paradisus fuerit plãtatus, quia produxit deus adhuc de terra omne lignũ speciosum & bonum in escam. Deniq; secutus adiũxit: Et lignum uitæ in medio paradisi, & lignũ sciẽtiæ boni & mali. Deinde flumen quo paradisus irrigaretur, diuisum in quatuor principia fluuiorum quatuor explicatur, quod totũ pertinet ad institutionem paradisi. Q̃d ubi terminauit, repetiuit illud quod iam dixerat, & reuera hoc sequebatur atq; ait: Et sumpsit dominus deus hominẽ quem fecit, & posuit eũ in paradiso, &c. Post ista enim facta ibi est positus homo, sicut nunc ordo ipse demonstrat: non post hominẽ ibi positum facta sunt ista, sicut prius dictum putari potest, nisi recapitulatio illic uigilãter intelligatur, qua reditũ est ad ea quę fuerant prætermissa. Itemq; in eodem libro, cum cõmemorarentur generationes filiorum Noe, dictum est: Hi filij Cham in tribubus suis, secũdum linguas suas in regionibus suis & in gẽtibus suis. Enumeratis quoq; filijs Sem, sequit̃, Hi filij Sem in tribubus suis, secundũ linguas suas in regionibus suis & in gẽtibus suis. Et annectitur de omnibus, Hæ tribus filiorum Noe, secundũ generationes eorum & secundũ gentes eorum. Ab his dispersæ sunt insulæ gentiũ super terrã post diluuiũ. Et erat omnis terra labium unũ & uox una omnibus. Hoc itaq; quod adiunctum est, Et erat omnis terra labium unũ & uox una omnibus: id est, una lingua omniũ: ita dictũ uidetur tanq; eo iam tempore quo dispersi fuerant super terrã, etiam secundum insulas gentium una fuerit omnibus lingua cõmunis: Quod proculdubio repugnat superioribus uerbis ubi dictũ est: In tribubus suis secũdum linguas suas. Neq; enim dicerentur habuisse iam linguas suas singulæ tribus quę gentes singulas fecerant, quãdo erat omnibus una cõmunis: ac per hoc recapitulando adiunctũ est, Et erat omnis terra labium unum & uox una omnibus: latẽter narratione redeũte, ut diceretur quomodo factum sit ut ex una omniũ lingua fuerint diuisi per multas. Et continuo de illa turris ædificatione narrat̃, ubi hæc eis iudicio diuino ingesta est pœna superbię, post quod factum dispersi sunt super terram secũdum linguas suas. Fit ista recapitulatio etiã obscurius, sicut in Euangelio dicit dominus, Die quo exijt Loth à Sodomis, pluit ignẽ de cœlo, & perdidit omnes: secũdum hæc erit dies filij hominis quo reuelabitur. Illa hora, qui erit in tecto & uasa eius in domo, non descendat tollere illa: Et qui in agro, similiter nõ reuertatur retro: memineritis uxoris Loth. Nũquid cum dominus fuerit reuelatus, tunc sunt ista seruanda, ne quisq; retro respiciat, id est uitam pręteritã cui renũciauit inquirat: & non potius isto tempore, ut cum dominus fuerit reuelatus retributionẽ pro eis quæ quisq; seruauit uel contẽpsit inueniat? Et tamen quia dictũ est, In illa hora, tunc putantur ista seruãda, cum fuerit dominus reuelatus: nisi ad intelligendam recapitulationem sensus legentis inuigilet, adiuuante alia scriptura, quæ ipsorũ apostolorũ adhuc tempore clamauit, Filij nouissima hora est. Tẽpus ergo ipsum quo Euangeliũ prædicatur, quouisq; dominus reueletur, hora est in qua oportet ista seruari, quia et ipsa reuelatio domini ad eandẽ horã pertinet, quę die iudicij terminabit̃. Septima Ticonij regula est, eadẽq; postrema de diabolo & eius corpore. Est enim & ipse caput impiorũ, qui sunt eius quodãmodo corpus, ituri cum illo in supplicium æterni ignis: sicut Christus caput est ecclesiæ, quæ est corpus eius futurum cum illo in regno & gloria sempiterna. Sicut ergo in prima regula, quã uocat de dño & eius corpore, uigilandũ est ut intelligat̃, cum de una eadẽq; persona scriptura loquit̃, quid cõueniat capiti, qd corpori: sic et in ista nouissima aliq̃n in diabolũ dicit̃, quod nõ in ipso, sed potius in eius corpore possit agnosci, q̃d habet non solũ in eis qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiã qui cum ad ipsum pertineãt, tñ ad tempus misceantur

Ordo narrationis inuersus, quã ratione explicetur. Cap. XXXVI

Numeri finiti pro infinitis et omni tempore

Gen. 2

tur ecclesiæ, donec unusquisq; de hac uita exeat, uel à frumẽto palea uentilabro ultimo separetur.

Esa. 14 Quod enim scriptũ est apud Esaiã, Quomodo cecidit de cœlo Lucifer mane oriens, & cętera quæ sub figura regis Babylonię de eadem persona uel ad eandẽ personã dicta sunt in ipsa cõtextione sermonis, de diabolo utiq; intelligũtur: & tamen q̃d ibi dictum est, Contritus est in terra qui mittit ad omnes gentes: non totũ ipsi capiti cõgruit. Nam etsi mittit ad omnes gẽtes diabolus angelos suos, tamen in terra corpus eius non ipse cõteritur: nisi quia ipse est in corpore suo quod contritum fit ut puluis, quem proiecit uentus à facie terræ. Hæ aũt omnes regulæ, excepta una quæ uocatur de promissis & lege, aliud ex alio faciunt intelligi, quod est propriũ tropicæ locutionis, quæ latius patet q̃ ut possit, ut mihi uidetur, ab aliquo uniuersa comprehẽdi. Nam ubicũq; uelut aliud dicitur ut aliud intelligatur, etsi nomẽ ipsius tropi in loquẽdi arte nõ inuenitur, tropica locutio est. Quæ cum fit ubi fieri solet, sine labore sequitur intellectus: cũ uero ubi non solet, laboratur ut intelligatur, ab alijs magis, ab alijs minus, sicut magis minus ue dona dei sunt in ingenijs hominũ, uel adiutoria tribuũtur. Proinde sicut in uerbis propriis, de q̃bus superius disputauimus, ubi res ut dicũtur intelligẽdæ sunt: sic in trãslatis quæ faciũt tropicas locutiones, ubi aliud ex alio intelligẽdum est, de quibus hucusq; quantũ uisum est satis egimus: non solũ admonẽdi sunt studiosi uenerabiliũ literarũ, ut in scripturis sanctis genera locutionũ sciant, & quomodo apud eas aliquid dici soleat, uigilãter aduertãt me moriterq; retineãt: uerũetiam, quod est præcipuũ & maxime necessariũ, orent ut intelligant. In eis quippe literis quarũ studiosi sunt legũt, quoniam dominus dat sapiẽtiam, & à facie eius scientia & intellectus, à quo & ipsum studium, si pietate præditum est, acceperũt. Sed hæc satis etiã de signis, quantũ ad uerba pertinent, dicta sint. Restat ut de proferendis eis quę sentimus, sequenti uolumine quæ dominus donauerit disseramus.

D. AVRELII AVGVSTINI DE DOCTRINA CHRISTIANA LIBER IIII

Prologus

HOC opus nostrum quod inscribitur De doctrina Christiana, in duo quædam fueram prima distributiõe partitus. Nam post prooemiũ quo respõdi eis qui hoc fuerant reprehensuri, duæ sunt res, inquam, quibus nititur omnis tractatio scripturarũ: modus inueniẽdi quæ intelligẽda sunt, & modus proferẽdi quæ intellecta sunt. De inueniẽdo prius, de proferẽdo postea disseremus. Quia ergo de inueniendo multa iam diximus, & tria de hac una parte uolumina absoluimus, domino adiuuãte, de proferẽdo pauca dicemus, ut si fieri potuerit, uno libro cuncta claudamus, totumq; hoc opus quatuor uoluminib⁹ terminet̃. Primo itaq; expectationẽ legẽtiũ, qui forte me putãt rhetorica daturũ esse præcepta, quæ in scholis seculares & didici & docui, ista prælocutione prohibeo, atq; ut à me nõ expectẽtur admoneo: non q̃ nihil habeãt utilitatis, sed si quid habent, eorsum discendũ est, si cui fortassis bono uiro etiã hæc uacat discere, nõ aũt à me uel in hoc opere, uel in aliquo alio requirendũ. Nam cum per artẽ rhetoricã & uera suadeãtur & falsa, quis audeat dicere aduersus mẽdacium in defensoribus suis inermẽ debere cõsistere ueritatem: ut uidelicet illi qui res falsas persuadere conantur, nouerint auditorẽ uel beneuolũ uel intentũ uel docilẽ prooemio facere, isti aũt non nouerint: Illi falsa breuiter, aperte, uerisimiliter: & isti uera sic narrẽt, ut audire tædeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat: Illi fallacibus argumẽtis ueritatẽ oppugnẽt, asserant falsitatẽ: isti nec uera defendere, nec falsa ualeant refutare. Illi animos audientiũ in errorem mouẽtes impellẽtesq; dicẽdo terreant, cõtristent, exhilarẽt, exhortẽtur ardẽter, isti pro ueritate lenti frigidiq; dormitent. Quis ita desipiat, ut hoc sapiat? Cũ ergo sit in medio posita facultas eloquij, quæ ad persuadẽda seu praua seu recta ualeat plurimũ, cur non bonorũ studio cõparatur, ut militet ueritati, si eã mali ad obtinẽdas peruersas uanasq; causas in usus iniquitatis & erroris usurpãt? Sed quæcũq; sunt de hac re obseruationes atq; præcepta, quibus cũ accedit in uerbis plurimis ornamẽtisq; uerborũ exercitatioris linguę solertissima cõsuetudo, fit illa quę facũdia uel eloquẽtia nominatur, extra istas literas nostras, sepositio ad hoc congruo tẽporis spatio, apta & cõuentẽti ætate discẽda sunt eis qui hoc celeriter possunt. Nã & ipsos Romanę eloquẽtiæ principes non piguit dicere, q̃ hanc artem nisi quis cito possit, nunq; omnino possit p̃discere. Quod utrũ uerũ sit, quid opus est quærere? Non enim etiã si possint hæc à tardioribus tandẽ aliquando perdiscI, nos ea tanti pendimus, ut eis discendis iam maturas uel etiã graues hominũ ætates uelimus impendi. Satis est ut adolescẽtulorum ista sit cura, nec ipsorũ omniũ quos utilitati ecclesiasticæ cupimus eruditi, sed eorum quos nondũ magis urgens, & huic rei sine dubio prępondẽda necessitas occupauit. Quoniã si acutũ & feruens adsit ingeniũ, facilius adhæret eloquẽtia legẽtibus & audiẽtibus eloquẽtes, q̃ eloquentiæ præcepta sectãtibus. Nec desunt ecclesiasticæ literæ etiã præter canonẽ in autoritatis arce salubriter collocatũ, quas legẽdo homo capax, etsi id non agat, sed tantũmodo rebus quæ ibi dicuntur intẽtus sit, etiã eloquio quo dicunt̃, dum in his uersatur, imbuitur, accedẽte uel maxime exercitatione siue scribendi siue dictandi, postremo etiã dicẽdi, quæ secundũ pietatis ac fidei regulã sentit. Si aũt tale desit ingeniũ, nec illa rhetorica præcepta capiũtur, nec si magno labore inculcata quantula cunq; ex parte capiantur, aliquid prosunt: quãdoquidem etiam ipsi qui ea didicerũt, & copiose ornateq; dicunt, non omnes ut secundũ ipsa dicant, possunt ea cogitare cum dicũt, si non de his disputant: imò uero uix ullos eorum esse existimo, qui utrũq;

Rhetoricatũ falsa q̃ uera persuadet. II

Rhetoricã hi, si quis cito, nisi quã discit. III

Ex Ciceronis De oratore

Universidad de Deusto
Biblioteca

utrũq; possint,& dicere bene,& ad hoc faciendũ
præcepta illa dicẽdi cogitare cum dicũt. Cauendũ
est em̃ ne fugiant ex animo quæ dicẽda sunt,dum
attẽditur ut arte dicant̃. Et tamẽ in sermonib⁹ atq;
dictionibus eloquentiũ,impleta reperiũtur præce
pta eloquẽtiæ,de quibus illi ut eloquerẽtur uel cũ
loquerẽtur non cogitauerunt,siue illa didicissent,
siue ne attigissent quidẽ. Implent quippe illa quia
eloquẽtes sunt,nõ adhibẽt ut sint eloquẽtes. Qua/
propter cum ex infantibus loquẽtes nõ fiant,nisi
locutiones discẽdo loquentiũ: cur eloquẽtes fieri
non possint nulla eloquendi arte tradita,sed elocu
tiones eloquentiũ legendo & audiẽdo,& quantũ
assequi cõceditur imitãdo: Quid qđ ita fieri ipsis
quoq; experimur exemplis: Nam sine præceptis
rhetoricis nouimus plurimos eloquẽtiores pluri/
mis qui illa didicerunt: sine lectis uero & auditis
eloquentiũ disputationibus uel dictionibus nemi
nem. Nam neq; ipsa arte grammatica qua discitur
locutiõis integritas,indigerẽt pueri,si eis inter ho
mines qui integre loquerẽtur,crescere daretur &
uiuere. Nescientes quippe ulla nomina uitiorum,
quicquid uitiorũ cuiusquã ore loquẽtis audirent,
sana sua cõsuetudine reprehẽderent & cauerent,
sicut rusticos urbani reprehẽdunt,etiã qui literas
nesciunt. Debet igitur diuinarũ scripturarũ tra
ctator & doctor,defensor rectæ fidei,ac debella/
tor erroris,& bona docere,& mala dedocere: at/
q; in hoc opere sermonis cõciliare auersos,remis/
sos erigere,nescientibus quid agat̃,quid expectare
debeãt intimare. Vbi aũt beneuolos,intẽtos,do/
ciles,aut inuenerit,aut ipse fecerit,cætera peragẽ
da sunt,sicut causa postulat. Si docẽdi sunt qui au/
diunt,narratione faciendũ est,si tamẽ indigeat ut
res de qua agit̃ innotescat. Vt aũt quæ dubia sunt
certa fiant,documẽtis adhibitis ratiocinandũ est.
Si uero qui audiunt,monẽdi sunt potius q; docen
di,ut in eo quod iam sciunt,agẽdo non torpeãt,et
rebus assensum quas ueras esse fatẽtur accommo/
dent,maioribus dicendi uiribus opus est. Ibi obse
crationes & increpationes,concitationes & coer
citiones,& quæcũq; alia ualẽt ad cõmouẽdos ani
mos,sunt necessaria. Et hæc quidẽ cuncta quæ di/
xi,omnes ferè homines in ijs quæ loquẽdo agũt,
facere non quiescũt. Sed cum alij faciãt obtuse,
deformiter,frigide, alij acute,ornate,uehemẽter,
illum ad hoc opus unde agimus,iam oportet acce
dere,qui potest disputare uel dicere sapienter,etiã
si non potest eloquẽter,ut prosit audiẽtibus,etiã si
minus prodesset,q; si & eloquẽter posset dicere.
Qui uero affluit insipiẽti eloquẽtia,tãto magis ea
uendus est,quanto magis ab eo in ijs quæ audire
inutile est,delectat̃ auditor,& eum q̃m diserte di/
cere audit,etiã uere dicere existimat. Hæc aũt sen
tentia nec illos fugit,qui artẽ rhetoricã docẽdam
putarunt: falsi sunt enim sapientiã sine eloquentia
parũ prodesse ciuibus,eloquentiã uero sine sapiẽ/
tia nimiũ obesse plerũq;,prodesse nunq;. Si ergo
hæc illi qui præcepta eloquẽtiæ tradiderũt,in eis/
dem libris in quibus id egerũt ueritate instigante
coacti sunt cõfiteri,uerã,hoc est supernã quæ à pa

Officiũ docto/ris Christiani Cap. IIII

De uarijs dicẽ di genecrib. V

Verba Ciceronis ex 1 libro De inuentione

tre luminũ descẽdit,sapientiã nescientes: quãto ma
gis nos nõ aliud sentire debemus,qui huius sapiẽ
tię filij & ministri sumus: Sapiẽter aũt dicit homo
tanto magis uel minus,quãto in scripturis sanctis
magis minus ue profecit. Non dico in eis multũ
legẽdis memoriæq; mandãdis,sed bene intelligẽ
dis,& diligẽter earũ sensibus indagãdis. Sũt enim
qui eas legunt,& negligũt: legunt ut teneãt,negli
gunt ne intelligãt. Quibus longe sine dubio præfe
rendi sunt,qui uerba earũ minus tenẽnt,& cor ea
rum sui cordis oculis uidẽt. Sed utriq; ille melior,
qui & cum uolet eas dicit,& sicut oportet intelli/
git. Huic ergo qui sapiẽter debet dicere,etiam qđ
nõ potest eloquẽter,uerba scripturarũ tenere ma/
xime necessariũ est. Quanto enim se pauperiorẽ
cernit in suis,tãto eum oportet in istis esse ditiorẽ:
ut quod dixerit suis uerbis,probet ex illis,& qui
propriis uerbis minor erat,magnorũ testimonio
quodãmodo crescat. Probãdo enim delectat,qui
minus potest delectare dicẽdo. Porrò qui nõ solũ
sapiẽter,uerũetiam eloquẽter uult dicere,quoniã
profecto plus proderit,si utrũq; potuerit. ad legen
dos uel audiendos & exercitatione imitãdos elo/
quẽtes eum mitto libẽtius,q; magistris artis rheto
ricæ uacare præcipio: si tamen ij qui legũtur & au
diũtur,non solũ eloquẽter,sed etiam sapienter di/
xisse uel dicere,ueraci prędicatione laudant̃. Qui
enim eloquẽter dicunt,suauiter: qui sapiẽter,salu/
briter audiuntur. Propter quod non ait scriptura,
Multitudo eloquentiũ,sed multitudo sapientium
sanitas est orbis terrarũ. Sicut aũt sæpe sumenda
sunt & amara salubria,ita semper uitãda est perni
ciosa dulcedo. Sed salubri suauitate,uel suaui salu/
britate,quid melius: Quanto enim magis illic ap
petitur suauitas,tanto facilius salubritas prodest.
Sunt ergo ecclesiastici uiri qui diuina eloquia nõ
solũ sapienter,sed eloquẽter etiã tractauerũt. Qui
bus legẽdis magis non sufficit tẽpus,q; deesse ipsi
studẽtibus & uacãtibus possunt. Hic aliquis for
sitan quærit,utrũ autores nostri,quorũ scripta di/
uinitus inspirata canonẽ nobis saluberrima auto/
ritate fecerũt,sapientes tantũmodo,an eloquẽtes
etiã nuncupãdi sunt. Quæ quidẽ quæstio apud me
ipsum & apud eos qui mecũ quod dico sentiũt,fa
cillime soluitur. Nam ubi eos intelligo,nõ solũ ni
hil eis sapiẽtius,uerũetiã nihil eloquẽtius mihi ui/
deri potest. Et audeo dicere,omnes qui rectẽ intel
ligũt qđ illi loquunt̃,simul intelligere non eos ali/
ter loqui debuisse. Sicut est enim quędã eloquẽtia
quæ magis ætatẽ iuuenilẽ decet,est quę senilẽ,nec
iam dicẽda est eloquẽtia,si psonæ nõ cõgruat elo
quẽtis: ita est quædã quæ uiros summa autoritate
dignissimos planeq; diuinos decet. Hac illi locuti
sunt,nec ipsos decet alia,nec alios ipsa: ipsis enim
cõgruit,alios aũt quãto uidetur humilior,tanto al
tius non uẽtositate sed soliditate trãscendit. Vbi
uero nõ eos intelligo,minus quidẽ mihi apparet
eorũ eloquentia,sed eam tñ non dubito esse talem
qualis est ubi intelligo. Ipsa quoq; obscuritas diui
norum salubriumq; dictorũ tali eloquẽtiæ miscen
da fuerat,in qua proficere noster intellectus,non
solum

Sup.

In Sermone de Scriptura & Spiritu Sancto. Cap. I.

solum inuẽtione,uerũ etiã exercitatione deberet.
Possem quidẽ si uacaret,omnes uirtutes & orna/
menta eloquentiæ,de quibus inflantur isti qui lin
guam suam nostrorũ autorũ linguæ non magnitu
dine,sed tumore præponũt,ostẽdere in istorũ lite
ris sacris,quos nobis erudiendis,& ab hoc seculo
prauo in beatũ seculũ transferẽdis,prouidẽtia di/
uina prouidit. Sed non ipsa me plus q; dici potest
in illa eloquẽtia delectant,quæ sunt his uiris cum
oratoribus gentiliũ poetis ue cõmunia. Illud ma/
gis admiror & stupeo,q; ista nostra eloquẽtia ita
usi sunt per alterã quandã eloquentiã suam,ut nec
eis deesset,nec emineret in eis: quia eã nec impro
bari ab illis,nec ostentari oportebat: quorũ alterũ
fieret si uitaret̃,alterũ putari posset si facile agno/
sceretur. Et in quibus forte locis agnoscitur à do/
ctis,tales res dicũtur,ut uerba quibus dicunt̃ non
à dicẽte adhibita,sed ipsis rebus uelut sponte sub/
iuncta uideant̃: quasi sapientiã de domo sua,id est
pectore sapiẽtis procedere intelligas,& tanq; inse
parabilẽ famulã etiam non uocatã sequi eloquen/
tiam. Quis enim non uideat quid uoluerit dice
re,& q; sapiẽter dixerit Apostolus: Gloriamur in
tribulationibus,sciẽtes quia tribulatio patientiam
operatur,patientia aũt probationẽ,probatio uero
spem,spes aũt non cõfundit: quia charitas dei dif/
fusa est in cordibus nostris per spiritũsanctũ qui
datus est nobis: Hic si quis,ut ita dixerim,imperi/
te peritus artis eloquẽtiæ præcepta Apostolũ secu
tum fuisse contẽdat,nõne à Christianis doctis in
doctisq; ridebitur: Et tamẽ agnoscitur hic figura,
quæ κλῖμαξ Græce, Latine uero à quibusdam est
appellata gradatio,q̃m scalam dicere noluerunt,
cum uerba uel sensa connectũtur alterũ ex altero:
sicut hic,ex tribulatione patientiã,ex patiẽtia pro/
bationẽ,ex probatione spem cõnexam uidemus.
Agnoscitur & aliud decus,quoniam post aliqua
pronũciationis uoce singula finita,quæ nostri mẽ
bra & cæsa,Græci aũt κῶλα & κόμματα uocãt,se/
quitur ambitus siue circũitus,quam περίοδον illi ap
pellant,cuius mẽbra suspẽduntur uoce dicẽtis,do
nec ultima finiãtur. Nam eorũ quæ præcedũt cir/
cũitum,membrũ illud est primũ,quoniã tribula/
tio patientiã operatur: secundũ,patientia aũt pro/
bationẽ: tertiũ,probatio uero spem. Deinde subiũ
gitur ipse circũitus,qui tribus peragitur mẽbris:
quorũ primũ est,spes aũt non cõfundit: secundũ,
quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris:
tertiũ,per spiritũsanctũ qui dat⁹ est nobis. At hæc
atq; huiusce modi in elocutionis arte tradũtur. Si/
cut ergo Apostolũ præcepta eloquẽtiæ secutum
fuisse non dicimus,ita q; eius sapiẽtiam secuta sit
eloquẽtia,non negamus. Scribẽs ad Corinthios
in secũda epistola,redarguit quosdã qui erant ex
Iudęis pseudoapostoli,eiq; detrahebãt. Et quoniã
seipsum prædicare cõpellitur,hanc sibi uelut insi/
pientiã tribuens,q; sapiẽter dicit,q; eloquẽter:
Sed comes sapiẽtiæ,dux eloquẽtiæ,illam sequẽs,
istam præcedẽs & sequentẽ non respuens. Iterum
dico,inquit,ne quis me existimet insipiẽtem esse,
alioquin uelut insipiẽtẽ susciꝑite me,ut & ego mo
dicũ quid gloriar. Quod loquor,non loquor secũ
dum deũ,sed quasi in stultitia,in hac substãtia glo/
riæ: quoniãquidẽ multi gloriãtur secundũ carnẽ,
& ego gloriabor. Libenter enim sustinetis insipiẽ
tes,cum sitis ipsi sapiẽtes. Toleratis enim si quis
uos in seruitutẽ redigit,si quis deuorat,si quis ac/
cipit,si quis extollitur,si quis in faciem uos cędit:
secundum ignobilitatẽ dico,quasi nos infirmati
simus. In quo quis audet,in insipiẽtia dico,audeo
& ego. Hebræi sunt̃ & ego. Israelitæ sunt̃ & ego.
Semẽ Abrahę sunt̃ & ego. Ministri Christi sunt̃
& ego. Vt insipiens dico,super ego. In laboribus
plurimũ,in carceribus abũdãtius,in plagis supra
modũ,in mortibus frequẽter. A Iudęis quinquies
quadraginta una minus accepi. Ter uirgis cæsus
sum,semel lapidatus sum,ter naufragium feci: no
cte & die in profundo maris fui. In itineribus sæ/
pe,periculis fluminũ,periculis latronũ,periculis
ex genere,periculis ex gentibus,periculis in ciui/
tate,periculis in deserto,periculis in mari,pericu/
lis in falsis fratribus. In labore & ærumna,in uigi/
lijs sæpius,in fame & siti,in ieiunijs multis,in fri/
gore & nuditate,præter illa quę extrinsecus sunt
incursus in me quotidianus,solicitudo omniũ Ec
clesiarum. Quis infirmatur & ego non infirmor:
Quis scandalizatur & ego nõ uror: Si gloriari o/
portet,in ijs quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.
Quanta sapientia ista sint dicta uigilantes uident.
Quanto uero eloquentiæ cucurrerint flumine,&
qui stertit aduertit. Porrò aũt qui nouit agnoscit,
quod ea cæsa quæ cõmata Græci uocãt,& mem
bra & circũitus,de quibus pauloante disserui,cũ
decẽtissima uarietate interponerẽtur,totam istam
speciem dictionis,& quasi eius uultũ quo etiã in/
docti delectãtur mouenturq;,fecerũt, Nam unde
cœpimus hunc locũ inserere,circumitus sunt,pri
mus minimus hoc est bimẽbris,minus em̃ q; duo
mẽbra circũitus habere non possunt,plura uero
possunt: ergo ille primus est,Iterum dico,ne quis
me existimet insipientẽ esse. Sequitur alius trimẽ/
bris,Alioquin,uelut insipientẽ susciꝑite me,ut &
ego modicũ quid glorier. Tertius qui sequit̃ mẽ
bra habet quatuor,Quod loquor,nõ loquor secũ/
dum deũ,sed quasi in stultitia,in hac substãtia glo
riæ. Quartus duo habet,Quandoquidẽ multi glo
riãtur secundũ carnem,& ego gloriabor. Et quin/
tus habet duo,Libẽter enim sustinetis insipiẽtes,
cum sitis ipsi sapiẽtes. Etiam sextus bimẽbris est,
Toleratis enim,si quis uos in seruitutem redigit.
Sequũtur tria cæsa,Si quis deuorat,si qs accipit,
si quis extollitur. Deinde tria mẽbra,Si quis in fa/
ciem uos cædit,secundũ ignobilitatẽ dico,quasi
nos infirmati simus. Additur trimẽbris circũitus,
In quo autem quis audet,in insipiẽtia dico,audeo
& ego. Hinc iam singulis quibusq; cæsis interro/
gando positis,singula itidem cæsa respõsione red
duntur,tria tribus: Hebræi sunt̃ & ego. Israelitæ
sunt̃ & ego. Semen Abrahæ sunt̃ & ego. Quar/
to autem cæso simili interrogatione posito,non
alterius cæsi, sed membri oppositione respon/
det, Ministri Christi sunt̃ & ego. Vt insipiens
dico

Sup ego, Græce ὑπὲρ ἐγώ. id est, ego amplius, siue magis reddit quàm sentiam

Artificium rhetoricę

1 Cor. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

dico, ſuper ego. Iam cæſa quatuor ſequẽtia, remota decẽtiſſime interrogatione funduntur: In labo-
ribus plurimum, in carceribus abundãtius, in pla-
gis ſupra modũ, in mortibus frequenter. Deinde
interponitur breuis circumitus, quoniã ſuſpenſa
pronũciatione diſtinguendũ eſt: A Iudæis quin-
quies, ut hoc ſit unũ mẽbrum, cui connectitur al-
terũ, quadraginta una minus accepi. Inde redi-
tur ad cæſa, & ponũtur tria. Ter uirgis cæſus ſum, ſe-
mel lapidatus ſum, ter naufragium feci. Sequitur
membrũ. Nocte ac die in profundo maris fui. De
inde quatuordecim cæſa decẽtiſſimo impetu pro
fluunt: In itineribus ſæpe, periculis fluminũ, peri-
culis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gẽ-
tibus, periculis in ciuitate, periculis in deſerto, pe-
riculis in mari, periculis in falſis fratribus, in labo
re & ærumna, in uigiliis ſæpius, in fame & ſiti, in
ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Poſt hæc in
terponit trimembrẽ circumitũ: Præter illa quę ex
trinſecus ſunt, incurſus in me quotidianus, ſolici-
tudo omniũ eccleſiarũ. Et hinc duo mẽbra percõ-
tatione ſubiungit. Quis infirmatur & ego non in
firmor: Quis ſcandalizatur & ego non uror: Po-
ſtremo totus iſte quaſi anhelans locus, bimembri
circumitu terminatur: Si gloriari oportet, in iis
quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor. Quod uero
poſt hunc impetũ interpoſita narratiuncula quo-
dãmodo requieſcit, & requieſcere facit auditorẽ,
quid decoris, quid delectationis habeat, ſatis di-
ci non poteſt. Sequitur enim dicens: Deus & pa-
ter domini noſtri Ieſu Chriſti ſcit, qui eſt benedi-
ctus in ſecula, q̃ non mentior. Ac deinde quõ pe-
riclitatus fuerit, & quomodo euaſerit, breuiſſime
narrat. Longũ eſt cætera perſequi, uel in aliis ſan-
ctarũ ſcripturarũ locis iſta monſtrare. Quid ſi etiã
figuras locutionis quæ illa arte tradũtur, in iis ſal-
tem quæ de Apoſtoli eloquio cõmemoraui, oſtẽ-
dere uoluiſſem: Nónne facilius graues homines
me nimiũ, q̃ quiſq̃ ſtudioſorũ ſibi ſufficientẽ pu-
tarent: Hęc omnia quando à magiſtris docentur
pro magno habẽtur, magno precio emuntur, ma-
gna iactatione uendũtur. Quam iactationẽ etiam
ego redolere uereor, dum iſta ſic diſſero. Sed ma-
le doctis hominibus reſpondendum fuit, qui no-
ſtros autores contẽnendos putant, non quía non
habẽt, ſed quia nõ oſtẽtant quã nimis iſti diligũt
eloquentiã. Sed forte quis putat, tanq̃ eloquentẽ,
noſtrum elegiſſe me apoſtolũ Paulum, Videtur
2 Cor. 11 enim ubi ait, Et ſi imperitus ſermone, ſed nõ ſciẽ-
tia: quaſi concedẽdo obtrectatoribus ſic locutus,
non tanq̃ id uerũ agnoſceret confitendũ. Si autẽ
dixiſſet, Imperitus quidẽ ſermone, & nõ addidiſ-
ſet ſed non ſciẽtia, nullo modo aliud poſſet intelli
gi. Scientiã planè nõ cunctatus eſt profiteri, ſine
qua eſſe doctor gentiũ non ualeret. Certe ſi quid
eius proferimus ad exẽplum eloquentiæ, ex illis
epiſtolis utiq̃ proferimus, quas etiã ipſi obtrecta-
tores eius, qui ſermonẽ præſentis contẽptibilem
putari uolebant, graues & fortes eſſe cõfeſſi ſunt.
Dicendũ ergo mihi aliq̃d eſſe uideo & de eloquẽ
tia prophetarũ, ubi per tropologiã multa obtegũ-
tur. Quæ quanto magis translatis uerbis uiden-
tur operiri, tanto magis cum fuerint aperta dulce-
ſcunt. Sed hoc loco tale aliquid cõmemorare de-
beo, ubi quæ dicta ſunt, non cogar exponere, ſed
cõmendem tantũ quomodo dicta ſint. Et ex illius
prophetæ libro potiſſimũ hoc faciã, qui ſe paſto- Amos 7
rem uel armentarium fuiſſe dicit, atq̃ inde diuini-
tus ablatum atq̃ miſſum, ut dei populo propheta-
ret. Non autẽ ſecundũ ſeptuaginta interpretes, qui
etiã ipſi diuino ſpiritu interpretati, ob hoc aliter
uidentur nõnulla dixiſſe, ut ad ſpiritalem ſenſum
ſcrutandũ magis admonereẽ lectoris intentio, un
de etiam obſcuriora nõnulla, quía magis tropica,
ſunt eorũ: ſed ſicut ex Hebræo in Latinũ eloquiũ
presbytero Hieronymo utriuſq̃ linguę perito in-
terpretãte translata ſunt. Cum igitur argueret im
pios, ſuperbos, luxuriosos, & fraternæ ideo negli
gentiſſimos charitatis, ruſticus uel ex ruſtico iſte
propheta exclamauit dicens, Væ uobis qui opu- Amos 6
lenti eſtis in Sion, & cõfiditis in mõte Samariæ,
optimates capita populorũ, ingredientes põpati
ce domum Iſrael: trãſite in Calamne & uidete, &
ite inde in Emath magnã & deſcendite in Geth
Palæſtinorũ, & ad optima quæq̃ regna horum, ſi
latior terminus eorum termino ueſtro eſt. Qui ſe-
parati eſtis in diem malũ, et appropinquatis ſolio
iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & la-
ſciuitis in ſtratis ueſtris: qui comeditis agnum de
grege, & uitulos de medio armenti: qui canitis
ad uocem Pſalterij. Sicut Dauid putauerunt ſe ha
bere uaſa cantici, bibentes in phialis uinũ, & opti
mo unguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper
cõtritiõe Ioſeph. Nũquid nam iſti qui prophetas
noſtros tanq̃ ineruditos & elocutionis ignaros,
ueluti docti diſertiq̃ cõtemnunt, ſi aliquid eis tale
uel in tales dicẽdum fuiſſet, aliter ſe uoluiſſent di-
cere, qui tamen eorum inſanire noluiſſent: Quid
enim eſt quod iſto eloquio aures ſobriæ plus deſi
derent: prima ipſa inuectio, quaſi ſopitis ſenſibus
ut euigilarẽt, quo fremitu illiſa eſt: Væ uobis qui
opulẽti eſtis in Sion, & cõfiditis in monte Sama-
riæ, optimates capita populorũ, ingredientes pom
patice domũ Iſrael. Deinde ut beneficijs dei, qui
eis ampla ſpacia regni dedit, oſtẽdat ingratos, qm̃
cõfidebant in mõte Samariæ, ubi utiq̃ idola cole
bãtur: Tranſite, inquit, in Calãne, & uidete, & ite
inde in Emath magnã, & deſcẽdite in Geth Palę-
ſtinorũ, & ad optima queq̃ regna horum, ſi latior
terminus eorũ termino ueſtro eſt. Simul etiã cum
iſta dicũtur, locorũ nominibus tanquã luminibus
ornatur eloquiũ, quę ſunt Sion, Samaria, Calãne,
Emath magna, & Geth Palæſtinorũ. Deinde uer-
ba quæ his adiungũtur locis decẽtiſſime uariant.
Opulenti eſtis, cõfiditis, tranſite, ite, deſcendite.
Conſequẽter denunciatur futura ſub iniquo rege
propinquare captiuitas, cum adiũgitur, Qui ſepa
rati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio
iniquitatis. Tunc ſubijciũtur merita luxuriæ, Qui
dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis
ueſtris: qui comeditis agnum de grege, & uitulos
de medio armẽti. Iſta ſex membra tres bimẽbres
circum

circũitus reddiderũt. Non enim ait, Qui ſeparati
eſtis in diem malum, qui appropinquatis ſolio ini-
quitatis, qui dormitis in lectis eburneis, qui laſci-
uitis in ſtratis ueſtris, qui comeditis agnũ de gre-
ge, & uitulos de medio armenti: quòd ſi ita dice-
retur, eſſet quidem & hoc pulchrũ, ut ab uno pro-
nomine repetito omnia ſex mẽbra decurrerẽt, &
pronũciantis uoce ſingula finirentur. Sed pulchrius
factũ eſt, ut eidẽ pronomini eſſent bina ſubnexa,
quę tres ſentẽtias explicarent: unã ad captiuitatis
prænunciationẽ, Qui ſeparati eſtis in diẽ malũ, &
appropinquatis ſolio iniquitatis: alterã ad libidi-
nem, Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis
in ſtratis ueſtris: ad uoracitatẽ uero tertiã pertinẽ-
tem, Qui comeditis agnũ de grege, & uitulos de
medio armẽti: ut in poteſtate ſit pronũciãtis, utrũ
ſingula finiat & mẽbra ſint ſex: an primũ & tertiũ
& quintũ uoce ſuſpendat, & ſecundũ primo, quar
tum tertio, ſextũ quinto cõnectendo, tres bimem-
bres circũitus decẽtiſſime faciat: unũ quo calami-
tas imminens, alterũ quo lectus impurus, tertium
quo prodiga mẽſa mõſtretur. Deinde luxurioſam
remordet auriũ uoluptatẽ: ubi cum dixiſſet, Qui
canitis ad uocẽ pſalterij, quoniã poteſt exerceri ſa
piẽter à ſapiẽtibus muſica, mirabili decore dicẽdi,
inuectionis impetu relaxato, & nõ ad illos, ſed de
illis iam loquens, ut nos muſicã ſapientis à muſica
luxuriãtis diſtinguere cõmoneret, non ait, Qui ca-
nitis ad uocẽ pſalterij, & ſicut Dauid putatis uos
habere uaſa cãtici: ſed cum illud ad illos dixiſſet,
quod luxurioſi audire deberẽt, Qui canitis ad uo-
cem pſalterij: imperitiã quoq̃ eorũ alijs quodãmo
do indicauit, adiũgens, Sicut Dauid putauerũt ſe
habere uaſa cantici, bibentes in phialis uinum, &
optimo unguẽto delibuti. Tria hęc melius pronũ
ciantur, ſi ſuſpẽſis duobus prioribus mẽbris circũ
itus tertio finiatur. Iam uero quod his omnibus adij
citur. Et nihil patiebãtur ſuper cõtritione Ioſeph,
ſiue cõtinuatim dicatur, ut unum ſit membrũ: ſiue
decẽtius ſuſpendatur, & nihil patiebantur, & poſt hãc
diſtinctionẽ inferatur, ſuper cõtritione Ioſeph, atq̃
ſit bimẽbris circũitus: miro decore non dictũ eſt,
nihil patiebantur ſuper cõtritione fratris, ſed poſi
tus eſt pro fratre Ioſeph, ut quicũq̃ frater proprio
ſignificaret eius nomine, cuius ex fratribus fama
præclara eſt, uel in malis quæ pendit, uel in bonis
quæ repẽdit. Iſte certe tropus ubi Ioſeph quẽcũq̃
fratrẽ facit intelligi, neſcio utrũ illa quam didici-
mus & docuimus arte tradatur. Quàm ſit tñ pul-
cher, & quẽadmodũ afficiat legẽtes atq̃ intelligẽ
tes, non opus eſt cuiquã dici ſi ipſe non ſentit. Et
plura quidẽ quæ pertinẽt ad præcepta eloquẽtiæ,
in hoc ipſo loco quem pro exẽplo poſuimus poſ-
ſunt reperiri. Sed bonũ auditorẽ non tam ſi diligẽ
ter diſcutiatur inſtruit, q̃ ſi ardẽter pronuncieẽ ac
cendit. Neq̃ enim hæc humana induſtria cõpoſi-
ta, ſed diuina mẽte ſunt fuſa & ſapiẽter & eloquẽ-
ter, non intẽta in eloquentiã ſapiẽtia, ſed à ſapiẽtia
non recedẽte eloquẽtia. Si enim, ſicut quidã diſer
tiſſimi atq̃ acutiſſimi uiri uidere ac dicere potue-
runt, ea quæ uelut oratoria arte dicũtur, nõ obſer-
uarentur & notarẽtur, & in hanc doctrinã redige-
rentur, niſi prius in oratorũ inuenirẽtur ingenijs:
quid mirũ ſi & in iſtis inueniuntur, quos ille miſit
qui facit ingenia: Quapropter & eloquentes qui
dem non ſolũ ſapiẽtes canonicos noſtros autores
doctoresq̃ fateamur tali eloquentia uſos, qualis
perſonis eiuſmodi cõgruebat. Sed nos etſi de li- *Qualis debeat*
teris eorũ, quæ ſine difficultate intelligũtur non- *eſſe ſermo do-*
nulla ſumimus elocutionis exẽpla, nequaq̃ tamẽ *ctoris euãgeli*
putare debemꝰ imitãdos eos nobis eſſe, in iis quæ ci. *Cap. VIII*
ad exercẽdas & elimãdas quodãmodo mentes le
gentiũ, & ad rumpẽda faſtidia atq̃ acuẽda ſtudia
diſcere uolentiũ, zelãdos quoq̃ ſiue ut ad pietatẽ
conuertãtur, ſiue ut à myſterijs ſecludãtur animos
impiorũ, utili ac ſalubri obſcuritate dixerunt. Sic
quippe illi locuti ſunt, ut poſteriores qui eos recte
intelligerẽt & exponerẽt, alterã gratiã, diſparem
quidẽ uerumtamẽ ſubſequentẽ in dei eccleſia re-
perirent. Non ergo expoſitores eorũ ita loqui de-
bent, tanq̃ ſeipſi exponẽdos ſimili autoritate pro-
ponãt: ſed in omnibus ſermonibus ſuis primitus
ac maxime ut intelligãtur elaborẽt ea quantũ poſ-
ſunt perſpicuitate dicendi, ut aut multũ tardus ſit
qui non intelligat: aut in rerũ quas explicare atq̃
oſtẽdere uolumus difficultate ac ſubtilitate, nõ in
noſtra locutione ſit cauſa, quo minus tardius ue
quod dicimus poſſit intelligi. Sunt enim quæ- *Perſpicuitas*
dam quæ ſua ui non intelligũtur, aut uix intelligũ *orationis*
tur, quãtolibet & quantũlibet, q̃uis planiſſime di *Cap. IX.*
cẽtis uerſentur eloquio, quæ in populi audientiã,
uel raro ſi aliquid urget, uel nunq̃ omnino mittẽ
da ſunt. In libris autẽ qui ita ſcribuntur, ut ipſi ſibi
quodãmodo lectorẽ teneãt, cum intelligũtur, mo-
leſti non ſint uolẽtibus legere: cum autẽ non intelli
gũtur, moleſti non ſint nolentibus legere. Et in ali
quorũ collocutionibus non eſt hoc officiũ deſerẽ
dum, ut uera q̃uis difficillima ad intelligẽdũ quæ
ipſi iam percepimus, cum quantocũq̃ labore diſ-
putationis, ad aliorũ intelligentiã perducamus: ſi
tenet auditorẽ uel collocutorẽ diſcẽdi cupiditas,
nec mẽtis capacitas deſit, quæ quoquo modo inti
mata poſſit accipere, nõ curãte illo qui docet quã-
ta eloquẽtia doceat, ſed quanta euidẽtia. Cuius *Qua ratione*
euidẽtiæ diligens appetitus aliquãdo negligit uer *perſpicua fiat*
ba cultiora, nec curat quid bene ſoneat, ſed quid be *oratio. Ca. X*
ne indicet atq̃ intimet quod oſtẽdere intẽdit. Vn
de ait quidã, cum de tali genere locutionis ageret,
eſſe in ea quandã diligentẽ negligentiã. Hęc tamẽ
ſic detrahit ornatũ, ut ſordes non cõtrahat. Quã-
uis in bonis doctoribus tanta docendi cura ſit uel
eſſe debeat, ut uerbũ quod niſi obſcurũ ſit uel am-
biguũ, Latinũ eſſe non poteſt, uulgi autẽ more ſic
dicitur ut ambiguitas obſcuritaſq̃ uitetur, non ſic
dicaẽ ut à doctis, ſed potius ut ab indoctis dici ſo-
let. Si enim nõ piguit dicere interpretes noſtros,
Non cõgregabo conuẽticula eorum de ſanguini-
bus: quoniam ſenſerunt ad rem pertinere, ut eo
loco pluraliter enũciaretur hoc nomẽ, quod in La
tina lingua tantũmodo ſingulariter dicitur: cur pie
tatis doctorẽ pigeat imperitis loquentẽ oſſum po
tius q̃ os dicere, ne iſta ſyllaba non ab eo qd̃ ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ossa,sed ab eo quod sunt ora intelligaſ,ubi Aphre aures de correptione uocaliū uel productione nō iudicāt. Quid enim prodeſt locutionis integritas, quā non ſequitur intellectus audiētis,cum loquē di omnino nulla ſit cauſa,ſi quod loquimur nō in telligūt,propter quos ut intelligāt loquimur? Qui ergo docet,uitabit omnia uerba quę non docent. Et ſi pro eis alia integra quæ intelligātur poteſt di cere,id magis eliget. Si autē non poteſt,ſiue quia non ſunt,ſiue quia in præſentia non occurrūt,ute tur etiā uerbis minus integris,dum tamen res ipſa doceatur atq; diſcatur integre. Et hoc quidē non ſolū in collocutiōibus,ſiue fiant cum aliquo uno, ſiue cum pluribus,uerūetiā multo magis in popu liſ;quādo ſermo promitur,ut intelligaſ inſtādum eſt: quia & in collocutionibus eſt cuiq; interrogā di poteſtas. Vbi aūt omnes tacēt ut audiaſ unus, & in eum intenta ora conuertunt, ibi ut requirat quiſq; quod nō intellexerit,nec moris eſt nec de coris,ac per hoc debet maxime tacenti ſubuenire cura dicētis. Solet aūt motu ſuo ſignificare auida multitudo cognoſcēdi utrū intellexerit. Quod do nec ſignificet,uerſandū eſt quod agitur multimo da uarietate dicēdi,quod in poteſtate non habent qui præparata & ad uerbū memoriter retēta pro nūciant. Mox aūt ut intellectū eſſe conſtiterit,aut ſermo finiēdus,aut in alia tranſeundum eſt. Sicut enim gratus eſt qui cognoſcenda enubilat,ſic one roſus eſt qui cognita inculcat,eis duntaxat quorū tota expectatio in diſſoluēda eorū quæ pandūtur difficultate pēdebat. Nam delectādi gratia etiam nota dicūtur,ubi non ipſa ſed modus quo dicūtur attēditur. Quod ſi & ipſe iam notus eſt atq; audi toribus placet,pene nihil intereſt utrum is qui di cit,dictor uel lector ſit. Solent enim & ea quæ cō mode ſcripta ſunt,nō ſolū ab iis quibus primitus innoteſcūt iucunde legi,uerū ab iis etiam quibus iam nota ſunt,neq; adhuc illa de memoria deleuit obliuio,non ſine iucūditate relegi,uel ab utriſq; li benter audiri. Quę aūt quiſq; iam oblitus eſt,cum cōmonetur,docetur. Sed de modo delectādi nūc non ago,de modo aūt quo docēdi ſunt qui diſce re deſiderant loquor. Is aūt eſt optimus,quo fit ut qui audit uerū audiat,& qđ audit,intelligat. Ad quem finem cum uentū fuerit,nihil tunc amplius de ipſa re tanq; diutius docēda laborandū eſt,ſed forte de commendāda ut in corde figatur. Quod ſi faciendū uidebitur,ita modeſte faciendū eſt ne perueniatur ad tædium. Prorſus hæc eſt in do cendo eloquētia,qua fit dicēdo nō ut libeat quod horrebat,aut ut fiat quod pigebat,ſed ut appareat quod latebat. Quod tamē ſi fiat inſuauiter,ad pau cos quidem ſtudioſiſſimos ſuus peruenit fructus, qui ea quæ diſcēda ſunt,q̄uis abiecte inculteq; di cantur,ſcire deſiderāt. Quod cum adepti fuerint, ipſa delectabiliter ueritate paſcuntur: bonorumq; ingeniorū inſignis eſt indoles,in uerbis uerū ama re,non uerba. Quid enim prodeſt clauis aurea,ſi aperire quod uolumus nō poteſt? Aut quid obeſt lignea,ſi hoc poteſt,quādo nihil quęrimus niſi pa tere quod clauſum eſt? Sed qm̄ inter ſe habēt non nullā ſimilitudinē ueſcētes atq; diſcentes,propter faſtidia plurimorū etiam ipſa ſine quibus uiui nō poteſt alimēta cōdienda ſunt. Dixit ergo quidā eloquens,& uerū dixit,ita dicere debere eloquen tem,ut doceat,ut delectet,ut flectat. Deinde addi dit,docere neceſſitatis eſt,delectare ſuauitatis,fle ctere uictoriæ. Horum trium quod primo loco po ſitum eſt,hoc eſt docēdi neceſſitas,in rebus eſt cō ſtituta quas dicimus,reliqua duo in modo quo di cimus docendo. Qui ergo dicit cum docere uult, q̄diu non intelligitur nondū ſe exiſtimet dixiſſe quod uult ei quem uult docere. Quia etſi dixit qđ ipſe intelligit,nondū illi dixiſſe putādus eſt à quo intellectus non eſt. Si uero intellectus eſt,quocūq; modo dixerit,dixit. Quod ſi etiā delectare uult eū cui dicit,aut flectere: non quocūq; modo dixerit faciet. ſed intereſt quō dicat ut faciat. Sicut eſt aūt ut teneatur ad audiendum delectādus auditor: ita flectendus,ut moueatur ad agendū. Et ſicut dele ctatur ſi ſuauiter loquaris: ita flectit̄ ſi amet quod polliceris, timeat qđ minaris, oderit qđ arguis, quod cōmendas amplectaſ, quod dolendū exag geras doleat, cū quid lætandū prædicas gaudeat, miſereatur eorum quos miſerādos ante oculos di cendo cōſtituis, fugiat eos quos cauēdos terrēdo proponis: & quicquid aliud grādi eloquētia fieri poteſt ad cōmouendos animos auditorū, nō quid agendū ſit ut ſciant, ſed ut agāt quod agendū eſſe iam ſciūt. Si aūt adhuc neſciūt, prius utiq; docēdi ſunt q̄ monēdi. Et fortaſſe rebus ipſis cognitis ita mouebunt, ut eos non opus ſit maioribus eloquē tiæ uiribus iam moneri. Quod tamē cū opus eſt, faciendum eſt. Tunc aūt opus eſt, qn̄ cum ſcierint quid agendū ſit non agunt, ac per hoc docere ne ceſſitatis eſt. Poſſunt em̄ homines & agere & non agere quod ſciunt. Quis aūt dixerit eos agere de bere quod neſciūt? Et ideo flectere neceſſitatis nō eſt, quia non ſemper opus eſt, ſi tantū docenti uel etiam delectanti conſentit auditor. Ideo aūt uicto riæ eſt flectere, quia fieri poteſt ut doceatur & de lectetur, & non aſſentiatur. Quid aūt illa duo pro derūt, ſi deſit hoc tertiū? Sed neq; delectare neceſ ſitatis eſt: quādoquidē cum docēdo uera mōſtran tur, quod ad officiū docēdi pertinet, non eloquio agitur, neq; hoc attēditur, ut uel ipſa uel ipſum de lectet eloquiū, ſed per ſeipſa quoniā uera ſunt ma nifeſtata delectant. Vnde plerūq; delectāt etiam falſa patefacta atq; cōuicta. Neq; enim delectant, quia falſa ſunt, ſed quia falſa eſſe uerū eſt: delectat & dictio qua hoc uerū eſſe monſtratū eſt. Pro pter eos aūt quibus faſtidiētibus non placet ueri tas, ſi alio quocūq; modo, niſi eo modo dicatur ut placeat & ſermo dicētis, datus eſt in eloquētia nō paruus etiā delectationi locus. Quæ tamē addita non ſufficit duris, quos nec intellexiſſe nec docē tis elocutiōe delectatos eſſe profuerit. Quid enim hæc duo cōferunt homini, qui & confitetur uerū, & collaudat eloquiū, nec inclinat aſſenſum, pro pter quē ſolū cum aliquid ſuadetur rebus quæ di cūtur inuigilat dicētis intētio? Si enim talia dican tur quæ credere uel noſſe ſufficiat, nihil eſt aliud eis

Quare conāti docere dicēdū perſpicue. XI

Oratoris officium docere, delectare, flectere. Cap. XII

eis cōſentire, niſi confiteri uera eſſe. Cum uero id docetur quod agendū eſt, & ideo docetur ut aga tur, fruſtra perſuadetur uerū eſſe quod dicitur, fru ſtra placet modus ipſe quo diſcitur, ſi nō ita diſci tur ut agatur. Oportet igitur eloquentē eccleſiaſti cum quādo ſuadet aliquid quod agendū eſt, non ſolū docere ut inſtruat, & delectare ut teneat, ue rumetiā flectere ut uincat. Ipſe quippe iam rema net ad conſenſionē flectendus eloquētiæ grādita te, in quo id non egit uſq; ad eius confeſſionē de monſtrata ueritas, adiuncta etiam ſuauitate dictio nis. Cui ſuauitati tantū operæ impenſum eſt ab hominibus, ut non ſolum non faciēda, uerūetiam fugienda ac deteſtāda tot & tāta mala atq; turpia, quæ malis & turpibus diſertiſſime perſuaſa ſunt, non ut eis conſentiaſ, ſed ſola delectationis gratia lectitent. Auertat aūt deus ab eccleſia ſua quod de ſynagoga Iudęorū Hieremias propheta cōmemo rat dicēs, Pauor & horrēda facta ſunt ſuper terrā, prophetæ prophetabāt iniqua, & ſacerdotes plau ſum dederunt manibus ſuis, & plebs mea dilexit ſic, Et quid facietis in futurū? O eloquentia tanto terribilior, quanto purior, & quāto ſolidior, tanto uehemētior. O uere ſecuris cōcidens petras. Huic enim rei ſimile eſſe uerbū ſuum quod per ſanctos prophetas fecit, & per hūc ipſum prophetā deus ipſe dixit, Abſit itaq; abſit à nobis, ut ſacerdotes plaudant manibus iniqua dicētibus, & plebs dei diligat ſic. Abſit à nobis, inquā, tanta dementia: nam quid faciemus in futurū? Et certe minus in telligātur, minus placeant, minus moueāt quæ di cuntur, uera tamen dicātur & iuſta, non iniqua li benter audiantur. Quod utiq; non fieret, niſi ſuaui ter dicerētur. In populo aūt graui de quo dictū eſt deo, In populo graui laudabo te, nec illa ſuauitas delectabilis eſt, qua non quidē iniqua dicūtur, ſed exigua & fragilia bona ſpumeo uerborū ambitu ornantur, quali nec magna atq; ſtabilia decēter & grauiter ornarētur. Eſt tale aliquid in epiſtola bea ti Cypriani: quod ideo puto uel accidiſſe uel con ſulto factum eſſe, ut ſciretur à poſteris quā linguā doctrinæ Chriſtianæ ſanitas ab iſta redūdantia re uocauerit, & ad eloquētiā grauiorē modeſtiorēq; reſtrinxerit, qualis in eius conſequētibus literis ſe cure amatur, religioſe appetit̄, ſed difficillime im pletur. Ait ergo quodā loco, Petamus hanc ſedē: dant ſeceſſum uicina ſecreta: ubi dum erratici pal mitum lapſus pendulis nexibus per arundines ba iulas repunt, uiteam porticum frondea tecta fece runt. Non dicūtur iſta niſi mirabiliter affluentiſſi ma fœcunditate facundiæ, ſed profuſione nimia grauitati diſplicent. Qui uero hæc amant, profe cto eos qui non ita dicunt, ſed caſtigatius eloquū tur, non poſſe ita eloqui exiſtimāt, nō iudicio iſta deuitare. Quapropter iſte uir ſanctus & poſſe ſe oſtēdit ſic dicere, quia dixit alicubi, & nolle quo niam poſtmodū nuſquā. Agat itaq; noſter iſte eloquēs cum & iuſta & ſancta & bona dicit: neq; enim alia debet dicere: agat ergo quantum poteſt cum iſta dicit, ut intelligēter, ut libēter, ut obediē ter audiatur: & hæc ſe poſſe ſi potuerit, & inquan tum potuerit, pietate magis orationū q̄ oratorum facultate non dubitet, ut orando pro ſe ac pro illis quos eſt allocutus, ſit orator anteq; dictor. Ipſa ho ra ſam ut dicat accedens, priuſq; exerat proferen tem linguā, ad deum leuet animā ſtientem, ut eru ctet quod biberit uel quod impleuerit fundat. Cū enim de unaquaq; re quæ ſecundū fidem delecta tionēq; tractanda ſunt, multa ſint quę dicantur, & multi modi quibus dicantur ab eis qui hoc ſciūt, quis nouit quid ad præſens tempus, uel nobis di cere, uel p nos expediat audiri, niſi qui corda om nium uidet? Et quis facit ut quod oportet, & quē admodū oportet dicatur à nobis, niſi in cuius ma nu ſunt & nos & ſermones noſtri? Ac per hoc di ſcat quidem omnia quæ docēda ſunt qui & noſſe uult & docere, facultatēq; docēdi ut decet uirum eccleſiaſticū cōparet. Ad horā uero ipſius dictio nis illud potius bonæ menti cogitet cōuenire qđ dñs ait, Nolite cogitare quō aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini: non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus pa tris ueſtri qui loquitur in uobis. Si ergo loquit̄ in eis ſpiritus ſanctus qui perſequētibus tradunt pro Chriſto, cur non & in eis qui tradunt diſcentibus Chriſtū? Quiſquis aūt dicit non eſſe hominib⁹ præcipiendū quid uel quēadmodū doceant, ſi do ctores ſanctus efficit ſpiritus, pōt dicere, nec oran dum nobis eſſe, quia dñs ait, Scit pater ueſter qd uobis neceſſariū ſit priuſq; petatis ab eo. Aut apo ſtolum Paulum Timotheo & Tito non debuiſſe præcipere, quid uel quēadmodū præciperēt aliis. Quas tres apoſtolicas epiſtolas ante oculos habe re debet, cui eſt in eccleſia doctoris perſona impo ſita. Nōne in prima ad Timotheū legitur, Annū cia hæc & doce? Quæ aūt ſint, ſuprà dictum eſt. Nónne ibi eſt, Seniorē ne increpaueris, ſed obſe cra ut patrem? Nónne in ſecunda ei dicitur, For mam habe uerborū ſanorū quæ à me audiſti? Nō ne ibi ei dicitur, Satis age teipſum probabilē ope rarium exhibens deo, non erubeſcentē uerbū ue ritatis recte tractantē? Ibi eſt & illud, Prædica uer bum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni longanimitate & doctrina. Itēq; ad Titum, nónne dicit epiſcopū iuxta doctrinam fidelis uerbi perſeuerantē eſſe debere, ut potēs ſit in doctrina ſana & cōtradicentes redarguere? Ibi etiā dicit, Tu uero loquere quæ decet ſanā doctri nam, ſenes ſobrios eſſe, & quæ ſequūtur: ibi & il lud, Hæc loquere & exhortare, & increpa cū om ni imperio: nemo te contēnat, admone illos prin cipibus & poteſtatib⁹ ſubditos eſſe, &c. Quid er go putamus? Nūquid cōtra ſeipſum ſentit apoſto lus, qui cum dicat doctores operatione fieri ſpiri tuſſancti, ipſe illis præcipit quid & quēadmodum doceant? An intelligēdum eſt, & hominū officia ipſo ſancto ſpiritu largiente in docendis etiā ipſis doctoribus non debere ceſſare: & tamen neq; qui plantat eſſe aliquid, neq; qui rigat, ſed deū qui in crementū dat? Vnde ipſis quoq; miniſtris ſanctis hominibus uel etiā ſanctis angelis operātibus ne mo recte diſcit quæ pertinēt ad uiuēdum cū deo,

Diuidit totā ſtudium. Cap. XIII

Nullus deus niſi ecclesiæ. Cap. ante XV

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.142 nisi fiat à deo docilis cui dicitur in Psalmo, Doce me facere uoluntatẽ tuam,quia tu es deus meus.
2 Tim.3 Vnde & ipsi Timotheo idem dicit Apostolus,loquens utiq; ad discipulũ doctor,Tu aũt perseuera in ijs quæ didicisti,& credita sunt tibi,sciẽs à quo didiceris.Sicut enim corporis medicamenta quæ hominibus ab hominibus adhibẽtur,non nisi eis prosunt,quibus deus operaſ salutẽ,qui & sine illis mederi potest,cum sine ipso illa non possint,& tñ adhibẽtur,& si hoc officiose fiat,inter opera misericordiæ uel beneficẽtiæ deputatur:ita & adiumẽta doctrinæ tunc prosunt animæ adhibita per hominẽ,cum deus operaſ ut prosint,qui potuit euangeliũ dare homini,etiã nõ ab hominibus neq; per hominem. Qui ergo dicẽdo nititur persuadere quod bonũ est,nihil horũ triũ spernens,ut scilicet doceat,ut delectet,ut flectat,oret atq; agat:ut quẽadmodũ suprà diximus, intelligẽter,libenter,obediẽterq; audiatur. Quod cũ apte & conueniẽter facit,nõ immerito eloquẽs dici potest,etsi non eum sequaſ auditoris assensus. Ad hæc enim tria,id est ut doceat,ut delectet,ut flectat,etiã tria illa uidẽt pertinere uoluisse idẽ ipse Romani autor eloquij cum itidẽ dixit. Is igitur erit eloquens qui poterit parua submisse,modica tẽperate,magna grãditer dicere:tãq; si adderet illa etiã tria & sic explicaret unã eandẽq; sententiã dicens,Is erit igit eloquẽs, qui ut doceat poterit parua submisse,ut delectet modica tẽperate,ut flectat magna grãditer dicere.

Triplex dicẽdi genus. Ca. XVII

In lib.cui titulus Orator

Eadẽ eccleſiasticæ necessaria quæ oratori. Cap. XVIII

Hæc aũt tria ille sicut ab eo dicta sunt,in causis forẽsibus posset ostendere. Non aũt hoc est in ecclesiasticis quæstionib.in quibus huiusmodi quẽ uolumus informare sermo uersaſ. In illis enim ea parua dicunt,ubi de rebus pecuniarijs iudicandũ est:ea magna,ubi de salute ac de capite hominũ. Ea uero ubi nihil horũ iudicãdũ est,nihilq; agitur ut agat siue decernat,sed tãtũmodo ut delectetur auditor,inter utrũq; quasi media,& ob hoc modica,hoc est moderata dixerũt. Modicis emi modus nomẽ imposuit. Nam modica pro paruis abusiue, nõ proprie dicimus. In istis aũt nostris quãdoquidem omnia,maxime quæ de loco superiore populis dicimus,ad hominũ salutẽ,nec tẽporariam sed æternã referre debemus,ubi etiã cauẽdus est æternus interitus,omnia magna sunt quæ dicim⁹:usq; adeo ut nec de ipsis pecuniarijs reb⁹,uel acgrẽdis uel amittẽdis parua uideri debeãt,quæ doctor ecclesiasticus dicit,siue sit illa magna,siue parua pecunia. Neq; enim parua est iustitia,quã ,pfecto & in parua pecunia custodire debemus,dicẽte dño,
Luc.16 Qui in minimo fidelis est,& in magno fidelis est. Quod ergo minimũ est,minimum est:sed in minimo fidelẽ esse,magnũ est. Nam sicut ratio rotunditatis est,ut à puncto medio omnes lineæ pares in extrema ducãtur,eadẽ est & in magno disco quæ in nũmulo exiguo:ita ubi parua iuste gerũtur,nõ minuit iustitiæ magnitudo. De iudicijs denicq; secularibus,quibus utiq; nisi pecuniarijs cũ loquere
1 Cor.6 tur Apostolus,Audet quisquã uestrũ,inqt,aduersus alterũ habẽs negociũ iudicari ab iniqs,& non apud sanctos:An nescitis qa sancti mundũ iudicabunt:Et si in uobis iudicatur mũdus,indigni estis qui de minimis iudicetis:Nescitis qa angelos iudicabimus,nedũ secularia:Secularia igit iudicia si habueritis,eos qui cõtẽptibiles sunt in ecclesia, hos cõstituite ad iudicandũ. Ad reuerentiã uobis dico. Sic non est inter uos quisquã sapiẽs,qui possit inter fratrẽ suũ iudicare:sed frater cũ fratre iudicatur,et hoc apud infideles. Iam quidẽ omnino delictũ est,quia iudicia habetis uobiscum. Quare non magis iniquitatẽ patimini:Quare nõ potius fraudamini:Sed uos iniquitatẽ facitis & fraudatis,& hoc fratres. An nescitis quia iniusti regnum dei non hæreditabunt:Quid est q̃ sic indignatur apostolus,sic corripit,sic exprobrat,sic increpat, sic minatur:Quid est q̃ sui animi affectũ tam crebra et tam aspera uocis mutatione testatur:Quid est postremo q̃ de rebus minimis tam grãditer dicit:Tantũne de illo negocia secularia meruerũt: Absit. Sed hoc facit propter iustitiã,charitatem, pietatẽ,quæ nulla sobria mente dubitante,etiã in rebus quãlibet paruulis magna sunt. Sane si moneremus homines quẽadmodũ ipsa negocia secularia uel pro se uel pro suis apud ecclesiasticos iudices agere deberẽt,recte admonerem⁹ ut agerẽt, tanq; parua submisse. Cum uero de illius uiri disseramus eloquio,quẽ uolumus earũ rerũ esse doctorem,q̃bus liberamur ab æternis malis,atq; ad æterna peruenimus bona,ubicũq; agãtur hæc,siue ad populũ,siue priuatim,siue ad unũ,siue ad plures, siue ad amicos,siue ad inimicos,siue in perpetua dictione,siue in collocutione,siue in tractatibus, siue in libris,siue in epistolis uel lõgissimis uel breuissimis,magna sunt:nisi fortè qm̃ calix aquæ frigidæ,res minima atq; uilissima est,ideo minimũ aliquid atq; uilissimũ dñs ait,q̃ eum qui dederit discipulo eius,non perdet mercedẽ suam. Aut uero quãdo iste doctor in ecclesia facit inde sermonẽ, paruũ aliquid debet existimare se dicere,& ideo non tẽperate,non grãditer,sed submisse sibi esse dicendũ. Nõne quãdo accidit ut de hac re loquerem ad populũ,& deus adfuit ut non incõgrue diceremus,tanq; de illa aqua frigida quædã flamma surrexit,quæ etiã frigida hominũ pectora,ad misericordiæ opera facienda,spe cœlestis mercedis accẽderet:

Aliãs alium.

Et tamen cum doctor iste debeat rerum dictor esse magnarũ,non semper eas debet grãditer dicere,sed submisse cum aliquid docet, tẽperate cũ aliquid uituperatur siue laudatur. Cũ uero aliquid agẽdum est,& ad eos loquimur qui hoc agere debẽt,nec tamẽ uolũt,tunc ea quæ magna sunt,dicẽda sunt grãditer,& ad flectẽdos animos congruẽter. Et aliqñ de una eadẽq; re magna, & submisse dicitur si docetur,& tẽperate si præditur,& grãditer si auersus inde animus ut cõuertatur impellitur. Quid emi deo ipso maius est:Nũquid ideo non discitur:Aut qui docet unitatẽ trinitatis,debet nisi submissa disputatione agere,ut res ad dignoscendũ difficilis,quantũ datur possit intelligi:Nũquid hic ornamẽta & non documẽta quæ rũtur:Nunquid ut aliquid agat,est flectẽdus auditor,& non potius ut discat instruẽdus:Porro cum laudatur deus siue de seipso,siue de operibus suis,quanta facies pulchræ ac splẽdidæ dictionis oboritur ei,qui potest quantũ potest laudare,quẽ nemo conueniẽter laudat,nemo quomodocunq; non laudat. At si non colatur,aut cum illo uel etiã præ illo colãtur idola,siue demonia,siue quæcũq; creatura,quantũ hoc malũ sit,atq; ut ab hoc malo auertantur homines,debet utique granditer dici,

Addẽ ex sacris literis. Cap. XX Gal.4

Submissæ dictionis exemplũ est apud apostolum Paulũ,ut planius aliquid cõmemorẽ,ubi ait, Dicite mihi sub lege uolẽtes esse,legẽ nõ legistis: Scriptũ est enim,q̃ Abraham duos filios habuit, unum de ancilla & unũ de libera. Sed ille qui de ancilla,secundũ carnẽ natus est:qui aũt de libera, per repromissionẽ:quæ sunt in allegoria. Hæc emi sunt duo testamẽta:unum quidẽ in monte Sina in
Gal.3 seruitutẽ generãs,quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia,quæ conũcta est huic quæ nunc est Hierusalẽ,& seruit cum filijs suis. Quę aũt sursum est Hierusalẽ libera est,quæ est mater nostra,&c.
Item q̃ ibi ratiocinatur & dicit, Fratres secũdum hominẽ dico,tamẽ hominis confirmatũ testamẽtum nemo irritũ facit,aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Nõ dicit, in seminibus,tanq; in multis,sed tanq; in uno,& semini tuo quod est Christus. Hoc aũt dico,testamentũ confirmatũ à deo,quæ post quadringẽtos & triginta annos facta est lex,non infirmat ad euacuandas promissiones. Si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ autẽ per repromissionẽ donauit deus. Et quia occurrere poterat audientis cogitationi,ut qd ergo lex data est,si ex illa non est hæreditas:ipse sibi hoc obiecit,atq; ait uelut interrogãs,Quid ergo lex:Deinde respondit,Transgressionis gratia proposita est,donec ueniret semen cui promissum est,disposita per angelos in manu mediatoris. Mediator aũt unius non est:deus aũt unus est. Et hic occurrebat quod sibi ipse proposuit. Lex ergo aduersus promissa dei:Et respõdit,Absit. Reddiditq; rationẽ dicẽs,Si enim data esset lex quę posset uiuificare,uere ex lege esset iustitia. Sed concluſit scriptura omnia sub peccato,ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus,&c. uel si quid eiusmodi est. Pertinet ergo ad docendi curã non solũ aperire clausa,& nodos soluere quæstionũ,sed etiam dum hoc agitur alijs quæstionibus quæ fortassis inciderint,ne id quod dicimus improbetur per illas aut refellatur, occurrere:si tamen & ipsa earũ solutio pariter occurrerit,ne moueamus qd̃ auferre non possumus. Fit aũt ut cum incidẽtes quæstioni aliæ quæstiones,& aliæ rursus incidẽtibus incidẽtes petractãtur atq; soluũtur,in eam longitudinẽ ratiocinatis extẽdatur intẽtio,ut nisi memoria plurimũ ualeat atq; uigeat,ad caput unde agebatur disputator redire non possit. Valde autẽ bonũ est,ut quicquid cõtradici potest,si occurrerit refutetur,ne ibi occurrat ubi nõ erit qui respõdeat:aut præsenti quidem sed tacenti occurrat,& minus† sanatus abscedat. In illis aũt apostolicis uerbis dictio tẽperata est,Seniorẽ ne increpaueris,sed obsecra ut patrẽ,

iuniores ut fratres,anus ut matres,adolescentulas ut sorores. Et in illis,Obsecro autẽ uos fratres per
Rom.12 misericordiã dei,ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam,sanctam,deo placentẽ. Et totus fere ipsius exhortatiõis locus temperatũ habet elocutionis genus:ubi illa pulchriora sunt in qbus propria proprijs tanq; debita reddita decenter excurrunt:sicuti est,Habẽtes dona diuersa secundũ gra
Distributio tiam quæ data est uobis:siue prophetiã,secũdum regulam fidei:siue ministeriũ,in ministrando:siue qui docet,in doctrina:siue qui exhortaſ,in exhortatione:qui tribuit,in simplicitate:qui præest,in solicitudine:qui misereſ,in hilaritate. Dilectio sine simulatione:odio habẽtes malũ,adhærẽtes bono: charitate fraternitatis inuicem diligẽtes,honore mutuo præueniẽtes,studio nõ pigri,spiritu feruẽtes,dño seruientes,spe gaudentes,in tribulatione patiẽtes,orationi instãtes,necessitatibus sanctorũ cõmunicantes,hospitalitatẽ sectãtes. Benedicite persequẽtibus uos,benedicite & nolite maledicere. Gaudere cum gaudẽtibus,flere cum flentibus. Idipsum inuicẽ sentiẽtes. Et q̃ pulchre ista omnia sic effusa,bimẽbri circuitu terminanſ:Non alta sapientes,sed humilibus cõsentientes. Et aliquanto post:In hoc ipso,inquit,perseuerãtes:reddite omnibus debita:cui tributũ,tributũ:cui uectigal,uectigal:cui timorẽ,timorẽ:cui honorẽ,honorem. Quæ mẽbratim fusa claudũtur etiã ipso circuitu, quem duo mẽbra cõtexunt. Nemini quicq; debeatis nisi ut inuicem diligatis. Et post paululum, Nox præcesſit,inquit,dies aũt appropinquauit. Abijciamus itaq; opera tenebrarũ,& induamus arma lucis,sic ut in die honeste ambulemus:nõ in comeſſationibus & ebrietatibus,nõ in cubilibus & impudicitijs,non in contẽtione & æmulatiõe, sed induite dñm Iesum Christũ,& carnis prouidẽtiam ne feceritis in cõcupiſcentijs. Quod si quisq; ita diceret,Et carnis prouidentiã ne in cõcupiſcẽtijs feceritis:sine dubio aures clausula numerosio
Numerosum, inquit Cicero, putatur nõ qd̃ totũ cõsiat ex nũeris, sed qd̃ ad numeros, proxime accedit. re mulceret:sed grauior interpres etiã ordinẽ maluit tenere uerborum. Quõ aũt hoc in Græco eloquio sonet,quo est locuⁿ apostolus,uiderint eius eloquij usq; ad ista doctiores. Mihi tamẽ quod nobis eodẽ uerborũ ordine interpretatũ est,nec ibi uidetur currere numerose. Sanè hunc elocutionis ornatũ,qui numerosis fit clausulis,deesse fatendũ est autoribus nostris:quod utrũ per interpretes factum sit,an(quod magis arbitror)cõsulto illi hæc plausibilia deuitauerint,affirmare non audeo:qm̃ me fateor ignorare. Illud tamen scio,q̃ si quisquã huius numerositatis peritus,illorũ clausulas eorũdem numerorũ lege cõponat:quod facillime fit mutatis quibusdã uerbis,quæ tantũdem significatione ualent,uel mutato eorũ quæ inuenerit ordine:nihil illorũ quæ uelut magna in scholis grãmaticorũ aut rhetorũ didicit,illis diuinis uiris defuisse cognoscet. Et multa reperiet locutiõis genera tanti decoris,quæ quidẽ & in nostra,sed maxime in sua lingua decora sunt,quorũ nullũ in eis,qbus isti inflantur literis inuenitur. Sed cauendũ est ne diuinis grauibus q̃ sententijs,dum additur nume-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus,pondus detrahat. Nam illa musica disciplina, ubi numerus iste plenissime discitur,usq; adeo nõ
In prologo super Iob defuit prophetis nostris,ut uir doctissimus Hieronymus quorundã etiam metra cõmemoret,in Hebræa dũtaxat lingua:cuius ut ueritatẽ seruaret in uerbis,hæc inde nõ transtulit. Ego aũt ut de sensu meo loquar,qui mihi q̃ alijs & q̃ aliorũ est utiq; notior,sicut in meo eloquio,quantũ modeste fieri arbitror,non prætermitto istos numeros clausularũ:ita in autoribus nostris hoc mihi plus placet q̃ ibi eos rarissime inuenio. Grande aũt dicẽdi genus hoc maxime distat ab isto tẽperato genere,q̃ non tam uerborũ ornatibus acceptũ est,q̃ uiolentis animi affectibus. Nam capit etiã illa ornamẽta penè omnia,sed ea si non habuerit,non requirit. Fertur quippe impetu suo,& elocutionis pulchritudinẽ si occurrerit,ui rerum rapit,non cura decoris assumit. Satis enim est ei propter quod agitur, ut uerba congruẽtia nõ oris eligãtur industria,sed pectoris sequanẽ ardorẽ. Nam si aurato gẽmatoq; ferro uir fortis armetur,intẽtissimus pugnæ,agit quidẽ illis armis quod agit,non quia speciosa,sed quia arma sunt:idem ipse est tamen,& ualet plurimum,etiã cum rimanti telum ira facit. Agit Apostolus ut pro euãgelico ministerio patienter malа huius tẽporis,cum solatio donorũ dei omnia tolerẽtur. Magna res est & grãditer agitur,nec desunt
2 Cor.6 ornamẽta dicẽdi: Ecce,inquit,nũc tẽpus acceptabile,ecce nũc dies salutis:nullã in quoquã dantes offensionẽ,ut non reprehendatur ministerium nostrum:sed in omnibus cõmendãtes nosmetipsos
Grandiloquæ dictionis exemplum ut dei ministros,in multa patiẽtia,in tribulationibus,in necessitatibus,in angustijs,in plagis,in carceribus,in seditiõsibus,in laboribus,in uigilijs,in ieiunijs,in castitate,in sciẽtia,in lõganimitate,in benignitate,in spiritusancto,in charitate nõ ficta, in uerbo ueritatis,in uirtute dei:per arma iustitiæ à dextris & à sinistris,per gloriã & ignobilitatẽ, per infamiã & bonã famam:ut seductores & ueraces,ut qui ignoramur & cognoscimur,quasi moriẽtes,& ecce uiuimus:ut coerciti & non mortificati:ut tristes,semper aũt gaudẽtes:sicut egentes, multos aũt ditantes:tanq̃ nihil habẽtes,& omnia possidẽtes. Vide adhuc ardentẽ,Os nostrũ patet ad uos ó Corinthij,cor nostrũ dilatatũ est:& cẽtera quæ persequi longum est. Itemq; ad Romanos agit,ut persecutiones huius mundi,charitate uincãtur,spe certa in adiutorio dei. Agit aũt & gran-
Rom.8 diter & ornate: Scimus,inquit,q̃m diligentibus deum omnia cooperãtur in bonũ,ijs qui secundũ propositũ uocati sunt sancti:q̃m quos ante præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui,ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aũt prædestinauit,illos & uocauit:& quos uocauit,ipsos & iustificauit:quos aũt iustificauit, illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis,quis cõtra nos? Qui,pprio filio non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quõ non etiã cũ illo nobis omnia donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deꝰ qui iustificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est,magis aũt qui resurrexit,qui est in dexte-
A ra dei,qui & interpellat pro nobis? Quis nos sepa-
rabit à charitate Christi? Tribulatio,an angustia, an pscutio,an fames,an nuditas,an periculũ,an gladius? Sicut scriptũ est,Qm̃ propter te mortifi- *Psal.43*
camur tota die,æstimati sumus ut oues occisiõis. Sed in his omnibus supuincimus per eũ qui dilexit nos. Certus sum em̃ quia neq; mors,neq; uita, neq; angeli,neq; principatus,neq; præsentia,neq; futura,neq; uirtus,neq; altitudo,neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei,quæ est in Christo Iesu dño nostro. Ad Galatas aũt q̃uis tota ipsa epistola submisso dicẽdi genere scripta sit,nisi in extremis partib⁹ ubi est elo-
B quium tẽperatũ,tamẽ interponit quendã locum eo motu animi,ut sine ullis quidem talibus ornamẽtis qualia sunt in ijs quæ modo posuimus,non *Gal.4*
posset tamẽ nisi granditer dici. Dies,inquit,obseruatis & mẽses & annos & tempora:timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Estote sicut & ego,qm̃ & ego sicut uos. Fratres precor uos,nihil me læsistis. Scitis quia per infirmitatẽ carnis iampridẽ euãgelizaui uobis,& tẽtationes uestras in carne mea nõ spreuistis neq; respuistis:sed sicut angelũ dei excepistis me,sicut Christũ Iesũ. Quæ ergo fuit beatitudo uestra? Testimoniũ uobis perhibeo,qm̃ si fieri posset,oculos uestros eruissetis & dedissetis mihi. Ergo inimicꝰ factus sum uobis uerũ prædicans? Aemulanẽ uos non bene,sed excludere uos uolunt ut eos æmulemini. Bonum est aũt in bono æmulari semper,& non solũ cum præ-
C sens sum apud uos. Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in uobis. Vellem autẽ nunc adesse apud uos,& mutare uocẽ meã,quia cõfundor in uobis. Nunquid hic aut cõtraria contrarijs uerba sunt reddita,aut aliqua gradatiõe sibi subnexa sunt,aut cæsa & membra circuitus ue sonuerũt? Et tamẽ non ideo tepuit grandis affectus quo eloquiũ feruere sentimus. Sed apostolica *Exemplar distinctionis Cap.xx.*
ista sic clara sunt,ut & ꝓfunda sint:atq; ita conscripta memoriæq; mãdata,ut non solũ lectore uel auditore,uerũetiã expositore opus habeãt,si quis in eis non superficie contẽtus altitudinem quærat. Quapropter uideamꝰ ista genera dicẽdi in eis qui istorũ lectione ad rerũ diuinarũ atq; salubriũ sciẽtiam profecerunt,eademq; ecclesiæ ministrarũt.
D Beatus Cyprianus submisso dicẽdi genere utitur *Optatus quibus mons*
in eo libro ubi de sacramẽto calicis disputat. Solui tur quippe ibi quæstio in qua quæritur,utrũ calix dñicus aquã solam,an eam uino mixtã debeat habere. Sed exẽpli gratia aliquid inde ponendũ est. Post principiũ ergo epistolæ,iam soluere incipiẽs propositã quæstionẽ. Admonitos aũt uos sciatis, inquit,ut in calice offerẽdo dominica traditio seruetur,neq; aliud fiat à nobis q̃ pro nobis dominꝰ prior fecit,ut calix qui in cõmemorationẽ eius offertur,uino mixtus offeratur. Nam cũ dicat Christus,Ego sum uitis uera:sanguis Christi non aqua est utiq; sed uinum:nec potest uideri sanguis eius quo redẽpti & uiuificati sumus esse in calice,quãdo uinum desit calici quo Christi sanguis ostendi

tur,qui scripturarũ omniũ sacramento ac testimo-
A nio prædicatur. Inuenimus enim in Geneſi circa
Gen.9 sacramentũ Noe hoc idẽ præcurrisse,& figuram dominicæ passionis illic extitisse,q̃ uinũ bibit,q̃ inebriatꝰ est,q̃ in domo sua nudatus est,q̃ fuit recubans nudis & patẽtibus femoribus,q̃ nuditas illa patris à medio filio denudata est,à maiore uero & minore contecta: & cætera quæ necesse non est exequi,cum satis sit hoc solum cõplecti,quod Noe typum futuræ ueritatis ostẽdens,nõ aquam sed uinũ biberit: & sic imaginẽ dominicæ passionis expresserit. Item in sacerdote Melchisedech dominici sacramẽti præfiguratũ uidemus mysterium,secundũ q̃ scriptura diuina testatur & dicit,
Gen.14 Et Melchisedech rex Salem,protulit panẽ & uinum. Fuit autẽ sacerdos dei summi,& benedixit
B Abraam. Quod aũt Melchisedech typum Christi portaret,declarat in psalmis spiritussanctus,ex
psal.109 persona patris ad filium dicẽs,Ante Luciferũ genui te,Tu es sacerdos in ẽternũ secundũ ordinem Melchisedech. Hæc & alia quæ sequuntur huius epistolæ,submissæ dictionis modũ seruant,quod facile est explorare legẽtibus. Sanctus quoq; Ambrosius cum agat rem magnã de spiritusancto,ut eum patri & filio demõstret æqualem:submisso tamen dicẽdi genere utitur,quoniã res suscepta nõ ornamẽta uerborũ,aut ad flectẽdos animos commotionis affectũ,sed rerũ documenta desiderat.
Ambr. lib.1 de spiritusancto, ꝓlogo Ergo inter cætera in principio huiꝰ operis ait,Cõmotus oraculo Gedeon,cum audisset q̃ deficiẽtibus licet populorũ militibus,in uno uiro dñs plebẽ
Iud.6 suam ab hostibus liberaret,obtulit hædum capra
C rum:cuius carnes secũdũ præcepta angeli,& azyma supra petrã posuit,& ea iure perfudit:quæ simul ut uirgę cacumine quam gerebat angelus dei contigit,de petra ignis erupit,atq; ita sacrificium quod offerebatur absumptũ est. Quo indicio declaratũ uidetur,q̃ petra illa typũ habuerit corpo-
1 Cor.10 ris Christi,quia scriptũ est,Bibebant de cõsequẽti petra,petra aũt erat Christus. Quod utiq; non ad diuinitatẽ eius,sed ad carnẽ relatũ est,quæ sitientium corda populorũ perenni riuo sui sanguinis inundauit. Iam tunc igitur in mysterio declaratũ est,quia dñs Iesus in carne sua,totius mũdi peccata crucifixus aboleret,nec solum delicta factorũ, sed etiam cupiditates animarũ. Caro enim hædi
Rom.11 ad culpam facti refertur,ius ad illecebras cupidi-
D tatum,sicut scriptũ est,Quia concupiuit populus cupiditatẽ pessimã,& dixerunt,Quis nos cibabit carne? Quod igitur extendit angelus uirgã,& tetigit petram,de qua ignis exijt,ostẽdit q̃ caro dñi spiritu repleta diuino,peccata omnia humanæ cõ-
Luc.2 ditionis exureret. Vnde & dñs ait,Ignẽ ueni mittere in terram: & cætera,in quibus rei docẽdæ ac
Ambr. lib.1 de spiritusancto, ꝓlogo probandæ maxime incumbit. De genere temperato est apud Cyprianũ uirginitatis illa laudatio:
Cypr. de habitu uirginũ, circa principi. huius operis Nunc nobis ad uirgines sermo est,quarum quo sublimior gloria est,maior & cura. Flos est ille ecclesiastici germinis,decus atq; ornamentũ gratiæ spiritalis,læta indoles laudis & honoris,opus integrum atq; incorruptũ,dei imago respõdens ad sanctimoniã domini,illustrior portio gregis Chri-
A sti. Gaudet per ipsas,atq; in illis largiter floret san
ctæ matris ecclesiæ gloriosa fœcũditas:quantoq; plus gloriosa uirginitas numero suo addit,tanto plus gaudium matris augescit. Et alio loco in fine epistolę: Quõ,inquit,portauimus imaginem eius qui de limo est,sic portemus & imaginẽ eius qui de cœlo est. Hanc imaginẽ uirginitas portat,portat integritas,sanctitas portat & ueritas:portãt disciplinæ dei memores,iustitiã cum religione rẽtinẽtes,stabiles in fide,humiles in timore,ad omnẽ tolerantiã fortes,ad sustinẽdas iniurias mites,ad faciendã misericordiã faciles,fraterna pace unanimes atq; cõcordes. Quę uos singula ó bonæ uirgines obseruare,diligere,implere debetis,quæ deo & Christo uacãtes,ad dñm cui uos dicastis,maio-
B re & meliore parte præceditis: prouectæ annis,iu nioribus facite magisterium: minores natu,prębete paribus incitamentũ,hortamẽtis uos mutuis excitate,æmulis de uirtute documẽtis ad gloriã prouocate,durate fortiter,spiritaliter pergite,perueníte feliciter,tm̃ mementote tunc nostri,cum inciꝑiet in uobis uirginitas honorari. Ambrosius etiã *De uirginib. lib.2.in prin.*
genere dicendi tẽperato & ornato professis uirgi nibus proponit tanq̃ sub exẽpli forma quod moribus imitẽtur,& dicit, Virgo erat,non solum corpore,sed etiã mente,quæ nullo doli ambitu synceram adulteraret affectũ,corde humilis,uerbis grauis,animi prudens,loquẽdi parcior,legẽdi studiosior: non in incerto diuitiarũ,sed in prece pauperis spem reponens,intẽta operi,uerecunda sermo-
C ni,arbitrũ mentis solita non hominẽ sed deũ quærere: nullum lædere,bene uelle omnibus,assurgere maioribus natu,æqualibus nõ inuidere,fugere iactantiã,rationẽ sequi,amare uirtutem. Quando ista uel uultu læsit parentes? quãdo dissensit à propinquis? quãdo fastidiuit humilem? quãdo irrisit debilem? quãdo uituit inopem? Eos solos solita cœtus uirorũ inuisere,quos misericordia non eruberet,neq; præteriret uerecundia. Nihil toruũ in oculis,nihil in uerbis procax,nihil in actu inuerecundũ: non gestus fractior,nõ incessus solutior, nõ uox petulãtior,ut ipsa corporis species simulacrũ fuerit mẽtis,& figura ꝓbitatis. Bona quippe domus in ipso uestibulo debet agnosci,ac primo prætẽdat ingressu,nihil intꝰ latere tenebrarũ,tãq̃
D lucernæ lux intꝰ posita,foris luceat. Quid ego exquar ciborũ parsimoniã,officiorũ redundãtiam: alterũ ultra naturã superfuisse,alterum ipsi naturę penè defuisse? Illic nulla intermissa tẽpora,hic cõgeminati ieiunio dies: & si quãdo reficiẽdi succẽsisset uoluntas,cibus plerũq; obuius qui mortẽ arceret,nõ delicias ministraret,&c. Hæc aũt ꝓpter ea in exẽplo huius tẽperati generis posui,quia nõ hic agit ut uirginitatẽ uoueant quæ nondũ uouerunt,sed quales esse debeant quæ iam uotæ sunt. Nam ut aggrediatur animus tantũ ac tale propositum,grãdi utiq; dicẽdi genere debet excitari & accendi. Sed martyr Cyprianus de habitu uirginũ,nõ de susciꝑiẽdo uirginitatis ꝓposito scripsit. Iste uero episcopꝰ etiã ad hoc eas magno accẽdit

Universidad de Deusto
Biblioteca

eloquio. Verũ ex eo quod ambo egerũt,dictionis
Grandis gene ris exemplum. A grandis exẽpla memorabo. Ambo quippe inue/
ri sunt in eas,quæ formã pigmẽtis colorãt,uel po/
tius decolorant:quorũ prior ille cũ hoc ageret,ait
In epistola de habitu uirgi/ num inter cętera,Si quis pingẽdi artifex uultũ alicuius
& speciem & corporis qualitatẽ æmulo colore si/
gnasset,& signato iam cõsummatoq; simulachro,
manº alius inferret,ut iam formata,tã picta quasi
peritior reformaret,grauis prioris artificis iniu/
ria & iusta indignatio uideretur. Tu te existimas
impune laturã tam improbæ temeritatis audaciã,
dei artificis offensam? Vt eñ impudica circa ho/
mines,& incesta fucis lenocinãtibus non sis,cor/
ruptis uiolatisq; quæ dei sunt,peior adultera deti/
neris. Quòd ornari te putas,q; putas comi,impu/
gnatio est ista diuini operis,prævaricatio est ueri/
2 Cor. 5 tatis. Monẽtis Apostoli uox est,Expurgate uetus B
fermẽtũ,ut sitis noua cõspersio,sicut estis azymi.
Etenim pascha nostrũ immolatus est Christus. Itaq;
festa celebremus,nõ in fermẽto ueteri,neq; in fer/
mento malitiæ & nequitiæ,sed in azymis synceri
tatis & ueritatis. Num synceritas pseuerat & ueri
tas,quãdo quæ syncera sunt polluũtur,& colorũ
adulterinis medicaminũ fucis in mẽdacium uera
Mat. 5 mutãtur? Dñs tuus dicit,Non potes facere capil/
lum unum album aut nigrũ:& tu ad uincendã dñi
tui uocẽ uis te esse potiorẽ audaci conatu,& sacri
lego contẽptu? Crines tuos inficis,malo præsagio
futurorũ capillos iam tibi flammeos auspicaris.
Longũ est inserere omnia quæ sequũtur. Ille uero
Ambros. lib. 1 de uirginibus posterior ut in tales diceret:Hinc illa,inqt,nascũ/
tur incentiua uitiorũ,ut quęlitis coloribus ora de/ C
pingant,dum uiris displicere formidãt,& de adul
terio uultus,meditãtur adulteriũ castitatis. Quãta
hæc amentia effigiẽ mutare naturæ,picturã quæ/
rere? Et dum uerẽtur maritale iudiciũ,perdiderũt
suum. Prior enim de se pronũciat,quæ cupit mu/
tare quod nata est:ita dũ alij studet placere,prius
ipsa sibi displicet. Quem iudicẽ mulier ueriorẽ re/
quirimus deformitatis tuæ,q; teipsam quę uideri
times? Si pulchra es,cur abscõderis? Si deformis,
cur te formosam esse mẽtiris,nec tuæ conscięntiæ,
nec alieni gratiã erroris habitura? Ille enim alterã
diligit,tu alteri uis placere:& iraſceris si amet alte
ram,qui adulterare in te docetur. Mala magistra
es iniuriæ tuæ. Lenocinari enim refugit,etiã quæ
passa est lenonẽ. Ac licet uilis mulier,non alteri ta D
men,sed sibi peccat. Tolerabiliora propemodũ
in adulterio crimina sunt:ibi enim pudicitia,hic
natura adulteratur. Satis,ut existimo,apparet fœ/
minas ne suam fucis adulterẽt formã,& ad pudo/
rem & ad timorẽ hac facũdia uehemẽter impelli.
Proinde neq; submissum neq; temperatũ,sed grã/
de omnino genus hoc elocutiõis agnoscimus. Et
in his aũt quos duos ex omnibus pponere uolui,
& in alijs ecclesiasticis uiris & bona et bene,id est
sicut res postulat,acute,ornate,ardẽterq; dicenti/
bus,per multa eorũ scripta uel dicta possunt hæc
tria genera reperiri,& assidua lectione uel auditio
Dictio uarian de est. XXII ne admixta etiã exercitatione studẽtibus inolesce
re. Nec quisquã præter disciplinã esse existimet
ista miscere,imò quantũ cõgrue fieri potest,omni
bus generibus dictio uariãda est. Nam qñ prolixa
est in uno genere,minus detinet auditorem. Cum
uero fit in aliud ab alio trãsitus,etiã si longius eat,
decẽtius procedit oratio:cũius habeãt & singula
genera uarietates suas in sermone eloquentiũ,qui
bus non sinũtur in eorũ qui audiũt frigescere uel
tepescere sensibus. Verũtamẽ facilius submissum
solũ q; solũ grande diutius tolerari potest. Cõmo
tio quippe animi quãto magis excitãda est,ut no/
bis assentiat auditor,tanto minus in ea diu teneri
potest,cum fuerit quãtũ satis est excitata. Et ideo
cauendũ est,ne dum uolumus altius erigere quod
erectũ est,etiã inde decidat,quò fuerat excitatiõe
perductũ. Interpositis uero quæ sunt dicẽda sub/
missius,bene reditur ad ea quę opus est granditer
dici,ut dictionis impetus sicut maris æstus alter/
net. Ex quo fit ut grande dicendi genus,si diutius
est dicendũ,non debeat esse solũ,sed aliorũ gene/
rum interpositione uarietur:ei tamẽ generi dictio
tota tribuatur,cuius copia prævaluerit. Interest
enim quod genus cui generi interponatur uel ad/
hibeatur certis & necessarijs locis:nam & in gran
di genere semper aut penè semper tẽperata debẽt
esse principia. Et in potestate est eloquẽtis,ut dicã
tur nonnulla submisse etiã quæ possent granditer
dici,ut ea quæ dicũtur granditer,ex illorũ fiant cõ
paratione grãdiora,& eorũ tanq; umbris lumino
siora reddãtur. In quocũq; aũt genere aliqua quæ/
stionũ uincula soluẽda sunt,acumine opus est,qd
sibi submissum genº proprie uẽdicat. Ac per hoc
eo genere utẽdũ est & in alijs duobus generibus,
quãdo eis ista incidũt,sicut laudãdum aliquid uel
uituperandũ:ubi nec dãnatio,nec cuiusquã libera
tio,nec ad actionẽ quãlibet assensio requiritur:in
quocũq; alio genere occurrerit,genus adhibẽdũ
& interponendũ est temperatũ. In grãdi ergo ge/
nere inuenĩũt locos suos duo cętera,& in submis/
so similiter. Temperatũ aũt genus non quidẽ sem
per,sed tamen aliqñ submisso indiget,si(ut dixi)
quæstio cuius nodus est soluendus,incurrat:uel
quãdo nõnulla,quę ornari possent,ideo non ornã
tur,sed submisso sermone dicũtur,ut quibusdam
quasi thoris ornamentorũ præbeãt eminẽtiorem
locũ. Grande aũt genus tẽperata dictio non requi
rit:ad delectãdos quippe animos,non ad mouen/
dos ipsa suscipit. Non sanè si dicenti crebrius & D
uehemẽtius acclametur,ideo granditer putãdus est
dicere:hoc enim & acumina submissi generis,&
ornamẽta faciunt tẽperati. Grande aũt genus ple
rũq; pondere suo uoces premit,sed lachrymas ex
primit. Deniq; cũ apud Cęsareã Mauritaniæ popu
lo dissuaderẽ pugnã ciuilẽ,uel potius plus q; ciui/
lem,quã cateruam uocabant:neq; enim ciues tan/
tũmodo,uerũetiam propinqui,fratres,postremo
parẽtes ac filij lapidibus inter se in duas partes di/
uisi,per aliquot dies cõtinuos,& certo tẽpore an/
ni solẽniter dimicabãt,& quisq; ut quẽq; poterat
occidebat: egi quidẽ granditer quantũ ualui,ut
tam crudele atq; inueteratũ malũ de cordibus &
moribus eorũ auellerem,pelleremq; dicẽdo:non
tamen

tamen egisse aliquid me putaui,cum eos audirem
acclamãtes,sed cum flentes uiderẽ. Acclamatio/ A
nibus qppe se doceri & delectari,flecti aũt lachry
mis indicabãt. Quas ubi aspexi,immanẽ illã con/
suetudinẽ à patribus & auis,longeq; à maioribus
traditã,quæ pectora eorũ hostiliter obsidebat,uel
potius possidebat,deuictam anteq; reipsa id ostẽ/
derent,credidi. Moxq; sermone finito,ad agẽdas
deo gratias corda atq; ora cõuerti. Et ecce iam fer
me octo uel amplius anni sunt propitio Christo,
ex quo illic nihil tale tẽtatũ est. Sunt & alia multa
experimẽta,quibus didicimus homines qd in eis
fecerit sapiẽtis grãditas dictionis,nõ clamore po/ B
tius q; gemitu,aliquãdo etiã lachrymis,postremo
uitæ mutatione mõstrasse. Submisso etiã dicendi
genere sunt pleriq; mutati,sed ut quod nõ sciẽbãt,
scirent:aut quod eis uidebatur incredibile,crede/
rent:non aũt ut agerẽt quod agendũ iam nouerãt,
& agere nolebãt. Ad huiusmodi nanq; duriciã fle
ctendã,debet granditer dici. Nam & laudes & ui/
tuperationes quãdo eloquẽter dicunt,cum sint in
genere tẽperato,sic afficiũt quosdã,ut non solũ in
laudibus & uituperationibus eloquẽtia delecten/
tur,uerũ & ipsi laudabiliter appetãt,fugiãtq; uitu/
perabiliter uiuere. Sed nũquid omnes qui delectã
tur,mutãtur:sicut in grandi genere omnes qui fle
ctuntur,agũt,& in submisso genere omnes qui do
centur sciunt,aut credũt uerũ esse quod nescĩunt?
Vnde colligitur illa duo genera quod efficere
intẽdunt,hoc eis esse maxime necessarium,qui sa/
pienter & eloquẽter uolunt dicere. Illud uero qd C
agit genere tẽperato,id est ut eloquẽtia ipsa dele/
ctet,non est propter seipsum usurpandũ,sed ut re/
bus quæ utiliter honesteq; dicũtur,si nec docente
indigent eloquio nec monẽte,quia & scientes &
fauẽtes auditores habent,aliquãto promptius ex
ipsa delectatione elocutionis accedat uel tenacius
adhęreat assensus. Nam cum eloquẽtiæ sit uniuer
sale officiũ in quocũq; istorũ trium generũ,dicere
apte ad persuasionem,finis aũt id quod intẽderis
persuadere dicẽdo:in quocũq; istorũ trium gene/
rum dicit quidẽ eloquẽs apte ad persuasionẽ,sed
nisi persuadeat ad finem non peruenit eloquẽtiæ.
Persuadet aũt in submisso genere uera esse quæ di
cit. Persuadet in grandi,ut agãtur quæ agẽda iam
esse sciũtur,nec tamen agũtur. Persuadet in gene/
re temperato,pulchre ornateq; se dicere:quo fine D
nobis quid opus est? Appetãt eum qui lingua glo
riantur,& se in panegyricis talibusq; dictionibus
iactant,ubi nec docẽdus,nec ad aliquid agẽdum
mouẽdus,sed tantũmodo est delectãdus auditor.
Nos uero istum finem referamus ad alterũ finem,
ut scilicet quod efficere uolumus cum grãditer di
cimus,hoc etiã isto uelimus:id est,ut bona morũ
diligãtur,uel deuitẽtur mala:si ab hac actione nõ
sic alieni sunt homines,ut ad eam grãdi genere di
ctionis urgẽdi uideant:aut si iam id agũt,ut agant
studiosius,atq; in eo firmiter perseuerent. Ita fit ut
etiã tẽperati generis ornatu non iactanter sed pru/
denter utamur:non eius fine cõtenti,quo tantum
modo delectatur auditor,sed hoc potius agentes,

Stabilire firmare di genere quod officiũ. Cap. XXIIII.

ut etiã ipso ad bonũ,quod persuadere uolumus,
adiuuetur. Illa itaq; tria quæ suprà posuimus,eũ *Vt cum dudiẽ*
qui sapiẽter dicit,si etiam eloquẽter uult dicere,id *tium uolupta/*
agere debere ut intelligẽter,ut libẽter,ut obedien *te dicamus.*
ter audiatur,non sic accipiẽda sunt tanq; singula *Cap. XXVI*
illis tribus dicendi generibus ita tribuãtur,ut ad
submissum intelligẽter,ad temperatũ libenter,ad
grande pertineat obedienter audiri:sed sic potius
ut hæc tria semper intẽdat,& quantũ potest agat,
etiam cum in illorum singulo quoq; uersatur. No/
lumus enim fastidiri,etiã quod submisse dicimus,
ac per hoc uolumus non solũ intelligẽter,uerum
etiã libenter audiri. Quid aũt agimus diuinis testi
moniis docẽdo quod dicimus,nisi ut obedienter
audiamur,id est ut credatur eis,opitulãte illo cuí
dictũ est,Testimonia tua credibilia facta sunt ual/ *Psal. 92*
de? Quid etiam cupit nisi credi,qui aliquid licet
submisso eloquio discentibus narrat? Et quis eum
uelit audire,nisi auditorẽ nõnulla etiam suauitate
detineat? Nam si nõ intelligatur,quis nesciat nec
libenter eum posse,nec obedienter audiri? Plerũq;
aũt dictio ipsa submissa,dissoluit difficillimas quę
stiones,& inopinata manifestatione demonstrat:
dum sententias acutissimas de nescio quibus quasi
cauernis,unde non sperabatur,eruit & ostendit:
dum aduersarij conuincit errorẽ,& docet falsum
esse quod ab illo dici uidebatur inuictũ:maxime
quãdo adest ei quoddam decus non appetitũ,sed
quodãmodo naturale:& quãdo nonnulla non ia/
ctanticula,sed quasi necessaria,atq; (ut ita dicam)
ipsis rebus extorta numerositas clausularũ,tantas
acclamatiões excitat,ut uix intelligatur esse sub/ C
missa. Non enim quia neq; incedit ornata neq; ar/ *Metaphorã uenusta*
mata,sed tanq; nuda cõgreditur,ideo non aduer/
sariũ neruis lacertisq; collidit,& obsistentem sub/
ruit ac destruit mẽbris formatissimis falsitatẽ. Vn
de aũt crebro & multũ acclamatur ita dicẽtibus,
nisi quia ueritas sic demõstrata,sic defensa,sic inui
cta delectat? Et in hoc igitur genere submisso iste
noster doctor & dictor id agere debet,ut non solũ
intelligẽter,uerũetiam libẽter & obedienter audia/
tur. Illa quoq; eloquẽtia generis tẽperati apud elo
quentẽ ecclesiasticũ,nec inornata relinqtur,nec
indecẽter ornatur:nec solum hoc appetit ut dele/
ctet,quod solum apud alios profitetur:uerumetiã
in ijs quæ laudat siue uituperat,istis appetẽdis uel
firmius tenendis,illis aũt uitandis uel respuendis,
uult utiq; obedienter audiri. Si autem non auditur
intelligenter,nec libẽter potest. Proinde illa tria,
ut intelligant qui audiunt,ut delectentur,ut obe/
diant,etiam in hoc genere agẽdum est,ubi tenet
delectatio principatũ. Iam uero ubi mouere & fle
ctere grandi genere opus est auditorẽ,quod tunc
est opus,quando & ueraciter dici & suauiter con
fitetur,& tamen non uult facere quod dicitur,di/
cendum est proculdubio granditer. Sed quis mo/
uetur,si nescit quod dicitur? Aut quis tenetur ut
audiat,si non delectatur? Vnde & in isto genero,
ubi ad obedientiã cor durum dictionis grandita/
te flectendum est,nisi & intelligenter & libenter
qui dicit audiatur,non potest obedienter audiri.

Habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obediẽtius audiri cuius uita orationi respõdet. XXVII

Habet aũt ut obediẽter audiatur quãtacũq; gran
A ditate dictionis maius pondus uita dicẽtis. Nam
qui sapiẽter & eloquẽter dicit, uiuit aũt nequiter,
erudit quidem multos discẽdi studiosos, cuius ani
mæ suæ sit inutilis, sicut scriptũ est, Scribæ & Pha
Mat.23 risæi in cathedra Moysi sederũt, quæ dicũt facite,
quæ aũt faciunt, facere nolite, dicũt enim & non
Phil.1 faciũt. unde ait & Apostolus, Siue occasione, siue
ueritate Christus annunciẽ. Christus aũt ueritas
est, & tamẽ etiã non ueritate annũciari ueritas po
test, id est ut prauo & fallaci corde quę recta & ue
Phil.2 ra sunt prædicentur. Sic quippe annũciatur Iesus
Christus ab eis qui sua quærũt, nõ quæ Iesu Chri
sti. Sed quoniã boni fideles non quemlibet homi
num, sed ipsum deum obediẽter audiunt, qui ait,
Quæ dicũt, facite: quæ aũt faciunt, facere nolite:
dicunt enim, & non faciũt: ideo audiũtur utiliter,
B qui etiam utiliter nõ agunt. Sua enim quærere stu
dent, sed sua docere non audẽt: de loco scilicet su
periore sedis ecclesiasticæ, quẽ sana doctrina con
stituit. Propter quod ipse dñs, prius cũ de talibus
quod cõmemorauí diceret, præmisit, Cathedram
Moysi sederunt. Illa ergo cathedra, nõ eorum sed
Moysi, cogebat eos bona dicere, etiã non bona fa
cientes. Agebant ergo sua in uita sua: docere autẽ
sua, cathedra illos nõ permittebat aliena. Multis
itaq; prosunt dicẽdo quæ non faciũt: sed lõge plu
ribus prodessent faciẽdo quæ dicunt. Abundant
enim qui malæ uitæ suæ defensionem ex ipsis suis
præpositis & doctoribus quærunt, respondentes
corde suo, aut etiã si ad hoc erũpunt ore suo, atq;
dicẽtes, Quod mihi præcipis, cur ipse non facis?
C Ita fit ut eum non obediẽter audiãt, qui seipse non
audit, & dei uerbũ quod eis prædicatur, simul cũ
ipso prædicatore contẽnant. Denicq; Apostolus
2 Tim.4 scribens ad Timotheũ, cum dixisset, Nemo ado
lescentiã tuam contẽnat: subiecit unde non contẽ
neretur, atq; ait, Sed forma esto fidelium in sermo
ne, in cõuersatione, in dilectione, in fide, in castita
Sapiẽter dicere. XXVIII te. Talis doctor ut obediẽter audiatur non im
pudenter, non solũ submisse ac tẽperate, uerũetiã
granditer dicit, quia non contẽptibiliter uiuit. Sic
nãq; elegit bonã uitam, ut etiã bonam nõ negligat
famã, sed prouideat bona corã deo et hominibus,
quantũ potest illũ timẽdo, his consulendo. In ipso
etiã sermone malit rebus placere q̃ uerbis: nec exi
stimet dici melius, nisi quod dicit uerius: nec do
D ctor uerbis seruiat, sed uerba doctori. Hoc est em
1 Cor.1 quod Apostolus ait, Non in sapiẽtia uerbi, ne eua
cuetur crux Christi. Ad hoc enim ualet etiam qd̃
2 Tim.2 ait ad Timotheũ, Noli uerbis cõtendere: ad nihil
enim utile est, nisi ad subuersionẽ audientiũ. Neq;
enim hoc ideo dictũ est, ut aduersarijs oppugnãti
bus ueritatẽ, nihil nos pro ueritate dicam⁹. Et ubi
erit quod cum ostẽderet qualis esse episcopus de
Tit.1 beat, ait inter cætera, Vt potens sit in doctrina sa
na, & cõtradicẽtes possit redarguere. Verbis em
contẽdere est non curare quõ error ueritate uinca
tur, sed quõ tua dictio dictioni præferatur alterius.
Porrò qui non uerbis cõtendit, siue submisse, siue
tẽperate, siue granditer dicat, id agit uerbis ut ue
ritas pateat, ueritas placeat, ueritas moueat: quo
niam nec ipsa quæ præcepti finis, & plenitudo le
gis est charitas, ullo modo recta esse põt, si ea quæ
dicũtur non uera sed falsa sunt. Sicut autem cuius
pulchrũ corpus et deformis est animus, magis do
lendus est, cũ si deforme haberet & corpus: ita qui
eloquẽter ea quæ falsa sunt dicunt, magis miseran
di sunt, cũ si talia deformiter dicerent. Quid est er
go non solum eloquẽter uerũetiam sapienter dice
re, nisi uerba in submisso genere sufficiẽtia, in tem
perato splendentia, in grandi uehemẽtia, ueris ta
men rebus quas audire oporteat adhiberer? Sed q
utrũq; non potest, dicat sapienter quod non dicit
eloquẽter, potius cũ dicat eloquẽter, quod non di
cit sapiẽter. Si aũt ne hoc quidẽ potest, ita cõuer
setur ut non solũ præmiũ sibi cõparet, sed etiã præ
beat alijs exemplũ, & sit ei quasi copia dicendi for
ma uiuendi. Sunt sanè quidã qui bene pronuncia
re possunt, quid aũt pronuncient, excogitare non
possunt. Quòd si ab alijs sumant eloquẽter sapien
terq; conscriptũ, memoriæq; commẽdent, atq; ad
populum proferãt, si eam personã gerunt, non im
probe faciunt. Sic enim, quod profecto utile est,
multi prædicatores ueritatis fiunt, nec multi ma
gistri, si unius ueri magistri id ipsum dicãt omnes,
& nõ sint in eis schismata. Nec deterrẽdi sunt isti
uoce Hieremiæ prophetæ, per quem deus arguit
eos qui furãtur uerba eius, unusquisq; à proximo
suo. Qui enim furãtur, alienũ auferũt: uerbum aũt
dei non est ab eis alienum, qui obtemperant ei: po
tiusq; ille dicit aliena, qui cũ dicat bene, uiuit ma
le. Quæcunq; enim bona dicit, eius excogitari ui
dentur ingenio, sed ab eius moribus aliena sunt.
Eos itaq; dixit deus furari uerba sua, qui boni uo
lunt uideri, loquẽdo quæ dei sunt, cum mali sint fa
ciẽdo quæ sua sunt. Nec sanè ipsi dicũt bona, quæ
dicunt, si diligẽter attẽdas. Quomodo enim dicũt
uerbis, quod negãt factis: Non enim frustra de ta
libus ait Apostolus, Confitẽtur se nosse deum, fa
ctis aũt negant. Modo ergo quodam ipsi dicũt, &
rursus alio modo ipsi non dicũt, quoniã utrũq; ue
rum est quod ait ueritas. De talibus enim loquẽs,
Quæ dicũt, inquit, facite: quæ aũt faciunt, facere
nolite: hoc est, quod ex ore illorum auditis, facite:
quod in opere uidetis, facere nolite: dicunt enim,
inquit, & non faciunt. Ergo q̃uis non faciant, di
cunt tamen. Sed alio loco tales arguens, Hypocri
tę, inquit, quõ potestis bona loqui, cum sitis mali?
Ac per hoc & ea quæ dicũt, quãdo bona dicunt,
non ipsi dicũt, uoluntate scilicet atq; opere negãdo
quod dicunt. Vnde cõtingit, ut homo disertus &
malus sermonẽ quo ueritas prædicetur, dicẽdum
ab alio non diserto sed bono ipse cõponat. Quod
cum fit, ipse à seipso tradit alienũ, ille ab alieno ac
cipit suũ. Cum uero boni fideles bonis fidelibus
hanc operã commodãt, utriq; sua dicunt: quia &
deus ipsorũ est, cuius sunt illa quæ dicũt: & ea sua
faciũt, quæ non ipsi cõponere potuerũt, qui secun
dum illa cõposite uiuunt. Siue aũt apud populũ
uel apud quoslibet iamiamq; dicturus aliq̃s, siue
qd̃ apud populũ dicendũ, uel ab eis qui uoluerint
aut

aut potuerint legendũ est dicturus, oret ut deus
A sermonẽ bonum det in os eius. Si enim regina ora
uit Hester, pro suæ gẽtis tẽporaria salute locutura
apud regẽ, ut in os eius deus cõgruum sermonem
daret: quãto magis orare debet, ut tale munus ac
cipiat, qui pro æterna hominũ salute in uerbo &
doctrina laborat: Illi uero qui ea dicturi sunt quæ
ab alijs acceperũt, & anteq; accipiãt orent pro eis
à quibus accipiunt, ut eis detur quod per eos acci
pere uolunt: & cũ acceperint, orent ut bene & ipsi
proferant, & illi ad quos proferunt sumant: & de
prospero exitu dictionis eidẽ gratias agant, à quo
id se accepisse nõ dubitant, ut qui gloriatur, in illo
glorietur, in cuius manu sunt & nos & sermones
nostri. Longior euasit liber hic q̃ uolebam, tq̃q; putaueram. Sed legenti uel audiẽti, cui gratus est, longus non est: cui aũt longus est, per partes eum legat, qui habere uult cognitum. Quem uero eius cognitionis piget, de longitudine non queratur. Ego tamen deo nostro gratias ago, q̃ in his quatuor libris non qualis ego essem, cui multa desunt: sed qualis esse debeat, qui in doctrina sana, id est Christiana, non solum sibi, sed alijs etiam labora
re studet, quãtulacũq; potui facultate disserui.

Excusat prolixitatem libri. Cap. XXXI

D. AVRELII AVGVSTINI
LOCVTIONIS DE GENESI LIBER I

OCVTIONES scripturarũ, quæ uidentur secundũ proprietates, quæ idiomata Græce uocant, linguæ Hebraicæ uel Græcæ. Et diuidẽt inter medium diei, et inter mediũ noctis. Vo
Gen.1 latilia uolãtia super terrã secundum firmamentũ cœli: quæritur quõ accipiẽdum sit secundũ firmamentũ cœli. Sic etiã, Faciamus hominẽ secundũ imaginẽ & secũdũ similitudinẽ: quod multi Latini codices habent, ad imaginẽ &
Gen.2 similitudinẽ. Implete terrã & dominamini eius: Latina eñ locutio est, dominamini ei. Et homo nõ erat operari terrã: quod Latini codices habẽt, qui operaretur terrã. Plãtauit deus paradisum se cundũ Orientẽ: quod Latini habẽt, ad Orientem.

Quod habent multi Latini codices, Et lignum sciendi bonũ & malum, uel lignum scientiæ boni & mali, uel lignum sciendi boni & mali: & si quæ sunt aliæ uarietates de hac re interpretũ, Græcus habet, & lignũ ad sciendum cognoscibile boni & mali: quod nescio utrum locutionis sit, & non magis certũ sensum aliquẽ insinuet. Qd̃ habent Latini codices, Ex omni ligno quod est in paradiso, escæ edes: non in paradiso escæ, distinguẽdum est, sed escæ edes: nam esca edes dici admittit Latina locutio, quæ pro datiuo casu Græco, ablatiuũ uel quem appellãt septimũ, in huiusmodi locutionibus solet ponere: aut certe ordo uerborũ est, Ex
Gen.3 omni ligno escę. Serpens erat prudẽtissimus omnium bestiarũ: quod multi Latini habent, in Græco scriptũ est φρονιμώτατος. Quod scriptũ est de Adam & Eua, Aperti sunt oculi eorũ: cum absurde credaẽ eos in paradiso cæcos, uel oculis clausis
Gen.21 prius oberrasse, locutionis est, qua etiam de Agar scriptũ est, Aperuit oculos suos, & uidit puteum:
Luc.24 neq; enim clausis prius oculis sedebat. Et q̃ in fractione panis aperti sunt oculi eorũ, qui cognouerunt dñm post resurrectionẽ: neq; enim per uiam cum illo clausis oculis ambulabant. Et quod habent multi codices, Inimicitiã ponã inter te & mulierẽ: Græci habẽt, in medio tui & in medio mulieris: quod locutionis genus est: nam tãtundẽ ualet quantũ cum dicitur, inter te & mulierẽ: hoc & in eo quod sequit, in medio seminis tui, & in medio seminis eius. Quod habent multi codices, Quia audisti uocẽ mulieris tuę, & edisti de ligno de quo pręceperã tibi de eo solo non edere: Græci habẽt, edisti de ligno de quo præceperã tibi, eo solo non edere ex eo: alij aũt interpretes Græci habẽt, manducasti, uel edisti: ut ita sit sensus secundum ipsos, quia audisti uocẽ mulieris tuæ, & edisti de ligno de quo præceperã tibi eo solo nõ edere, ex eo edisti. Et appositum parere fratrẽ eius Abel: locutio
Gen.4 est frequens in scripturis, appositum dicere. Et factum est dum essent in cãpo insurrexit Cain super Abel & occidit eum: locutio est frequẽs: nam etsi nõ haberet, & factũ est, posset integer sensus esse, & cum essent in campo. Quod scriptũ est in qui
Gen.6 busdã Latinis codicib. Et pœnituit & dixit deus, deleã hominẽ quẽ feci à facie terræ: in Græco inuenitur μετανόησε, quod magis recogitauit q̃ pœnituit, significare perhibeẽ, quod uerbũ etiã nõnulli Latini codices habẽt. Qd̃ habẽt Latini codices plurimi, Nidos facies in arcã: cũ latina locutio sit nõ in arcã, sed in arca: Græci nec in arcã, nec in arca habẽt, sed nidos facies arcã: qd̃ intelligi, ut ipsa arca nidi essent. Qd̃ habẽt pleriq; codices, Facies ostiũ arcę à latere: nõnulli habẽt, ex trãsuerso. sic eñ uoluerũt interpretari qd̃ græce dicit, ἐκ πλαγίων. Qd̃ scriptũ est, Adhuc enim septẽ dies et ego
Gen.7 inducã diluuiũ aquę super terrã: qd̃ nõnulli latini codices habẽt: in Græco inuenit, ego inducã pluuiam super terrã: Græca locutio genitiuũ habet, non accusatiuũ, ut si hoc in Latinũ exprimamus, ita dicatur, Adhuc enim septẽ diebus inducã pluuiam super terrã. Quod scriptũ est, Et fecit Noe
1 Reg. cap.4 omnia quæcũq; præcepit illi dñs, sic fecit: locutio est similis ei quod in cõditione creaturæ posteaq̃ dicitur, Et sic est factum: additur, & fecit deus.

Quod scriptũ est, Delebo omnem suscitationẽ: non creationẽ dictam notandũ est: ἀνάστασις enim Græce scriptum est, quod nomen resurrectionis assidue ponitur in scripturis Græcis, cum posset ἀναστασις dici: ut suscitatio sit ἀνάστασις, resurrectio ἀναστασις. Quo uerbo & Apostolus usus
Gen.8
est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Phil.3 est,Si quo modo occurramus in resurrectionem mortuorũ.Ibi enim Græce nõ ἀνάστασιν,sed ἐξανάστασιν habet. Quod scriptũ est,Et omnes bestiæ secundũ genus,& omnia pecora secundũ genus, & omne repens quod mouet super terrã secundũ genus,& omne uolatile secundũ genus intrarunt ad Noe in arcã,bina ab omni carne in quo est spiritus uitæ:nõ refert in quo,nisi genus subaudias, id est In quo,genere:nã si in carne subaudiremus, in qua,fuerat dicendũ:quod solus interpres Symmachus dixit. Quod iterũ scriptũ est,Et deleta est omnis suscitatio:notãdum locutionis esse,pro eo ac si diceret,cõditionem uel creaturam carnis.

Cum dixisset,Et deleta est omnis suscitatio quæ erat super faciẽ omnis terræ ab homine usq; ad pecudum & repentiũ & uolatiliũ cœli:deinde addidit,Et deleta sunt de terra:locutionẽ illam esse repetitionis,qua familiariter utitur scriptura,notan-
Gen.8 dum est. Quod scriptũ est,Dimisit coruũ uidere B si cessauit aqua,& exiens reuersus non est donec siccauit aqua à terra:locutio est usitata in scripturis,quæ iam nũc incipiat aduerti:nõ enim postea reuersus est,quia dictum est,non reuersum donec siccaret aqua. Quod scriptũ est,Et extẽdit manũ suã & accepit eam,et induxit eam ad semetipsum in arcã:locutio est,quã propterea Hebream puto, quia & Punicæ linguæ familiarissima est,in qua multa inuenimus Hebræis uerbis cõsonãtia:nam utiq; sufficeret,Et extẽdit manũ:etsi non adderet, suam. Tale est etiam quod paulopost dicit,Habebat oliuæ folia,surculum in ore suo. Et non apposuit reuerti ad eum amplius:locutio est familia C rissima scripturis. Quod scriptũ est,Et non adiiciam adhuc maledicere super terram:similis est superiori,Et non appposuit reuerti ad eum. Et non
†carnẽ uiuam adiiciam percutere† omnem terram:ipsa locutio est. Etenim sanguinẽ uestrum animarũ uestrarum:cum sufficeret aut sanguinẽ uestrum,aut san-
Gen.10 guinẽ animarũ uestrarum. Hoc signũ testamenti quod ego ponã inter mediũ meũ & uestrũ,quod est inter me & uos. Hic erat gigas uenator cõtra dñm deum:incertũ est utrũ possit accipi,corã dño deo:quia & sic solet intelligi quod Græce dicitur ἐναντίον. Vnde exiit inde Philistĩm:cum sufficeret,unde exiit Philistĩm. Et erat omnis terra labium unũ:quod usitate nos dicimus,lingua una.
Gen.11 Et erat omnis terra labiũ unũ:notandũ,omnem D terram,appellatã omnes homines qui tunc erant, cũius nondũ in omni terra. Et facti sunt illis lateres pro lapide:Græcus habet,Et facti sunt illis lateres in lapidẽ:quod si Latine diceret,locutio minus intelligeretur. Venite ædificemus nobis ciuitatẽ & turrim,cuius caput erit usq; ad cœlum:secũdum hyperbolen dictũ est,si locutionis genus hic accipiẽdum est:si aũt,usq; ad cœlum,proprie dictum accipitur,inter quæstiones consideretur.

Quod quidam Latini codices habẽt,Sem filius Noe erat annorũ centum cum genuit Arphaxat: Græci habent,Sem filius centum annorũ cum genuit Arphaxat:ubi eclipsis est,qa deest,erat.Sed quod non habẽt,Filius Noe,sed filius tantũ,noua locutio est. Et erat Sara sterilis,& nõ generabat: cũ posset sufficere,& erat Sara sterilis. Erit ergo Gen.12 cum te uiderint Aegyptij,dicent, quia uxor illius hæc:genere locutionis adiunctũ est,quia:nã sufficere potuit,uxor illius hæc. Quod ait scriptura, Factũ est aũt statim ut intrauit Abraam in Aegyptum:sufficeret,statim aũt ut intrauit Abraam in Aegyptum. Quid hoc feci'sti mihi,quia non annũciasti mihi,quia uxor tua est:cũ sufficeret,non annũciasti.Et ipsum,annũciasti,more scripturarũ dictum est:nam Latini habẽt pleriq;,non dixisti.

Ascendit aũt Abraam de Aegypto,ipse & uxor eius & omnia eius,& Loth cum eo in desertũ:subauditur,ascẽderunt.Nec tũ proprie dicitur ascendisse cum eo quod habebat examine,sicut aurum & argentũ & omnis supellex:ac per hoc intelligitur hic locutio,quæ uocatur Græce zeugmatica eclipsis. Et facta est rixa inter mediũ pastorũ pecorũ Abraam & pecorũ Loth:unde Latini codices pene omnes nõ transtulerũt istam locutionẽ, Gen.14 sed ita loquũtur ut consuetudo nostra habet,& nobis deinceps eam notare nõ placuit:ipsa est enim per omnia in Græca scriptura,ubi tale aliquid dicitur. Quoniã homines fratres nos sumus, Abram dixit ad Loth:unde intelligitur morẽ esse scripturæ ita loqui,ut fratres appellẽtur unius cognationis,etiã si gradu sanguinis differãt,ut alter sit in superiore,alter in inferiore,sicut hoc loco:nã patruus erat Abraam. Factũ est aũt in regno Amraphel regis Sennar:secundũ nostræ locutionis cõsuetudinẽ sic incipere sufficeret,in regno aũt Amraphel:ergo quod ait scriptura,factũ est aũt,more C suo locuta est. Quartodecimo aũt anno Chodollogomor & reges qui cum eo:subauditur,erant: unde à quibusdã Latinis etiã additũ est. Et Chodreos qui in mõtibus Seir:subauditur,erant. Adueniens aũt eorũ qui euaserũt quidã nũciauit Abraam transfluuiali,ipse aũt habitabat ad quercum Mambre,Emor fratris Eschol,& fratris Aunam, qui erant cõiurati Abraam:obscurũ hyperbaton: ordo est enim,aduenies quidã eorũ qui euaserunt Emor fratris Eschol & fratris Aunã,qui erãt coniurati,nũciauit Abraam transfluuiali,ipse aũt habitabat ad quercũ.Hoc hyperbaton obscurius fit etiã per eclipsin:cũ enim dictũ esset,quidã Emor fratris Aunam:nõ dictũ est,quid fratris,sed intelligitur,filius:sicut cum dicitur, Iacobus Alphei: cũius non dicatur filius,nihil aliud intelligitur:& multæ sunt tales locutiones scripturarũ,ubi filius tacetur & intelligitur. Quod habẽt quidã Latini codices,Et dixit Abraam ad regem Sodomorũ, extendã manũ meam ad deũ altissimũ qui creauit cœlum & terram,si à sparto usq; ad corrigiam calciamẽti:fefellit interpretem,quod Græcus habet σπάρτον, quod Latine filum intelligitur,ut ista scripturarũ locutio sit. Extendã manũ meã ad deum altissimũ,qui creauit cœlum & terrã,si accipiã de omnibus tuis:si enim pro eo dixit,extendam manum meã ad deum altissimũ:ac si diceret,iuro,nõ est in Latino usitata locutio:nisi ita dicatur,extendo manũ meam ad deũ altissimũ me non accipere de

de omnibus tuis. Sciendo scies quia peregrinũ erit semen tuũ in terra:locutio quidẽ scripturarũ A est usitatissima:sed Græci habent,sciens scies ꝙ pene tantundẽ est. Et dedit eam Abraã uiro suo ipsi uxorẽ:plus habet,ipsi. Cum aũt uidit se conceptũ habere,spreta sum corã illa:Græci habent hoc loco participium,quod Latina lingua non habet,hoc est ἰδοῦσα: sed tanꝯ si diceretur, Videns aũt se conceptũ habere,spreta sum corã illa:quasi solœcismus sonat.sic etiã per illud participiũ qđ dictũ est, ἰδοῦσα ἐωρακυῖα, pro quo nos dicimus,uidens. Quod Latini,Augeã te nimis ualde:Græ-
Gen.17 ci habẽt,ualde ualde. Et dabo tibi & semini tuo post te terrã in qua habitas,omnẽ terrã Chanaã in possessionẽ æternã:uidendũ utrũ locutio sit quod dicit,æternã,Græci habent ἀιώνιον. Et quod ait, Et semini tuo post te:ibi eũ uoluit intelligi quod B dixerat,tibi. Tu aũt testamentũ meum cõseruabis & semen tuũ post te in progenies suas:conseruabis,pro cõserua:promissiuum pro imperatiuo modo posuit. Et puer octo dierum circũcidetur, omne masculinũ:pro omnis masculus,quasi posset circũcidi nisi masculus. Et procidit Abraam in faciẽ & dixit in animo suo dicens,si mihi centũ annos habẽti nascetur,& si Sara annorũ nonaginta pariet?Admirãtis esse istam locutionẽ,non dubitantis dubitandũ non est. Abraam aũt erat an-
norũ nonagintanouẽ cum circũcisus est carnem
Gen.18 præputij sui:non dixit carne,aut in carne. Et in boues accurrit Abraam:nõ dixit,ad boues. Abraam aũt & Sara seniores progressi in diebus:qđ Græci habẽt,progressi dierũ. Dixit aũt dñs,cla- C mor Sodomorũ & Gomorræ impletus est,& delicta eorũ magna ualde:clamorẽ scriptura solet ponere pro tanta impudẽtia & libertate iniquitatis, ut nec uerecũdia,nec timore abscondatur. Et dixit,quia non perdam si inuenero ibi quadraginta quinq;:superfluũ uidetur,quia,& ideo in codicibus nonnullis Latinis non legitur. Nunquid dñe si loquar:subaudit,irascaris,aut aliquid huiusmodi. Cum euerterit dñs ciuitates in quibus habi-
Gen.22 tant in eis. In omni loco ubi intrauerimus ibi. Et aperuit deus oculos eius,& uidit puteũ aquæ uiuæ:locutio est,nõ enim clausis oculis erat:unde iam in principio libri locuti sumus,ubi scriptum est,Et aperti sunt oculi eorũ. Et terra in qua inhabitasti in ea. Et disposuerunt ambo testamentũ, D uel testati sunt ambo:amat scriptura testamẽti nomine pactũ appellare. Accipe filiũ tuũ dilectũ: illa locutione dictum est,accipe,qua etiã ad Agar de filio eius. Et respiciens Abraam oculis:cum sufficeret,respicies. Per memetipsum iurauí,nisi benedicens benedicã te:ac si diceret,per memetipsum iurauí ꝙ benedicens benedicã te:aut nullo uerbo addito simpliciter per memetipsum iurauí, benedicẽs benedicã te,& multiplicãs multiplicabo semen tuũ:cum sufficere posset,multiplicabo.

Et nunciatũ est Abraæ dicẽtes:cum cõsuetudo loquẽdi habeat,nũciauerunt Abraæ dicentes:aut
Gen.23 nunciatũ est à dicentibus. Et surrexit Abraam à mortuo suo:non dixit,à mortua sua. Et iterũ de

eadem,Et sepeliã,inquit,mortuũ meũ:quod non A neutro quasi corpus mortuũ,sed in masculino genere dictũ Græca scriptura demõstrat. Et adiura Gen.24
bo te per dñm deum cœli & terræ:Græci non habent,per,sed iuro te dñm deũ cœli. Cum quibus ego habito in eis. Nequãdo noluerit mulier ire mecũ:mulierem fœminã appellare,propriũ est illius linguæ. In terrã de qua existi inde. Attẽde tibi ne reuoces filium meum illuc:his uerbis solet cõminatio declarari. Et posuit puer manũ sub femore Abraç,& iurauit ei de uerbo hoc:ergo locutio est qua dixerat Abraã adiuro te,ac si dixisset, iura mihi:non aũt solemus sic loqui,sed obseruandum est utrũ sint in scripturis aliæ similes locutiones:nam quod dixit Abraã,si noluerit mulier uenire tecũ,purus eris à iuramẽto hoc:manifestauit ita se dixisse,adiuro te,tãquam diceret,iura mihi.

Quod scriptum est de Rebecca,Virgo aũt erat speciosa ualde,uirgo erat,uir non cognouerat eã, ista repetitio cõmendationẽ uirginitatis insinuat. Sed cur additũ sit,uir nõ cognouerat eam,nisi locutionis sit:mirũ si possit accipi ita ut uirgo nomẽ sit ætatis,non integritatis.Græci aũt non habẽt, cognouerat,sed cognouit:quod uidetur inconsequens. Adorauit dño:quod nobis usitatũ est dicere,adorauit dñm. Quoniã non dereliquit iustiam & ueritatẽ à dño meo:id est iustitiã & ueritatem quæ est à dño meo,ac si diceret,quã fecit dñs meus. Et currens puella nunciauit in domũ matris suæ:quasi non esset ipsa & patris domus. Et aquã lauare pedibus ipsius & pedibus uirorũ qui C cum eo erãt. Dñs cui placui ante ipsum,ipse mittet angelũ suum tecũ:quasi non sufficeret,cui placui:an poterat ei placere nisi ante ipsum? Si tu prosperas uiã meã,qua ego nunc ingredior in eã.

Cũ uerba sua narraret seruus Abraæ,quæ dixit accessurus ad fontẽ,ita narrauit, Et erit uirgo cui ego dixero,da mihi bibere pusillũ aquę de hydria tua:& dicet mihi,Et tu bibe & camelis tuis hauriam:hæc mulier est quã parauit dñs famulo suo Isaac.Quibus uerbis satis euidẽter expressum est etiã mulieres appellatas locutione Hebraica quæ uirgines essent. Et benedixi dñm deum dñi mei Abraam:honorifice etiæ locutio est,& familiarissima scripturis,sicut deus Heliæ. Renũciate mihi ut redeam dexterã aut sinistrã:per dexterã scilicet prosperitatẽ, per sinistrã aduersitatẽ significauit, id est dexterã si cõcesserint,sinistrã si non cõcesserint:nam utiq; ea uia reditur? fuerat qua uenerat, quam locutionẽ scripturarũ etiã cætera earũ loca indicabũt:quia dextera nominat in omnibus bonis,sinistra in malis:siue felicitas & infelicitas,siue iustitia & iniustitia:& aliqñ dextera in æter-
nis,sinistra in tẽporalibus. Hæc sunt nomina fi- Gen.25
liorum Israel secundũ nomina generatiões eorũ: tanꝯ dixisset,secundũ quę nomina generationes eorũ appellatæ sunt. Accepit Rebeccã filiam Bathuel Syri de Mesopotamia sororem Laban Syri sibi in uxorẽ:cum posset dici tãtummodo,uxorẽ, aut sibi uxorẽ. Et ei erant gemini in utero eius: cum posset non addi quod dictũ est,eius. Creue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt aũt iuuenes: est talis locutio & apud autores seculares, sicuti est, Et scuta latẽtia condunt: id est condendo latẽtia faciunt. Sic & hic, Creuerũt iuuenes: cum infantes essent, intelligitur crescendo
Gen.26 facti sunt iuuenes. Iacob ad Esau, Vẽde mihi hodie primogenita tua mihi: sic enim habẽt codices Græci. Videntes uidimus quia est dñs tecum, et disponemus tecũ testamentũ: amãt scripturæ pacto ponere testamentũ, id est διαθηκην, quod Latini habent, Et disponemus tecũ testamentũ ne facias nobiscũ malum: tanq̃ diceretur, ut paciscaris
Gen.27 nõ facere nobiscũ malum. Et uocauit filiũ suum seniorẽ Esau, & dixit: hoc loco senioris nomẽ nõ significat ætatẽ grauem, sed ex cõparatione maiorem. Nunc ergo sume uas tuũ, pharetramq̃ & arcum: non dixit uasa, sed uas: quod aũt intelligi uoluit, non apparet, nisi forte locutio est, ut per uas pharetrã uoluerit intelligi, & exponendo quid dixerit uas, adiũxit pharetramq̃ & arcũ: tanq̃ dixerit, sume uas tuum & pharetrã: ueluti si diceret, sume uas tuum, id est pharetram: deinde aliud, & arcum, quod non ad illud uas ptineret quod est pharetra: aut certe pharetram & arcum uas uoluit appellare, singularẽ ponens numerũ pro plurali, tanq̃ si diceret, accipe uestẽ tuam: quo nomine intelligeremus plures uestes, sicuti intelligimus militẽ pro militibus, & multa sunt talia. Exi in campũ & uenare mihi uenationẽ. Et uade ad oues & sume mihi duos hædos teneros & bonos: nomine ouiũ utriusq̃ pecoris genus significauit, quod in eisdẽ pascuis simul erant. Et det tibi benedictionem patris tui Abraã: Isaac dicit filio suo de auo
Gen.28 eiº patre suo. Exĩst in Mesopotamiã Syrię: quasi Mesopotamia dicat nisi Syriæ, cuius hoc Septuaginta habere non perhibẽtur Syriæ, sed cum asterisco scriptũ est. Deus ad Iacob, Non derelinquã te donec faciã omnia quæ tecũ locutus sum: quasi dimissurus eum cum fecerit, non utiq̃, sed locutio est. Surrexit Iacob de somno suo & dixit, quia est dñs in loco hoc, ego aũt ignorabã: plenus sensus est etsi non habeat, quia. Est dñs in loco hoc: ac si diceret, est hic demõstratio dñi, non enim do
Gen.29 minus in loco est. Iacob interrogãs quod ait, Nostis Laban filiũ Nachor? cum esset filius Bathuel: intelligendũ est nobiliorẽ fuisse Nachor, & meritо dignitatis eius factum esse, ut de ipso interrogaret: filiũ aũt dici & aui & proaui ultra maioris ali- D
cuius eum qui ex illo propagatur, usitatissimæ locutionis est. Hinc est q̃ & Isaac patrem filij sui appellauit Abraam, sicut pauloante cõmemorauí.

Adhuc est dies multa, nondũ est hora cõgregandi pecora. Et dedit illi Laban ancillã suam ipsi
Gen.30 uxorẽ: plenũ esset etsi Ipsi, non adderetur. Si inueni gratiam ante te, auguratus essem, benedixit eĩ me deus in introitu tuo: non uideẽ consequẽs, quia hic dicendũ fuit, Si inuenissem gratiam ante te, auguratus essem, nunc aũt si inueni. ordo est, Si inueni gratiam ante te, permitte me augurari: ita enim dixit, auguratus essem, tanq̃ diceret, ò si auguratus essem, id est ad bonũ auguriũ te in domo mea haberẽ. Exaudiet me iustitia mea in die cra- A
stino: id est, exaudiri me faciet. Et uidit Iacob faciem Laban, & ecce non erat ad eum sicut hesterna & nudiustertiana die: familiarissima in scriptu
ris locutio: hesterna & nudiustertiana die, pro tẽpore prẽterito posuit. Et uidi oculis meis in somno: cum clausi sint in somno oculi corporis. Ego sum deus, qui apparui tibi in loco dei: locutio est: an deus in loco dei sic accipiendum est, quõ pluit dñs à dño, filius à patre? Respõdens aũt Iacob dixit ad Labã, dixi enim ne forte auferas filias tuas à me & omnia mea. Intrauit aũt Laban & scrutatus est in domo Liæ: aduertendũ est quomodo dicatur domus uxoris cum in itinere cõprehẽsi sint à Laban: nisi forte cõsuetudo scripturarũ dicit domum pro cubiculo uel tentorio, quomodo etiam ancillarũ domos dicit. Iacob dicit ad Labã, quia scrutatus es omnia uasa domus meæ: nũc unã domum dicit, cuius mẽbra erant domus uxorũ eius
B & concubinarũ: ut intelligatur domus appellatas cum essent cubicula aut tentoria, quos etiam papiliones uocant. Nisi deus patris mei Abraã & timor Isaac adfuisset mihi: patrẽ suũ appellat auum
Gen.31 suum, sicut ei dixerat Isaac pater eius. Misit aũt Iacob nũcios ante se ad Esau fratrẽ suum in terra Seir in regionẽ Edom & mãdauit illis dicẽs, sic dicetis dño meo Esau, sic dicit puer tuus Iacob, cum Laban habitaui & demoratus sum usq̃ modo, & facti sunt mihi boues & asini & oues & pueri & puellæ, & misi nunciare dño meo Esau: non dixit, misi nũciare tibi. Si interrogauerit te Esau dicẽs, cuius es? & quò uadis? & cuiº hæc quæ antecedũt te? & dices, pueri tui Iacob: plenũ esset & integrũ
C etiam si Et, non haberet. Munera misit dño meo Esau, & ecce ipse post nos: dicendũ aũt fuerat usitata locutione, munera misit domino meo tibi, aut domino suo tibi. Surrexit aũt eadẽ nocte, & accepit uxores duas & duas ancillas: hic distinguit ab uxoribus, quas prius uxores scriptura dixerat.

Et accepit duas uxores & duas ancillas: notãdũ est quẽadmodũ dicatur cõsuetudine scripturarũ, accepit: non enim tunc eas duxit, aut tũc à socero Gen.33
accepit. Quod habẽt Latini codices, Et oues & boues fœtantur: Græci habent, fœtanẽ super me: quod ea significatione dictum est, ut intelligatur, super solicitudinẽ uel curã meam: quõ solemus loqui cum dicimus, super caput nostrũ esse aliquid Gen.34
cuius maximã curã gerimus. Et filij Iacob uenerunt de campo, & cum audissent cõpuncti sunt uiri, & triste erat illis ualde quod turpe fecerat in Israel, quod dormisset cũ filia Iacob, & non sic erit: difficile talis locutio reperitur in scripturis, nõ inducta persona loquentiũ, scriptorẽ uerba eorũ interposuisse: non enim ait, & dixerunt: sed hoc tacito uerba dixit eorũ: nam qui aliꝫ dicere potuerũt, & non sic erit: nisi qui grauiter indignati uindictã moliebant. Notandũ q̃ Emor loquens de Dina ad Iacob & filios eius, filiã dicit uestrã, non dicit filiam tuã sororẽ istorũ. In hac similes erimus uobis & habitabimus in uobis: id est, inter uos. Appositus enim erat filiæ Iacob: id est, amabat eam.
Et filiũ eius Sichem interfecerunt in ore gladij: ac si

ac si diceret, gladio. Quæ abstulerunt filij Iacob A
de ciuitate Sichimorũ Salem cum eam expugnassent, sic enumerãtur: oues eorũ, & boues eorũ, & asinos eorũ quæcũq̃ erant in ciuitate, & quæcũq̃ erant in campo tulerũt, & omnia corpora eorũ captiuauerũt, & diripuerũt quæcũq̃ erant in ciuitate, & quæcũq̃ erant in domibus. Inter hęc omnia non satis intelligitur quid dixit, & corpora eorũ: neq̃ enim suspicandũ est, q̃ corpora abstulerunt peremptorũ, sed rerũ intelligẽda sunt, quæ corporaliter possidẽtur: ut eorũ sit executio quod sequitur, & supellectilẽ & cætera, sicut in iure dicitur, traditio corporũ: quanq̃ Græci σωμάτια seruos appellãt usitatissima locutione, sed quia non σωμάτια, sed σώματα hic dictum est, non est remere con
Gen.36 firmandũ, seruos significatos: fieri tamẽ potest, ut
B hoc magis sit. Cum gentẽ Edom, id est Idumęo tum, cõmemoraret scriptura, & qui in ea regnassent: posthea dicit, Hæc nomina principũ Esau secundũ loca eorũ in regionibus eorũ & in gẽtibus eorũ: gentes appellans unius gentis, propter familiarum multiplicatas generationes, cum etiã ipse
Gen.37 Edom uocaretur: unde & gens quam propagauit cognominata est, cuius utiq̃ pater fuit. Cum audisset aũt Ruben, liberauit eum de manibus eorũ & dixit, non feriamus eum in anima. Non ergo liberauit eum, & inde hoc dixit: sed hoc dicẽdo eũ liberauit. Prius ergo dixit, liberauit eũ, & deinde breui recapitulatione quõ eũ liberauerit, insinuat.
Non feriamus eum in anima: hoc loco nomine animæ uitã corporis animati significat, per efficiẽ-
C tem id quod efficitur. Secũdũ hoc uideri potest
Iob 2 etiam ad diabolũ dictum esse de Iob, Animã eius ne tangas: id est, ne occidas eum. Nam secundum illam significationẽ qua natura animę cõmemora
Mat.10 tur, illud à dño dicitur, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam aũt non possunt occidere.
Quod Iudas dicit, Manus aũt nostræ non sint super eum, hoc est quod dici à nobis solet, manus ei non inferamus. Quoniã frater noster & caro nostra est: non aliud, sed bis hoc idem dictũ est. tanq̃ exponẽdo quid sit frater noster, id est caro nostra, q̃ ex eadem carne fuerãt procreati. Occiderunt
Psal.113 hædum caprarũ: sic solet loqui scriptura, quẽadmodum in Psalmo, Sicut agni ouium: quali possit esse aut hædus nisi caprarũ, aut agnus nisi ouium.
Gen.38 Et nunciatũ est nurui eius Thamar, dicẽtes. Di- D
cendum aũt fuit, Nunciauerũt dicentes. Et depositis uestimẽtis uiduitatis suæ à se: quid minus esset, si non adderetur à se? Et nõ apposuit amplius
Gen.39 scire eam: pro eo quod est, misceri ei. Et inuenit Ioseph gratiã in cõspectu dñi sui: hæc locutio nulli est ignota in scripturis. Et nesciebat quæ circa eum erãt: apud Græcos usitata est uulgo locutio, apud nos recta non est, sed nesciebat aliquid dicimus. Præter panẽ quem ipse edebat: per panem utiq̃ omnia intelligi uoluit ad uictũ eius pertinẽtia: unde pro quotidiano uictu, panis solus positus intelligitur in oratione dominica. Et misit uxor domini eius oculos suos in Ioseph: solet & apud nos uulgo esse usitata locutio, q̃ eo quod est, amauit eum. Et ait, dormi mecũ: & ista usitata est lo-
cutio, pro eo quod est concũbe mecum. Et dedit carceris custos, carcerẽ per manũ Ioseph: pro eo quod in manus Ioseph, per quod significat in potestate. Et dixerũt somnium uidimus, & non est qui interpretetur illud: cum somniũ suum unusquisq̃ uidisset, non dixerunt somnia uidimus, sed somniũ uidimus. Tres fundi, tres dies sunt: non dixit, tres dies significãt. Et multũ hæc locutio notanda est, ubi aliqua significãtia earũ rerũ quas significãt nomine appellanẽ: inde est quod ait Apostolus, Petra aũt erat Christus, non ait, petra significabat Christũ. Et dabis calicẽ Pharaoni in manu eius: cum plenũ esset, etiamsi non adderetur, in manu eius. Et auferet Pharao caput tuũ abs te: plenũ esset etiam si non haberet, abs te. Et mãducabũt aues cœli carnes tuas abs te: similis superiori locutioni. Et factum est post biennium dierum: quid minus esset si non haberet, dierũ? Surrexit aũt Pharao, & non erat somniũ: amant scripturæ sic loqui de somnijs, cũ fuerit euigilatũ, tanq̃ redditа homini ueritate uigilantiũ, tũc illud appareat somnium, quod cum uideretur, quasi ueritas fuit.

Peccatũ meum recordor hodie, Pharao iratus fuit pueris suis, & posuit nos in carcere: illi loquebatur tanq̃ de altero. Et uidimus somniũ ambo nocte una, ego & ille: quasi nõ sufficeret quod ambo, dixerat. Deinde & hic, uidimus somniũ, dicit: nõ, uidimus somnia: tanq̃ unum ambo uidissent.

Factum est aũt sicut cõparuit nobis, ita & contigit: factum est aũt, sic solet scriptura ponere: nam
C plenũ esset, sicut enim cõparuit nobis, ita & contigit. Quales nunq̃ uidi tales in tota terra Aegypti turpiores: dici aũt posset more nostro, quibus nunq̃ uidi turpiores, aut quales nunquã uidi, aut nunq̃ uidi tales. Exurgens aũt dormiui: exurgẽs ait, pro expergiscens. Quanta deus facit ostẽdit Pharaoni: cũ illi loqueretur, tanq̃ de altero dicit.

Et consumet fames terrã: pro, homines qui sunt in terra. Nunc ergo uide hominẽ prudentem & intelligentẽ, & cõstitue eum super terrã Aegypti, & faciat Pharao & constituat locorũ principes super terrã: quasi alius sit cui dixit, Prouide hominẽ prudentẽ: & alius de quo dixit, cõstituat Pharao.

Cõgregetur triticũ sub manu Pharaonis: id est, sub potestate. Tamen thronũ præcedã tui ego: sic se habẽt uerba in Græco quæ dixit Pharao ad
D Ioseph: sed præcedã tui, usitata est apud Græcos locutio, apud nos aũt dicitur præcedã te: illud uero, præcedam te thronũ, nec apud Græcos usitata perhibetur, sed præcedã te throno, id est honore sedis, quod intelligit præcedã te regno, hoc enim illi & posthea dicit. Ego Pharao, sine te nemo extollet manũ suam super omnẽ terrã Aegypti: tanq̃ diceret, ego sum rex, tu aũt princeps uel præpositus Aegypti. Pharao quippe nõ hominis nomẽ est, sed regiæ potestatis. Videns aũt Iacob quia Gen.42
est uenditio in Aegypto, dixit filijs suis, quare segnes estis? ecce audiui q̃ est uẽditio in Aegypto: notandũ quia id quod audisse se dicit, uidisse eum scriptura dixerat. Emite nobis pusillas escas ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiuamus,& non moriamur:unũ horũ sufficeret, aut ut uiuamus,aut ut non moriamur. Pacati sumus,nõ sunt pueri tui exploratores:quasi de alijs dixerint,non sunt pueri tui exploratores:cũ possent dicere,nõ sumus:honorificẽtiæ aũt more maxime ita loquebant. Duodecim sumus pueri tui fratres in terra Chanaan:cum posterius dicant,q unus eorũ non sit,ipsum scilicet Ioseph non esse
Gen.35 existimantes,id est periisse. Hac locutione dictum est etiã illud,Hi filij Iacob qui facti sunt ei in Mesopotamia:cũ ibi non fuerit natus Beniamin. Qd aũt dixerũt,sumus in terra Chanaan,cum eo tẽpore quo loquebãtur in Aegypto essent:sumus,dictũ est pro habitamus:inde enim uenerãt illico reditури,ibi cõmorantes. Hoc est quod dixi uobis,dicens q exploratores estis:quid deesset etiã si non adderet,dicẽs: Ipsi uero ita ducite emptionẽ tritici uestri:ducite,pro eo quod est ferte:quia enim ducũtur iumẽta in quibus fertur,etiã hoc duci dicum est. Nónne locutus sum uobis,dicens,ne noceatis puero & nõ exaudistis me:notandũ exauditionẽ non eam solam dici qua exaudit deus.

Ipsi aũt ignorabant quia audit Ioseph:audit,pro intelligit:nam uoces audit utiq; aure etiã qui non intelligit linguã. Repetitur illa locutio qñ narrãt patri suo quid eis acciderit in Aegypto,& qd dixerint ad Ioseph, Duodecim sumus fratres filij patris nostri,unus non est,pusillus aũt cum patre nostro hodie in terra Chanaan. Multa in his paucis uerbis genera locutionũ sunt,& illud quod paulo ante memorauí,duodecim sumus,cum ipsi dicãt, unus non est:& filij sumus patris nostri,quasi possent esse filij non patris sui. Pusillus aũt cum patre nostro hodie in terra Chanaã:nec dixerũt,est,aut aliquid huiusmodi. Deinde notãdũ est,quod maxime necessariũ uidetur propter euãgelistarũ narrationes,quõ cum ea quæ dicta sunt,dicta esse narrãtur,non omnino eodẽ modo repetũtur,cum tamen in diuersitate uerborũ nihil sentẽtiæ depereat ueritatis. Nam q dixerũt dictum sibi esse à Ioseph,& in terrã mercamini,non inuenitur ab illo dictum. Sine mẽdacio aũt dixerunt,quod ex uerbis quæ dixerat in eius uolũtate cognouerãt:neq; enim uerba sunt necessaria nisi ad exprimendã,& in audientiũ notitiã perferendã quantũ possumus uoluntatẽ. Et erat uniuscuiusq; alligatura argẽti in sacco eorũ:non dixit,in sacco eius,aut in saccis D eorũ,sed quasi unus saccus omniũ esset. Sup me facta sunt omnia hæc:id est,me miseria onerant.

Ait aũt illi Iudas,dicẽs. Potuit plenum esse etsi non haberet,dicẽs. Interrogãs interrogauit nos homo. Assidua est talis locutio in scripturis,interrogãs interrogauit nos homo,aut interrogãdo interrogauit:& siqua similia. Mecũ enim mãducabunt homines meridie panes. Nũquid panes tantum? Sed ab eo quod excellit & cætera est cõplexa locutio. Mecũ enim manducabunt homines meridie:quod dicit meridie,prandium significat quod fit medio die,hoc est em meridies. Vt accipias nos in seruos & asinos nostros:non utique subauditur seruos:nã quod Latini codices seruos habẽt,in Græcis ἄσιναι legitur,quod nullo modo asini possunt esse. Ergo asinos nostros tantummodo accipias subauditur. Aperuim⁹ saccos nostros,& hoc argentũ uniuscuiusq; in sacco suo:nõ addidit,inuentũ est,aut apparuit,aut erat,aut aliquid huiusmodi. Propitius uobis,nolite timere: in his uerbis quib⁹ dictũ est,propitius uobis,duo uerba sunt quæ subaudiũtur,& sit,& deus. Plenũ est enim,propiti⁹ sit uobis deus,quod omnino in Græco usitatissimũ est. Saluus est puer tuus,pater noster adhuc uiuit:hic expressius ostenditur pueri nomine seruũ solere significari:nõ enim in illo sene posset hoc esse nomẽ ætatis. Non potebant Aegyptij mãducare cũ Hebræis panes:abominatio est enim Aegyptijs. Illa locutio frequẽtatur,ut in panibus omnes escæ intelligantur. Ma
B gnificata facta est aũt pars Bẽiamin præ partibus omniũ quintupliciter ad illorũ:iam quia dictum erat præ partibus omniũ,potuit nõ dici ad illorũ.

Inueniens aũt eos dixit,secundũ uerba hæc:potuit dicere,dixit eis uerba hæc. An forte nõ locutionis genus est,sed interest etiam sentẽtiæ. Aliud enim est ipsa uerba dicere,aliud secũdum ipsa:ut quæ cũq; alia dicta fuerint eadẽ sentẽtia teneatur, quę in illis uerbis cõprehensa est,hoc est secundũ ipsa,etiã si non ipsa. Sed quia sequitur illis respondẽtibus, Vt quid loquitur dñs secũdũ uerba hæc: qui utiq; dicere debuerũt usitato more,ut quid loquitur dñs uerba hæc,cõstat esse locutiõis genus.

Absit à pueris tuis facere secundũ uerbum hoc: potuerũt dicere,absit à nobis,sed illa honorificentia est usitata scripturis sic dicere tãquam de alijs pueris autẽ pro seruis dictum est. Et nos aũt erimus serui domino nostro. Etiã hic, παῖδες Græci habẽt,hoc est pueri,quod tã assidue scriptura pro seruis ponit,ut difficile inueniatur nõ isto nomine appellare seruos. Quomodo aũt ascẽdam ad patrem,cum puer non sit nobiscũ,ut non uideã mala quæ inuenient patrẽ meum:hoc est,quõ ascendam ut uideã? Nouo itaq; loquẽdi more id dixit, ac si dixisset,non. Sic enim usitatus ordo iste uerborum est,Non ascendã ad patrẽ,cum puer non sit nobiscũ,ut non uideã mala quæ inuenient patrẽ meum. Quãdo fleuit Ioseph cum recognosceretur à fratribus suis,ait scriptura,Audierũt autem omnes Aegyptij,& auditũ est in domo Pha-
D raonis. Deinde sequitur quod narrabat,Dixit autem Ioseph ad fratres suos:prius itaq; scriptura dixit quod postea factũ est. Hoc enim famæ celebritate accidit,ut omnibus Aegyptijs notũ fieret,& postea reuersa est narratio ad id quod dicebatur breui recapitulatiõe. Et diuulgata est uox in domo Pharaonis dicẽtes,uenerũt fratres Ioseph:dicẽtes,posuit pro dicentiũ:uox enim dicentium diulgata est,uenerũt fratres Ioseph. At ille respõdit,quid est,dicẽs:ordo est,at ille respõdit dicens quid est. Deus dixit ad Iacob,Ego descendã tecum in Aegyptũ,& ego ascẽdere te faciã in finẽ: sic habẽt Græci quod Latini habent,& ego deducam te in finem. Iudã aũt misit ante se ad Ioseph, ut uenirẽt sibi obuiã iuxta Heroũ ciuitatẽ:nescio utrum

utrum heroum nomen facile in scripturis reperiatur. In uerbis Ioseph quibus ait ad fratres suos, ascendens nũciabo Pharaoni & dicam ei,Fratres mei & domus patris mei qui erant in terra Chanaan,uenerunt ad me:uiri aũt sunt pastores. Viri enim pecorũ nutritores erant,& iumenta & oues & omnia sua adduxerũt. Quod interpositũ est,uiri enim pecorũ nutritores erãt,ex persona sua scriptor interposuit,& redit ad uerba Ioseph,adiũgẽdo & iumẽta & omnia sua adduxerunt,ut ordo sit
Gen.47 in uerbis Ioseph, Viri aũt sunt pastores,& iumenta & oues & omnia sua adduxerũt. Dixit autem Pharao ad Iacob,Quot anni dierũ uitæ tuæ:subauditur,sunt. Pusilli & maligni fuerũt dies annorũ uitæ meæ. Pusillos,pro paucis,positũ est. Neq; enim uitæ alicuius cũ cæterorũ dies possunt esse
B horarũ spacio breuiores. Hoc aũt Iacob ex cõparatione dixit uitæ maiorũ suorum. Nam utiq; centum triginta annos quos ille iã agebat,nemo nũc uiuit. Triticum secundũ corpus:id est,secundũ numerũ corporũ. Per corpus etenim,numerũ corporum:per numerũ corporũ,numerũ hominũ significat. Inualuerat autẽ fames ualde,& defecit terra Aegypti:terra,posuit pro hominib.qui erãt in terra. Venerunt aũt omnes Aegypti ad Ioseph dicentes,da nobis panes:panes per triticum significat,locutiõe per id quod efficitur,id quod efficit. Et facta est terra Pharaoni:nõ ait,Pharao
Psal.118 nis:amat sic loqui scriptura sicut in Psalmo dictũ est,Et custodiui legẽ tuã,hæc facta est mihi,quia iustificatiões tuas exquisiui:de lege dei dixit,hæc
C facta est mihi,id est in meã utilitatẽ. Præter terrã sacerdotũ tm̃ non possedit Ioseph:quasi dixisset, præter terrã sacerdotũ tm̃,omnem terrã possedit Ioseph. Et posuit illis Ioseph in præceptũ usq; in hodiernũ diem in terra Aegypti,ut præstẽt quintas Pharaoni:hinc intelligitur Pharaonis nomen potestatis fuisse regalis,quod dixit usq; in hodiernum diem. Non enim illi qui tũc fuit,præstare poterant Aegyptij usq; ad illũ diẽ quo ista scribebantur,quãdo ille non iam uiuebat. Et fuerũt dies Iacob annorũ uitæ eius:dies annorũ sæpe dicit scri-
Gen.46 ptura,cum semel posset annos dicere. Quod scriptum est,Nunciatũ est Ioseph quia pater tuus turbatur:aliqui codices habẽt uexatur,aliqui æstuatur,& aliud alij,sicut interpretari Latini potuerũt, quod Græce scriptũ est ὀχλεῖται. Ideo aũt turbatur,accõmodatius dici uidetur,quia hoc dici solet de ijs qui afflictatione corporis morte propinquãte iactãtur. Et ex hoc etiã,turba ὄχλος dicitur: est enim turba,multitudo inordinata,nõ sicut populus quod δῆμος dicitur,nec sicut plebs quod λαὸς dicitur,sed sicut ὄχλος quod turba dicitur.

Iacob benedicens nepotes suos filios Ioseph,ait inter cætera,Et inuocabitur in his nomẽ meum & nomen patrũ meorũ:unde notandũ est nõ solum exauditionẽ,sed etiã inuocationẽ dici aliquando quæ non dei,sed hominũ sint. Hic enim primiti-
Gen.49 uus:minus habet,est,secũdum codices Græcos. In benedictione Ioseph ait inter cætera Iacob,In de qui cõfortauit Israel:mirũ si nõ subauditur,est, ut planũ sit,inde est qui cõfortauit Israel. Quod
A scriptũ est, Dixit Ioseph seruis suis sepultoribus, Gen.50 ut sepelirẽt patrẽ eius:non inuenit lingua Latina quẽadmodũ appellaret ὑπαρχιστὰς:non enim ipsi sepeliũt,id est terræ mandant corpora mortuorũ, quod non est Græce ὑπαρχίσουσιν, sed ἐπιγῆ. Illi ergo ὑπαρχισταὶ,id agunt quod exhibetur corporibus humãdis,uel cõdiendo uel siccando uel inuoluẽdo & alligãdo,in quo opere maxime Aegyptiorũ cura præcellit. Quod ergo dicit,Etiam sepelierũt:curauerũt,intelligere debemus. Et qd dicit,Quadraginta dies sepulturæ:ipsius curationis accipiẽdi sunt. Sepultus enim ille non est,nisi ubi se mandauerat sepeliri. Loquimini in aures Pharaonis:locutio est usitata scripturis. Et dixit Pharao ad Ioseph, Descẽde & sepeli patrẽ tuum:
B etiã si per potẽtes illos per quos Ioseph mandauerat Pharao,dixit q perferrẽt ad Ioseph,non utiq; dixit nisi ipsi Ioseph. Vnde illud est in euãgelio,q unus euangelistarũ dicit,centurionem uenisse ad dñm & dixisse illi,Puer meus iacet in domo para Mat.8 lyticus:alius aũt totũ diligentius narrans,amicos eum ad dñm misisse cõmemorat,qui hoc ei dice- Luc.7 rent:in quibus amicis utiq; ipse uenit,cuius in eis uolũtas presens fuit:unde est,Qui uos recipit,me Mat.10 recipit,& qui me recipit,recipit eũ qui me misit.

Planxerunt eum planctũ magnũ & ualidũ:planxerunt planctũ,non planxerunt planctu:locutio est in Latina lingua non ignota,sicut dicitur,serui tutem seruiuit,militiã militauit,& similia. Et reddition reddet nobis omnia mala quæ ostẽdimus
C ei:ex hac locutione ait & Apostolus, Alexander ærarius multa mala mihi ostẽdit:ostẽdimus enim dictum est,uel ostendit,pro eo quod est fecimus, uel fecit. Accipe iniquitatẽ seruorum dei patris tui:noua locutio est,accipe iniquitatẽ,pro ignosce aut remitte aut obliuiscere:sed puto inde esse dictũ accipe,ac si diceretur,æquo animo accipe, hoc est noli indigne ferre. Et ueniẽtes ad eum dixerunt:non iterum uenerũt,sed quod dictum fuit iterum dictum est:solet hoc facere scriptura.

D. AVRELII AVGVSTINI
LOCVTIONIS DE EXODO LIBER II

TInualescebãt ualde ualde. Quid Exo.1
est quod dictũ est de obstetricibus,
E Et fecerũt sibi domos,qm̃ timuerunt deum:Prædictũ est enim,benefaciebat deus cũ obstetricibus. Et ad hoc uidetur pertinere,q fecerãt sibi domos timendo deum,tanq̃ beneficia dei ad hoc eis profuerint ut facerẽt sibi domos. Nunqd antea nõ eas habuisse domos intelligẽdũ est? An ad diuitias hoc uerbũ pertinet,uel potius ad aliquas rei familiaris idoneas facultates? Huic enim simile uidet,quod ait etiam Iacob post quatuordecim annos seruitutis suæ socero suo uolẽti eum adhuc apud se tenere. Nunc ergo quando faciã & ego mihi domũ,dixe Gen.30
rat enim q creuerint pecora Labã sub illo:sicut &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse Laban cõfessus fuerat dicens, Benedixit me deus in introitu tuo: cum ergo dicit, qñ faciam & ego mihi domum? subintelligitur, sicut & tu. Hoc uidet enim ualere quod ait, & ego, ut ad ipsam domum faciendã uideatur pertinere quod cõsequẽter ad Laban merces ipsa statuẽda proponit. Et omne fœmininũ uiuificate illud: sic enim habent
Exo.2 Græci: Latini non habẽt, illud. Erat aũt quidam de tribu Leui, & sumpsit sibi de filiabus Leui: intelligitur uxorẽ, quod quidã Latini interpretes etiã addendũ putauerunt: sequitur aũt, & habuit eam
Græce sic scribitur θιβλω παιδιου & cõcepit. Quid sit tibi, ideo difficile est nosse, quia nec Græcus interpres ex Hebræo, nec Latinus ex Græco uertit hoc nomẽ, sed trãstulit ut inuenit. Timuit aũt Moyses & dixit, Si sic diuulgatũ est uerbũ hoc. Duo sunt in hac locutione attendẽda: primo, quia pẽdet sententia, & sic dimissa
B est: deinde, quia uerbũ pro facto posuit. Et respexit filios Israel & innotuit illis: pro eo positum est innotuit, quod egit in eis, quibus dei curã erga se
Exo.3 intelligerẽt. Videns uidi uexationẽ populi mei qui est in Aegypto. Et dixit Moyses ad deũ, qs sum quia ibo ad Pharaonẽ regem Aegypti, & qui educã filios Israel de terra Aegypti? dixit aũt, qm ero tecũ. sic habet Græcus: Latinus aũt, & qs ego dixit: & nõ dixit, quia ibo, & quia educã, sed ut eã & ducam. Et quod in Græco habet, dixit aũt quia ero tecũ, intelligitur utiq; quod dixerit ad Moysen. Totũ aũt hoc Latinus addidit, & ait, Dixit autem deus ad Moysen, deus dicit ꝙ dicat Moyses filijs Israel, Visitans uisitaui uos & quæcũq; cõtigerũt uobis in Aegypto: Græcus habet, uisitatio-
C ne uisitaui uos. Deus dicit ad Moysen de filijs Israel & audient uocẽ tuam: Græcus habet, & exaudiẽt uocẽ tuã, quia exauditio dicitur hominis,
Exo.4 qđ habet Græcus. Poscet mulier à uicina & ab inquilina sua uasa argentea & aurea & uestẽ: Græcus habet à cohabitatrice sua, hoc est συνοίκου, qđ Latini aliqui interpretati sunt, à concellaria sua.

Moyses dicit, quid si non crediderint mihi neq; exaudierint uocẽ meã: qđ Latini, audierint interpretati sunt. Extẽde manũ & apprehẽde caudã: Græcus habet: Latinus aũt, manũ tuã & caudam eius, interpretatus est. Et extẽdẽs manũ apprehẽdit caudã, & facta est uirga in manu eius. Et dixit illi, Vt credant tibi qm apparuit tibi dñs deus
D patrũ ipsorũ: Græcus non habet, & dixit illi: sed cõtinuo adiunxit, ut credant tibi, id est uerba dei, post illud factũ miraculũ: tanq; adhuc loqueretur & modo sententiã uerborũ impleuerit, Nam ordo est uerborũ, extẽde manũ & apprehẽde caudam, ut credant tibi: sed interpositа est facti narratio, & postea reddituũ, ut credãt tibi. Quod Latinus habet, Et facta est manus eius leprosa tanq̃ nix: Græcus non habet leprosa, sed tm facta est tanq̃ nix.

Qđ si nõ audierint uocẽ signi primi: Græcus sic habet: Latinus aũt, uocẽ tuã signi primi: sequit, & sic credent tibi uoce signi sequẽtis. Et erit aqua quã sumes de flumine sanguis super aridã: uel potius sup aridũ, id est super id quod aridũ est: quod Latinus dixit, sanguis super terrã. Moyses dixit, precor dñe non sum eloquens ante hesternã & nudiustertianã diem. Et uirgã hanc sumes in manũ tuã, in qua facies in ea signa: cũ dici posset, in qua facies signa: aut certe uirgã hanc sumes in manũ tuã & facies in ea signa: nũc uero utrũq; dictũ est solita locutione scripturarum. Post dies aũt illos multos, mortuus est rex Aegypti: dixit aũt dñs ad Moysen in Madian, uade perge in Aegyptũ, mortui sunt enim omnes qui quærebãt animã tuã. multa in his uerbis genera locutionũ notãda sunt: primo, uade perge in Aegyptũ, tanq; non sufficeret tm uade, uel tm perge: deinde, mortui sunt omnes qui quærebant animã tuã: cum solũ regẽ Aegypti scriptura dixerit mortuũ, & de solo antea dictum fuerit ꝙ Moysen quærebat occidere. An ipse post alios inimicos ultimus mortuus est? Qđ si ita est,
B non locutio, sed sensus est. Itẽ, qui quærebãt animã tuã, non in malo tm, sed etiã in bono dici solet in scripturis: nã sicut hic in malo dictũ est, sic etiã in Psalmis, Confundant & reuereãtur qui quærunt Psal.39 animã meam. In bono, Periit fuga à me, et non est Psal.141 qui requirat animã meã. nisi forte aliqd distare dicitur inter quærẽtes & requirẽtes, ut illud in malo, hoc in bono intelligendũ sit. Et dicebãt ad popu Exo.5 lum dicẽtes, hæc dicit Pharao: quam locutionẽ piguit Latinũ interpretari. Videat deus uos & iudicet qm execrabilẽ feciſtis odorẽ nostrũ palam Pharaone & palã seruis eius, dare gladiũ in manũ eius ut occidat nos: sic em habet Græcus: Latinus aũt ait quẽ pro optimo legebamus, ut daretis gladium in manibus eius, qui solœcismus nulla interpretatiõis necessitate factus est, qui in Greco non
C est. Statui testamẽtũ meũ ad illos, ita ut darẽ illis Exo.6 terrã Chananæorũ. Et terrã quam incoluerũt, in qua & incoluerũt in ea: sic enim habet Greçus: qđ utiq; & in Græca lingua absurde uidet sonare, & tamen Septuaginta interpretũ autoritas tanta est, quos ita loqui nõ piguit: quid enim et si sensus hic latet: qđ si nullus est, ipsa locutio notãda est, ne alibi inuẽta sensum impediat, uel aliqd quærere ubi quærendũ nõ est, cõpellat. Quod habet Latinus, Exaudiuit gemitũ filiorũ Israel quẽadmodũ Aegyptij affligerẽt eos: Græcus habet κατεπάλωσῆς, qđ interpretari posset, in seruitutẽ redigũt eos, nã uno uerbo nõ potest. Et locut⁹ est Moyses sic ad filios Israel, & nõ exaudierũt Moysen à defectiõe animi & ab operibus duris: exaudierũt ait, nõ audierunt. Ecce enim ineloquẽs sum ego: quod ait Moyses ad dñm ἀλόγιῶ dixit Græcus, nõ imperitus, quasi ἀμαθὴς uel ἄπαιδ. Hi sunt Aaron & Moyses qbus dixit deus ut educãt filios Israel de terra Aegypti: sic em habet Græcus, ecce ego gracili uoce sum, & quõ exaudiet me Pharao? Notandum ꝙ exaudiet dixit, nõ audiet. Fecit aũt Moyses & Aaron sicut præcepit illis dñs, ita fecerunt: quid deesset si nõ diceretur, ita fecerũt? Si loquet uobis Pharao dicẽs, date nobis signũ aut portẽtũ, & dices Aaron fratri tuo, sume uirgã: nónne locutionis nostræ cõsuetudo poscebat & quædã eius integritas ut ita diceret, si loquet uobis Pharao dicens, date nobis signũ aut portentũ, dices Aaron fratri

fratri tuo, sume uirgã: quid ergo ibi additũ est, &, nisi aliqua proprietate locutionis Hebraicæ, nam
A neq; Græca esse prohibet. Non mihi uidetur satis cõmode interpretati Latini, σοφίσται Pharaõis, ut dicerẽt sapientes: sophistæ em sapiẽtes dicũtur. Potuit em Latinus interpres, sophistæ dicere, qm non est quemadmodũ id Latine dicatur, & ideo ista uerbo iam utimur pro Latino, sicut philosophiã dicimus non solũ Græce, uerumetiã Latine: sophistæ aũt appellãtur Latinarũ literarũ eloquentissimi autores. Et absorbuit uirga Aaron uirgas illorũ: ac si diceret, draco Aaron. Quod dictum est de Pharaone, Ecce ipse exĩt ad aquã: Græcus habet, super aquam. Dimitte populũ meum ut seruiat mihi in deserto, & ecce non exaudisti usq;
Exo.8 adhuc: quoties dicitur exaudisti, cum homini dicatur. Fecerũt aũt & similiter incãtatores Aegy-
B ptiorũ ueneficijs suis, & induratũ est cor Pharaonis, & non exaudiuit eos, sicut dixit dñs. Quia in usu scripturæ est, exaudiuit, cũ etiã de homine loquitur. Dimitte populũ meũ ut seruiãt mihi: non ut seruiat, qui loquẽdi modus non ferè inuenitur, nisi ubi res ipsa singularis pluribus constat. Populus enim singulari nomine dicitur, sed constat ex multis. Sic est etiam, Omnis terra adorẽt te, quia omnis terra, dictũ est pro hominibus qui sunt in terra. Ecce ego ferio omnes fines tuos ranis: sic enim habet Græcus elegãtissima locutione, ut ranæ ipsæ, plaga intelligatur qua feritur terra Aegypti. Et eructabit flumẽ ranas, & ascẽdẽtes intrabunt in domos tuas & in promptuaria cubiculorum tuorũ super lectos tuos, & in domos seruorũ
C tuorũ, & populi tui, & in cõspersis tuis, & in clibanis tuis: & super te & super populũ tuum & super seruos tuos ascendẽt ranæ. Notandũ ꝙ in domos &c. cum dixisset, accusatiuũ casum tenuit, & super lectos &c. ubi dixit, super, accusatiuũ similiter seruauit. In cõspersis aũt & in clibanis ad ablatiuũ se trãstulit: nam & Græcus mutauit prepositionem, quã nõ mutat Latinus. Ille enim habet ἐις οὺς οἰκους in domos: in cõspersis aũt, ἐν τοῖς φυράμασιν: ubi mirum si non etiã sensus est, non locutio, ut in cõspersionibus & in clibanis exortas ranas forsitã uelit intelligi, non extrinsecus ascẽdisse uel irruisse, & quia eas fluuiũ eructaturũ prædicit, inde impleri omnia. Et extẽdit Aaron manũ super aquã Aegypti et eduxit ranas, et educta est rana et operuit
D terrã: repetitio à plurali ad singularẽ numerũ trahens ita est: nam utiq; rana, pro multitudine ranarũ positum est: nescio quo aũt modo per loquẽdi cõsuetudinẽ imbutis sensibus hominũ, sæpe plus uidet quod singulariter, cũ quod pluraliter dicitur: nam plus accipitur cum dicitur, uerbi causa, est illic miles, cũ sunt illic milites: est illic piscis, cũ sunt illic pisces. Et colligebant aceruos aceruos: hæc repetitio multitudinẽ aceruorũ significat, & est scripturis familiaris. Quod habẽt Latini, Extẽde manu uirgã tuã & percute terra: non, percute terrã: Græcus habet, aggerẽ terræ, si tamen hoc uerbo recte interpretatur quod dictũ est χῶμα φλγῆς. Fecerunt aũt similiter & incãtatores ueneficijs suis, ut educerẽt scyniphes, & non poterãt. Notandũ est, fecerũt, dictũ pro eo quod est, conati sunt facere: Nam utiq; si fecerũt similiter, proculdubio eduxerunt scyniphes: sed quia sequitur, ut educerent & non poterãt: non ergo similiter fecerũt, sed similiter facere conati sunt. Aut si forte & ipsi cuius ueneficijs agerẽt, eadẽ tamẽ agendi specie uirgã extendebãt, quod scriptura non expressit. Et in terram super quã sunt super eam. Et gloriosam faciã in die illa terrã Gessen, in qua populus meus ineſt super eam. Et dixit Moyses, ego exeã à te & orabo deũ & exibit cynomyia à Pharaone & à seruis eius: quasi alteri diceret, & exeã à te, & de altero Pharaone subsequeret à quo esset exitura cynomyia. Dimitte populum meum ut mihi seruiat, ecce ego pluam hac hora crastina grãdinem
B multã, grando aũt multa ualde ualde. Et desinẽt uoces & grãdo: notandũ est scripturã, uoces solere appellare tonitrua, quas uoces dei etiã Pharao superius appellauit dicẽs, Orate pro me ad dominum, ut desinãt fieri uoces dei: ubi & illa locutio est quod dixit, desinãt fieri uoces. Vt narretis in auribus filijs uestris & filijs filiorũ uestrorũ quæcunq; illusi Aegyptijs: notandũ quẽadmodũ dicatur illusio, ne forte ita sit dictũ, Draco hic quẽ fin- Psal.103
xisti ad illudendũ ei. Et illud in Iob, Hoc est initiũ Iob 40
figmenti dñi quod fecit ad illudendũ ab angelis eius. Ecce ego induco hac hora crastino die locu Exo.10
stam multã: ecce quẽadmodũ superius dixit ranã, ubi diximus plerũq; plus intelligi cũ aliquod huiusmodi singulariter dicitur, cũ si pluraliter dicere
C tur. Manifestũ est enim plus sonare, locustã multam, cũ si diceret locustas multas. Qui aũt & qui sunt qui ibũt: quotidie dicimus cõsuetudine familiariore, cũ qui & qui ibũt. Non est relictũ uiride nihil in lignis: dicendũ fuit more locutionis nostræ, non est relictũ uiride aliquid in lignis. Pharao ad Moysen, peccaui ante dñm deũ uestrũ & in uobis. suscipite ergo delictũ meũ: hac locutiõe & ad Ioseph usi sunt fratres eius ubi dixerunt, Ac Gen.50
cipe iniquitatẽ seruorũ dei patris tui. Quod Lati Exo.10
ni habẽt, Et nemo uidit fratrẽ suum tribus diebus: Græcus habet, & nemo uidit fratrẽ suũ: notandũ etiã fratrem hominis quẽlibet hominẽ dici. Pharao dixit ad Moysen & Aaron, ite & seruite dño deo uestro, præter oues & boues relinquite: sic
D enim habet Græc⁹ ualde inusitata locutio est, nisi post distinctionẽ subinferatur, relinquite, & subaudiatur, ista: ut sit sensus, ite præter oues & boues & relinquite ista: solet enim talis eclipsis fieri crebro in locutionibus scripturarũ. Et non relinquimus ungulã: quasi abductis pecoribus posset ungula remanere: quid est enim aliud, non relinquimus ungulã, nisi nec ungulam relinquemus?

Pharao ad Moysen, Attẽde tibi ultra apponere uidere faciem meam: pro eo quod est, attẽde tibi ne ultra uideas faciẽ meam. Et petat unusquisq; Exo.11
que à proximo suo, & mulier à proxima sua uasa argentea & aurea & uestem: notandum & Aegyptios Hebræis proximos dictos. Et erit cla- Exo.12
mor magnus per totam terram Aegypti, qualis

Universidad de Deusto
Biblioteca

non fuit,& talis nō adhuc apponetur:in filijs aūt
Israel non mutiet canis lingua sua ab homine usq;
ad pecus. Elegantissima locutio est,per canē quip
pe extremū significauit uel hominū uel pecorū:
ita cōmendās quāta in Hebreis quies futura esset,
Exo.12 Aegyptijs acerba orbitate clamātibus. Accipiāt
singuli ouē p domos patriarū:quas dicat patrias,
non facile est intelligere,utrū ciuitates in quibus
cōmanebant,an potius numerosas familias à cu
iusq; uelut paternitate propagatas. Hoc enim ma
gis in Greco significari perhibeē. Si aūt pauci sint
qui in domo,ita ut non sint idonei ad ouem,id est
ut ipsa paucitas nō sit idonea ad ouē cōsumendā:
assumet secū uicinū proximū suū,hoc est ipsa do
mus assūmet uicinū:hominē proximū pro homi
ne posuit,singularē aūt pro plurali:nō enim unū,
sed quot sufficiunt. Cum de oue cōsumenda scri B
ptura loqueret,secundū numerū,inquit,animarū
unusquisq; quot sufficiat:animas pro hominib⁹,à
parte totū. Sumēt de sanguine et ponēt sup duos
postes,& super limē in domibus in q̄bus māduca
bunt illas in eis. Cum dixerit,in quibus,dixit etiā
in eis,more usitatissimo:sed māducabūt illas,quæ
ritur quas,& intelligitur carnes. Hoc enim sequi
tur,Et māducabūt carnes hac nocte assatas igni.
Quod habēt Latini codices,Qui māducabūt car
nem:Græci aūt habēt λέιρες,id est carnē,sed gene
re neutro:ideo in Græco est,in domibus in q̄bus
māducabūt illa in eis. Est uero illa locutio,ut pri⁹
diceret illas,q̄s prædiceret quid in cōsequentibus
intelligereē quas dixerit:similis ei locutioni quā
Lib.2 quæstio num de Exodo,quæst.11 de filio Moysi exposuimus,cum eum uellet ange C
lus occidere,& exēplum adhibuimus de Psalmo,
Fundamēta eius in montibus sanctis,diligit dñs
portas Sion:cuius enim fundamēta non intelligi
mus,nisi ex cōsequētibus:sic & hic,in quibus mā
ducabūt illas in eis,id est in q̄bus domibus mādu
cabūt illas,intelligitur carnes,de quibus cōsequē
ter logtur. Sumetis aūt uobis fasciculū hyssopi,
& tingetis ex sanguine qui est iuxta hostiū,& li
nietis super limē & super ambos postes de sangui
ne. Et hic fasciculus hyssopi plures fasciculos si
gnificat,sicut rana plures ranas,& locusta plures
locustas:tropus aūt iste quando fit in rebus quæ à
nobis non ita dici solēt obscuritatē facit. Et erit
cum dicēt ad uos filij uestri,quæ est seruitus ista:
Et dicetis eis,immolatio pascha hoc dño:etiam si D
nō haberet &,planū esset,dicetis eis. Et aduenie
tes filij Israel fecerūt sicut dñs præcepit Moysi &
Aarō,ita fecerūt:nō adderet,ita fecerūt,nisi mos
Exo.13 esset scripturarum. Et factū est in die illa,eduxit
dñs filios Israel de terra Aegypti:ait enim dñs ad
Moysen dicēs,omne adaperiēs uuluā masculina:
pluralē numerū intulit singulari,quia ipsum q̄d di
cum est,omne adaperiēs uuluā,non utiq; in uno,
sed in multis accipitur,Similis est locutio,Attēdi
Psal.77 te populemeus. Tale est & q̄d paulo post segtur,
Omne q̄d adaperit uuluā de armētis & pecorib⁹
quæcūq; tibi nata erunt:omne quæcūq; tibi nata
erūt,ipse modus est locutiōis. Omne adaperiēs
uuluā asinæ:Græcus habet,asini:modo illo locu

tionis quē iam in Genesi notauimus,ubi masculi
num pro fœminino positū est,de morte Saræ di
cēte scriptura,Surgēs Abrahā à mortuo:&,Sepe Gen.23
lia mortuū meū:& talia sæpe ibi dicūtur de mor
tua. Propter hoc ego immolo dño omne quod
aperit uuluā masculina:similis est locutio superio
ri. Et erit in signo super manū tuā:id est,sup om Exo.14
nia opera:ubi magis sensus est forsitā q̄s locutio.
Et excussit dñs Aegyptios in medio maris:Græ
cus habet,& excussit dñs Aegyptios mediū ma
ris. Vidit aūt Israel manū magnā quæ fecit dñs Exo.15
Aegyptijs. Tunc cantauit Moyses & filij Israel
canticū hoc dño & dixerūt dicere:sic enim habet Gen.16
Græcus ἔστιν γὰρ λέγων. Et non inueniebāt aquā
ut biberēt:poterat nō habere,ut biberēt. Et mur
murauit populus aduersus Moysen,dicētes:non
dicēs,sed dicētes:ex pluribus enim populus con
stat. Et uenerūt omnis synagoga filiorū Israel in
eremo:nō dixit,uenit,quia synagoga ex pluribus
cōstat. Murmurabāt omnis synagoga filiorū Is
rael aduersus Moysen & Aaron:eadē est & ista
locutio. Dixit aūt dñs ad Moysen,ecce ego pluā
uobis panē de cœlo. Manna pluiturus,panes pro
misit:locutio est qua panis pro alimēto ponitur:
amat aūt scriptura pluraliter magis panes q̄s sin
gulariter dicere. Mane uidebitis,inquit,gloriā,
dum exaudiet murmurationē uestrā super deū:id
est,quia murmuratis super deū:quod tantū ualet
ac si diceret,aduersus deum. Deinde notandū no
uo modo hic exauditionē dictam non precātium
sed murmurantiū,cum reprehendat utiq; scriptu
ra murmurationem: Tanquam hoc dixerit,q̄ co
gnouerit deus murmurationē eorū,& ipsam dei
cognitionē,dixit exauditionem. Accedite ante
tionē:exaudiuit enim murmur uestrū:iterū exaudi
tionē,non precum significat & petitionū,sed etiā
murmuris malorū:hoc & postea dicit,deus exau
diuit murmur filiorum Israel. Et ecce in facie ere
mi minutum tanq̄ coriandrum. Cum toties deus
dicat,faciem terræ,sicut hic faciem eremi,mirum
est unde homines ita errent cū faciē audierint,ut
tale aliquid opinentur,qualis hominis facies est,
uel alicuius animātis. Secundū numerū anima
rum uestrarū unusquisq; cum cōmanentibus uo
bis colligite. Quàm sæpe scriptura animas,homi
nes appellat,à parte totū:nō facile aūt carnes pro
hominibus,sed carnē,sicut est,Non timebo quid Psal.
faciat mihi caro. Quod apertius in eodē Psalmo
ait;Quid mihi faciet homo. Non aūt diceret,se
cundum numerū carniū uestrarum:sicut dixit,se
cundū numerū animarū uestrarū. Et collegerunt
illud mane mane:quomodo puteos puteos,acer
uos aceruos,sic dictū est mane mane. Nullus ue
strū egrediat unusquisq; de loco suo die septimo:
quod interpositū est,unusquisq; potuit et nō dici.
Nō erat aūt populo aqua bibere:id est,ad bibē
dum. Et maledicebāt populus ad Moysen:id est,
maledictis agebāt Moysen,hoc est maledicebāt
illi,nā hoc in consequētibus ipse dixit,Quid male Exo.16
dicitis mihi? Et murmurabat populus ad Moysen
dicentes. Et uirgā in qua percussisti fluuiū accipe in

in manu tua:in qua percussisti,dixit pro eo quod A
dicimus,de qua percussisti. Et est ista locutio cre
Exo.18 berrima in scripturis. Et sumpsit Iothor socer
Moysi holocaustomata et sacrificia deo:sumpsit,
pro eo quod est obtulit. An forte sensus est,non lo
Exo.17 cutio:ut ea sumpsisse intelligat,quæ Moyses ob
tulisset:quanq̄s Moyses nō legatur superius sacri
ficasse,nec Aaron nec quisquā Hebrœorū qui edu
cti sunt de terra Aegypti:sed tm superius scriptū
est,q̄ altare constituerit Moyses,& appellauerit
illud,dñs meum refugium. Istum aūt Iothor legi
mus sacerdotem fuisse Madian,id est gentis Ma
dian. Mirum est aūt,si ad eius aduentum cœpit sa
crificare Moyses,& non potius ipse Iothor qui
tam sacerdos erat. Graue tibi uerbū hoc:subau
ditur,est. Et demōstrabis illis uias in quibus am
bulabūt in eis. Verbū aūt graue referebāt super B
Moysen:sic enim habet Græcus,quod Latini in
terpretati sunt,ad Moysen. Illa sane locutiōe ipsa
etiā cura significatur,quia dictum est,super Moy
sen,uelut onus ei significetur interpositū:uerbum
aūt graue,dictū est pro quæstione graui. Vnde
sequitur,Omne aūt leue uerbum iudicabunt ipsi.
Quod Græcus habet ἐπονομάσω,supernomina
uero aut adnominauero expressius dicitur,q̄d usi
tatius cognominauero nōnulli interpretati sunt:
sed non habet necessariā significationē cognomi
nauero:propinquius aūt dicitur cognominauero
q̄s nominauero:nam & hoc aliqui interpretes di
Exo.20 xerunt. Et ueniā ad te & benedicā te:cum supe
rius pluraliter loqueret,facietis & immolabitis:
dicit,ueniam ad te,tanq̄s ipsi Israel,id est populo. C
Exo.21 Et hæ iustificationes quas pones coram illis,si
emeris seruū Hebræū,&c. notāda locutio,quēad
modū cum illud dictū sit ad Moysen,hoc est,hæ
sunt iustificatiōes quas appones corā illis:iam ad
populū ipsum cętera dicūtur quasi ad Moysen,Si
emeris seruū Hebræum. Non enim hoc Moysi di
cum est,sed quod populo,tantū ipsi populo dice
bat. Pertūdet ei dñs auriculā de subula,et seruiet
in sempiternū,uel in æternū:quod Græcus habet
εἰς τὸν ἀιῶνα. Ecce quēadmodū scriptura multis lo
cis dicit secundū hoc uerbū Græcum sempiternū
uel æternū. Vbi non intelligitur æternitas illa se
cundū quam nobis æterna promittūtur,uel secun
dum quam à cōtrario igne æterno mali cremabū
tur:neq; enim seruus iste qui uiuere in æternū nō D
posset,posset seruire in æternū:sed intelligit æter
num dictum,cuius tēporis finis non est:aut certe
aliquid hoc sacramēto significatur æternū. Da
bo tibi locum in quē fugiat ibi qui occiderit. Si
quis percusserit seruū suum aut ancillā suā in uir
ga:quod est de uirga. Lapidibus lapidabit tau
rus:quasi posset lapidari nisi lapidibus. Differt ali
quid ista locutio ab illa qua diceret more scriptu
rarum,lapidatione lapidabitur,sed tamen similis
est. Si autē taurus cornupeta erat ante hesternā
& nudiustertianā:pro tēpore præterito posuit par
tem pro toto,quantūcunq; illud fuisset,more scri
pturarū. Si quis aūt aperuerit lacū aut exciderit
lacū,& non operuerit eum,& ceciderit illuc uitu

lus aut asinus,dñs laci reddet. Et hęc locutio à par
te totā intelligēda est. Non enim si equus ceciderit in lacū aut ouis:ideo non reddet,quia hoc scri
ptum non est. Quod aūt mortuū fuerit,ipsi erit: Exo.22
pro ipsius erit. Si aūt depauerit quis agrū uel ui
neam,& admiserit pecus suum depascere agrum
alium:id est,alienū. Si aūt pignus acceperis ue
stem proximi tui,ante solis occasum reddes ei. Ge
nus pro specie posuit. Sic enim dictū est,ac si de
omni ueste pignus dederit,cum de illo specialiter
se dicere ex cōsequētibus scriptura testet,qui non
habet nisi eā uestē unde se nocte cooperiat. Ecce Exo.23
ego mitto angelū meū ante faciē tuam ut seruet te
in uia,& inducat te in terrā quam parauī tibi:ante
te ibit & exaudi eū. Angelū suū iubet deus exau
diri à populo,non utiq; petentē,sed iubentē. Et
mittā uespas ante te & eijciet Amorræos. A plu
rali ad singularē numerū se conuertit. Intelligitur
aūt,eijciet Amorræos uespa,sicut rana,sicut locu
sta,non q̄ una sit,sed q̄ per singularē numerū plu
ralis numerus intelligatur. Per partes eijciā illos
à te:non dispones illis & dijs eorū pactum,& non
cōsident in terra tua,nec peccare te faciāt ad me:
non dixit in me,idē tm significat. Respondit aūt
omnis populus uoce una dicētes. Et uiderunt lo Exo.24
cum ubi steterat ibi dñs deus Israel:ubi steterat
posset sufficere,sed Hebraice dicūtur istæ locutio
nes. Et inaurabis illa auro:similis est locutio lapi
dibus lapidabitur. Cyathos in quibus immola
bunt in eis. Duas bases colūnæ uni in ambas par
tes eius,& duas bases colūnę uni in ambas partes
eius. Ne de omnibus diceret,de duab⁹ dicit more
suo geminādo:sicut puteos puteos,aceruos acer
uos,generationes & generationes:& similia. Et
colūnas inaurabis auro,& inaurabis serras auro.
Et inærabis ea æramēto:talis locutio est,inaura
bis auro. Extra uelū,quod est super testamentū: Exo.27
de lucerna accendenda cum diceret,hoc ait,id est
q̄ foris accēderetur ubi est sanctū,non intra uela
men quod est super testamentū,hoc est sanctūsan
ctorum. Ergo super,non sic ait tanq̄ est tectū uel
camera uel firmamētū cœli uel arcæ cooperculū:
sed etiā q̄d uice parietis oppositū esset,sup dixit:
sicut dicim⁹ superiorē discūbere aut stare,nō utiq;
alterū portari ab altero. Legitimū sempiternū in
generationes uestras:eo modo sempiternū,quo multa
supius diximus. Et sumet Aarō nomina filiorū Is Exo.28
rael sup rationale iudicij sup pectus introeūti san
ctuarij,hoc est sumet Aarō introiēs,q̄d aliq Lati
ni solœcismū uitātes interpretati sunt. Sed qa &
Græcus introeūti habet,& Latini aliq cōsonāt,lo
cutionē poti⁹ notādā credidi q̄s corrigēdā. Et po
nes sup rationale iudicij fimbrias catenatas. Et hic
Latini nōnulli solœcismū cauentes,fimbrias cate
natas,interpretati sunt. Græcus aūt habet οὐ λυτὰς
ἀλυσιδωτάς. Hāc solem⁹ dicere absolutā loctu
tionē,cū generi masculino uel fœminino neutrū
infertur,quēadmodū si dicamus,iusti æterne non
sunt stabilia. Et Aarō cū cœpit fungi sacerdotio,
audiet uox eius intranti in sanctū in cōspectu dñi
& excunti. Vocē eius ex tintinnabulis dixit,qui

magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis sonus est eius. Intrãti & exeũti, pro intrãtis
Exo.30 & exeuntis posuit, datiuũ pro genitiuo. Et duos A
renes & adipẽ quæ super eos: subaudiẽ, est, quod
nõnulli interpretes addiderũt. Et separabit illud
separatione. Et cum accẽdet Aaron lucernas, se
ro incendet super illud: sero dixit pro uespere, &
ideo notanda locutio est, ὀψέ, quippe Græcus ha
bet. Sero aũt proprie non solet dici, nisi cum tem
pus trãsierit quo fieri debuit, quod sero dicitur fa
ctum. Si acceperis cõputationẽ filiorũ Israel in
uisitatione eorũ, & dabunt singuli redẽptionẽ ani
mæ suæ dño, & non erit in eis ruina in uisitatione
eorũ, & hoc est quod dabũt tibi. Pendet ista locu
tio, quia interposita est cõiunctio copulatiua, quæ
si non interponeretur, non penderet. Tribus autẽ
locis est posita, quorũ undelibet detracta, plenam
facit sententiã. Rursus ubi dictũ est, Si acceperis B
computationẽ filiorũ Israel in uisitatione ipsorũ,
& dabunt singuli redemptionẽ animæ suæ dño: si
enim non dixisset, & dabũt, sed tantũmodo dixis
set dabunt, finiretur sententia nec penderet. Ita enim
diceretur, si acceperis computationẽ filiorũ Israel
in uisitatione eorũ dabunt singuli redemptionem
animæ suæ dño. Si aũt hic ponitur hęc coniũctio,
deorsum tollẽda est, ut ita dicatur, si acceperis cõ
putationẽ filiorũ Israel in uisitatione ipsorũ, & da
bunt singuli redemptionẽ animæ suæ domino, &
non erit in eis ruina in uisitatione eorum, hoc est
quod dabunt. Aut certe in medio ubi dictũ est, &
nõ erit in eis ruina: si detrahas coniunctionẽ, non
pendebit sententia. Erit enim sensus, Si acceperis
computationẽ filiorũ Israel in uisitatione ipsorũ, C
& dabũt singuli redẽptionẽ animæ suæ domino,
non erit in eis ruina. Cum uero utiq; posita est ea
dẽm coniũctio, pendere fecit locutionẽ: ideo eam
Exo.32 notandã putauimus. Cõsurrexit populus in Aa
ron, & dixerunt ei: usitata locutio est, quia ex mul
tis populus cõstat. Deinde notandũ, totũ pro par
te positũ. Apostolus enim sicut reuera erat, quos
dam eorũ dixit hoc fecisse, nõ totũ populum, ubi
1 Cor.10 ait, Neq; idolis seruiamus, sicut quidã illorũ. Sur
ge & fac nobis deos qui nos præcedãt. Sedenti lo
quebãtur, an potius locutio est notanda, propter
quod sępe dicitur, Exurge dñe: aut, Surge deus iu
dica terrã. Et nunc sine me, & iratus ira: quomo
do morte moriet: amat ita loqui scriptura. Cui
sunt aurea demite: non dixit quid aurea, unde La D
tini interpretes dixerũt, qui habet aurum demat.
Quis ad dñm ueniat ad me. Fecerũt sibi deos
aureos de uno uitulo: pluralem ergo numerũ pro
singulari posuit. Inde est illud, Ii dij tui Israel qui
eduxerũt te de terra Aegypti. Non sanè locutio
nes istę reperiũtur ubi pluralis pro singulari ponи
tur, nisi in eo rerũ genere in quo etiã de pluribus
fieri uel intelligi potest. Nõ enim quia unus ille ui
tulus erat, ideo nõ & plures fieri poterãt, aut ideo
non multis idolis similis fuerat. Hac locutione dic
tum est, latrones insultasse dño, cum hoc unũ fe
cisse scriptura testetur, sed non solus fuerat latro.
Quinetiã cũ ista locutio sit per nomina propria,
qualiter eam in scripturis factam nondũ comperi

mus, plures sic intelligũtur, sicut Phædras & Me
deas quidã dixerũt cum fuerit una Phædra & una
Medea, sed Phędras & Medeas appellauerũt om
nes similes Phędræ & Medeæ. Ita non sine causa
nec utcunq; ac passim sicut ab imperitis uitiose fit
sed certo modo certisq; regulis istę locutiones in
terponunt. Vade ascẽde hinc tu & populus tuus Exo.33
quos eduxisti de terra Aegypti: nõ, quẽ eduxisti,
quod ita usitatũ est ut rarius aliter dicat. Et dixit
dñs, deponite stolas gloriarũ uestrarũ & cultũ, &
ostendã quæ facturus sum tibi. A plurali ad singu
larẽ numerũ locutionẽ terminauit, quia multi erãt
& populus erat, sicut dixerat, Vos populus duræ
ceruicis: nõ dixit, tu populus, sed uos populus, cũ
uos, numeri sit pluralis, populus aũt numeri singu
laris. Si inueni gratiã in conspectu tuo, simul am Exo.34
bulet dñs meus nobiscũ: tanq; de alio dicat. Assi
duæ sunt hæ locutiones, sed cũ dicit ad deũ, putat
patri dici de filio. Cum aũt talia dicerent ad Pha
raonẽ & ad Ioseph et ad alios, multis locis gen⁹ lo
cutionis intelligebat. Neq; ponat testamẽtũ ris
qui sedẽt super terrã: ac si diceret, sedes habẽt, q⁹
est habitãt. Et deos fusiles ne feceris tibi: locutio
est à parte totũ significans: non enim quia fusiles
tantũmodo nominauit, fieri sculptiles, ductiles, si
ctiles q; permisit, uel ullum genus simulacrorũ, aut
qualiũcunq; factitiorũ deorum. Omne adaperiẽs
uuluã masculina: id est, omne adaperiens uuluam
mihi erit ex ijs quæ sũt masculina. Primitiuũ sub
iugalis redimes oue: & hoc à parte totum est, neq;
enim si subiugale nõ sit iumentũ quodlibet, cuius
caro tanq; immũda respuit, ideo non est redimen
dum, aut alio q; oue redimendum. Non occides
super fermẽtum sanguinẽ immolatorũ meorũ: lo
cutio est utiq;, occides sanguinẽ, pro eo quod est,
occidẽdo effundes. Et nõ dormiet usq; in mane
immolatio solẽnitatis paschæ: dormiet dixit, ma
nebit: nam caro pecudis occisæ & coctæ quõ dor
miet? Qd ergo dicit, Quare obdormis dñe, hoc Ps.43.
genere locutionis dicit, & intelligit quare cessas,
id est nõ uindicas. De quadraginta dierũ ieiunio
Moysi scriptura sic loquitur, Panẽ non manduca
uit & aquã nõ bibit: à parte totũ, pane omnem ci
bum, & aqua omnẽ potũ significãs. Excide tibi
duas tabulas sicut & primæ: subaudiũtur, fuerunt:
unde hoc uerbũ nostri interpretes etiã addẽdum
putauerũt, quoniam inusitata est in lingua Latina
talis eclipsis. Et erat Moyses ad omnẽ synagogã Exod.
filiorũ Israel, dicens: plenum esset etsi non haberet
dicens. Et attulerunt unusquisq; quod afferret
cor eorũ. Poterat usitatius dicere, & attulit unus
quisq; quod afferebat cor eius. Et quibus uisum
est animæ eorũ, attulerunt redemptionẽ domino:
non dixit, & sicut uisum est animæ eorũ. Et om
nis cui inuentũ est apud eũ coria arietũ rubricata:
qd diceret usitate, omnes apud quos inuenta sunt
coria arietum rubricata. Omnis afferẽs redẽptio
nem argentũ & æs attulerũt redemptiones dño:
usitatius diceretur, omnis attulit, & omnes attule
runt. Et apud quos inuenta sunt apud eos ligna
imputribilia: apud eos, more scripturarũ additũ
est

est, nam sine hoc esset plena sententia. Et omnis
mulier sapiẽs mẽte manibus nere: quasi nere pos A
set non manibus: & sapiens nere, elegans atq; inu
sitata locutio est. Deinde, Omnis mulier attule
rũt: more superiorũ plurali cõcluditur singularis,
quia omnis mulier attulit, usitatius diceretur. Et
omnes mulieres quibus uisum est sensu suo, in sa Exo.35
pientia nerunt pilos caprinos: notandũ sapiẽtiam
in his artib⁹ sępe appellare scripturã, id est sophiã.
Et cõpositiones & oleum unctionis & cõpositio
nem incẽsi: non cõpositiones aliquas extra debe
mus intelligere: sed cum dictũ esset, & cõpositio
nes, per coniunctionẽ copulatiuã non aliud adiun
xit, sed quod dixerat exposuit, ut scirem⁹ quas cõ
positiones, & oleum (inquit) unctionis & cõposi
tionẽ incẽsi: compositionẽ aũt uocat, quia ex mul
tis ita cõfecta sunt. Et omnis uir & mulier quorũ B
afferebat sensus eorũ ut intrarent & facerẽt omne
opus quod cũq; præcepit dñs fieri illud per Moy
sen, attulerũt filij Israel redemptionem dño. Ergo
omnis uir & mulier, intelligũtur filij Israel. Cæte
ræ locutiones similes superioribus. Facere aurũ
& argẽtũ & æs: pro eo quod est facere ex auro &
argẽto & ære: non enim aurum faciebãt, sed ex au
ro. Tale est etiã quod paulopost dicit, Et operari
ligno: hoc est, ex lignis. Facere omnia opera san
cti textilia, & uaria texere cocco & bysso, facere
omne opus architectonicũ uarietatis: ecce in reb⁹
textilibus architectonicũ opus appellat: mirũ nisi
propterea, quia tabernaculo fiebãt quod ædificio
simile fuit, & tanq; domus erigebatur. Quid autẽ
dicat opera sancti, non euidẽter apparet: utrũ san C
cti sacerdotis, qm̃ & de stola uel de stolis eius hæc
dicũtur, an sancti dei in cuius cultu hæc fiebãt: an
Exo.38 opera sancti, sicut dicebatur sanctũ & sanctũsan
ctorũ. Humeralia cõtinentia ex utriq; partibus
eius: non dixit ex utriq; partibus eorũ, cuius illa
humeralia, nõ humerale dixisset: sicut solet hume
rale dicere: ipsum enim appellauit pluraliter hu
meralia, sicut stolam & eadem stolas. Et Eliab
filius Achisamech de tribu Dan qui architectona
tus est textilia & consutilia, & diuersicoloria texe
re de cocco & bysso. Nouo modo dicũtur archi
tectonari textilia. Etiã illud à parte totũ intelligẽ
dum est qd ait, Texere cocco & bysso: ex his em
Exo.39 & cętera intelligim⁹, id est purpurã & hyacinthũ.
Et fecerunt filij Israel sicut præcepit dñs Moysi, D
Exo.40 ita fecerũt: plenũ esset etiã si nõ adderetur, ita fece
rũt. Et fecit Moyses omnia quæ præcepit ei dñs,
ita fecit: similiter ut dictum est, & filij Israel.

D. AVRELII AVGVSTINI
LOCVTIONIS DE LEVITICO LIBER III

E leproso cum loqueretur dñs ait, Et
immũdus immũdus uocabitur, quasi
D nõ satis esset semel dicere, immũdus
uocabitur: quanq; nonnulli codices
ita habeant: in alio Græco ita inueni
mus semel dictũ, immũdus uocabitur. Item pau
lopost dicit, Cum sit immundus, immundus erit:
quod in Latinũ de Græco non sicut positũ est ex A
primi potuit: ait enim Græcus, ἀκάθαρτ@ ὢν, ἀ
κάθαρτ@ ἔσαι: quasi diceret, immũdus existens,
immũdus erit: sed non hoc est existẽs, quod Græ
cus dixit ὤν, sed si dici posset, essens ab eo quod
est esse, non ab eo quod est, existere. Et uestimen
to si fuerit in eo tactus lepræ: potuit usitate ita di
cere, & in uestimento si fuerit tactus lepræ. Aut
in omni uase pelliceo in quocunq; fuerit in eo ta
ctus: poterat satis esse, in quocunq; fuerit tactus.
Et ecce non cõmutauit tactus aspectum suum, id
est colorẽ in quem aspicitur: non enim aspectum
quo ipse aspicit. Tactum quippe ipsam maculã di
cit. Et accipiens sacerdos de hemina olei, super Leui.14
fundet in manũ sacerdotis sinistram: non dixit, in
manũ suam sinistrã, cum utiq; in suam faciet. Vi Leui.15
ro uiro cuicũq; fuerit fluor, & homo cuicũq; exie
rit ex eo cõcubitus seminis, & omne super quocũ
q; dormit super illud, & omne super quod sederit
super illud immũdũ erit. Et emittet in manu ho Leui.16
minis parati in eremum: id est, emittet in eremũ in
manu hominis ad hoc parati: de hirco emissario
loquebatur cum hoc diceret, notandũ est aũt quo
modo dicat scriptura, in manu. Homo homo fi Leui.17
liorum Israel: id est, ex filijs Israel: ista autẽ repeti
tio quẽlibet hominẽ uidetur significare, id est ille
aut ille. Turpitudinẽ patris tui & turpitudinem
matris tuæ non reuelabis: hac locutione concubi
tum uetuit cum his personis. Turpitudinẽ fra Leuit.18
tris patris tui non reuelabis, & ad uxorẽ eius non
introibis: propinqua enim tua est: &, posuit pro
id est: hanc enim dicit turpitudinem fratris patris
eius, id est turpitudinẽ patrui, pudenda uxoris pa
trui. Et exhorruit terra eos qui insident super eã: Leui.19
id est, sedes habent, quod est habitant. Et perme
tentibus uobis messem terræ uestræ, non perficie
tis messem uestrã agri tui permetere. Hoc quod à
plurali cœpit, & ad singularẽ numerũ terminauit,
plerique Latini interpretari noluerũt, sed dixerunt
agri uestri, ubi dictum est agri tui, quasi Græcus
hoc non posset dicere: magis ergo locutio notan
da fuit quàm emendanda. Quicũq; acceperit so Leui.20
rorem suam ex patre suo aut matre sua, & uiderit
turpitudinẽ eius, & ipse uiderit turpitudinẽ eius,
turpitudinẽ sororis suæ reuelauit, peccatum suum
accipient: peccatũ posuit pro pœna peccati. Et
segregabitis uosmetipsos inter medium pecorũ
mundorum, & inter medium pecorum immũdo
rum, & inter medium uolucrum mundarũ & im
mũdarum. Segregabitis uosmetipsos dixit, inter
medium mũdorum & immundorũ: quoniam se
gregantur munda ab immũdis, uel à mundis im
mũda: noua est omnino locutio. Aliud est enim,
Segregabis inter medium pecorũ mundorum, &
inter medium pecorum immũdorum: sicut sæpis
sime loqui solet. Aliud est quod modo ait, Segre
gabitis uosmetipsos, tanquã ab alterutrum segre
gantes seipsos segregẽt ab utriq;, tanquã iudican
do inter utraq;. Dic sacerdotibus filijs Aaron, Leui.21
& dices ad eos, In animabus non inquinabunt in

gente

Universidad de Deusto
Biblioteca

gente eorũ,niſi propinquo qui proximus eſt eis. In luctu dicit qui debetur animabus defunctorũ: A ideo enim lugentur,quia exceſſerũt. Et caluitiũ non rademini ſuper mortuũ,& ſuper carnes ſuas non ſecabũt ſectiones:uſitata eſſet locutio,carnes ſuas non ſecabunt ſectionibus. Mulierẽ fornicariam & prophanã non accipiẽt,& mulierẽ eiectã uiro ſuo,qm̃ ſanctus eſt dño deo ſuo:nõ dixit,qm̃ ſancti ſunt,ſed tanq̃ de uno loqueretur cum cœperit à plurali. Deinde ſequitur ſingulariter,Sanctificaui eum,dona dñi dei ueſtri iſte offeret,ſanctus eſt,qm̃ ſanctus ego dñs qui ſanctifico eos:rurſus ad pluralẽ concluſit. Si aũt ſacerdos poſſederit animã emptã pecunia,hic edet de panib⁹ eius: non dixit,hæc edet,cum animã dixerit,quæ generis eſt fœminini,ſed potius ad illud reſpexit quod per animã ſignificare uoluit,id eſt ad hominem. B
Leuit.22 Et filia hominis ſacerdotis ſi fuerit uiro alienigenæ:id eſt,ſi nupſerit uiro alienigenæ. Et locutus eſt dñs ad Moyſen dicẽs, Vitulũ aut ouem aut capram cum natũ fuerit,& erit ſeptẽ dies ſub matre ſua:plus uidetur habere,&,ſecundũ uſitatiſſimas locutiones in ſcripturis,quas Latini pleriq; transferre noluerũt. Et ſanctificabor in medio filiorũ Iſrael,quod eſt ſanct⁹ habebor:neq; enim dñs etiã præter filios Iſrael nõ eſt ſanctus.Eo ſenſu dictum
Mat.6 eſt & in oratione dñica,Sanctificetur nomen tuũ:
Leuit.23 id eſt,ſanctũ habeaẽ ab hominibus. Loquere ad filios Iſrael & dices ad eos,ſolennia dñi quæ uocabitis uocata ſancta,iſta ſunt ſolẽnia mea,ſex dieb⁹ facies opera:cum ad plures loquendũ dixerit,tanq̃ ad unũ poſtea loquitur. Et numerabitis uobis C à die craſtino ſabbati qua obtulerit gremiũ ſuperpoſitionis,ſeptẽ ſeptimanas integras numerabis: non dixit numerabitis,cum ad plures ſuperius lo-
Leuit.24 queretur. Et cum nominaſſet filius mulieris Iſraelitidis,nomẽ maledixit:cũ hic nõ addiderit dei, manifeſtũ eſt tamẽ nomẽ dei eſſe intelligendũ cui maledixit. Homo homo ſi maledixerit deũ,ſuũ peccatũ accipiet:ecce ubi ſatis apparet locutionis eſſe,cum dicitur homo homo,tanq̃ dicat,homo ille aut ille,hoc eſt quicũq; homo:non ſicut quidã putauerũt,homo homo ita dici,tanq̃ laudabiliter nũcupetur:ac ſi diceretur homo,ſed homo,id eſt nõ qualiſcũq; uelut ſimilis pecori,ſed qui uere ſit homo:quem ſenſum non eſſe uerũ,ſed locutionis hoc eſſe ſcripturarũ aperte hic oſtenditur,cum in D
Leuit.25 eo dicitur qui culpatur,non qui laudatur. Cum de ſeruis ageret quos liceret habere Iſraelitis, Et erunt uobis,inquit,in poſſeſſione in æternũ:cum utiq; æterni moriẽdo eſſe non poſſent uel dñi uel ſerui. Aeternũ ergo dixit,ubi non eſt tẽporis præſtitutus modus quouſq; ſeruiant,ſicut conſtitutus
Leuit.26 eſt eis quos in remiſſione dimitti iubet libertati ſuæ. Si in præceptis meis ambulaueritis,& mandata mea obſeruaueritis & feceritis ea, & dabo pluuiã uobis in tẽpore ſuo:ſuperfluũ eſt,&,cõſuetudini locutionis noſtræ,ſed more ſcripturarum additum:ſequebatur enim,dabo uobis. Et ſi uſq; adhuc non obedieritis mihi,& apponam caſtigare uos ſepties in peccatis ueſtris:etiam hic ſuperfluum eſt,&,ſequebatur enim,apponam caſtigare uos:quod autem ſepties aít,ſepties pro omni numero accipiendum eſt.

D. AVRELII AVGVSTINI LOCVTIONIS DE NVMERI LIBER IIII

Tuobiſcũ erũt unuſquiſq; ſecundũ caput uniuſcuiuſq; principũ,filij Si- Num.1
B meon ſecundũ propinquitates eorũ, ſecundũ populos eorũ,ſecundũ domos familiarũ eorũ,ſecundũ numerum nominũ eorum,ſecũdum caput eorũ,omnia maſculina à uiginti annis & ſupra,omnis qui procedit in uirtute recognitio eorũ.Hæc locutio qđ
B nõ dicit filij Simeon,uel ex filijs Simeon,ſed filijs Simeon datiuo caſu,& hoc ſeruat deinceps in cæteris tribubus,nõ eſt trãslata ab interpretibus Latinis quos inſpicere potuimus. In ſola aũt tribu Rubẽ quæ prima numerata eſt:nõ eſt iſta locutio: nõ eñ ait,filijs Rubẽ ſecundũ propinqtates eorũ, &c.ſed ait,& fuerũt filijs Rubẽ primogeniti Iſrae lis ſecundũ propinqtates eorũ,et deinde ſimiliter Num.2
ut in cæteris. Et fecerunt filij Iſrael ſecundũ omnia quæ mãdauit dñs Moyſi & Aarõ,ita fecerũt. Num.3
Sacerdotes qui uncti ſunt,quorum cõſummauerunt manus eorũ ſacerdotio fungi. Et imponent ſuper illud omnia uaſa eius quibus miniſtrant in ipſis. Et reddet cui deliquit ei:quidã locutionẽ iſtam transferre uolentes,emẽdato ordine uerba tranſtulerunt,dicentes,& reddet ei cui deliquit.
Vir aut mulier quicũq; fecerit ab omnibus pecatis humanis:nõ ait,quæcũq; fecerit:ſed locutio eſt,ubi ſexus maſculinus pronomen uẽdicauit,cuis poſterius fœmininus ſit poſitus,quæ locutio uſitata nõ eſt. Viri uiri ſi præuaricata fuerit uxor eius:non ſolum quia geminauit nomẽ,ut diceret, uiri uiri,ſed etiã quia addidit,eius,notãda locutio eſt. Si ſupueniet illi ſpiritus zelandi,illa aũt non fuerit inquinata,& adducet homo uxorẽ ſuam ad ſacerdotẽ:ſuperfluũ eſt,&,ſed ſcripturis uſitata locutio. Erit aqua argutionis quæ maledicit hæc: hanc locutionẽ inuſitatã fecit ordo uerborũ: poſſet etiã uſitate ita dici,erit aqua argutiõis hæc quæ maledicitur,uel ſi quid aliud uſitata uerba ordinãdo dici poteſt. Innocẽs eſto ab aqua argutionis quæ maledicitur hæc:in hac locutione non ſolus uerborũ ordo inuſitate ſonat,ſed etiã caſus mutatus eſt:eſſet enim integrũ & uſitatũ,innocẽs eſto ab hac aqua argutionis quæ maledicitur,aut ab aqua argutionis hac quæ maledicitur. Et inflabitur uentrem:pro,inflabitur uentre:hæc locutio & apud Latinos autores frequẽtatur,ſed interpretes noſtri qui eam transferre noluerũt,dixerũt,& inflabitur uenter eius. Vir uel mulier quicũq; magne uouerit uotũ:non dixit,quæcũq;. Et radetur caput ſuum:talis locutio eſt qualis ſuperius:inflabitur uentrẽ. Sex uehicula tecta & duodecim bo- Num.7
ues,uehiculũ à duobus principibus,& uitulum à ſingulis:in hac locutione notandũ putaui eoſdem dictos

dictos uitulos quos boues dixerat,ſed hoc etiam Græcũ idioma eſſe perhibetur. Princeps unus quotidie,princeps quotidie offerẽt dona ſua:pro eo ut diceret, ſingulis diebus ſinguli principes.
Vitulũ unum pro bobus & hircũ ex capris unũ.
Num.8 Et non erit in filijs Iſrael accedẽs filiorũ Iſrael ad ſancta:uidetur potuiſſe ſufficere,& nõ erit in filijs Iſrael accedẽs ad ſancta:aut certe,non erit filiorũ Iſrael accedens ad ſancta. Et fecit Moyſes & Aaron & omnis ſynagoga filiorũ Iſrael Leuitis ſecũdum quæ præcepit dñs Moyſi de Leuitis,ita fece
Num.9 runt eis filij Iſrael. Et homo homo quicũq; mundus fuerit,& in uiã longinquã non eſt,& defuerit facere paſcha,exterminabitur anima illa de popu lo ſuo:ergo homo homo,locutio eſt,ac ſi diceret, quicũq; homo ille uel ille. Et cum aſcendiſſet nu-
B bes à tabernaculo,& poſtea promouebãt filij Iſra
Num.10 el:poterat plenũ eſſe,& cum aſcẽdiſſet nubes à tabernaculo,promouebãt filij Iſrael. Et promouebunt ordo caſtrorũ filiorũ Iuda primi. Et promouebunt filij Gerſon & filij Merari:futuri tẽporis uerbũ poſuit,cum rem geſtam præteritã narret,ſicut in ſuperioribus cum de nube loqueretur,ad cuius motũ uel ſtationẽ caſtra promouebãt uel conNum.11 ſiſtebant,atq; ita deinceps in pluriũ promotioni-
Raguel Madianitæ genero Moyſi:nõ ait,genero ſuo. Et dixit ad eum,non ibo,ſed ad terrã meam & ad progeniẽ meam:ſubauditur,ibo. Et promiſcuus qui erat in eis cõcupiuerunt cõcupiſcentiã: ſingularẽ poſuit pro plurali,ut ꝓmiſcuus diceret, non promiſcui,& tamẽ pluralẽ reddidit,cum ait C cõcupiuerunt. Nunc aũt anima noſtra arida,nihil præter in manna oculi noſtri:deſunt uerba,eſt & ſunt:plenũ quippe eſſet,anima noſtra arida eſt, nihil præter in mãna ſunt oculi noſtri:nam quidã interpretes ita tranſtulerunt,& addiderunt uerba quæ non ſunt in Græco. Et molebãt illud in mola. Sexcẽta milia peditum,in quibus ſum in eis.
Et abſtulit de ſpiritu qui ſuper ipſum:ſubaudiẽ, aut erat,aut erit:ſed hanc locutionem quæ dicitur eclipſis,Græco eloquio familiariſſimã,& quantũ puto etiã Hebræo,Latinos interpretes transferre piguit,cum & in Latina lingua frequẽteꝛ cꝫuis minus cꝫ in Græca. Et percuſſit dñs plagã magnã
Num.12 ualde:notãda fuit locutio,percuſſit plagã,nõ per-
Num.13 cuſſit plaga,quod eſt uſitatũ. Et homo Moyſes D lenis ualde:ſubauditur,erat. Et ira animationis dñi ſuper eos:ſubaudiẽ,facta eſt. Ecce Maria leproſa ſicut nix:& hic ſubaudiẽ,facta. Et quæ terra in qua iſti incident ſuper eam,& quæ ciuitas in quibus iſti habitãt in ipſis. Locum ipſum quẽ nominauerunt uallẽ Botri:cum ſuperius dixiſſet,uenerũt in uallem Botri:dictũ eſt ergo per anticipationem,non quia iam hoc uocabatur quãdo uenerũt,ſed cum ſcriberetur hic liber,iam uocabatur.
Quoniã fortior eſt nobis magis:uſitata eſſet locutio ſi nõ haberet,magis. Et protulerũt pauorẽ terræ quã expoliauerũt eam. Terrã quam tranſiuimus eam explorare,terra comedẽs qui habitãt ſuper eam eſt:dicendũ aũt fuit uſitate,terra quam trãſiuimus explorare. Terrã quã exploraui- A
mus eam bona eſt ualde ualde. Et ait omnis ſynagoNum.14 ga lapidare eos in lapidibus:non dictũ eſt lapidibus,cum ipſum lapidare,poſſet uſitata locutione ſufficere. Et quouſq; non credunt mihi in omnibus ſignis quibus feci in ipſis:non ait,quæ feci in ipſis. Puer aũt meus Caleph quoniã ſpirit⁹ alius in eo,& aſſecutus eſt me,& inducã eum in terrã: uſitatũ eſſet ſi non haberet,&. Et inducã eum in terrã,in quam intrauit illuc:ſufficeret uſitata locutione,in quam intrauit. Et ait dñs ad Moyſen & Aaron dicẽs:hoc illatũ eſt,cum dñs & ſuperius loqueref:facit hoc ſæpe ſcriptura cum aliquid aliud uult dicere,iterũ inducit loquentẽ qui iam loquebatur. Quotquot murmurauerũt ſuper me:non ait,de me,aut aduerſus me. Et hæreditate poſſi-
B debũt terrã quam uos abſceſſiſtis ab ea:uſitatũ eſ-
ſet à qua uos abſceſſiſtis:nũc uero,& quã abſceſſiſtis dictũ eſt,& nouo more additũ eſt,ab ea,ſicut ſcripturæ loqui ſolent:ſicut eſt,penitusq; ſonãtes, acceſſiſtis ſcopulos, id eſt acceſſiſtis ſcopulos:non ait,ad ſcopulos:&,deuenere locos,non ait ad locos:ita & quã abſceſſiſtis,nõ ait à qua abſceſſiſtis.
Ego dñs locutus ſum,niſi ita fecero ſynagogæ iſti malignæ. Quærendũ eſt ſane quid ſit qđ Græce poſitũ ſit ἐκὸ. Noſtri eñ interpretes hoc penè ubiq; interpretati ſunt,niſi in terrã in quã ego in-
duco uos illuc. Si aũt anima una peccauerit non Num.15
ſponte,offeret capram unam anniculã pro peccato, & exorabit ſacerdos pro anima inuita,& quę peccauerat nolenter ante dñm,exorare pro eo,& remittetur ei. In hac ſentẽtia & illa locutio notanda erat,qđ ait,exorabit ſacerdos:& poſtea dixit exorare. Vtrunq; enim ſimul,ita dici poſſet,exorabit exorare. Et illa,quod à fœminino genere incipiẽs ad maſculinũ clauſit. Cum enim dixiſſet,ſi anima una peccauerit:cõcluſit dicẽs,exorare pro eo:ubi intelligitur,pro eo homine:nam quod adiũxit,& dimittet ei:in Latino quidẽ nõ apparet,quia hoc pronomẽ generis omnis eſt:ſed in Græco maſculinũ elucet,ubi habet αὐτῷ,quod hic poſitũ eſt,ei. Quod uero hic dictũ eſt,pro anima inuita:intelligitur quæ inuita peccauerit,nõ quod nolit pro ſe offerri. Hoc enim etiã conſequenter expoſuit,ubi ait,& quæ peccauerit noleter. Et ideo inuita poſitum eſt,quia Latine nõ potuit exprimi qđ Græce dictũ eſt ἀκουσιαζόμενος:non potuit enim dici nolẽtata,uel quid aliud ab eo quod nolens fecerit. Et anima quæcũq; fecerit in manu ſuperbię:ſubaudiNum.16 tur peccatũ:notandũ etiã quod ait,manu ſuperbiæ, manũ ponens pro opere ſiue poteſtate. Morte moriatur homo,lapidate eum lapidibus omnis ſynagoga,et morte moriatur,& lapidate lapidibus, & lapidate omnis ſynagoga:locutiones ſunt inuſitatæ nobis. Et accipite ſinguli thuribulũ ſuũ,& deſcẽderũt ipſi & omnia quæ ſunt eis:præſens poſuit pro præterito,ſunt pro erãt uel fuerũt. Et omnis Iſrael qui in circuitu eorũ fugerunt à uoce eorum:ſubaudiẽ erat,id eſt omnis Iſrael qui erat in circuitu eorũ. Quoniã ſanctificauerũt thuribula peccatorũ horũ in animabus ſuis:non dixit,quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctificauerũt thuribula peccatores hi in anima/
bus suis,sed quasi quærereť quorũ thuribula,pro A
eo ut diceret sua,dixit peccatorũ horum. Qui aũt
sanctificauerint,intelligẽdum reliquit,id est,quia
Num.17 ipsi. Et ecce germinauit uirga Aaron in domum
Num.18 Leui:Latina cõsuetudo,in domo Leui exigeret di
ci. Et ego accepi fratres uestros Leuitas de me/
dio filiorũ Israel dationẽ datam dño:hæc locutio
in Latinũ necessitate ita trãslata est:nam Græcus
habet λοιμα ἀδωρήτου,quod si quisquã Latine uelit
exprimere,dicturus est,datũ datum,quia & λοιμα
Phil.4 datũ est,secũdũ quod dicit Apostolus,Non quia
quæro datũ,sed requiro fructum:quod in Græco
Gen.4 λοιμα scriptũ est.& in Genesi,Dedit Abrahã data
filijs suis:Græcus habet,λοιμαζε.& in Euangelio,
Mat.7 Nostis bona data dare filijs uestris:λοιμαζε,est in
Græco:& ἀδωρήτου,datũ est,non nomen,sed par/ B
ticipiũ. Ac per hoc,datum datũ dici posset,tanq̃
datum quod datur,nisi ambiguitas uitanda esset:
hanc ambiguitatẽ quidã nostri uitare conãtes in/
terpretes,donum datũ dixerũt:sed donũ,Græce
δῶρον dicitur,non λοιμα:unde hoc loco non recte
diceretur,quia nõ sibi hoc donatũ à filijs Israel di
cit deº,sed pro primogenitis sibi debitis redditũ:
unde & quæ redduntur & quæ donãtur,data dici
possunt:& ideo omne donũ etiã datũ est,non om
ne datũ etiam donũ est:quia nõ omne quod datur
continuo etiã donatur. Omnis primitia olei,&
omnis primitia uini & tritici,primitia eorũ quæ/
cunq; dederint dño,tibi dedi ea. Non dixit omnẽ
primitiuũ tibi dedi eum:sed cũ dixisset,omnis pri
mitia,& enumeraret de quibº esset,intulit tibi de/ C
di ea:nec saltem tibi dedi eam,aut tibi dedi eas,id
est primitias,sed neutrũ genus intulit,quod qui/
dem fieri absoluta locutione etiã in Latina lingua
solet. Neq; hoc quod dictũ est primitia,Latinũ ui/
detur:primitiæ quippe numeri tm̃ pluralis dici so
lent. Sed si potuerũt interpretes nostri transferre
Psal.15 quod in Græco inuenerũt,Non cõgregabo con/
Psal.5 uenticula eorũ de sanguinibus:& alio loco,Virũ
sanguinũ & dolosum abominabitur dñs:cum san
guis in Latina lingua numeri sit tm̃ singularis,cur
etiã hic piget & singularẽ numerũ primitia sicut
habet Græcus exprimere? Aliqui tamẽ interpre/
tes primitias trãstulerũt,& per accusatiuũ casum,
ut dicerẽt,omnes primitias tibi dabo. Ita utranq;
locutionẽ nobis inusitatã quõ in Græco inuenta D
Num.19 est,transferre noluerunt. Loquere filijs Israel &
accipiẽt à te iuuencam rufam:pro eo ac si diceret,
adducãt ad te:aut certe utrũq; usitate diceret,acci
piant & adducãt ad te iuuencã rufam. Et lauabit
corpus suum aqua:hoc intelligereť etiã si non ha
beret,aquam. Et ponet extra castra in locũ mun
dum:non in loco mundo dixit,quod Latinæ locu
tionis est. Omne uas apertũ quæcũq; non habẽt
Num.20 alligaturã alligatã super ea. Et accepit Moyses
uirgã quæ ante dñm:subauditur,erat. Quia non
credidistis sanctificare me in conspectu filiorũ Is
rael:id est sanctitatẽ meam declarare:secundũ istã
locutionem dictum est,Et pro eis sanctifico meip
sum:& in oratione dominica,Sanctificetur nomẽ
tuum. Et incolæ fuimus in Aegypto dies plu/
res:pro,annis multis. Et dixit ad Edom,hic est
gens ipsa:nõ enim adhuc uiuebat Edom qui erat
Esau:sicut ipsi qui nũcios miserũt Israel uocaban/
tur,quod prius nomen unius hominis erat. Et di
cunt ei filij Israel,iuxta montẽ trãsibimus:si aũt de
aqua tua biberimus ego & pecora mea,dabo pre/
cium tibi:satis elegãter à plurali transit ad singula
rem numerũ,tanq̃ Israel diceret,cum dixisset filij
Israel,& à uerbis cœpisset numeri pluralis,qđ est
trãsibimus & biberimus. Et uidit omnis synago
ga quia dimissus est Aaron:non facile hoc uerbũ
reperitur in scripturis,dimissus,pro eo quod est
mortuus:hoc & in Euangelio est,ubi ait Simeon, Luc.2
Nunc dimittis seruũ tuum in pace:uerũtamẽ ἀπο/
λύεις habet in Græco,quod magis à resolutiõe q̃m
à dimissione dictũ sonat:non enim dixit ἄφεις,qđ
sine dubio est,dimittis. Et fleuerũt Aaron trigin
ta dies omnis domus Israel:nõ dixit fleuit,nec di
xit tota uel uniuersa,sed omis,quasi plures essent:
sicuť est,omnis homo,quod de omnibus dicitur,
longe utiq; aliud q̃m totus homo quod de uno dici
tur:sed assidue ponit scriptura omne pro toto. Et Num.11
detrahebat populus ad deũ & aduersus Moysen:
non dixit de deo,sed ad deum:q̃uis hanc locutio/
nem quidã transferre nolẽtes,detrahebãt de deo,
transtulerũt. Ora ergo ad dñm ut auferat à nobis
serpentẽ:sicut in Exodo dictũ est,ranam,singula/
re pro plurali. Et factũ est quando momordit ser
pens hominẽ,& aspexit in æneum serpentẽ & ui/
uebat:non solũ hoc habet ista locutio q̃ uertit mo
dum uerbi,& à specie perfecta præteriti tẽporis
ad imperfectã clausit,sed etiã quod plus habet,&.
Et eleuãtes ex Oboth castra collocauerũt in Cot Num.12
gai trans in eremo:hoc est,in ulteriore eremo. Et
percussit asinã in uirga:non dixit,uirga,sed in uir/
ga. In maledictionẽ inimicorũ meorũ uocauit te,
& ecce benedixisti benedictionẽ:non dixit,bene
dictione,sed tanq̃ diceret,ecce benedixisti bene/
dictionẽ. Quęcũq; miserit deus in os meum,hoc
obseruabo loqui:non dixit,hæc obseruabo. Ve
ni mecũ adhuc in locũ alium de quo non uidebis
eum inde. Et ait dñs ad Moysen,Accipe duces Num.14
populi & ostenta eos dño contra solem,& auerte
tur ira animationis domini ab Israel:cum dñs lo/
queretur,nõ dixit,& ostẽta eos mihi & auertetur Num.14
ira mea ab Israel. Domus familiæ est Madiã:de
muliere hoc dixit quæ cum adultero Israelita per/
cussa est:quibus uerbis,quantũ puto intelligi,uo/
luit nobisl̃ fuisse ut diceret eam,domus familiæ,
sicut iam uulgo ad insigne diuitiarũ & paterfami/
lias & materfamilias dicit. Et locutus est dñs ad
Moysen & ad Eleazar sacerdotem dicẽs,accipe
principiũ totius synagogæ filiorũ Israel à uiginti
annis & supra:notandũ quid appellauerit princi/ Num.27
piũ,robur scilicet ætatis in populo. Vt exaudiãt
eum filij Israel & in ore eius exibũt,& in ore eius
introibũt,id est cum iusserit. Et fecit Moyses se/
cundum quæ præcepit illi dominus,& assumens
Iesum statuit eum ante Eleazarum sacerdotẽ &c.
ubi hoc notandum fuit,quia cum iam dixisset,& fecit

fecit Moyses secundum quæ præcepit illi dñs,ea/
dem ipse repetit. Et cõmendauit eum secundum A
Num.28 quæ præcepit dominus Moysi:non ait,secũdum
quæ præcepit illi dominus. Decimam decimam
similaginis cõspersam in oleo agno uni:id est,sin/
gulas decimas singulis agnis:quod enim ait,deci
mam decimã,significauit quod repetẽdæ sint de/
cimę per singulos agnos. Et in mẽse primo quar
tadecima mensis huius dies festus,septẽ dies azy
ma edetis:notandũ diem festũ per plures dies ce/
lebrari:& tamẽ diem festum dici,non dies festos,
ipsius festiuitatis celebrationẽ,quotquot dies te/
Num.29 nuerit. Et mẽse septimo una mẽlis:secundũ hãc
Gen.1 locutionẽ dictũ est in Genesi,Et facta est uespera,
& factum est mane dies unus:nam & ibi sicut hic
Græcus habet ἡμέρα μία:unde quidã hic interpre
tãtes,prima die mensis,necessariã locutionẽ præ/ B
termiserũt,q̃uis à sententia uerborũ non recesse/
rint. Vitulum unum ex bobus,arietẽ unum:non
ait,ex ouibus sicut illud ex bobus,cum & illud si
deesset,plenũ esset. Agnos anniculos sine uitio
septẽ:hoc quod in agnis posuit sine uitio,per om/
nia subaudiť,& in uitulo scilicet & in ariete. De/
cima decima agno uni septẽ agnis:id est,singulas
singulis. Exceptis uotis uestris & uoluntarijs ue/
stra & holocaustomata uestra,sacrificia uestra,&
libamina uestra,& salutaria uestra. Hanc locu/
tionem si uel Græca esset nõ notarem. Non enim
ait,exceptis uotis uestris & uoluntarijs uestris &
cætera ut cœperat:sed neq; excepta uota uestra,
ut ab ipso uelut solœcismo inciperet. Sed cũ prius
recte usitata locutione dixisset:excepris uotis ue/ C
stris,ea deinde adiunxit per alium casum ubi sub/
Num.30 audiri nõ possit,exceptis,sed excepta,quod non
admittit nec Græca nec Latina locutio. Homo
homo quicũq; uouerit uotum domino:pro eo qđ
est,omnis homo:cum aũt mulier uouerit uotũ do
mino,aut definierit definitiõe in domo patris sui
in iuuẽtute sua. Hic mulierẽ,fœminã dicit etiam si
uirgo sit,more scripturarũ. Vnde etiã de Christo
Gal.4 est,quod ait Apostolus,Factum ex muliere. Et
audierit pater eius uota eius & definitiones eius
quas definiuit. Definitiones definiuit,locutio est.
Desinunt aduersus animã suam:id est,aduersus
delectationes animæ suæ. Et tacuerit pater eius,
& stabũt omnia uota eius:hic plus habet,&:nam
integer sensus est:si audierit & tacuerit pater eius, D
stabunt omnia uota eius. Si aũt facta fuerit uiro:
intelligiť,nupserit. Scriptura sic loquitur. Et uo/
ta eius super eam:subauditur sunt,quod nonnulli
interpretes etiã addiderũt. Omnia quęcũq; exie
runt ex labijs eius secundũ uota eius,& secũdum
definitiones quę aduersus animã eius,non manet
ei. Cum expectareť numerus pluralis,ut diceret,
Num.31 non manent ei:nam ita nõnulli interpretati sunt,
uitantes istum quasi solœcismũ. Mille ex tribu,
& mille ex tribu ex omnibus tribubus Israel. Nũ/
quid duodecies dixit mille? Et tamẽ repetitio ista
millenos significat. Interfecerũt in gladio:quod
usitate diceretur,interfecerũt gladio. Et omnes
ciuitates eorum quæ in habitationibus eorũ:sub/
auditur,erant. Et illas eorum succenderunt in
igni:quod usitate diceretur,succenderunt igni.
Et omnem multitudinẽ mulierum:quæ non no
uit concubitũ masculi,uiuificate. Nusquã certius
apparet Hebræa locutione mulieres etiã dici uir/
gines solere. Et à dimidia parte eorum accipie/
tis & dabis ea Eleazar sacerdoti primitias domi
ni:non dixit,dabitis. Et animæ hominum à mu/
lieribus,quæ non cognouerunt concubitum uiri,
omnis anima duo & triginta milia:et hic superior
locutio cõfirmata est,mulieres dici etiã quæ non
cognouerunt concubitũ uiri:id est,uirgines. Et
accepit Moyses & Eleazar sacerdos aurum à chi
liarchis & à centurionibus,& intulit ea in taber/
naculũ testimonij. Videtur dicere debuisse,Et in/
tulit illud in tabernaculum testimonij,quoniã au/
rum acceptũ esse prædixerat,& plerig; Latini co/
dices sic habent. Sed ideo pluraliter uidetur illatũ
ut diceret,intulit ea,quia multa uasa fuerant su/
perius commemorata in quibus erat hoc aurum.
Et pecora multitudo erat filijs Ruben & filijs
Gad,multitudo copiosa ualde:non dixit,& peco
rum multitudo erat. Et uiderũt regionem lazer Num.32
& regionem Galaad,& erat locus,locus pecori/
bus:non iungendũ est in pronũciatione quod bis
dixit locus,sed subdistinguendũ,& erat locus,&
deinde inferẽdum,locus pecoribus. Quasi enim
expectaretur qualis locus,ita repetitio eleganter
illata est. Et accedentes filij Ruben & filij Gad
dixerunt ad Moysen & Eleazar sacerdotẽ,& ad
principes synagogæ,dicẽtes:non est ista uel Græ
ca uel Latina locutio,dixerũt dicẽtes,sed Hebræa
uidetur. Detur terra ista famulis tuis in posses/
sionem:quasi de alijs dicerent cum sibi peterent.
Non enim secuti sunt post me:præter Caleph fi
lius Iephone:uidetur dicere debuisse,præter Ca/
leph filium Iephone:sed nominatiue intulit,quia
præcessit,secuti sunt:est aũt ista locutio etiã Lati/
na,sed rara. Donec cõsummaretur omnis gene/
ratio faciẽtis maligna in cõspectu domini:non di
xit,facientis maligna,neq; facientiũ maligna. Et
accesserunt ei,& dixerunt,non utiq;:usitatum est
accesserũt ad eum. Et ædificabitis uobisipsis ci/
uitates impedimẽtis uestris:ac si diceret,ædifica/
bitis uobisipsis ciuitates propter impedimẽta ue/
stra. Impedimenta nostra & uxores nostræ &
omnia pecora nostra erũt in ciuitatibus Galaad, D
pueri aũt tui transibunt omnes armati:non dixe
runt,nos aũt transibimus omnes armati,sed tan/
quam de alijs diceret. Et cõmendauit eis Moy/
ses Eleazar sacerdotem & Iesum filium Naue,&
principes familiarũ tribuum Israel. Non ait com/
mendauit eos Moyses Eleazar sacerdoti,quod
utique ordo locutionis usitatæ exigebat. Per hos
enim introducti sunt in terram quam petebant.
Vnde magis illi istis à quibus introducebãtur in
terram postulatã,quàm isti qui introducebãt illis
quos introducebãt cõmendati uidentur. Si aũtẽ
non transierint armati uobiscũ in bellũ in conspe/
ctu domini & transferre impedimenta eorũ:plus
habet,&. Et dedit eis Moyses filijs Gad & filijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ruben:plus habet,eis. Et non ibi erat aqua po/
Num.33 pulo bibere:pro eo quod est,ad bibendum. Lo/ A
quere filijs Israel & dices ad eos:sufficere uidet,lo
quere filijs Israel. Et omnia idola fusilia eorum
perdetis ea:plus habet,ea. Hoc erit uobis fines
maris:non dixit,hi erunt uobis. Et hoc erit uo
bis fines ad Aquilonē:eadem repetita locutio est.
Et erunt ciuitates eis habitare:pro eo quod dici
Num.35 solet,ad habitandū. Refugia erunt uobis fugere
illo homicidam:quod usitate dici posset,ut fugiat
illo homicida. Et incolæ qui in uobis,istæ ciuita
tes in refugiū:singulari numero positū est incolæ:
id est,huic incolæ qui in uobis:quoniā minus ha
bet,est:non enim ait,qui in uobis est,notissima lo
cutione,sed rariore in lingua Latina q̄m Græca.

D. AVRELII AVGVSTINI
LOCVTIONIS DE DEVTE/ RONOMIO LIBER V

Deut.1 SOLVE ad flumen magnū, flumen
Euphraten:non dixit,usq; ad flumen
V magnū Euphratē. Et iudicitū quod
durū fuerit à uobis afferetis illud ad
me:non dixit,quod durum fuerit uo
bis,sed à uobis id est ita durū ut à uobis iudicari
non possit. Si uidebit aliquis uirorū istorū terrā
optimā hanc quā iurauī patribus eorū,præter Ca
leph filius Iephone hic uidebit eā:& in libro Nu
merorū istam locutionē notauimus,qui:a nō dixit
Deut.2 præter Caleph filiū Iephone,sed filius. Dñs em
deus uester benedixit te in omni opere manuum C
tuarū:nō ait,benedixit uos in omni opere manuū
uestrarū,eū prædixisset uester,nō tuus. Nunc er
go surgite & promouete & pertrāsite uos uallem
Arnon,ecce tradidi in manus tuas Seon regē Ese
bon:nō dixit,in manus uestras,sed à plurali ad sin
Deut.4 gularē transiit. Quoniā quæ est gens magna cui
est ei deus appropiās illis:duo sunt hic notāda,uel
quod ait,cui est ei,uel quod nō ait,appropiās illi,
sed appropiās illis. Et similitudinē non uidistis
sed uocē:cū uox nō possit uideri,sed generaliter
hoc uerbū posuit tanq; ad omnē corporis sensum
uidere ptineat. In quā uos ingredimini illò,hęre
ditare eam:plenū esset etiā si nō additū esset,illò.
Et eduxit uos de fornace ferrea ex Aegypto:for
nacē ferreā,durā tribulationē intelligi uoluit:secū D
Psal.10 dum hoc & de Ioseph dictū est in Psalmis, Ferrū
pertransiit animā eius. Et non trāsiit Iordanem
hunc:quasi & alius sit Iordanis:ex hac locutione
arbitror sæpe dici etiā hūc mundū,quasi alius sit.
Si aūt genueris filios & filios filiorū tuorū:no/
tanda locutio est,ubi & uos nepotes dicit gigne
re. Et quæritis ibi dñm deū uestrū & inuenietis
eum,quādo exquiretis eū ex toto corde tuo,& ex
tota anima tua in tribulatione tua:non dixit,in to
to corde uestro & in tota anima uestra & in tota
tribulatione uestra. Interrogate dies priores qui
fuerūt priores te:non dies,sed homines intelligē/
dum est:similiter & hoc notandū quod etiā supe/
rius cum dixerit,interrogate pluraliter,priores te
intulit singulariter,non priores uobis. Si & tēta
uit deus ingressus accipere sibi gentem de media
gēte:tētauit,pro eo q̄ est uoluit,positū est,aut qd
aliud:qd' aūt ait,de media gēte,de medijs gētibus
intelligendū est,singulari posito pro plurali:sicut
serpentē,ranā & locustā,pro serpentibus,ranis &
locustis,scriptū legimus. Sed omnia quæ fecit
dñs deus uester in Aegypto corā te uidente:nihil
minus est etsi nō addatur,uidēte. Et ego stabam
inter dñm & uos in tempore illo annūciare uobis
uerba dñi,quoniā timuistis a facie ignis et nō ascē
distis in montē dicēs,ego sum dñs deus tuus &c.
dicēs,posuit pro,cum diceret. Et aduena qui in/
colit in te:populo,dictū accipiendū est non quasi
uni homini,quia in populo incolit aduena. Pro
pter hoc constituit tibi dñs deus tuus ut obserues B
die sabbati & sanctificare eum:si,&,non haberet,
non uideret inusitata locutio,ut obserues diē sab/
bati sanctificare eum:aut certe si ita esset,ut obser/
ues diē sabbati & sanctifices eū:aut ita, ꝓpter hoc
cōstituit tibi dñs deus tuus obseruare diē sabbati
& sanctificare eum:nūc uero,ut obserues diē sab/
bati & sanctificare eū,inusitata & notāda locutio
est. Attēde tibi ne dilatetur cor tuū & obliuisca/
ris dñi dei tui:notandū etiā in malo dici posse dila
tationē cordis:exultatio quippe in dilatatione in/
telligit,cui contrariæ sunt angustię,id est tristitia,
utrunq; autē potest & in bono & in malo accipi.
Et erit cum interrogauerit te filius tuus cras,di/
cens:cras,posuit pro futuro quocūq; tēpore. Se
ptem gentes magnas & multas:quō ergo multas,
si septem:Sed multas dixit,multitudinē habētes.
Non dispones ad eos testamentū:cum de genti
bus diceret,testamentū ergo pro facto posuit. Et
filiā eius nō sumes filio tuo:discedere enim faciet
filium tuū à me,& seruiet dijs alienis,& irascetur
indignatione dñs in uos:non ait irascar,sed tanq; Deut.6
de alio diceret. Ciuitates magnas & muratas
usq; in cœlū:hyperbolice dictum. Nec dicas in
corde tuo cum cōsumpserit dñs deus tuus gentes
istas ante faciē tuam,dicēs,propter iustitias meas
induxit me dñs hęreditare terrā bonā istam:ordo
est,ne dicas in corde tuo,dicēs. Nequādo dicāt
inhabitātes terram,unde inde nos eduxisti:more Deut.9
scripturæ additū est,inde. Quæ fecit uirtutem
Aegyptiorū:hoc interpretes nostri quidā Latini
minus intelligētes noluerūt dicere uirtutē,sed uir
tuti uel exercitui:quoniā id quod ait Græcus, δύναμις
μου nōnulli exercitū intellexerūt. Sed elegās locu
tio est,quæ fecit uirtutē eorum:intelligendum est
quid eam fecit,quoniā ad nihil eam redegit:sed
quia pluraliter dictum est,ideo subobscurum est.
Quos aperiens terra os suum deglutiuit eos &
domus eorū & tabernacula eorū:duæ locutiones
hic notādæ sunt,quod & additū est,eos,cum suffi
cere potuisset quod & ait superi⁹,quos:& domus
eorū cum dixisset,addidit & tabernacula eorum,
quasi alias in eremo haberent domus nisi taberna
cula. Sed nimirū domus intelligi uoluit homines
ad eos pertinētes,sicut ipsi populo dicitur,Et nūc
tu domus Iacob:nec ista locutio aliena est à latina
lingua

lingua:Nā et Romani dicti sunt domus Assaraci,
q̄ ex Assaraco Troiano originē ducerēt. Quo/ A
niā oculi uestri uiderūt omnia opera domini ma
gna quæ fecit in uobis hodie. Cū de his operibus
diceret quæ per eremū facta sunt eo tempore quo
ibi circūducebātur per quadraginta annos, tamē
hodie dixit, q̄d intelligi uoluit hoc tēpore quot/
quot ibi annos idē tempus habere potuisset. Ter
ram quā iurauit dñs patribus nostris dare eis semi
niq; eorū post eos. Tanquā diceret, id est semini
eorū post eos. Nō enim & ipsis dedit, sed ita ipsis
dedit cum semini eorū dedit. Si autē auditu au/
dieritis omnia mādata eius quę ego mādo tibi ho
die. Auditu uidetur superfluū, sed locutio est scri/
pturæ sanctæ familiarissima. Et dabit pluuiā ter
ræ tuæ in tēpore suo matutinū & serotinū. Cum
matutinū tempus dies dicatur, nūquid hic intelli B
gi uoluit tēpus anni primū? Serotinum uero mi/
nus Latinum est, sed nō potuit magis proprie de
Græco exprimi, quod illi dicūt ὄψιμον: tamē etiā
in Latina lingua uulgo usitatū est, ut dicatur sero/
tinū, sed quod tardius q̄ oporteat factū est. Hic ue
ro tēpus anni potius intelligi uoluit. Et cū come
deris & satiatus fueris, attēde tibijpsi ne dilatetur
cor tuum, & pręuaricemini & seruiatis dijs alijs.
Iam superius tales locutiones notauimus, siue q̄ à
singulari ad pluralem transit, siue quòd in malo
uoluit intelligi dilatetur, ubi noxiam prosperita/
tem significauit. Et flumen magnū Euphratem.
Repetitiones istæ usitatę sunt in scripturis & rem
decēter cōmendāt. Timorē uestrū & tremorem
uestrū imponet dñs Deus uester super faciē uni/ C
uersæ terræ. Nō timorē & tremorē quo ipsi timēt
Deut.12 & tremūt, sed quo timētur et aliōs tremere faciūt.
Nō poteris māducare in ciuitatibus tuis decima
tionē frumenti tui. pro eo quod est, non debebis.
Et incēdes ciuitatem in igni. nos usitatius dicere/
mus igni. Si autē longe fuerint uia à te: acsi dice/
ret, lōga uia erit, aduerbiū posuit ꝓ nomine. Et
fœnerabis gentes multas. Fœnerationē scriptura
Psal.3 dicit mutuo datā pecuniā, etiā si usurę nō accipiā/
tur. Vnde est & illud in Psalmo: Beatus qui mise
retur & cōmodat. Hoc enim maluerūt interpreta
ri nostri, qui sententiā potius q̄ uerba sequēda pu
tauerūt. Nā in Græco habet δανείζει, quod est fœ
neratur. Et principaberis gentiū multarū, tui au/
tem nō principabūtur. Tanq; diceret, Tibi nō do D
minabūtur, hoc est gētes. Genitiuus enim casus
est singularis huius pronominis quod ait tui, cu/
ius datiuus est tibi, non pluralis nominatiuus, cu/
ius genitiuus est tuorū. Si autem fuerit in te ege
nus in fratribus tuis in una ciuitatū. Nō uni homi
ni, sed populo dicitur, ideo, in te. Si aūt fuerit in
te egenus in fratribus tuis in una ciuitatū tuarū in
terra quā dominus deus tuus dat tibi, non auertes
cor tuū, neq; cōstringes manū tuam à fratre tuo e/
gente: Aperiēs aperies manus tuas ei, fœnus fœ/
nerabis ei quantūcunq; postulat & quātum eget.
Hic certe cum opera misericordiæ præcipiat, nō
utiq; usurarū crudelitas suscipienda est. Vnde ap/
paret q̄ ait fœnus fœneraberis ei: mutuo dandum
quod postularet intelligi uoluisse. Quod autē ait, A
aperiēs aperies manus tuas, tale est & quod sequi
tur: fœnus fœneraberis, usitata locutio est in scri/
pturis sanctis. Cū de aure pertundēda serui præ
cepisset: Et ancillā, inquit, tuā facies similiter, ac/
cusatiuū pro datiuo ponēs: Nō ait ancillæ tuæ fa/
cies, quod locutiōis nostræ cōsuetudo poscebat.
Si autē fuerit in eo uitiū claudum aut cæcū, uel
omne uitiū malū. Nō ait, claudicatio aut cæcitas,
ipsa enim sunt uitia, sed claudū & cęcū quod sunt
nō uitia sed animalia quæ habēt uitia. Hoc quoq;
notandū est q̄ ait, uitiū malū, quasi posset esse ui/
tium bonū. Et nō dormiet de carnib. de quibus
immolaueritis uespere die primo usque in mane. Deut.16
Pro eo quod est, nō remanebit ea nocte, non dor/
miet dictū est. Nō offeres domino deo tuo uitu/
lum uel ouē in q̄ est in ipso uitiū, usitata locutio es/
set, in quo est uitiū: sed ista scripturis est usitatior. Deut.17
Et lapidabis eos in lapidibus, & moriētur: quod
ex nostra cōsuetudine diceretur, lapidib⁹, nō in la
pidibus. Non multiplicabit sibi equū: pro equis
uel pro equitatu equū posuit, unde nōnulli equita
tū interpretati sunt. Nō poteris cōstituere super
te hominē alienū, qui nō est frater tuus. Nō pote/
ris dictū est, pro, nō debebis. Secūdū omnia quę
petisti à domino deo tuo in Oreb in die conuoca
tionis dicētes: cū dixerit superius petisti, dicētes
subiecit, nō dicēs. Quoniā dominus deus uester
qui prędecedit uobiscū, nō dixit uos. Si occurreris Deut.22
nidū auis ante faciē tuā in uia. Notandū q̄ occur/
reris dixit etiā non ambulanti. Si aūt ædificaue
ris domū nouā, facies coronā solario tuo, & nō fa/ C
cies homicidiū in domo tua, sed cadat qui cecidit
ab eo: id est, à solario cadat qui cecidit: nimis inu/
sitata locutio est. Et abiēs fuerit uiro alteri, & o/
derit eā uir nouissimus. Notādū ex duobus poste
riorē nouissimū dici, Talis locutio est in Euange/
lio, quādo quęritur ex duobus fratrib. quis eorū
fecerit uoluntatē patris, & respōdetur nouissimus,
cū duo fuerint. Nō pignorabis molam neq; supe
riorē lapidē molæ, quia anima iste pignorat. Pro Deut.24
eo quod est, quia animā pignoras si feceris. Dein/
de notandū animā dixisse pro ea uita quam habet Matth.6
anima in corpore. Ex qua locutione & illud est in
Euāgelio: Nonne anima plus est q̄ esca? Si autē
deprehēdatur homo furās animā ex fratribus suis
filijs Israel, animā pro homine posuit. Deniq; se/
quitur, & opprimēs eum uendiderit. Quæ nō mi/
nus notāda est locutio. Noluit enim dicere eam,
quod esset magis consequēs, quoniā animā dixe/
rat, sed eum, id est hominē in cuius significatione
dixerat animā. Si debitū fuerit in proximo tuo
debitū quodcunq;. Repetitio uerbi locutionē nō/
tandā facit. Si aūt noluerit homo accipere uxo/ Deut.25
rem fratris sui & ascēdet mulier in porta ad Sena/
tum & dicet: Non uult frater uiri mei suscitare no
mē fratris sui in Israel, noluit frater uiri mei. Quā/
uis uerborū repetitiones amet scriptura, inusita/
tior est tamen repetitio hæc, sed elegantius quere
læ ostentat affectū. Maledictus omnis qui dor/
mierit cum omni pecore: pro eo quod est, concu/

Universidad de Deusto
Biblioteca

buerit.Deinde cũ omni pecore:pro eo quod est,
Deut.28 cum quolibet pecore. Et seruies inimicis tuis, A
quos immittet dñs deus tuus super te:Græcus ha
bet λατρεύσεις, ubi Latinus interpretatus est,seruie
es:solet aũt hoc uerbũ in ea seruitute scriptura po
nere quæ debetur deo:unde idololatræ appellan
tur,qui ea seruitute idolis seruiũt.Ergo hic inusita
te positũ est hoc uerbum:quanꝯ possit etiã hunc
sensum habere,ꝙ tã grauiter multa dixerit,ut in
imicis suis nimiũ superbiẽtibus tanꝯ dijs seruisse
cogantur. Gentem cuius non audies uocẽ eius:
& hoc notandum est ꝙ & cuius dixit,& eius,sicut
loqui scripturę solent,& id quod ait,cuius non au
dies uocem:pro eo quod est,cuius linguã non in
telliges. Mollis & tenera in te ualde fascinauit
oculo suo fratrẽ suũ & uxorẽ quæ est in sinu eius,
& qui reliqui sunt filij quicunq; relicti fuerint illi, B
ita ut det uni ex eis à carnibus filiorũ suorũ de qui
buscunq; edet,eo quod non derelictũ sit ei quicꝯ
in angustia & tribulatione qua tribulabunt te ini
mici tui in omnibus ciuitatibus tuis.Notandũ est
quẽadmodũ id dictum sit fascinauit,pro inuidit,
& tanꝯ ad hoc derelicto,ut necesse sit ei dare de
carnibus filiorũ quas cogit necessitas in cibũ su
mi à parẽtibus:nam & in Prouerbijs quod Latini
Prouer.23 codices habẽt,Non cœnabis cũ uiro inuido:Grę
cus habet ἀνδρὸς βασκάνου.βάσκανον aũt fascinus
dicitur. Et erit sicut lętatus est dominus in uobis
benefacere uobis:Græcus habet,benefacere uos:
nec uidetur esse saltem Græca locutio:accusatiuꝰ
tamẽ pro datiuo positus intelligitur,unde malue
runt Latini interpretes dicere uobis q̃ uos. Vos
Deut.29 uidistis omnia quæ fecit dñs deus uester in terra C
Aegypti corã uobis Pharaoni & seruis eius omni
bus,& omni terræ illius tẽtationes magnas quas
uiderunt oculi tui:notandũ illas plagas etiã tenta
tiões uocari. Si fuerit dispersio tua à summo cœ
li usq; ad summum cœli,inde congregabit te dñs
deus tuus.Mirum si nõ hoc dicit,A summo cœli
usq; ad summũ cœli,quod solet etiã dicere,à sum
mo terræ usq; ad summũ terræ:fortasse propterea
quia secundũ id quod & iste aer cœlũ dicitur,con
Deut.30 iungitur terræ. Non est in cœlo dicẽs,quis ascen
det in cœlũ & accipiet nobis illud,& audientes il
lud faciemus:neq; trans mare est dicẽs,quis trã
fretabit nobis trans mare & accipiet nobis illud,
& audientes illud & faciemus,dicens:pro eo po D
suit quod est,ut dicas. Noua locutio,Et dñs qui
comitabitur tibi tecũ. Et dixit dñs ad Moysen,
Ecce tu dormies cum patribꝰ tuis:hoc uerbo eius
mortem significauit. Amaricãtes eratis quæ ad
deũ:id est,amaricabatis ea quæ dei sunt:scio eũ
quia post obitũ meum iniquitate iniquitatẽ facie
tis:uno uerbo aũt Græce dicitur,iniquitatẽ facie
tis quod est ἀνομήσετε. Et occurrẽt uobis mala no
uissimũ dierum:sic enim habet Græcus,pro,in no
Deut.32 uissimis diebus,aut in nouissimo dierũ. Nam hic
ipse pater tuus possedit te & fecit te,& creauit te:
ordo notãdus est,prius enim uidet dicere debuis
se,Creauit te & fecit te & deinde possedit te.Quõ
enim intelligitur posse possideri qui non est?Hæc

metaphora minus usitata est,ut renes tritici intel
ligãtur uelut interiora tritici,unde farina ejcitur.
Hoc enim & adipem dixit:nam hoc nomẽ etiam
farinam solent Græci appellare:hoc enim habet
Græcus in Exodo,ubi scriptũ est,eleuãtes farinã
super humeros suos:Græcus quippe interpres σεμί
δαλιν posuit,quod sunt adipes. Filij in quibus non
est fides in eis:usitata scripturis locutio. Quoniã
iudicabit dñs populũ suum,& in seruis suis conso
labitur:pro,seruos suos cõsolabitur:nisi fortè ip
sum consolari dicit translato uerbo,uelut ab indi
gnatione uel offensione,qua eum offendũt mali.
Sic aũt eius cõsolatio accipiẽda est,non ex more
hominum,sicut nec ira & zelus,& cætera talia.
Vbi sunt dij eorum in quibus fidebant in ipsis:
plenũ esset & sine,ipsis. Et iurabo dexterã meã:
B id est,per dexterã meam. Lætamini cœli simul
cum eo,& adorent eum omnes angeli dei:alij co
dices habent,& adorent eũ omnes filij dei.Filios
autem dei dictos,qui angeli sunt in cœlis,non faci
le in scripturis sanctis inuenitur.

D. AVRELII AVGVSTINI
LOCVTIONIS DE IESV NAVE LIBER VI

Ios.1 OS aũt transibitis expeditiores fra
tribꝰ uestris,omnis fortis:id est,om
V nis quicũq; in uobis fortis est. Vt Ios.3
sciatis uiam quã ibitis eã:plenũ esset
etiã si non haberet,eam. Et factũ est
C cum essetis in Hiericho:notãda locutio est:nondũ
quippe erant in eadem ciuitate cuius portæ cõtra
illos clausæ fuerant:unde factũ est ut in eã intrare Ios.6
non possent,nisi muri eius cecidissent circũacta ar
ca dñi:ergo in Hiericho dictum est,in terra quæ
pertineret ad Hiericho. De Hiericho dictũ est
cum clausa esset:nec quisq; ex illa prodibat,neq;
introibat:utiq; in illam subauditur,nõ ex illa:hoc
appellatur Græce ἀνάθεμα ἦν ἐκλαγῆναι. Dñs dicit
ad Iesum,Ecce ego trado tibi subiugatã Hiericho
& regẽ eius qui est in ea,potẽtes fortitudine.Mi
randũ quod non hic posuit coniunctionẽ copula
tiuã ut diceret,& potẽtes fortitudine,quam solet
scriptura tam assidue ponere,ut etiã ibi inueniat
ubi sensum solitæ locutionis impediat,An & Hie
D richo & rex eius dicti sunt,potentes fortitudine?
Et Raab meretricẽ & domũ paternã eius uiuifi
cauit Iesus,& cõmemorata est in Israel usq; in ho
diernũ diem:notandũ est quẽadmodũ dicat scri
ptura,usq; in hodiernũ diem,quod assidue dicit:
nam & de lapidibꝰ illis duodecim qui positi sunt Ios.4
ubi Iordanis ex ima parte defluxerat,& ex parte
superiore constiterat,arcæ trãseũte uel populo,ita
dictũ est,ꝙ essent ibi usq; in hodiernũ diem:quod
uidetur ita sonare,tanꝯ post plurimũ tẽporis per
hanc scripturã ista narrentur,nec eo tẽpore ij libri
cõscripti fuerint quo erant hęc recẽtissima. Quis
quis aũt putat hoc,quid de ista meretrice dicturꝰ
est,quę utiq; quantũ est ætas unius hominis uixit,
& tamẽ dicitur usq; in hodiernũ diem.De ijs itaq;
rebus

rebus dicitur hoc,quæ non ita constitutæ sunt ut
A postea mutarẽtur ab eis qui cõstituerunt.Quomo
do dicitur aliquis in exiliũ perpetuũ missus,quia
non ad tempus præfinitũ hoc supplicio plectitur,
non quia quisquã potest esse perpetuus in exilio,
cum homo ipse nõ possit esse perpetuus.Sic ergo
& ista meretrix non est præcepta ad tempus habi
tare in Israel,ideo dictum est,usque in hodiernum
Ios.7 diem. Dominus dicit ad Iesum,Peccauit popu
lus & trãsgressus est testamentũ meum quod dis
posui ad eos:notandũ quẽadmodum testamentũ
appellet hoc quod præceperat ut anathema esset
Ios.8 Hiericho, & nemo sibi inde aliquid usurparet.
Deus loquẽs ad Iesum ait inter cætera,Ecce de
di in manus tuas regem Gai & terrã ipsius,& fa
cies Gai sicut feciſti Hiericho & regi eius,& præ
dam pecorũ prædaberis tibi:præcipue notãda lo B
cutio est,non solũ quia prædaberis tibi dixit,tan
quam unius futura esset illa præda,cum omnium
esset futura:nam tales locutiões usitatissimæ sunt,
cum deus tanꝯ ad unum loquitur,quæ ad populũ
loquitur.Sed hoc nouũ est hic,quia prædixit scri
ptura,Et dixit dñs ad Iesum,quem constat unũ ho
minẽ fuisse:quod tamẽ dixit prædaberis tibi,non
utiq; ita dictũ est,ut præda illa huius unius homi
nis esse præcepta sit,sed uniuersi populi. Et insi
diæ erant ciuitati à mari:qui nescit,putat istam ci
uitatem maritimã:consuetudinis est aũt scriptura
rum ut Occidẽtalem partẽ à mari appellet,uel ad
mare:quia ex ipsa parte terra ubi hæc agebantur
propius habet mare ꝙ à cæteris partibus. Exten
C de manũ tuã in Geso quod est in manu tua contra
ciuitatẽ:ista locutio notãda non esset,nisi propter
nomen quod obscurũ est eis in quorũ consuetudi
ne non est.Quid enim dicat Geson,non facile in
telligitur,hoc interpres Symmachus scutũ appel
lasse perhibetur:Septuaginta aũt interpretes,se
cundũ quos ista tractamus,qui posuerũt Geson,
miror si & in Greca lingua hastam uel lanceã Gal
licanã intelligi uoluerunt:ea quippe dicũtur gesa,
quorũ & Virgilius meminit,ubi ait de Gallis in
scuto Aeneæ pictis : Duo quisq; Alpina corusc̃at
Gesa manu. Et facti sunt inter mediũ castrorum
hi hinc & hi hinc:duo notãda sunt in hac locutio
ne,unum ꝙ cum hostes qui uincebãtur,in medio
essent,tanꝯ de his dictum est,ꝙ hi essent hinc &
hi hinc,cum potius ita Israelitæ fuerint qui eos in D
medio posuerãt percutiendos:alterũ ꝙ inter me
dium castrorum eos factos esse dicit scriptura,ca
stra appellans etiã productas acies in prælio con
stitutas,cum castra non soleant appellari,nisi ubi
exercitus ad manendũ consistit:nisi forte ideo ca
stra appellata sunt,quia cum omnibus suis ibant.
Exceptis pecoribus & spolijs quæ erant in ciui
tate prædati sunt filij Israel secundũ præceptũ do
mini quẽadmodum cõstituit dñs Iesu:ita dictũ est
exceptis pecoribus & spolijs prædati sunt,quasi
ipsa non fuerint prædati,cum potius ipsa prædati
Ios.9 sint,& excepta ideo dicta sint,quia hęc illo prælio
sola cõsumpta non sunt. Israelitæ respondentes
Gabaonitis dixerunt, Vide ne in me habites,sed

quomodo disponam tibi testamentũ:iam & supe
A rius tales locutiones notauimus,hoc est enim,ui
de ne in me habites,qd est,apud me,id est in terra
quam eis promiserat deus. Et hic tanꝯ ad unum
hominẽ uidentur locuti,cum legatus ad eos non
unus uenerit,sed more suo genti & populo respõ
sa reddentes,singulari numero loquũtur,sicut ple
runq; & ad ipsos deus uel ductor ipsorũ:notandũ
etiam ꝙ pactum pacis testamẽtũ uocat scriptura,
more quidẽ suo,nam sæpe ita loquitur. Et nũcia Ios.10
tum est Iesu dicentes,inuẽti sunt quinq; reges ab
sconditi in spelunca:pro eo quod est nũciauerũt,
dicentes. Ita faciet dñs omnibus inimicis uestris
quos uos debellabitis eos:nihil minus esset huic
sentẽtiæ etsi non haberet,eos. Et omnes cepit in
bello,quia per dñm factum est cõfortari cor eorũ
ut obuiam irent ab bellum ad Israel ut extermina
rentur:notandũ est,confortari cor,non semper in
bono accipiendũ. Tu scis uerbum quod locutus Ios.14
est dñs ad Moysen hominẽ dei de me & te:non
dixit,hominẽ suum. Et dixerunt filij Ioseph,non Ios.17
sufficit nobis mons & equus electus & ferrũ Cha
nanæo qui habitat in Basan:equum electũ dixit,
pro equis electis,quod usitatũ in nostro sermone
non est:unde nõnulli Latini interpretes noluerũt
equũ interpretari,sed equitatũ.Sic aũt dictũ est,
equus electus,pro equis:sicut in nostra cõsuetudi
ne dicitur miles,pro militibus. Et facti sunt exi Ios.18
tus illorũ Iordanis,& reuertẽtur fines ad mare:nõ
dixit,reuersi sunt,aut saltẽ reuertunt,sicut solet de
finibus dici,sed reuertẽtur,tanꝯ adhuc futurũ sit,
C cum præteritorũ sit ista narratio.Et in omnibus fe
rè ipsis terrarũ diuisiõibus per singulas quasq; tri
bus ita loquitur scriptura,ut futuri tẽporis uerbis
utatur. Refugere illuc qui percusserit animã no Ios.20
lens:hic animã,uel hominẽ intellígere debemus,
uel uitam carnis quæ fit per animã:qua locutione
& illud dictũ est à fratribus Ioseph,Non percutia Gen.37
mus eius animã:id est,non eum occidamus:nam
si anima posset ab interfectore percuti,nõ diceret
dñs,Nolite timere eos qui corpus occidunt,ani Matt.10
mam aũt occidere non possunt. Mãdauit dñs in Ios.21
manu Moysi:locutio familiarissima scripturis:ita
enim dicitur,uerbũ quod factũ est in manu illius
uel illius prophetæ,hoc est in potestate dicẽdi da
tum. Et accepit Iesus cultros petrinos,in quibus
circũciderat filios Israel:non dixit,quibus circũci
derat,sed in qbus. Et ubi dimisit eos Iesus in do Ios.22
mos suas,& benedixit eos dicẽs:plus uidetur hic
copulatiua coniũctio,id est &:nam ita dici posset,
et ubi dimisit eos in domos suas,benedixit eos di
cens. Item alia locutio notãda est,ꝙ cum dixis
set scriptura,Et benedixit eos Iesus dicẽs:atq; his
uerbis intentos feciſſet audire quid benedicendo
dixit Iesus:hoc solum subiecit,In diuitijs multis
abierunt in domos suas & pecora multa ualde &
argentũ & aurũ & uestem multã ualde,diuiserunt
prædam inimicorum suorum cum fratribus suis:
quod magis esse narrãtis ꝙ benedicẽtis apparet.
Aedificauerũt ibi aram super Iordanẽ,aram ma
gnam uidere:ista locutio etiã in sermone Latino

Universidad de Deusto
Biblioteca

nota est. Et audierũt filij Israel dicentiũ, Non ait, dicentẽ uel dicẽtes. Seruire seruitutẽ dñi: in qua locutione duo notãda sunt, & seruire seruitutem, quæ etiã Latina locutio reperitur, & seruitutẽ domini, id est quę debetur uel exhibetur dño. Et audiẽtes Phinees sacerdos & omnes principes synagogæ qui erãt cum illo, uerba quæ locuti sunt filij Rubẽ & filij Gad & dimidiũ tribus Manasses & placuerũt illis. Audientes pro audierũt positũ est, aut plus est hic, & nam plenus est sensus, audiẽtes uerba hæc, placuerũt illis. Nec tamẽ sine inconsequẽtia: quia cũ audissent, dicendũ fuit. Et Iesus Ios.23 senior prouectus diebus: hoc de Abrãa dictũ notauimus, seniorẽ in scripturis nõ solum illũ appellari qui est infra ætatẽ senis, sed etiã ualde senem. Vnde non omnis senior senex, omnis aũt senex Ios.24 senior dici potest. Et induxit super illos mare & operuit super illos. Non ait operuit illos, quãuis nonnulli interpretes hoc maluerunt dicere. In omnibus gentibus quas transiuimus per ipsas: usitatæ in scripturis sunt istæ locutiones, nec tam crebro notandæ, quàm crebro intercurrunt.

D. AVRELII AVGVSTINI
LOCVTIONIS DE IVDICVM LIBER VII

Iud.1 T factum est postẽ defunctus est Iesus, interrogabant filij Israel in dño,
E non ait, dñm, quod sermonis nostri cõsuetudo poscebat. Et bellemus in
Chananæo: non dixit, aduersus Cha C
nanæum, aut cõtra Chananæũ, aut saltẽ in Chana
Iud.2 næũ. Et mortuus est Iesus filius Naue seruus dñi, filius centũ decẽ annorũ. Ista repetitio quod cum dixisset filius Naue, repetiuit filius: & deinde addidit, centũ decem annorũ: inusitata est, ut potius filius centũ decẽ annorũ diceret cũ homo cẽtum decẽ annorũ: sed tamẽ & alibi reperitur. Et omnis generatio appositi sunt ad patres suos: notãda locutio est, q nõ ait, appositi est, quia plures erãt.

Tradidit eos in manu prædãtium: non dixit, in manũ: quod uidetur Latina locutio postulare. Et cum suscitauit dñs eis iudices, & erat dñs cum iudice: soluta locutione plus est hic, & nam plenum esset, & cum suscitauit dñs eis iudices, erat dñs cũ iudice. Notandũ est etiã hoc quod à plurali ad sin D
gularẽ transiens, nõ ait, cum iudicibus, sed cum iudice, id est cum unoquoq; iudice. Et factũ est cũ moreretur iudex & reuertebãtur iterũ & corrũpebant super patres suos: recta locutio ista esse poterat secundũ consuetudinẽ sermonis nostri, & fiebat cum moreretur iudex & reuertebanẽ, & iterũ corrũpebant super patres suos: si &, non haberet, plenũ esset, cum moreretur iudex reuertebãtur & iterũ corrũpebant super patres suos, id est plusq; patres eorũ. Propter qd tanta deliquit gens hæc testamentũ meum: tãta dixit, pro tantũ, id est tam multũ, nomen pro aduerbio, quod etiã in Latinis locutionibus maxime in poeticis inuenitur. Et non obaudierũt uocis meæ, Græca magis locutio

est. Factus est super eũ spiritus dñi: cum spiritus Iud.3
A dñi utiq; factus non sit, sed super eum factus est: ita dictum est ac si diceretur, factum est ut esset super eum: ex qua locutione & in euãgelio legitur, An Io.1
te me factus est: id est, factũ est ut esset ante me: qd alio modo dicerẽ, prælatus est mihi. Et sumpsit Aioth gladiũ desuper femore suo dextro: sic interpretari potuit quod Græcus habet ἐκ ἀνωθεν, nam locutio minus Latina est. Erat aũt Eglon uir exilis ualde: hoc ad antiphrasin dictũ, id est locutione cõtraria sequẽtia indicant: quãdo enim percussus est, dictũ est q conclauserũt adipes uulnus, quia nõ eductus est gladius de uentre eius. Et pcussit alie nigenas in sexcẽtos uiros: non ait alienigenarum sexcẽtos uiros, aut certe alienigenas in sexcẽtis uiris. Nónne præcepit dñs deus Israel tibi & per Iud.4
B ges in montẽ Thabor? Non ait ut pergas, qd uidetur esse cõsequẽs, sed inusitata locutione, nõne præcepit tibi & perges: ut subaudiamus uerbum quod suprà positũ est, & sit, Nónne perges: aut sola locutione plus habet, et: nam ista cõiunctione detracta sensus currit, nõne mãdauit dñs deus Israel tibi, perges in montẽ Thabor, & accipies tecum decẽ milia uirorũ, &c. Quoniã nescio diem in quo dñs prosperat angelũ mecũ: utrum prosperat actus angeli eius qui mecũ est, an prospera mihi facit per angelũ. Omnes currus suos, nõgẽtos currus ferreos. Vbilibet distinguatur, elegãs repetitio: utrũ omnes currus suos, & deinde sequatur, nongentos currus ferreos: An omnes currus suos nongẽtos, & deinde inferatur, currus ferreos. Et
C pauefecit dñs Sisarã & omnes currus eius & omnia castra eius in ore gladij in conspectu Barach: Quõ pauefecit currus, nisi eos intelligas qui erãt in curribus? Et pauefecit dñs Sisarã & omnes currus eius, & omnia castra eius in ore gladij in cõspectu Barach. Pauefecit in ore gladij, ac si diceret, interfecit in ore gladij: pauefecit ergo, cum cẽ deretur gladio. Et descẽdit Sisara desuper curru suo. Ita dici Latine potuit, quod est Græce ἀπ' ἄνωθεν θγν. Et cooperuit eum in pelle sua. Non dixit pelle, aut de pelle: Sic enim habet Græcus ἐν τῇ δερρίᾳ αὐτῆ. Et erit si quis uenerit ad te & dixerit, est hic uir? & dices, non est. Detracta cõiunctione consequentẽ habet sensum: Si quis uenerit ad te, & dixerit, est hic uir? dices, non est. Et pgebat manus
D filiorũ Israel pergẽs: Solita & frequentata locutio est. Et indurabatur in Iabin regẽ Chanaã. Nouo modo positũ est hoc uerbum indurabatur, pro eo quod est fortis efficiebatur & prævalidus. Perfo Iud.5
rauit caput eius & percussit: id est percussit caput eius & perforauit. Sic pereãt omnes inimici tui dñe, & diligẽtes eum sicut ortus solis in potentia eius: non dixit diligẽtes te, cum utiq; de dño intelligi uellet. Et factũ est quãdo seminauit uir Israel: Iud.6
nõ unũ hominẽ significat, sed ipsam gentẽ. Ascẽdebat Madiã & Amalech & filij Oriẽtis, & ascẽdebat super eum. Ista repetitio uerbi non uidetur habere solitam elegantiã uel affectũ. Et liberauit uos de manu Aegypti. Per manũ potestatẽ significat, per Aegyptũ Aegyptios. Et dixit ad eum Gedeon

Gedeon, in me domine mi: subintelligitur, intende, hoc est in me intẽde: & est ista locutio scriptu-
A ris familiarissima. Et si est dominus nobiscum, & ut quid inuenerũt nos omnia mala ista: plus habet coniunctionem, &, sicut solet loqui scriptura: quæ si detrahatur, plena sententia est. Et si est dominus nobiscum ut quid inuenerunt nos omnia mala ista: quãuis & superior coniunctio possit salua sententia detrahi: ut cum dixisset, in me domine mi: deinde sequatur, si est dominus nobiscum, ut quid inuenerunt nos omnia mala ista: magis enim hoc exigit nostræ locutionis consuetudo.

Et uitulum annorum septem: hic manifestũ est quomodo uitulos appellet scriptura, Bos eñ annorum septem, secundum consuetudinẽ locutionis nostræ, non est utiq; uitulus. Secundum hanc ergo locutionem dictum est de Sangar, quòd occiderit sexcentos uiros præter uitulos boum, hoc est præter boues. Et cecinit in cornea: subaudiTur tuba: Græcus enim non habet tuba, sed tantũ cornea. Camelis eorũ non erat numerus, & erãt sicut arena quæ est ad labium maris. In multitudine constat ἀναβολικῶς dictum. Hæc autem translatio ubi labium maris posuit pro littore, assidua est in scripturis, sed rara est in Latinis codicibus, quia plerique littus interpretati sunt magis quid significet labium uolentes ponere, quàm ipsum labium: nam littus si uellent Septuaginta interpretes dicere, non deesset linguæ Græcæ quod dicerent. Et diuisit trecẽtos uiros per tria principia: Iud.7
pro partibus principia posuit. Et dixerũt ad Gedeon uiri Effrẽ: id est, uiri de tribu Effrem. Quid C
uerbum hoc fecisti nobis, ut nõ uocares nos cum exires pugnare in Madian? uerbum pro facto posuit. Et dederũt septuaginta argenti: subauditur, Iud.9
pondo, uel tale aliquid: interpretatio ex Hebræo, septuaginta pondo habet. Et conduxit in ipsis Abimelech uiros: in ipsis, dixit pro ex ipsis, id est
Ps.34 ex argenti pondo septuaginta conduxit uiros. Viros inanes & turbatos: inanes, posuit pro leuibus, quibus sunt contrarij graues: unde dicitur, In populo graui laudabo te. Et intrauit in domum patris sui in Effrata, & interfecit fratres suos filios Hierobaal septuaginta uiros super lapidem unum: quia iam superius septuaginta dixerat filios Hierobaal, id est Gedeon: & nunc eos septuaginta dicit occisos: quamuis minus occisi D
fuerint duo, id est ipse qui occidit, & Ionathan iunior qui latuit: de quo adiungens dicit, & remansit Ionathan filius Hierobaal iunior, quoniam abscondit se: ac per hoc uniuersum numerũ posuit pro penè uniuerso. Et spreuerunt uiri Sichimorum in domo Abimelech: non dixit, spreuerunt domum Abimelech. Et insidiati sunt super Si- Iud.6
chimam quatuor principia: id est, quatuor partes: iam istam locutionem superius etiam notauimus. Et accepit populum & diuisit eum in tria principia: accepit, dixit de illo populo qui cum illo erat: & hic tria principia, pro tribus partibus posuit. Et abierunt uiri in locum suum: id est, Iud.11
unusquisq;. Et eris nobis in caput omnibus habitantibus Galaad: non dixit, eris nobis caput: sic
A enim solet loqui scriptura, unde est, Esto mihi in Psal.30
deum protectorem & in domum refugij: & multa huiusmodi. Et hæc unica ei, & non est præter ipsam filius aut filia: hoc est quod dictum est, unica ei: sed propter affectum repetita sententia est, & non est ei præter ipsam filius aut filia: non est ei, pro, non erat ei, dictum est: præterita quippe narrantur. Et uxor eius sterilis, & non pariebat: Iud.13
cum potuisset sufficere quod dictum est, sterilis.

Et precatus est Manue dominum, & dixit, in me domine, homo dei quem misisti ueniat nunc iterum ad nos: in me, ita dictum est ut subaudiatur, intende. Et percussit eos tibiam super femur: hæc locutio inusitata est, tamen locutio est, nõ aliquis in corpore uulneris locus, sicut in quæ-
B stionibus exposui, hoc est percussit eos ad admirationem, ad stuporem. Et dixerunt uir Iuda, quare ascẽdistis super nos: singularem posuit pro plu- Iud.15
rali; dixerunt enim uiri Iuda, non unus uir. Ne forte occurratis in me uos: pro eo quod est, occidatis me: & hæc locutio in quæstionibus exposita est. Et reduxerunt eum de petra, & ipse uenit usque ad Maxillam: locus est sic appellatus postea ex eo facto quod ibi gessit ipse Sampson, quando maxilla asini pugnans, mille prostrauit: hoc ergo per prolepsim dictum est, quia post illa omnia gesta, hæc historia conscripta est. Sicut Iud.16
stuppa cum olfecerit ignem: metaphora ab animali ad inanimale: non enim stuppa sensum habet olfactus, sed ita dictum est ac si diceretur, cum
C ignem senserit: quamuis & hoc quod dixi, senserit, ad eandem metaphoram pertineat, sed ad celeritatem intelligendam pertinet quod dictum est, olfecerit. Et extendit manum suam & accepit eam: etsi non diceret, extendit manum suam, utique extenta manu acceptam intelligeremus. Et nunciatum est Gazæis, dicentes: non ait, nunciauerunt dicentes, aut nunciatum est à dicentibus.

Si alligauerint me in septem neruis humidis nondum siccatis: non ait, septem neruis, sed in septem neruis. Si alligauerint me in septem neruis humidis nondum siccatis, & infirmabor: plenum esset si non haberet, &. Et insidiæ eis sedebant in cubiculo: quod nõnulli interpretati sunt, obsidebant: sed Græcus ἐνέδρευον, hoc est sedebat, D
quia insidiæ singulari numero Græce dicuntur, nec potest Latine dici insidia: locutio autem noranda erat, quia dictum est, insidiæ sedebant, pro ijs qui insidiabantur: ipsi enim sedebant. Nunc ergo indica mihi in quo alligaberis: non ait, quo alligaberis, aut unde alligaberis. Si alligauerint me in funibus nouis: non dixit, funibus. Item si alligauerint me in funiculis nouis in quibus non est factum opus, & infirmabor: plenum esset etsi non præponeretur, &. Et hoc tertium fefelliSti me: tertium, posuit pro tertio, siue ter, nomen scilicet pro aduerbio, quod & in Latinis locutionibus eleganter fieri solet. Dimitte me & palpabo columnas super quas domus confirmata est super eas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI
DE FIDE ET SYMBOLO LIBER VNVS

Quæ causa & scopus operis præsentis. I

QVONIAM scriptū est,& apostolicæ disciplinæ robustissima autoritate firmatum, quoniam iustus ex fide uiuit, eaq; fides officium à nobis exigit & cordis & linguæ: ait enim Apostolus, Corde creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem: oportet nos esse, & iustitiæ memores & salutis: quandoquidem in sempiterna iustitia regnaturi, à præsenti seculo maligno salui fieri non possumus, nisi & nos ad salutem proximorum nitentes, etiam ore profiteamur fidem quam corde gestamus: quæ fides, ne fraudulentis calliditatibus hæreticorum possit in nobis aliqua ex parte uiolari, pia cautaq; uigilantia prouidendum est. Est autem fides catholica in symbolo nota fidelibus, memoriæ que mandata, quantum res passa est breuitate sermonis: ut incipientibus atque lactentibus, eis qui in Christo renati sunt, nondum scripturarum diuinarum diligentissima & spirituali tractatione atq; cognitione roboratis, paucis uerbis credendum constitueretur, proficientibus, & ad diuinam doctrinam certa humilitatis atq; charitatis firmitate surgentibus, quod multis uerbis exponēdo esset perficiendum. Sub ipsis ergo paucis in symbolo constitutis, pleriq; hæretici uenena sua occultare conati sunt: quibus restitit & resistit diuina misericordia per spiritales uiros, qui catholicam fidem, non tantum in illis uerbis accipere & credere, sed etiam domino reuelante intelligere atque cognoscere meruerunt. Scriptum est enim, Nisi credideritis, non intelligetis. Sed tractatio fidei ad muniendum symbolum ualet: non ut ipsa pro symbolo gratiam dei consequentibus, memoriæ mandanda & reddēda tradatur, sed ut illa quæ in symbolo retinentur contra hæreticorum insidias auctoritate catholica & munitiore defensione custodiat. Conati sunt enim quidā persuadere deum patrem non esse omnipotentē: non quia hoc dicere ausi sunt, sed in suis traditionibus hoc sentire et credere conuincuntur. Cum enim dicunt esse naturam quam deus omnipotens non creauerit, de qua tamen istum mundū fabricauerit, quem pulchre ornatum esse concedunt: ita patrem omnipotentem deum negant, ut non eum credant mundum potuisse facere, nisi ad eum fabricādum alia natura, scilicet quæ iam fuerat & quam ipse non fecerat, uteretur: carnali scilicet consuetudine uidentes fabros & domorum structores, & quoslibet opifices, qui nisi adiuuētur parata materia, ad effectum suæ artis peruenire non possunt. Ita etiā intelligunt fabricatorem mundi non esse omnipotentem, si mundū fabricare non posset, nisi eum aliqua non ab illo fabricata natura, tāquam materies adiuuaret: at si omnipotentem deum fabricatorem mundi esse concedunt, fateātur necesse est ex nihilo eum fecisse quę fecit. Non enim aliquid esse potest cuius creator non esset, cum esset omnipotens: quia etsi aliquid fecit ex aliquo, sicut hominem de limo, non utiq; fecit ex eo quod ipse nō fecerat, quia terram unde limus est ex nihilo fecerat. Et si ipsum cœlum & terram, id est ipsum mundum, & omnia quæ in eo sunt, ex aliqua materia fecerat, sicut scriptum est, Qui fecisti mundum ex materia inuisa, uel informi, sicut nonnulla exēplaria tenent: nullo modo credēdum est illam ipsam materiam de qua factus est mundus, quamuis informem, quamuis inuisam, quocunq; modo esset, per seipsam esse potuisse, tanquam coæternam & coæuam deo: sed quemlibet modum suum quem habebat ut quomodo esset, & distinctarū rerum formas posset accipere, non habebat nisi ab omni potente deo, cuius beneficio est res non solū quæcunq; formata, sed etiam quæcūq; formabilis. Inter formatum autem & formabile hoc interest, q formatum iam accepit formam, formabile autem potest accipere. Sed qui præstat rebus formam, ipse præstat & rebus etiam posse formari: quoniā de illo & in illo est omnium speciosissima species incommutabilis: & ideo ipse unus est, qui cuilibet rei non solum ut pulchra sit, sed etiam ut pulchra esse possit attribuit. Quapropter rectissime credimus omnia deū fecisse de nihilo: quia etiam si de aliqua materia factus est mundus, eadem ipsa materia de nihilo facta est, ut ordinatissimo dei munere prima capacitas formarum fieret, ac deinde formarentur quæcunq; formata sunt. Hoc autem diximus, ne quis existimet cōtrarias sibi esse diuinarum scripturarum sententias: quoniam & omnia deum fecisse de nihilo scriptū est, & mundum esse factum de informi materia. Credentes itaq; in deum patrem omnipotētem, nullam creaturam esse quæ ab omnipotēte non creata sit, existimare debemus. Et quia omnia per uerbum creauit, quod uerbum & ueritas dicitur & uirtus & sapientia dei, multisq; aliis insinuatur uocabulis, qui nostræ fidei Christus Iesus dominus commendatur, liberator scilicet noster & rector filius dei: non enim uerbum illud per quod sunt omnia condita, generare potuit, nisi ille qui per ipsum condidit omnia, Credimus etiam in Iesum Christum filium eius, Credimus etiam in Iesum Christum filium dei patris unigenitum unicum dominum nostrum. Quod tamen uerbū non sicut uerba nostra debemus accipere, quæ uoce atque ore prolata uerberato aere transeunt, nec diutius manent quàm sonant. Manet enim illud uerbum incommutabiliter: nam de ipso dictum est, quum de sapientia diceretur, In seipsa manens innouat omnia. Verbum autem patris ideo dictum est, quia per ipsum innotescit pater. Sicut ergo uerbis nostris id agimus, quum uerum loquimur, ut

Patrem omnipotentem. II

Esa.7

noster animus innotescat audienti, & quicquid secretū in corde gerimus, per signa huiusmodi ad alterius cognitionē pferatur: sic illa sapiētia quā deus pater genuit, quoniam per ipsam innotescit animus secretissimus patris, uerbū eius cōuenientissime nominatur. Inter animū aūt nostrū & uerba nostra, quibus eundem animū ostēdere conamur, plurimū distat. Nos quippe nō gignimus sonantia uerba, sed facimus: quibus faciendis materia subiacet corpus. Plurimū aūt interest inter animum & corpus. Deus uero cum uerbū genuit, id quod est ipse genuit, neq; de nihilo, neq; de aliqua iam facta cōditaq; materia, sed de seipso id qđ est ipse. Hoc enim & nos conamur cum loquimur, si diligēter cōsideremus nostræ uolūtatis appetitū, non cum mētimur, sed cum uerū loquimur. Quid enim aliud molimur, nisi animū ipsum nostrum, si fieri potest, cognoscendū & perspiciendū animo auditoris inferre: ut in nobis quidē ipsi maneam⁹, nec recedamus à nobis, & tamen tale iudiciū quo fiat in altero nostra notitia proferamus, ut quantū facultas conceditur, quasi alter animus ab animo per quem se indicet proferatur: Id facimus conantes & uerbis & ipso sono uocis, & uultu & gestu corporis, tot scilicet machinamētis id quod intus est demōstrare cupientes, quia tale aliquid proferre non possumus: & ideo non potest loquētis animus penitus innotescere, unde etiam mēdacijs locus pater. Deus aūt pater qui uerissime se indicare animis cognituris & uoluit & potuit, hoc ad se ipsum indicandū genuit, quod est ipse qui genuit, qui uirtus etiam eius & sapiētia esse dicitur, quia per ipsum operatus est et disposuit omnia: de quo propterea dicitur, Attingit à fine usq; ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter. Quāobrē unigenit⁹ filius dei, neq; factus est à patre, quia sicut dicit Euangelista, omnia per ipsum facta sunt: neq; ex tempore genitus, quia sempiternus deus sapiens sempiternā secū habet sapientiā suam. Neq; impar est patri, id est in aliquo minor, qa & Apostolus dicit, Qui cū in forma dei esset cōstitutus, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Hac igitur fide catholica, & illi excludūtur qui eūdem dicunt filium esse qui pater est: quia & hoc uerbū apud deum esse non posset, nisi apud deum patrē, & nulli est æqualis qui solus est. Excluduntur etiā qui creaturā dicunt esse filium, cuius non talē quales sunt cæteræ creaturæ: quantācunq; enim creaturā dicant, si creatura est, cōdita & facta est: nam idem est condere quod creare, quanq; in Latinæ linguæ cōsuetudine dicatur aliquādo creare, pro eo quod est gignere, sed Græca discernit: hoc em dicimus creaturā quod illi κτίσμα uel κτίσιν uocāt. Et cum sine ambiguitate loqui uolumus, non dicimus creare, sed cōdere. Ergo si creatura est filius, quālibet magna sit, facta est. Nos aūt in eum credimus per quem facta sunt omnia, non in eum per quem facta sunt cætera: neq; enim hic aliter accipere possumus omnia, nisi quæcunq; sunt facta. Sed quoniā uerbum caro factū est & habitauit in nobis, ea dē sapiētia quæ de deo genita est, digna-

Creare, condere

ta est etiam in hominibus creari. Quò pertinet illud, Dominus creauit me in principio uiarum suarum: uiarū enim eius principiū & caput ecclesiæ est Christus homine indutus, per quem uiuendi exemplū nobis daretur. Hæc est uia certa qua perueniremus ad deum. Non enim redire possumus, nisi humilitate, qui superbia lapsi sumus, sicut dictum est primæ nostræ creaturæ, Gustate & eritis tanq; dij. Huius igitur humilitatis exemplū, id est uiæ qua redeundū fuit, ipse reparator noster in se ipso demōstrare dignatus est, qui non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum euacuauit formā serui accipiēs, ut crearetur homo in principio uiarū eius, uerbum per quod facta sunt omnia. Quapropter secundū id quod unigenitus est, non habet fratres: secundū id aūt quod primo genitus est, fratres uocare dignat⁹ est, omnes qui post eius & per eius primatū in dei gratiā renascūtur per adoptionē filiorū, sicut apostolica doctrina cōmendat. Naturalis ergo filius de ipsa patris substātia unicus natus est, idem existens quod pater, deus de deo, lumen de lumine: nos aūt non lumen naturaliter sumus, sed ab illo lumine illuminamur, ut sapiētia lucere possimus. Erat, inquit, lumen uerū, quod illuminat omnē hominē uenientem in hunc mūdum. Addimus itaq; fidei rerum æternarū etiam tēporalem dispensationē domini nostri, quā gerere & ministrare nobis pro nostra salute dignatus est. Nam secundū id quod unigenitus est filius dei: non potest dici, fuit & erit: sed tantū est: quia & quod fuit, iam non est: & quod erit, nondū est. Ille ergo est incōmutabilis sine cōditione temporū & uarietate. Nec aliūde arbitror manare quod famulo suo Moysi tale nomē suum insinuauit. Nam cum ab eo quęreret, si se populus ad quem mittebatur contēneret, à quo se diceret esse missum, respōsum dicētis accepit, Ego sum qui sum. Deinde subiungit, Hæc dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos. Ex quo iam spiritalibus animis patere cōfido, nullam naturā deo esse posse contrariā. Si enim ille est, et de solo deo proprie dici potest hoc uerbum: quod enim uere est, incōmutabiliter manet. quoniā quod mutatur fuit aliquid quod iam non est, & erit quod nondū est: nihil habet deus cōtrariū. Si enim quæreretur à nobis quid sit albo cōtrariū, respōderemus nigrū: si quæreret quid sit calido contrariū, respōderemus frigidū: si quæreretur quid sit contrariū ueloci, respōderemus tardū: & quæcūq; similia. Cum aūt quęritur quid sit contrariū ei quod est, recte respōdetur quod non est. Sed quoniā per tēporalem, ut dixi, dispensationē, ad nostrā salutem & reparationem operāte dei benignitate, ab illa incōmutabili dei sapientia natura nostra mutabilis susceptā est, temporaliū rerum salubriter pro nobis gestarum adiungimus fidem, credentes in eum dei filiū qui natus est per spiritūsanctū ex uirgine Maria. Dono em dei, hoc est spiritusanctio cōcessa nobis est tāta humilitas tanti dei, ut totū hominē susciperet dignaretur in utero uirginis, maternū corpus integrum inhabitans, integrum deserens. Cui tēporali

Qui cōceptus est de spiritu sancto

12. de ciuitate dei, cap. 2

Exo. 3

Gen. 3

Iniuriæ ac Christi. V

Universidad de Deusto
Biblioteca

rali dispẽsationi multis modis insidiãtur hereticiA
Sed si quis tenuerit catholicã fidem,ut totum hominem credat esse susceptum uerbo dei,id est corpus,animã,spiritum,satis cõtra illos munitus est: quippe cum ista susceptio pro salute nostra gesta sit,cauendũ est ne cum crediderit aliquid nostrũ non pertinere ad istam susceptionẽ,nõ pertineat ad salutẽ.Et cum homo excepta forma mẽbrorũ, quæ diuersis generibus animantiũ diuersa tributa est,non distet à pecore nisi rationali spiritu, qui
Mens,vŏs mens etiã nominatur,quõ sana est fides qua creditur,q̃ id nostrũ susceperit dei sapiẽtia quod habemus cõmune cum pecore,illud aũt nõ susceperit quod illustrat luce sapiẽtiæ & quod hominis proprium est:Detestãdi etiã illi sunt,qui dũm nostrũ
Natus ex Maria virgine Iesum Christũ matrem Mariam in terris habuisse negant:cum illa dispẽsatio utrũq; sexũ & masculinum & fœmininũ honorauerit,& ad curã dei pertinere mõstrauerit,non solum quem suscepit,sed etiã illum per quẽ suscepit,uirũ gerendo,nascẽdo de fœmina.Nec nos ad negandum Christi matrẽ
Io.2 cogit quod ab eo dictũ est,Quid mihi & tibi est mulier,nondũ uenit hora mea:sed potius admonet ut intelligamus secundũ deum non eũ habuisse matrẽ,cuius maiestatis personã parabat ostẽde
Io.19 re,aquã in uinũ uertẽdo. Quod aũt crucifixus est, secundum hominẽ crucifixus est,& illa erat hora quæ nondũ uenerat,quando dictũ est,Quid mihi & tibi,nondũ uenit hora mea,id est qua te cognoscam:tunc enim ut homo crucifixus cognouit hominẽ matrẽ,& dilectissimo discipulo humanissime cõmendauit.Nec istud nos moueat,q̃ cum ei C
nũciaretur mater eius & fratres,respondit: Quæ mihi mater,aut qui fratres? &c.sed potius doceat ministeriũ nostrum quo uerbũ dei fratribus ministramus,cum parentes impediũt non eos debere cognosci.Nam si propterea quisq; putauerit non
Mat.12 eum habuisse matrẽ in terris,quia dixit,Quæ mihi mater? cogatur necesse est & apostolos negare
Mat.23 habuisse patres in terris,qm̃ præcepit eis dicens, Nolite uobis patrẽ dicere in terris,unus enim est pater uester qui in cœlis est.Nec nobis fidem istã minuat cogitatio muliebriũ uiscerũ,ut propterea recusanda uideat talis domini nostri generatio,q̃ eam sordidi sordidã putant:quia & stultum dei sapientius est hominibus:& omnia mũda mundis, uerissime Apostolus dicit:debẽt enim intueri qui D
hoc putãt,solis huius radios,quem certe nõ tanq̃ dei creaturã laudant,sed tanq̃ deum adorant,per cloacarũ fœtores & quæq; horribilia usquequaq; diffundi,& in his operari secundũ naturã suã,nec tamẽ inde aliqua cõtaminatione sordescere,cum uisibilis lux uisibilibus sordibus sit natura coniunctior:quanto minus igitur poterat pollui uerbum dei,nõ corporeũ neq; uisibile,de fœmineo corpore ubi humanã carnẽ suscepit cum anima & spiritu,quibus interueniẽtibus habitat maiestas uerbi ab humani corporis fragilitate secretius? Vnde manifestũ est nullo modo potuisse uerbũ dei maculari humano corpore,quo nec ipsa anima humana maculata est. Non enim cum regit corpus atq; uiuificat,sed cum eius mortalia concupiscit, de corpore anima maculatur. Quod si animæ maculas illi uitare uellent,hæc mẽdacia potius & sacrilegia formidarent. Sed parua erat pro nobis *Matt. Cap. V*
dñi nostri humilitas in nascendo,accessit etiã ut *Passus sub tio Pilato*
mori pro mortalibus dignaretur:humiliauit enim se,factus subditus usq; ad mortẽ,mortem aũt crucis:ne quisquã nostrũ etiam si mortẽ posset non timere,aliquod genus mortis quod homines ignominiosum arbitrãtur horreret. Credimus itaq; in
Crucifixus mortuus & sepultus eum qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus.Addendũ enim erat iudicis nomẽ propter tẽporum cognitionẽ.Sepultura uero illa cum creditur,fit recordatio nouí testamenti,q̃ resurrecturo ad uitæ nouitatẽ præberet testimoniũ,sicut nascituro uterus uirginalis.Nam sicut in illo monumẽ
B to nullus alius mortuus sepultus est,nec ante nec postea,sic in illo utero nec ante nec postea quic q̃ mortale conceptũ est. Credimus etiam illũ tertio *Tertia die surrexit a mortuis* die resurrexisse à mortuis primogenitũ,cõsecutus fratrib⁹ quos in adoptionẽ filiorũ dei uocauit, quos cõparticipes & cohæredes suos esse dignatus est. Credimus in cœlũ ascendisse,quẽ beati- *Ascendit*
tudinis locũ etiã nobis promisit dicẽs:erunt sicut angeli in cœlis,in illa ciuitate quæ est mater omnium nostrũ Hierusalẽ æterna in cœlis. Solet aũt quosdã offendere uel impios gẽtiles uel hereticos q̃ credamus assumptũ terrenũ corpus in cœlum. At gẽtiles plerũq; Philosophorũ argumentis nobiscũ agere solẽt,ut dicãt,terrenũ aliquid in cœlo esse non posse:nostras enim scripturas non nouerunt,nec sciũt quomodo dictũ sit,Seminatur corC
pus animale,surget corpus spiritale. Non em̃ ita dictũ est,quasi corpus uertatur in spiritũ & spiritus fiat:quia & nũc corpus nostrũ quod animale dicitur,non in animã uersum est & anima factũ, Sed spiritale corpus intelligitur,quod ita spiritui subditũ est,ut cœlesti habitationi cõueniat,omni fragilitate ac labe terrena in cœlestẽ puritatẽ & stabilitatẽ mutata atq; cõuersa. Hæc est immuta- *1 Cor.15*
tio, de qua iterũ dicit Apostolus, Omnes resurgemus,sed non omnes immutabimur:quam immutationẽ non in deterius,sed in melius fieri docet idem cum dicit,& nos immutabimur. Sed ubi & quõ sit in cœlo corpus dominicũ:curiosissimũ & superuacaneũ est quærere,tantũmodo in cœlo esD
se credendũ est.Non enim est fragilitatis nostræ cœlorũ secreta discutere,sed est nostrę fidei de dominici corporis dignitate sublimia & honesta sapere. Credimus etiã,q̃ sedet ad dexterã dei pa- *Ad dexteram patris*
tris:Nec ideo tamẽ quasi humana forma circumscriptum esse deum patrẽ arbitrandũ est,ut de illo cogitãtibus,dextrum aut sinistrũ latus animo occurrat:aut idipsum q̃ sedere pater dicitur,flexis poplitibus fieri putandũ est,ne illud incidamus sacrilegiũ quo execratur Apostolus eos qui com- *Rom.1*
mutauerũt gloriã incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis hominis. Tale enim simulacrũ deo nefas est Christiano in tẽplo collocare,multo magis in corde nefariũ est,ubi uere est tẽplum dei,si à terrena cupiditate atq; errore mundetur.

Ad

Ad dexteram ergo intelligendũ est dictum esse in
summa beatitudine,ubi iustitia & pax & gaudiũ A
Mat.25 est,Sicut ad sinistram hædi constituũtur:id est,in miseria,propter iniquitates & labores atq; cruciatus.Sedere ergo quòd dicitur deus,non mẽbrorũ positionem,sed iudiciariã significat potestatem, qua illa maiestas nunquam caret,semper digna dignis tribuendo:quãuis in extremo iudicio multo manifestius inter homines unigeniti filij dei iudiIudicit. VIII cis uiuorum atq; mortuorum claritas indubitata fulsura sit. Credimus etiam inde uenturũ conuenientissimo tempore,& iudicaturũ uiuos & mortuos. Siue istis nominib⁹ iusti & peccatores significentur:siue quos tunc ante mortẽ nostram in terris inuenturus est appellati sunt uiui,mortui uero qui in eius aduentu resurrecturi sunt:hæc dispensatio tẽporalis,non tantũ est,sicut illa generatio se B
cundum deum,sed etiam fuit & erit. Nam fuit dominus noster in terris,& nunc est in cœlis,& erit in claritate iudex uiuorũ atq; mortuorũ:ita enim
Act.1 ueniet sicut ascendit,secundum autoritatẽ quæ in Actibus apostolorũ continetur. Ex hac itaq; tem-
Apoc.21 porali dispensatione loquitur in Apocalypsi ubi
Tertull. lx scriptum est,Hæc dicit qui est & qui fuit & qui fu-
Cyrill. in Spiri turus est. Digesta itaq; fide,atq; cõmendata di-
tum sanctum uina generatione domini & humana dispensatione,ũgitur cõfessioni nostræ ad perficiendã fidem quæ nobis de deo est,spiritussanctus,non minore natura q̃ pater & filius,sed ut ita dicam cõsubstãtialis & coætern⁹:quia ista trinitas unus est deus: non ut idẽ sit pater qui est filius & spiritussanctus, C
sed ut pater sit pater,& filius sit filiꝰ,& spiritussanDeut.9 ctus sit spiritussanctus:sed hæc trinitas unus deus sicut scriptũ est: Audi Israel,Dominus deus tuus, deus unus est. Tamen si interrogemur de singulis & dicatur nobis,Deus est pater:Respõdebimus, Deus.Si quæratur,utrũ deus sit filius:hoc respondebimus.Nec si fuerit de spiritusancto talis interrogatio,aliud esse eũ debemus respõdere q̃ deũ, uehemẽter cauentes sic accipere quõ de hominiPsal.81 bus dictũ est,Dij estis.Non enim sunt naturaliter dij,quicũq; sunt facti atq; cõditi ex patre per filiũ dono spiritussancti. Ipsa enim significatur trinitas
Rom.11 cum Apostolus dicit,Quoniam ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia. Quodcunq; ergo de singulis interrogati,respõdeamus deum esse de quo
Comparatio quæritur,siue patrẽ,siue filiũ,siue spiritũsanctum, D
ut tamen non tres doceri à nobis coli quisquã existimauerit.Nec mirũ q̃ hæc de ineffabili natura dicũtur,cum in ijs etiã rebus quas corporeis oculis cernimus & corporeo sensu dijudicamus,tale aliqd accidat.Nam cum de fonte interrogati,nõ possim⁹ dicere q̃ ipse sit fluuius:nec de fluuio interrogati,possim⁹ dicere q̃ sit fons:& rursum potionem quæ de fonte uel fluuio est,nec fluuiũ nec fontem possimus appellare:tamẽ in hac trinitate aquam nominamus:& cum de singulis quæritur, singillatim aquã respõdemus. Nam si quæro utrũ in fonte aqua sit,respõdetur aqua:& si quæramus utrũ aqua sit in fluuio,nihil aliud respõdetur,& in illa potione nõ poterit esse alia respõsio:nec tamẽ eas tres aquas,sed unam dicimus. Sanè cauẽdum est,ne quisquã ineffabilẽ illius maiestatis substantiam sicut fontẽ istum uisibilem atq; corporeũ,uel fluuium uel potionẽ cogitet. In his enim aqua illa quæ nunc in fonte est,exit in fluuiũ,nec in se manet,& cum de fluuio uel fonte in potionẽ transit, non ibi permanet unde sumitur. Itaq; fieri potest ut eadem aqua nunc ad fontis appellationẽ pertineat,nunc ad fluuiũ,nunc ad potionis:cũ in illa trinitate dixerimus,nõ posse fieri ut pater aliquãdo sit filius,aliquando spiritussanctus:sicut in arbore *Comparatio*
radix nõ est nisi radix,nec robur nisi robur,nec ramos nisi ramos possumus dicere:non em̃ id qd̃ dicit radix potest dici robur & rami,nec lignũ qd̃ pertinet ad radicẽ,potest alio etiã trãsitu nũc in radice esse,nũc in robore,nũc in ramis,sed tãtũmodo in radice:cũ illa regula nominis maneat,ut radix lignũ sit,& robur lignũ,& rami lignũ,nec tñ tria ligna dicanẽ,sed unũ. Aut si hæc habẽt aliquã dissimilitudinẽ,ut possint nõ absurde tria ligna dici ꝓpter firmitatis diuersitatẽ:illud certe omnes cõcedunt,si ex fonte tria pocula impleãtur,posse dici tria pocula,tres aũt aquas non posse dici,sed omnino unã aquã:quãq; de singulis poculis interrogatus in quolibet horũ aquã esse respõdeas,q̃ uis nullus hic trãsitus fiat,sicut de fonte in flumina dicebamus,Hæc aũt non propter illius diuinæ naturæ similitudinẽ,sed etiã ꝓpter uisibiliũ unitatẽ corporalia exẽpla data sunt,ut intelligeretur fieri posse ut aliqua tria,non tm̃ singillatim,sed etiã simul unũ singulare nomẽ obtineãt:nec quisquã mi
retur & absurdũ putet,q̃ deũ dicimus patrẽ,deũ C
filiũ,deũ spiritũsanctũ,nec tamen tres deos in ista trinitate,sed unũ deum,unãq; substantiã. Et de patre quidẽ & filio multis libris disseruerũt docti & religiosi uiri,quibus quantũ homines hominibus poterãt,quẽadmodũ non unus esset pater & filiꝰ, sed unũ essent,& quid proprie pater esset,& quid filiꝰ insinuare conati sunt,q̃ ille genitor,hic genitus:ille non de filio,hic de patre:huius ille principiũ,unde & caput Christi dicit̃,q̃uis & Christus Io.8
principiũ,sed non patris:hic uero illius imago,q̃uis nulla ex parte dissimilis & omnino indifferenter æqualis. Tractant̃ hæc latius ab eis qui nõ tam breuiter q̃ nos,totius Christianæ fidei professionem uolũt explicare.Itaq; inquãtũ filius est,de patre accepit ut sit,cum ille de filio id nõ acceperit: 1 Cor.11
& inquãtũ hominẽ,mutabilẽ scilicet creaturã in melius cõmutandã ineffabili misericordia,tẽporali dispensatione susceperit,multa de illo in scripturis inueniũtur ita dicta,ut impias hæreticorũ mẽtes prius uolentes docere q̃ nosse in errorem misẽrint,ut putarẽt eũ nõ æqualẽ patri,nec eiusdẽ substãtiæ:qualia sunt illa,Qm̃ pater maior me est:& Io.14
Caput mulieris uir,caput uiri Christus,caput aũt 1 Cor.11
Christi deus:&,Tũc ipse subiectus erit ei,qui illi subiecit omnia:&,Vado ad patrẽ meũ & patrem uestrũ,deum meũ & deũ uestrũ:& nõnulla huiusmodi:quæ omnia posita sunt,non ut naturæ atq; substãtiæ inæqualitatẽ significẽt,ne falsa sint illa, Ego & pater unum sumus:&,Qui me uidit,uidit Io.10

Universidad de Deusto
Biblioteca

& patrem meum:&,Deus erat uerbum:nõ enim factus est,cũ omnia per ipsum facta sint:&,Non rapinã arbitratus est esse æqualis deo:& cętera talia:sed illa posita sunt,partim propter administrationẽ susceptí hominis,qua dicitur,Semetipsum exinaniuit:non quia mutata est illa sapientia,cum sit omnino incõmutabilis,sed quia humiliter hominibus innotescere uoluit:partim propter hanc administrationẽ illa ita scripta sunt,de quibus hæretici calũniantur:partim propterea quia filius patri debet quod est,hoc etiã utiq; debẽs patri quod eidem patri æqualis aut par est,pater aũt nulli debet quicquid est. De spiritusancto aũt nondũ tam copiose ac diligenter disputatũ est à doctis & magnis diuinarũ scripturarũ tractatoribus,ut intelligi facile possit & eius propriũ,quo proprio fit ut eum neq; filiũ neq; patrẽ dicere possimus,sed tm B spiritũsanctũ:nisi q eum donũ dei esse prędicant, ut deum credamus nõ seipso inferius donũ dare: seruãt tamẽ ut non genitũ spiritũsanctũ tanq; filiũ de patre prædicẽt,unicus enim est Christus,neq; de filio tanq; nepotẽ summi patris:nec tamen id quod est,nulli debere,sed patri ex quo omnia:ne duo cõstituamus principia sine principio,qd falsissimũ est & absurdissimũ,& nõ catholicæ fidei, sed quorũdã hæreticorũ errori propriũ. Ausi sunt tamen quidã ipsam cõmunionẽ patris & filij,atq; (ut ita dicã)deitatẽ,quam Græci θεοτητα appellãt, spiritũsanctum credere:ut quoniã pater deus,& filius deus,ut ipsa deitas sibi qua copulãtur,& ille gignẽdo filiũ,& ille patri coherẽdo & ei à quo est genitus,æquetur. Hanc ergo deitatẽ,quam etiam C dilectionẽ in seinuicẽ amborũ charitatẽq; uolunt intelligi,spiritũsanctum appellatũ dicũt,multisq; scripturarũ documẽtis adsunt huic opinioni suæ:
Rom.5 siue illo quod dictũ est,Quoniã charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũsanctũ qui datus est nobis,siue aliis multis talibus testimoniis: & eoipso q per spiritũsanctũ reconciliamur deo, unde etiã donũ dei dicunt,satis significari uolunt charitatẽ dei esse spiritũsanctũ. Non enim recõciliamur illi,nisi per dilectionẽ,qua etiã filij dei ap-
1 Io.3 pellamur:nõ iam sub timore tanq; serui,quia con-
1 Io.4 summata dilectio foras mittit timorẽ:& spiritum
Rom.8 libertatis accipimus,in quo clamamus Abba pater. Et quia recõciliati & in amicitiã reuocati per charitatẽ poterimus omnia secreta dei cognoscere,propterea de spiritusancto dicitur,Ipse uos in-
Io.16 ducet in omnẽ ueritatẽ. Propterea & fidentia prædicandæ ueritatis,quia impleti sunt aduentu eius apostoli,recte charitati tribuitur:quia & diffidentia timori datur,quã cõsummatio charitatis foras mittit. Et ideo etiã donũ dei dicitur,quia eo quod quisq; nouit non fruitur,nisi & id diligat. Frui aũt sapiẽtia dei,nihil aliud est q; ei dilectione cohærere:neq; quisquã in eo quod percipit permanet nisi dilectione:& ideo spiritusanctus dicitur,quoniã ad permanendũ sanciũtur quæcũq; sanctificãtur: nec dubiũ est à sanciendo sanctitatẽ uocari. Maxime aũt illo testimonio utũtur assertores huius sen-
Io.3 tẽtiæ quod scriptũ est,Quod natũ est de carne,ca-

nam diliges,inq;t,proximũ tuum tanq; teipsum: si aũt ista fides cõgregationẽ societatẽq; hominũ A
Credere eccle sam catholicã Cap. X nõ teneat,in qua fraterna charitas operet,minus fructuosa est. Credimus & sanctã ecclesiã,utiq; catholicã:nam & hæretici & schismatici,congregationes suas ecclesias uocãt. Sed hęretici de deo falsa sentiẽdo ipsam fidẽ uiolant,schismatici autẽ discissiõibus iniquis à fraterna charitate dissiliũt, q̃uis ea credant quæ credimus. Quapropter nec hæreticus pertinet ad ecclesiã catholicã,quæ diligit deum:nec schismaticus,quoniã diligit proximum:& ideo peccatis ,pximi facile ignoscit,qui sibi nouit ignosci ab illo qui nos recõciliauit sibi delens omnia præterita & ad uitam nouã nos uocans,quã uitã donec perfectã capiamus,sine pec-
Remissionem peccatorum catis esse non possumus:interest tamẽ qualia sint. Nec de peccatorũ differẽtia modo tractandũ est, B sed credendũ omnino,nullo modo nobis ignosci ea quæ peccamus,si nos inexorabiles ad ignoscẽda peccata fuerimus. Itaq; credimus & remissionem peccatorũ. Et quoniã tria sunt quibus homo cõstat,spiritus,anima & corpus:quæ rursus duo dicũtur,quia sæpe anima simul cum spiritu nomi-
Ψυχικὸν πνευμα natur. Pars enim quædã eiusdẽ rationalis qua carent bestiæ,spiritus dicitur:principale nostrũ spiritus est:deinde uita qua coniũgimur corpori animа dicitur:postremo istud quod uisibile est ultimum nostrũ est corpus. Hoc aũt omnis creatura ingemiscit & parturit usq; nũc,dedit tamẽ primitias spiritus,quia credidit deo,& bonæ iam uolun-
Rom.7 tatis est. Hic spiritus etiã uocatur mens,de quo dicit Apostolus,Mente seruio legi dei. Qui itẽ alio C loco dicit,Testis est enim mihi deus,cui seruio in spiritu meo. Anima uero cũ carnalia bona adhuc appetit,caro nominat. Pars enim eius quædã resistit spiritui nõ natura,sed cõsuetudine peccatorũ. Vnde dicitur,Mente seruio legi dei,carne aũt legi peccati. Quæ consuetudo in naturã uersa est secundũ generationẽ mortalẽ peccato primi homi-
Eph.8 nis. Ideoq; scriptũ est,Et nos aliquãdo fuimus naturaliter filij iręi:id est uindictæ,per quam factũ est ut seruiam⁹ legi peccati. Est aũt animæ natura pfecta,cum spiritui suo subditur,& cũ sequitur sequẽtem deum:ideo animalis homo non percipit quę sunt spiritus dei. Sed non tam cito anima subiugatur spiritui ad bonã operationẽ,cui cito spirit⁹ deo ad uerã fidem & bonã uoluntatẽ:sed aliquãdo tar- D
dius eius impetus,quo in carnalia & tẽporalia defluit,refrenatur. Sed quoniã & ipsa mũdatur,recipiens stabilitatẽ naturæ suæ dominãte spiritu qui sibi caput est,cui eius capiti caput est Christ⁹,nõ est desperandũ etiã corpus restitui naturæ ,ppriæ: sed utiq; non tam cito q̃ anima:sicut nec anima tã cito q̃ spiritus,sed tempore opportuno in nouissima tuba cũ mortui resurgẽt incorrupti & nos immutabimur. Et ideo credim⁹ & carnis resurrectionem,non tantũ quia reparat anima,quæ nũc propter carnales affectiones caro nominatur:sed hęc etiã uisibilis caro quę naturaliter est caro,cuius nomen anima non propter naturã,sed propter affectiones carnales accepit. Hæc ergo uisibilis,quæ caro proprie dicitur,sine dubitatione credẽda est resurgere. Videtur enim Paulus apostolus eã tanq; digito suo ostẽdere,cũ dicit:Oportet corrupti-
1 Cor.15 bile hoc induere incorruptionẽ. Cum enim dicit, hoc,in eam quasi digitũ intẽdit. Quod aũt uisibile est,id potest digito ostẽdi:quoniã posset & anima corruptibilis dici,nam uitijs morũ ipsa corrũpitur. Et mortale hoc induere immortalitatẽ,cum legitur,eadẽ significatur uisibilis caro,quia in eã identidẽ uelut digitus intẽditur. Potest em & anima sicut corruptibilis propter morũ uitia,ita etiã mortalis dici. Mors quippe animæ est apostatare à deo,quod primũ eius peccatũ in paradiso sacris literis cõtinetur. Resurget igitur corpus secundũ Christianã fidem,quæ fallere non potest. Qd cui uidetur incredibile,qualis nunc sit caro attendit, B qualis aũt futura sit non cõsiderat:quia illo tẽpore immutationis angelicæ non iam caro erit & sanguis,sed tm corpus. Cũ enim de carne Apostolus loquerer: Alia,inquit,caro pecorũ,alia uolucrũ, 1 Cor.15
alia pisciũ,alia serpẽtũ:& corpora cœlestia & corpora terrestria. Nõ enim dixit caro cœlestis,dixit aũt cœlestia & terrestria corpora. Omnis enim caro etiã corpus est,non aũt omne corpus caro est. Primo in istis terrestribus,quoniã lignum corpus est,sed non caro:hominis aũt uel pecoris,& corpus & caro:in cœlestib. uero nulla caro,sed corpora simplicia & lucida,quę appellat Apostolus spiritalia,nõnulli aũt uocãt ætherea. Et ideo non car-
nis resurrectiõi cõtradicit illud qd ait,Caro & san- 1 Cor.15
guis regnũ dei nõ possidebũt. Sed quale futurũ sit quod nũc caro & sanguis est,prędicat. In qualẽ natura quisquis non cõuerti posse hãc carnẽ credit, gradibus ducendus est ad fidẽ. Si enim ab eo quæras,utrũ terra in aquã possit conuerti,propter uicinitatẽ non ei uidetur incredibile. Rursum si quæras,utrũ aqua possit in aerẽ,neq; hoc absurdũ esse respõdet,uicina enim sunt sibi:& de aere si quæratur utrũ in ęthereũ corpus,id est cœleste possit mutari,iam ipsa uicinitas persuadet. Quod ergo per hos gradus fieri posse concedit ut terra in corpus æthereũ cõuertatur,cur non accedẽte dei uolũtate qua corpus humanũ supra aquas potuit ambulare,celerrime id fieri posse,quẽadmodũ dictum est,in ictu oculi,sine ullis talibus gradibus credit, sicut plerũq; fumus in flammã mira celeritate conuertitur? Caro enim nostra utiq; ex terra est. Philosophi enim quorũ argumẽtis sæpius resurrectioni carnis resistitur,quibus asserunt nullum posse esse terrenũ corpus in cœlo,quodlibet corpus in omne corpus cõuerti & mutari posse cõcedunt. Qua corporis resurrectione facta,à tẽporis conditione liberati,æterna uita ineffabili charitate atq; stabilitate sine corruptione perfruemur. Tunc enim fiet illud quod scriptũ est,Absorpta est mors in uictoriam: ubi est mors aculeus tuus? ubi est mors con- 1 Cor.15
tentio tua? Hæc est fides quæ paucis uerbis tenenda in symbolo nouellis Christianis datur. Quæ pauca uerba fidelibus nota sunt,ut credẽdo subiugentur deo,subiugati recte uiuãt,recte uiuẽdo cor mũdent,corde mũdo quod credunt intelligant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI
ENCHIRIDION
AD LAVRENTIVM VRBIS ROMÆ PRIMICERIVM.

Sapientia ex scripturis. I

ICI nō poteſt, dilectiſſime fili Laurēti, quantū tua eruditione delecter, quantūcp te cupiā eſſe ſapiētem, non ex eorū numero de quibus dicitur, Vbi ſapiēs, ubi ſcriba, ubi cōquiſitor huius ſeculi? Nónne ſtultā fecit deus ſapientiā huius mūdi? Sed ex eorū numero de quibus dictū eſt, Multitudo ſapientū ſanitas eſt orbis terrarū. Et quales uult Apoſtolus fieri, quibus dicit, Volo aūt uos ſapiētes quidē eſſe in bono, ſimplices aūt in malo. Sicut aūt nemo à ſeipſo eſſe poteſt, ita etiā nemo à ſeipſo ſapiēs eſſe poteſt, ſed ab illo illuſtrante de quo ſcriptū eſt, Omnis ſapiētia à deo eſt. Hominis aūt ſapiētia pietas eſt. Habes hoc in libro ſancti Iob: nam ibi legiſ, cp ipſa ſapientia dixerit homini, Ecce pietas eſt ſapiētia. Si aūt quæras quā dixerit eo loco pietatē, diſtinctius in Græco reperies θεοσέβειαν, qui eſt dei cultus. Dicit enim Græce pietas & aliter idem εὐσέβειαν, quo nomine ſignificatur bonus cultus, cpuis & hoc pręcipue referatur ad colendū deum. Sed nihil eſt commodius illo nomine quo euidenter dei cultus expreſſus eſt, cum quid eſſet hominis ſapiētia dicere tur. Quęris ne aliquid dici breuius, qui petis à me ut breuiter magna dicātur? An hocipſum tibi fortaſſe deſideras breuiter aperiri, atcp in ſermonem colligi breuē, quo nam modo ſit colendus deus?

Esa 33

1 Cor. 1

Sap. 6

Rom. 16

Pietas eſt ſapientia. Cap. II

Cultus diuinus quibus conſtet. III

Hic ſi reſpōdero, fide, ſpe, charitate colendum deum, profecto dicturus es, breuius hoc dictū eſſe cpuelis, ac deinde petiturus ea tibi breuiter explicari quę ad ſingula tria iſta pertineāt, quid credendum ſcilicet, quid ſperandū, quid amandū ſit. Qđ cum fecero, ibi erūt omnia illa quæ in epiſtola tua quęrēda poſuiſti. Cuius exēplum ſi eſt penes te, facile eſt ut ea reuoluas & relegas: ſi aūt non eſt, cōmemorāte me recolas.

Ratio & fides Cap. IIII

Vis enim tibi, ut ſcribis, librū à me fieri, quem Enchiridion (ut dicunt) habeas, & de tuis manibus nō recedat: cōtinens poſtulata, id eſt quid ſequendū maxime; quid, ppter diuerſas principaliter hæreſes ſit fugiendū: inquā tum ratio pro religiōe contēdat, uel quid in ratiōe cum fides ſit ſola, non cōueniat: quid primū, quid ultimū teneaſ: quæ totius definitionis ſumma ſit: quod certū propriūcp fidei catholicæ fundamētū. Hæc aūt omnia quæ requiris proculdubio ſcies, diligēter ſciendo quid credi, quid ſperari debeat, quid amari: hæc enim maxime imò uero ſola religione ſequēda ſunt. His qui contradicit, aut omnino à Chriſti nomine alienꝰ eſt, aut hęreticus. Hæc ſunt defendēda ratione, quæ uel à ſenſibus corporis incohata, uel ab intelligētia mētis inuēta. Quæ aūt nec corporeo ſenſu experti ſumus, nec mente aſſequi ualuimus aut ualemus, eis ſine ulla dubitatione credēda ſunt teſtibus, à qbus ea quæ diuina

A uocari iam meruit ſcriptura cōfecta eſt: qui ea ſiue per corpus ſiue per animū diuinitus adiuti, uel uidere, uel etiā præuidere potuerūt. Cum aūt intio fidei quæ per dilectionē operaſ, imbuta mens fuerit, tēdit bene uiuēdo etiā ad ſpeciē peruenire ubi eſt ſanctis & pfectis cordibus nota & ineffabilis pulchritudo, cuius plena uiſio eſt ſummaꝰ felicitas. Hoc eſt nimirū quod regis, quid primū, quid ultimū teneatur: incohari fide, pficī ſpecie. Hæc etiā totius definitionis eſt ſumma. Certū uero propriumcp fidei catholicæ fundamentū, Chriſtꝰ eſt. Fundamētū enim aliud, ait Apoſtolus, nemo poteſt ponere præter id quod poſitū eſt, qđ eſt Chriſtus Ieſus. Neq; hoc ideo negādū eſt propriū fundamētū eſſe fidei catholicæ, quia putari poteſt alqbus hęreticis hoc nobiſcū eſſe cōmune. Si enim diligēter quę ad Chriſtū pertinēt cogitētur, nominetenus inuenīt Chriſtus apud quoslibet hæreticos, qui ſe Chriſtianos uocari uolunt, re uero ipſa nō eſt apud eos. Qđ oſtēdere nimis longū eſt, qm cōmemorandæ ſunt oēs hæreſes ſiue quæ fuerunt ſiue quæ ſūt, ſiue quę potuerūt ſub uocabulo Chriſtiano, & etiā cp ſit hoc uerum per ſingulas quaſcp mōſtrandū. Quæ diſputatio tam multorū eſt uoluminū, ut etiā infinita uideaſ. Tu aūt enchiridio à nobis poſtulas, id eſt qđ manibꝰ poſſit aſtringi, nō quod armaria poſſit onerare. Vt igitur ad illa tria redeam ꝰ per quæ diximus colendū deū, fidē, ſpem, charitatē, facile eſt ut dicaſ quid credendū, quid ſperādū, quid amandū ſit. Sed quēadmodū aduerſus eorū qui diuerſa ſentiunt calūnias defendatur, operoſioris uberioriscp doctrinæ eſt. Quæ ut habeatur nō breui enchiridio manus debet impleri, ſed grādi ſtudio pectus accēdi. Nam ecce tibi eſt ſymbolū & dominica oratio: quid breuius auditur aut legitur, aut quid facilius memoriæ cōmēdatur? Quia enim de peccato graui & miſeria premebatur genus humanū, & diuina indigebat miſericordia, gratiæ dei tēpus propheta præuidēs ait, Et omnis qui inuocauerit nomē dñi ſaluꝰ erit: propter hoc dñica oratio. Sed Apoſtolus cum ad ipſam gratiā cōmendandā hoc propheticū cōmemoraſſet teſtimoniū, cōtinuo ſubiecit: Quomodo aūt inuocabūt in quē nō crediderūt? propter hoc ſymbolū. In his duobus, tria illa intuere. Fides credit, ſpes & charitas orāt. Sed ſine fide eſſe nō poſſunt, ac per hoc & fides orat. Propterea quippe dictum eſt, Quō inuocabūt in quē non crediderūt?

Fundamentum fidei. Cap. I

Symbolum & oratio dominica. Cap. II

Rom. 10

Fides ſpes, charitas. Cap. VIII

Quid aūt ſperari poteſt qđ non creditur? Porrò etiā aliquid quod non ſperatur, credi poteſt, Quis nāq; fideliū pœnas nō credit impiorū, nec ſperat tamē? Et qſquis eas imminere ſibi credit ac fugaci motu animi exhorret, rectius timere dicitur cp ſperare. Quæ duo Lucanus diſtinguēs ita complexus ait, Liceat ſperare timēti. Non autem ab alio

Lucanus

poeta cpuis meliore proprie dictū eſt, Hunc ego

A ſi potui tantū ſperare dolorem. Deniq; nōnulli in arte grāmatica uerbi huius utūtur exēplo ad oſtēdendā impropriā dictionem, & aiunt, Sperare dixit, pro timere. Eſt itaq; fides & malarū rerum & bonarū: quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bona, non mala. Est etiā fides & pręteritarū rerum, & præſentium & futurarū. Credimus enim mortuū Chriſtū, quod iam præterijt. Credimus ſedere ad dexterā patris, quod nūc eſt. Credimus uenturū ad iudicandū, quod futurū eſt. Item fides & ſuarū rerū eſt & alienarū. Nam & ſe quiſq; credit aliquando eſſe cœpiſſe, nec fuiſſe utiq; ſempiternū, & alia atq; alia: nec ſolū de alijs hominibus multa quæ ad religionē pertinent, uerumetiā de angelis credimus. Spes aūt non niſi bonarū rerū eſt, nec niſi futurarū, & ad eum pertinentiū qui ea B rum ſpem gerere perhibetur. Quæ cum ita ſint, ppter has cauſas diſtinguēda erit fides à ſpe: ſicut uocabulo ita & rationabili differētia. Nam qđ attinet ad nō uidere, ſiue quę creduntur, ſiue quæ ſperantur, fidei ſpeiq; cōmune eſt. In epiſtola quippe ad Hebræos, qua teſte uſi ſunt illuſtres catholicæ regulæ defenſores, fides eſſe dicta eſt cōuictio rerum quæ non uidētur. Quāuis qñ ſe quiſq; nō uerbis, nō teſtibus, nō denicp ullis argumētis, ſed pręſentiū rerum euidentiæ dicit credidiſſe, hoc eſt, ſidem accōmodaſſe, non ita uidetur abſurdū, ut recte reprehendatur in uerbo, eicp dicatur, Vidiſti, ergo non credidiſti. Vnde putari poteſt non eſſe conſequēs, ut non uideatur res quæcūq; creditur: C ſed melius hāc appellamus fidem quā diuina elo- quia docuerūt, earū ſcilicet rerū quæ non uidentur.

1 Sent. dist. 26 cap. ſicut

Hebr. 11

Vbi dict. 26 ſuper ſicut

Rom. 8 De ſpe quoq; ait Apoſtolus, Spes quæ uidet non eſt ſpes. Quod enim uidet quis, quid ſperat? Si autem quod non uidemus ſperamus, per patiētiam expectamus. Cū ergo bona nobis futura eſſe creduntur, nihil aliud cp ſperātur. Iam de amore quid dicā, ſine quo fides nihil prodeſt? Spes uero ſine amore eſſe nō poteſt. Deniq; ut ait apoſtolus Iacobus, Et dæmones credūt & contremiſcūt: nec tamen ſperāt uel amāt, ſed potius quod ſperamus & amamus credēdo uenturū eſſe formidāt. Propter quod apoſtolus Paulus fidem quæ per dilectionē operatur, approbat atq; cōmendat, quæ utiq; ſine ſpe eſſe nō poteſt. Proinde nec amor ſine ſpe eſt, nec ſine amore ſpes, neq; utrūcp ſine fide. Cum D ergo quæriſ, quid credendū ſit quod ad religionē pertineat, nō rerū natura ita rimāda eſt, quēadmodum ab eis quos phyſicos Græci uocant: nec metuendū eſt, quēadmodū ab eiſdē, ne aliquid de uinumero elementorum, de motu atq; ordine & defectibus ſyderū, de figura cœli, de generibus et naturis animaliū, frutticū, lapidū, fontiū, fluminū, montiū, de ſpacijs locorū & tēporū, de ſignis imminentiū tempeſtatū, & alia ſexcenta de ijs rebus quas illi uel inuenerūt uel inuenīſſe ſe exiſtimant, Chriſtianus ignoret: quia nec ipſi omnia reppe runt tāto excellētes ingenio, flagrātes ſtudio, abūdantes ocio, & quædā humana cōiectura inueſtigantes; quædā uero hiſtorica experiētia perſcrutā

Iacob. 2

Gal. 5

1 Sent. dist. 23 cap. ſi uero. Vbi credēdum Christi. Cap. IX

Rom. 10

Naturæ corruptio. Ca. XII

tes, & in eis quæ ſe inueniſſe gloriantur, plura opinantes potius cp ſcientes. Satis eſt Chriſtiano rerum creatarū cauſam, ſiue cœleſtiū, ſiue terreſtriū, ſiue uiſibiliū, ſiue inuiſibiliū, non niſi bonitatē credere creatoris, qui unus & uerus eſt deus: nullāq; eſſe naturā quæ non aut ipſe ſit, aut ab ipſo: eumq; eſſe trinitatē, patrē ſcilicet & filium à patre genitum, & ſpiritū ſanctū ab eodē patre procedentem, ſed unum eundemq; ſpiritū & patris & filij. Ab *Vniuerſitas rerum. Ca. X* hac ſumme & æqualiter & immutabiliter bona trinitate creata ſunt omnia, & nec ſumme nec æqualiter nec immutabiliter bona, ſed tamē bona etiā ſingula. Simul uero uniuerſa ualde bona, quia ex omnibus cōſiſtit uniuerſitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiā illud quod malū dicīt, be- *Mala quare ſint. Ca. XI* ne ordinatū & loco ſuo poſitū, eminētius cōmendat bona, ut magis placeāt & laudabiliora ſint dū comparantur malis. Neq; enim deus omnipotēs, quod etiā infideles fatentur, rerū cui ſumma poteſtas, cum ſumme bonus ſit, ullo modo ſineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi uſq; adeo eſſet omnipotēs & bonus, ut benefaceret etiā de malo. Quid eſt aūt aliud quod malum dicitur, niſi priuatio boni? Nam ſicut corporibus animaliū nihil eſt aliud morbis & uulneribus affici, q̄ ſanitate priuari. Neq; enim id agitur cum adhibetur curatio, ut mala illa quę inerant, id eſt morbi ac uulnera recedant hinc & alibi ſint, ſed utiq; ut non ſint. Non enim ulla ſubſtātia, ſed carnalis ſubſtātiæ uitiū eſt uulnus aut morbus: cum caro ſit ipſa ſubſtantia, pfectō aliquod bonū eſt cui, accidūt iſta mala, id eſt priuationes eius boni, quod dicitur ſanitas: ita etiam & animorū quæcūq; ſunt uitia, naturalium ſunt priuationes bonorū. Quæ cum ſanātur, non aliquò tranſferūtur, ſed etiā quę ibi erāt, nuſquam erunt, quādo in illa ſanitate non erūt. Naturæ igitur omnes, quoniā naturarū prorſus omnium ſumme cōditor bonus eſt, bonę ſunt. Sed quia nō ſicut earum cōditor ſumme atq; incōmutabiliter bonæ ſunt, ideo in eis & minui bonum & augeri poteſt. Sed bonū minui malū eſt, cpuis quantūcūq; minuatur, remaneat aliqd neceſſe eſt, ſi adhuc natura eſt unde natura ſit: neq; enim ſi qualiſcūq; aut quantulacunq; natura eſt, cōſumi bonū quod natura eſt, niſi & ipſa conſumatur, poteſt. Merito quippe natura incorrupta laudatur. Porrò ſi & incorruptibilis ſit, quæ corrumpi omnino non poſſit, multo eſt proculdubio laudabilior. Cum uero corrūpitur, ideo malū eſt eius corruptio, quia eā qualicūq; priuat bono: nam ſi nullo bono priuat, non nocet: nocet aūt adimendo bonum. Quādiu itaq; natura corrūpitur, ineſt ei bonum quo priuetur: ac per hoc ſi naturæ aliquid remanebit quod iam corrūpi nequeat, profectō natura incorruptibilis erit, & ad hoc tam magnū bonum corruptio non perueniet. At ſi corrūpi non deſinet, nec bonum utiq; habere deſinet, quo eam poſſit priuare corruptio. Quam ſi penitus totamcp cōſumpſerit, ideo nullum bonū inerit, quia natura nulla erit. Quocirca bonū cōſumere non poteſt corruptio, niſi conſumēdo naturā. Omnis ergo natura bonū

1 Sent. dist. 46 ca. quod uero

2 Sent. dist. 34 ca. oſtenſa, & dist. 35. cap. quocirca

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,magnum si corrũpi non potest,paruum si po-
test:negari tamen bonũ esse nisi stulte atq; imperi-
te prorsus non potest. Quæ si corruptione consu-
mitur,nec ipsa corruptio remanebit,ubi nulla es-
se possit subsistẽte natura. Ac per hoc nullũ est
quod dicitur malum,si nullũ sit bonum:sed bonũ
omni malo carens,integrũ bonũ est. Cui uero in-
est malum,uitiatũ uel uitiosum bonũ est:nec ma-
lum unquã potest esse ullum,ubi bonũ est nullũ.
Vnde res mira conficitur,ut quia omnis natura,
inquantũ natura est,bonum est:nihil aliud dici ui
deatur,cũ uitiosa natura,mala esse natura dicitur,
nisi malum esse quod bonũ est:nec malũ esse,nisi
quod bonũ est,quia omnis natura bonum est:nec
res aliqua mala esset,si res ipsa quæ mala est,natu-
ra non esset. Non igitur potest esse malum,nisi ali
quod bonũ. Quod cum dici uideatur absurde,cõ B
nexio tamen ratiocinationis huius uelut ineuita-
biliter nos cõpellit hoc dicere. Et cauendũ est ne
incidamus in illam sententiã prophetícã,ubi legi
tur, Vę ijs qui dicunt ꝙ bonũ est malum,& ꝙ ma
lum est bonum:qui dicũt dulce amarũ,& amarũ
dulce:qui dicũt tenebras lucem,& lucẽ tenebras.
Et tamen dñs ait,Malus homo de malo thesauro
cordis sui profert mala. Quid est autem malus ho
mo,nisi mala natura:quia homo,natura est? Por-
rò si homo aliquod bonũ est,quia natura est,quid
est malus homo,nisi malũ bonum? Tamen cum
duo ista discernimus,inuenimus nec ideo malum
quia homo est,nec ideo bonum quia iniquus est:
sed bonũ quia homo,malum quia iniquus. Quis-
quis igitur dicit malum hominẽ esse,aut quod bo C
num est iniquũ esse,ipse incidit in propheticã illã
sententiã, Væ ijs qui dicunt ꝙ bonũ est malum,et
ꝙ malũ est bonũ. Opus enim dei culpat quod est
homo,& uitium hominis laudat quod est iniqui-
tas. Omnis nanq; natura,etiã si uitiosa est,inquan
tum natura est,bona est:inquantũ uitiosa est,mala
est. Quapropter in ijs cõtrarijs,quæ mala & bo
na uocãtur,illa dialecticorũ regula deficit,qua di-
cunt,Nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus
enim aer simul est & tenebrosus & lucidꝰ:nullus
cibus aut potus simul dulcis est & amarus:nullũ
corpus simul ubi album,ibi & nigrũ:nullũ simul
ubi deforme,ibi et formosum. Et hoc in multis ac
pene in omnibus contrarijs reperitur,ut in una re
simul esse non possint. Cum aũt bona & mala nul- D
lus ambigat esse cõtraria,non solũ simul esse pos-
sunt,sed etiã mala omnino sine bonis,& nisi in bo
nis esse nõ possunt,q̃uis bona sine malis esse pos-
sint. Potest enim homo uel angelus non esse iniu-
stus:iniustus aũt non potest esse nisi homo uel an-
gelus:& bonũ,quod homo:bonũ,quod angelus:
malũ,quod iniustus. Et hæc duo cõtraria ita simul
sunt,ut si bonũ non esset,in quo malum esset,pror
sus nec malũ esse potuisset:quia nõ modo ubi con
sisteret,sed unde oriretur corruptio non haberet,
nisi esset quod corrũperetur:quod nisi bonũ esset,
nec corrũperet:quoniã nihil est aliud corruptio,
q̃ boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta
sunt,& nisi in aliquibus bonis non sunt:nec erat
aliàs unde oriretur ulla mali natura:nam si esset,in A
quantũ natura esset,profecto bona esset:& aut in-
corruptibilis natura magnũ esset bonũ,aut etiam
natura corruptibilis nullo modo esset,nisi aliq̃d
bonum,quod bonũ corrũpendo posset ei nocere
corruptio. Sed cum mala ex bonis orta esse di-
cimus,non putetur hoc dominicæ sententiæ refra-
gari,qua dicit,Nõ potest arbor bona fructus ma-
los facere. Nõ potest enim,sicut ueritas dicit,col-
ligi uua de spinis:quia non potest uua nasci de spi
nis. Sed ex bona terra & uites nasci posse uidemꝰ
& spinas. Et eodẽ modo tanq̃ arbor mala fructus
bonos,id est opera bona,non potest facere uolun
tas mala. Sed ex bona hominis natura oriri uolũ-
tas & bona potest & mala. Nec fuit prorsus unde
primitus oriretur uoluntas mala,nisi ex angeli &
hominis natura bona. Quod & ipse dñs eodẽ lo-
co,ubi de arbore & fructibus loquebatur,apertis-
sime ostẽdit. Ait enim, Aut facite arborẽ bonã &
fructũ eius bonũ,aut facite arborẽ malã & fructũ
eius malũ:satis admonẽs ex arbore quidem bona
malos,aut ex mala bonos nasci fructus nõ posse:
ex ipsa tamẽ terra,cui loquebatur,utrãq; arborem
oriri posse. Quæ cum ita sint,quãdo nobis Ma
ronis ille uersus placet,

Felix qui potuit rerum cognoscere causas:

non nobis uideat ad felicitatẽ consequendã ptine
re,si sciamus causas magnarũ in mũdo corporaliũ
motionũ,quę abditissimis naturę sinibꝰ occultant,
Vnde tremor terris,qua ui maria alta tumescant,
Obicibus ruptis,rursusq; in seipsa residant,

& cætera huiusmodi:sed bonarũ & malarũ rerũ C
causas nosse debemus. Et id hactenus quatenꝰ eas
homini in hac uita erroribus ęrũnisq; plenissima,
ad eosdem errores & ærũnas euadẽdas nosse con-
ceditur. Ad illam quippe felicitatẽ tendendũ est,
ubi nulla quatiamur ęrũna,nullo errore fallamur:
nam si causæ corporaliũ motionũ noscẽdæ nobis
essent,nullas magis nosse q̃ nostrę ualetudinis de
beremus. Cum uero eis ignoratis,medicos quæri
mus,quis nõ uideat quod de secretis cœli & terræ
nos latet,quãta sit patiẽtia nesciendũ. Quãuis
enim error quãta possumus cura cauẽdus sit,non
solũ in maioribus,uerũetiã in minoribꝰ rebus,nec
nisi rerum ignorãtia possit errari:nõ est tamẽ con-
sequens,ut cõtinuo erret quisquis aliquid nescit, D
sed quisquis se existimat scire quod nescit:pro ue-
ro quippe approbat falsum,quod est erroris pro-
prium. Verũtamen in qua re quisq; erret,interest
plurimũ:nam in una eademq; re & nesciẽti sciẽs,
& errãti non errans, recta ratione præponit. In di
uersis aũt rebus,id est cũ iste sciat alia,ille alia:&
iste utiliora,ille minus utilia uel etiã noxia:quis
non in eis quæ ille scit,ei præferat nescientẽ:sunt
enim quædã quę nescire q̃ scire sit melius. Itemq;
nonnullis errare profuit aliquando,sed in uia pe-
dum,non in uia morum. Nam nobisipsis accidit,
ut in quodam biuio falleremur,& non iremus per
eum locum,ubi operiens transitũ nostrum Dona-
tistarum manus armata subsederat:atque ita fa-
ctum est,ut eò quò tendebamus,per deuiũ circui-
tum

Quõ idẽ malũ sit & bonum. Cap. XIII

2 sent. dist. 35 ca. itẽ et aliter

Esa. 5

2 sent. dist. 34 cap. ad hoc

Mat. 12

2 sent. dist. 34 cap. ex quo

Contraria. Cap. XIIII

tum ueniremus:cognitisq; insidijs illorũ,nos gra
tularemur errasse,atq; inde gratias agerem⁹ deo.
Quis ergo uiatorẽ sic errantẽ sic non erranti latro
ni præponere dubitaueritꝰ Et fortasse ideo apud
illũ summũ Poetam loquens quidã miser amator:

Edog. 8 Vt uidi,ingt,ut perij,ut me malus abstulit error.

qm̃ est & error bonus,qui non solũ nihil obsit,ue
rũetiã prosit aliquid. Sed diligẽtius cõsiderata ue-
ritate,cum nihil sit aliud errare q̃ uerũ putare q̃d
falsum est,falsumq; quod uerũ est:uel certũ habe-
re pro incerto,incertũ ue pro certo:siue falsum,si-
ue sit uerũ:idq; tam sit in animo deforme atq; in-
decens,q̃ pulchrũ ac decorũ esse sentimus,uel in
loquẽdo,uel in assentiẽdo est est,non non:profe-
cto & ob hoc ipsum est uita ista misera qua uiui-
mus,quod ei nonnunq̃ ut nõ amittatur,error est
necessarius,Absit ut talis sit illa uita,ubi est animę B
nostrę ipsa ueritas uita,ubi nemo fallit,fallitur ne
mo. Hic aũt homines fallũt atq; fallũtur,miserio-
resq; sunt,cum mentiẽdo fallũt,q̃ cum mentienti
bus credẽdo fallũtur. Vsq;adeo tamen rationalis
natura refugit falsitatẽ,& quantũ potest deuitat
errorẽ,ut falli nolint etiã quicunq; amant fallere.
Non enim sibi qui mẽtitur uidetur errare,sed aliũ
in errorem mittere credentẽ sibi:& in ea quidẽ re
non errat quã mẽdacio cõtegit,si nouit ipse quid
uerũ sit:sed in hoc fallitur,ꝙ putat sibi suũ nõ ob-
esse mendaciũ,cum magis faciẽti q̃ patienti obsit
omne peccatũ. Verũ difficillima & latebrosis-
sima hinc gignitur quæstio,de qua iam grandẽ li-
brum cum respõdendi necessitas nos urgeret,ab-
soluimus. Vtrũ ad officiũ hominis iusti pertineat C
aliq̃n mẽtiri. Nõnulli enim eousq; progrediunt,ut
& peierare,& de rebus ad dei cultũ pertinẽtibus,
ac de ipsa dei natura falsum aliquid dicere,nonnũ
quã bonũ piumq; opus esse contendant. Mihi aũt
uidetur peccatũ esse quidẽ omne mendaciũ,sed
multũ interesse quo animo,& qbus de reb. quisq;
mẽtiatur. Non enim sic peccat ille qui cõsulendi,
quõ ille qui nocẽdi uoluntate mẽtitur. Haud uero
tantũ nocet,qui uiatorem mentiẽdo in diuersum
iter mittit,quantũ is qui uiã uitæ,mẽdacio fallẽte
deprauat. Nemo sane mẽtiens iudicãdus est,qui
dicit falsum quod putat uerũ:quoniã quantum in
ipso est,non fallit ipse,sed fallitur. Non itaq; men-
dacij,sed aliq̃n temeritatis arguẽdus est,qui falsa
incautius credita pro ueris habet. Potiusq; ecõtra D
rio,quantũ in ipso est,mentitur ille qui dicit uerũ,
quod putat falsum. Quantũ enim ad animũ eius
attinet,quia nõ quod sentit hoc dicit,non uerũ di
cit,q̃uis uerũ inueniatur esse quod dicit:nec ullo
modo liber est à mendacio,qui ore nesciens uerũ
loquitur,sciens aũt uolũtate mentitur. Non consi
deratis itaq; rebus ipsis de quibus aliquid dicitur,
sed sola intẽtione dicẽtis,melior est qui nesciẽs fal
sum dicit,quoniã id uerum putat,q̃ qui mentiẽdi
animũ sciens gerit,nesciens uerũ esse quod dicit.
Ille nanq; aliud non habet in animo aliud in uer-
bo:huic uero qualecunq; per seipsum sit quod ab
eo dicitur,aliud tamẽ clausum in pectore,aliud in
lingua promptũ est:quod malũ est propriũ men-
tientis. In ipsarum aũt quæ dicũtur cõsideratione
rerũ tantum interest,qua in re quisq; fallatur siue 22. q. 2. cap.
mẽtiatur,ut cum falli q̃ mentiri minus sit malum, in ipsarum
quantũ pertinet ad hominis uoluntatẽ,tamẽ lon-
ge tolerabilius sit in ijs quæ à religione sunt seiun
cta,mẽtiri,q̃ in ijs sine quorũ fide uel notitia deus
coli non potest,falli:ut in pluribus à perquirẽte lu
cidius inuestigabit. Quod ut illustretur exẽplis,
intueamur quale sit,si quispiã dum mentitur uiue
re nunciat aliquem mortuũ:& alius dum fallitur,
credat iterum Christũ post quælibet longa tem-
pora moriturũ:nónne illo modo mentiri,q̃ isto
modo falli incõparabiliter pręstat:multoq; mino
ris mali est in illũ errorẽ aliquem inducere,q̃ in
istum ab aliquo induci? In quibusdã ergo rebus Fallendi modi
magno,in quibusdã paruo,in quibusdã nullo ma- uarij. XIX
lo,in quibusdã etiã nõnullo bono fallimur. Nam
magno malo fallitur homo,cum hoc non credit 3 sen. dist. 38
quod ad uitã ducit ęternã:uel hoc credit quod ad cap. illud
mortẽ ducit æternã. Paruo aũt malo fallitur,qui
falsum ꝓ uero approbãdo,incidit in aliquas mo-
lestias tẽporales,qbus tamẽ adhibita fideli patiẽ-
tia,cõuertit eas in usum bonũ. Veluti si quisq; bo
num hominẽ putãdo qui malus est,aliquid ab eo
patiatur mali. Qui uero malũ hominẽ ita bonum
credit,ut nihil ab eo patiat̃ mali nullo modo falli
tur:nec in eũ cadit illa prophetica detestatio, Vę Esa. 5
ijs qui dicũt ꝙ malum est bonũ. De ipsis enim re-
bus,quibus homines mali sunt,nõ de hominibus 2 sent. dist. 34
dictum intelligendũ est. Vnde qui adulteriũ dicit ca. ad hoc, &
bonũ,recte arguit̃ illa uoce prophetica. Qui uero 34. ca. ex quo
ipsum hominẽ dicit bonũ,quem putat castum,&
nescit adulterũ,nõ in doctrina rerũ bonarũ & ma
larũ,sed in occultis humanorũ fallitur morũ:uo-
cans hominẽ bonũ,in quo putat esse quod esse nõ
dubitat bonũ,& dicens malũ adulterũ & bonũ ca
stum:sed hunc bonũ dicens,nesciẽdo adulterũ es-
se:illũ malũ,nesciẽdo castum. Porrò si per errorẽ
euadit quisq; pernicięm,sicut superiꝰ dixi nobis in
itinere cõtigisse,etiã aliquid boni homini errore
cõfertur. Sed cũ dico in quibusdã rebus nullo ma
lo aliquẽ,uel nõnullo etiã bono falli,non ipsum er
rorem dico nullum malũ uel nõnullum bonũ:sed
malũ quò non uenitur,uel bonum quò uenitur er
rãdo,id est ex ipso errore quid nõ eueniat,uel q̃d
proueniat:nam ipse per seipsum error aut magnũ
in re magna,aut paruum in re parua,tamẽ semper
est malum. Quis enim nisi errans malũ neget ap-
probare falsa ꝓ ueris,aut improbare uera ꝓ falsis,
aut habere incerta pro certis,uel certa pro incer-
tis. Sed aliud est,bonũ hominẽ putare q̃ malꝰ est,
q̃d est erroris:& aliud est ex hoc malo aliud malũ
nõ pati,si nihil noceat homo malus qui est putaꝰ
bonus. Itemq; aliud est ipsam uiã putare quæ non
est ipsa,& aliud est ex hoc erroris malo aliq̃d bo-
ni cõsequi,uelut est ab insidijs malorũ hominũ li-
berari. Nescio sanè utrũ etiã eiusmodi error sit, Quis error ui
cũ homo de malo homine bene sentit,qualis sit ne tuperandus.
sciẽs:aut pro eis quæ per sensus corporis capimꝰ, Cap. XX
occurrũt similia,quæ spiritu tanquã corpore,aut
corpore tanq̃ spiritu sentiuntur. Quale putabat

Retractationum. Cap. XVIII

Ecclesiastes. Cap. XVII

ca. 3. 4. ca. mihi sent. dist. 38. ca. mentiri

Ecclesiasticus. Cap. XLII

Diã. 38. cap. quidam. 2. dist. 38. ca. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse apostolus Petrus,quãdo existimabat se uisum A
uidere,repẽte de claustris & uinculis per angelũ
liberatus. Aut in ipsis rebus corporeis leue putaẽ
esse quod asperũ est,aut dulce quod amarũ est,aut
bene olere quod putridũ est,aut tonare cum rhe-
da transit,aut illum esse hominẽ cum alius sit,qñ
duo sibi simillimi sunt,qd' in geminis sepe contin
Aeneid.10 git:unde ait ille,Gratusq; parentibus error:& cæ
tera talia,etiã peccata dicẽda sint:Hæc quęstio no
dosissima,quę homines acutissimos Academicos
torsit,nũc mihi enodãda susceptа est,utrũ aliquid
debeat sapiens approbare,ne incidat in errorẽ,si
pro ueris approbauerit falsa,cũ omnia(sicut affir-
mant)uel occulta sint,uel incerta. Vnde tria cõfe-
ci uolumina in initio cõuersionis meæ,ne impedi
mento nobis essent,quæ tanq; in ostio cõtradice-
bant. Et utiq; fuerat remouẽda inueniendæ despe B
ratio ueritatis,quæ illorũ uidetur argumẽtationi-
bus roborari. Apud illos ergo error omnis puta-
tur esse peccatũ,quod uitari nõ posse cõtendunt,
si omnis suspẽdatur assensio. Errare quippe dicũt
eum quisquis assentitur incertis:nihilq; certũ esse
in hominũ usu,propter indiscretã similitudinem
falsi,etiã si quod uidetur,forte sit uerũ,acutissimis
quidẽ,sed impudẽtissimis cõflictationibus dispu-
Abac.2 tant. Apud nos aũt,iustus ex fide uiuit. Ac si tolla
tur assensio,& fides tollitur:quia sine assensiõe ni-
hil creditur. Et sunt uera,q̃uis non uideatur,quæ
nisi credãtur,ad uitã beatã,quæ nõ nisi æterna est,
non potest puenire. Cum istis uero utrũ loqui de- C
beamus ignoro,qui non solũ uicturos in æternũ,
sed in presentia se uiuere nesciũt:imo nescire se di
cunt quod nescire nõ possunt. Neq; enim quisquã
sinitur nescire se uiuere,quãdoquidẽ si non uiuit,
non potest aliquid uel nescire:qm̃ non solũ scire,
uerũetiã nescire non nisi uiuẽtis est. Sed uidelicet
non assentiẽdo q̃ uiuãt,cauere sibi uidenť errorẽ,
cum etiã errãdo conuincãtur uiuere:quoniã non
potest qui non uiuit errare. Sicut ergo nos uiuere
non solum uerũ,sed etiã certũ est:ita uera & certa
sunt multa,quibus non assentiri,absit ut sapientia
potius q̃ demẽtia nominãda sit. In quibusdam
Error inno- aũt rebus nihil interest ad capessendũ dei regnũ,
xius.XXI utrũ credanť,an non:uel utrũ uera siue sint siue pu
tẽtur,an falsa:in his errare,id est aliud pro alio pu
22.q.2.cap. tare,nõ arbitrandũ est esse peccatũ:aut si est,mini-
in quibusdam mũ esse atq; leuissimũ. Postremo qualecunq; illud D
& quantũcunq; sit,ad illam uiam nõ pertinet,qua
imus ad deũ:quæ uia fides est Christi,quæ per di-
lectionẽ operatur. Neq; enim ab hac uia deuiabat
in geminis filijs gratus ille parẽtibus error:aut ab
hac uia deuiabat apostolus Petrus,quãdo se existi
mans uisum uidere,aliud pro alio sic putabat,ut à
corporũ imaginibus,in quibus se esse arbitrabať,
uera in quibus erat corpora non dignoscꝛet,nisi
cum ab illo angelus,per quẽ fuerat liberatus,abs-
cessit:aut ab hac uia deuiabat Iacob patriarcha,
quãdo uiuentẽ filiũ à bestia credebat occisum. In
his atq; huiusmodi falsitatibus,salua fide,quæ in
deo nobis est,fallimur:& uia non relicta,quæ ad
illũ nos ducit,erramus. Qui errores etiã si peccata
non sunt,tamẽ in malis huius uitæ deputãdi sunt:
quæ ita subiecta est uanitati,ut approbẽtur hic fal
sa pro ueris,respuãtur uera pro falsis,teneãtur in-
certa pro certis. Quãuis enim hæc ab ea fide ab-
sint,per quã ad uerã certãq; atq; æternã beatitudi-
nem tendimus:ab ea tamẽ miseria non absunt,in
qua adhuc sumꝰ. Nullo modo quippe falleremur
in aliquo uel animi uel corporis sensu,si iam uera
illa atq; pfecta felicitate frueremur. Porrò autẽ Omne mala
omne mendaciũ ideo dicendũ est esse peccatum, cium peccatũ
quia homo non solũ quãdo scit ipse quid uerũ sit, Cap.XXII
sed etiã si quando errat & fallitur sicut homo,hoc
debet loqui qd' animo gerit:siue illud uerũ sit,siue
putetur & non sit. Omnis autem qui mẽtitur,con
tra id quod animo sentit loquitur,uolũtate fallen-
di. Et utiq; uerba propterea sunt instituta,non per
quæ se inuicẽ homines fallant,sed per quæ in alte
rius quisq; notitiã cogitationes suas pferat. Ver-
bis igitur uti ad fallaciã,non ad qd' instituta sunt,
peccatũ est. Nec ideo ullũ mendaciũ putandũ est
non esse peccatũ,quia possumus aliquando alicui
prodesse mentiẽdo. Possumus enim & furãdo ali-
quãdo alicui prodesse,si pauper cui palã datur,sen
tit cõmodũ,& diues cui clam tollit,non sentit in- 3 sent.dist.6
cõmodum:nec ideo tale furtũ quisquã dixerit nõ ca.4.scilicet
esse peccatũ. Possumus & adulterãdo prodesse,si & ca.seqẽtibus
aliqua,nisi ad hoc ei cõsentiatur,appareat amãdo
moritura,& si uixerit pœnitendo purganda:nec
ideo peccatũ tale negabitur adulteriũ. Si aũt meri
to nobis placet castitas,quid quæso offendit ueri-
tas,ut propter alienã utilitatẽ illa nõ uioletur adul
terãdo,& uioletur ista mẽtiendo? Non ideo mẽda C
cium poterit aliquãdo laudari,quia nonnunq; pro
salute quorundã mẽtimur. Peccatum ergo est,sed
ueniale,quod beneuolentia excusat,& ideo falla-
cia dãnat. Plurimũ quippe ad bonũ profecisse ho-
mines,qui non nisi pro salute hominis mentiunť,
non est negandũ:sed in eorũ tali profectu merito
laudatur,uel etiã tẽporaliter remuneratur beneuo
lẽtia,nõ fallacia:quæ ut agnoscatur satis est,nõ ut
etiã prædicetur,maxime in hæredibus testamẽti
noui,q̃bus dicit',Sit in ore uestro est est,non non:
quod enim amplius est,à malo est. Propter quod
malũ,quia subrepere in hac mortalitate non desi-
nit,etiã ipsi cohæredes Christi dicũt,Dimitte no- Confessorũ
bis debita nostra. His itaq; pro huius breuitatis Cap.XXIII
necessitate tractatis,qm̃ causæ cognoscendæ sunt D
rerum bonarũ & malarũ,quantũ uiæ satis est quæ
nos perducat ad regnũ,ubi erit uita sine morte,si- 2 Petri.1.
ne errore ueritas,sine perturbatione felicitas:ne- capitulo
quaq; dubitare debemus rerũ quę ad nos pertinẽt
bonarũ causam non esse nisi bonitatẽ dei:malarũ
uero ab immutabili bono deficientem boni muta
bilis uoluntatem, prius angeli, hominis postea. Malorum ori
go. XXIIII
Hoc primũ est creaturæ rationalis malũ,id est
prima priuatio boni:deinde etiã iam nolentibus
subintrauit ignorantia rerũ agendarũ,& concupi
scentia noxiarũ,quibus comites subinferũtur er-
ror & dolor:quæ duo mala quãdo imminẽtia sen
tiuntur,ea fugitãtis animi motus uocatur metus.
Porrò animus cũ adipiscitur cõcupita,q̃uis per-
niciosa

nicioſa uel inania,quoniã id errore non sentit,uel
delectatione morbida uincitur,uana etiam lętitia A
uẽtilatur. Ex his morborũ non ubertatis sed indi-
gẽtiæ,tanq; fontibus omnis miseria naturæ ratio-
Appetitus nalis emanat. Quæ tamen natura in malis suis
appetitus non potuit amittere beatitudinis appetitũ. Verũ
Cap.XXV hæc cõmunia mala sunt & hominũ & angelorũ,
pro sua malitia dei iustitia dãnatorum. Sed homo
habet & pœnã propriã,qua etiã corporis morte
punitus est. Mortis quippe suppliciũ dñs ei com-
minatus fuerat si peccaret:sic eũ munerans libero
arbitrio,ut tamẽ regeret imperio,terreret exitio,
atq; in paradisi felicitate tãq; in umbra uitæ,unde
Peccati Adã. iustitia custodita in meliora conscẽderet,colloca-
Cap.XXVI uit. Hinc post peccatum exul effectus,stirpem
quoq; suã,quã peccãdo in se tanq; in radice uitia- B
uerat,pœna mortis & damnationis obstrinxit:ut
quicquid prolis ex illo & simul dãnata per quam
peccauerat cõiuge,per carnalẽ concupiscentiã,in
qua inobediẽtiæ pœna similis retributa est,nasce-
retur,traheret originale peccatũ,quo traheretur
per errores doloresq; diuersos ad illud extremũ
cum desertoribus angelis uitiatoribus & possesso
Rom.5 ribus & cõsortibus suis sine fine supplicium. Sic
per unum hominẽ peccatũ intrauit in mundũ,&
per peccatũ mors:& ita in omnes homines per-
transiit,in quo omnes peccauerũt. Mundũ quip-
pe appellauit eo loco apostolus uniuersum genus
humanũ. Ita ergo res se habebãt:iacebat in ma-
Peccati primi lis,uel etiã uoluebatur,& de malis in mala præci-
XXVII pitabatur totius humani generis massa dãnata:&
adiũcta parti eorum qui peccauerãt angelorũ,lue C
bat impiæ desertionis dignissimas pœnas. Ad irã
quippe dei pertinet iustã,quicquid cæca & indo-
mita cõcupiscẽtia faciũt libẽter mali,& quicquid
manifestis opertisq; pœnis patiũtur inuiti:non sa
ne creatoris desistente bonitate,& malis angelis
subministrare uitã,uiuacẽq; potentiã,quæ submi-
nistratio si auferatur,interibũt:& hominum q̃uis
de propagine uitiata dãnataq; nascentiũ formare
femina & animare & ordinare mẽbra per tẽporũ
Vide dist.46 ætates,per locorũ spacia uegetare sensus,alimẽta
Quod uero donare. Melius enim iudicauit de malis beneface
re,q̃ mala nulla esse permittere. Et si quidẽ in me-
lius hominũ reformationẽ nullam prorsus esse uo
luisset,sicut impiorũ nulla est angelorũ,nõne meri
to fieret,ut natura quę deũ deseruit,quæ præceptũ D
sui creatoris,qd' custodire facillime posset,sua ma
le utẽs potestate calcauit atq; trãsgressa est,quę sui
in se creatoris imaginẽ ab eiꝰ lumine cõtumaciter
auersa uiolauit,quæ salubrẽ seruitutẽ ab eiꝰ legibꝰ
male libero abrupit arbitrio,uniuersa in ęternũ de
sereret ab eo,et pro suo merito pœnã pẽderet sem
piternã: Planè ita faceret,si tm̃ iustus nõ etiã mise-
Lapsa deserto ricors esset,suãq; indebitã misericordiã multo eui
ab angelorũ dẽtius in indignorũ potius liberatione mõstraret.
XXVIII Angelis igit' aliqbus impia supbia deserẽtibus
deũ,& in huius aeris imam caliginẽ de supna cœ
lesti habitatiõe deiectis,residuus nũerus angelorũ
in æterna cũ deo beatitudine & sanctitate pmãsit.
Neq; enim ex uno angelo lapso atq; dãnato cęteri

propagati sunt,ut eos sicut homines originale ma
lum obnoxiæ successionis uinculis obligaret,atq;
uniuersos traheret ad debitas pœnas:sed eo q̃ dia
bolus factꝰ est,cũ sociis impietatis elato,et ipsa cũ
eis elatione,pstrato,cęteri pia obedientia dño cohę
serũt,accipiẽtes etiã qd' illi nõ habuerũt,certã scie
tiã,qua essent de sua sempiterna & nũq̃ casura sta
bilitate securi. Placuit itaq; uniuersitatis creato Homines pij
ri atq; moderatori deo,ut qm̃ non tota multitudo succedũt in lo
angelorũ deũ deserẽdo perierat,ea quæ perierat, cum angelorũ
in ppetua pditione remaneret:quæ aũt cũ deo illa cieclorũ. Cap.
deserẽte pstiterat,de sua certissime cognita semp XXIX
futura felicitate secura gauderet:talia uero creatu
ra ratiõalis,quę in hominibꝰ erat,qm̃ peccatis atq;
supplicijs,& originalibꝰ et pprijs tota perierat,ex
eiꝰ parte reparata,qd' angelicæ societati ruina illa
diabolica minuerat suppleret. Hoc em̃ promissum 2 sent. dist.9
est resurgẽtibꝰ sanctis,q̃ erũt æquales angelis dei. ca.à quibusdã
Itaq; supna illa Hierusalẽ mater nostra ciuitas dei, 22. de ciui. dei
nulla ciuiũ suorũ numerositate fraudabit',sed ube cap.1
riore etiã copia fortasse regnabit. Neq; em̃ nume-
rum aut sanctorũ hominũ,aut immundorũ dęmo
num nouimꝰ,in quorũ locũ succedẽtes filij sanctæ
matris ecclesię,quæ sterilis apparebat in terris,in
ea pace de qua illi ceciderunt,sine ullo tẽporis ter
mino permanebũt. Sed illorũ ciuiũ numerus,siue
quis est,siue q̃ futurus est,in contẽplatione est eius
artificis,qui uocat ea quæ non sunt,tanq; ea quæ
sunt,atq; in mẽsura & numero & põdere cũcta dis-
ponit. Verũ hæc pars generis humani,cui libe- Merita, gra
ratione deus regnũq; promisit ęternũ,nũquid me tia,liberũ arbi
ritis operũ suorũ reparari potest? Absit. Quid em̃ trium. XXX
boni operari potest pditus,nisi quãtũ fuerit à pdi
tione liberatus? Nunq̃d libero uolũtatis arbitrio? 2 sent.dist.25
Et hoc absit:nã libero arbitrio male utẽs homo,& cap. unde ma
se pdidit & ipsum. Sicut enim qui se occidit,utiq; nifestum
uiuẽdo se occidit,sed se occidẽdo nõ uiuit,nec se
ipsum potest resuscitare cũ occiderit:ita cũ libero
peccaret arbitrio,uictore peccato amissum est &
liberũ arbitriũ:à quo em̃ quis deuictus est,huic &
seruus addictus est. Petri certe apostoli est ista sen 2 Pet.2
tẽtia. Quæ cũ uera sit,qualis quæso potest serui ad
dicti esse libertas,nisi quãdo eũ peccare delectat?
Liberaliter enim seruit qui sui dñi uoluntatẽ liben 2 sent. dist.25
ter facit. Ac per hoc ad peccãdũ liber est,qui pec- c.istã libertatẽ
cati seruus est. Vnde ad iuste faciendũ liber non
erit,nisi à peccato liberatus,esse iustitiæ cœperit
seruus. Ipsa est uera libertas propter recti facti li-
centiã,simul & pia seruitus propter præcepti obe
dientiam. Sed ista libertas ad benefaciendũ unde
erit homini addicto & uẽdito,nisi redimat ille cu-
ius illa uox est,Si uos filius liberauerit,tũc uere li- Io.8
beri eritis? Quod anteq; fieri in homine incipiat,
quõ quisquã de libero arbitrio in bono gloriatur
opere,q̃ nondũ liber est ad operandũ bene:nisi se
uana supbia inflatus extollat,quã cohibet apostо- Eph.2
lus dicẽs,Gratia salui facti estis per fidẽ? Et ne ip Fides. Cap.
sam saltẽ fidẽ sic sibi homines arrogarẽt,ut non in XXXI
telligerẽt diuinitus esse donatã,sicut idẽ apostolus
alio loco dicit,se ut fidelis esset,misericordiã con- 1 Cor.7
secutũ:hic quoq; adiunxit atq; ait,Et hoc non ex
nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis,sed dei donū est,non ex operibus,ne forte quis extollat. Et ne putarētur fidelibus bona opera defutura,rursus adiecit,Ipsius em̄ sumus figmē tum creati in Christo Iesu in operibus bonis,quæ præparauit deus,ut in illis ambulemus. Tūc ergo efficimur uere liberi,cū deus nos fingit,id est format & creat,non ut homines qđ iam fecit,sed ut boni homines simus,quod nūc gratia sua facit:ut simus in Christo Iesu noua creatura,secūdū quod
Psal.50 dictū est,Cor mūdū crea in me deus. Neq; em̄ cor eius quantū pertinet ad naturā cordis humani,nō iam creauerat deus,sed renouationē animę demo
Bona uolūtas à deo. Cap. XXXII rātis in corde,propheta postulat. Iterū ne quis quā etsi non de operibus,de ipso glorietur libero arbitrio uolūtatis,tanq; ab ipso incipiat meritum, cui tanq; debitū reddatur præmiū bene operādi, ipsa libertas,audiat eundē gratiæ præconē dicen-
Phil.2 tem,Deus est enim qui operatur in uobis & uelle
Rom.9 & operari pro bona uolūtate. Et alio loco:Igit̄ nō uolētis neq; currētis,sed miserētis est dei. Cū proculdubio si homo eius ætatis est ut ratiōe iam utatur,non possit credere,sperare,diligere nisi uelit, nec peruenire ad palmā supernæ uocationis dei,
2 sent. dist. 26 ca. uoluntatem nisi uolūtate cucurrerit. Quomodo ergo non uolentis neq; currētis,sed miserētis est dei,nisi quia & ipsa uolūtas,sicut scriptū est,à deo præparatur? Alioquin si propterea dictū est,non uolentis neq; currentis,sed miserētis est dei:quia ex utroq; fit, id est ex uolūtate hominis,& misericordia dei:ut sic dictū accipiamus. Non uolentis,neq; currētis, sed miserētis est dei:tanq; diceretur,nō sufficit sola uolūtas hominis,si nō sit etiā misericordia dei. C Non ergo sufficit sola misericordia dei,si non sit etiā uolūtas hominis:ac per hoc si recte dictū est, non uolētis hominis,sed miserētis est dei,quia id uolūtas hominis sola nō implet,cur nō & ecōtrario recte dicit̄,non miserētis est dei,sed uolētis est hominis,quia id misericordia dei sola nō implet? Porrò si nullus Christianus dicere audebit,nō miserētis est dei,sed uolētis est hominis,ne apostolo apertissime cōtradicat:restat ut propterea recte dictum intelligatur,nō uolētis neq; currētis,sed miserētis est dei,ut totū deo detur,qui hominis uolūtatē bonā & præparat adiuuandā,& adiuuat præ-
2 sent. dist. 26 ca. ipsa tamen parata. Præcedit enim bona uolūtas hominis multa dei dona,sed non omnia:quæ aūt non præcedit ipsa,in eis est et ipsa. Nam utrūq; legitur in sanctis D
Psal.58 eloquijs,Et misericordia eius præueniet me,& mi
Psal.22 sericordia eius subsequetur me. Nolentē præuenit
Mat.6 ut uelit,uolentē subsequitur ne fruſtra uelit. Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris utiq; nolētibus pie uiuere,nisi ut deus in illis operet̄ ut uelint? Itē cur admonemur petere ut accipiamus, nisi ut ab illo fiat quod uolumus à quo factū est ut
Mat.7 uelimus? Oramus ergo p̄ inimicis nostris ut misericordia dei præueniat eos,sicut præuenit & nos: oramus aūt pro nobis,ut misericordia eius subse-
Omnes nasci/mur obnoxij iræ dei. Cap. XXXIII quatur nos. Tenebatur itaq; iusta dānatione genus humanū,& omnes erāt iræ filij,de qua ira scriptum est,Quoniā omnes dies nostri defecerūt,& in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea me-

A ditabunt̄:de qua ira dicit etiā Iob,Homo enim natus ex muliere,breuis uitæ & plen⁹ iræ:de qua ira dicit etiā dns Iesus,Qui credit in filiū,habet uitā æternā:qui aūt non credit in filiū,non habet uitā æternā,sed ira dei manet super eū:non ait,ueniet, sed manet super eum. Cum hac quippe omnis homo nascitur:propter qđ dicit Apostolus,Fuimus enim & nos natura filij iræ sicut & cæteri. In hac ira cū essent homines per originale peccatū,& tāto grauius & pernicios̄ius,quāto maiora uel plura insuper addiderūt,necessarius erat mediator,hoc est recōciliator,qui hāc iram sacrificij singularis, cuius erāt umbrę omnia sacrificia legis & prophe
B tarū,oblatione placaret:unde dicit Apostolus,Si enim cū inimici essemus,recōciliati sum⁹ deo per mortē filij eius,multo magis reconciliati nunc in sanguine eius salui erimus ab ira per ipsum. Cum aūt deus irasci dicitur,nō eius significatur perturbatio qualis est in animo irascētis hominis:sed ex humanis motib. trāslato uocabulo,uindicta eius, quæ non nisi iusta est,iræ nomē accepit. Quod ergo per mediatorē recōciliamur deo,et accipimus spiritūsanctū,ut ex inimicis efficiamur filij:quot quot enim spiritu dei agūtur,hi filij sunt dei:hæc est gratia dei per Iesum Christū dn̄m nostrū. De quo mediatore longū est,ut quāta dignū est,tanta dicantur,q̄uis ab homine dici digne non possint. Quis enim hoc solū cōgruētibus explicet uerbis, q̄ uerbū caro factum est,& habitauit in nobis,ut crederemus in dei patris omnipotētis unicū filiū natū de spiritusancto & Maria uirgine? Ita quip-
Rom.5 pe uerbū caro factum est,à diuinitate carne suscepta,non in carnē diuinitate mutata. Carnē porrò hic hominē debemus accipere,à parte totū signi-
Ioan.3 ficante locutione,sicut dictū est,Q̄m ex operibus legis non iustificabit̄ omnis caro,id est omnis homo. Nam nihil naturæ humanæ in illa susceptiōe fas est dicere defuisse,sed naturæ ab omni peccati nexu omnimodo liberæ:nō qualis de utroq; sexu nascit̄ per cōcupiscentiā carnis cū obligatiōe delicti,cuius reat⁹ per regenerationē diluit̄:sed qualē de uirgine nasci oportebat,quē fides matris,nō libido cōceperat. Quod si uel per nascentē corrūperetur eius integritas,nō iam ille de uirgine nascetur:eūq; falso,quod abs̄it,de uirgine Maria natū
C tota cōfiteretur ecclesia,quæ imitans eius matrē, quotidie parit mēbra ei⁹,& uirgo est. Lege,si placet,de uirginitate sanctæ Mariæ meas literas missas ad illustrē uirū,quē cum honore ac dilectione nomino,Volusianū. Proinde Christ⁹ Iesus dei filius est,& deus & homo est. Deus ante omnia sęcula,homo in nostro seculo. Deus quia dei uerbū, deus enim erat uerbū:homo aūt,quia in unitatem personæ accessit uerbo anima rationalis & caro. Quocirca inquātū deus est,ipse & pater unū sūt: inquantū aūt homo,pater maior est illo. Cū enim esset unicus dei filius,nō gratia sed natura,ut esset etiā plenus gratia,fact⁹ est & hominis filius:idēq; ipse utrūq; ex utroq; unus Christus,quia cū in forma dei esset,non rapinā arbitratus est,quod natura erat,id est esse æqualis deo. Exinaniuit aūt se,

formam

formā serui accipiēs,non amittēs uel minuēs formam dei. Ac per hoc & minor est factus,& māsit
A æqualis,utrūq; unus sicut dictum est:sed est aliud propter uerbū,aliud propter hominē. Propter em̄ uerbū æqualis patri,,ppter hominē minor. Vnus dei filius,idēq; hominis filius:unus hominis fili⁹, idēq; dei filius:nō duo filij dei,deus & homo,sed
Christ⁹ Iesus filius dei unus dei filius:deus sine initio,homo à certo initio,dn̄s noster Iesus Christus. Hic omnino grā-
manit. Cap. XXXVI diter & euidēter dei gratia cōmendat̄. Quid enim natura humana in homine Christo meruit,ut in unitatē personæ unici filij dei singulariter esset assumpta? Quæ bona uolūtas,cuius boni propositi studiū,quæ bona opera præcessere,q̄bus mereret̄ iste homo,ut una fieret persona cū deo? Nunquid antea fuit homo,& hoc ei singulare beneficiū prę-
B stitū est ut singulariter promereretur deū? Nēpe ex quo homo esse cœpit,nō aliud cœpit esse q̄ dei filius:& hoc unicus,& propter deū uerbū,qđ illo suscepto caro factū est,utiq; deus:ut quēadmodū est una persoua q̄libet homo,anima scilicet ratio-
nalis & caro,ita sit Christus una p̄sona,uerbū & homo. Vnde naturæ humanæ tanta gloria nullis
Christus nō meritis meritis sine dubitatiōe gratuita:nisi q̄ magna hic & sola dei gratia fideliter & sobrie
Cap. XXXVII considerātibus euidēter ostēditur:ut intelligāt homines per eandem gratiā se iustificari à peccatis,
Luc.1 per quā factū est,ut homo Christus nullū habere posset peccatū? Sic & eius matrē angelus saluta-
uit,quādo ei futurū annunciauit hunc partū: Aue (inquit) gratia plena. & paulopost,Inuenisti(ait)
C gratiā apud deum. Et hæc quidē gratia plena,& inuenisse gratiā apud deū dicitur,ut dn̄i sui,imò domini omniū mater esset. De ipso autē Ioannes euāgelista cum dixisset,Et uerbū caro factū est,& habitauit in nobis,& uidimus(inq;)gloriā quasi unigeniti à patre,plenū gratię & ueritatis. Quod ait,Verbū caro factum est:hoc est,plenū gratiæ. quod ait,Gloriā unigeniti à patre:hoc est,plenū ueritatis. Veritas quippe ipsa unigeni⁹ dei filius, non gratia,sed natura. Gratia suscepit hominē tan-
Assumptæ Christi. Cap. XXXVII ta unitate personæ,ut idem ipse etiā esset hominis filius. Idem nāq; Iesus Christus filius dei unige-
nitus,id est unicus dn̄s noster,natus est de spiritu-
XXXVII sancto & Maria uirgine. Et utiq; spiritussanct⁹ dei donū est,quod quidē & ipsum est æquale donāti. Et ideo deus est etiā spiritussanctus,patre filioq; D non minor. Ex hoc ergo q̄ de spiritusancto est sed cūdū hominē natiuitas Christi,quid aliud q̄ ipsa gratia demōstratur? Cum enim uirgo quæsiuisset ab angelo,quō id fieret quod ei nūciabat,quādoquidē illa uirū non cognosceret:respōdit angelus,
Luc.1 Spiritussanctus supueniet in te,& uirtus altissimi obūbrabit tibi:ideoq; & quod nascetur ex te sanctum,uocabitur filius dei. Et Ioseph cū uellet eam dimittere,suspicatus adulterā quā sciebat nō de se
Mat.1 grauidā,tale respōsum ab angelo accepit,Noli timere accipere Mariā coniugē tuā:quod enim in
Cap. XXXVIII ea natū est,de spiritusancto est:id est,quod tu esse de alio uiro suspicaris,de spiritusancto est. Nun quid tamē ideo dicturi sumus patrē hominis Chri

sti esse spiritūsanctum,ut deus pater uerbū genue-
rit,spiritussanctus hominē,ex qua utraq; substātia Christus unus esset,& dei patris filius secūdū uerbum,& spiritussancti filius secundū hominem:q̄ quasi eum spiritussanctus tāq; pater eius de matre uirgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? Nec opus est ostēdere disputādo quāta alia sequantur absurda,cum hoc ipsum iam ita sit absurdū,ut nul-
lę fideles aures id ualeant sustinere. Proinde sicut 3 sent. dist. 6
confitemur,dn̄s noster Iesus Christus qui de deo cap. & ne
deus,homo aūt natus est de spiritusancto & Maria uirgine,utraq; substātia diuina scilicet atq; humana,filius est unicus dei patris omnipotētis,de quo procedit spiritussanctus. Quō ergo dicimus Christū natū de spiritusancto,si non eū genuit spiritussanct⁹? An quia ceteri eum? quoniā dn̄s noster Iesus Christus inquātū deus est,omnia per ipsum facta sunt:inquātū aūt homo est,& ipse factus est, Ioan.1
sicut Apostolus dicit,Factus est ex semine Dauid Rom.1
secundū carnem. Sed cum illā creaturā quā uirgo cōcepit & peperit,q̄uis ad solā personā filij pertinētem,tota trinitas fecerit,neq; enim separabilia 3 sent. dist. 4
sunt opera trinitatis,cur in ea facienda solus spiri-
tussanctus nominatus est? An & quādo unus triū cap. 1
in aliquo opere nominatur,uniuersa operari trinitas intelligitur? Ita uero est,& exēplis doceri potest. Sed non est in hoc diutius immorandū. Illud enim mouet quomodo dictū sit,Natus de spiritu- Mat.1
sancto,cū filius nullo modo sit spiritussanctus. Neq; enim quia mundū istū fecit deus,dici eum fas est dei filium,aut eum natū de deo,sed factum uel creatū uel cōditum uel institutū ab illo,uel si quid huiusmodi recte possumus dicere. Hūc ergo cum confiteamur natum de spiritusancto & Maria uirgine,quomodo non sit filius spiritussancti,& sit filius uirginis Mariæ,cum & de illo & de illa sit natus,explicare difficile est. Proculdubio q̄ppe non sic de illo ut de patre:sic aūt de illa ut de matre natus est. Non igitur cōcedendū est,quicquid de Vox nasci,na-
aliqua re nascitur,cōtinuo eiusdem rei filium nun- rie accipitur.
cupādum. Vt enim omittā alia:aliter de homine XXXIX
nasci filium,aliter capillum,pediculū uel lumbricum,quorū nihil est filius. Vt ergo hæc omittam, quoniā tantę rei deformiter cōparantur,certe qui nascūtur ex aqua & spiritusancto non aquæ filios eos rite dixerit quispiā,sed planè dicūtur filij dei patris & matris ecclesię. Sic ergo de spiritusancto natus est filius dei patris non spiritussancti. Nam & illud quod de capillo & de cæteris diximus,ad hoc tantū ualet ut admoneamur,non omne quod de aliquo nascitur,etiā filium eius de quo nascitur posse dici. Sicut non omnes qui dicuntur alicuius filij,cōsequens est ut de illo etiam nati esse dicant, sicut sunt qui adoptātur. Dicuntur etiā filij gehennæ,non ex illa nati,sed in illā præparati,sicut filij regni qui præparātur in regnū. Cum itaq; de ali- Christum na-
quo nascat̄ aliq̄d etiā nō eo modo ut sit filius,nec tum esse de spi-
rursus omnis q̄ dicit̄ filij⁹,de illo sit nat⁹ cuius dicit̄ rituſancto qđ
filius,p̄fecto modus iste quo natus est Christ⁹ de significet. XL
spiritusancto non sicut filius,& de Maria uirgine sicut filius,insinuat nobis gratiam dei:qua homo

nullis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullis præcedētibus meritis,in ipso exordio natu A
ræ suæ quo esse cœpit,uerbo dei copularet in tan
tam personę unitatē,ut idē ipse esset filius Dei qui
filius hominis,& filius hominis qui filius Dei:ac
sic in naturę humanæ susceptiōe fieret quodāmo
do ipsa gratia illi homini naturalis,quę nullū pec
catū posset admittere. Quæ gratia propterea per
spiritūsanctū fuerat significāda,quia ipse proprie
sic est deus,ut dicatur etiā dei donū. Vnde suffici
enter loqui perlongū esset: si tamē id fieri potest,
Christus peccatum factus. ualde prolixæ disputatiōis est. Nulla igitur uo
luptate carnalis cōcupiscētiæ seminatus siue con
Cap. XLI ceptus est,& ideo nullū peccatū originaliter tra
hens,dei quoq; gratia uerbo patris unigenito,nō
gratia filio sed natura,in unitate personæ modo
mirabili & ineffabili adiūctus & cōcretus,& ideo
nullum peccatū & ipse cōmittens,tamē propter B
similitudinē carnis peccati,in qua uenerat,dictus
est et ipse peccatū sacrificādus ad diluenda pecca
Osc.4 ta.In ueteri quippe lege peccata uocabātur sacri
ficia pro peccatis. Quod uere iste factus est cuius
2 Cor.5 erāt umbræ illa.Hinc Apostolus cū dixisset, Ob
secramus ꝙ Christo reconciliari deo:cōtinuo sub
iunxit atq; ait,Eum qui non nouerat peccatū,pro
nobis peccatū fecit,ut nos simus iustitia dei in ip
so.Nō ait,ut in quibusdā mendosis codicibus le
gitur,Is qui non nouerat peccatū,pro nobis pec
catū fecit,tanq; pro nobis Christus ipse peccaue
rit:sed ait,Eū qui nō nouerat peccatū,id est Chri
stum,pro nobis peccatū fecit deus,cui reconciliā
di sumus:hoc est sacrificiū pro peccatis,per quod
reconciliari ualeremus.Ipse ergo peccatū ut nos iu C
stitia:nec nostra,sed dei simus:nec in nobis,sed in
ipso:sicut ipse peccatū nō suum,sed nostrū:nec in
se,sed in nobis constitutū,similitudine carnis pec
cati,in qua crucifixus est,demōstrauit:ut quoniā
peccatū ei nō inerat,ita quodāmodo peccato mo
reretur dum moritur carne,in qua erat similitudo
peccati:& cum secundū uetustatē peccati nunq;
ipse uixisset,nostrā ex morte ueteri,qua in pecca
to mortui fueramus,reuiuiscentē uitā noua sua re
Baptisma. surrectiōe signaret. Ipsum est quod in nobis ce
Cap. XLII lebratur,magnū baptismatis sacramentū,ut qui
cunq; ad istam pertinēt gratiā,moriātur peccato,
sicut ipse peccato mortuus dicitur:quia mortuus
est carni,hoc est peccati similitudini:& uiuant de
lauacro renascēdo,sicut ipse de sepulchro resurgē D
Baptismus infantum & senum. *XLIII* do,quālibet corporis ætatē gerant. A paruulo
enim recens nato usq; ad decrepitum senem,sicut
nullus prohibēdus est à baptismo,ita nullo est qui
nō peccato moriatur in baptismo:sed paruuli tan
tum originali,maiores aūt etiam ijs omnibus mo
riūtur peccatis,quæcūq; male uiuēdo addiderūt
Figura erit quæ numerus accipitur pro numero. *XLIIII* ad illud,quod nascēdo traxerunt. Sed ideo etiā
ipsi peccato mori plerūq; dicūtur,cum proculdu
bio non uni,sed multis peccatis omnibusq; mo
riantur,quæcūq; iam propria cōmiserūt,uel cogi
tatione,uel locutione,uel opere:quia etiā per sin
gularē numerū pluralis numerus significari solet,
Aeneid.2 sicut ait ille, Vterūq; armato milite cōplent:cuius
hoc multis militibus fecerint.Et in nostris literis

legitur,Ora ergo ad dñm,ut auferat à nobis serpē *Num.21*
tem.Non ait serpentes,quos patiebatur populus
ut hoc diceret,& innumerabilia talia.Cum uero 2 *Sent.d.*
& illud originale unū plurali numero significat, *ca.17.*
quādo dicimus in peccatorū remissionē baptiza *cap. alterū*
ri paruulos,nec dicimus in remissionē peccati:il
la est contraria locutio,qua per pluralē locutionē
significatur numerus singularis.Sicut de Herode
mortuo in Euāgelio dictū est,Mortui sunt eī qui *Matt.2*
quærebāt animā pueri.Non dictum est mortuus
est.Et in Exodo:Fecerūt,inquit,sibi deos aureos: *Exod.32*
cum unū uitulū fecerint tantū,de quo dixerūt:Hi
sunt dii tui Israel,qui eduxerūt te de terra Aegy
pti.Et hic ponētes pluralē pro singulari. Quāuis *Vno pro*
& in illo peccato uno,qd per unum hominē intra *plurib.*
uit in mūdū,& in omnes homines pertrāsiit,pro *Rom.5.*
pter qd etiā paruuli baptizantur,possint intelligi
plura peccata,si unū ipsum in sua quasi membra di *1 Sent.d.*
uidat singula.Nā & superbia est illic,quia homo *ca.3.*
in sua potiꝰ esse,cp in dei potestate dilexit:& sacri *2 Sent.d.*
legiū quia deo nō credidit:& homicidiū,quia se *ca.3.*
metipsum præcipitauit in mortē:& fornicatio spi
ritalis,quia integritas mentis humanæ serpētina
suasione corrupta est:& furtū,quia cibus prohibi
tus usurpatꝰ est:& auaritia,ga plus cp illi sufficere
debuit appetiuit:& si quid aliud in hoc uno ad
missō diligēti cōsideratione inueniri potest. Pa *Peccata in originali dimittuntur.*
rentū quoq; peccatis paruulos obligari,nō solum
primorū hominū,sed etiā suorū,de qbus ipsi nati
sunt,nō improbabiliter dicīt.Illa quippe diuina
sentētia, Reddā peccata patrū in filios:tenet eos
utiq; anteq; per regenerationē ad testamentū no *Ezech.18*
uum incipiāt pertinere. Quod testamētū prophe
tabatur cum diceretur per Ezechielē,nō acceptu *Exod.20*
ros filios peccata patrū suorū,nec ulterius futurā
in Israel parabolā illā, Patres māducauerūt uuam
acerbā,& dētes filiorū obstupuerunt.Ideo enim
quisq; renascit,ut soluatur in eo quicquid peccati
est cum quo nascitur.Nam peccata quæ male agē
do postea cōmittuntur,possunt & pœnitēdo sana
ri,sicut etiam post baptismū fieri uidemus.Ac per
hoc nō ob aliud est instituta regeneratio,nisi quia
uitiosa est generatio,usq; adeo ut etiā de legitimo *Peccatum originale.*
matrimonio,ꝑcreatus dicat,In iniquitatibus con *Psal.50*
ceptus sum,& in peccatis mater mea me in utero
aluit.Neq; hic dixit,In iniquitate uel peccato,cū
& hoc rectē dici posset:sed iniquitates & peccata *Rom.5*
dicere maluit.Quia & in illo uno quod in omnes
homines pertransiit,atq; tam magnū est,ut in eo
mutaretur & conuerteret in necessitatē mortis hu
mana natura,sicut suprà disserui,reperiūtur plura
peccata,& alia parentū,qui etsi nō ita possunt mu
tare naturā,reatu tamē obligāt filios,nisi gratuita *Quomodo intelligendum sit quod dicitur, Filii non portabunt iniquitatem patris.*
gratia & misericordia diuina subueniat. Sed de
peccatis aliorū parentū,quibus ab ipso Adā usq; *Ezech.18*
ad patrē suū,progeneratoribus suis quisq; succe *Peccata progenitorum non transeunt in posteros.*
dit,non immerito disceptari potest:utrū omnium *Exod.20*
malis actibus & multiplicatis delictis originalib. *Deut.24*
qui nascitur implicetur,ut tāto peius quāto poste *Augustini uerba de originali peccato.*
rius quisq; nascatur:an propterea deus in tertiam
& quartā generationē de peccatis parentū eorum
posteris

posteris cōminetur,quia iram suā quantū ad pro
generatorū suorū culpas non extēdit ulterius mo A
derationē misericordiæ suæ:ne illi quibus regenera
tionis gratia nō cōfertur,nimia sarcina in ipsa sua
æterna dānatione premerētur,si cogerētur ab ini
tio generis humani omniū præcedentiū parentū
suorū originaliter peccata cōtrahere,& pœnas ꝑ
eis debitas pēdere.An aliud aliquid de re tanta in
scripturis sanctis diligentius pscrutatis atq; tracta
Adultio originalis peccati. tis,ualeat uel nō ualeat reperiri,temere nō audeo
Ex. XLVIII affirmare. Illud tamē unū peccatū,quod tā ma
3 Sent. dist.33 gnum in loco & habitu tātæ felicitatis admissum
cap. hoc queri solet est,ut in uno homine originaliter,atq; (ut ita dixe
Christus ba rim)radicaliter totū genus humanū dānaretur,nō
ptizatus à Ioā. soluitur ac diluitur nisi per unū mediatorē dei &
ante. XLIX hominū hominē Christū Iesum,qui solus potuit
ita nasci ut ei non opus esset renasci. Non enim B
renascebātur,qui baptismate Ioānis baptizaban
tur,à quo & ipse baptizatus est,sed quodā prēcur
sorio illius ministerio qui dicebat,Parate uiā dño:
huic uni in quo solo renasci poterāt parabant.Hu
ius enim baptismus est nō in aqua tantū,sicut fuit
Ioannis,uerūetiā in spiritusanctō,ut de illo spiritu
regenereꝰ quisq; in Christū credit,de quo Chri
stus regeneratus regenerationē non eguit. Vnde
uox illa patris quæ super baptizatū facta est,Ego
hodie genui te:non unū illū tēporis diem quo ba
ptizatus est,sed immutabilis æternitatis ostēdit,
ut illum hominē ad unigeniti personā pertinere
monstraret. Vbi enim dies nec hesterni fine inco
hatur,nec initio crastini terminatur,semp hodier
nus est.In aqua ergo uoluit baptizari à Ioāne,non C
ut eius iniquitas ulla dilueretur,sed ut magna cō
mendaretur humilitas.Ita quippe nihil in eo ba
ptismus quod ablueret,sicut mors nihil qd puni
ret,inuenit:ut diabolus ueritate iustitiæ:nō uiolē
tia potestatis oppressus & uictus,qm ipsum sine
ullo peccati merito iniqssime occiderat,per ipsū
iustissime amitteret quos peccati merito detine
bat. Vtrunq; igitur ab illo,id est & baptismus &
mors,certe dispēsationis causa,nō miserāda necef
sitate,sed miserāte potius uolūtate susceptū est:ut
unus peccatū tolleret mūdi,sicut unꝰ peccatū mi
Origo aboleri nequit peccati nisi per Christum. sit in mundū,hoc est in uniuersū genus humanū.
Cap. L Nisi ꝙ ille unus unū peccatū misit in mundum,
Rom.5 iste uero unus non solū unū illud,sed cūcta simul
abstulit quæ addita inuenit:unde dicit Apostol⁹, D
Non sicut per unū peccantē,ita est & donū:nam
iudiciū quidē ex uno in condēnationē,gratia aūt
ex multis delictis in iustificationē:quia utiq; illud
unum quod originaliter trahitur,etiā si solū sit,ob
noxios dānationi facit,gratia uero ex multis deli
ctis iustificat hominē,qui præter illud unū quod
Omnes Christi liberantur. cōmuniter cum omnibus originaliter traxit,sua
quoq; propria multa cōmisit. Verūtamē quod
Cap. LI paulopost dicit,Sicut per unius delictū in omnes
homines ad condemnationē,ita & per unius iusti
tiam in omnes homines ad iustificationē uitæ:sa
tis indicat ex Adam neminē natū,nisi damnatio
Augustini uerba de libero arbitrio. ne detineri,& neminē nisi in Christo renatum à
LII dānatione liberari. De qua per unum hominē
pœna,& per unū hominē gratia,cum locutus fuis
set,quantū illi epistolæ suæ loco sufficere iudica
uit,deinde sacri baptismatis in cruce Christi grā
de mysterium cōmendauit:eo modo,ut intelliga
mus nihil aliud esse in Christo baptismū nisi mor
tis Christi similitudinem:nihil aūt aliud mortem
Christi crucifixi,nisi remissionis peccati similitu
dinē:ut quemadmodū in illo uera mors facta est,
sic in nobis uera remissio peccatorū:& quemad
modū in illo uera resurrectio,ita in nobis uera iu
stificatio. Ait enim,Quid ergo dicemus:Perma *Rom.6*
nebimus in peccato,ut gratia abundet:Dixerat
enim superius, Vbi enim abundauit peccatū,ibi *Rom.5*
superabundauit gratia.Et ideo quæstionē sibīpsi
proposuit,utrū propter abundantiā gratiæ conse
quendā in peccato sit permanendū.Sed respōdit,
Absit.Atq; subiecit.Si mortui sum⁹ peccato,quō
uiuemus in illo:Deinde ut ostenderet nos mor *De conse. dist.*
tuos esse peccato,An ignoratis,inquit,quoniam *4.ca.ut ostendat*
quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu,in mor
te ipsius baptizati sumus:Si ergo hinc ostendi
mur mortui esse peccato,ga in morte Christi ba
ptizati sumus,profecto & paruuli qui baptizan
tur in Christo,peccato moriuntur,quia in morte
ipsius baptizātur.Nullo enim excepto dictū est,
Quicunq; enim baptizati sumus in Christo Iesu,
in morte ipsius baptizati sumus.Et ideo dictū est,
ut probaretur mortuos nos esse peccato.Cui aūt
peccato paruuli renascēdo moriunt,nisi quod na
scēdo traxerūt:Ac per hoc etiā ad ipsos pertinet
quod sequitur,dicēs,Consepulti enim sumus illi
per baptismū in mortē,ut quemadmodū surrexit
Christus à mortuis per gloriā patris,ita & nos in
nouitate uitæ ambulemus.Si enim cōplantati fa
cti sumus similitudini mortis eius,simul & resurre
ctionis erimus,hoc sciētes,ga uetus homo noster
simul crucifixus est,ut euacuetur corpus peccati,
ut ultra non seruiamus peccato:Qui enim mor
tuus est,iustificatus est à peccato.Si aūt mortui
sumus cum Christo,credimus quia simul etiam
uiuemus cum illo,sciētes quia Christus resurgēs
à mortuis,iam non moritur,& mors illi ultra nō
dominabitur.Quod enim mortuus est peccato,
mortuꝰ est semel:quod aūt uiuit,uiuit deo.Ita &
uos existimate uos mortuos quidē esse peccato,
uiuere aūt deo in Christo Iesu.Hinc enim proba
re cœperat non esse nobis permanendū in pecca
to,ut gratia abūdaret,& dixerat,Si mortui sumꝰ
peccato,quomodo uiuemus in eo:Atq; ut ostēde
ret mortuos nos esse peccato,subiecit,An ignora
tis qm quicūq; baptizati sumus,in Christo Iesu,
in morte illius baptizati sumus:Sic itaq; totū lo
cum istum cōclusit,ut cœpit.Mortē quippe Chri
sti sic insinuauit,ut etiā ipsum mortuū diceret esse
peccato.Cui peccato,nisi carnis,in qua erat,non
peccatū,sed similitudo peccati,& ideo nomine
appellat peccati:Baptizatis itaq; in morte Chri *Crux, sepultura, resurrectio et ascēsio quō ad nos pertineant.*
sti,in qua non solū maiores,uerumetiā paruuli ba
ptizantur,ait,Sic & uos,id est quēadmodū Chri
stus,sic & uos existimate uos mortuos esse pecca
to,uiuere aūt deo in Christo Iesu. Quicqd igit *LIII*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gestū est in cruce Christi,in sepultura,in resurrectione tertio die,in ascēsione in cœlum,& in sede ad dexterā patris:ita gestū est,ut his rebus nō mystice tantū dictis,sed etiā gestis cōfiguraretur uita Christiana quę hic geritur. Nam propter eius crucem dictū est, Qui aūt Iesu Christi sunt,carnē suā crucifixerūt cum uitijs & concupiscētijs. Propter sepulturā, Consepulti enim sumus cū Christo per baptismū in mortē. Propter resurrectionem, Vt quēadmodum Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris,ita & nos in nouitate uitae ambulemus. Propter ascēsionē uero in cœlū,sedemq; ad dexterā patris: Si aūt resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quærite,ubi Christus est ad dexterā dei sedens: quae sursum sunt sapite,nō quae super terrā: mortui enim estis,& uita uestra absc̄ōdita est cum Christo in deo. Iam uero q̄d de Christo cōfitemur futurū,quoniā de cœlo uēturus est, uiuos iudicaturus & mortuos,nō pertinet ad uitā nostram quae hic geritur,quia nec in rebus gestis eius est,sed in fine seculi gerēdis. Ad hoc pertinet quod Apostolus secutus adiūxit, Cū Christus apparuerit uita uestra,tūc & uos apparebitis cū illo in gloria. Duobus autē modis accipi potest,q̄ uiuos & mortuos iudicabit: siue ut uiuos intelligamus,quos hic nōdum mortuos,sed adhuc in ista carne uiuentes inuēturus est eius aduentus. Mortuos aūt qui de corpore prius ḡ ueniat exiere uel exituri sunt: siue uiuos iustos,mortuos autē iniustos,quoniā iusti quoq; iudicabuntur. Aliquando enim iudiciū dei ponitur in malo: unde illud est, Qui aūt male egerūt,in resurrectionē iudicij. Aliquando & in bono,secundū quod dictū est,Deus in nomine tuo saluū me fac,& in uirtute tua iudica me. Per iudiciū quippe dei fit ipsa bonorū malorumq; discretio,ut liberādi à malo,non perdēdi cum malis,boni ad dexteram segregētur: propter quod ille clamabat,Iudica me deus. Et quid dixerat uelut exponens: Et discerne,inq̄t,causam meā de gente non sancta. Cum aūt de Iesu Christo filio dei unico dño nostro,quod ad breuitatē cōfessiōis pertinet dixerimus,adiūgimus sic credere nos & in spiritū sanctū,ut illa trinitas cōpleat quae deus est: deinde sancta cōmemorat ecclesia. Vnde datur intelligi rationalē creaturā ad Hierusalē liberā pertinentē,post cōmemorationē creatoris, id est summae illius trinitatis fuisse subdendā. Q̄m quicquid de homine Christo dictū est,ad unitatē personae unigeniti pertinet. Rectus itaq; cōfessionis ordo poscebat,ut trinitati subiūgeretur ecclesia,tanḡ habitatori domus sua,& deo templū suū,& cōditori ciuitas sua. Quę tota hic accipiēda est, non solū ex parte qua peregrinatur in terris à solis ortu usq; ad occasum laudās nomē dñi,& post uetustatis captiuitatē cantās canticū nouū: uerū etiā ex illa quae in cœlis semp ex quo cōdita est cohaesit deo,nec ullū sui casus malū experta est. Hæc in sanctis angelis beata persistit,& suae parti peregrinanti sicut oportet opitulatur: quia utraq; una erit cōsortio æternitatis,& nūc una est uinculo charitatis,quae tota instituta est ad colendū unū deum.

Vnde nec tota,nec ulla pars eius uult se coli pro deo,nec cuiquā esse deus pertinēti ad templū dei, quod ædificat ex dijs quos facit non factus deus. Ac per hoc spiritussanctus si creatura nō creator esset,profecto creatura rationalis esset. Ipse enim esset summa creatura,et ideo in regula fidei nō poneretur ante ecclesiā,quia & ipse ad ecclesiā pertineret in illa eius parte quae in cœlis est. Nec haberet templū,sed etiā ipse templū esset. Templū aūt habet de quo dicit Apostolus, Nescitis ga corpora uestra tēplū sunt spiritussancti qui in uobis est, quē habetis à deo: De qbus alio loco dicit, Nescitis quia corpora uestra,mēbra Christi sunt: Quō ergo deus non est,qui templū habet? Aut minor Christo est,cuius mēbra templū habet: Neq; em aliud templū eius,& aliud templū dei est,cum idē dicat Apostolus, Nescitis quia templū dei estis. Quod ut probaret,adiecit,Et spiritus dei habitat in uobis. Deus ergo habitat in templo suo,non solum spiritussanctus,sed etiam pater & filius,qui etiā de corpore suo,per quod factus est caput ecclesię,quę in hominibus est,ut sit ipse in omnibus primatū tenens,ait,Soluite tēplum hoc & in tribus suscitabo illud. Templū ergo dei,hoc est totius summae illius trinitatis,sancta est ecclesia,scilicet uniuersa in cœlo & terra. Sed de illa quae in cœlis est,affirmare quid possumus,nisi q̄d nullus in ea malus est,nec quisq; deinceps de illa cecidit aut casurus est,ex quo deus angelis peccātibus nō pepercit,sicut scribit apostolus Petrus,sed carceribus caliginis inferni retrudens tradidit in iudicio puniēdos reseruari. Quō aūt se habeat beatissima illa & supna societas,quae ibi sint differentiae personarū,ut cum omnes tanḡ generali nomine angeli nūcupētur,sicut in epistola ad Hebraeos legimus: Cui enim angelorum deus dixit aliquādo, Sede à dextris meis: hoc quippe modo significauit omes uniuersaliter angelos dici: sint tamē & illic archangeli: & utrum ꝙdē archangeli nominent uirtutes,atq; ita dictū sit,Laudate eum omnes angeli eius,laudate eum omnes uirtutes eius: ac si diceretur, Laudate eum omnes angeli eius,laudate eum omnes archāgeli: & quid inter se distēt quatuor illa uocabula,quibus uniuersam ipsam cœlestem societatē uidetur Apostolus esse cōplexus dicēdo, Siue sedes,siue dominationes, siue principat⁹,siue potestates: dicāt qui possunt, si tamē possunt probare quod dicunt,ego me ista ignorare cōfiteor. Sed nec illud quidē certum habeo,utrū ad eandē societatē pertineāt,sol & luna & cuncta sydera,q̄uis nōnullis lucida corpora esse,non cum sensu uel intelligētia uideant. Itēq; Angeli,quis explicet cum qualibus corporibus apparuerint hominibus,ut non solū cernerētur, uerū etiā tangerētur,& rursus nō solida corpulentia,sed spiritali potētia quasdā uisiones,nō oculis corporeis,sed spiritalibus uel mētibus ingerant, uel dicāt aliquid non ad aurē forinsecus,sed intus in animo hominis,etiā ibidem ipsi cōstituti: sicut scriptū est in Prophetarū libro,Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me: non enim ait,qui loquebatur

quebatur ad me,sed in me. Vel appareant & in somnis,& colloquanē more somniorū. Habemus quippe in euāgelio, Ecce angelus dñi apparuit illi in somnis dicēs. His enim modis uelut indicāt se angeli cōtrectabilia corpora nō habere. Faciūt̄q; difficillimā quæstionē,quō patres eis pedes lauerint,quō Iacob cum angelo tam solida contrectatione luctatus sit. Cum ista quæruntur,& ea sicut potest quisq; cōiectat,non inutiliter exercētur ingenia,si adhibeatur disceptatio moderata,& abesit error opinantiū se scire quod nesciūt. Quid em opus est ut hæc atq; huiusmodi affirmētur uel negentur uel definiātur cum discrimine,quādo sine crimine nesciuntur? Magis opus est dijudicare atq; dinoscere,cum se satanas trāsfigurat uelut angelū lucis,ne fallēdo ad aliqua pniciosa seducat. Nam quādo sensus corporis fallit,mentē uero nō mouet à uera rectaq; sentētia,qua quisq; uitā fidelem gerit,nullū est in religione periculū. Vel cum se bonū fingēs,ea facit siue dicit,quae bonis angelis congruunt,etiā si credatur bonus,non est error Christianæ fidei periculosus aut morbidus. Cum uerō per hæc aliena ad sua incipit ducere,tūc eum dignoscere,nec ire post eum,magna & necessaria uigilātia est. Sed quō unusquisq; hominū idoneus est omnes mortiferos eius dolos euadere,nisi regat atq; tueatur deus? Et ipsa huius rei difficultas ad hoc est utilis,ne sit spes sibi quisq; aut homo alter alteri,sed deus suis omnibus. Id enim nobis potius expedire,prius piorū ambigit nemo. Hæc ergo quę in sanctis angelis & uirtutibus dei est ecclesia,tunc nobis sicuti est innotescet,cum ei coniuncti fuerimus in finē,ad simul habendā beatitudinem sempiternā. Ista uero quę ab illa peregrinatur in terris,eo nobis notior est quod in illa sum⁹, & quia hominū est,quod & nos sumus. Hæc sanguine mediatoris nullū habētis peccatū,ab omni redēpta est peccato,eiusq; uox est, Si deus pro nobis,quis cōtra nos? Qui filio proprio suo non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illū. Non enim pro angelis mortuus est Christus. Sed ideo etiā pro angelis fit quicqd hominū per eius mortem redimitur & liberatur à malo,quoniā cū eis quodāmodo redit in gratiā post inimicitias quas inter homines & sanctos angelos peccata fecerunt,& ex ipsa hominū redēptione ruinę illius angelicæ detrimēta reparātur. Et utiq; nouerunt sancti angeli docti à deo,cuius ueritatis æterna cōtēplatione beati sunt,quāti sunt,quāti numeri supplementū de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. Propter quod ait Apostolus,instaurari omnia in Christo quae in cœlis sunt & quae in terris. In ipso quippe instaurant̄ quę in cœlis sunt, cum id quod inde in angelis lapsum est ex hominibus redditur. Instaurātur aūt quae in terris sunt, cum ipsi homines qui predestinati sunt ad æternā uitā à corruptionis uetustate renouant̄. Ac sic per illud singulare sacrificiū, in quo mediator est immolatus, quod unū multæ in lege uictimæ figurabant, pacificātur cœlestia cū terrestribus, & terrestria cum cœlestibus. Quoniā sicut idem Apostolus dicit, In ipso cōplacuit omnē plenitudinē diuinitatis inhabitare,& per eum recōciliari omnia in ipsum, pacificās per sanguinē crucis eius, siue quę in cœlis sunt, siue quae in terris. Pax ista præcellit,sicut scriptū est, omnē intellectū, neq; sciri à nobis nisi cum ad eam uenerimus potest. Quō enim pacificātur cœlestia nisi in nobis,id est cōcordando nobiscū? Nam ibi semp est pax,& inter se uniuersis intellectualibus creaturis,& cū suo creatore. Quae pax præcellit,ut dictum est,omnē intellectum,sed utiq; nostrū,non eorū qui semper uidēt faciē patris. Nos aūt quantuscūq; sit in nobis intellectus humanus,ex parte scimus,& uidemus nūc per speculū in ænigmate. Cum uero equales angelis dei fuerimus,tunc quēadmodū & ipsi uidebimus facie ad faciē,tantāq; pacē habebimus erga eos,quantā & ipsi erga nos,quia tantū eos diliget,quantū ab eis diligimur. Itaq; pax eorū nota nobis erit,quia & nostra talis ac tāta erit,nec præcellet tūc intellectū nostrū. Dei uero pax quae illic est erga eos,& nostrū & illorū intellectū sine dubitatione præcellet. De ipso quippe beata est rationalis creatura quæcunq; beata est,non ipse de illa: unde secundū hoc melius accipitur quod scriptum est, Pax dei quae præcellit omnē intellectū: ut in eo quod dicit,omnē,nec ipse intellectus sanctorū angelorū esse possit exēptus,sed dei solius. Neq; enim & ipsius intellectū pax eius excellit.

Concordant aūt angeli nobiscū etiā nunc cum remittuntur nostra peccata. Ideo post cōmemorationē sanctæ ecclesiæ in ordine cōfessionis ponit, remissio peccatorum. Per hanc enim fiat ecclesia quae in terris est,per hāc non perit quod perierat, & inuentū est. Excepto quippe baptismatis munere,quod cōtra originale peccatū donatū est,ut quod generatione attractū est,regeneratione detrahatur,& tamen actiua quoq; peccata quæcūq; corde,ore,opere commissa inuenerit,tollit: hac ergo excepta magna indulgētia,unde incipit hominis renouatio,in qua soluitur omnis reatus & ingeneratus & additus,ipsa etiā uita cætera iam ratione utentis ætatis,quātalibet præpolleat fœcunditate iustitiæ,sine remissione peccatorū non agitur. Quoniam filij dei ꝙdiu mortaliter uiuūt,cum morte confligunt. Et ꝙuis de illis sit ueraciter dictum, Quotquot spiritu dei aguntur,hi filij sunt dei: sic tamē spiritu dei excitātur & tanḡ filij dei proficiunt ad deū,ut etiā spiritu suo,maxime aggrauante corruptibili corpore,tanḡ filij hominū quibusdam motibus humanis deficiāt ad seipsos,& ideo peccent. Interest quidē quantū satis dicitur, Neq; enim quia peccatū est omne crimen,ideo crimen est etiā omne peccatum. Itaq; sanctorū hominū uitam,ꝙdiu in hac morte uiuitur,inueniri posse dicimus sine crimine: peccatū aūt si dixerimus quia non habemus,ut ait sanctus Apostolus,nosmetipsos seducimus,& ueritas in nobis non est. Sed neq; de ipsis criminibus quālibet magnis remittēdis in sancta ecclesia,dei desperāda est misericordia agentibus pœnitentiā secundū modum sui cuiusq; peccati. In actione aūt pœnitētiæ,ubi tale cri

Universidad de Deusto
Biblioteca

men commissum est,ut is qui commisit à Christi etiã corpore separetur,non tam consideranda est mensura tẽporis q̃ doloris,Cor enim contritũ & humiliatũ deus non spernit. Verũ quia plerunq; dolor alterius cordis occultꝰ est alteri,neq; in aliorum notitiã per uerba uel quæcũq; alia signa procedit,cum sit corã illo cui dicitur,Gemitus meus à te non est absconditus:recte constituũtur ab ijs qui Ecclesiæ præsunt tempora pœnitentię,ut fiat etiã satis Ecclesiæ,in qua remittũtur ipsa peccata: Extra eam quippe non remittũtur. Ipsa nanq; proprie spiritumsanctũ pignus accepit,sine quo non remittũtur ulla peccata,ita ut quibus dimittũtur

Iudicium futurum peccatis pœnã præscribet. LXVI

consequãtur uitã æternã. Magis enim propter futurũ iudicium fit remissio peccatorũ. In hac aũt uita usq; adeo ualet qd̃ scriptũ est, Graue iugũ super filios Adam à die exitus de uentre matris eorum,usq; in diẽ sepulturæ in matrẽ omniũ:ut etiã paruulos uideamus post lauacrũ regenerationis diuersorũ malorũ afflictione cruciari:ut intelligamus,totũ quod salutaribus agitur sacramẽtis,magis ad spem futurorũ bonorũ,q̃ ad retentionem uel adeptionẽ præsentiũ pertinere. Multa etiã mala hic uidẽtur ignosci & nullis suplicijs uindicari, sed eorũ pœnæ reseruãtur in posterũ. Neq; enim frustra ille proprie dicitur dies iudicij,quãdo uenturus est iudex uiuorum atq; mortuorum. Sicut econtrario uindicãtur hic aliqua,& tamẽ si remittuntur,profecto in futuro seculo nõ nocebũt. Proptere a de quibusdã temporalibus pœnis quæ in hac uita peccantibus irrogantur,eis quorũ pecca

1 Cor.11

ta delentur ne reseruẽtur in finẽ,ait Apostolus,Si enim nosmetipsos iudicaremus,à dño non iudicaremur. Cum iudicamur aũt à domino,corripimur,ne cum hoc mũdo damnemur. Credũtur

Titulus fidei an sit profuturus. LXVII

aũt à quibusdam etiã ij qui nomẽ Christi nõ relinquunt,& eius lauacro in Ecclesia baptizãtur,nec ab ea ullo schismate uel hæresi præcidũtur,in quã tislibet sceleribus uiuant,quæ nec diluãt pœnitẽdo,nec eleemosynis redimãt,sed in eis usq; ad hius uitæ ultimũ diem pertinacissime perseuerent,

Purgatoriũ

salui futuri per ignem:licet pro magnitudine facinorum flagitiorumq; diuturno,non tamẽ æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt,& tamen catholici sunt,humana quadam beneuolentia mihi fallí uidentur. Nam scriptura diuina aliud consulta respondet. Librũ autem de hac quæstione scripsi,

Cap.14.15 & 16

cuius titulus est,de fide & operibus. Vbi secũdũ scripturas sanctas,quantũ deo adiuuãte potui,demõstraui eam fidẽ saluos facere,quã satis euidẽter

Gal.5

expressit Paulus apostolus dicẽs,In Christo enim Iesu neq; circũcisio quicquã ualet,neq; præputiũ, sed fides quæ bene per dilectionẽ operatur. Si autem male & nõ bene operatur,proculdubio secũ-

Iac.2

dum apostolũ Iacobum,mortua est in semetipsa. Qui rursus ait,Si fidẽ dicat se quisq̃ habere,opera autẽ non habeat,nunquid poterit fides saluare eum? Porrò autem si homo sceleratus propter fidem solam per ignem saluabitur,& sic est accipiẽ

1 Cor.3

dum quod ait beatus Paulus Apostolus, Ipse autem saluus erit,sic tamen quasi per ignem: poterit ergo saluare sine operibus fides,& falsum erit quod dixit eius coapostolus Iacobus. Falsum erit & illud qd̃ idem ipse Paulus dixit,Nolite,inquit, errare,neq; fornicatores,neq; idolis seruiẽtes,neq; adulteri,neq; molles,neq; masculorũ cõcubitores,neq; fures,neq; auari,neq; maledici,neq; ebriosi,neq; rapaces regnũ dei possidebũt. Si em etiã in istis pseuerantes criminibus,tamẽ propter fidẽ Christi salui erũt,quõ in regno dei nõ erũt? Sed quia hęc apostolica manifestissima & apertissima testimonia falsa esse nõ possunt,illud quod obscure dictũ est de ijs qui superędificãt supra fundamẽtum quod est Christus,nõ aurũ,non argentũ,non lapides preciosos,sed ligna,fœnũ,stipulã: de his enim dictũ est q̃ per ignem salui erũt,quoniã fundamẽti merito nõ peribũt:sic intelligendũ est,ut ijs manifestis nõ inueniatur esse contrariũ. Ligna quippe & fœnũ & stipula non absurde accipi possunt rerũ seculariũ,q̃uis licite concessarũ,tales cupiditates,ut amitti sine animi dolore non possint. Cum aũt iste dolor urit,si Christus in corde fundamenti locũ habet,id est ut ei nihil anteponatur,& malit homo qui tali dolore uritur,rebus quas ita diligit magis carere q̃ Christo:per ignẽ fit saluus. Si aũt res huiusmodi tẽporales ac seculares tẽpore tẽtationis maluerit tenere q̃ Christũ,eũ in fundamẽto non habuit:quia hæc priore loco habuit, cum in ædificio prius non sit aliquid fundamẽto. Ignis enim de quo locutus est eo loco apostolus Paulus,talis debet intelligi,ut ambo per eũ transeant,id est & qui ædificat supra hoc fundamentũ aurũ,argentũ,lapides preciosos:& qui ædificat ligna,fœnũ,stipulam. Cum enim hoc dixisset,adiũxit: Vniuscuiusq; opus quale sit,ignis ꝓbabit. Si cuius opus permãserit,quod superædificauit,mercedẽ accipiet. Si cuius opus autẽ exustum fuerit, damnũ patietur:ipse aũt saluus erit,sic tamẽ quasi per ignẽ. Non ergo unius eorũ,sed utriusq; opus ignis probabit. Est quidẽ ignis tẽtatio tribulationis,de quo aperte alio loco scriptũ est, Vasa figuli probat fornax,& homines iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim uita facit qd̃ Apostolus dixit,si accidat duobus fidelibꝰ:uni scilicet cogitãti quæ dei sunt,quõ placeat deo,hoc est ędificãti super Christũ fundamentũ,aurũ,argentũ,lapides preciosos:alteri aũt cogitãti ea quæ mundi sunt,quõ placeat uxori,id est ędificãti super idem fundamentũ,ligna,fœnum,stipulam. Illius enim opus nõ exuritur,quia non ea dilexit quorũ amissione crucietur. Exuritur aũt opus huius,quoniã sine dolore nõ pereũt,quę cũ amore possessa sunt. Sed quoniã alterutra cõditione proposita,eis potius carere malit q̃ Christo,nec timore amittendi talia deserit Christũ,q̃uis doleat dum amittit,saluus est quidẽ,sic tamẽ quasi per ignem. Quia uritur eum rerum dolor quas dilexerat amissarũ,sed nõ subuertit neq; cõsumit fundamẽti stabilitate atq; incorruptione munitum. Tale aliquid etiã post hanc uitam fieri,incredibile non est,& utrum ita sit quæri potest. Et aut inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem quendã purgatoriũ,quanto magis

magis minusue bona pereũtia dilexerũt,tãto tardius citiusq; saluari:non tamẽ tales de quibus dictum est,q̃ regnũ dei non possidebũt,nisi conuenienter pœnitẽtibus eadẽ crimina remittanꝰ. Cõuenienter aũt dixi,ut steriles in eleemosynis non sint,quibus tantũ tribuit scriptura diuina,ut earũ tantũmodo fructũ se imputaturũ prænunciet dñs

Mat.25

dextris,& earũ tantũmodo sterilitatẽ sinistris,qñ his dicturus est, Venite benedicti patris mei,percipite regnũ dei. Illis aũt,Ite maledicti in ignem æternũ. Sane cauendũ est ne quisquã existimet

Defenda crimina expiatus reijcida. LXX

infanda illa crimina,qualia qui agũt,regnum dei nõ possidebũt,quotidie perpetrãda,& eleemosynis quotidie redimẽda. In melius quippe est uita mutãda,& per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiãdus deus,non ad hoc emẽdus quodãmodo,ut ea semper liceat impune cõmittere. Nemini enim dedit laxamentũ peccãdi,cui mi-

Oratione dominica expiãtur minuta peccata. LXXI

serãdo deleat iam facta peccata,si non satisfactio congrua negligatur. De quotidianis aũt breuibus leuibusq; peccatis,sine quibus hęc uita nõ ducitur,quotidiana oratio fideliũ satisfacit. Eorũ est enim dicere, Pater noster qui es in cœlis:qui iam patri tali regenerati sunt ex aqua & spiritusancto. Delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa à quibus uita fideliũ sceleratę etiã gesta,sed pœnitẽdo in melius mutata discedit:si quemadmodũ ueraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra:qm̃ non desunt quæ dimittãtur, ita ueraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribꝰ nostris:id est,si fiat quod dicitur:quia &

Eleemosynarũ fructus. Cap. LXXII

ipsa eleemosyna est uenia petẽti homini ignoscere. Ac per hoc ad omnia quæ utili misericordia fiũt,ualet quod dñs ait, Date eleemosynã,& ecce omnia mũda sunt uobis, Non solũ aũt qui dat esurienti cibũ,sitiẽti potũ,nudo uestimentũ,peregrinãti hospitiũ,fugiẽti latibulum,ægro uel incluso uisitationẽ,captiuo redẽptionẽ,debili subuectionem,cæco deductionẽ,tristi consolationẽ,non sano medelam,errãti uiam,deliberãti consilium,& quod cuiq; necessariũ est indigẽti:uerũetiã & qui

Mat.25. cap. Qui emẽdat

dat ueniã peccãti,eleemosynã dat:& qui emẽdat uerbere in quẽ potestas datur,uel coercet aliqua disciplina,& tamẽ peccatũ eius quo ab illo lædus est aũt offensus,dimittit ex corde,uel orat ut ei dimittatur,non solũ in eo q̃ dimittit atq; orat,uerũ etiã in eo q̃ corripit,& aliqua emendatoria pœna

4 Sent. dist. 15 ca. his respondẽt

D

plectit,eleemosynã dat,quia misericordiã præstat. Multa enim bona præstãtur inuitis,quando eorũ cõsulitur utilitati non uolũtati:quia ipsi sibi inueniuntur esse inimici,amici uero eorum potius illi quos inimicos putãt,& reddunt errãdo mala pro bonis,cum reddere mala Christianus non debeat pro malis. Multa staq; sunt genera eleemosynarũ, quę cum facimus,adiuuãmur ut dimittãtur nobis nostra peccata. Sed ea nihil est mali,qua ex cor

Diligere inimicum. Cap. LXXIII

de dimittimus,q̃d in nos quisq; peccauit. Minus enim mãgnũ est erga eum esse beneuolũ,siue etiã beneficum qui tibi mali nihil fecerit. Illud multo grãdius & magnificentissimæ bonitatis est,ut tuũ quoq; inimicũ diligas,& ei qui tibi malũ uult,& si potest facit,tu bonũ semper uelis,faciasq; cum possis,illius memor exẽpli qui in cruce pendens pro suis exorat persecutoribus,suosq; admonuit, dicens, Diligite inimicos uestros,benefacite eis qui uos oderunt,& orate pro eis qui uos persequuntur. Sed quoniam perfectorũ sunt ista filiorum dei,quo quidem se debet omnis fidelis extendere,& humanũ animum ad hunc affectum orando deum secumq; agendo luctandoq; perducere: tamẽ quia hoc tam magnũ bonũ tantæ multitudinis nõ est,quantã credimus exaudiri cum in oratione dominica dicitur, Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; proculdubio uerba spõsionis huius implentur,si homo qui nondũ ita profecit ut iam diligat inimicum,tamẽ quãdo rogatur ab homine qui peccauit in eum,ut ei dimittat,dimittit ex corde: quia etiã sibi rogãti uult utiq; dimitti,cum orat & dicit,Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: id est,sic dimitte nobis debita nostra rogantibus nobis,sicut & nos dimittimus rogãtibus debitoribus nostris. Iam uero qui eum in quẽ peccauit hominẽ rogat,si peccato suo mouet ut roget, non est adhuc deputãdus inimicus,ut eum diligere sit difficile,sicut difficile erat quãdo inimicitias exercebat. Quisquis aũt rogãti & peccãti sui pœnitẽti nõ ex corde dimittit,nullo modo existimet à domino sua peccata dimitti,quoniã mentiri ueritas non potest. Quẽ uero lateat Euãgelij auditorem siue lectorem,quis dixerit,Ego sum ueritas?

Ioan.14

Qui cum docuisset orationẽ,hanc in ea positã sententiã uehemẽter cõmendauit dicens,Si enim dimiseritis hominibus peccata eorũ,dimittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra,Si aũt non dimiseritis hominibus,nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Ad tam magnũ tonitruũ qui non expergiscitur,non dormit,sed mortuus est: & tamen potens est ille etiam mortuos suscitare.

Eleemosynæ scelerate uiuẽtiũ. LXXV

Sane qui sceleratissime uiuũt,nec curãt talẽ uitã mores q̃ corrigere,& inter ipsa facinora & flagitia sua eleemosynas frequẽtare nõ cessant,frustra sibi ideo blandiũtur,quoniã dñs ait. Date eleemosynã,& ecce omnia munda sunt uobis. Hoc enim q̃ late pateat,non intelligũt. Sed ut intelligãt,attẽdant quibus dixerit. Nempe in euangelio sic scriptum est: Cum loqueretur,rogauit illũ quidã Pharisæus ut prãderet apud se,& ingressus recubuit. Pharisæus aũt cœpit intra se reputãs dicere, quare non baptizatus esset ante prandium? Et ait dñs ad illũ. Nũc uos Pharisæi quod de foris est calicis & catini mũdatis:quod aũt intus est uestrũ,plenũ est rapina & iniquitate. Stulti,nónne qui fecit id quod foris est,etiã id quod intus est fecit? Videte ut etiã id quod intus est mundũ fiat. Veruntamẽ quod superest,date eleemosynam,& ecce omnia mũda sunt uobis. Ita ne hoc intellecturi sumus,ut Pharisæis non habẽtibus fidẽ Christi,etiã si non in eum crediderint,nec renati fuerint ex aqua & spiritusancto,mũda sint omnia tantũ si eleemosynas dederint,sicut isti eas dandas putãt:cum sint immũdi omnes quos non mũdat fides Christi,de

Luc.11

Baptizatus est,q̃ lauisset

4 Sent. dist. 15 ca. his respondẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.15 qua scriptū est, Mundās fide corda eorū: & dicat
Tit.1 Apostolus, Immundis aūt & infidelibus nihil est
mundū, sed polluta sunt eorū & mens & cōscien-
tia. Quō ergo Pharisęis omnia mūda essent si ele-
mosynas darēt, & fideles nō essent: Aut quō fide-
les essent si in Christū credere atq; in eius renasci
gratia noluissent: Et tamē uerū est quod audierāt,
Date eleemosynam, & ecce omnia mūda sunt uo-
bis. Qui autē uult eleemosynā ordinate dare, à
Ordo charitatis & misericordiæ. Cap. LXXVI
seipso debet incipere, & eam sibi primū dare, Est
enim eleemosyna opus misericordiæ, ueriſſimeq;
dictum est, Miserere animæ tuæ placens deo. Pro-
pter hoc renascimur, ut deo placeamus, cui meri-
to displicet qđ nascendo cōtraximus. Hæc est pri-
ma eleemosyna quā nobis dedimus, qm̄ nosipsos
miseros per miserantis dei misericordiā requisiui
mus, iustū iudiciū eius cōfitentes, quo miseri esse-
Rom.5 cti sumus, de quo dicit Apostolus, Iudiciū quidē
ex uno in cōdemnationē. Et magnę charitati eius
gratias agentes, de qua idē ipse dicit gratiæ prædi-
cator, Commēdat aūt suam dilectionē deus in no-
bis, qm̄ cum adhuc peccatores essemus. Christus
pro nobis mortuus est: ut & nos ueraciter de no-
stra miseria iudicātes, & dei charitatē quam dona
uit ipse diligētes, pie rectęq; uiuamus. Quod iudi-
cium & charitatē dei cum Pharisæi præterirent,
decimabāt tamē propter eleemosynas quas facie
bant etiā quęq; minutissima fructuū suorū: & ideo
nō dabāt eleemosynas à seipsis incipiētes, secūq;
prius misericordiā faciētes, sicut isti eas dādas pu
tant. Propter quē dilectionis ordinē dictū est, Dili
ges proximū tuum sicut teipsum. Cum ergo increc
passet eos q̄ forinsecus se lauabant, intus aūt rapi-
na & iniquitate pleni essent, admonēs quandā ele
emosynā, quā sibi homo primitus debet dare, &
interiora mūdare: Verūtamē, inquit, quod super-
est, date eleemosynā, & ecce omnia mūda sunt uo
bis. Deinde ut ostēderet quid admonuisset, & qđ
ipsi facere non curarēt, ne illum putarēt eleemosy
nas eorū ignorare, sed uæ uobis, inqt, Pharisæis:
tanc̄ diceret, Ego quidē cōmonui uos ad eleemo
synā dandam per quā uobis omnia mūda sint, sed
uæ uobis qui decimatis mētham & rutā & omne
olus: has em̄ nouī eleemosynas uestras, ne de illis
me uos nūc admonuisse arbitremini: & præteritis
iudiciū & charitatē dei, qua eleemosyna possetis
ab omni inquinamēto interiori mūdari, ut uobis
D mūda essent & corpora quæ lauatis: hoc est enim
omnia, & interiora scilicet & exteriora. Sicut ali-
Luc.11 bi legit̄, Mūdate quæ intus sunt, & quæ foris sunt
4 sent. dist.15 cap. bis respō deri mūda erūt. Sed ne istas eleemosynas quæ fiūt de
fructibus terræ, respuisse uideret: Hæc, inqt, opor-
tuit facere, id est iudiciū & charitatē dei: & illa nō
omittere, id est eleemosynas fructuū terrenorum.
Non indulgendum uitijs freto eleemosynis C. LXXVII
Non ergo se fallāt, qui per eleemosynas quasli-
bet largissimas fructuū suorū uel cuiusq; pecunię,
impunitatē se emere existimāt in facinorū suorū
immanitate ac flagitiorū nequitia pmanēdo: non
solū enim hæc faciūt, sed ita diligūt, ut in eis semp
Psal.10 optent tantū si possint impune uersari. Qui aūt di-
ligit iniquitatē, odit animā suā: & qui odit animā
suā, non est misericors sed crudelis. Diligēdo eam
A quippe secundū seculū, odit eam secundū deū. Si
ergo uellet ei dare eleemosynā, per quā munda illi
essent omnia, odisset eā secundū seculū & diligeret
eam secūdū deum. Nemo aūt dat eleemosynā
quālibet, nisi unde det ab illo accipiat q non eget:
Psal.58 & ideo dictū est, Misericordia eius pręueniet me.
Peccata sine LXXVIII
Quæ sint aūt leuia & quæ grauia peccata, non
humano, sed diuino sunt pensanda iudicio. Vide-
mus enim quædā ab ipsis quoq; Apostolis igno-
scēdo fuisse cōcessa: quale illud est quod uenerabi
1 Cor.7 lis Paulus coniugibus ait, Nolite fraudare inuicē,
nisi ex cōsensu ad tēpus ut uacetis orationi: & ite-
rum ad idipsum reuertimini, ne uos tētet satanas
propter incōtinentiam uestrā: quod putari posset
non esse peccatū, misceri scilicet cōiugi nō filiorū
B procreandorū causa, quod bonū est nuptiale, sed
carnalis etiā uoluptatis: ut fornicationis, siue adul
terij, siue cuiuscunq; alterius immūditiæ mortiferū
malū, quod turpe est etiā dicere, quò poterit tēta-
re satana libido pertrahere, incontinentiū deuitet
infirmitas. Posset ergo (ut dixi) hoc putari nō esse
peccatū, nisi addidisset: Hoc aūt dico secundū ue-
niam, nō secundū imperiū. Quis aūt iam esse pec
catū neget, cum dari ueniā facientibus apostolica
1 Cor.4 autoritas fateatur: Tale quiddā est, ubi dicit, Aut
det quisquā uestrū aduersus alterū negociū habēs
iudicari apud iniquos, & nō apud sanctos: Et pau
lopost, Secularia igitur iudicia si habueritis, inqt,
eos qui contēptibiles sunt in ecclesia, hos colloca
te ad iudicandū. Ad reuerentiā uobis dico, Sic nō
c est inter uos quisquā sapiēs qui possit inter fratrē
& fratrē iudicare: sed frater cum fratre iudicio cō-
tēdit, & hoc apud infideles. Nam & hic posset pu
tari iudiciū habere aduersus alterū, nō esse pecca-
tum, sed tantūmodo id extra ecclesiā uelle iudica-
ri, nisi secutus adiūgeret: iam quidē omnino deli-
ctum est inter uos, quia iudicia habetis uobiscū.
Et ne quisquā hoc ita excusaret, ut diceret iustū se
habere negociū, sed iniquitatē se pati, quā uelit a
se iudicū sententia remoueri: cōtinuo talibus cogi-
tationibus uel excusationibus occurrit atque ait,
Quare non magis iniquitatē patiminī: Quare nō
potius fraudamini: Vt ad illud redeat quod dīs
Mat.5 ait, Si quis uoluerit tunicā tuam tollere, & iudicio
tecū contēdere, dimitte illi & palliū. Et alio loco,
Luc.6 Qui abstulerit, inqt, tua, noli repetere. Prohibuit
itaq; suos de secularibus rebus cum alijs hominī-
bus habere iudiciū. Ex qua doctrina dicit Apostо
1 Cor.6 lus esse delictū, Tamē cum sinit in ecclesia talia iu
dicia finiri inter fratres, fratribus iudicātibus, ex
tra ecclesiam uero terribiliter uetat: manifestū est
eūā hic quid secundū ueniā concedatur infirmis.
Propter hæc atq; huiusmodi peccata & alia licet
ijs minora, quæ fiūt uerbōrū & cogitationū offer-
Iac.3 sionibus, apostolo Iacobo cōfitente ac dicente, In
1 Ioan.1 multis enim offendimus omnes: oportet ut quoti
Clem. Homil. die crebroq; oremus dīm atq; dicamus, Dimitte
dimitte nobis debita nostra: nec in eo quod sequitur men
tiamur, sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris.
Matt.6 Sunt aūt quædā quę leuissima putarētur nisi in
scriptu

scripturis demōstrarent̄ opinione grauiora. Quis
A enim dicentē fratri suo, fatue, reum gehēnæ puta-
ret, nisi ueritas diceret: Cui tamē uulneri subiecit
continuo medicinā, præceptū fraternæ recōcilia-
tionis adiungens. Mox quippe ait, Si ergo offers
munus tuū ad altare, et ibi recordatus fueris, quia
frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. Aut qs
æstimaret cȝ magnū peccatū sit, dies obseruare &
mēses & annos & tēpora: sicut obseruāt qui certis
diebus siue mēsibus siue annis uolūt uel nolūt ali-
quid incohare, eo q̄ secundū uanas doctrinas ho-
Gal.4 minū fausta uel infausta existimēt tēpora: nisi hu-
ius mali magnitudinē ex timore Apostoli pēsare-
mus, qui talibus ait, Timeo ne forte sine causa la-
borauerim in uobis. Hinc accidit, q̄ peccata cȝ-
Q̄ peccata leuia uideātur eti am horrenda. Cap. LXXXI
uis magna & horrēda cum in consuetudinē uene-
rint, aut parua aut nulla esse credūtur: usq; adeo ut
B non solū non occultanda, uerūetiā iam prædicāda
ac diffamāda uideant̄: quādo sicut scriptū est, Lau
Psal.9 datur peccator in desideriis animæ suæ, & qui ini
qua gerit benedicit̄. Talis in diuinis libris iniqui-
Esa.5 tas & clamor uocat̄. Sicut habes apud Esaiā pro-
phetā de uinea mala: Expectaui, inqt, ut faceret iu
Gen.18 dicium, fecit aūt iniquitatē, & non iustitiā, sed cla
morē. Vnde est illud in Genesi, Clamor Sodomo
rum & Gomorrhæorū multiplicatus est. Quia nō
solū iam apud eos non puniebātur illa flagitia, ue-
rumetiā publice uelut lege frequētabātur. Sic no-
stris tēporibus ita multa mala, etsi nō talia, in aper
tam consuetudinē iam uenerūt, ut pro his nō solū
excōmunicare aliquē laicū nō audeamus, sed nec
C clericū degradare. Vnde cum exponerē ante ali-
Gal.4 quot ānos epistolā ad Galatas, in eoipso loco ubi
ait Apostolus, Timeo ne forte sine causa labora-
uerim in uobis: exclamare cōpulsus sum, Væ pec
catis hominū quæ sola inusitata exhorrescimus,
usitata uero pro quibus abluendis filij dei sanguis
effusus est, q̄uis tam magna sint, ut omnino claudi
cōtra sese faciāt reguū dei, sæpe uidēdo omnia to-
lerare, sępe tolerādo nōnulla etiā facere cogimur.
Atq; utinā ó dñe non omnia quæ non poterimus
prohibere, faciamus. Sed uidero utrū me immo-
deratus dolor incaute aliquid compulerit dicere.
Hoc nunc dicā quod quidē & in alijs opuscu-
lorū meorū locis sæpe iam dixi. Duabus ex causis
peccamus: aut nō uidēdo quid facere debeamus,
D aut non faciēdo quod debere fieri iam uidemus.
Quorū duorū illud ignorātiæ malū est, hoc infir-
mitatis. Contra quę quidē pugnare nos cōuenit,
sed profectō uincimur, nisi diuinitus adiuuemur,
ut non solū uideamus quid faciendū sit, sed etiam
accedente sanitate delectatio iustitiæ uincat in no
bis earū rerū delectationes quas uel habere cupiē
do, uel amittere metuēdo sciētes uidētesq; pecca-
mus: iam non solū peccatores, quod eramus etiā
cum per ignorātiam peccabamus, uerūetiā legis
prævaricatores, cum id non facimus quod facien
dum iam esse nouimus, uel facimus quod nō faciē
dum esse iam scimus. Quapropter non solū si pec-
cauimus ut ignoscat, propter quod dicimus, Di-
mitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris: uerūetiam ne peccemus ut re
gat, propter quod dicimus, Ne nos inferas in tēta
tionē: ille rogandus est cui dicitur in Psalmo, Dñs Psal.26
illuminatio mea & salus mea: ut illuminatio detra
hat ignorantiā, salus infirmitatē. Nam & ipsa Misericordia
pœnitētia quādo digna causa est secundū morē ec dei necessaria
clesiæ ut agatur, plerūq; infirmitate non agit̄: quia ubiq. Cap.
& pudor timor est displicendi, dum plus delectat LXXXII
hominum æstimatio, cȝ iustitia qua se quisq; humi
liat pœnitēdo. Vnde non solū cū agitur pœniten
tia, uerūetiā ut agatur, dei misericordia necessaria
est. Alioquin non diceret apostolus de quibusdā, 2 Tim.2
Ne forte det illis deus pœnitentiam. Et ut Petrus
amare fleret, præmisit Euangeliū, & ait, Respexit Luc.22
eum dñs. Qui uero in Ecclesia remitti peccata Peccatū in spū
non credens, contemnit tantā diuini muneris lar- ritum sanctum
gitatē, et in hac obstinatione mentis diem claudit LXXXIII
extremū, reus est illo irremissibili peccato in spiri
tum sanctū, in quo Christus peccata dimittit. De De uerbis do
qua quęstione difficili in quodā propter hoc solū mini serm.11
cōscripto libello enucleatissime quantū potui di-
sputaui. Iam uero de resurrectione carnis non si- Carnis resur
cut quidam reuixere iterumq; sunt mortui, sed in rectio. Cap.
æternā uitam, sicut Christi ipsius caro resurrexit, LXXXIIII
quemadmodū possim breuiter disputare, & om-
nibus quæstionib. quę de hac re moueri assolēt sa
tisfacere, nō inuenio. Resurrecturā tamē carnem
omniū quicunq; nati sunt hominū atq; nascētur,
& mortui sunt atq; morietur, nullo modo dubita-
re debet Christianus. Vnde primo occurrit de Fœtus abortiui
abortiuis fœtibus quæstio, qui iā quidē nati sunt ui. Cap.
in uteris matrū, sed nondū ita ut iam possint rena- LXXXV
sci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de ijs q
iam formati sunt, tolerari potest utcunq; quod di-
citur. Informes uero abortus quis non procliuius
perire arbitretur, sicut semina quę concepta non
fuerint? Sed quis negare audeat, etsi affirmare nō
audeat, id acturam resurrectionem, ut quicquid
formæ defuit impleatur? Atq; ita non desit per-
fectio quę accessura erat tēpore, quēadmodū non
erūt uitia quæ accesserūt tēpore: ut neq; in eo qđ
aptum & cōgruum & dies allaturi fuerāt, natura
fraudet̄: neq; in eo quod aduersum atq; cōtrarium
dies attulerāt, natura turpetur: sed integret̄ quod
nondū erat integrū, sicut instaurabitur qđ fuerat
uitiatū. Ac per hoc scrupulosissime quidē inter Fœtus in ute
doctissimos quæri ac disputari potest, quod utrū ro quando ui
ab homine inueniri possit ignoro, quando incipi- uere incipiat.
at homo in utero uiuere. Vtrū sit quędam uita oc- LXXXVI
culta quæ nondū motibus uiuētis appareat. Nam
negare uixisse puerperia, quæ propterea membra
tim exsecantur & ejiciūtur ex uteris prægnantiū,
ne matres quoq; si mortua ibi relinquantur occi-
dant, impudentia nimia uidetur. Ex quo aūt inci
pit homo uiuere, ex illo utiq; iā mori potest. Mor-
tuus uero, ubicunq; illi mors potuit euenire, quō
ad resurrectionē non pertineat mortuorum, repe- Mon. strosi fœ
rire non possum. Neq; enim & monstra quæ na tus. Cap.
scuntur & uiuūt, quālibet cito moriātur, aut resur- LXXXVII
rectura negabūtur, aut ita uitiata resurrectura cre- 4 sen. dist. 44
denda sunt, ac nō potius correcta emēdataq; natu cap. illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra. Absit enim ut illũ bimembrẽ, qui nuper natus est in Oriẽte, de quo & fratres fidelissimi qui eum uiderũt retulerũt, & sanctæ memorię Hieronym⁹ presbyter scriptũ reliquit: Absit, inquã, ut unũ hominẽ duplicẽ ac nõ potius duos, quod futurũ fuerat, si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus. Ita cætera quæ singuli quiq; partus uel amplius uel minus aliquid habẽdo, uel quadã nimia deformitate monstra dicũtur, ad humanæ naturæ figurã resurrectiõe reuocabũtur: ita ut singulæ animæ singula sua corpora obtineãt, nullis cohærẽtibus etiã quæcũq; cohærentia nata fuerãt: sed seorsum sibi singulis sua mẽbra gestãtibus, quibus humani corporis completur integritas. Non aũt perit deo terrena materies de qua mortaliũ creatur caro: sed in quẽlibet puluerẽ cinerem ue soluatur, in quoslibet halitus aurasq; diffugiat, in quãcunq; aliorũ corporũ substantiã uel in ipsa elemẽta uertatur, in quorũcunq; animaliũ etiã hominũ cibum cedat carnẽq; mutetur, illi animæ humanę puncto tẽporis redit, quę illam primitus ut homo fieret, cresceret, uiueret, animauit. Ipsa itaq; terrena materies, quæ discedente anima fit cadauer, non ita resurrectiõe reparabitur, ut ea quæ dilabũtur & in alias atq; alias aliarum rerum species formasq; uertũtur, ẽquis ad corpus redeant unde dilapsa sunt, ad easdem quoq; corporis partes ubi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillis capitis redit quod tã crebra tonsura detraxit, si unguibus quod toties dempsit exectio, immoderata & indecens cogitãtibus & ideo resurrectionẽ carnis nõ credẽtibus occurrit informitas. Sed quẽadmodũ si statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne liquescaret, aut cõtereretur in puluerem, aut cõfundere tur in massam, et eam uellet artifex rursus ex illius materię quãtitate reparare, nihil interesset ad eius integritatẽ, quæ particula materiæ cui mẽbro statuæ redderetur, dum tamen totũ ex quo cõstituta fuerat restituta resumeret: ita deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra cõstiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate restituet. Nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, utrũ capilli ad capillos redeãt, & ungues ad ungues: an quicquid eorũ perierat mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curãte artificis prouidẽtia ne quid indecens fiat. Nec illud est cõsequens, ut ideo diuersa sit statura reuiscentiũ singulorũ, quia fuerat diuersa uiuentiũ, aut macri cum eadẽ macie, aut pingues cum eadẽ pinguedine reuiuiscant. Sed si hoc est in consilio creatoris, ut in effigie sua cuiusq; proprietas & discernibilis similitudo seruetur, in cęteris aũt corporis bonis æqualia cũcta reddãtur: ita modificabit illa in unoquoq; materies, ut nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuit ille suppleat, qui etiã de nihilo potuit quod uoluit operari. Si aũt in corporibus resurgentium rationabilis inæqualitas erit, sicut est uocũ quibus cantus implet: hoc fiet cuiq; de materia corporis sui, quod & hominẽ reddat æqualẽ angelicis cœtib⁹, & nihil incõueniẽs eorũ ingerat sensibus. Indecorũ quippe aliquid ibi nõ erit, sed quicqd futurũ est, hoc decebit, quia nec futurũ est si nõ decebit. Resurgẽt igitur sanctorũ corpora sine ullo uitio, sine ulla deformitate, sicut tanta facilitas resurgẽdi, quanta felicitas erit. Propter qd & spiritalia dicta sunt, cũ procul dubio corpora sint futura, nõ spiritus. Sed sicut nũc corpus animale dicit, quod tamẽ corpus nõ anima est: ita tũc spiritale corpus erit, corpus tñ non spiritꝰ erit. Proinde quantũ attinet ad corruptionẽ, quę nunc aggrauat animã, & ad uitia, quibus caro aduersus spiritũ cõcupiscit, tũc non erit caro sed corpus, ga, & cœlestia corpora perhibenẽ. Propter qd dictũ est, Caro & sanguis regnũ dei non possidebũt. Et tanq; exponens qd dixerit, Neq; corruptio, inq;t, incorruptionẽ possidebit. Quod prius dixit, caro & sanguis, hoc posterius dixit corruptio: & quod prius regnũ dei, hoc posteriꝰ incorruptionẽ. Quãtum aũt attinet ad substãtiã, etiã tũc caro erit. Propter quod & post resurrectionẽ corpus Christi caro appellatũ est: Sed ideo ait Apostolus, Seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale: qm̃ tãta erit tũc cõcordia carnis & spiritus, uiuificãte spiritu sine sustentaculi alicuius indigẽtia subditã carnẽ, ut nihil nobis repugnet ex nobis, sed sicut foris neminẽ, ita nec intus nosipsos patiamur inimicos. Quicũq; uero ab illa perditionis massa quę facta est per hominẽ primũ, non liberãtur per unũ mediatorẽ dei & hominũ, resurgẽt quidẽ etiã ipsi unusquisq; cũ sua carne, sed ut cũ diabolo & angelis eius puniãtur. Vtrũ sane ipsi cũ uitijs & deformitatibus suorũ corporũ resurgant, quicũq; in eis uitiosa & deformia mẽbra gestarũt, inquirẽdo laborare quid opus est: Neq; em̃ fatigare nos debet incerta eorũ habitudo uel pulchritudo, quorũ erit certa & sempiterna dãnatio. Nec moueat quõd in eis erit corpus incorruptibile si dolere poterit, aut quõd corruptibile si mori nõ poterit. Non est enim uera uita, nisi ubi feliciter uiuit: nec uera incorruptio, nisi ubi salus nullo dolore corrũpit. Vbi aũt infelix mori nõ finit, ut ita dicã, mors ipsa nõ moritur: & ubi dolor perpetuus nõ interimit sed affligit ipsa corruptio nõ finit. Hæc in sanctis scripturis secunda mors dicitur. Nec prima tñ mors, qua suũ corpus anima relinquere cogit, nec secunda qua suũ corpus anima relinquere nõ permittitur, homini accidisset, si nemo peccasset. Miserrimissima sanc omniũ pœna erit eorũ, qui pręter pec. catũ, quod originale traxerũt, nullũ insuper addiderũt: & in cæteris qui addiderũt, tãto quisq; tolerabiliorẽ ibi habebit dãnationẽ, quãto hic minorẽ habuit inigratẽ. Remanẽtibus itaq; angelis & hominib. reprobis in æterna pœna, tũc sanctũ sciẽt plenius quid boni eis cõtulerit gratia. Tũc rebus ipsis euidẽtibus apparebit quod in psalmo scriptũ est, Misericordiã & iudiciũ cãtabo tibi dñe. Quia, nisi per indebitã misericordiã nemo liberat, et nisi per debitũ iudiciũ nemo dãnatur. Tunc nõ latet, quę nunc latet qd' nũc latet, cũ de duobus paruulis unus esset assũmẽdus per dei misericordiã, alius per iudiciũ relinquẽdus, in quo is qui assumeret agnosceret, quid

Instauratio carnis quocũq; modo perierit. Cap. LXXXVIII

Superflua instauratis corporibus nõ accedent. Cap. LXXXIX

Corporibus suus decor adhibetur. XC

Resurgẽtium corpora omnia tio liberãtur. XCI

Corpora dãnatorum quare incorruptibilia. XCII

Quãtis et qualibus uolũtatibus corpora resurgent. Cap. XCVII

Sanctis in futura uita quid sit uerum gaudium. XCVIII

quid sibi per iudiciũ deberet nisi misericordia subueniret: cur ille potius q̃ iste fuerit assumptus, cũ causa una esset ambobus: cur apud quosdã non fa ctæ sunt uirtutes, quæ si factæ fuissent, egissent illi homines pœnitẽtiã, & factæ sunt apud eos qui nõ fuerãt crediturí. Apertissime nanq; dñs dicit, Væ tibi Corozaim, & uę tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factę fuissent uirtutes quę factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. Nec utiq; deus iniuste noluit saluos fieri, cũ possent salui esse si uellẽt. Tũc in clarissima luce sapiẽtiæ uidebit quod nũc piorũ fides habet, anteq; manifesta cognitiõe uideat, q̃ certa & immutabilis et efficacissima sit uolũtas dei, q̃ multa possit & non uelit, nihil aũt uelit qd' non possit: q̃q; sit uerũ qd' in Psalmo canit: Deus aũt noster in cœlo sursum, in cœlo & in terra omnia quæcunq; uoluit fecit. Quod utiq; nõ est uerũ, si aliqua uoluit & non fecit. Et qd' est indignius, ideo non fecit qm̃ ne fieret qd' uolebat omnipotẽs, uolũtas hominis impediuit. Non ergo fit aliquid nisi omnipotẽs fieri uelit, uel sinẽdo ut fiat, uel ipse faciẽdo. Nec dubitandũ est deũ facere bene etiã sinẽdo fieri quęcũq; fiũt male. Non enim hoc nisi iusto iudicio sinit. Et q̃fecto bonũ est omne qd' iustũ est. Quãuis ergo ea quę mala sunt, inquãtũ mala sunt nõ sint bona: tamẽ ut non solũ bona sed etiã sint & mala, bonũ est. Nã nisi esset hoc bonũ ut essent & mala, nullo modo esse sinerenẽ ab omnipotẽte bono. Cui proculdubio q̃ facile est quod uult facere, tã facile est qd' nõ uult esse, nõ sinere. Hoc nisi credamus, peri clitatur ipsum nostræ fidei cõfessionis initiũ, qua nos in deũ patrẽ omnipotẽtẽ credere cõfitemur. Neq; em̃ ueraciter ob aliud uocaf omnipotẽs, nisi quia quicquid uult potest, nec uolũtate cuiuspiam creaturæ uolũtatis omnipotẽtis impediẽ effectus.

Quãobrẽ uidendũ est quẽadmodũ sit de deo dictum, quia & hoc Apostolus uerissime dixit, quia omnes homines uult saluos fieri. Cũ enim nõ omnes, sed multo plures nõ fiũt salui, uidetur utiq; nõ fieri qd' deus uult fieri, hũana scilicet uolũtate impediẽte uoluntatẽ dei. Qñ enim quæriẽ causa, cur non omnes salui fiãt, respõderi solet, quia hoc ipsi nolũt. Qd' quidẽ de paruulis dici nõ potest, quorũ nondũ est uelle, seu nolle. Nã quod infantili motu facĩt, si eorũ uolũtati iudicaretur esse tribuendũ, qñ baptizanẽ, cũ resistũt quantũ possunt, etiã nolẽtes saluos eos fieri diceremus. Sed apertius dñs in euãgelio cõpellans impiã ciuitatẽ: Quoties, inq;t, uolui colligere filios tuos sicut gallina pullos suos & noluisti: tanq; dei uolũtas superata sit hominũ uolũtate, et infirmissimis nolẽdo impediẽtib. non potuerit facere potẽtissimus quod uolebat. Et ubi est illa omnipotẽtia qua in cœlo & in terra omnia quęcũq; uoluit fecit, si colligere filios Hierusalem uoluit & nõ fecit? An potius & illa qdẽ filios suos ab ipso colligi noluit, sed ea quoq; nolẽte filios eiꝰ collegit ipse quos uoluit: qa in cœlo & in terra nõ quædã uoluit & fecit, quædã uero uoluit & nõ fecit, sed omnia quæcũq; uoluit fecit. Quis porrò tam impie desipiat ut dicat deũ malas hominũ uoluntates quas uoluerit, qñ uoluerit, ubi uoluerit, in bonũ nõ posse cõuertere? Sed cũ facit, per misericordiã facit: cũ aũt non facit, per iudiciũ nõ facit. Qm̃ cuius uult miseretur, & quẽ uult indurat. Qd' cũ diceret Apostolus, gratiã cõmẽdabat, ad cuius cõmendationẽ de illis in Rebeccæ utero geminis fuerat tã locutus: quibus nondũ natis, nec aliquid agẽtibus boni seu mali, ut secũdũ electionẽ propositũ dei maneret, nõ ex operib. sed ex uocãte dictũ est ei, quia maior seruiet minori. Propter qd' adhibuit alterũ propheticũ testimoniũ ubi scriptũ est, Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Sentiẽs aũt quẽ admodũ posset hoc qd' dictũ est promouere eos qui penetrare intelligẽdo nõ possunt hanc altitudinẽ gratiæ, Quid ergo dicemus, aitꝰ Nũquid iniquitas est apud deũ? Absit. Iniquũ em̃ uideꝰ ut sine ullis bonorũ malorũ ue operũ meritis, unũ deꝰ diligat, odiatq; alterũ. Qua in re si futura opera uel bona huius uel mala illius, quæ deus utiq; præsciebat, uellet intelligi, nequaq; diceret, non ex operibus, sed diceret, ex futuris operibus, eoq; modo istam solueret quæstionẽ: imò nullã quã solui opus esset faceret quæstionẽ. Nũc uero cũ respõdisset, absit, id est ablit ut sit iniquitas apud deũ, mox ut probaret nulla hoc iniquitate dei fieri, inq;t, Moysi enim dicit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiã prẽstabo cui misericors fuero. Quis enim nisi insipiens deũ iniquũ putet, siue iudiciũ pœnale ingerat digno, siue misericordiã præstet indigno? Deniq; infert & dicit. Igitur non uolẽtis, neq; currentis, sed miserẽtis est dei. Ambo itaq; gemini naturæ filij iræ nascebantur, nullis quidẽ operibus prijs, sed originaliter ex Adã uinculo dãnationis obstricti. Sed qui dixit, miserebor cui misertꝰ ero, & misericordiã præstabo cui misericors fuero, Iacob dilexit per misericordiã gratuitã, Esau autem odio habuit per iudiciũ debitũ. Quod cum deberetur ambobus, in altero alter agnouit non de suis dissãtibus meritis sibi esse gloriandũ, q̃ in eadem causa idem supplicĩũ non incurrit, sed de diuinæ gratiæ largitate, quia nõ uolẽtis neq; currẽtis, sed miserentis est dei. Altissimo quippe ac saluberrimo sacramẽto uniuersa facies, atq; (ut ita dixerim) uultus sanctarũ scripturarũ bene intuentes id admonere inuenitur, ut qui gloriatur, in dño glorietur.

Cum aũt Apostolus misericordiã dei cõmendasset in eo quod ait, Igitur non uolẽtis neq; currẽtis, sed miserẽtis est dei: deinde ut etiam iudicium cõmendaret, quoniã in quo non fit misericordia, non iniquitas fit, sed iudiciũ, nõ est quippe iniquitas apud deũ: cõtinuo subiecit atq; ait, Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia ad hoc te excitaui, ut ostendã in te potentiã meam, & ut annũcietur nomen meũ in uniuersa terra. Quib⁹ dictis ad utrũq; cõcludens, id est ad misericordiã & ad iudicium, inquit, Ergo cuius uult miseret deus, & quẽ uult obdurat. Miseret, scilicet magna bonitate, obdurat nulla iniquitate, ut nec liberat⁹ de suis meritis glorietur, nec dãnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia redẽptos discernit à perditis, quos in unam perditionis cõcreuerat massam

Misericordia & iudiciũ dei Cap. XCIX

Exo.33

Rom.9

Ephe.2

Exo.9

ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab origine ducta causa cõmunis. Hoc autẽ qui eo modo audit ut dicat, qd adhuc cõqueritur: Nam uolũtati eius quis resistit: tanẽ propterea malus non uideatur esse culpandus, quia deus cuius uult misereꝛ, & quẽ uult obdurat: absit ut pudeat nos hoc respõdere, quod respõdisse uidemus Apostolum, O homo tu quis es qui respõdeas deo? Nunquid dicit figmẽtũ ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatẽ figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidẽ uas in honorẽ, aliud uero in cõtumeliã: Hoc enim loco quidã stulti putãt Apostolũ in respõsione defecisse, & inopia reddẽ dæ rationis repressisse cõtradictoris audaciã. Sed magnũ habet pondus quod dictũ est, O homo tu quis es? Et in talibus quæstionibus ad suæ capacitatis considerationẽ reuocat hominẽ uerbo quidẽ breui, sed re ipsa magna est redditio rationis. Si enim non capit hæc, quis est qui respõdeat deo? Si aũt capit, magis non inueniet quid respõdeat. Videt enim si capit, uniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino in apostatica radice damnatũ, ut etiã si nullus inde liberaretur, nemo recte posset dei uituperare iustitiã: & qui liberantur, sic oportuisse liberari: ut ex pluribꝰ nõ liberatis, atq; in dãnatione iustissima derelictis, ostenderet quid meruisset uniuersa cõspersio, & quò etiã istos debitũ iudiciũ dei duceret, nisi eius indebita misericordia subueniret: ut uolentiũ de suis meritis gloriari, omne os obstruatur, & qui gloriatur, in dño glorietur. Hæc sunt magna opera dñi, exquisita in omnes uolũtates eius: & tam sapiẽter exquisita, ut cũ angelica & humana creatura peccasset, id est non quod ille, sed qđ uoluit ipsa fecisset, etiã per eandẽ creaturæ uoluntatẽ, qua factũ est quod creator noluit, impleret ipse qđ uoluit: bene utẽs & malis, tanẽ summe bonus, ad eorũ dãnationẽ quos iuste prædestinauit ad pœnã, & ad eorũ salutem quos benigne prædestinauit ad gratiã. Quantum enim ad ipsos attinet, quod deus noluit fecerunt: quantũ uero ad omnipotentiã dei, nullo modo id efficere ualuerũt. Hoc quippe ipso quod cõtra uoluntatẽ dei fecerũt, de ipsis facta est uolũtas eius. Propterea nanq; magna opera dñi exquisita in omnes uolũtates eius, ut miro & ineffabili modo non fiat præter eius uoluntatẽ, quod etiã cõtra eius fit uoluntatẽ: quia non fieret si nõ sineret: nec utiq; nolẽs sinit, sed uolẽs. Nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotẽs etiam de malo facere posset bene. Aliquãdo aũt bona uolũtate homo uult aliquid quod deus non uult, etiã ipse bona multo amplius multoq; certius uolũtate: nam illius mala uolũtas esse nunq; potest. Tanẽ si bonus filius patrẽ uelit uiuere, quẽ deus bona uolũtate uult mori. Et rursus fieri potest, ut hoc uelit homo uoluntate mala quod deus uult bona: uelut si malus filius uelit mori patrẽ, uelit hoc etiã deus. Nempe ille uult quod non uult deus, iste uero id uult, quod uult & deus: & tamẽ bonæ uolũtati dei pietas illius potiꝰ cõsonat, cuius aliud uolẽtis, cui huius idem uolẽtis impietas. Tantũ interest quid uelle homini, quid deo cõgruat, & ad quẽ finem suã quisq; referat uoluntatẽ, ut aut approbetur aut improbetur. Nam deus quasdam uolũtates suas utiq; bonas implet per malorũ hominũ uolũtates malas. Sicut per Iudæos maleuolos bona uolũtate patris Christus pro nobis occisus est. Quod tm̃ bonũ factũ est, ut apostolus Petrus quando id fieri nolebat, Satanas abipso qui occidi uenerat diceretur. Quàm bonẽ apparebãt uolũtates piorũ fideliũ, qui nolebant apostolũ Paulũ Hierusalem pergere, ne ibi pateretur mala quæ propheta Agabus prædixerat: & tamẽ deus hæc illum pati uolebat pro annũcianda fide Christi, exercens martyrẽ Christi. Neq; iste bonã uoluntatẽ suam impleuit per Christianorũ uoluntates bonas, sed per Iudæorũ malas: & ad eum potius ptinebãt qui nolebãt quod uolebat, q̃ illi per quos uolentes factũ est qđ uolebat, quia idipsum quidẽ, sed ipse per eos bona, illi aũt mala uolũtate fecerũt. Sed quãtælibet sint uolũtates uel angelorũ uel hominũ, uel bonorũ uel malorũ, uel illud quod deus uel aliud uolẽtes q̃ deus, omnipotẽtis uolũtas dei semper inuicta est: quæ mala esse nunquã potest, quia etiã cum mala irrogat, iusta est, & profecto quæ iusta est mala non est. Deus igit̃ omnipotens siue per misericordiã cuius uult misereatur, siue per iudiciũ quẽ uult obduret, nec inique aliquid facit, nec nisi uolens quicquã facit, & omnia quæcũq; uult facit. Ac per hoc cũ audimus & in sacris literis legim⁹, q̃ uelit omnes homines saluos fieri: q̃uis certũ sit nobis non omnes homines saluos fieri, non tamẽ ideo debemus omnipotẽtissimæ dei uolũtati aliquid derogare, sed ita intelligere qđ scriptũ est, Qui uult omnes homines saluos fieri: tanẽ diceretur, nullũ hominẽ fieri saluum, nisi quẽ saluũ fieri ipse uoluerit: nõ q̃ nullus sit hominũ, nisi quem saluum fieri uelit, sed quod nullus fiat nisi quẽ uelit, & ideo sit rogandus ut uelit, quia necesse est fieri si uoluerit. De orãdo quippe deo agebat Apostolus, ut hoc diceret: Sic em intelligimus id quod in Euãgelio scriptũ est: Qui illuminat omnẽ hominẽ: nõ q̃ nullus est hominũ qui nõ illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminat. Aut certe sic dictum est: Qui oẽs homines uult saluos fieri, non q̃ nullus hominũ esset quem saluum fieri nollet, qui uirtutes miraculorũ facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse pœnitẽtiã si fecissent: sed ut omnes homines omne genus humanũ intelligamus per quascũq; differẽtias distributũ, reges, priuatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, infantes, pueros, adolescẽtes, iuuenes, seniores, senes: in his quis omnibus, in moribꝰ omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in uoluntatum & conscientiarũ uarietate innumerabili constitutos, & si quid aliud differẽtiarũ est in hominibus. Quid est enim eorum unde nõ deus per unigenitum suum dominũ nostrum per omnes gentes saluos fieri homines uelit, & ideo faciat, quia omnipotens uelle inaniter non potest quodcunq; uoluerit? Præceperat enim Apostolus, ut oraretur pro

pro singulis hominibus, & specialiter addiderat, pro regibus & ijs qui in sublimitate sunt, qui putari poterant fastu & superbia seculari à fidei Christianæ humilitate abhorrere. Proinde dicẽs, Hoc em̃ bonũ est corã saluatore nostro deo, id est ut etiam pro talibus oretur: statim ut desperationẽ tolleret, addidit, Qui omnes homines uult saluos fieri, & in agnitionẽ ueritatis uenire. Hoc quippe deꝰ bonum iudicauit, ut oratiõibus humiliũ, dignaretur salutẽ præstare sublimiũ. Quod utiq; iam uidemus impletũ. Isto locutiõis modo & dñs est usus in euangelio, ubi ait Pharisæis, Decimatis mentam & rutam & omne olus. Neq; enim Pharisæi & quæcũq; alsena & omniũ per omnes terras alienigenarum omnia olera decimabãt. Sicut ergo hic omne olus, omne olerũ genus: ita & illic oẽs homines, omne hominũ genus intelligere possumꝰ: & quocũq; alio modo intelligi potest, dum tamẽ credere non cogamur aliquid omnipotẽtem deũ uoluisse fieri, factũq; non esse: qui sine ullis ambiguitatibꝰ si in cœlo & in terra, sicut & ueritas cantat, omnia quæcũq; uoluit, fecit, profecto facere noluit quod cũq; non fecit. Quapropter etiã primũ hominẽ deus in ea salute in qua cõditus erat, custodire uoluisset, eũq; opportuno tẽpore post genitos filios sine interpositiõe mortis ad meliora pducere, ubi iam non solũ peccatũ non cõmittere, sed nec uolũtatẽ posset habere peccãdi, si ad permanendũ sine peccato sicut factus erat perpetuã uoluntatẽ habiturũ esse præsciisset. Quia uero eum male usurũ libero arbitrio, hoc est peccaturũ esse præsciebat, ad hoc potius præparauit uoluntatẽ suã, ut bene ipse faceret, etiã de malefaciẽte, ac sic hominis uolũtate mala non euacuaret, sed nihilominus impleret omnipotẽtis bona. Sic em̃ oportebat prius hominẽ fieri, ut & bene uelle posset & male, nec gratis si bene, nec impune si male: postea uero sic erit, ut male uelle non possit, nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitriũ, q̃ omnino nõ poterit seruire peccato. Neq; enim culpãda est uolũtas, aut uolũtas non est, aut libera dicẽda nõ est, qua beati esse sic uolumus, ut esse miseri non solũ nolimus, sed nequaq̃ prorsus uelle possimus. Sicut ergo nunc etiã anima nostra nolle infelicitatẽ, ita tunc nolle iniquitatẽ semper habitura est. Sed ordo prætermittẽdus nõ fuit, in quo deus uoluit ostẽdere, q̃ bonũ sit animal rationale quod etiã peccare possit, q̃uis sit melius quod peccare nõ possit: sicut minor fuit immortalitas, sed tamẽ fuit in qua posset etiã mori, q̃uis maior futura sit in qua non possit mori. Illã natura humana peccãdo didit per liberũ arbitriũ, & hanc est acceptura per gratiã quam fuerat, si nõ peccasset, acceptura per meritum: q̃uis sine gratia nec tunc ullum meritũ esse potuisset. Quia etsi peccatũ in solo libero arbitrio erat constitutũ, non tamẽ iustitiæ retinẽdæ sufficiebat liberũ arbitriũ, nisi participatione immutabilis boni diuinũ adiutoriũ præberetur. Sicut enim mori est in hominis potestate cum uelit, nemo est enim qui nõ seipsum, ut nihil aliud dicã, uel non uescẽdo possit occidere, ad uitã uero tenẽdam uolũtas non satis est, si adiutoria siue alimentorũ siue quorũq; tutaminum desint. Sic homo in paradiso ad se occidendũ relinquẽdo iustitiã idoneus erat per uolũtatẽ, ut aũt ab eo teneretur uita iustitiæ, parum erat uelle, nisi ille qui eum fecerat adiuuaret. Sed post illam ruinam maior est miseri cordia dei, quãdo & ipsum liberũ arbitriũ liberandum est à seruitute, cui dominatur cum morte peccatũ. Nec omnino per seipsum, sed per solã dei gratiam, quæ in fide Christi posita est, liberatur: ut uoluntas ipsa, sicut scriptũ est, à dño præparetur, qua cætera dei munera capiãtur per quæ ueniat̃ ad munus æternũ. Vnde & ipsam uitam æternã, quæ certa merces est operũ bonorum, gratiã dei appellat Apostolus: Stipendiũ em̃ (inq;t) peccati mors, gratia aũt dei uita æterna in Christo Iesu dño nostro. Stipendiũ pro opere militiæ debitũ redditur, non donatur: ideo dixit, Stipendiũ peccati mors: ut mortẽ peccato nõ immerito illatã, sed debitam demõstraret. Gratia uero nisi gratis sit, gratia non est. Intelligendũ est igitur etiã ipsa hominis bona merita, esse dei munera, quibus cũ uita æterna redditur, qđ nisi gratia pro gratia redditur: Sic ergo factus est homo rectus, ut & manere in ea rectitudine posset, non sine adiutorio diuino, & suo fieri peruersus arbitrio: utrũlibet horũ elegisset, dei uolũtas fieret, aut etiã ab illo, aut certe de illo. Proinde quia suã maluit facere q̃ dei, de illo facta est uolũtas dei, qui ex eadẽ massa perditionis quæ de illius stirpe ꝓfluxit, facit aliud uas in honorẽ, aliud in contumeliã: in honorẽ, per misericordiã: in contumeliã, per iudiciũ: ut nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in se. Nam neq; per ipsum libera remur unũ mediatorẽ dei & hominũ, hominem Christũ Iesum, nisi esset & deus. Sed cũ factus est Adam homo scilicet rectus, mediatore non opus erat. Cum uero genus humanũ peccata lõge separauerũt à deo, per mediatorem qui solus sine peccato natus est, uixit & occisus est, reconciliari nos oportebat deo usq; ad carnis resurrectionẽ in uitã æternã: ut & humana superbia per humilitatẽ dei argueretur ac sanaretur, & demõstraretur homini q̃ lõge à deo recesserat, cum per incarnatũ deum reuocaretur, & per hominẽ deũ exemplũ obediẽtiæ cõtumaci homini præberetur, & unigenito suscipiẽte formã serui, quę nihil ante meruerat, fons gratiæ panderetur, & carnis etiã resurrectio redẽptis promissa in ipso redẽptore præmõstraretur, & per eandẽ naturã quam se decepisse lætabatur diabolus uinceretur: nec tamẽ homo gloriaretur, ne iterũ superbia nascereturꝰ & si quid aliud de tãto mediatoris sacramẽto à proficiẽtibus uideri & dici potest, aut tantũ uideri, etiã si non dici potest.

Tempus autem quod inter hominis mortẽ & ultimam resurrectionẽ interpositũ est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquæq; digna est uel requie uel ærumna, pro eo quod sortita est in carne cum uiueret. Neq; negandũ est defunctorum animas pietate suorum uiuentiũ releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel eleemosynæ in ecclesia fiũt. Sed eis hæc prosunt, qui

Rom. 9
Lib. 15. de ciuitate dei, cap. 1
Psal. 110
Cap. C
Nihil fit cõtra uolũtatem dei
Bona uolũtas, alia Dei, alia hominis. CI
Cap. CIIII
Voluntas mala non excusat suum reum. CV
Cap. CVI
Mediator Christus. Cap. CVIII
Gratia & stipendiũ peccati. Cap. CVII
Locus animarum usq; ad iudicium futurũ Cap. CIX
Bona opera pro defunctis. CX

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui cum uiuerent,ut hæc ſibi poſtea prodeſſe poſ-
ſent,meruerũt.Eſt enim quidã uiuẽdi modus,nec
tam bonus ut nõ requirat iſta poſt mortẽ,nec tam
malus ut ei non proſint iſta poſt mortẽ.Eſt uero ta
lis in bono,ut iſta nõ requirat,& eſt rurſus talis in
malo,ut nec his ualeat cũ hæc uita trãſierit adiuua
ri.Quocirca hic omne meritũ cõparat,quo poſſit
poſt hanc uitã releuari quiſpiã uel grauari.Nemo
autem ſe ſperet quod hic neglexerit cum obierit
apud deũ promereri.Non igitur iſta quæ pro de-
functis cõmendãdis frequẽtat eccleſia,illi aposto-
1 Cor.5 licæ ſunt aduerſa ſententiæ,qua dictũ eſt,Omnes
enim aſtabimus ante tribunal Chriſti,ut referat
unuſquiſq; ſecundũ ea quæ per corpus geſſit,ſiue
bonũ,ſiue malũ:quia etiam hoc meritũ ſibi quiſq;
cũ in corpore uiueret cõparauit ut ei poſſent iſta
prodeſſe.Non eñ omnibus proſunt.Et quare nõ
omnibus proſunt,niſi propter differẽtiã uitæ quã
13.q.2.cap. tempus quiſq; geſſit in corpore? Cũ ergo ſacrificia ſiue al-
taris ſiue quarũcunq; eleemoſynarũ pro baptiza-
tis defunctis omnibus offerũtur,pro ualde bonis
gratiarũactiones ſunt:pro non ualde malis,propi
tiationes ſunt:pro ualde malis etſi nulla ſunt adiu
menta mortuorũ,qualeſcũq; uiuorũ cõſolationes
ſunt.Quib⁹ aũt proſunt,aut ad hoc proſunt,ut ſit
plena remiſſio,aut certe tolerabilior fiat ipſa dam
Duæ ciuitates natio. Poſt reſurrectionẽ uero facto uniuerſo cõ
poſt iudicium pletoq; iudicio,ſuos fines habebũt ciuitates duæ,
Cap.CXI una Chriſti,altera diaboli:una bonorũ,altera ma
lorũ:utraq; tamẽ angelorũ & hominũ.Iſtis uolun
4.ſen.diſt.50 tas,illis facultas non poterit ulla eſſe peccãdi:uel
cap.1 ulla cõditio moriẽdi,iſtis in æterna uita uere felici C
ter & uiuẽtibus,illis infeliciter in æterna morte ſi-
ne moriẽdi poteſtate durãtibus,quoniã utriq; ſine
fine.Sed in beatitudine iſti alius alio præſtabilius,
in miſeria uero illi alius alio tolerabilius permane
Pœna impio- bunt. Fruſtra itaq; nõnulli,imò q̃ plurimi æter-
rum an eter- nam dãnatorũ pœnã,& cruciatus ſine intermiſſio
na. Ca.CXII ne perpetuos,humano miſerant affectu,atq; ita fu
turũ eſſe non credunt:non quidẽ ſcripturis aduer-
ſando diuinis,ſed p ſuo motu dura quæq; molliẽ
do,& in leniorẽ flectẽdo ſententiã,quę putãt in eis
terribilius eſſe dicta q̃ uerius.Nõ enim obliuiſce-
tur,inquiũt,miſereri deus,aut cõtinebit in ira ſua
Pſal.76 miſerationes ſuas.Hoc quidẽ in Pſalmo legit ſan-
cto.Sed de his ſine ullo ſcrupulo intelligitur,qui
uaſa miſericordiæ nũcupant,quia & ipſi non pro D
meritis ſuis,ſed deo miſerãte de miſeria liberãtur.
Aut ſi hoc ad omnes exiſtimãt pertinere,nõ ideo
neceſſe eſt ut dãnationem opinẽtur poſſe finiri eo
Mat.25 rum,de quibus dictũ eſt,Et ibunt hi in ſupplicium
æternũ:ne iſto modo putetur habitura finẽ quan-
doq; felicitas etiã illorum,de quibus ecõtrario di-
ctum eſt,Iuſti aũt in uitã æternã.Sed pœnas dam-
natorũ certis temporũ interuallis exiſtimẽt,ſi hoc
eis placet,aliquatenus mitigari:etiã ſic quippe in-
telligi poteſt manere in illis ira dei,hoc eſt ipſa dã-
natio.Hęc enim uocatur ira dei,non diuini animi
perturbatio:ut in ira ſua,hoc eſt manẽte ira ſua,non
tamẽ cõtineat miſerationes ſuas,non æterno ſup-
plicio finẽ dando,ſed leuamẽ adhibẽdo uel inter-

A ponẽdo cruciatibus.Quia nec Pſalmus ait,ad fi-
niendã iram ſuam,uel poſt iram ſuã,ſed in ira ſua.
Quæ ſi ſola eſſet quãta ibi minima cogitari poteſt,
perire à regno dei,exulare à ciuitate dei,alienari
à uita dei,carere tam magna multitudine dulcedi
nis dei quã abſcõdit timẽtibus ſe,perfecit aũt ſpe-
rãtibus in ſe,tam grandis eſt pœna ut ei nulla poſ-
ſint formẽta quæ nouimus cõparari,ſi illa ſit æter
na,iſta aũt ſint quãlibet multis ſeculis lõga. Ma Mors impi-
nebit ergo ſine fine mors illa perpetua dãnatorũ, rũ aliud
id eſt alienatio à uita dei,& omnibus erit ipſa cõ- rum poena
munis,quãlibet homines de uarietate pœnarũ,de Cap.CXII
dolorũ releuatione uel intermiſſione pro ſuis hu-
manis motibus ſuſpicẽtur,ſicut manebit cõmuni-
ter omniũ uita æterna ſanctorũ,quãlibet bonorũ Cæſtus ſit
diſtantia cõcorditer fulgeant. Ex iſta fidei con Cap.CXI
feſſione quæ breuiter ſymbolo cõtinetur,& carna
liter cogitata lac eſt paruulorũ,ſpiritaliter aũt con
ſiderata atq; tractata cibus eſt fortiũ,naſcitur ſpes
bona fideliũ,cui charitas ſancta comitatur:ſed de Fides ſp
ijs omnibus quæ fideliter ſunt credẽda,ea tantum
ad ſpem pertinẽt quæ in oratione dominica conti
nentur.Maledictus eſt omnis,ſicut diuina teſtant Spes ho
eloquia,qui ſpem ponit in homine:ac per hoc in
ſemetipſo qui ſpem ponit,huius maledicti uincu-
lo innectitur.Ideo non niſi à dño deo petere debe- Oratio dñ
mus quicquid ſperamus nos uel bene operaturos uitia CXV
uel pro bonis operibus adepturos. Proinde a-
pud euangeliſtã Matthæum ſeptẽ petitiones cõ-
nere dominica uidetur oratio:quarũ in trib⁹ æter
na poſcũtur,in reliquis quatuor tẽporalia,quæ ta
men propter æterna cõſequenda ſunt neceſſaria.
Nam quod dicimus,Sanctificetur nomen tuũ,ue
niat regnũ tuũ,fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in
terra:quod non abſurde quidã intellexerũt in ſpi-
ritu & corpore:omnino retinẽda ſunt ſine fine:&
hic incohata quantũcunq; proficimus augẽtur in
nobis:perfecta uero,quod in alia uita ſperandum
eſt,ſemper poſſidebũtur.Quod uero dicimus,Pa-
nem noſtrũ quotidianũ da nobis hodie,& dimit-
te nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus de
bitoribus noſtris,& ne nos inferas in tentationẽ,
ſed libera nos à malo:quis nõ uideat ad præſentis
uitæ indigentiã pertinere?In illa itaq; uita æterna
ubi nos ſemper ſperamus futuros,& nominis dei
ſanctificatio,& regnũ eius & uoluntas eius in no
ſtro ſpiritu & corpore perfecte atq; immortaliter
permanebũt.Panis uero quotidianus ideo dictus
eſt,quia hic eſt neceſſarius,quãtus animæ carniq;
tribuendus eſt,ſiue ſpiritaliter,ſiue carnaliter,ſiue
utroq; intelligatur modo.Hic eſt etiã quam poſci
mus remiſſio,ubi eſt omnis remiſſio peccatorum:
hic tẽtationes quæ nos ad peccandũ uel illiciunt
uel impellũt:hic deniq; malũ unde cupimus libe-
rari,illic aũt nihil eſt iſtorũ. Euãgeliſta uero Lu- Eadem ora
cas in oratione dñica petitiones non ſeptem,ſed ſecundus Lu
quinq; cõplexus eſt:nec ab iſto utiq; diſcrepauit, cas Cap.CXI
ſed quõ iſta ſeptẽ ſunt intelligẽda,ipſa ſua breuita
te commonuit.Nomẽ quippe dei ſanctificatur in
ſpiritu,dei aũt regnũ in carnis reſurrectione uẽtu-
rum eſt.Oſtendens ergo Lucas tertiã petitionem
duarum

duarum ſuperiorũ eſſe quodãmodo repetitionẽ,
magis eã prætermittendo fecit intelligi. Deinde A
tres alias adiũgit,de pane quotidiano,de remiſ-
ſione peccatorũ,de tentatiõe uitãda. At uero q̃d
ille in ultimo poſuit:Sed libera nos à malo,iſte nõ
poſuit,ut intelligerem⁹ ad illud ſuperius q̃d de tẽ-
tatione dictũ eſt,pertinere.Ideo quippe ait,ſed li
bera,nõ ait,& libera,tanq; unã petitionẽ eſſe de-
monſtrãs,Nõ hoc,ſed hoc,ut ſciat unuſq;q; in eo
Charitas. ſe liberari à malo q̃ nõ inferẽ quid credat aut
Cap.CXVII ſperet,ſed quid amet.Nã qui recte amat,procul
dubio recte credit et ſperat:qui uero nõ amat,ina
niter credit,etiam ſi ſunt uera quę credit:inaniter B
ſperat,etiã ſi ad uerã fœlicitatẽ doceãtur pertine-
re quæ ſperat,niſi & hoc credat ac ſperet,quod
ſibi petẽti donari poſſit ut amet:Quãuis eñ ſpera
re ſine amore nõ poſſit,fieri tamẽ poteſt ut id nõ
amet ſine quo ad id q̃d ſperat nõ poteſt perueni-
re:Tanq; ſi ſperet uitã æternã,q̃uis nõ habeat &
Gal.5 non amet iuſtitiã ſine qua nemo ad illã peruenit.
Ipſa eſt aũt fides Chriſti quã cõmendat Aposto-
lus,quę per dilectionẽ operat,et q̃d in dilectione
nõdũ habet,petit ut accipiat,quærit ut inueniat,
1.ſent.diſt. pulſat ut aperiat ei.Fides nãq; impetrat quod lex
40.&.41. imperat:Nã ſine dei dono,id eſt ſine ſpiritu ſancto,
per quẽ diffunditur charitas in cordib.noſtris,iube
re lex poterit,nõ iuuare,& præuaricatorẽ inſup
facere,qui de ignorãtia ſe excuſare nõ poſſit.Re- C
Quatuor gra gnat enim carnalis cupiditas ubi nõ eſt dei chari
tias. tas. Sed cũ in altiſſimis ignorãtiæ tenebris nul-
la reſiſtẽte ratione uiuit ſecundũ carnẽ,hæc ſunt
prima hominis. Deinde cũ per legẽ cognitio fue
Charitas. rit facta peccati,ſi nondũ diuinus adiuuat ſpiri-
Cap.CXVIII tus,ſecundũ legẽ uolẽs uiuere uincitur, & ſciens
peccat,peccatoq; ſubditus ſeruit: A quo eñ quis
deuictus eſt,huic & ſeruus addictus eſt: id agẽte
ſciẽtia mãdati,ut peccatũ operẽ in homine oẽm
cõcupiſcentiã, cumulo præuaricationis adiecto,
Rom.5 atq; ita q̃d ſcriptũ eſt impleat:Lex ſubintrauit ut
abũdaret delictũ. Hęc ſunt ſecũda hominis. Si au
tem reſpexerit deus ut ad implẽda quę mãdat ip-
ſe adiuuare credat,& agi homo cœperit dei ſpiri
tu,concupiſcitur aduerſus carnẽ fortiore robore D
charitatis:ut q̃uis ſit adhuc q̃d homini repugnet
ex homine,nõdũ tota infirmitate ſanata, ex fide
tamẽ iuſtus uiuat,iuſteq; uiuat inquantũ nõ cedit
malæ cõcupiſcẽtię,uincẽte dilectiõe iuſtitię.Hęc
ſunt tertia bona ſpei hominis:In quib.ſi pia perſe
uerãtia quiſq; proficiat,poſtrema pars reſtat,quę
poſt hãc uitã in requie ſpiritus,deinde in reſurre-
ctione etiã carnis implebit.Harũ quatuor differẽ
tiarũ,prima eſt ante legẽ,ſecũda ſub lege,tertia ſub
gratia,quarta in pace plena atq; perfecta. Sic eſt
& dei populus ordinatus per temporũ interualla
ſicut deo placuit,qui in mẽſura,numero & põde-
re cũcta diſponit.Nã fuit primitus ante legẽ:ſecũ
do ſub lege,quæ per Moyſen data eſt;deinde ſub

gratia,quæ reuelata eſt per primũ mediatoris ad-
uentũ.Quæ quidẽ gratia nec antea defuit quibus
impartiri eã oportuit,quãuis p tẽporis diſpenſa-
tione uelata et occulta:Neq; enim antiquorũ qui-
cunq; iuſtorũ præter Chriſti fidẽ ſalutẽ potuit in-
uenire.At uero niſi & illis cognitus fuiſſet,nõ po
tuiſſet nobis per eorũ miniſteriũ alias apertius,
alias occultius ꝓphetari. In quacunq; aũt qua- Renaſcẽtia ſpi
tuor iſtarũ uelut ætatũ ſingulum quemq; hominẽ ritus. CXIX
gratia regeneratiõis inuenerit,ibi ei remittuntur
pręterita uniuerſa peccata: & reatus ille naſcẽdo
cõtractus,renaſcẽdo diſſoluit. Tamq; multũ ua-
let q̃ ſpiritus ubi uult ſpirat,ut quidã ſecundũ illã
ſeruitutẽ ſub lege eſſe nõ nouerint,ſed cũ mãdato
incipiãt adiutoriũ habere diuinũ. Anteq; poſ Sacramentum
ſit aũt homo capax eſſe mãdati,ſecundũ carnẽ ui regeneratiõis
uat neceſſe eſt:ſed ſi iã ſacramẽto regenerationis Cap. CXX
imbutus eſt,nihil ei mors oberit ſi tũc ex hac uita
migrauerit.Quia ideo Chriſtus mortuus eſt et re
ſurrexit,ut & uiuorũ & mortuorũ dominet,nec
tenebit regnũ mortis eũ,pro quo mortuus eſt ille
liber in mortuis. Omnia igit præcepta diuina Charitas.
referũtur ad charitatẽ,de qua dicit Apoſtolus:Fi Cap. CXXI
nis aũt præcepti eſt charitas,de corde puro,& cõ 2 ſent. diſt.
ſciẽtia bona & fide nõ ficta. Omnis itaq; præce- 38.cap.1
pti finis eſt charitas,id eſt ad charitatẽ referẽ om
ne præceptũ.Quod uero ita fit uel timore pœnæ,
uel aliqua intẽtione carnali,ut non referat ad illã
charitatẽ,quã diffundit ſpiritus ſanctus in cordi-
bus noſtris,nondũ fit quẽadmodũ fieri oportet,
quãuis fieri uideat.Charitas quippe iſta dei eſt
& ꝓximi:& utiq; in his duob. præceptis tota lex
pẽdet & Prophetæ.Adde Euãgeliũ,adde & Apo
ſtolos:nõ enim aliũde uox iſta,Finis præcepti eſt
charitas,& deus charitas eſt.Quæcũq; ergo mã-
dat deus,ex quibus unũ eſt:Non mœchaberis,&
quæcũq; nõ iubent,ſed ſpeciali cõſilio monẽtur,
ex quibus unũ eſt:Bonũ eſt homini mulierẽ non
tangere:tũc recte fiũt quũ referunt ad diligendũ
deũ,& proximũ propter deũ,& in hoc ſeculo,&
in futuro:nunc deũ per fidẽ,tũc per ſpeciẽ,& ip-
ſum ꝓximũ nunc per fidẽ.Nõ enim ſcimus mor-
tales corda mortaliũ,tũc aũt illuminabit dñs ab-
ſcondita tenebrarũ & manifeſtabit cogitationes
cordiũ.Et tũc laus erit unicuiq; à deo:quia id lau
dabit & diliget à ꝓximo in ꝓximo,q̃d ne lateat
ab ipſo illuminabit deo. Minuetur aũt cupiditas
charitate creſcẽte,donec ueniat hic ad tantã ma-
gnitudinẽ qua maior eſſe nõ poſſit. Maiorẽ enim
charitatẽ nemo habet,q̃ ut animã ſuã quis ponat
pro amicis ſuis.Ibi aũt quis explicet quãta chari-
tas erit,ubi cupiditas quã uel coercendo ſuperet
nulla erit: qñ ſumma ſanitas erit,qñ cõtẽtio mor-
tis nulla erit. Sed ſit aliquãdo huius uoluminis Quare opus
finis,q̃d ipſe uideris,utrũ Enchiridion uel appel conſcripſerit
lare debeas uel habere.Ego tamẽ cũ ſpernẽda tua Ca. CXXII
in Chriſto Ieſu ſtudia nõ putarẽ,bona de te cre-
dens,in adiutorio noſtri redẽptoris confidens ac
ſperans,teq; in eius membris plurimũ diligens,li
brũ ad te ſicut ualui,utinã tam cõmodum quam
prolixum,de fide,ſpe,& charitate conſcripſi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hic libellus ferebatur inter opera Tertulliani, quãquam nec illius est, ut qui cap. IIII. referatur inter hæreticos, nec Augustini. Videtur partim ex huius operibus collectus, partim ex decretis synodorum. Cap. XXV. citantur quædam ex epistola Innocentij Romani põtificis, quæ est ordine XCIII. licet uerbis aliquot immutatis: multaq; hinc citantur in decretis Pontificum, & sentẽtijs Theologorum, sed ita tractata, ut ferè solent notha. Nec uerba sunt eadem, & capita quædam desunt in uetustis exemplaribus.

D. AVRELII AVGVSTINI
LIBER DE DEFINITIONIBVS ORTHODOXAE FIDEI, SIVE ECCLESIASTICIS DOGMATIBVS.

195

De fide trinitatis. Cap. I

REDIMVS unũ esse deũ patrem & filiũ & spiritũ sanctũ. C Patrẽ, eò quod filiũ habeat. Filiũ, eò quod patrẽ habeat. Spiritum sanctũ, eò quod sit ex patre & filio procedẽs, patri & filio B coæternus. Pater ergo principiũ deitatis: qui sicut nunq; fuit nõ deus, ita nunq; fuit nõ pater, à quo filius natus, à quo spiritus sanctus non natus, quia nõ est filius, neq; ingenitus, quia non est pater, neq; factus, quia non est ex nihilo, sed ex deo patre & deo filio deus procedẽs. Pater æternus, eò quod æternũ habeat filiũ cuius æternus sit pater. Filius æternus, eò quod sit patri coæternus. Spiritus sanctus æternus, eo quod sit patri & filio coæternus. Nõ cõfusa in una persona trinitas, ut Sabellius dicit, neq; separata aut diuisa in natura diuinitas, ut Arrius blasphemat, sed alter in persona pater, alter in persona filius, alter in persona spiritus sanctus. Vnus natura in sancta trinitate deus

De incarnatione Christi. II

pater & filius & spiritus sanctus. Nõ pater car C nẽ assumpsit, neq; spiritus sanctus, sed filius tantũ: ut qui erat in diuinitate dei patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius: ne filij nomen ad alterum trãsiret, qui nõ esset æterna natiuitate filius. Dei ergo filius factus est hominis filius, natus secundũ ueritatẽ naturę ex deo dei filius, et secundũ ueritatẽ naturæ ex homine hominis filius: ut ueritas geniti nõ adoptiõe, nõ appellatione, sed in utraq; natiuitate filij nomẽ nascẽdo haberet, & esset uerus deus & uerus homo unus filius. Nõ ergo duos Christos neq; duos filios fatemur, sed deũ & hominẽ unũ filiũ. Quẽ propter ea & unigenitũ dicimus, manentẽ in duabus substãtijs, sicut ei naturę ueritas cõtulit, nõ cõfusis naturis, neq; immixtis sicut Timothiani uolũt, sed D societate unitis. Deus ergo hominẽ assumpsit, homo in deũ transiuit, nõ naturæ uersibilitate, sicut Apollinaristæ dicũt, sed dei dignatiõe: ut nec deus mutaretur in humanã substantiã assumẽdo hominẽ, nec homo in diuinã glorificatus in deum: quia mutatio uel uersibilitas naturæ & diminutionẽ & abolitionẽ substãtiæ facit. Creditur à nobis sine cõfusione cõiuncta sancta trinitas, sine separatiõe distincta. Natus est ergo dei filius ex homine & nõ per hominẽ, id est, nõ ex uiri coitu, sicut Ebion dicit: sed carnẽ ex uirginis corpore trahens, et nõ de cœlo secũ afferens, sicut Marcion, Origenes, & Eutyches affirmant, Neq; in phantasia, id est absq; carne, sicut Valẽtinus asserit, id

196

est, neq; putatiue imaginatũ, sed corpus uerũ. Nõ tantum carnẽ ex carne, sicut Marcianus, sed uerus deus ex diuinitate, & uerus homo ex carne, unus filius, in diuinitate uerbũ patris & deus, in homine anima & caro. Anima nõ absq; sensu & ratione, ut Apollinaris, neq; caro absq; anima, ut Eunomius: sed anima cũ ratiõe sua, & corpus cũ sensibus suis, per quos sensus ueros in passiõe, & ante passionem suæ carnis dolores sustinuit. Neq; sic est natus ex uirgine, ut & diuinitatis initium homo nascẽdo acceperit, quasi anteq; nasceretur ex uirgine deus nõ fuerit, sicut Artemon & Beryllus & Marcellus docuerũt: sed æternꝰ deus & homo ex uirgine natus est. Nihil creatũ aut seruiens in trinitate credamus, ut uult Dionysius fons Arrij: nihil inæquale, ut uult Eunomius, ut Arrius: nihil inæquale gratiæ, ut uult Aetius: nihil anterius posterius ue aut minus, ut Arrius: nihil extraneũ aut officiale alteri ut Macedonius: nihil persuasione aut surreptione insertũ, ut Manichæus: nihil corporeũ, ut Melito & Tertullianus: nihil corporaliter effigiatum, ut Anthropomorphus & Vadianus: nihil sibi inuisibile à creaturis, ut Origenes: nihil creaturis uisibile, ut Fortunatus: nihil morib. uel uoluntate diuersum, ut Marcion: nihil ex trinitatis essentia ad creatarũ naturã deductum, ut Plato & Tertullianus: nihil officio singulare nec alteri cõmunicabile, ut Origenes: nihil cõfusum, ut Sabellius: sed totũ perfectum, quia totũ ex uno & unũ ex toto: nõ tamẽ solitariũ, ut præsumũt Praxeas & Syluanus, Pentapolitana damnabilis illa doctrina. Homousios ergo, id est coessentialis in diuinitate patri filius, Homousios patri & filio & spiritus sanctus, homousios deo & homini unus filius, manens deus in homine suo in gloria patris, desiderabilis uide ri ab angelis: sicut pater & spiritus sanctus adorari ab angelis & ab omni creatura: nõ homo factus præter deũ, uel Christus cum deo, sicut blasphemat Nestorius, sed homo in deo & deus in homine. Erit resurrectio mortuorũ omniũ hominũ, sed una & insimul & semel. Nõ prima iustorum, & secũda peccatorũ, ut fabula est somniatorũ, sed una omniũ. Et si id resurgere dicitur qd cadit, caro ergo nostra in ueritate resurgit, sicut in ueritate cadit. Et nõ secũdũ Origenẽ immutatio corporũ erit, id est aliud nouũ corpꝰ p carne: sed eadẽ caro corruptibilis quę cadit tã iustorum qm iniustorũ incorruptibilis resurget, quę uel pœnã sufferre possit p peccatis, uel in gloria æterna manere

manere p meritũ. Omniũ em̃ hominũ erit resurrectio. Si omniũ erit, ergo omnes moriunt̃, ut A mors ab Adã ducta omnib. filijs eius dominet̃, & maneat illud priuilegiũ in dño quod de eo specialiter dicit: Nõ dabis sanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Eius enim caro nõ uidit corruptionẽ. Hãc rationẽ maxima patrum turba tradẽte suscepimus. Verũ quia sunt & alij æque catholici & eruditi uiri, q credũt, anima in corpore manẽte immutãdos ad incorruptionẽ & immortalitatẽ eos q in aduẽtu dñi uiui inueniẽdi sunt, & hoc eis reputari, p resurrectiõe ex mortuis, q̃ mortalitatẽ immutatione deponãt, non morte: quolibet q̃s acquiescat modo, nõ est hæreticus, nisi ex cõtẽtione hæreticus fiat. Sufficit em̃ in Ecclesię lege carnis resurrectionẽ credere futurã de morte. Quod aũt dicimus in symbolo, in aduẽtu dñi uiuos ac mortuos iudicãdos, nõ solũ iustos et peccatores signi ficari, sicut Diodorus putat, sed & uiuos eos q in carne inueniẽdi sunt credimus, q adhuc moritu ri credunt̃, uel immutãdi sunt, ut alij uolũt, ut suscitati cõtinuo uel reformati cũ ante mortuis iudicent̃. Post resurrectionẽ & iudiciũ nõ credamus restitutionẽ futurã, quã Origenes delirat: ut dæmones uel impij homines post tormẽta quasi supplicijs expurgati, uel illi in angelicã qua creati sũt redeãt dignitatẽ, uel isti iustorũ societate donent̃: eò q̃ hoc diuinæ cõueniat pietati, ne quid ex rationalib. pereat creaturis, sed quolibet modo saluet̃. Sed nos credamus ipsi iudici omniũ & retributori iusto, qui dixit: Ibũt impij in supplicium æternũ, iusti aũt in uitã æternã, ut percipiãt fructũ operũ suorũ. In principio creauit deus cœlũ & terrã & aquã ex nihilo. Et cum adhuc tenebrę ipsam aquã occultarẽt, & aqua terrã abscõderet, facti sunt angeli et omnes cœlestes uirtutes, ut non esset ociosa dei bonitas, sed haberet in quib. per multa ante spacia bonitatẽ suã ostẽderet: et ita hic uisibilis mundus ex materia quæ à deo facta fuerat factus est & ornatus. Nihil incorporeum & inuisibile natura credendũ, nisi solũ deũ, id est patrẽ & filiũ & spiritũsanctũ. Qui ideo recte incorporeus creditur, quia ubiq; est, & omnia implet atq; cõstringit: ideo & inuisibilis omnib. creaturis, q̃a incorporeus est. Creatura omnis corporea est, angeli & omnes cœlestes uirtutes corporeę, licet nõ carne subsistãt. Ex eo aũt corporeas esse credimus intellectuales creaturas, q̃ localiter circũscribunt̃, sicut & anima humana quæ carne claudit̃, & dæmones qui p substantiã angelicę naturę sũt.

Immortales esse credimus intellectuales naturas, quia carne carẽt, nec habẽt quò cadãt ut resurrectione egeãt post ruinã necessaria. Animas hominũ nõ esse ab initio inter cęteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit: neq; cũ corporib. p coitũ seminant̃, sicut Luciferiani, Cyrillus & aliqui Latinorũ præsumptores affirmãt, quasi naturæ cõsequentiã seruantes. Sed dicimus creationẽ animæ solũ creatorẽ omniũ nosse, & corpus tantũ per cõiugij copulã seminari, dei uero iudicio coagulari in uulua & cõpin

De resurrectione omnium. Cap. VII

Psal. 15

De iudicio uiuorum et mortuorum. VIII

Quibus modis uirgo concepit

De diuersis generibus spiritus. Cap. IX

De creatura incorporea. Cap. XI

Matth. 25

Quibus modis uirgo concepit

De homine. Cap. V

De creatura incorporea. Cap. XII

De resurrectione mortuorum. Cap. VI

Intellectuales naturæ immortales. XIII

Quibus modis homines creati. XIIII

gi atq; formari, ac formato iã corpore animã creari & infundi, ut uiuat in utero homo ex anima cõstans & corpe, & egrediat̃ uiuus ex utero, plenus humana substãtia. Neq; duas animas esse dicimus in uno homine, sicut Iacobus & alij Syrorũ scribũt, unã animalẽ qua animetur corpus, & immixta sit sanguini, & alterã spiritalẽ quæ rationẽ ministret: sed dicimus unã esse eandẽq; animã in homine, quę & corpus sua societate uiuificet, & semetipsam sua rõne disponat, habẽs in sese libertatẽ arbitrij, ut in suę substãtiæ eligat cogitatione qd̃ uult. Solũ hominẽ credimus habere animã substãtiuã quę exuta corpore uiuit, & sensus suos atq; ingenia uiuaciter tenet. Nõ cũ corpore moritur, sicut Aratus asserit: neq; post modicũ interuallum, sicut Zenon dicit, quia substãtialiter uiuit.

Quod duæ animæ non sint in homine Cap. XV

Anima hominis immortalis. Cap. XVI

Animaliũ uero animę nõ sunt substãtiuæ, sed cũ carne ipsa carnis uiuacitate nascunt̃, & cũ carnis morte finiunt̃ & moriunt̃, & ideo nec ratiõe regũtur, sicut Plato & Alexãder putant, sed ad omnia naturę incitamẽta ducunt̃. Anima humana, nõ cũ carne moriẽ, quia nõ cũ carne, ut superius dixi mus, seminat̃, sed formato in uẽtre matris corpore, dei iudicio creatur & infundit̃, ut uiuat homo intus in utero, & sic, p̃cedat natiuitate in mundũ.

Animæ bruto rũ. Ca. XVII

Infunditur anima. XVIII

Duabus substãtijs tantũ cõstat homo, anima & corpore. Anima cũ ratiõe sua, & corpore cũ sensibus suis. Quos tamẽ sensus absq; animæ societate nõ mouet corpus, Anima uero & sine corpore rationale suũ tenet. Non est tertius in substãtia hominis spiritus, sicut Didymus contẽdit, sed spiritus ipsa est anima, p spiritali natura, uel p eo qd̃ spiret in corpore spiritus appellatur. Anima uero ex eo uocat̃, q̃ ad uiuendũ uel ad uiuificandũ animet corpus. Tertiũ uero qui ab Apostolo cũ anima & corpore inducit̃ spiritũ, gratiã sanctispiritus esse intelligamus, quã orat Apostolus ut integra pseueret in nobis, ne nostro uitio aut minuat̃ aut fugetur à nobis, quia spiritus sanctus effugiet ficium. Libertati arbitrij sui cõmissus est homo statim in prima cõditione, ut sola uigilãtia mẽtis annitẽte, etiã in præcepti custodia perseueraret, si uellet in eo qd̃ creatus fuerat permanere. Post q̃s uero seductione serpẽtis per Euã cecidit, naturæ bonũ perdidit, pariter & uigorẽ arbitrij: nõ tamẽ electionẽ, ne nõ esset suũ q̃ euitaret peccatũ, nec merito indulgeretur q̃ nõ arbitrio diluisset. Manet itaq; ad quærendam salutẽ arbitrij libertas, id est rationalis uolũtas, sed admonẽte prius deo & inuitãte ad salutẽ, ut uel eligat, uel sequat̃, uel agat occasione salutis, hoc est inspiratione dei. Vt aũt cõsequatur quod eligit, uel quod sequit̃ uel quod occasione agit, dei esse libere cõfitemur. Initiũ ergo salutis nostrę deo miserãte habemus: ut acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est: ut adipiscamur quod acquiescẽdo admonitioni cupimus, diuini est muneris: ut nõ labamur in adepto salutis munere, solicitudinis nostræ est & cœlestis pariter adiutorij: ut labamur, potestatis nostrę est & ignauiæ. Nõ tamẽ ad obtinendã sine illo, qui quærẽtes facit inuenire, qui pulsantibus

Duæ substantiæ hominis Cap. XIX

Anima & spiritus idem Cap. XX

De libero arbitrio. XXI

Universidad de Deusto
Biblioteca

aperit,q̃ petentib.donat. Sicut ergo initiũ salutis
nostræ deo miserãte & inspirãte habere nos credi A
mus:ita arbitriũ naturę nostræ sequax esse diui-
næ inspirationis,libere cõfitemur.Igit̃ ut nõ laba
mur à bono uel naturæ uel meriti,sollicitudinis
nostræ est & cœlestis pariter adiutorij: ut laba-
Gratia. mur,potestatis nostræ & ignauiæ. Firmissime
Caput XXII credendũ est,in præuaricatione Adæ omnes ho-
mines naturalẽ possibilitatẽ & innocentiã perdi
disse:& neminẽ de profundo illius ruinę p liberũ
arbitriũ posse cõsurgere,nisi eũ gratia dei miserã-
tis erexerit:liberũ enim arbitriũ ille ppessus,dum
suis incõsultius utit̃ bonis,cadẽs in præuaricatio
nis profunda demersus est. Et nihil quẽadmodũ
exinde surgere posset inuenit,suaq; in æternũ li-
bertate deceptus,huius ruinæ latuisset oppressũ, B
nisi eũ post Christi,p sua gratia releuasset aduen-
tus,qui p nouæ regenerationis purificationẽ om-
ne præteritũ uitiũ sui baptismatis lauacro purga-
Nemo bonus p se. uit. Neminẽ esse p semetipsum bonũ nisi parti-
XXIII cipationẽ sui ille donauerit qui solus est bonus.
Perseuerantia in bonis à deo. Ca. XXIIII Neminẽ etiam baptismatis gratia renouatũ ido-
neũ esse ad superãdas diaboli insidias,et ad uincẽ
das carnis cõcupiscẽtias,nisi p quotidianũ adiu-
torij dei,pseuerantiã bonę cõuersationis accepe
Liberum arbitrium. XXV rit. Quod nemo nisi p Christũ libero bene utat̃
arbitrio,idẽ magister in epistola ad Mileuetanũ
cõcilij data prędicat,dicẽs: Aduerte tandẽ ó pra
uissimarũ mentiũ doctrina,q̃ primũ hominẽ ita
libertas ipsa decepit,ut dũ indulgẽtius frenis ei⁹
utit̃,in præuaricationẽ præsumptione incideret.
Nec ex hac potuit erui,nisi ei ,puidẽtia regenera- C
tionis statũ pristinæ libertatis Christi dñi refor-
Merita. masset aduẽtus. Quod omnia studia & omnia
Cap, XXVI opera ac merita sanctorũ ad dei gloriã laudẽq; re-
ferẽda sint,quia nemo aliũde ei placeat,nisi ex eo
qd̃ ipse donauerit: in quã nos sentẽtiã dirigit bea
tæ recordationis papæ Zozimi regularis autho-
ritas,cũ scribẽs ad toti⁹ orbis Episcopos ait:Nos
aũt instinctu dei,omnia enim bona ad authorẽ su
um referẽda sunt unde nascũtur,ad fratrũ & coe-
piscoporũ nostrorũ cõscientiã uniuersa retulimus.
Hunc aũt sermonẽ synceriss̃imæ ueritatis luce ra
diantẽ tãto Aphri Episcopi honore uenerati fũt,
ut ita ad eundẽ uitrũ scriberẽt,Illud uero qd̃ in lite
ris quas ad uniuersas ,puincias curasti esse mittẽ
das posuisti,dicẽs:Nos tamẽ instinctu dei,&c.sic D
accipimus dictũ, ut illos qui cõtra dei adiutoriũ
extollunt humani arbitrij libertatẽ, districto gla-
dio ueritatis uelut cursim transiens amputares.
Quid.n.tã libero fecisti arbitrio,q̃ p uniuersa in
nostrę humilitatis cõscientiã retulisti:& tamẽ in-
stinctu dei factũ esse fideliter sapiẽterq; uidisti,ue
raciter fidẽterq; dixisti.Ideo utiq;,quia præparat̃
uoluntas à dño,& ut boni aliquid agãt, paternis
inspirationib.suorũ ipse tãgit corda filiorũ. Quot
quot em̃ spiritu dei agunt̃, hi filij dei sunt, ut nec
nostrũ deesse sentiamus arbitriũ,& in bonis qui-
Quicquid bõi ex deo. busq; uolũtatis humanæ singulis motibus,magis
Ca. XXVII illius ualere nõ dubitemus auxiliũ. Ita deus ex
cordibus hominũ,atq; in ipso libero operat̃ arbi-

trio,ut sancta cogitatio, piũ cõsilium,omnisq; mo-
tus bonæ uolũtatis ex deo sit: quia per illũ aliq̃d
boni possumus,sine quo nihil possumus. Qui- *Gratia. Ca. XXI*
cunq; dixerit gratiã dei qua iustificamur p Iesum
Christũ dñm nostrũ,ad solã remissionẽ peccato-
rum ualere quæ iã cõmissa sunt,nõ etiã ad adiuto-
riũ gratiæ ut nõ cõmittant̃,anathema sit. Quis- *Intelligẽtia gratiæ. Ca. XX*
quis dixerit gratiã dei p Iesum Christũ,ꝓpter hoc
tantũ nos adiuuare ad nõ peccãdũ, quia p ipsum
nobis reuelatur & aperit̃ intelligẽtia mãdatorũ,
ut sciamus quid appetere & q̃d uitare debeam⁹,
nõ aut̃ per illã nobis præstari ut q̃d faciendũ co
gnouimus etiã facere diligamus atq; ualeamus, *Precẽ fidei dotis. XX*
anathema sit. Obsecrationũ quoq; sacerdotaliũ
sacramẽta respiciamus,quę ab Apostolis tradita
in toto mũdo,atq; in omni catholica Ecclesia uni
formiter celebrant̃,ut legem credẽdi,lex statuat
supplicãdi. Cũ em̃ sanctarũ plebiũ præsules man
data sibimet legatiõe fungantur apud diuinã cle-
mentiã,humani generis agũt causam,et tota secũ
Ecclesia cõgemiscẽte postulãt & precant̃,ut infi-
delibus donet̃ fides, ut idololatræ ab impietatis
suæ liberent̃ errorib⁹,ut Iudæis ablato cordis ue-
lamine,lux ueritatis appareat, ut hęretici catholi
cæ fidei pceptione relipiscãt,ut schismatici spiri-
tũ rediuiuæ charitatis accipiãt,ut lapsis pœniten
tiæ remedia cõferant̃,ut deniq; catechumenis ad
regenerationis sacramẽta perductis, cœlestis mi-
sericordię aula reseretur.Hæc aũt nõ perfũctorie
neq; inaniter à dño peti,rerũ ipsarũ mõstrat effe-
ctus,quandoquidẽ ex omni errorũ genere pluri-
mos deus dignat̃ attrahere,quos erutos de pote-
state tenebrarũ transferat in regnũ filij charitatis
suæ,& ex uasis iræ faciat uasa misericordiæ. Q̃d
adeo totũ diuini operis esse sentitur,ut hęc efficia-
enti deo gratiarũ semp actio laudisq; cõfessio ,p *Eucharistia. Ca. XXX*
illuminatione taliũ uel correctione referant̃. Il- *Iustificatio. Ca. XXXI*
lud etiã quod circa baptizãdos in uniuerso mun-
do sancta Ecclesia uniformiter agit,nõ ocioso cõ- *Preces pro*
tẽplamur intuitu. Cũ siue paruuli,siue iuuenes ad *baptizandis. Ca.*
regenerationis ueniũt sacramentũ, nõ prius fontẽ *XXXII*
uitæ adeãt q̃s exorcismis & exufflationibus cleri
corũ spiritus ab eis immũdus abigat̃ : ut tũc uere
appareat quomõ princeps mũdi huius mittat̃ fo-
ras, & quomõ prius alligetur fortis & deinceps
uasa eius diripiant̃, in possessionẽ trãslata uicto-
ris,qui captiuã ducit captiuitatẽ, & dat dona ho- *Gratia q̃ non*
minibus. Omniũ bonorũ affectuũ atq; operũ, *merita præce-*
& omniũ studiorũ,omniũq; uirtutũ quib. ab ini- *dat. XXXIII*
tio fidei ad deũ tendit̃, deũ profitemur authorẽ.
Et nõ dubitamus ab ipsius gratia omnia hominis
merita præueniri,p quẽ fit ut aliquid boni & uel-
le incipiamus & facere. Quo utiq; auxilio & mu
nere dei nõ aufertur liberũ arbitriũ,sed liberatur,
ut de tenebroso lucidũ,de prauo rectũ,de langui-
do sanũ,de imprudẽte sit prouidũ. Tãta enim est
erga omnes homines bonitas dei,ut nostra uelit
esse merita,quæ sunt ipsius dona,& ,p ijs quæ lar
gitus est æterna prędmia sit donaturus. Agit quip
pe in nobis ut q̃d uult & uelimus & agamus:nec
ociosa esse in nobis patit̃ quæ exercẽda nõ negli-
genda

gẽda donauit. nec nos cooperatores simus gra-
tiæ dei,ac si q̃d in nobis ex nostra uiderimus re- A
missiõe lãguescere,ad illũ solicite recurramus,q̃
sanat omnes lãguores nostros, & redimit de inte
ritu uitã nostrã,& cui quotidie dicimus : Ne nos
Adam primo immortalis. Ca. XXXIII inducas in tẽtationẽ,sed libera nos à malo. Qui-
cunq; dicit Adã primũ hominẽ mortalẽ factũ,ita
ut siue peccaret,siue nõ peccaret,morere- in cor-
De baptizan. dis infantiũ. XXXIII pore hoc,id est de corpore exiret,nõ peccati me-
rito,sed necessitate naturæ,anathema sit. Qui-
cunq; paruulos recẽtes ab uteris matrũ baptizã-
dos negat,aut dicit in remissionẽ quidẽ peccato-
rũ eos baptizari,sed nihil ex Adã trahere origi-
nalis peccati,q̃d lauacro regeneratiõis expietur,
unde sit consequẽs ut in eis forma baptismatis in
remissionẽ peccatorũ nõ uera,sed falsa intelliga-
tur,anathema sit: Quoniã nõ aliter intelligendũ B
Rom. 5 est q̃d ait Apostolus:Per unũ hominẽ peccatum
intrauit in mundũ,& per peccatũ mors, & ita in
oẽs homines pertrãsiit, in quo oẽs peccauerũt:
nisi quẽadmodũ Ecclesia catholica ubiq; diffusa
semper intellexit. Propter hãc enim fidei regulã
etiã paruuli qui nihil peccatorũ in seipsis adhuc
cõmittere potuerũt, ideo in peccatorũ remissio-
Omnes uere ipsos peccato. XXXV nẽ ueraciter baptizant̃,ut in eis regeneratiõe mũ
detur,q̃d generatiõe traxerũt. Quod ait s.Ioã-
nes apostolus:Si dixerimus quia peccatũ nõ ha-
bemus, nosipsos seducimus,& ueritas in nobis
nõ est:q̃s quis sic accipiendũ putauerit ut dicat,p-
pter humilitatẽ nõ oportere dici nos non habere
peccatũ,nõ quia ueritas est,anathema sit. Sequit̃
enim Apostol⁹ & adiũgit:Si aũt cõfessi fuerimus C
peccata nostra,fidelis est & iustus q̃ remittat no-
bis peccata,& mũdet nos ab omni iniqtate. Vbi
satis apparet,hoc nõ tantũ humiliter,sed etiã ue-
raciter dici. Poterat em̃ Apostolus dicere:Si dixe
rimus,nõ habem⁹ peccatũ,nosipsos extollim⁹,&
humilitas in nobis nõ est.Sed cũ ait:Nosipsos de-
cipimus,& ueritas in nobis nõ est:satis ostendit,
eũ q̃ dixerit se nõ habere peccatũ, nõ uerũ loqui,
Dominus orãs pro dimittẽdis peccatis non p seipsis hoc dicãt, sed falsum. Quicũq; dixerit in oratiõe dñica id
eo dicere sanctos:Dimitte nobis debita nostra:ut
XXXVI ista petitio,sed ,p alijs qui sunt in suo populo pec-
catores:& ideo nõ dicere unũquẽq; sanctorũ,Di-
mitte mihi debita mea,sed dimitte nobis debita
nostra,ut hoc ,p alijs poti⁹ q̃s pro se iustus petere D
intelligat̃ : anathema sit. Sãctus em̃ & iustus erat
Iac.3 Apostolus Iacobus,cũ dicebat: In multis em̃ of-
Psal.142 fendimus oẽs.Nã quare additũ est,oẽs,nisi ut ista
sentẽtia cõueniret Psalmo ubi legit̃: Ne intres in
iudiciũ cũ seruo tuo,quoniã nõ iustificabit̃ in cõ-
spectu tuo omnis uiuẽs:Et in oratiõe sapiẽtissimi
Eccles.7 Salomonis:Nõ est homo q̃ nõ peccet. Et in libro
Iob.37 sancti Iob : In manu oẽm hominis signat, ut sciat
Dan.9 oẽm homo infirmitatẽ suã. Vnde etiã Daniel san
ctus& iustus,cũ in oratiõe pluraliter diceret,Pec
cauimus,iniquitatẽ fecim⁹,& cætera quę ibi ue-
raciter & humiliter cõfiteb̃,ne putaret̃ quẽadmo
dũ quidã sentiũt,hoc nõ de suis,sed de populi sui
dixisse peccatis;postea dixit, Cũ orare & cõfite-

rer peccata mea, & peccata populi mei dño deo
meo:noluit dicere,peccata nostra,sed populi sui
dixit,& sua:quoniã futuros ipsos q̃ tã male intelli
gerẽt tanq̃ Propheta pręuidit. Quicũq; ipsa uer *Dimittũtur debita etiã factis*
ba dñicæ oratiõis,ubi dicim⁹,Dimitte nobis de- *XXXVII*
bita nostra:ita uolũt à sanctis dici,ut humiliter nõ
ueraciter hoc dicat̃:anathema sit. Quis em̃ ferat
orãtẽ,nõ hominib.sed ipsi dño mẽtientẽ,q̃ labijs
sibi dicit dimitti uelle,& corde dicit quæ sibi di-
mittanẽ debita nõ habere. Si q̃s p offensam prę *Lapsus Adæ*
uaricatiõis Adæ nõ totũ,id est, secundũ corp⁹ & *XXXVIII*
animã in deteri⁹ dicit hominẽ cõmutatũ,sed ani-
mæ libertate illæsa durãte corp⁹ tantũmodo cor-
ruptioni credit obnoxiũ,Pelagij errore deceptus
aduersat̃ scripturę dicẽti: Anima quę peccauerit,
ipsa morie-. Et,Nescitis,qm̃ cui obeditis,et à quo
q̃s superat̃ eius seruus adhic-. Si quis soli Adæ *Peccatũ Adæ*
prævaricationẽ suã,nõ etiã eius propagini asserit *in posteros*
nocuisse,aut certe mortẽ tantũ corpis quę pœna *XXXIX*
peccati est,nõ aũt & peccatũ q̃d mors est animæ *Rom. 5*
per unũ hominẽ in omne genus humanũ trãsisse
testat̃, iniustitiã deo dabit, cõtradicẽs Apostolo
dicẽti:Per unũ hominẽ peccatũ intrauit in mun-
dũ,& p peccatũ mors,& ita in oẽs homines per-
trãsijt,in quo oẽs homines peccauerũt. Si q̃s in- *Gratia. XL*
uocatione humana gratiã dei dicit posse cõferri,
nõ aũt ipsam gratiã facere ut inuocet̃ à nobis,cõ
tradicit Esaię ,pphetę,uel Apostolo idẽ dicẽti:In-
uẽt⁹ sum à nõ quęrẽtib. me,palã apparui ijs q̃ me
nõ interrogabãt. Si q̃s ut à peccato purgemur *Voluntas bõa à*
uolũtatẽ nostrã deũ expectare cõtendit,nõ aũt ut *deo. Ca. XLI*
etiã purgari uelim⁹, p sanctũ spiritus infusionẽ &
operationẽ in nobis fieri cõfiteb̃,resistit ipsi spiri-
tui sancto p Salomonẽ dicẽti:Præparat̃ uoluntas à
dño.Et Apostolo salubriter prędicãti:Deus est q̃
operat̃ in nobis & uelle & pficere,p bona uolũta-
te. Si q̃s sicut augmentũ,ita etiã initiũ fidei,ip- *Gratia operatur omnia.*
sumq; credulitatis affectũ quo in eũ credim⁹ qui
iustificat impiũ, et ad regenerationẽ sacri baptis- *Cap. XLII*
matis puenimus,nõ gratię donũ, id est per inspi-
rationẽ spũsancti corrigentẽ uolũtatẽ nostrã ab
infidelitate ad fidem,ab impietate ad pietatẽ,sed
naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogma
tib. aduersari⁹ approbat̃, beato Apostolo Paulo *Philip. 1*
dicẽte:Cõfidimus,quia qui cœpit in uobis bonũ
opus pficiet usq; in diẽ Christi Iesu. Et illud: Vo- *Ibidem*
bis datũ est,p Christo,nõ solũ ut in eũ credatis,ue
rũetiã ut,p illo patiamini. Et,Gratia salui facti e- *Ephes.2.*
stis p fidẽ,& hoc nõ ex uobis,dei enim donũ est.
Qui enim fidẽ qua in deũ credim⁹ dicũt esse na-
turalẽ,oẽs eos q̃ ab ecclesia Christi alieni sunt,
quodãmodo fideles esse definiũt. Si q̃s sine gra *Gratiæ omnia deberi.*
tia dei credentib.uolẽtibus,desiderantib⁹,conãti
bus,studẽtibus,petẽtibus,quærẽtibus,pulsantib. *Cap. XLIII*
nobis misericordiã dicit cõferri diuinitus,nõ aũt
ut credamus,uelimus,uel hæc omnia sicut opor-
tet agere ualeamus p infusionẽ et inspirationẽ san
ctispiritus in nobis fieri confiteb̃:& aut humilita-
ti,aut obedictiæ humanę subiũgit gratiæ adiuto-
riũ,nec ut obedientes & humiles sim⁹ ipsius gratię
donũ esse cõsentit: resistit Apostolo dicẽti, Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hominẽ nihil posse sine deo Ca. XLIIII

enim habes, qđ non accepisti? Et, Gratia dei sum id qđ sum. Si quis p naturę uigorẽ bonũ aliqđ qđ ad salutẽ ptinet uitæ æternę cogitare ut expedit aut eligere, siue salutari, id est Euãgelicę prędicationi cõsentire posse confirmat, absq; illuminatione & inspiratiõe spũssancti, q dat omnib. suauitatẽ in cõsentiẽdo & in credẽdo ueritatẽ, hęreticõ fallitur spiritu, nõ intelligẽs uocẽ dei in Euãgelio, dicẽtis: Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli: Nõ q̃ idonei simus cogitare aliqđ à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Si qs alios p misericordiã, alios uero p liberũ arbitriũ, qđ in omnib. q de pręuaricatiõe primi hominis nati sunt cõstat esse uitiatũ, ad gratiã baptismi posse uenire cõtẽdit, à recta fide ꝓbatur alienus. Ille enim nõ omniũ liberũ arbitriũ p peccatũ primi hominis asserit infirmatũ: aut certe ita lædsum putat, ut tamẽ quidã ualeãt sine reuelatiõe dei ministeriũ salutis æternæ p semetipsos posse cõquirere. Qđ q̃ sit contrariũ ipse dns, ꝓbat, qui nõ aliquos sed neminẽ ad se posse uenire testatur, nisi quẽ pater attraxerit. Sicut & Petro dicit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meꝰ qui in cœlis est. Et Apostolus: Nemo potest dicere dns Iesus, nisi in spiritu sancto. Arbitriũ uoluntatis in primo homine infirmatũ, nisi per gratiã baptismi nõ potest reparari. Quod amissum nisi à quo potuit dari, nõ põt reddi. Vnde ueritas dicit: Si uos filiꝰ liberauerit, tũc uere liberi eritis. Natura humana etiãsi in illa integritate in qua est cõdita ꝑmaneret, nullo modo seipsam creatore suo nõ adiuuãte seruaret. Vnde cũ sine dei gratia salutẽ nõ posset custodire quã accepit, quõ sine dei gratia poterit reparare qđ perdidit. Sicut eis qui uolẽtes in lege iustificari à gratia excidẽrũt, uerissime dicit Apostolus: Si in lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est: sic eis qui gratiã quã cõmẽdat & ꝑcipit fides Christi, putãt esse naturã, uerissime dicitur: Si per naturã iustitia est, ergo gratis Christus mortuꝰ est: Iã hic enim erat lex, & nõ iustificabat. Iã hic erat & natura, & nõ iustificabat: ideo Christus nõ gratis mortuus est, ut & lex p illũ implere tur qui dixit, Nõ ueni soluere legẽ, sed implere: et natura per Adã perdita, p illũ repararẽt, q dixit, uenisse se quærere & saluare quod perierat. Secundũ suprascriptas sanctarũ scripturarũ sententias, uel antiquorũ patrũ definitiones, hoc deo, ꝓpitiante & prædicare debemus & credere, q̃ per peccatũ primi hominis, ita genus humanũ sit inclinatũ, ut nullus postea aut diligere deũ sicut oportuit, aut credere in deũ, aut operari ꝓpter deũ quod bonũ est possit, nisi eũ gratia misericordiæ diuinæ præuenerit. Vnde & Abel iusto & Noe & Abrahæ & Isaac & Iacob, omniq; antiquorũ sanctorũ multitudini illã præclarã fidẽ quã in ipsorũ laude prędicat Apostolus Paulus, nõ per bonũ naturæ, qđ prius in Adã datũ fuerat, sed p gratiã dei credimus fuisse collatã. Quam gratiã etiã post aduẽtũ dñi omnib. qui baptizari desiderãt, nõ in libero arbitrio haberi, sed Christi nouimus

Ioan. 15
2. Cor. 3
Solus deus tribuit hominem. Cap. XLV
Matth. 5
Luc. 19
Repetitio superiorum. Cap. XLIX
1. Cor. 12
Liberum arbitriũ. XLVI
Gratia. Cap. XLVII
An gratia sit natura. Ca. XLVIII

simul & credimus largitate cõfe... secundũ illud quod iam sæpe dictũ est & prędicat Paulus Apostolus: Vobis donatũ est pro Christo non solũ ut in eum credatis, sed etiã ut pro eo patiamini. Et illud: Deus q cœpit in uobis bonũ opus, perficiet usq; in diem dñi nostri. Et illud: Gratia salui facti estis per fidẽ, & hoc nõ ex uobis, dei enim donũ est. Et qđ de seipso ait Apostolus: Misericordiã consecutus sum, ut fidelis essem. Non dixit quia erã, sed ut essem. Et illud: Quid habes qđ nõ accepisti? Et illud: Omne datũ bonũ, & omne donum perfectũ desursum est, descendẽs à patre luminũ. Et illud: Nemo habet quicquã nisi illi datũ fuerit desuper. Hoc etiã secundũ fidem catholicã credimus, q̃ post acceptã baptismi gratiã, omnes baptizati Christo auxiliãte & cooperãte quæ ad salutem animæ pertinẽt possunt & debeãt si fideliter laborare uoluerint adimplere. Aliquos uero ad malũ diuina potestate prædestinatos esse, non solũ nõ credimus, sed etiam si sunt qui tantũ mali credere uelint cũ omni detestatione illis anathema dicimus. In omni opere bono nõ nos incipimus, & postea p dei misericordiã adiuuamur, sed ipse nullis præcedẽtib. bonis meritis & fidẽ & amorẽ sui prius inspirat: ut & baptismi sacramẽta fideliter regramꝰ, & post baptismũ cũ ipsius adiutorio ea quæ sibi sũt placita implere posimus. Vnde manifestissime credẽdũ est, qđ & illius latronis quem dñs ad paradisi patriã reuocauit, & Cornelij Cẽturionis ad quẽ angelꝰ dñi missus est: Zacheiq; qui ipsum dñm suscipere meruit illa tã admirabilis fides nõ fuerit de natura, sed diuinæ gratię largitate donata. Baptisma unũ est, sed in ecclesia, ubi una fides est, ubi in nomine patris & filij & spũssancti datur. Et ideo si qui apud illos hæreticos baptizati sunt q in sanctæ Trinitatis confessione baptizãt, & uentũt ad nos, recipiantur qui dẽ ut baptizati, ne sãctæ Trinitatis inuocatio uel cõfessio annulletur: sed doceant integre & instruatur, quo sensu sanctę Trinitatis mysteriũ in ecclesia teneat: & si consentiũt credere uel acquiescũt cõfiteri, purgati iã fidei integritate cõfirmẽt manus impositione. Si uero paruuli sunt uel hebetes qui doctrinã nõ capiãt, respõdeant ꝓ illis qui eos offerũt iuxta morẽ baptizãdi: & sic manus impositiõe & chrismate cõmuniti Eucharistiæ mysterijs admittant. Illos aũt qui nõ sanctę trinitatis inuocatiõe apud hæreticos baptizati sũt, & uentũt ad nos, baptizari debere pronũciamus, nõ rebaptizari. Neq; enim credẽdũ est eos fuisse baptizatos, qui nõ in nomine patris & filij & spũssancti iuxta regulã à dño positã tincti sunt: ut sunt Paulini, Procliani, Borboritæ, Siphori qui nũc uocãtur Bonosiani, Photiniani, Montani & Manichæi, uariaq; impietatis germina: uel cæterę istorũ originis siue ordinis pestes, quę duo principia sibi ignota introducũt, ut Cerdõ & Marcion: uel cõtraria, ut Manichęus: uel tria & barbara, ut Setianus & Theodosius: uel multa, ut Valẽtinꝰ: uel Christũ hominẽ fuisse absq; deo, ut Cerinthus, Hebion, Artemõ & Photinus. Ex illis, inquã, si q ad

De baptismo. Cap. LIII
Philip. 1
Ephes. 4
1. Cor. 7
4. sen. dist. 12 Catechumẽ est
Ioan. 3
Volentes mimi pereunt. Cap.
Imitat. mortuorum ad uitam
Pœnitẽtia Cap. LIIII
De diuinis promissionib. Cap. LV
Nihil nõ mutabile præter deum. LVIII
Stabilitas in angelis. LIX
Natura nihil est malũ. LX
Fœlicitas angelorũ. LXI
Liberauoluntas angelorũ Cap. LXII
Continentia Cap. LXIIII
Virginitas Cap. LXV
Ciborum delectus. LXVI
Nuptiæ & eibus. LXVII
Merita ex abstinẽtia. Cap. LXVIII
Beatam uirgi nẽ semper fuisse dum uirginem Cap. LXIX
De elementis mũdi. LXX

ad nos ueni... nõ requirendũ ab eis utrũ baptizati sint an nõ, sed hoc tandẽ: si credãt ecclesię fidẽ, & baptizenť ecclesiastico baptismate. Quo tidie Eucharistiæ cõmunionẽ ꝑcipere nec laudo nec reprehẽdo. Omnib. tamẽ dñicis dieb⁹ cõmunicandũ suadeo & hortor, si tamẽ mens sine affectu peccãdi sit. Nã habentẽ adhuc uoluntatẽ peccandi, grauari magis dico eucharistię ꝓceptione q̃ purificari. Et ideo quãuis qs peccato mordeatur, peccãdi nõ habeat de cętero uoluntatẽ, et cõmunicaturus satisfaciat lachrymis & orationib. & cõfidens de dñi miseratiõe, q peccata piæ cõfessioni donare cõsueuit, accedat ad eucharistiã intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia & mortalia peccata nõ grauãt. Nã quę mortalia crimina post baptismũ cõmissa premũt, hortor priꝰ publica pœnitẽtia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatũ cõmunioni socia ri, si uult nõ ad iudiciũ & cõdemnationẽ sui Eucharistiã ꝓcipere. Sed & secreta satisfactiõe solui mortalia crimina nõ negamus, sed mutato prius seculari habitu, et cõfessio religionis studio ꝓ uitę correctionẽ, & iugi imò ꝓpetuo luctu miserante deo, ita dũtaxat, ut cõtraria pro ijs quæ pœnitet agat, & Eucharistiã omnib. dñicis dieb⁹ supplex & submissus usq; ad mortẽ ꝓcipiat. Pœnitẽtia uera, est pœnitẽda nõ admittere, et admissa deflere. Satisfactio pœnitẽtię, est causas peccatorũ excidere, nec earũ suggestionibus aditũ indulgere.

In diuinis ꝓmissionib. nihil terrenũ uel trãsito riũ expectemꝰ, sicut Melitani sperãt. Nõ nuptiarum copulã sicut Cerinthus & Marcion delirãt. Nõ qđ ad cibũ uel ad potũ ptinet, sicut Papię, autore Hirenęo, & Tertullian⁹ & Lactãtius acquiescunt. Neq; post mille annos post resurrectionẽ regnũ Christi in terra futurũ, & sanctos cũ illo in delitijs regnaturos sperem⁹, sicut Nepos docuit, primã iustorũ resurrectionẽ, & secũdã impiorũ q cõfinxit. Et inter has duas mortuorũ resurrectiones, gẽtes ignorãtes deũ in angulis terrarũ in carne feruãdas. Quę post mille annos regni in terra iustorũ, instigãte diabolo mouẽdę sunt ad pugnã cõtra iustos regnãtes: & dño pro iustis pugnãte imbre igneo cõpescendas: atq; ita mortuas, cum cæteris in impietate ante mortuis ad ęterna supplicia in incorruptibili carne resuscitãdas. Nullum credimus ad salutẽ nisi deo inuitãte uenire. Nullum inuitatũ salutẽ suam nisi deo auxiliante operari. Nullũ nisi orantem auxilium promereri. Nullum dei uolũtate perire sed permissu, pro electione arbitrij, nec ingenuitas potestatis semel hominibus attributæ ad seruilem cogať necessitatẽ. Malũ uel malitia nõ est à deo creata, sed à diabolo inuẽta, quia & ipse bonus à deo creatus est. Sed qa libero arbitrio utpote rationalis creatura à deo cõmissus est, & cogitãdi acceperat facultatẽ, scientiã boni uertit ad malũ: et multa cogitãdo factus est inuẽtor mali: & quod in se ꝑdiderat, inuidit in alijs, nec cõtentus solus pire, sua sit alijs, ut qui esset suæ malitiæ inuẽtor, fieret & aliorũ autor: & ex eo malũ uel malitia ꝓcurrit in

Nuptiæ. Cap. LXIII

Melior est cõtinẽtia, sed nõ sibi sufficit ad beatitudinẽ si pro solo amore pudicitiæ retineť, sed si & cũ affectu causa uacãdi dño eligať, alioquin diuortiũ magis coniugij uidebitur esse, quàm appetitio castitatis. Virginitas utroq; bono præcelsior est, quia & naturã uincit & pugnam. Naturam, corporis integritate: pugnã, pace castimoniæ, quæ pro solo amore pudicitiæ in pace est.

Bonũ est cibũ cum gratiarũactione sumere, & quicqd deus præcepit edendũ est. Abstinere aũt ab aliquibus nõ quasi à malis, sed quasi nõ necessarijs, nõ est malũ. Moderari uero eorũ usum pro necessitate & tẽpore, proprię Christianorum est.

Malas dicere nuptias uel fornicationi compatrãdas aut stupro: cibos quoq; credere malos, uel malitias causare ꝓcipientibus, non est Christiano rum, sed proprie Hierachitarũ & Manichæorũ.

Sacratæ deo uirginitati nuptias coęquare, aut pro amore castigãdi corporis, abstinẽtib. à uino uel carnib. nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Iouiniani est. Integra fide credẽdum est, beatã Mariã dei Christi matrẽ, & uirginem cõcepisse, & uirginẽ genuisse, & post partũ *se uirginem* uirginẽ permansisse. Nec est blasphemiæ Heluidij acqescendũ qui dixit, Fuit uirgo ante partũ, non uirgo post partũ. Elementa, id est, cœlum & terrã non credamus abolenda per ignẽ, sed in melius cõmutãda, figurã quoq; mũdi, id est, ima-

Universidad de Deusto
Biblioteca

De facultatibus erogandis Cap. LXXI

ginē, non substantiā transiturā. Bonū est facultates cū dispēsatione pauperib. erogare. Melius A est pro intētione sequendi dīm in simul donare, & absolutū solicitudine cū Christo egere.

Impedimenta clericatus. Cap. LXXII

Maritum duarū post baptismū matronarū clericum non ordinandū. Neq; eum qui unā quidē, sed cōcubinā, non matronā habuit: Nec illū qui uiduā, aut repudiatā, uel meretricē in matrimonio sumpsit. Neq; eū qui semetipsum quolibet corporis sui mēbro indignatiōe aliqua uel iusto iniustóue timore superatus trūcauerit. Neq; illū qui usuras accepisse conuincit, aut in scena lusisse dinoscit. Neq; eū qui publica pœnitentia mortalia crimina deflet.

Dist. 50. c. ex pœnitentibus

Neq; illū qui aliquando in furiā uersus insaniuit, uel afflictione diaboli uexatus est. Nec eū qui per ambitionē ad imitationē Simonis magi pecuniā offert.

De reliquijs sanctorum. Ca. LXXIII

Sanctorū corpora & præcipue beatorū martyrū reliquias, ac si Christi mēbra syncerissime honorāda, & basilicas eorū nominib. appellatas uelut loca sancta diuino cultui mācipata, affectu pijssimo & deuotione fidelissima adeūdas credimus. Si quis cōtra hanc sententiā uenerit, nō Christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus credit. Baptizatis tm̄ iter esse salutis credimus, Nullū catechumenū, quamuis in bonis operib. defunctū uitam æternā habere credimus, excepto martyrio ubi tota baptismi sacramenta cōplent. Baptizandus confitet fidem suā corā sacerdote, & interrogatus respōdet: hoc & martyr corā persecutore facit, q & cōfitetur fidē suā, & interrogatus respōdet. Ille post confessionem uel aspergit aqua uel intingit: & hic uel aspergit sanguine, uel cōtingit igne. Ille manus impositione pōtificis accipit spiritūsanctū: hic habitaculū efficit spiritussancti, dum nō est ipse qui loquit, sed spiritus patris qui loquit in illo. Ille cōmunicat eucharistiæ in cōmemoratione mortis dñi: hic ipsi Christo cōmorit. Ille confitet se mundi actibus renunciaturū: hic ipsi renūciat uitę. Illi peccata omnia dimittunt: in isto extinguunt. In Eucharistia nō debet pura aqua offerri, ut quidā sobrietatis fallunt imagine, sed uinū cū aqua mixtū: quia et uinū fuit in redēptionis nostrę mysterio, cū dixit. Nō bibam amodo de hoc genimine uitis: & aqua mixtū, nō q̄ post cœnā dabat, sed quod de latere eius lancea perfosso aqua cū sanguine egressa, uinū de uera eius carnis uite cum B aqua expressum ostendit. Bona est caro nostra & ualde bona, utpote à bono solo deo cōdita, & nō est mala, ut uolūt Sethianus & Ophianus & Patricianus: nec mali causa, ut docuit Florian⁹: nec ex malo & bono cōpacta, ut Manichæ⁹ blasphemat. Sed cū sit creatione bona, arbitrio animæ efficit nobis uel bona uel mala, nō immutatione substātiæ, sed executionis mercede. Ipsa enim est quæ stabit ante tribunal Christi, in quo perferat anima ꝓpria corporis prout gessit siue bonū siue malum.

Qualiter Eu charistia offeratur. Cap. LXXV

Mat. 26

Ioan. 16

De humana carne. Cap. LXXVI

Resurrectio. LXXVII

In resurrectione ex mortuis sexus forma nō mutabit, sed uir mortuus resurget in forma uiri, & fœmina in forma fœminæ, Carēs tamē sexuū in hac uita cōditione, nō spe-

cie naturali, ne nō sit uera resurrectio si nō id resurget q̄d cadit. Ante passionē dñi omnes animę sanctorū in inferno sub debito præuaricationis Adę tenebant, donec autoritate dñi per inde bitā eius mortē à seruili cōditione liberarentur.

Animæ sanctorum ante passionem. LXXI

Post ascensionē dñi ad cœlos, omniū sanctorū animę cū Christo sunt, & exeūtes de corpore ad Christū uadunt, expectātes resurrectionē corporis sui, ut ad integrā & perpetuā beatitudinē cū ipso pariter immutent: sicut & peccatorū animæ in inferno sub timore positę, expectāt resurrectionem sui corporis, ut cū ipso ad pœnā detrudant æternā. Pœnitētia aboleri peccata indubitāter credimus, etiā si in ultimo uitę spū admissorū pœniteat, & publica lamētatione peccata prodant, quia ꝓpositū dei, quo decreuit saluare q̄d perierat, statim mobile: & ideo quia uoluntas eius nō mutat, siue emēdatione uitæ si tēpus cōceditur, siue t supplici cōfessione si cōtinuo uita excedit, uenia peccatorū fideliter præsumat ab illo, q nō uult mortē peccatoris, sed ut conuertat à pditione pœnitēdo, & saluatus miseratiōe dñi uiuat. Si q̄s aliter de iustissima dei pietate sentit, nō Christianus, sed Nouatianus est. Internas animę cogitatiōes diabolū nō uidere certi sumus, sed motib⁹ eas corporis ab illo & affectionū indicijs colligi experimēto didicim⁹. Secreta aūt cordis solꝰ ille nouit ad quē dicit, Tu solꝰ nosti corda filiorū hominū. Nō omnes malæ cogitatiōes nostræ semper diaboli instinctu excitant, sed aliquotiēs ex nostri arbitrij motu emergūt. Bonę aūt cogitationes semp à deo sunt. Dęmones per energicā operationē nō credimus substātialiter illabi animæ, sed applicatione & oppressione uniri. Illabi aūt mēti illi soli possibile est q creauit, qui natura subsistēs incorporeus, capabilis est suæ factura.

Animæ peccatorum ante passionem. LXXI

Animæ post passionem. LXXI

De pœnitentia. LXXX

Signa & prodigia & sanitates etiā peccatores *Daſpuo. de* in nomine dñi facere ab ipso deo didicim⁹: & cū *miracul.* alios hac præsumptiōe iuuet, sibi per ambitionē *LXXXIII* humanę gloriæ nocet: q̄a gloriant in dato falso, nō meritū debito. Signis &, ꝓdigijs clarū posse fieri Christianū, nō tamē sanctū, si intēperatis & *Quando* asperis morib. agat: tēperatis aūt & placidis mo- *spiritus* rib⁹ etiā absq; signorū efficacia, et sanctū & perfectum & dei hominē fieri recte credim⁹. Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus uel sanct⁹ cū affectu teneat sanctitatē. Nō enim naturę humanæ uirib⁹, sed ꝓpositi adiumēto p dei gratiā ac grimus sanctitatē. Et ideo ueraciter se omnes sancti, pnunciāt peccatores, q̄a in ueritate habēt q̄d plangāt, & si non reprehēlione cōscientię, certe mobilitate & mutabilitate pręuaricatricis naturę. Pascha, id est, dominicæ resurrectionis solennitas, ante transgressum uernalis æquinoctij & quartæ decimæ lunæ perfectionē, nō potest celebrari, in eodē mēse nata. Propter nouellos legislatores, q ideo animam tantū ad imaginē dei creatā dicunt, ut quia deus incorporeus recte credit, etiam incorporea anima esse credat, libere confitemur, imaginē in æternitate, similitudinē in moribus inuenīri.

Quod Adam fuerit creatus immortalis. LXXXI

Cognitio. LXXXII

Fides. Ca. LXXXVII

Imago dei. Ca. LXXXVIII

Nec hunc librū esse Augustini in primis arguit ipsa phrasis, primum abiectior quàm est illius, ad hoc impurior. Nec enim ille unquam dixisset pergere Hierosolymā, pro eo quod est proficisci. Et toties hic repetitur, firmissime tene & nullatenus dubites, non simplici uitio Latinitatis Accedit, quod huius operis, quum sit iustū uolumen, non meminit in Retractationibus. & tamē nec epistola uideri potest, nec popularis tractatus. Præterea toties hic iteratur, infantes qui extra baptismum hinc decesserint, æternis ignibus cruciandos: quod aliàs apud Augustinū nusquam legi, licet pœnæ, damnationis & interitus uocabulis utatur frequēter. Nam damnatus dicitur & qui damno afficitur, & perire qui salutē illam beatam nō assequitur. Postremo hic exordientis loquitur, quasi Syria sit magis obnoxia hæreticis quàm Aphrica, quum in Aphrica præter illas cōmunes hæreseis, regnarent etiam Manichæi, Donatiani, Circuncelliones & Pelagiani. Videtur & hoc opus collectum ex Augustini lucubrationibus.

D. AVRELII AVGVSTINI
LIBER VNVS DE FIDE
AD PETRVM DIACONVM PROLOGVS.

209

PISTOLAM fili Petre tuæ charitatis accepi. In qua te significasti uelle Hierosolymam B pergere, & postulasti te literis nostris instrui, quā debeas in illis partib. ueræ fidei regulā tenere, ut nullus tibi possit sensus hæreticę subrepere falsitatis. Gaudeo q̄dē ꝙ pro fide ueraſsine ullo perfidiæ uitio custodiēda solicitudinē geris, sine qua nulla potest ꝓdesse, imò nec esse cōuersio. Apostolica ꝙppe dicit autoritas, quia sine fide impossibile est placere deo. Fides nanq; est bonorū omniū fundamentū. Fides est humanę salutis initiū. Sine hac fide nemo ad filiorū dei numerū potest peruenire: quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquā iustificationis gratiā cōsequit, nec in futuro uitā possidebit æternā. Et si quis hic nō ambulauerit per fidē, nō peruenīet ad speciē. Sine fide omnis labor hominis uacuus est. Tale quippe est, ut sine uera fide quisq; uelit deo per cōtemptum seculi placere: quale si quisquā tendēs ad patriā, in qua se scit beate esse uicturū, relinquat itineris rectitudinē, & improuidus sectet errorē: quo nō ad beatā ciuitatē perueniat, sed in præcipitiū cadat, ubi nō gaudiū per tentationis op⁹, ut à magnis uix possit impleri. Neq; enim poposcisti sic debere de fide instrui, ut unā quālibet hæresim designares, cōtra quā specialiter nostræ disputatiōis uigilaret intētio: sed cum indefinite definitionē fidei petis, eāq; cupis etiā sub breuitate cōcludi, uides ꝓculdubio q̄s sit nobis impossibile, ut rem tantā in breui plene comprehēdamus. Cui sufficiētes esse non possumus, etiā si tantū spatiū tēporis, & tale nobis esset ingeniū, ut multa uoluminū de hoc q̄d à nobis expetis, facere ualeremus. Sed q̄a de⁹ ꝓpe est omnib. inuocātibus eū in ueritate, qui uerbū cōsummās & breuiās fecit super terrā, ſpero, quia sicut tibi dedit huius fidei sanctā solicitudinē, sic etiā mihi, ut tuo tam bono tāq; laudabili seruiā desiderio, sufficiētē tribuet facultatē: ut etsi nō potuero cū cta dicere, ex qb⁹ omnis error hęreticus possit agnosci, & agnit⁹ uel cōuinci ualeat uel uitari: tamē in noīe atq; adiutorio sanctę trinitatis, quę unus solus uerus & bonus est deus, ea dicā in qb⁹ saltē magna ex parte rationē fidei catholicæ contet sine aliqua erroris caligine cōtineri: quib. retētis poteris & illa deprehēdere atq; fugere: quæ etsi in hoc opere nō uident speciali disputatione cōuinci, tamē ex ijs quę hic generaliter atq; absolute ponent, appareāt illa quę infideles homines aurib. solēt susurrare fideliū, nō regula diuinę ueritatis tradita, sed neq; tia humani erroris inuēta.

210

QVocūq; igit loco fueris cōstitutus, quia secundū regulā nostri Saluatoris imperio, ꝓmulgatā, nosti te in uno patris & filij & spiritus sancti nomine baptizatū, principaliter atq; indubitanter toto corde retine, patrē deū, filiū deū, & spiritumsanctū deum, id est, sanctam atq; ineffabilē trinitatē unū esse naturaliter deū, de quo in Deuteronomio dicit: Audi Israel, dñs deus tuus deus unus est. Et, Dñm deum tuū adorabis, et illi soli seruies. Verūtamen quia istum unum deum, qui solus est uerus naturaliter deus, nō patrē solum, neq; filiū solū, neq; solū spiritūsanctū, sed simul patrem & filiū & spiritūsanctū diximus esse, cauendū est ne sicut patrē & filiū et spiritūsanctū unū deū esse, quantū ad naturalē attinet unitatē, ueraciter dicimus: sic et qui pater est, eūdem uel filiū uel spiritūsanctū, aut et qui filius est, siue patrē siue spiritūsanctū, aut eum qui spiritussanctus ꝓprie in cōfessione huius trinitatis dicit, uel patrem uel filiū personaliter dicere siue credere, q̄d omnino nefas est, audeam⁹. Fides em̄ quā sancti Patriarchæ atq; Prophetę ante incarnationē filij dei diuinitus acceperūt, quā etiā sancti Apostoli ab ipso dño in carne posito audierunt, & spiritussancti magisterio instructi, non solū sermone prædicauerūt, uerūetiam ad institutionē saluberrimā posterorū scriptis suis inditā reliquerūt, unum deū prædicat Trinitatē, id est patrē & filiū et spiritūsanctū. Sed Trinitas uera nō esset, si una eadēq; persona diceret pater & filius & spūssanctus. Si enim sicut est patris & filij & spiritussancti una substātia, sic esset una persona, nihil omnino esset in quo ueraciter Trinitas diceret. Rursus quidē Trinitas esset uera, sed unus deus Trinitas ipsa nō esset, si quemadmodū pater & filius & spiritussanctus personarū sunt abinuicem proprietate distincti, sic fuissent naturarum quoq; diuersitate

Trinitas Caput I

Deut. 6

Matt. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersitate discreti. Sed qa in illo uno uero deo Trinitate, nõ solũ quod unus deus est, sed etiã quod Trinitas est, naturaliter uerũ est, ꝓpterea ipse uerus deus in personis Trinitas est, & in una natura unus est. Per hãc unitatẽ naturalẽ totus pater in filio & spiritusancto est, totus filius in patre & spiritusancto est, totus quoq; spiritusanct⁹ in patre & filio. Nullus horũ extra quẽlibet ipsorũ est, quia nemo aliũ aut precedit eternitate, aut excedit magnitudine, aut supat potestate: qa nec filio nec spũsancto quãtũ ad naturæ diuinæ unitatem ptinet, aut anterior, aut maior pater est: nec filij æternitas atq; immensitas, uelut anterior aut maior spũsanctũ immensitatẽ æternitatẽq; aut præcedere aut excedere naturaliter potest. Sicut ergo nec filius posterior aut minor est patre, ita nec spiritusanctus posterior aut minor est filio. Aeternũ qppe & sine initio est, qd̃ de patris natura natus existit: & æternũ ac sine initio est, qd̃ spiritusanctus de natura patris filijq; ꝓcedit. Ob hoc ergo tres, unũ recte credimus & dicimus deũ, qa una, prius æternitas, una immẽsitas, & una naturaliter est triũ personarũ diuinitas. Teneam⁹ igit̃ patrẽ & filiũ & spiritũsanctũ unũ esse naturaliter deũ, neq; tamẽ ipsum patrẽ esse qui filius est, neq; filiũ ipsum esse qui pater est, nec spiritũsanctũ ipsum esse q pater aut filj⁹ est. Vna enim est patris & filij & spiritusancti essentia quam Græci οὐσίαν uocãt, in qua nõ est aliud pater, aliud filius, aliud spiritusanctus, quãuis psonaliter sit alius pater, alius filius, alius spiritusanctus. Qd̃ nobis maxime in ipso sanctarũ scripturarũ initio demõstratur, ubi deus dicit, Faciam⁹ hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Cum enim in singulari numero dicit, imaginẽ, ostẽdit unam naturã esse, ad cuius imaginẽ homo fieret. Cũ uero dicit plurali ter, nostrã, ostendit eundẽ deũ ad cuius imaginẽ homo fiebat, nõ unã esse personã. Si enim in illa una natura patris et filij et spiritusancti una esset psona, nõ diceret ad imaginẽ nostrã, sed ad imaginẽ meã, nec dixisset faciamus, sed faciã. Si uero in illis tribus personis tres essent intelligendę uel credendæ substãtiæ, non diceret, ad imaginẽ nostrã, sed ad imagines nostras. Vna em̃ imago triũ naturarũ inæqualiũ esse nõ posset. Sed dum ad unã imaginẽ unius dei homo factus dicit̃, una sanctæ Trinitatis essentialiter diuinitas intimat̃. Deniq; & paulo post pro eo quod superius dixerat, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã, sic hominẽ factũ scriptura narrauit ut diceret, Et fecit deus hominẽ, ad imaginẽ dei fecit eum. Hanc Trinitatẽ personarũ atq; unitatẽ naturæ Propheta Esaias reuelatã esse sibi nõ tacuit, cũ se dicit seraphin uidisse clamãtia, Sãctus sanctus sanctus dñs deus sabaoth, Vbi prorsus in eo quod dicitur tertio sanctus, personarũ Trinitatem, in eo uero quod dicit̃ semel, dñs deus sabaoth, diuinæ naturæ cognoscimus unitatẽ. In illa igitur sancta Trinitate, quæ ideo à nobis repetitur toties, ut nostro cordi tenaci⁹ infigat̃, unus est deus pater, q solus essentialiter de seipso unũ filiũ genuit, & unus filius qui [illegible] patre solus est essentialiter genitus, & unus spiritussanctus q solꝰ essentialiter de patre filioq; ꝓcedit. Hoc aũt totũ una persona nõ posset, scilicet gignere se, & nasci de se, et ꝓcedere de se. Quia igitur aliud est genuisse q̃ natũ esse, aliudq; est ꝓcedere q̃ genuisse uel natũ esse, manifestũ est, quoniã aliꝰ est pater, alius filius, alius spiritusanctus. Trinitas itaq; ad psonas patris & filij & spiritusancti referẽ, unitas ad naturã. Sicut ergo secundũ illam diuinitatẽ, qua unũ sunt pater et filius et spiritusanctꝰ, neq; patrẽ natũ credimus, neq; spiritũsanctũ, sed solũ filiũ: sic etiã secũdum carnẽ solũ filiũ natum catholica fides & credit & prædicat. Neq; enim in illa Trinitate propriũ esset solius patris, quia nõ est natus ipse, sed unũ filium genuit: neq; propriũ solius filij, quia non genuit ipse, sed solus de patris essentia natus est: neq; propriũ spirituscti, qa nec natus est ipse, nec genuit, sed solus de patre filioq; procedit: si secundũ diuinã quidẽ naturã deus pater de nullo nascereꝰ deo, secundum carnẽ tamẽ ipse nascereꝰ ex uirgine. Si enim pater nascereꝰ de uirgine, una persona esset pater & filius: ipsa aũt una persona, pro eo quia nõ de deo, sed tantũ de uirgine nascereꝰ, non dei filius, sed tantũ hominis filius ueraciter dicereꝰ. Ipse autem dei filius dicit, qa sic dilexit deus mundũ, ut filiũ suum unigenitũ daret. Et iterũ. Nõ enim misit deus filium suũ in mundũ ut iudicet mũdum, sed ut saluetur mũdus per ipsum, Nec beatus dixisset Ioannes, Qui diligit genitorẽ, diligit & eũ qui natus est ex eo. Nec ipse filius dixisset, Pater meus usq; modo operat̃ et ego operor. Ipse enim qui filius dicitur, si idem esset & pater, nõ ueraciter dei filius diceret, quia non de deo, sed de sola uirgine nascereꝰ. Ad extremũ nec ipse pater de cœlo testaret̃, & suũ corporali uoce filiũ demonstraret dicẽs, Hic est filiꝰ me⁹ dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Apostol⁹ quoq; nõ dixisset de deo patre, Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Sed quoniã omnia ista diuinitus ad nostram doctrinã dicta sunt, & quia diuina dicta sunt utiq; uera sunt: uerũ est qd̃ fides catholica prædicat, & secundũ diuinitatem patre natũ esse solũ filiũ æternũ cũ patre, immortalẽ, impassibilem atq; incõmutabilẽ deũ: & secundũ carnem non patrem, sed unigenitum eius filiũ, salua æternitate sua temporaliter natũ, salua impassibilitate sua passum, salua immortalitate sua mortuũ, salua incõmutabilitate sua, quia deus uerus & uita æterna est, ueraciter suscitatũ. Qui totũ habet cõmune cũ patre quod æternus naturaliter sine initio habuit: & nihil habet commune cũ patre eorũ quæ in suã personã tẽporaliter atq; humiliter ille æternus atq; excelsus accepit de uirgine. Vna enim ꝑsona esset pater & filius: ipsa aũt una ꝑsona, pro eo qa nõ de deo, sed tantũ de uirgine nascereꝰ, nõ dei filius. Rursus si nõ ille q ꝓprius atq; unigenitus dei patris filius est, sed spiritusanctus nasceretur ex uirgine, nõ ipsum q factus est ex muliere, factus sub lege, natum

tum de spiritusancto ex Maria uirgine, in symbolo acceptũ, & corde ad iustitiã crederet, & ore ad salutẽ sancta ecclesia confiterẽ. Sed & ipse spiritussanctus, q patris & filij spiritus est, formã serui acciperet, nõ ipse spiritussanctus sup seipsum hominẽ factũ in colũbę specie cœlit⁹ aduenire t. Pater ergo de⁹ de nullo genit⁹ deo, semel de sua natura sine initio genuit filiũ deũ sibi equalẽ, & eadem qua ipse naturaliter ętern⁹ est diuinitate coæternũ. Sed idẽ deus filius cũ sit ętern⁹ & uerus, & cũ patre secũdũ diuinitatẽ naturaliter un⁹ de⁹ est, secũdũ hoc qd̃ dicit, Ego & pater unũ sum⁹, idẽ pro nobis est homo factus uer⁹ & plenus: In eo uerus, quia uerã habet deus ille humanã naturam, in eo uero plenus, quia & carnẽ humanã suscepit, & animã rationalẽ. Idẽ tamẽ unigenitus de⁹ natus est semel ex patre, semel ex matre. Natus est em̃ de patre deus uerbũ, nat⁹ est ex matre uerbũ caro factũ. Vnus ergo est atq; idẽ deus dei filius nat⁹ ante secula, & nat⁹ in seculo, & utraq; natiuitas unius est filij dei. Diuina, secũdum quã creator in forma dei coęternus patri deus est: humana, secundũ quã semetipsum exinaniẽs, et formam serui accipiẽs, nõ solum in conceptu materni uteri semetipsum dum homo fieret, eadẽ seruilis formæ susceptione formauit: uerumetiã de eodẽ matris utero idẽ deus homo factus exiuit, & in cruce idẽ deus homo factus pepẽdit, & in sepulchro idem deus homo factus iacuit, & ab infernis idẽ de⁹ homo factus tertio die resurrexit, sed in sepulchro secundũ solam carnẽ idẽ deus iacuit, & in infernũ secũdũ solam animã descẽdit. Qua de inferis ad carnẽ die tertia reuertẽte, idẽ deus secũdũ carnẽ quę in sepulchro iacuit, de sepulchro resurrexit: & quadragesimo post resurrectionẽ die, idẽ deus homo factus, ad cœlũ ascẽdens in dextera dei sedit, inde in fine seculi ad iudicãdos uiuos mortuosq; uenturus. Verbũ ergo caro factũ, unus est filius dei dñs Iesus Christus, mediator dei & hominũ. Idcirco autẽ mediator, quia idẽ deus atq; homo uerus, habẽs cum patre unã diuinitatis naturã, et humanitatis unã cũ matre substantiã: habens ex nobis usq; ad mortẽ inquitatis nostræ pœnã, habẽs incõmutabilem deo patre iustitiã: propter iniquitatẽ nostrã temporaliter mortuus, propter iustitiã suã & ipse uiuus semper, & immortalitatẽ mortalib. largitus. Qui perfectã quidẽ humanitatẽ suam in ipsa diuinitatis suæ perfectiõe seruauit: ueritatẽ uero mortalitatis nostræ per susceptionẽ mortis, ueritate atq; incõmutabilitate suæ immortalitatis abs 1 Pet. 3 sorbuit. Hoc est quod testat̃ beatus Petrus, quia Christus deglutiuit mortẽ ut uitæ æternæ hæres 2 Tim. 1 des efficeremur. Beat⁹ quoq; Paulus docet, quia Christus mortẽ deglutierit, illuminauerit aũt uitam & incorruptionẽ. Christus ergo mortẽ gustauit, quia uerus homo est, idẽq; mortẽ deglutiuit, qa uerus deus est, Ipse qppe sicut dicit Apo Psal. 26 stolus, mortuus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei, unus atq; idẽ, q secũdũ Prophetiã beati Dauid, & homo factus est in Sion, & ipse fundauit eam altissimus. Itaq; nec diuinitas Christi aliena est à natura patris, secundũ id qd̃ in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ: hoc erat in principio apud deũ, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Nec humanitas eius aliena est à natura matris, secundum id quod uerbũ caro factũ est & habitauit in nobis. Illa em̃ natura quæ semper genita manet ex patre, nostrã naturam sine peccato suscepit, ut nascereꝰ ex uirgine. Neq; em̃ natura æterna atq; diuina tẽporaliter cõcipi & tẽporaliter nasci ex natura humana ullatenus posset, nisi secundũ susceptionẽ ueritatis humanæ, uerã tẽporaliter cõceptionẽ atq; natiuitatẽ ineffabilis in se diuinitas accepisset. Sic est deus æternus ac uerus, ueraciter secundũ tẽpus & cõceptus & natus ex uirgine. Dũ enim uenit plenitudo tẽporis, misit deus filiũ suũ natum ex muliere, factũ sub lege, ut eos qui sub lege erãt redimeret, ut adoptionẽ filiorũ dei recipemus: illo scilicet deo naturaliter facto filio hominis, qui unus est naturaliter filiꝰ dei patris unigenitus. Hoc utiq; Ioãnes Euãgelista confirmãs postquã dixit, Et uerbũ caro factum est, & habitauit in nobis: subsequenter ait, Et uidimus gloriã eius, gloriã quasi unigeniti à patre, plenũ gratiæ & ueritatis. Sic ille omniũ spirituũ, omniumq; corporũ, id est omniũ naturarũ creator & dominus, creauit uirginẽ, creandus ex uirgine, & cuius ipse factor est, matrẽ sibi fecit, quãdo de eius carne cõcipiendus atq; pariẽdus, uerã materiam carnis deus immẽsus ac sempiternus accepit: ut & secũdũ ueritatẽ formæ seruilis, deus homo misericorditer fieret, & secundũ formam dei naturali ueritate idẽ deus homo permanẽs nõ careret. Sic igitur Christũ dei filiũ, id est, unã ex Trinitate personã, deũ uerũ crede, ut diuinitatẽ eius de natura patris natã esse nõ dubites. Et sic eum uerum hominẽ crede, ut eius carnẽ nõ cœlestis, non aereæ, non alterius cuiusquã putes esse naturæ, sed eius cuius est hominũ hominũ caro: id est, quã ipse deus homini primo de terra plasmauit, & cæteris hominib. plasmat, quos per propagationẽ ex hominibus creat. Sed licet caro Christi & omniũ hominũ unius eiusdẽq; naturæ sit: hæc tamẽ quã deus uerbũ ex Maria uirgine sibi unire dignatus est, sine peccato cõcepta, sine peccato nata est: utpote secundũ quã deus æternus & iustus misericorditer, & conceptus, & natus est, & dñs gloriæ crucifixus est. Quibus aũt uerbis explicabit̃ carnis illius excellentia singularis, cuius diuina est ex ipsa sui cõceptione persona, cuius origo natiuitatis insolita: qua sic uerbũ caro factũ est, ut una persona esset cũ carne sua unigenitus ac sempiternus deus, ipsa suæ carnis concęptione cõceptus? Istam uero cęterorũ hominum carnẽ, per humanũ certũ est nasci concubitũ, uiro seminãte, fœmina uero cõcipiẽte atq; pariẽte. Et quia dum sibi jnuicẽ uir mulierq; miscẽtur ut filios generẽt, sine libidine nõ est parentũ cõcubitus, ob hoc filiorũ ex eorũ carne nascentiũ nõ potest sine peccato esse cõcept⁹, ubi peccatũ in parentibus

Humanitas Christi

Ioan. 10

Libido cõcubitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uulos nō transmittit propagatio, sed libido. Nec
fœcūditas humanę naturæ facit homines cū pec A
cato nasci, sed fœditas libidinis quā homines ha
bent ex illius primi iustissima condēnatione pec
cati. Ideo beat⁹ Dauid quāuis de legitimo nasce
retur iustoq; cōiugio, in quo scilicet nec infideli
tatis culpa, nec fornicationis macula poterat in
uenīri: ꝓpter originale tamen peccatū, quo natu
raliter obstricti sunt filij iræ, nō solum impiorū fi
lij, sed omnes etiā qui de iustorū sanctificata car
Psal.50 ne nascūtur, exclamat & dicit, Ecce em̄ in iniqui
tatib. cōceptus sum, & in delictis cōcepit me ma
Iob.25 ter mea. Sāctus etiā Iob dicit, mundū à sorde non
esse hominē: nec si unius diei sit uita eius sup ter
ram. Dei ergo filius unigenitus qui est in sinu pa
tris, ut carnem hominis animāq; mūdaret, susce
ptione carnis atq; animę ratiōalis incarnatus est: B
& qui est deus uerus, homo uerus factus est, non
ut alter deus esset, alter homo, sed idē deus, idem
homo. Qui ut illud peccatum quod in cōcubitu
mortalis carnis generatio humana contraxit, au
ferret, cōceptus est nouo more, deus incarnatus
in matre uirgine, sine coitu uiri, sine libidine con
cipientis uirginis: ut per deū hominē quē absq; li
bidine conceptū inuiolatus edidit uirginis ute
rus, ablueret peccatū, quod nascētes trahunt om
nes homines: quibus in corpore mortis huius ta
lis est nascēdi cōditio, ut matres eorū fœcūdita
tis opus implere nō possint, nisi prius uirginitatē
carnis amiserint. Solus igit̄ abstulit peccatū con
ceptionis atq; natiuitatis humanæ deus unigeni
tus, qui dum concipereť, ueritatē carnis accepit C
ex uirgine, & cum nasceret, integritatē uirginita
tis seruauit in matre. Ista causa est, qua deus fact⁹
est filius uirginis Marię, & Maria uirgo facta est
mater unigeniti dei: ut quē pater genuit ex æter
nitate, ipsum uirgo conceptū proferret in tēpo
re. Illa utiq; est uirgo, quā de⁹ qui de ea fuerat na
sciturus, ita singulari gratia præuenit atq; reple
uit, ut ipsum haberet uētris sui fructū, quē ex ini
tio habuit uniuersitas dūm: & ipsum sibi uideret
nascēdi solennitate subditū, quem in unitate pa
ternæ substātiæ, non solū humana, sed etiā ange
lica creatura cognoscit & adorat altissimum. Sic
ergo peccatū & pœna peccati, quæ ꝑ scelus cor
ruptæ mulieris intrauit in mundū, per inuiolatæ
uirginis partū auferť à mūdo. Et quia in cōditio- D
ne generis humani per mulierē quæ de solo uiro
facta est, cōtigit ut mortis uinculo teneremur ob
stricti: hoc in redēptione humani generis diuina
bonitas egit, ut per uirū qui de sola muliere na
tus est, uita hominibus redderet. Illic humanā na
turā nequissima deceptiōe sibi diabolus in pecca
ti similitudine sociauit: hic deus humanā naturā
in unitate personæ suscepit. Ibi fœmina decepta
est ut fieret filia diaboli: hic uirgo gratia repleta
est, ut fieret mater summi atq; incōmutabilis uni
geniti dei. Ibi angelus deiectus per superbiā, se
ductæ mulieris animum obtinuit: hic deus humi
liās se per misericordiā, incorruptæ uirginis ute
rum ex ea nasciturus impleuit. Dei enim filius Ie
sus Christus qui in forma dei erat, quia nisi ex na
tura patris natus esset, esse non posset, ipse secun
dum Apostolicā doctrinā semetipsum exinani
uit, formā serui accipiēs. Formā igit̄ serui, id est,
naturā serui in suā accepit ille deus personā: atq;
ita hominū factor in similitudinē hominū factus,
et habitu inuētus ut homo, ipse humiliauit semet
ipsum, factus obediēs patri usq; ad mortē, mortē
autē crucis. Intēte igit̄ hanc Apostoli sentētiam Philip.2
cogita, & in ea cognosces quomodo dñm Iesum
Christū eundem deum atq; hominē credas. Nec
tamē in eo ueritatē utriusq; naturæ in una perso
na, aut cōfundas aut diuidas. Cū ergo primo au
dis de dño Iesu Christo, quia in forma dei erat,
oportet te agnoscere, firmissimeq; tenere in illo
formę nomine naturalem plenitudinē deberē in
telligi. In forma igit̄ dei dñs Iesus Christus erat, B
quia in natura dei patris semper erat de quo na
tus est. Vnius ergo naturę cum patre ést, æquali
terq; cū eo sempiternus atq; immensus, æqualter
immortalis & incōmutabilis, æqualiter inuisibi
lis & inenarrabilis, æqualiter bonus & iustus, æ
qualiter miserator & misericors, patiens & mul
tum misericors & uerax, æqualiter fortis & sua
uis, æqualiter sapiens atq; omnipotens. Proin
de hæc omnia quæ diximus de filio dei, firmissi
ma fide retine, qui hæc utique omnia in unitate
naturę habens cum patre, sine dubio æqualis est
patri. Propter quod & Apostolus continuo ad
iungens ait: Non rapinā arbitratus est esse se æ
qualem deo. Non enim rapina fuit illa filij cum
patre diuinitatis æqualitas, sed natura. Etiā illa
quæ cōsequenter subiūgit Apostolus dicēs, quia
semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in
similitudinē hominū factus, & habitu inuentus
ut homo: & quia humiliauit semetipsum, factus
obediens patri usq; ad mortē, mortē autē crucis:
Omnia hęc de illo deo unigenito dei filio, de illo
uerbo deo, de quo dicit Euāgelista: In principio
erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat
uerbum: de illa dei uirtute, deiq; sapiētia, de qua Sapien.7
de eo dicit: Omnia in sapiētia fecisti: de illo prin
cipio cum quo unū est pater ipse principiū, & in
quo sibi coæterno fecit cœlū & terram, id est om
nem spiritalem corporalēq; naturā: de deo unige
nito, qui est in sinu patris, ut dixi, omnia hæc per
sonaliter accipe, salua tamen æternitate, immēsi
tate, immortalitate, incōmutabilitate, inuisibili
tate deitatis eius. Quæ ita naturaliter atq; æqua
liter cōmunia cū deo patre habet dei filius, ut li
cet pro nobis fuerit homo ueraciter factus, per
manserit tamē æqualis uero deo patri, de quo na
tus est uerus, & ueritas deus. Semetipsum igitur Tom.3
exinaniuit, sed de plenitudine eius nos omnes ac
cepimus: quā plenitudinē si exinanitus amitte
ret, quod de ea nobis daret, utiq; nō haberet. Eo
dem aūt non habēte, nos proculdubio nihil pos
semus accipere: de plenitudine aūt eius nos om
nes accepimus. Ex eo aūt quod nobis de plenitu
dine sua dedit, ostēdit etiā cum se exinaniuit ple
nitudinē non amisisse quā habuit, quia si plenitu

dinem suā amitteret, dare de illa nullatenus pos
set. Formā ergo serui accepit, neq; em̄ aliud fuit A
illa summi dei exinanitio, nisi formæ seruilis, id
est, humanæ naturæ susceptio. Vtraq; igitur est
in Christo forma, quia utraque & uera & plena
est in Christo substantia: ideo sanctus Euangeli
sta, plenū eum gratiæ & ueritatis prædicat: quia
in diuina natura in qua deus ueritas est plen⁹ est,
& in humana natura in qua homo uerus gratia
factus est, plenus est. In illa plenitudine deus est,
in forma dei æqualis deo. In ista plenitudine ser
uus, in forma serui, quia in similitudinē hominū
factus, habitu est inuentus ut homo. Exinaniens
ergo semetipsum, formam serui accepit ut fieret
seruus: sed formæ dei plenitudinē non amisit, in
qua semper est æternus atq; incōmutabilis domi
nus: factus secundū formam serui homo uerus, e- B
iusdem naturæ cuius est ancilla mater, & manēs
in forma dei deus uerus, eiusdē naturæ cuius est
etiam dominus pater. In forma dei cum patre &
spiritu sancto un⁹ est solus formator omniū de⁹:
secundū formā serui, solus ipse sua & patris et spi
ritus sancti operatiōe formatus: quia creator est,
cōmune habens naturaliter cum patre & spiritu
sancto: quia autē creatus est, formam serui secun
dum quā creatus est solus habēs personaliter in
seipso. Cuius & natiuitatē futuram secundū car
nem & mortē & resurrectionē, atq; in cœlo ascē
sionē lex & prophetæ prænūciare nunq; destite
runt, prout ipse præcipiebat, obedientes & uerbis
& factis. Nā & in sacrificijs carnaliū uictimarū,
quæ ipsa sibi sancta trinitas, quæ un⁹ est deus no C
ui & ueteris testamēti, à patrib. nostris præcipie
bat offerri, illius sacrificij significabať gratissimū
munus, qd̄ pro nobis seipsum solus dei filius se Eph.5
cundū carnē esset misericorditer oblaturus. Ipse
enim secundū Apostolicā doctrinā obtulit semet Heb.9
ipsum ꝓ nobis oblationē, & hostiā deo in odorē
suauitatis. Ipse uerus deus & pōtifex, q̄ pro no
bis nō in sanguine taurorū & hircorū, sed in san
guine suo semel introiuit in sancta. Quod tūc pō
tifex ille significabat, q̄ cū sanguine in sanctasan
ctorū per annos singulos introibat. Iste igitur est
qui in se uno totū exhibuit, quod esse necessariū
ad redēptionis nostræ sciebat effectū, idem scili
cet & sacerdos & sacrificiū, idē deus & templū.
Sacerdos, per quē sumus reconciliati: sacrificiū, D
quo reconciliati. Templum, in quo reconciliati:
deus, cui reconciliati. Solus tamē sacerdos, sacri
ficium & templū, & hæc omnia deus secundum
formā serui. Non autē solus deus filius, quia hoc
est cum patre & spiritu sancto secundū formam
dei. Recōciliati igitur sumus per solum filiū secū
dum carnē, sed non soli filio secundum diuinita
tem. Trinitas enim nos sibi recōciliauit, per hoc
quod solū uerbū carnē ipsa trinitas fecit. In quo
sic ueritas incommutabilis manet humanę diui
næq; naturæ: ut sicut uera semper est eius diuini
tas quā de patre incōmutabilem habet: ita uera
semꝑ atq; incōmutabilis sit eius humanitas quā
sibi unitam summā diuinitas gerit. Hęc pauca de
fide sanctæ trinitatis, quæ solus & uerus est natu
raliter de⁹, quantū breuitas tēporis & sermonis
permisit, inserui. Nūc de creatura quid absq; du
bitatione credere debeas intimabo. Principali Creaturæ
ter itaq; tene, omnē naturā quæ non est Trinitas Cap. III
deus, ab ipsa sancta Trinitate quæ solus deus æ
tern⁹ & uerus est, creatā ex nihilo, Ac sic uniuer
sa in cœlis & in terra uisibilia & inuisibilia, siue
thronos, siue dominationes, siue principāt⁹, siue
potestates, opus atq; creaturā esse sanctę Trinita
tis: quę est unus deus rerū omniū creator & dñs,
æternus, omnipotēs, iustus, & bonus, habēs natu
raliter ut semper sit & mutari aliquādo non pos
sit. Et hic deus qui sine initio semꝑ est, qa summe
est, dedit rebus à se creatis, ut sint: non tamē sine
initio, qa nulla creatura eiusdē naturæ est cuius
est Trinitas un⁹ uerus & bonus deus, à quo crea
ta sunt omnia. Et quia summe bonus est, dedit o
mnib⁹ naturis quas fecit ut bonæ sint: nō tamen
tantū bonæ quantū creator omniū bonorū. Qui
non solum summe bonus, sed etiam summū atq;
incōmutabile bonū est, quia æternū bonum est:
nullum habens defectū, quia non est ex nihilo fa
ctum, nullum habēs profectum, quia nullum ha
bens initiū. Ideo quippe naturæ à deo factæ pro- Naturæ profe
ficere possunt, quia esse cœperunt: idéo deficere, ctus & defe
quia ex nihilo factæ sunt. Ad defectū eas condi ctus
tio ducit originis, ad profectū uero prouehit ope
ratio creatoris. In eo igitur primū Trinitatis, quę
deus uer⁹ est, ęternitas sine initio naturalis agno
scitur, quia quædā ita fecit, ut cum esse quidē cœ
perint, tamen non esse aliquando non possint. In
eo uero eius omnipotentia intelligitur, quia om
nem creaturā uisibilem atq; inuisibilē, id est, cor
poralem atq; spiritalem de nihilo fecit, in quibus
ipsa rerū diuersitas multo magis commēdat bo
nitatē atq; omnipotentiā creatoris. Nisi enim o
mnipotens esset, non una eademq; facilitate sum
ma atq; ima fecisset. Et nisi summe bonus esset,
non se gubernādis rebus quoq; infimis præstitis
set. Igitur tam in magnis q̄ in paruis quibusq; re
bus conditis magna est bonitas atq; omnipoten
tia conditoris. Omnia em̄ sapienter fecit summa
ueraq; sapiētia: cui naturaliter hoc est esse, quod
sapientem esse: hoc facere, quod sapiēter facere.
Simplicitas itaq; multiplicis sapiētię dei, magni
tudinē celsitudinis suæ, non solū in magnitudine
sublimiū creaturarū, uerumetiā in infirmarū par
uitate cōmendat: dum bona omnia quæ creauit,
non solū multo inferius dissimiliusq; suo creato
re sunt, utpote nō prolata de seipso, sed facta ꝑ
sus ex nihilo: uerūetiā inter se nō æqualiter sunt,
sed unaquæque res ita permaneat sicut à deo cum
nō esset accepit: alia quidē sic, alia autē sic. Neq;
enim sic datū est corporib. ut sint, sicut spiritus ac
ceperunt: cum ipsa quoq; corpora non æqualiter
sint, & in ipsis cœlestibus atq; terrestribus inue
niatur nonnulla diuersitas: cum tam cœlestia q̄
terrestria, non solū impari distent quātitate mo- Corpora cœle
lis, uerūetiam dissimili splendeant claritate. Alia stia & terre
tiamq; est, sicut dicit Apostolus, claritas cœlestiū stria

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporũ, alia terrestriũ. In ipsis quoq; cœlestibus
alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas A
stellarum. Stella enim differt à stella in claritate.
Corporaliũ igitur naturarum diuersitas ostendit
unamquãq; earũ non esse quod ex se semper ha-
bere potuerit, sed quod ex dispositiõe atq; opere
omnipotẽtissimi atq; incõmutabilis & sapientis-
simi creatoris accepit. Quod si unius eiusdẽq; na
turæ esset quælibet creatura corporalis cuius est
sancta Trinitas, quæ unus est deus, nec localiter
in loco esset, nec temporis mutationem aliquan-
do sentiret, nec de loco ad locũ transiret, nec cir-
cumscriberet quantitate molis suæ. Quæ omnia
ostendunt huiusmodi naturarũ illum esse opifi-
cem, cui nullus latus aut angustus locus, quia nõ
minus in angustis quàm in latis tot⁹ est. Nec mu
tatur tempore qui solus potest uolumina tempo- B
rum, nõ temporali uolubilitate, sed æterna stabi-
litate mirabiliter ordinare: neq; enim in tempore
cogitat, quemadmodũ temporũ series rerum de-
cessione aut successione transcurrat. Nec aliqua
molis quantitate terminat, quia nullo fine con-
Deus ubique. cluditur, Neq; per mũdi partes partibus suis est
ipse diffusus, ut maiores mũdi partes suis maiori
bus impleat, & minores minorib⁹ implẽdo, nus-
Hiere. 23 quam tamẽ totus se infundat. Ipse enim est deus
qui ait, Cœlũ & terrã ego impleo. Omnia igitur
quę fecit, id est, spirit⁹ & corpora, summa et ima,
cœlestia atq; terrestria, uiuentia & quib⁹ uiuendi
facultatẽ non dedit, ineffabiliter ubiq; totus do-
minus & implet & cõtinet, Nec in ijs quæ diui-
duntur, ipse diuidit: nec in ijs quæ mutant, ulla C
mutatione uariatur, Nisi enim naturaliter incõ-
mutabilis ipse esset, nunquã in rebus mutabilib.
ordo quidam cõsilij ac dispositionis eius incom-
mutabilis permaneret. Deus igit rerũ corporea-
rum atq; incorporearũ creator immensus, eo pri
mum se nullũ esse corpus ostendit, quia quibus-
dam corporib⁹ uitam non dedit, cũ corpora om-
Deus omnium nia ipse creauerit. Ipse aũt naturaliter uita est, qa
uita si uita non esset, nõ uiuentia corpora ipse non fe
cisset. Neq; enim facit rem non uiuẽtem, nisi res
uiuens. Non igitur unius naturæ sunt cũ deo cor
pora, quę uiuere omnino nõ possunt, Ac sic neq;
illa corpora unius naturæ cũ deo sunt, quibus sin
gulis singulos brutos atq; irrationabiles spiritus,
quibus eadẽ corpora uiuificarent, ac sensificarẽ- D
tur, inseruit. Sed nec ipsi bruti spiritus uni⁹ natu
ræ cũ deo sunt, quos licet uiuificandis, sensifican-
disq; cognoscat inseruisse corporib⁹, ipsis tamen
spiritibus nullum intelligẽdi largitus est lumen,
quo suũ possent aut cognoscere, aut diligere cre
atorem. Ipsos quoq; spiritus quos rationales atq;
intellectuales esse non dubiũ est, quis audet blas-
phemo spiritu & cęco corde eiusdẽ naturę cuius
est deus, uel putare uel dicere, cũ deus utiq; natu
raliter incõmutabilis omnino sit & immensus?
Qui cum in se diuersitatẽ ullam habere nõ pos-
sit, in eisdẽ tamen spiritibus quos rationales atq;
intellectuales fecit, diuersitatem suæ operationis
ostendit. In quibusdã enim, id est, qui terrenis ac
mortalibus sunt inserti corporib⁹, etsi nullus est
eis localis mot⁹, quia per locorũ corporaliũ par-
tes, cum ipsi in corporibus sint, non particulatim
sunt, sed sicut in totis corporib. toti, sic in eorũdẽ
corporũ partib⁹ toti sunt: tamen cogitationũ ua
rietas diuersitatẽ in eis cuiusdam temporalis mo
tionis ac mutationis ostẽdit: dum modo aliquid
nescĩt, modo sciunt: modo uolũt, modo nolunt:
modo sapiũt, modo desipiũt: modo iniqui ex iu-
stis, modo iusti sunt ex iniquis: modo pietatis illu
strantur lumine, modo deprauanẽ tenebroso im
pietatis errore. Illos quoq; quos terrenorũ corpo
rum grauat nulla lutulenta materies, id est, ange Angeli
licos spirit⁹, quis nõ uideat nõ unius naturæ esse
cum deo, sed factos ex nihilo, quorum naturalis
mutabilitas in eo cognoscit, quia eiusdem natu-
ræ pars est in deterius permutata? Deinde quod
ij qui deprauati nõ sunt, licet illius dono, à quo cũ
non essent, facti sunt, indefessa, & inquantũ crea-
turæ angelicæ gratis datũ est, perfecta dilectiõe,
contẽplatione atq; exultatione multitudinẽ dul-
cedinis domini incessabiliter sentiant: nec ab eo
naturali conditione deficiãt: etsi inhærentib⁹ deo
inest de uarietate tẽporis: quia collato sibi ęternę
incorruptionis atq; incõmutabilitatis munere ni
hil in se sentiant immutatiõis: inest tamen singu-
lis naturalis terminus, quo à se inuicẽ discernun-
tur, quia nullus eorũ in alio est. Et cum uni eorũ
opus quodlibet iniũgitur, alius quoq; alteri ope
ri implendo diuinæ potestatis deputat arbitrio.
Hæc omnia ostendũt etiã sanctos angelos creatu
ram esse sanctæ trinitatis: cuius per singulas res,
quas utiq; sicut uoluit fecit, apparet mirabilis &
sapiẽtia in dispositione & uirtus in opere. Quos-
dam igit spũs sic deus creauit, ut semper essent:
quosdã uero ut esse spiritus quãdoq; desinerent.
Illos itaq; desituros quosdã ex aqua, quosdã uero
ex ea sic uoluit omnipotẽs, produxit ex terra. Supe
riores uero spiritus nullũ cum corporeis elemen
tis habere fecit naturale consortiũ, quos & æter-
nos creauit, & eis facultatẽ atq; intelligentiã co-
gitãdæ, cognoscẽdæ, diligendæq; diuinitatis in-
seruit. Quos tamẽ ita creauit, ut etiã præ ceteris il
lum diligerẽt, cuius se tales creatos opere cogno
uissent, cũ eorũ ut tales fierent, nulla merita præ-
cessissent. Vt aũt hæc dilectio haberet iustã & cõ
gruã laudẽ, uolũtatis quoq; eis tribuit libertatẽ:
ut esset eis possibile, siue ad eũ qui supra eos est,
intentionem sanctæ dilectiõis erigere, siue ad ea
quæ infra eos sunt, graui cupiditatis semetipsos
põdere declinare. Nõ est igit natura quæ ineter-
nũ possit, siue misere, siue bene uiuẽdo subsistere,
nisi quę potest de deo ipsi⁹ dei munere cogitare.
Hęc autẽ natura intellectualis in animab⁹ est ho-
minũ & spiritib. angelorũ. Deus quippe diligẽdi
ac cognoscẽdi se, nõ nisi angelis & hominib. in-
didit facultatẽ. Quib⁹ propter arbitrij libertatẽ,
quę maxime debuit intellectuali creaturę creato
ris benignitate cõferri, ita cognoscẽdi ac diligen
di se facultatẽ uolũtatẽq; donauit, ut eã unusquis-
& habere posset & perdere. Si quis tamen spote
eam

eam perderet, suo eam deinceps arbitrio resume
renõ ualeret: ut illius esset sanctę cogitationis ini A
tia gratuitę dono bonitatis denuo reuocãdis qui
bus uellet infundere, cuius fuit in ipso creationis
exordio nullis præcedentibus meritis spiritus &
corpora locis atq; affectionib⁹, prout ipse sapiẽs
uoluit, cõgrue & mirabiliter ordinare. Angeli er
go atq; homines pro eo quia ratiõales sunt facti,
æternitatis ac beatitudinis donum in ipsa naturę
spiritalis creatione diuinitus acceperunt, ita scili
cet ut si dilectiõi creatoris sui iugiter inhæsissent,
simul æterni beatiq; mãsissent. Si uero, ppriæ uo-
luntatis arbitrio cõtra summũ creatoris imperiũ
suã niterent facere uoluntatẽ, protinus à cõtuma
cibus beatitudo discederet, & ad supplicĩ eis re
linqueret æternitas misera erroribus deinceps do
loribusq; crucianda. Et de angelis quidẽ hoc dis- B
posuit & impleuit, ut si quis eorũ bonitatẽ uolun
tatis perderet, nunquã eam diuino munere repa
raret. Pars itaq; angelorũ quę à suo creatore deo,
quo solo bono beata fuit, uolũtaria prorsus auer
sione discessit, equitatis supernæ iudicio, initium
suæ damnationis in ipsa auersione uoluntatis in-
uenit: ut non aliud ei esset incipere iam puniri, q̃
illius beatifici boni dilectione destitui: quã deus
in æterno sic totã præcepit remanere supplicio,
ut etiã ignẽ ei æternũ præpararet: in quo omnes
illi præuaricatores angeli nec mala possint unq̃
uoluntate carere nec pœna, sed permanẽte in eis
iniustæ auersionis malo, permaneret etiã iustę re
tributionis æterna dãnatio. Horũ malorum prin
ceps diabolus primos homines quos ad peccati C
præcipitiũ inuidus duxit, nõ eis tantũ, sed & uni
uersæ propagini eorũ cũ uitio peccati meritum
mortis inseruit. Deus aũt misericors & iustus, si
cut diabolo & angelis eius propria uoluntate ca
dentibus, cæteros angelos in suę dilectionis eter
nitate firmauit: sic etiam humani generis massam
nõ totam in sempiternũ perire permisit: sed quos
uoluit eius gratuita bonitas, repulsis tenebris in
quib. omnis humana natiuitas peccati originalis
cõdemnatione uersat, reducẽdos prædestinauit
ad lucẽ: in eo præcipue demonstrans, quod istos
originalis peccati uinculis indebita gratia libera
toris absolueret: cũ alios & q̃maxime paruulos,
quib⁹ nulla possunt uel bona uel mala ineſſe pro-
pria merita uolũtatis, insolubili nexu ęterna dam D
natio retineret. Bonæ quoq; uolũtatis & cogita-
tionis initiũ, non homini ex seipso nasci, sed diui
nitus & præparari & tribui, in eo deus euidenter
ostẽdit: qa neq; diabolus, neq; aliquis angelorum
eius, ex quo ruinę illius merito in hanc inferiorẽ
sunt detrusi caliginẽ, bonã potuit aut poterit re-
sumere uoluntatẽ. Quod si possibile esset, ut hu
mana natura, postq̃ à deo auersa bonitatẽ pdidit
uolũtatis, ex seipsa rursus eam habere potuisset,
multo possibili⁹ hoc natura haberet angelica quę
quanto minus grauat terreni corporis pondere,
tãto magis hac esset prædita facultate. Sed osten
dit deus unde bona uolũtas hominib. detur, quã
sic amiserũt angeli cũ haberent, ut amissam dein-
ceps habere nõ possint. Quoniã igitur digna est
eadẽ uolũtas bona per dei gratiã æternæ beatitu
dinis præmio, & iniquitas angelica atq; humana
nõ debet esse impunita; ppterea secundũ catholi
cæ fidei regulã uenturũ esse filiũ dei ad puniẽdos
omnes peccatores angelos, & ad iudicãdos ho-
mines uiuos & mortuos fideliter expectam⁹. Te
stat enim beatus Petrus, qa deus angelis peccan 2 Petri 2
tibus nõ pepcit, sed carcerib. caliginis inferi de-
trudens, tradidit in iudicio puniẽdos reseruari.
De hominib. quoq; uiuis ac mortuis iudicandis
hoc ait beat⁹ Paulus: Testificor corã deo & Chri 2 Tim. 4
sto Iesu, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, &
aduentũ ipsius & regnũ eius. In cuius aduẽtu ab
illo primi hominis corpe, qd de⁹ de terra plasma
uit, usq; ad omniũ hominũ corpora, quę animata
quandoq; uiuere cœperũt, ab illo resuscitabunt, B
à quo operãte creata sunt. Singula uero corpora
illis singulis suis animab. in resurrectiõe reddẽ-
tur, quas in maternis ut uiuere inciperent uentri
bus habere cœperũt: ut scilicet animę in illo exa-
mine iusti iudicis in eisdẽ singulis corporib. suis
accipiant retributionẽ, siue regni, siue supplicij,
in quib. siue bonã siue malam qualitatẽ uitæ præ
sentis habuerũt. Qualitas aũt malę uitæ ab infide Origo uitæ
litate incipit, quæ ab originalis peccati reatu ini- malæ
tiũ sumit. In quo qsqs uiuere ita incipit, ut ante fi
niat uitã, q̃ ab eius obligatiõe soluat, si uni⁹ diei
uel uni⁹ horæ spatio anima illa uixit in corpore,
necesse est eam cũ eodẽ corpore interminabilis
gehennæ sustinere supplicia; ubi diabolus cũ an-
gelis suis inęternũ arsurus est, qui & primus pec
cauit, & peccatũ primis hominibus persuasit. Vbi
cũ eo etiam fornicarij, idolis seruientes, adulteri,
molles, masculorũ concubitores, fures, auari, e-
briosi, maledici, rapaces, & omnes qui opera car
nis agũt, de quib⁹ dicit Apostolus, quia regnum Galat. 5
dei nõ cõsequent, si ante hui⁹ uitæ terminũ à uijs
suis malis cõuersi nõ fuerint, æternis ignib⁹ exu
rent. Omnis enim homo, qui in hoc seculo usq;
ad finẽ in iniquitatũ delectatione, et cordis obdu
ratiõe permãserit, sicut hic eum noxia criminum
delectatio tenuit, sic eũ sine fine sempiterna cru-
ciatio retinebit. Erit enim etiã iniquorũ resurre-
ctio, sed sine immutatione, quã solis fidelib. et ex
fide iuste uiuẽtib. daturus est deus, Hoc est enim
quod ait Apostolus Paulus: Omnes quidẽ resur 1 Cor. 15
gemus, sed nõ omnes immutabimur. Ostẽdens Corpora
aũt iustos diuino munere cõmutãdos, ait: Et nos impiorum
immutabimur. Habebũt ergo iniqui cũ iustis re-
surrectionẽ carnis cõmunẽ, immutationis tamẽ
gratiã non habebũt, quæ dabit iustis: Quoniã à
corporibus impiorũ non auferetur corruptio, et
ignobilitas, & infirmitas in quib⁹ seminant: quæ
ob hoc morte nõ extinguentur, ut illud iuge tor-
mentũ corpori atq; animæ sit mortis æternæ sup
plicĩ. Iustæ uero animæ, quas hic redẽptor deus
gratis ex fide iustificauit, & iustificatis bene uiuẽ
di usq; in finẽ pseuerantiã tribuit, in ipsis corpo-
ribus, in quib⁹ hic iustificatiõis gratiã diuinitus
acceperũt, & in quib⁹ iustificatæ per fidẽ, in cha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritate dei ꝓximíq; uíxerũt, regni cœlestis æterna beatitudine potient: glorificatis etiam corporib. suis, quæ sine dubio carnis natura, quã deus creauit, ueraciter ꝑmanẽte, nõ sicut híc aíhimalia, sed ſpiritalia tũc habebũt. Sanctorũ em̃ ſeminaẽ corpus animale, ſurget ſpiritale. In his per illam immutationem, quæ ſolis dabiẽ iuſtis, implebiẽ, q̃d oportere dicit Apoſtolus, ut corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortale hoc induat immortalitatẽ, In quib. ſexus maſculinꝰ & fœminꝰ, ſicut eadẽ corpora creata ſunt, permanebit: quorũ gloria erit pro factorũ bonorũ diuerſitate diuerſa. Omnia tamẽ corpora, ſiue maſculorum, ſiue fœminarũ, quæcũq; in regno illo erũt, glorioſa erũt. Ille aũt iudex nouit quantã unicuiq; ſit daturus gloriã, qui in hac uita per miſericordiã gratis iuſtificãdo præuenit, quos illic per iuſtitiã glorificare diſpoſuit. Tẽpus uero agrendi uitã ẽternam in iſta tantũ uita deꝰ hominib. dedit, ubi uoluit eſſe etiã pœnitentiã fructuoſam. Ideo aũt híc pœnitẽtia fructuoſa eſt, quia poteſt hic homo depoſita malitia bene uíuere: & mutata uolũtate iníuſta, merita ſimul operaq; mutare, & in timore dei ea gerere quę placeant deo. Quod qui in hac uita nõ fecerit, habebit quidẽ pœnitentiã in futuro ſeculo de malis ſuis, ſed indulgentiã in conſpẽctu dei nõ inueniet: quia etſi erit ibi ſtímulus pœnitudinis, nulla tamẽ ibi erit correctio uolũtatis. A talib. enim iniquitas ſua ita culpabiẽ, ut nullaten⁹ poſſit ab eis uel díligi, uel deſiderari iuſtitia. Volũtas enim eorũ talis erit, ut habeãt in ſe ſemp malignitatis ſuæ ſuppliciũ, nunq̃ tamen percipere poſſint bonitatis affectũ. Quia ſicut illi qui cũ Chriſto regnabũt, nullas in ſe malæ uolũtatis reliquias habebũt; ita illi q erũt in ſupplicio ignis æterni cũ diabolo & eiꝰ angelis deputati, ſicut nullam ulteriꝰ habebũt requiẽ, ſic nullatenꝰ bonã habere poterũt uoluntatem. Et ſicut cohæredibus Chriſti dabiẽ perfectio gratiæ ad æternã gloriã, ſic cõſortibus diaboli cumulabit ipſa malignitas pœnã, quãdo exteriorib. deputati tenebris, nullo illuſtrabunt interiore lumine ueritatis. Proinde omni homini in hac uita poteſt eſſe utilis pœnitẽtia, quã quocũq; tẽpore homo egerit, quãlibet iniquus, quãlibet annoſus, ſi toto corde renũciauerit peccatis prꝫteritis, & ꝓ eis in cõſpectu dei, non ſolũ corporis, ſed etiã cordis lachrymas fuderit, & malorũ operũ maculas bonis operib. diluere curauerit, omniũ peccatorũ indulgentiam mox habebit, Hoc enim nobis dñs, ꝓphetico pro
Eſa.30 mittit eloquio, dicẽs: Si cõuerſus fueris & ingemueris, ſaluus eris.
Eccl.21 Et alio loco dicit: Fili peccaſti, ne adijcias iterũ, ſed & de prꝫteritis deprecare, ut tibi dimittant. Nunq̃ peccanti eſſet indicta pro peccatis deprecatio, ſi deprecãti non eſſet remiſſio cõcedenda. Sed etiã pœnitẽtia peccatori tũc ꝓdeſt, ſi eam in eccleſia catholica gerat. Cui
Claues Petri deus in ꝑſona Petri ligãdi ſoluẽdiq; tribuit poteſtatẽ, dicẽs:
Matth.16 Quæ alligaueris ſuper terrã, erũt ligata & in cœlis: & quæ ſolueris ſuper terrã, erũt ſoluta & in cœlis. In quacũq; igitur homo ætate ueram peccatorũ ſuorũ pœnitentiã egerit, & uitam ſuã deo illuminãte correxerit, nõ priuabiẽ indulgẽtiæ munere, quia deus, ſicut ꝓ Prophetã dicit, nõ uult mortẽ peccatoris ſiue morientis, ſed magis ut reuertaẽ à uia ſua mala, & uiuat anima eiꝰ. Verũtamẽ nullus hominum debet ſub ſpe miſericordiæ dei in ſuis diutiꝰ remanere peccatis, cum etiam in ipſo corpore nemo uelit ſub ſpe futuræ ſalutis diutiꝰ egrotare. Tales enim quí ab iniquitibus ſuis recedere negligũt, & ſibi de deo indulgentiã repromittũt, nonnunquã ita præueniũtur repẽtino dei furore, ut nec cõuerſionis tẽpus, nec beneficiũ remiſſionis inueniãt. Ideo unũquemq; noſtrũ ſacra ſcriptura benigne præmonet, dicẽs: Ne tardaueris cõuerti ad deum, & ne differas de die in diẽ: ſubito ueniet ira eius, & in tẽpore uindictæ diſpdet te. Dicit etiã beatus Dauid: Hodie ſi uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra. Cui beatus quoq; Paulus cõcordat his uerbis: Vídete fratres, ne forte ſit in aliquo ueſtrum cor malũ incredulitatis diſcedẽdi à deo uiuo: ſed adhortamini uoſmetipſos ꝑ ſingulos dies, donec hodie cognominaẽt, ut nõ obdureẽ qs ex uobis fallacia peccati. Obduratus igiẽ uiuit, ſiue q nõ cõuertiẽ, deſperans de indulgẽtia peccatorũ ſuorũ: ſiue qui ſic miſericordiã dei ſperat, ut uſq; in finẽ uitæ prẽſentis in ſuorũ criminũ peruerſitate permaneat. Proinde diligẽtes miſericordiã dei, metuẽtesq; iuſtitiã, nec de remiſſione peccatorũ deſperemus, nec remaneamus in peccatis: ſcientes quia illa omniũ hominũ debita ſit exactura æquitas iuſtiſſimi iudicis, quæ nõ dimiſerit miſericordia clemẽtiſſimi redemptoris. Sicut enim miſericordia ſuſcipit abſoluitq; cõuerſos, ita iuſtitia repellet punietq; obduratos. Ii ſunt qui peccãtes in ſpiritũſanctũ, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro remiſſionẽ accipiẽt peccatorũ. Ideo aũt omnis anima intellectualis ſpiritꝰ eſt, ut quærat, agnoſcat, atq; diſcernat: & tẽpus operũ ſuorũ, pro quib. receptura eſt in iudicio quæ ordinauit diuina iuſtitia: & eiuſdẽ retributiõis tẽpus, quo nunquã licebit, aut opera mutare, aut remiſſionẽ peccatorũ ſuorũ de diuina miſericordia utiliter poſtulare.

† Cæteri uero ſpũs omniũ animaliũ, quibus nõ eſt intellectus, quia quidã eorũ de terra, quidã de aquis originẽ ducũt: de aquis enim ſunt reptilia et uolatilia, de terra uero quædã quæ reptãt, quędã uero quæ gradiũtur, exorta ſunt: tandiu ſpiritus ſunt, quãdiu in corporibus uiuunt. Anima ꝙppe, quæ rationis capax diuinitus facta nõ eſt, cũ carne ſua & incipit & deſinit uiuere: qa quando corpori uitã nõ tribuit, & ipſa nõ uiuit: atque ita miro modo cum omni carni anima ſit cauſa uiuẽdi, ſpiritus tamẽ irrationalis tandiu uiuit, quãdiu in carne manere potuerit: & dũ à carne ſua ſeparaẽ, extinguiẽ. Ita fit, ut cũ ipſe uita carnis ſuæ ſit, uiuere ipſe nequeat, quãdo uitã carni ſubminiſtrare deſtiterit. Et ſi nõ ſit caro cui uitã dare ualeat, ipſe quoq; eam protinus nõ habebit. Ideo nec æternitas irrationalibus ſpiritibus data eſt, nec aliquod eis iudiciũ prꝫparatur, in quo eis uel beatitudo

tudo pro bonis, uel dãnatio ꝓ malis reddaẽ operib⁹. Ideo aũt in eis nulla operũ diſcretio requiritur, quia nullam intelligẽdi facultatẽ diuinit⁹ acceperunt. Propterea ergo eorũ corpora reſurrectura nõ ſunt, quia nec ipſis animab⁹ eorũ aut æquitas, aut iniquitas fuit, pro qua eis æterna uel beatitudo ſit tribuẽda uel pœna. Illa igiẽ animalia præſentis ſeculi curſum atq; ornatũ ſecũdum creatoris incõprehenſibilem peragunt uoluntatem, quæ de ſuis factis nullam rationẽ reddituraꝰ
1 Cor. 9 ſunt, quia rationalia nõ ſunt. Nunq̃d enim de bobus cura eſt deo? Homines uero quia rationales facti ſunt, & de ſe & de omnib. rebus, quas in uſum uitę præſentis acceperunt, rationẽ reddituri
2 Cor. 5 ſunt deo, & ꝓ ſuorũ actuũ qualitate recipient aut pœnã aut gloriã. Omnes em̃ nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſq̃ſq; B propria corporis prout geſſit, ſiue bonũ, ſiue malum. Tũc ſcilicet, cum ſecundũ ipſius noſtri creatoris ac redẽptoris eloquiũ, omnes qui in monumentis ſunt audiẽt uocẽ eius, & procedẽt qui bona fecerũt in reſurrectionẽ uitæ: q̃ uero mala egerũt, in reſurrectionẽ iudiciꝰ: ut ſcilicet q̃ mala egerũt, eãt in cõbuſtionẽ ẽternã cũ diabolo principe omniũ malorũ ſemper arſuri: qui uero bona fecerunt, eant in uitã æternã regnaturi ſine fine cum Chriſto rege omniũ ſeculorũ. Illi aũt cum Chriſto regnabũt, quos deꝰ gratuita bonitate ſua prędeſtinauit ad regnũ: quia enim tales prædeſtinando præparauit, ut regno digni eſſent, prꝫparauit utiq; ſecundũ propoſitũ uocãdos, ut obediãt: prꝫ C parauit iuſtificandos, ut accepta gratia recte credant, & bene uiuãt: prꝫparauit etiã glorificãdos, ut Chriſti cohęredes effecti, regnum cœlorũ ſine fine poſſideant. Ad quod regnum diuerſis tẽporibus per ſacramẽta, quę ad fidẽ incarnatiõis ſuę Chriſtus inſtituit, illi puenerũt quos deus gratis nullo bonæ uolũtatis, uel boni operis merito prędeſtinauit.
Ioan. 3 Quẽadmodũ ex illo tẽpore, quo ceꝺẽte ſaluauit. ſaluator noſter dixit. Si quis renatus nõ fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnũ deiꝰ: abſq; ſacramento baptiſmatis, prꝫter eos qui in eccleſia catholica ſine baptiſmate pro Chriſto ſanguinẽ fundũt, nec regnũ cœlorũ poteſt quiſq̃ accipere, nec uitam æternã: quia ſiue in catholica fide, ſiue in hæreſi quacunq; uel ſchiſmate quiſq̃ D in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptiſmi ſacramentũ acceperit, integrum ſacramentũ accipit: ſed ſalutem, quę uirtus eſt ſacramẽti, nõ habebit, ſi extra catholicam eccleſiã ipſum ſacramentum habuerit. Ergo ideo debet ad eccleſiã redire, nõ ut ſacramẽtũ baptiſmatis iterũ accipiat, quod nemo debet in quolibet homine baptizato repetere: ſed ut in catholica ſocietate uitã æternã acciꝑiat, ad quã obtinendam nunquã poteſt eſſe idoneus, qui cũ ſacramẽto baptiſmatis ab eccleſia catholica remãſerit alienus. Qui ſi eleemoſynas largas faciat, & pro nomine Chriſti etiã ſanguinem fundat, pro eo quod in hac uita non tenuit eccleſiæ catholicæ unitatẽ, nõ habebit æternã ſalutẽ. Vbi enim cuiq; prodeſſe poteſt baptiſm⁹, ibi pro deſſe & eleemoſyna poteſt. Baptiſmus aũt extra
A eccleſiã q̃dẽ eſſe poteſt, ſed niſi in eccleſia prodeſſe negt. In eccleſia igiẽ tantũmodo catholica poteſt unicuiq; prodeſſe, & pceptio baptiſmatis, & opera miſericordiæ, & nominis Chriſti glorioſa cõfeſſio, ſi tamẽ in eccleſia catholica bene uiuat. Eccleſia catholica
Sicut em̃ ſine eccleſię catholicæ ſocietate nec baptiſmus alicui poteſt ꝓdeſſe, nec opera miſericordiæ, niſi forte ut mitius torqueaẽ, nõ tamẽ ut inter filios dei reputeẽ: ſic intra eccleſiã catholicam per ſolũ baptiſmũ uita æterna nõ acgritur, ſi poſt baptiſmũ male uíuaẽ: nam & illi q bene uíuũt, debent operib⁹ miſericordię indeſinenter inſiſtere: ſciẽtes ſe licet leuia, nõnulla tamẽ quotidie cõtrahere peccata, pro quib⁹ etiã ſancti & iuſti in hac uita ſemper deo dicere debẽt. Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittim⁹ debitorib. noſtris. Quæ peccata quãto in rebus licitis, & à deo cõceſſis frequenter hominibus ſurrepũt: & quãto magis fortiorib⁹ cibis corpus impleẽ, & carna lib⁹ cor hominis actibus affectibusq; implicatur, tanto frequentior culpa in hac mortalitate cõtrahitur. Propterea humiles ſerui Chriſti, q cupiũt Abſtinẽtia dño ſuo ſine impedimento, & abſq; animi noxia occupatiõe ſeruíre, cõiugia omnino nõ appetũt, & à carnibus & uino abſtinent, inquantũ corporis ualetudo permittit: nõ quia peccatũ eſt aut cõiugem habere, aut uinũ carnes ue pcipere: nã & beatꝰ Apoſtolus dicit, Quia omnis creatura dei 1 Tim. 4
bona eſt, & nihil reiciendũ q̃d cũ gratiarũactione percipiẽ: ſanctificaẽ enim per uerbũ dei & oratiõnẽ. Coniugiũ quoq; in primis hominib⁹ deus inſtituit, & benedixit. Propter quod Apoſtolus Hebr. 13
ait, Honorabile cõnubiũ in omnibus, & thorus immaculatus. Ideoq; ſerui dei in eo quod à carnibus & à uino abſtinẽt, non tanquã res immũdas refugiũt, ſed mũdioris uitę inſtituta ſectanẽ. Et in eo q̃d cõiugia nõ habẽt, nõ nuptiarũ bonum, crimen eſſe exiſtimãt, ſed continentiã iugem bonis nuptijs meliorẽ eſſe non dubitãt, iſto ꝯmaxime tẽpore, quãdo dicit̃ de cõtinentia, Qui poteſt capere, capiat. De nuptijs uero dicit, Qui ſe nõ cõ- Matth. 19
tinet, nubat. In una enim ratione uirtus exorit̃, in 1 Cor. 7
altera infirmitas remedio ſubleuaẽ. Vnde quia ægritudini ſemper eſt cõſulendũ, propterea ſi cui primo cõtigerit priuari cõiugio, ſi uoluerit ſecũdas uel tertias inire nuptias, nullũ de illis peccatũ habebit, ſi eas caſte ſeruauerit: id eſt, ſi unus & una legitime dũtaxat cõiunct̃i, fidẽ ſeruẽt, ut nec ille mulieri prꝫter uxorẽ, nec illa uiro prꝫter maritũ ullatenus miſceaẽ. In talib⁹ etſi fuerit aliquis cõiugalis exceſſus, qui tamẽ legitimũ non uiolet thorum, habebit nõnullũ, ſed ueniale peccatum. Sed hæc illorũ ſunt, qui nullam uouerũt cõtinentiam deo. Cæterũ quiſqs ſeipſum caſtrauerit pro Continentiam uouere
pter regnũ cœlorũ, & in corde ſuo continentiam deo uouerit, nõ ſolũ ſi mortifero fornicatiõis crimine maculeẽ, uerũetiam ſi aut uir uxorẽ accipere, aut mulier nubere uoluerit, ſecundũ Apoſtoli ſententiã, damnationẽ habebit: quia primã fidẽ irritã fecit. Sicut ergo ſecũdum Apoſtoli ſenten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam, dignũ est ut uxori uir debitũ reddat, similiter & uxor uiro, quia si quis acceperit uxorẽ, nõ peccat: & si nupserit uirgo, nõ peccat: ita secũdũ eiusdẽ Apostoli dictũ, qui statuit in corde suo firmus nõ habẽs necessitatẽ, potestatẽ autẽ habens suæ uolũtatis, & uouerit continentiã deo, debet eam usq; in finẽ tota mentis solicitudine custodire, ne damnationẽ habeat, si primã fidem irritã fecerit. Similiter & cõiugati uiri, & cõiugatæ mulieres, si ex cõsensu perennem deo uouerint cõtinentiam, nouerint se sui uoti obnoxios detineri: nec iam sibi debere cõmixtionẽ carnis, quã primitus licitã habuerũt, sed deo se debere cõtinentiam quã uouerũt. Tũc enim unusq; sq; regnũ cœlorũ, quod sanctis promittit, possidebit, si obliuiscens quæ retro sunt, & in anteriora extẽdens se ipsum, secũdum quod in Psalmis dicit, Vouete, & reddite dño deo uestro: quod scit esse licitũ, & ad profectũ melioris uitæ ptinere cognoscit, & libenter uoueat, & celeriter reddat, et in hoc quod uotũ reddit, meliore semp conatu proficiat. Omni enim uouẽti deo & reddenti quod uouit, ipse quoq; deꝰ reddet cœlestis regni præmia quæ promisit. Firmissime tene, & nullatenus dubites, patrẽ & filiũ & spiritũsanctũ unũ esse naturaliter deũ, in cuius nomine baptizati sumus. Cũ enim aliud nomẽ sit pater, aliud filius, aliud spiritussanctus: hoc est utiq; unũ naturæ nomẽ horũ triũ qd dicit, deus. Qui dicit in Deuteronomio, Videte quoniã ego sum deus, & nõ est alius præter me. Et de quo dicit, Audi Israel, dñs deus tuus deus unus est. Et, Dñm deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Firmissime tene, & nullatenus dubites, patrem & filiũ & spiritũsanctũ, id est, sanctã Trinitatẽ esse solũ naturaliter uerũ deũ. Quia cum tres deos nobis colere nõ liceat, nisi unũ solũ uerũ deum, tamẽ sicut pater uerꝰ deus dicit, testãte Apostolo q ait, Cõuersi estis ad deũ à simulacris, seruire deo uiuo & uero, et expectare filiũ eius de cœlis, quẽ suscitauit à mortuis Iesum: ita quoq; filiũ uerum deũ Ioanes cõmendat Apostolus, dicẽs, Scimus quia filius dei uenit, & dedit nobis intellectũ ut cognoscamus uerũ deũ, & simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus, & uita æterna: qui utiq; quoniã uerus deus est, etiã ueritas est, sicut ipse nos edocet dicẽs, Ego sum uia et ueritas & uita. De spiritu quoq; sancto Ioannes Apostolus ait, Quia spũs est ueritas. Et utiq; non potest naturaliter deus uerus non esse, qui ueritas est. Quem etiã deũ Paulus Apostolus cõfitetur, dicens, Membra uestra templũ sunt spiritus sancti qui in uobis est, quẽ habetis à deo, & non estis uestri, empti enim estis precio magno, glorificate & portate deũ in corpore uestro. Firmissime tene, & nullatenus dubites, patrẽ & filiũ & spiritũsanctum, id est, sanctam Trinitatẽ unum uerum deũ sine initio sempiternũ esse. Propter qd scriptum est. In principio erat uerbum, & uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbum, Hoc erat in principio apud deum. Hæc denuo sempiternitas intimatur, ubi dicit in Psalmo, Deus autẽ rex

Vota *Natura diuina. Cap. IIII* *Deut. 32* *Deut. 6* *Vnus deus Cap. V* *1 Thes. 1* *1 Ioan. 5* *Ioan. 14* *1 Cor. 6* *Deus æternus Cap. VI*

noster ante secula. Et alio loco, Sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas. Firmissime tene, & nullatenus dubites, sanctã trinitatẽ solum uerum deum, sicut æternũ, ita solum naturaliter incommutabilem esse. Hoc enim significat, cum dicit seruo suo Moysi, Ego sum qui sum. Hinc & Psalmus dicit, In principio domine tu terrã fundasti, & opera manuum tuarũ sunt cœli: Ipsi peribunt, tu autẽ permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent. Et sicut opertoriũ mutabis eos, & mutabũtur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Firmissime tene, & nullatenus dubites, sanctã Trinitatem solũ esse uerũ deum, rerum omnium uisibiliũ atq; inuisibilium creatorem. De quo in psalmo dicitur, Beatus cuiꝰ deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius qui fecit cœlum & terrã, mare & omnia quæ in eis sunt. De quo etiã Apostolus dicit, Quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula. Firmissime tene, & nullatenus dubites, patris & filij & spiritussancti unam quidem esse naturã, tres uero esse personas: patrẽq; solũ esse qui dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & filiũ solum esse sub per quem uox illa solius patris insonuit, quando in Iordane secundũ carnem baptizatus est unigenitus deus, qui carnẽ solus accepit: atq; spiritum sanctũ patris & filij solũ esse, qui in specie colũbæ super Christũ baptizatum et ascendentẽ ab aqua descẽdit, & quinquagesimo die post resurrectionem Christi fideles in uno loco positos, in linguarum ignearũ uisione aduenies repleuit. Illam uocem, qua solus locutꝰ est deus pater: & illam carnem, qua solus homo factus est unigenitus deus: & illam colũbam, in cuius specie spiritussanctus super Christũ descendit: illasq; linguas, in quarũ uisione fideles Apostolos in uno loco cõstitutos repleuit, opera esse totius sanctæ trinitatis, id est, unius dei, qui fecit omnia in cœlo & in terra, uisibilia & inuisibilia. Firmissime tene, & nullatenus dubites, solũ deum filium, id est, unam ex trinitate personã solius patris esse filiũ: spiritũ uero sanctũ ipsum quoq; unam ex trinitate personam, non solius patris, sed simul patris & filij esse spiritum. Ostendens enim dei filium se solũ esse de patre genitum, ait, Sic enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Et paulo post, Qui autẽ non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Spiritũ autem sanctum & patris & filij esse spiritum Apostolus docet, qui ait, Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis. Et sequitur, Si quis autem spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Firmissime tene, & nullatenus dubites, eundem spiritũsanctum, qui patris & filij unus est spiritus, de patre & filio procedere. Dicit enim filius, Cũ uenerit spiritus ueritatis, qui à patre procedit. Vbi suũ spiritum esse docuit, quia ipse est ueritas. De filio quoq; procedere spiritũsanctum, prophetica atque Apostolica doctrina nobis commendat. Esaias enim dicit

Deus trinitas. Exo. 3 *Psal. 101* *Deus omnium creator. Psal. 145* *Trinitas unitas. Matth. 3* *Spiritus sanctus. Cap. XV*

dicit de filio, Percutiet terrã uirga oris sui, & spiritu labiorũ suorũ interficiet impium. De quo & Apostolus ait: Quẽ interficiet dominus Iesus spiritu oris sui. Quẽ etiã ipse unicus dei filius spiritum oris sui esse significãs, post resurrectionẽ insufflãs in discipulos, ait: Accipite spiritũsanctũ. De ore uero ipsius dñi Iesu, ait Ioanes in Apocalypsi, quia gladius utraq; parte acutus procedebat. Ipse ergo spiritus oris eius, ipse est gladius q de ore eius procedit. Firmissime tene, & nullatenus dubites, Trinitatẽ deũ immensum esse uirtute nõ mole: & omnẽ creaturã spiritalẽ atq; corporalem uirtute eius & pręsentia cõtineri. Dicit enim deus pater, Cœlũ & terrã ego impleo. Dicitur etiã de sapiẽtia dei, quę filius est eius, Quia attingit à fine usq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. De spiritu quoq; sancto legimus, Quia spiritus domini repleuit orbẽ terrarũ. Et Dauid Propheta dicit: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Si ascẽdero in cœlũ, tu illic es: si descendero ad infernũ ades. Firmissime tene, & nullatenus dubites, unã ex Trinitate personã, id est, deum filiũ, qui de natura dei patris solus natus est, & unius eiusdẽq; naturę cum patre est, ipsum in plenitudine tẽporis secundũ susceptionẽ formæ seruilis uoluntarie in uirgine conceptũ, & de uirgine natũ, uerbum carnẽ factum: ipsum quoq; esse qui essentialiter natus est de patre, & essentialiter cõceptus est, natusq; de uirgine: ipsumq; unũ esse, & unius naturæ cũ uirgine, q ait de deo patre, Ante secula fundauit me, & ante omnes colles generauit me. De quo etiã dixit Apostolus: Quia cũ uenit plenitudo tẽporis, misit deus filium suũ, factũ ex muliere, factũ sub lege. Firmissime tene, & nullatenus dubites, Christum filiũ dei sicut de deo patre plenũ perfectũq; deũ, ita de uirgine matre plenũ perfectũq; hominem genitũ, id est, uerbũ deũ, habentẽ scilicet sine peccato uerã nostri generis carnẽ & animã rationalem. Quod ipse dei filius euidẽter ostẽdit, dicens de carne sua: Palpate & uidete, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Animã quoq; se habere his uerbis ostẽdit, dicẽs: Propterea me pater diligit, qa ego pono animã meã, & iterũ sumo eã. Intellectũ quoq; animæ se habere ostẽdit in eo, quod ait: Discite à me qa mitis sum et humilis corde. Et de seipso deus p Prophetã dicit: Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & sublimis erit ualde. Nam & beatus Petrus secundũ sancti Dauid prophetiã in Christo carnẽ & animã confitẽr. De ipso enim beato Dauid loquens, ait: Propheta igitur cum esset, & sciret qa iureiurãdo iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedẽ eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi, qa nec; derelicta est anima eius in inferno, nec; caro eius uidit corruptionẽ. Firmissime tene, & nullatenus dubites, unũ filiũ atq; ipsum esse deũ uerũ, qui cum patre deo, & spiritusancto deo fecit omnia tẽpora, & in monte Sinai legẽ Moysi dedit ordinatã per angelos, & ipsum deũ uerbũ carnẽ factũ; qui ue-

2. Thes. 2 *Ioan. 20* *Apoc. 1* *Trinitas nullo terminis circũscripta. Cap. XII* *Hiere. 23* *Sap. 8* *Sap. 1* *Psal. 138* *Persona filij. Cap. XIII* *Prouerb. 8* *Gal. 4* *Humanitas Christi. Cap. XIIII* *Luc. 24* *Ioan. 10* *Matth. 11* *Esaie 25* *Act. 2* *Diuinitas & humanitas Christi. Cap. XV* *Exod. 20 & 21*

niente plenitudine tẽporis, missus à patre & spiritusancto, factus est ex muliere quã fecit, solus factus est sub lege quã dedit. Firmissime tene & nullatenus dubites, dei uerbũ quod caro factum est, in duas naturas inconfusibiliter permanere. Vnã uerã diuinã, quam habet cũ patre cõmunẽ, secundũ quam dicit: Ego & pater unũ sumus, & qui me uidet, uidet & patrẽ, et ego in patre, & pater in me est: secundũ quam etiã dicit Apostolus, splendorẽ glorię & figurã substantiæ dei. Alterã uerã humanã, secundũ quam ipse deus incarnatus dicit: Pater maior me est. Firmissime tene & nullatenus dubites, deũ uerbũ carnẽ factum, unã habere diuinitatis suę carnisq; personã. Deꝰ enim uerbũ plenam naturã humanã, ita sibi uere citer unire dignatus est, & permanẽte diuinitate sua ita uerbũ caro factũ est: ut quãuis naturaliter nõ hoc sit uerbũ quod caro, quia duarũ naturarũ ueritas manet in Christo, secundũ unam tamen personã idem uerbũ caro ab ipso fieret maternæ cõceptionis initio. Deus enim uerbũ nõ accepit personã hominis, sed naturã: & in æternã personam diuinitatis accepit temporalem substantiã carnis. Vnus est ergo Christus uerbũ caro factũ, qui etiã ex patribus secũdũ carnẽ, & super omnia deus benedictus in secula. Vnus Iesus, cui & pater dicit, Ex utero ante luciferũ genui te. Vbi significatur ante omne tẽpus sine initio æterna natiuitas. Vnus Iesus, de quo & Euangelista dicit: Quia uocatũ est nomen eius Iesus, quod uocatũ est ab angelo priusquã in utero conciperetur.

Firmissime tene & nullatenus dubites, nõ carnẽ Christi sine diuinitate conceptã in utero uirginis priusquã susciperetur à uerbo, sed ipsum uerbũ deũ suæ carnis acceptione conceptũ, ipsamq; carnẽ uerbi incarnatione cõceptã. Firmissime tene & nullatenus dubites, ipsum unigenitũ deũ uerbũ carnẽ factum, se pro nobis obtulisse sacrificiũ & hostiã deo in odorẽ suauitatis: cui cũ patre & spiritusancto à Patriarchis, Prophetis, et sacerdotibus tẽpore ueteris testamẽti animalia sacrificabãtur: & cui nũc, id est, tẽpore noui testamẽti, cũ patre & spiritusancto, cũ quibus illi est una diuinitas, sacrificiũ panis & uini in fide & charitate, sancta ecclesia catholica per uniuersum orbẽ terrę offerre nõ cessat. In illis enim carnalib. uictimis figuratio fuit carnis Christi, quã ꝓ peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis quẽ erat effusurus in remissionẽ peccatorũ nostrorũ. In isto aũt sacrificio gratiarum actio atq; cõmemoratio est carnis Christi quã pro nobis obtulit, & sanguinis quẽ pro nobis idẽ deus effudit. De quo b. Paulus dicit in Actibus Apostolorũ: Attẽdite uobis & uniuerso gregi in quo uos spũssanctus posuit episcopos regere ecclesiã dei, quã acq̃siuit sanguine suo. In illis ergo sacrificijs qd nobis esset donãdũ figurate significabat. In hoc autẽ sacrificio quid nobis iam donatũ sit, euidẽter ostẽditur. In illis sacrificijs prænũciabatur filius dei ꝓ impijs occidẽdus: in hoc aũt pro impijs annũciatur occisus, testante Apostolo: qa

Verbi & carnis unio. Cap. XVIII *Sacrificia. Cap. XIX* *Sacrificium panis* *Act. 20*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.5 Christus cū adhuc infirmi essemus secundū tempus, pro impijs mortuus est: & quia cū inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortē filij eius. A

Humanitas Christi. Firmissime tene & nullatenus dubites, uerbum carnē factū, eandē humanā carnē semper uerā habere, qua de uirgine uerbū de⁹ natus est, qua crucifixus & mortuus est, quia resurrexit & in cœlū ascēdit. & in dextera dei sedet, qua etiā uenturus est iudicare uiuos & mortuos: ꝓpter quod Apostoli ab angelis audierūt, Sic ueniet quēadmodū

Cap. XX

Act. 1 Apoc. 1 eū uidistis euntē in cœlum. Et beatus Ioānes ait, Ecce ueniet cū nubibus, & uidebit eū omnis oculus & qui eū crucifixerūt, & uidebunt eū omnes tribus terræ talem. Firmissime tene & nullatenus dubites, trinitatē deū, id est, patrē & filium &

Natura nihil non bonum.

Cap. XXI spiritūsanctū esse naturaliter summū atq; incōmutabile bonū: & ab ipso creatas esse omnes naturas bonas quidē, quia à summo bono factæ sunt, sed mutabiles, quæ de nihilo factę sunt: nullamq; esse malā naturā, quia omnis natura inquantū natura est bona est. Sed quia in ea bonū & augeri et minui potest, intantū mala dicīt, inquantū bonū eius minuitur. Malū enim nihil aliud est, nisi boni priuatio. Vnde geminū cōstat esse creaturæ rationalis malū, unum quo uoluntarie ipsa deficit à summo bono creatore suo: alterū quo inuita punietur ignis æterni supplicio: illud passura iuste, qa hoc admisit iniuste: & quia ordinē in se nō seruauit diuinę institutionis, ordinē diuinę nō effugiet

Malum B

Nulla creatura est eadē cū deo.

XXII ultionis. Firmissime tene, & nullatenus dubites, neq; angelos, neq; aliā quālibet creaturā eiusdem naturæ esse, cuius est secundū naturalē diuinitatē sūma trinitas, quæ est unus naturaliter de⁹ pater & filius & spiritussanctus: neq; enim unius naturæ esse potuerūt ille qui fecit, & ea quę fecit. C

Angeli facti stabiles

Cap. XXIII Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnē creaturā naturaliter mutabilē à deo incōmutabili factā, nec tamē posse quēlibet sanctorū angelorū in deterius mutari: quia sic acceperūt æternā beatitudinē, qua deo stabiliter perfruūtur, ut ea carere nō possint. Sed hoc ipsum, qđ ab illo statu beatitudinis, in quo sunt, mutari in deterius nullatenus possunt, nō est eis naturaliter insitū, sed postquā creati sunt gratię diuinæ largitate collatū. Si em angeli naturaliter incōmutabiles fierēt, nūq; de eorū cōsortio diabolus & eius angeli cecidissent. Firmissime tene, & nullatenus dubites: in

Creaturæ rationales.

Ca. XXIIII D omni creatura, quā spiritalem atq; corporeā summa trinitas fecit, solos spiritus angelicos & humanos intelligēdi facultatē diuinitus accepisse. Cæteros uero spiritus brutorū animaliū rationalem intelligētia nō accepisse, & etiā hoc omnino habere nō posse. Propter quod dicit hominibus,

Psal. 31 Nolite fieri sicut equus & mulus, quib. nō est intellectus. Et ideo animas hominū, & animas pecorū unius naturę nō esse: nec animas pecorū in animas hominū, nec animas hominū in animas pecorū posse aliquādo trāsire. Firmissime tene,

Libera uoluntas Adam.

Cap. XXV & nullatenus dubites, primos homines, id est, Adā & mulierē ei⁹, bonos & rectos, & sine peccato creatos esse cū libero arbitrio, quo possent, si uellēt, humili & bona uolūtate seruire atq; obedire: quo arbitrio etiā possent, si uellēt, ꝓpria uoluntate peccare: eosq; nō necessitate, sed propria uoluntate peccasse: illoq; peccato sic in deterius mutatā humanā naturā, ut nō solū in ipsis primis hominibus per peccatū mors obtineret regnū, sed etiā in omnes homines trāsiret peccati mortisq; dominiū. Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnē hominē, qui per concubitū uiri & mulieris cōcipitur, cū peccato originali nasci, impietati subditū, mortiq; subiectum, & ob hoc natura iræ filium nasci. De qua dicit Apostolus, Eramus enim & nos natura filij iræ, sicut & cæteri. A qua ira nullus liberat, nisi per fidē mediatoris dei & hominū, hominis Iesu Christi, qui sine peccato conceptus, sine peccato natus, sine peccato mortuus, peccatū ꝓ nobis factus est, id est, sacrificiū factus est ꝓ peccatis nostris. In ueteri qppe testamēto peccata dicebant sacrificia, quę pro peccatis offerebant, in quibus omnib. fuit significatio Christi: quia ipse est agnus dei qui tollit peccata mūdi. Firmissime tene, & nullatenus dubites, nō solū homines iam ratione utentes, uerumetiā paruulos, qui siue in uteris matrū uiuere incipiūt, & ibi moriunt, siue cū de matrib. nati sine sacrāmento sancti baptismatis, qđ datur in nomine patris & filij & spiritussancti, de hoc seculo trāseūt, ignis ęterni sempiterno supplicio puniēdos: quia etsi proprię actionis peccatū nullū habuerūt, originalis tamē peccati dānationē carnali cōceptione & natiuitate traxerunt. Firmissime tene, & nullatenus dubites, ideo Christū filiū dei ad iudicādos uiuos & mortuos uenturum, ut homines, quos hic dono suæ gratiæ gratis ꝓ fidē iustificat, eisdēq; iustificatis in fide & charitate sanctæ matris Ecclesiæ usq; in finē pseuerantiā donat, in suo aduētu resuscitet & glorificet, & secundū ꝓmissionē suā æquales sanctis angelis faciat, & ad eū statū perducat, in quo pfecte, quantū unicuiq; donat deus, boni sint, & ab ipsa perfectiōe deinceps mutari non possint, ubi diuersa erit sanctorū gloria, sed una erit omniū uita ęterna. Diabolū uero & angelos eius in ignē æternū à Christo esse mittēdos, ubi nunquā carebūt pœna, quā eis præparauit diuina iustitia. Cū ipso etiā diabolo impios & iniquos homines, de quib. scriptura dicit, Imitantur autē eū qui sunt ex parte illius, pro eo quia eum in malis operib. imitati sunt, & ante finē prę sentis uitę congruā pœnitentiā nō egerūt, resumptis corporibus supplicio æternę cōbustionis arsuros. Firmissime tene & nullatenus dubites, omnibus hominib. & bonis & malis resurrectionē carnis in aduentu dñi futurā esse cōmunē: retributionē uero iustitię dei esse bonis malisq; dissimilē, secundū qđ Apostolus ait: Quia omnes resurgemus, sed nō omnes immutabimur. Immutabuntur autē iusti qui ibūt in uitam æternā. Quod Apostolus ostēdit dicēs: Et mortui resurgent incorrupti & nos immutabimur. Et ostēdens quæ erit ipsa immutatio, adiecit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc

induere immortalitatē. In iustorū corporib. fiet qđ ipse Apostolus ait: Seminat in corruptione, surget in incorruptiōe. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur corpus animale surget corpus spiritale. Quod ꝓpterea spiritale dixit, nō quia ipsum corpus spiritus erit, sed qa uiuificāte spiritu immortale atq; incorruptibile pmanebit. Sic autē tunc dicitur spiritale corpus cū nō spiritus sit, sed pmaneat corpus: sicut nūc animale dicitur cū tamē inuentatur non anima esse, sed corpus. Firmissime tene & nullatenus dubites, exceptis illis q pro nomine Christi suo sanguine baptizant, nullū hominē accepturū uitam æternā, qui nō hic à malis suis fuerit ꝓ pœnitentiā fidemq; cōuersus, & per sacramentū fidei & pœnitētiæ, id est, ꝓ baptismū liberatus: & maiori bus quidē necessariū esse & pœnitentiā de malis suis agere, & fidē catholicā secundū regulā ueritatis tenere, & sacramentū baptismatis accipere: paruulis uero qui nec propria uolūtate credere, nec pœnitentiā pro peccato qđ originaliter trahunt agere possunt, sacramentū fidei qđ est sanctū baptisma, quādiu ratiōis ętas eorū capax esse nō potest, sufficere ad salutē. Firmissime tene & nullatenus dubites, neminē hic posse hominū pœnitentiā agere, nisi quē deus illuminauerit, & gratuita sua miseratione cōuertit. Apostolus em dicit: Ne forte det illis deus pœnitētiā ad cognoscendā ueritatē, & resipiscant à diaboli laqueis.

Nihil agi sine gratia.

Cap. XXXI Firmissime tene & nullatenus dubites, posse quidē hominē quem nec ignorātia literarū, nec aliqua ꝓhibet imbecillitas uel aduersitas, uerba sanctæ legis & Euāgelij, siue legere, siue ex ore cuiusquā prædicatoris audire: sed diuinis mādatis obedire neminē posse, nisi quem deus gratia sua præuenerit: ut qđ audit corpore, corde etiā percipiat, & accepta diuinitus bona uolūtate atq; uirtute, mādata dei facere & uelit & possit. Neq; enim qui plātat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat deus, qui etiā operatur in nobis & uelle & pficere pro bona uoluntate. Firmissime tene & nullatenus dubites, deo incōmutabili non solū præterita & præsentia, sed etiā futura oīa incōmutabiliter esse notissima: cui dicitur, Deus qui occultorū es cognitor, qui scis omnia antequā fiant. Firmissime tene & nullatenus dubites, Trinitatē deum incōmutabilē rerum omniū atq; operū, tam suorum ꝙ humanorū certissimū cognitorē, ante omnia secula scire quib. esset per fidem gratiā largiturus: sine qua nemo poterit ex initio mūdi usq; in finem à reatu peccati, tam originalis ꝙ actualis absolui. Quos enim deus præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Firmissime tene & nullatenus dubites, omnes quos uasa misericordiæ gratuita bonitate deus fecit, ante constitutionē mūdi in adoptionē filiorū dei prædestinatos à deo: neq; perire posse aliquē eorū quos deus prædestinauit ad regnū cœlorū: nec quenq; eorū quos non prædestinauit ad uitā ulla posse ratione salu-

Baptismus.

Cap. XXXVI uari. Prædestinatio enim illa gratuitæ donatiōis est præparatio, qua nos Apostolus ait prædestinatos in adoptionē filiorū dei ꝑ Iesum Christū in ipsum. Firmissime tene & nullatenus dubites, sacramentū baptismatis, nō solū intra Ecclesiam catholicā, sed etiā apud hæreticos, qui in nomine patris & filij & spiritussancti baptizāt, esse posse, sed extra Ecclesiā catholicā prodesse non posse. Imò sicut intra Ecclesiā rectę credētib. per sacramentū baptismi cōferri salutē: sic extra Ecclesiā baptizatis, si ad Ecclesiā non redierint, eodem baptismo accumulari pernicię. Tantū enim ualet Ecclesiasticæ societatis unitas ad salutē, ut baptismo nō saluet, cui nō ibi datur, ubi oportet ut detur. Ineste tamē homini baptismū etiā extra Ecclesiā baptizato, sed ad iudiciū ineste ab Ecclesia separato. Et quia manifestū est, ubicunq; datū fuerit, hoc baptisma semel esse dādū, ideo etsi ab hæreticis in nomine patris & filij & spiritussancti fuerit datū uenerabiliter agnoscendū, & ob hoc nullatenus iterandū. Saluator em dicit, Qui semel lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet.

Ecclesia.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, oēm extra Ecclesiam catholicā baptizatū, participē fieri non posse uitæ æternæ, si ante finē uitæ huius catholicę nō fuerit reditus atq; incorporatus Ecclesiæ. Quia si habeā, inquit, Apostolus, omnē fidē, & nouerim omnia sacramēta, charitatē autē nō habeā, nihil sum. Nā & in diebus diluuij nemi nē legimus extra arcā potuisse saluari.

Damnati.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, nō solū omnes

Hæretici.

Paganos, sed etiā omnes Iudæos hæreticos atq; schismaticos, qui extra Ecclesiā catholicā presentem finiunt uitā, in ignē æternū ituros, qui paratus est diabolo & angelis eius. Firmissime tene, & nullatenus dubites, quēlibet hæreticū siue schismaticū in nomine patris & filij & spiritussancti baptizatum, si Ecclesiæ catholicæ non fuerit aggregatus, quantascunq; eleemosynas fecerit, etsi pro Christi nomine etiā sanguinē fuderit, nullatenus posse saluari. Omni em homini, qui Ecclesiæ catholicæ non tenet unitatem, neq; baptismus, neq; eleemosyna quālibet copiosa, neq; mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem, quandiu in eo hęretica uel schismatica prauitas perseuerat, quæ ducit ad mortē.

Christiani mali uiuentes.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, nō omnes qui intra Ecclesiam catholicā baptizātur, accepturos esse uitam æternā, sed eos qui perceptō baptismate recte uiuūt, id est, qui abstinuerūt se à uitijs & concupiscentijs carnis. Regnū enim cœlorum sicut infideles hæretici atq; schismatici nō habebūt, sic catholici crimino si possidere nō poterunt.

Cap. XL

Sine peccatis neminē uiuere Cap. XLI

Firmissime tene, & nullatenus dubites, etiā iustos atq; sanctos homines, exceptis ijs qui baptizati paruuli sunt, sine peccato hic nemi nē uiuere posse: semperq; omni homini esse necessariū, & peccata sua usq; in finē uitæ presentis eleemosynis diluere, & remissionē à deo humiliter ac ueraciter postulare.

Cibus, potus, Matrimoniū.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem creaturā dei bonam esse

Cap. XLII

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse,& nihil reijciendũ, quod cum gratiarũactione percipitur:& dei seruos,qui à carnibus aut uino abstinent,non tanquã immunda quæ à deo facta sunt respuere,sed à fortiori cibo & potu,p sola castigatiõe corporis abstinere. Nuptias quoq; diuinitus institutas & benedictas: & melius quidem si quisquã sine cõiugio sit,ut liberius atq; plenius cogitet quę sunt dei,quomodo placeat deo: tamẽ illis qui continentiã non uouerũt,nullũ esse peccatũ,si uel mulier nubat, uel uir uxorẽ ducat. Nec solas primas nuptias à deo institutas,sed etiam secundas & tertias,pro eorũ qui se continere non possunt infirmitate cõcessas. Eis uero qui sine cõiugati,siue à cõiugio liberi continentiã deo uouerunt,admodũ esse damnabile,si uel illi coniugale opus uoluerint appetere, quò se nõ accessuros,uel illi repetere,à quo se recessuros,illi liberam,illi cõmuni professi sunt uoluntate. Firmissime tene,& nullatenus dubites,areã dei esse Ecclesiam catholicã, & intra eam usq; in finẽ seculi frumẽto mixtas paleas cõtineri:hoc est bonis malos sacramentorũ cõmunione misceri ; & in omni professione,siue clericorũ,siue monachorũ,siue laicorũ,bonos esse simul & malos:nec pro malis bonos deserẽdos,sed pro bonis malos,inquãtum exigit fidei & charitatis ratio tolerandos, id est,si uel in Ecclesia nullius perfidiæ semina spargunt,uel fratres ad aliquod malũ opus mortifera imitatione non ducũt : nec posse aliquẽ intra Ecclesiam catholicã recte credentẽ benecq; uiuentẽ, alieno unquam maculari peccato, si cuiquã peccanti nec consensionẽ præbeat nec fauorẽ, Vtiliterq; malos à bonis intra Ecclesiã tolerari,si hoc cum eis bene uiuendo & bene monendo agatur, ut & uidẽtes & audiẽtes quę bona sunt,mala sua respuant,& iudicãdos se à deo pro suis malis operibus contremiscãt,atq; ita præueniẽte dono gratiæ de suis iniquitatibus confundãtur, & ad bonam uitã per Dei misericordiã conuertãtur. Bonos uero à malis intra Ecclesiã duntaxat catholicam cõstitutis nõ debere nisi operũ dissimilitudine separari, ut cũ quibus diuina cõmunicant sacramẽta,non habeãt mala opera, quibus illi sunt crimino si, cõmunia. In fine uero seculi bonos à malis etiã corpore separãdos:quãdo ueniet Christus habens uentilabrũ in manu sua, & permundabit aream suã,& congregabit triticũ in horreũ suum,paleas autem comburet igni inextinguibili:quando per iudicium iustum segregabit iustos ab iniustis,bonos à malis,rectos à peruersis : bonos constituet à dextris, malos à sinistris, & ex eius ore iusti æterniq; iudicij sempiterna atq; incõmutabili prolata sentẽtia, iniqui omnes ibunt in combustionẽ æternã, iusti autem in uitã æternam: iniqui semper arsuri cum diabolo, iusti autẽ regnaturi sine fine cum Christo. Hæc interim quadraginta capitula ad regulam ueræ fidei firmissime pertinentia fideliter crede, fortiter tene, ueraciter patienterq; defende.Et si quem contraria his dogmatizare cognoueris,tanquã pestem fuge,& tanquam hæreticum abijce.Ita enim ista quæ posuimus fidei catholicæ cõgruũt, ut si quis non solũ omnibus,sed etiã singulis uoluerit contraire,in eo quòd singulis horũ contumaciter repugnat,& his contraria docere nõ dubitat, hæreticus & Christianæ fidei inimicus, atq; ex hoc omnibus catholicis anathematizandus appareat. Quãuis igitur & angustia temporis & festinatio portitoris compulerit nos aliqua,quæ pro diuersis hæresibus agnoscendis atq; uitandis fuerant inserenda,præterire silentio : tamẽ si omnia quæ in hoc opusculo continẽtur recensere & notissima prorsus habere non negligas , ex his poteris cauta discretione etiã de cæteris spiritaliter iudicare. Apostolus enim dicit,quia spiritalis iudicat omnia : quò donec unusquisq; nostrũ perueniat, in eo quò peruenit,ambulet,id est,in eo quod certum accepit fideliter perseueret, Quod si qd aliter sapit,hoc quoq; illi deus reuelabit. Vere firmum fidei est fundamentũ,principaliter credere patrem & filium & spiritumsanctũ,unum esse naturaliter deum:ita ut de natura patris uere natum unigenitũ filiũ,& simul de patre & filio uere atq; naturaliter procedentẽ credamus spiritũsanctũ: ipsamq; sanctam Trinitatẽ esse unum solũ uerum æternum atque incõmutabilem Deum. Credere etiam congruit ad salutẽ,unam ex Trinitate personam, id est, unigenitũ deum pro nostra salute solum hominẽ factum:eundemq; unũ esse deum uerum, & hominẽ uerum, secundũ diuinitatem unam naturã habentem cum patre & spiritusancto:secundũ humanitatem uero animã Christi rationalem eiusdem naturæ esse cuius sunt animæ omniũ hominũ,& carnem Christi illius esse naturæ cuius est uniuersorũ qui de primo homine originem ducunt. Ergo nec animã Christi, nec carnem unius cum diuinitate eiusdemq; esse naturæ; quia secundum humanitatẽ uere ipse creatus est. Sed sicut diuinitati eius cum patre & spiritusancto est diuina natura cõmunis : sic animæ eius & corpori naturalis est cõmunio cum animabus & corporibus nostris. Qui diuinitate sua carnẽ atq; animã credentiũ in se,& à peccati dominio,et ab æternæ mortis supplicio gratis eripuit auferẽdo peccatũ.Hac enim credulitate munitus, nõ obliuiscẽris diuinã misericordiã die nociuo; supplicare:obsecrans beatã spem omniũ credentiũ in se qui est Christus dominus,ut huius fidei ueritatẽ firmiter teneas,inuiolatamq; custodias: quia spiritussanctus fidelib. se deprecãtib. copiosum subministrat adiutoriũ, sicut Propheta dicit : Prope est dñs omnibus inuocantibus eũ in ueritate. Voluntatẽ timẽtiũ se faciet,& preces eorũ exaudiet, & saluos faciet eos. Custodit dominus omnes diligentes se,& omnes peccatores disperdet. Et iterũ ipsi deo dicit : Ecce omnes qui se elõgant a te, peribunt:perdidisti omnes qui fornicãtur abs te. De se autẽ ait: Mihi autẽ adhærere deo bonũ est, ponere in domino spem meã. Adhære igitur deo fili charissime,& in ipso spem tuã toto corde fide & charitate cõstitue. In militia seculi exhibe regi terreno fidele seruitiũ, quia hoc diligit deus, hoc mandat

Malos misceri bonis. Cap. XLIII

Matth.3

Matth.25

Perſiſtendũ in fide. XLIIII

mandat Apostolus, In causa uero fidei,qua Christus nos redemit in sanguine suo,omnis de corde nostro timor abscedat. Illi animas nostras debemus,cui⁹ sanguine redẽpti sumus. Illũ debemus prę omnib.diligere,quẽ nouim⁹ nostrarũ animarũ clementissimũ redẽptorẽ. Illius debem⁹ timere præ omnib. æternã & uerã potestatẽ, quę uenturũ speramus equissimũ iudicẽ.Illius debem⁹ promissa toto affectu cordis appetere,qui potest animæ & corpori donare uitã æternã .Illius debem⁹ timere iracũdiã,q; potest animã & corpus mittere in gehennã:in cuius iudicio sine acceptiõe psonarũ,sine ambitu potestatũ equaliter iudicabunt dñi & serui,reges & milites,diuites & pauperes, humiles & sublimes. Vbi seruus q̃squis hic fidẽ dei in ueritate tenuerit,regno potiet æterno: dñs aũt infidelis sempiterno exuret incẽdio. Vbi seruorũ dominorũq; fidelium nec uita terminabitur, nec lætitia finiet: infidelium uero siue seruorũ siue dominorũ secundũ sermonis ꝓphetici ueritatẽ, ignis eorũ nõ extinguet, & uermis eorũ non morietur. Ibũt enim iniqui in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Attendamus autẽ quos illuc saluator ituros esse prędixerit,nẽpe illos,quib. dicturus est:Esurui,& nõ dedistis mihi mãducare:Sitiui,& nõ dedistis mihi bibere:Nudus fui,& nõ uestistis me:Hospes,& non suscepistis me : Infirmus, & in carcere,& nõ uenistis ad me. Quòd si in ignẽ æternũ digne mittet, q̃ Christo in suis minimis esurienti panẽ nõ dederit: quid passurus est q̃ ipsum panẽ, qui de cœlo descẽdit, sibi p infidelitatis uitiũ adimit? Et si in flãmis perennib. exuretur,q̃ Christo in suis minimis sitienti calicẽ aquæ frigidæ nõ tribuit:quid ille patiet, q renatus ex aqua & spiritusancto,sanctũ baptisma in se iterare permittit, qđ ad salutẽ semel, & ad sacramentũ sanctę regenerationis accepit? Et si illũ credimus perenibus subdendũ esse tormentis,qui Christũ in suis minimis peregrinũ hospitio negligit charitate suscipere : qd passurũ se putauerit,qui dñm Christũ de domo sui cordis excludẽs,& diabolũ in se cæca prorsus infidelitate recipiẽs,de sancta Ecclesia, quę est colũna & firmamentũ ueritatis,hæretica circũuentus falsitate discesserit? Et si ille q̃ infirmos atq; in carcere posi tos famulos Christi nõ uisitat,igni deputat̃ sempiterno:quid illis retribuendũ dicimus,q; dei famulos,in quibus solã persequũtur fidei ueritatẽ, aut squalore carcerũ,aut exiliorũ deportatiõe uiolẽter affligunt? Sed in his omnib. licet infideles sæuiat,deus tamẽ suis auxiliũ subministrat.Et dum inimici fidei aut callida quẽq; seductiõe, aut uiolenta compulsione cupiunt deprauare, Christus qui est uirtus & sapientia dei,ut mortiferę suasionis promissa despiciãt,& uirtutem tribuit, ut terroribus humanis robore diuini timoris obsistãt: tantum est ut uoluntas non auertatur à deo, & fidei præmio potiatur. Ipsa est enim,cui aut pro infidelitate infligitur æterna pœna, aut seruatæ fidei merces erit sempiterna lætitia.

Repetit ſuperiora.

1.Cor.3

Iſaiæ 66

Matth.25

Pſal.144

Error de deo triplex. Cap. I

Epistola D.Augustini ad Aurelium Carthaginẽn.Ecclesiæ Episcopum.

D.beatiss. & syncerissimo charitate uenerãdo,S.fratri & cõsacerdoti papę Aurelio,Augustinus in D.S.

DE trinitate quę deus summus & uerus est,libros iuuenis inchoaui,senex ædidi:Omisserã quippe hoc opus posteaq; cõperi præreptos mihi esse siue subreptos anteq; eos absoluerẽ, & retractatos,ut mea dispositio fuerat,expolirẽ. Nõ enim singillatim, sed omes simul ædere ea ratiõe decreuerã, quoniã precedẽtib.cõsequẽtes inquisitione ꝓficiẽte nectũtur. Cũ ergo per eos homines qui priusquã uellem ad quosdã illorũ peruenire potuerũt,dispositio mea nequiuisset impleri, interruptã dictationẽ reliquerã:cogitãs hocipsum in aliquib.meis scriptis cõqueri:ut scirẽt qui possent, nõ à me fuisse eosdẽ libros æditos,sed ablatos priusq; mihi æditiõe mea digni uiderẽtur. Verũ multorũ fratrũ uehemẽtissima postulatione,& maxime tua iussione cõpulsus,opus tã laboriosum, adiuuãte dño terminare curaui:eosq; emẽdatos non ut uolui, sed ut potui,ne ab illis qui subrepti iam in manus hominũ exierãt,plurimũ discreparent,uenerationi tuæ per filium nostrum condiaconũ charissimum misi,Et cuicunq; audiendos,describẽdos,legendosq; permisi:in quibus si seruari mea dispositio potuisset, essent profecto etsi easdem sententias habentes,multo tamen enodatiores atq; planiores, quantum rerum tantarũ explicãdarum difficultas & facultas nostra pateretur. Sunt autem qui primos quatuor uel potius quinq; etiam sine procemijs habent,& duodecimum sine extrema parte non parua. Sed si eis hæc æditio poterit innotescere,omnia si uoluerint & ualuerint emendabunt. Peto sane ut hanc Epistolam seorsum quidem,sed tamen ad caput eorundem librorum iubeas anteponi. Ora pro me.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER PRIMVS

LECTVRVS hæc quę de Trinitate disserim⁹, prius oportet ut nouerit, stylũ nostrũ aduersus eorũ uigilare calũnias, qui fidei cõtemnẽtes initiũ,immaturo & peruerso ratiõis amore fallunt. Quorũ nõnulli ea quæ de corporalib.rebus,siue p sensus corporeos experta nouerũt,siue quæ natura humani ingenij & diligẽtiæ uiuacitate uel artis adiutorio pcepertũt, ad res incorporeas & spiritales trãsferre conanẽ, ut ex his illa metiri atq; opinari uelint. Sũt quidã alij qui secundũ humani animi naturã uel affectũ de deo sentiũt si quid sentiũt,& ex hoc errore cũ de deo disputãt,sermoni suo distortas & fallaces regulas fingũt. Est itẽ aliud hominũ genus, eorũ qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui uniuersam quidē creaturā quę profecto muta
bilis est, nitūtur transcēdere, ut ad incōmutabilē A
substantiā quę deus est erigāt intentionē: sed mor
talitatis onere prægrauati, cū & uideri uolūt scī
re quod nescīūt, & qđ uolūt scīre nō possunt, præ
sumptiones opinionū suarū audacius affirmādo,
intercludūt sibimet intelligētiæ uias, magis eligē
tes sententiā suā nō corrigere peruersam, q̄ muta
re defensam. Et hic quidē omniū morbus est triū
generū quæ ꝓposui: & eorū scilicet qui secundū
corpus de deo sapiūt: & eorū qui secundū spirita
lem creaturā, sicuti est anima: & eorū qui neq; se
cundū corpus, neq; secundū spiritalē creaturā, &
tamē de deo falsa existimāt: eo remotiores à uero,
quo id quod sapiūt, nec in corpore reperīt, nec in
facto & cōdito spiritu, nec in ipso creatore. Qui
enim opinat deū, uerbi gratia, candidū uel rutilū, B
fallitur: sed tamē hæc inueniunt in corpore. Rur
sus qui opinat deū nūc obliuiscentē, nūc recordā
tem, uel si quid huiusmodi est, nihilominus in er
rore est, sed tamē hæc inueniuntur in animo. Qui
aūt putat eius esse potētiæ deū ut seipsum ipse ge
nuerit, eo plus errat, quod nō solū deus ita nō est,
sed nec spiritalis nec corporalis creatura. Nulla
enim omnino res est quę seipsam gignat ut sit. Vt
ergo ab huiusmodi falsitatibus humanus animus
purgaret, sancta scriptura paruulis cōgruens, nul
lius generis rerū uerba uitauit, ex quib. quasi gra
datim ad diuina, atq; sublimia noster intellect⁹ ue
lut nutritus assurgeret. Nā & uerbis & rebus cor
poralib. sumptis usa est cū de deo loqueret, uelut
Psal.16 cū ait, In tegmine alarū tuarū protege me: Et de C
spiritali creatura multa trāstulit quib. significaret
illud qđ ita non esset, sed ita dici opus esset, sicuti
est: Ego sum deus zelotes: &, Pœnitet me homi
nē fecisse. De rebus aūt quę omnino nō sunt, non
traxit aliqua uocabula, quib. uel figuraret locutio
nes, uel spiraret ænigmata. Vnde perniciosius &
inanius euanescūt, qui tertio illo genere erroris à
ueritate secludunt, hoc suspicādo de deo, qđ neq;
in ipso, neq; in ulla creatura inueniri potest. Re
bus enim quę in creatura inueniunt, solet scriptu
ra diuina uelut infātilia oblectamēta formare, q̄
bus infirmorū ad quærenda superiora & inferio
ra deserēda, ꝓ suo modulo tanq̄ passib. moueret
affectus. Quæ uero proprie de deo dicunt, quæq;
in nulla creatura inueniunt, raro ponit scriptura D
diuina, sicut illud quod dictū est ad Moysen: Ego
sum q sum: & qui est, misit me ad uos. Cū em esse
aliquo modo dicat & corpus & anim⁹, nisi pro
prio quodā modo uellet intelligi, nō id utiq; dice
1.Tim.6 ret. Et illud quod ait Apostolus: Qui solus habet
immortalitatē, cū & anima modo quodā immor
talis esse dicat & sit: nō aūt diceret, Solus habet,
nisi quia uera immortalitas incōmutabilitas est,
quā nulla potest habere creatura, quoniā soli⁹ est
Iac.1 creatoris. Hoc & Iacobus dicit: Oē datū optimū,
& omne donū perfectū desursum est descēdens à
Psal.101 patre luminū, apud quē nō est cōmutatio, nec mo
mēti obumbratio. Hoc & Dauid: Mutabis ea &
mutabunt, tu uero idē ipse es. Proinde substantiā

dei sine ulla sui cōmutatione mutabilia facientē,
& sine ullo sui tēporali motu tēporalia creantē, in
tueri & plene nosse difficile est: & ideo est neces
saria purgatio mētis nostræ, qua illud ineffabile,
ineffabiliter uideri possit: qua nondū prediti, fide
nutrimur, & per quædā tolerabiliora, ut ad illud
capiendū apti & habiles efficiamur, itinera duci
mur. Vnde Apostol⁹, in Christo quidē dicit esse
omnes thesauros sapiētiæ & sciētiæ absconditos:
eū tamē quāuis iam gratia eius renatis, sed adhuc
carnalib. & animalibus, tanq̄ paruulis in Chri
sto, nō ex diuina uirtute in qua æqualis est patri,
sed ex humana infirmitate ex qua crucifixus est,
cōmēdauit. Ait nanq; : Neq; enim iudicaui me sci 1.Cor.2
re aliquid in uobis nisi Iesum Christū, & hūc cru
cifixū. Deinde secutus ait: Et ego in infirmitate
& timore & tremore multo fui apud uos. Et pau
lopost eis dicit: Et ego fratres nō potui uobis loq
quasi spiritalibus, sed quasi carnalib⁹. Quasi par
uulis in Christo, lac potū dedi uobis, nō escā: nō
dū enim poteratis, sed nec adhuc quidē potestis.
Hoc cū dicitur quibusdā, iracunt, & sibi cōtume
liose dici putāt: & plerūq; malūt credere eos po
tius à quib. hoc audiūt nō habere quod dicāt, q̄
se capere nō posse quod dixerint. Et aliquādo af
ferimus eis rationē, nō quā petunt cū de deo quę
runt: quia nec ipsi eā ualēt sumere, nec nos fortas
se uel apprehēdere uel ꝓferre: sed qua demōstre
tur eis q̄ sint inhabiles minimeq; idonei percipi
endo quod exigūt. Sed quia nō audiūt qđ uolūt,
aut callide nos agere putāt, ut nostrā occultemus C
imperitiā, aut maliciose quod eis inuideamus pe
ritiā, atq; ita indignātes perturbatiq; discedunt.

Quapropter adiuuāte dño deo nostro suscipie- De deo ꝙ
mus & eāipsam quā flagitāt quantū possum⁹ red modo dici
dere rationē, Quod trinitas sit unus deus & solus dem. Ca.
& uerus, & q̄ recte pater & filius & spiritussanc
tus, unius eiusdēq; substātiæ uel essentię dicatur,
credatur, intelligat: ut nō quasi nostris excusatio
nibus illudant, sed re ipsa experiātur, & esse illud
summū bonū quod purgatissimis mētibus cerni
tur, & à se propterea cerni cōprehēdiq; nō posse,
quia humanæ mētis acies inualida in tā excellēti
luce nō figitur, nisi per iustitiā fidei nutrita uege
tetur. Sed primū secundū autoritatē scripturarū
sanctarū utrum se ita fides habeat demōstrandū
est. Deinde si uoluerit & adiuuerit deus, istis gar
rulis ratiocinatoribus, elatioribus q̄ capaciori
bus, atq; ideo morbo periculosiore laborātib⁹, sic
fortasse seruiemus, ut inueniāt aliquid unde dubi
tare nō possint, & ob hoc in eo quod inuenire nē
quiuerint, de suis mentib. potius q̄ de ipsa uerita
te, uel de nostris disputationibus cōquerant: atq;
ita si quid eis erga deū uel amoris est uel timoris,
ad initiū fidei & ordinē redeant, iam sentientes q̄
salubriter in sancta Ecclesia medicina fideliū con
stituta sit: ut ad perceptionē incōmutabilis ueri
tatis, imbecillem mentē obseruata pietas sanet,
ne in opinionē noxiæ falsitatis temeritas inordi
nata præcipitet. Nec pigebit aūt me sicubi hæ
sito quærere, nec pudebit sicubi erro discere.

Proinde

Solicita lectio/ rum uaria. Cap. III Psal.104

Proinde quisq̄s hæc legit, ubi pariter cert⁹ est,
pgat mecū: ubi pariter hæsitat quærat mecū: ubi A
errorē suum cognoscit, redeat ad me: ubi meū, re
uocet me. Ita ingrediamur simul charitatis uiā, tē
dētes ad eū, de quo dictū est: Quærite faciē eius
semp. Et hoc placitū, piū atq; tutū corā dño deo
nostro, cū omnib. interim q ea quę scribo legunt
& in omīb. scriptis meis: maximeq; in ijs ubi quę
rit unitas trinitatis, pater & filius & spūssanctus,
qa nec periculosius alicubi errat, nec laboriosius
aliquid quærit, nec fructuosius aliq̄d inuenitur.
Quisq̄s ergo cū legit dicit, hoc nō bene dictū est,
quoniā nō intelligo, locutionē meā reprehēdat,
nō fidē: & forte uere potuit dici planius, uerūta/
mē nullus hominū ita locutus est, ut in omnibus
ab omīb. intelligeret. Videat ergo cui hoc in ser
mone meo displicet, utrū alios in talib. reb⁹ quę B
stionibus q̄ uersatos intelligat, cū me non intelli
git. Et si ita est, ponat librū meū, uel etiā si hoc ui
deat, abijciat, & eis potius quos intelligit, operā
& tēpus impēdat. Nō tamē ꝓpterea putet me ta
cere debuisse, qa nō tā expedite ac dilucide q̄ illi
quos intelligit eloquī potui. Neq; em omnia quę
ab omnib. cōscribunt, in omniū man⁹ ueniūt. Et
fieri potest, ut nōnulli q etiā hæc nostra intellige
re ualent, illos planiores nō inueniāt libros, & in
istos saltē incidāt. Ideoq; utile est, plures à plurib.
fieri diuerso stilo, nō diuersa fide, etiā de quæstio
nibus eisdē, ut ad plurimos res ipsa ꝓueniat, ad a
lios sic, ad alios aūt sic. At si ille q se ista nō intelle
xisse cōquerīt, nulla unq̄ de talib. rebus diligen
ter & acute disputata intelligere potuit, secū agat C
uotis & studijs ut, pficiat, nō mecū querelis & cō
uitijs, ut taceā. Qui uero hęc legēs dicit, intelligo
qdē qd dictū sit, sed nō uere dictū est: asserat si pla
cet sententiā suā, & redarguat meā si potest. Qđ
si cū charitate & ueritate fecerit, mihiq̄ etiā, si in
hac uita maneo, cognoscēdum facere curauerit,
uberrimū fructū hui⁹ laboris mei cœpero. Quod
si mihi nō potuerit, q bus id potuerit me uolente
ac libēte prēstiterit: ego tamē in lege dñi meditor
si nō die ac nocte, saltē q b. tēporū particulis pos
sum, & meditatiōes meas ne obliuiōe fugiāt sti
lo alligo: sperās de misericordia dei, q̄ in omnib.
ueris quę certa mihi sūt, pseuerantē me faciet. Si
qd autē aliter sapio, id quoq; mihi ipse reuelabit,
siue ꝑ occultas inspiratiōes atq; admonitiōes, si D
ue ꝑ manifesta eloqa sua, siue ꝑ fraternas sermo
cinationes. Hoc oro, & hoc depositū desideriūq;
meū penes ipsum habeo, q mihi satis idone⁹ est,
& custodire quę dedit, & reddere quę ꝓmisit. Ar
bitror sanē nonnullos tardiores, in q buscdā locis li
brorū meorū inopinaturos me sensisse qđ nō sen
si, aut nō sensisse qđ sensi. Quorū errorē mihi tri
bui nō debere q s nesciat, si uelut me sequētes ne
q̄ apprehēdētes, deuiauerint in aliquā falsitatē,
dū cogor ꝑ quędā dēfa et opaca uiā carpere: quā
doquidē nec ipsis sanctis diuinorū librorū autori
tatib. ullo modo q̄squā rectę tribuerit tā multos
& uarios errores hæreticorū, cū omnes ex eisdē
scripturis, falsas atq; fallaces opiniōes suas conē

tur defendere. Admonet me planè, ac mihi iubet
suauissimo imperio lex Christi, hoc est charitas,
ut cū aliquid falsi in libris meis me sensisse homi
nes putāt qđ ego nō sensi, atq; idipsum falsum al
teri displicet, alteri placet, malim me reprehēdi à
reprehēsore falsitatis, q̄ ab eī⁹ laudatore laudari.
Ab illo enim quāuis ego nō recte q hoc nō sense
rim, error tamē ipse recte uituperat. Ab hoc aūt
nec ego recte laudor, à quo existimor id sensisse
qđ uituperat ueritas, nec ipsa sententia quā uitu
perat ueritas. Ergo in nomine dñi susceptū opus
aggredimur. Omnes quos legere potui q ante Quæ personis
me scripserūt de Trinitate quæ est deus, diuino/ cōmunia, quæ
rum librorū ueterū & nouorū catholici tractato/ nō. Ca. IIII
res, hoc intēderūt secundū scripturas docere, q̄
pater & filius & spūssanctus, unius eiusdēq; sub
stātię, inseparabili æqualitate diuinā insinuēt uni
tatē. Ideoq; nō sint tres dij sed unus deus: q̄uis pa
ter filiū genuerit, & ideo filius nō sit q pater est:
filiusq; à patre sit genitus, & ideo nō sit pater qui
filius est: spiritusq; sanctus, nec pater sit, nec filius,
sed tantū patris & filij spiritus, patri & filio etiam
ipse coæqualis, & ad trinitatis ptinēs unitatē: nō
tamē eādē trinitatē natā de uirgine Maria, et sub
Pōtio Pilato crucifixā & sepultā, tertio die resur
rexisse & in cœlū ascēdisse, sed tantūmodo filiū.
Nec eandē trinitatē descēdisse in specie colūbæ
sup Iesum baptizatū: Aut die Pētecostes post a
scēsionē dñi, sonitu facto de cœlo quasi ferret fla
tus uehemēs, & linguis diuisis uelut ignis, sedisse
sup unūquēq; eorū, sed tantūmodo spiritūsanctū.
Nec eandē trinitatē dixisse de cœlo: Tu es filius
meus, Siue cū baptizatus est à Ioāne, siue in mōte
quādo cum illo erāt tres discipuli, Aut qñ sonuit
uox, dicēs: Et clarificaui & iterū clarificabo: sed
tantūmodo patris uocē fuisse ad filiū factā, q̄uis
pater & filius & spiritussanctus, sicut inseparabi
les sunt ita inseparabiliter operent. Hæc etiā mea
fides est, quoniā hęc est catholica fides. Sed in Actiones per/
ea nonnulli perturbant, cū audiunt deū patrē, & sonarum pro/
deū filiū, & deū spiritūsanctū, & tamē hāc trinita priæ. Ca. V
tem nō tres deos, sed unū deū, & quēadmodū id
intelligāt quærūt: præsertim cū dicitur insepara
biliter operari trinitatē in omni re quā deus ope
ratur, & tamē quandā uocē patris sonuisse, quæ
uox filij nō sit: in carne aūt natū & passum, & re
surrexisse, & in cœlū ascēdisse, non nisi filiū: in co
lumbę aūt specie uenisse, nō nisi spiritūsanctū, in
telligere uolūt: quomō & illam uocē quæ nō nisi
patris fuit trinitas fecerit, & illā carnē in qua nō
nisi filius de uirgine natus est, eadē trinitas crea
uerit: & illā columbæ speciē in qua nō nisi spiri
tussanctus apparuit, illa ipsa trinitas operata sit:
aliogn nō inseparabiliter trinitas operat, sed alia
pater facit, alia fili⁹, alia spūssanctus. Aut si quæ
dā simul faciūt, quædā sine inuicē, iam nō insepa
rabilis trinitas. Mouet etiā quō spiritussanctus
in trinitate sit, quē nec pater, nec filius, nec ambo
genuerint, cū sit & patris & filij spiritus. Quia er
go quęrūt ista homines, & tædio nobis sunt, ut si
qd hinc ex dono dei sapit infirmitas nostra edisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ramus eis ut possumus, neq; cũ inuidia tabescẽte iter habeam⁹. Si dicimus nihil nos de talib. rebus A cogitare solere, mẽtimur. Si aũt fatemur habitare ista in cogitationib. nostris, quoniã rapimur amore indagãdæ ueritatis, flagitãt iure charitatis, ut eis indicemus q̃d hinc excogitare potuerim⁹: nõ quia iã acceperim, aut p̃fectus sim. Nã si Paulus apostolus, quãtomagis ego longe infra illius pedes iacẽs, nõ me arbitror apprehẽdisse: sed p̃ modulo meo, si ipsa quę retro sũt obliuiscor, & in anteriora me extẽdo, & secũdũ intẽtionẽ sequor ad palmã supernę uocatiõis, quãtũ eiusdẽ uię peregerim, & quò puenerim, unde mihi in finẽ reliquus cursus est, ut aperiã desiderẽ à me, illis desiderãtibus, q̃bus me seruire cogit libera charitas. Oportet aũt, ubi donabit deus, ut eis ministrãdo quę legãt, ipse quoq; p̃ficiã, & eis cupiẽs respõdere quærẽtibus, ipse quoq; inueniã q̃d̃ quærebã. Ergo suscepi hæc iubẽte atq; adiuuante dño deo nostro, nõ tã cognita cũ autoritate disserere, q̃ ea *Eadem personarum diuinitas. Ca. VI* cũ pietate dilligẽdo cognoscere. Qui dixerunt dñm nostrũ Iesum Christũ nõ esse deũ, aut nõ esse uerũ deũ, aut non cũ patre unũ & solũ deũ, aut nõ esse immortalẽ, q̃a mutabilẽ, manifestissima diuinorũ testimoniorũ & cõsona uoce conuicti *Ioan. 1* sunt, uelut sũt illa: In principio erat uerbũ, et uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ. Manifestũ est enim q̃d̃ uerbũ dei, filiũ dei unicũ accipimus, de quò post dicit, Et uerbũ caro factũ est, & habitauit in nobis, p̃pter natiuitatẽ incarnatiõis eius quę facta est in tẽpore ex uirgine. In eo aũt declarat, nõ tantũ deũ esse, sed etiã eiusdẽ cũ patre sub- C stãtiæ, quia cũ dixisset, Et deus erat uerbũ. hoc erat, inq̃t, in principio apud deũ: omnia p̃ ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Neq; em̃ dicit, omnia, nisi quę facta sunt, id est oẽm creaturã. Vnde liq;do apparet ipsum factũ nõ esse p̃ quẽ facta sunt omnia. Et si factus nõ est, creatura nõ est. Si aũt creatura nõ est, eiusdẽ cũ patre substãtiæ est. Omnis em̃ substãtia quæ de⁹ nõ est, creatura est: & quæ creatura nõ est, deus est. Et si nõ est filius eiusdẽ substãtiæ cuius est pater, ergo facta substãtia est, Si facta substãtia est, nõ omnia p̃ ipsum facta sunt. At omnia p̃ ipsum facta sunt: Vnius igitẽ eiusdemq; cũ patre substãtiæ est: & ideo nõ tantũ deus, sed & uerus de⁹. Quod idẽ Ioãnes apertis- *1. Ioan. 5* sime in epistola sua, dicit: Scimus q̃ filius dei ue- D nerit & dederit nobis intellectũ ut cognoscamus uerũ deũ, & simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus, & uita æterna, Hinc etiã cõsequẽter intelligit̃, nõ tantũmodo de patre dixisse *1. Tim. 6* apostolũ Paulũ: Qui solus habet immortalitatẽ, sed de uno & solo deo q̃d̃ est ipsa trinitas. Neq; enim ipsa uita æterna mortalis est secũdũ aliquã mutabilitatẽ, ac p̃ hoc filius dei, quia uita æterna est, cũ patre etiã ipse intelligit̃, ubi dictũ est: Qui solus habet immortalitatẽ. Eius enim uitæ æterną, et nos participes facti p̃ modo nostro immortales efficimur. Sed aliud est ipsa cui⁹ participes efficimur uita æterna, aliud nos qui eius participatiõe uiuemus in æternũ. Si enim dixisset, Quẽ

temporib. propriis ostẽdet pater beatus & solus potens, rex regũ & dñs dominantiũ, qui solus habet immortalitatẽ, nec sic inde separatũ filium ooporteret intelligi. Neq; enim q̃a ipse filius alibi loquẽs uoce sapiẽtiæ, ipse est enim dei sapientia, *Eccli. 24* ait: Gyrum cœli circumiui sola, separauit à se patrẽ: quãto magis ergo nõ est necesse ut tantũmodo de patre præter filiũ intelligat̃ quod dictũ est, Qui solus habet immortalitatẽ, cũ ita dictũ sit: ut serues, inquit, mandatũ sine macula, irreprehẽsibile usq; in aduentũ dñi nostri Iesu Christi: quem tẽporib. propriis ostẽdet beatus & solus potens, rex regũ & dñs dominantiũ, qui solus habet immortalitatẽ, & lucẽ habitat inaccessibilẽ, quẽ nemo hominum uidit, nec uidere potest, cui est ho- *1 Tim. 6.* nor & gloria in secula seculorũ, Amẽ. In quibus uerbis, nec pater proprie nominatus est, nec filius, nec spiritussanctus, sed beatus & solus potẽs, rex regũ & dominus dominantiũ, q̃d̃ est unus solus & uerus deus ipsa trinitas. Nisi forte quæ sequuntur, p̃turbabunt hunc intellectũ: quia dixit, Quẽ nemo hominũ uidit, nec uidere potest: cum hoc etiã ad Christũ pertinere secundũ diuinitatem eius accipiat̃, quam nõ uiderũt Iudæi, qui tamen carnẽ uiderũt & crucifixerũt. Videri aũt trinitas humano uisu nullo modo potest, sed eo uisu uidet̃, quo iam q̃ uidẽt, nõ homines, sed ultra homines sunt. Recte ergo ipse deus trinitas intelligit̃ beatus & solus potẽs, ostẽdens aduentũ dñi nostri Iesu Christi tẽporib. propriis. Sic enim dictum est: Solus habet immortalitatẽ: quomõ dictum est, Qui facit mirabilia solus. Quod uelim scire de quo dictũ accipiãt: si de patre tantũ, quomodo ergo uerũ est, q̃ ipse filius dicit: Quęcunq; enim pater facit, hæc eadẽ & filius facit similiter. An quicquã est inter mirabilia mirabilius q̃ resuscitare & uiuificare mortuos? Dicit aũt idẽ filius: Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Quomõ ergo solus pater facit mirabilia, cũ hæc uerba nec patrẽ tantum, nec filium tantũ permittãt intelligi, sed utiq; deũ unum uerũ solũ, id est, patrẽ & filiũ & spiritũ *1. Cor.* sanctũ. Item cũ dicit idẽ Apostolus: Nobis unus deus pater, ex quo omnia & nos in ipso, & unus dñs Iesus Christus, p̃ quẽ omnia & nos p̃ ipsum: q̃s dubitet eũ omnia quę creata sunt dicere: sicut beatus Ioãnes, omnia p̃ ipsum facta sunt? Quero itaq; de quo dicat alio loco, Quoniã ex ipso, & p̃ ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorũ, amẽ? Si em̃ de patre & filio & spiritusancto, ut singulis p̃sonis singula tribuant̃: Ex ipso, id est ex patre: p̃ ipsum, id est, p̃ filiũ: in ipso, id est in spiritusancto: manifestũ q̃ pater & filius & spiritussanctus un⁹ deus est, quãdo singulariter intulit: Ipsi gloria in secula seculorũ. Vnde em̃ cœpit hũc sensum? Nõ ait: O altitudo diuitiarũ sapiẽtię & scięti æ patris, aut filij, aut spiritussancti: sed sapiẽtiæ & scięti æ dei, q̃s inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ ei⁹. Quis enim cognouit mentẽ dñi? Aut q̃s consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniã ex ipso

ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: Ipsi gloria in secula seculorũ, amẽ. Si aũt hoc de patre tã- A tũmodo intelligi uolũt, quõ ergo omnia p̃ patrẽ sunt, sicut hic dicit̃: Et omnia p̃ filiũ, sicut ad Co- *1.Cor. 8* rinthios ubi ait: Et unus dñs Iesus Christus, per *Ioan. 1* quẽ omnia: Et sicut in Euãgelio Ioãnis: Omnia p̃ ipsum facta sunt? Si enim alia p̃ patrẽ, alia p̃ filiũ, iam nõ omnia per patrẽ, nec omia per filiũ. Si aũt omnia p̃ patrẽ, & omnia per filiũ, eadẽ per patrẽ quę per filiũ, Aequalis est ergo patri filius, & insę parabilis operatio est patris & filij: ga si uel filiũ fecit pater quẽ nõ fecit ipse filius, nõ omia p̃ filiũ facta sunt, at omnia per filiũ facta sunt. Ipse igitur factus nõ est, ut cũ patre faceret omnia quę facta sunt: quanq; nec ab ipso uerbo tacuerit Apostolus, & apertissime omnino dixerit: Qui cũ in dei *1 Sent. dist. ca. quidam* forma esset, nõ rapinã arbitratus est esse æqualis B *1.Cor. 11* deo. Hic deũ, p̃prie patrẽ appellãs, sicut alibi: Caput aũt Christi deus. Similiter & de spiritusancto collecta sunt testimonia, quib. ante nos q̃ hæc disputauerũt abundãtius usi sunt, quia & ipse deus & nõ creatura. Quòd si nõ creatura, nõ tantũ deus, Nã et homines dicti sunt dij, sed etiã uerus deus. Ergo patri & filio prorsus æqualis, & in trinitatis unitate cõsubstãtialis & coæternus. Maxime uero illo loco satis claret, q̃ spũssanctus nõ sit creatura, ubi iubemur nõ seruire creaturę, sed creatori. Nõ eo modo quo iubemur p̃ charitatẽ seruire inuicẽ, quod est Græce ἀγαπᾶν, sed eo modo quo tantũ deo seruit̃, q̃ est Græce λατρεύειν. Vnde idololatræ dicunt̃ qui simulacris eã seruitutẽ *Matth. 4* exhibẽt quę debet̃ deo. Secundũ hãc enim seruitutẽ dictũ est: Dñm deum tuũ adorabis, & illi soli C seruies. Nã & hoc distinctius in græca scriptura inuenit̃, λατρεύσεις enim habet. Porrò si tali seruitute, creaturę seruire, p̃hibemur, quãdoquidẽ dictũ est: Dñm deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies: unde & Apostolus detestat̃ eos qui coluerũt & seruierũt creaturę potius q̃s creatori, nõ est utiq; creatura spũssanctus, cui ab omnib. sanctis talis ser- *Philip. 3* uitus exhibet̃, dicẽte Apostolo: Nos em̃ sumus circũcisio spiritui dei seruiẽtes, q̃d̃ est in Græco, *1. Cor.* λατρεύοντες. Plures enim codices etiã Latini sic habẽt, qui spiritui dei seruimus, Græci aũt omnes, aut pene omes. In nõnullis aũt exemplarib. Latinis inuenimus, nõ spiritui dei seruimus, sed spiritu deo seruimus. Sed q̃ in hoc errãt, & autoritati D *1.Cor. 6* grauiori cedere detrectant, nũquid & illud uariũ in codicib. reperiũt: Nescitis quia corpora uestra templũ est q̃ in uobis est spũsanctũ, quẽ habetis à deo? Quid autẽ insanius magisq; sacrilegũ est, q̃s ut quisq; dicere audeat mẽbra Christi tẽplũ esse creaturæ minoris secundũ ipsos q̃s Christus est? Alio enim loco dicit: Corpora uestra mẽbra sunt Christi. Si aũt quæ mẽbra sunt Christi, tẽplũ est spiritussancti, nõ est creatura spiritussanctus: ga cui corpus nostrũ templũ exhibemus, necesse est ut huic eam seruitutẽ debeamus, qua nõ nisi deo seruiendũ est, quę Græce appellat̃, λατρεία. Vnde cõsequẽter dicit: Glorificate ergo & portate deũ in corpore uestro. His & talib. diuinarũ scriptu- rarum testimoniis, quibus ut dixi, priores nostri copiosius usi, expugnauerũt hæreticorũ tales calumnias uel errores, insinuat̃ fidei nostræ, unitas & æqualitas trinitatis. Sed quia multa in sanctis libris propter incarnationẽ uerbi dei, quæ p̃ salute nostra reparãda facta est, ut mediator dei & hominũ esset homo Christus Iesus, ita dicuntur, ut maiorẽ filio patrẽ significent, uel etiã apertissime ostẽdãt, errauerũt homines minus diligẽter scrutantes uel intuẽtes uniuersam seriẽ scripturarũ, & ea quæ de Christo Iesu secundũ hominẽ dicta sunt, ad eius substãtiã quę ante incarnationẽ sempiterna erat & sempiterna est, transferre conati sunt. Et illi quidẽ dicunt minorẽ filium esse q̃s pater est, quia scriptũ est, ipso dño dicente: Pater ma- *Ioan. 14* ior me est. Veritas autẽ ostendit secundũ istũ modum etiã seipso minorẽ filiũ. Quomodo enim nõ etiã seipso minor factus est, qui semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs? Neq; enim sic accepit formam serui, ut amitteret formã dei, in qua erat æqualis patri. Si ergo ita accepta est forma serui, ut non amitteret forma dei, cũ & in forma serui, & in forma dei idẽ ipse sit filius unigenitus dei patris, in forma dei æqualis patri, in forma serui, mediator dei & hominũ homo Christ⁹ Iesus: quis nõ intelligat q̃ in forma dei etiã ipse seipso maior est, in forma autẽ serui etiam seipso minor est. Nõ itaq; immerito scriptura utrunq; dicit, & æqualẽ patri filiũ, & patrẽ maiorẽ filio. Illud enim propter formã dei, hoc autẽ propter formã serui, sine ulla cõfusione intelligit̃. Et hęc nobis regula per omnes sacras scripturas dissoluendæ huius quæstionis, ex uno capite epistolæ Pauli apostoli promitur, ubi manifestius ista distinctio cõmẽdatur. Ait enim: Qui cũ in forma dei esset, nõ ra- *Philip. 2* pinã arbitratus est esse æqualis deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, in similitudinẽ hominũ factus & habitu inuẽtus ut homo. Est ergo dei filius deo patri natura æqualis, habitu minor: in forma enim serui quã accepit minor est patre: in forma aũt dei in qua erat etiã anteq̃ hãc accepisset, æqualis est patri. In forma dei uerbum per quod facta sunt omnia: in forma aũt serui, factus ex muliere, factus sub lege, ut eos q̃ sub lege erãt redimeret. Proinde in forma dei fecit hominẽ, in forma serui factus est homo. Nã si pater tã- *Gen. 1* tum sine filio fecisset hominẽ, nõ scriptũ esset: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã. Ergo quia forma dei accepit formã serui, utrunq; deus, & utrũq; homo. Sed utrũq; deus, p̃pter accipientẽ deũ, utrunq; aũt homo, p̃pter acceptũ hominẽ. Neq; enim illa susceptiõe alterũ eorũ in alterũ cõuersum atq; mutatũ est: nec diuinitas quippe in creaturã mutata est ut desisteret esse diuinitas, nec creatura in diuinitatẽ ut desisteret esse creatura. Illud aũt q̃d̃ dicit Apostolus: *Scripturæ perperã intellectas explicat. VIII* Cũ autẽ ei omnia subiecta fuerint, tũc & ipse filius subiectus erit ei q̃ illi subiecit omnia: Aut ideo dictũ est, ne quisq; putaret habitũ Christi qui ex humana creatura susceptus est, cõuersum iri postea in ipsam diuinitatẽ, uel ut certi⁹ expresserim dei-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Θεότης tatem, quæ nō est creatura, sed est unitas Trinitatis incorporea et incōmutabilis, & sibimet cōsubstātialis, & coæterna natura. Aut si quisq̄ cōtendit, ut aliqui senserūt, ita dictū, Et ipse filius subiectus erit ei q illi subiecit omnia: ut ipsam subiectionē, cōmutationē et cōuersionē credat futurā creaturæ in ipsam substantiā uel essentiā creatoris, id est, ut quę fuerat substātia creaturę, fiat substātia creatoris: certe uel hoc cōcedit, q̄d nō habet ullā dubitationē, nondū hoc fuisse factū, cū dns diceret: Pater maior me est. Dixit enim hoc nō solum anteq̄ ascēdisset in cœlū, uerūetiā anteq̄ passus resurrexisset à mortuis. Illi aūt qui putāt humanā in eo naturā in deitatis substantiā mutari atq; cōuerti, & ita dictū, Tūc & ipse filius subiectus erit ei q illi subiecit omnia: ac si diceret, tūc & ipse filius hominis & à uerbo dei susceptа humana natura cōmutabit in eius naturā, q ei subiecit omnia, tunc futurū, putāt, cū post diē iudicij tradiderit regnū deo & patri. Ac per hoc etiā secundū istā opinionē adhuc pater maior est. q̄ quę de uirgine serui forma accepta est. Quod si aliqui & hoc affirmāt, q̄ iam fuerit in dei substātiā mutatus homo Christus Iesus, illud certe negare non possunt, q̄ adhuc natura hominis manebat, quādo ante passionē dicebat, Quoniā pater maior me est: unde nulla cōtatio est secundū hoc dictū esse, q̄ forma serui maior est pater, cui in forma dei æqualis est
Ioan. 14 filio. Nec quisq̄ cū audierit q̄d ait Apostolus: Cū aūt omnia ei subiecta fuerint, manifestū quia prēter eū qui illi subiecit omnia: ita existimet de patre intelligēdū, q̄ subiecerit omnia filio, ut ipsum filiū sibi omnia subiecisse nō putet. Quod Apostol⁹ ad Philippēses ostēdit dicēs, Nostra aūt cōuersatio in cœlis est, unde & saluatorē expectamus dōm Iesum Christū, q trāsfigurabit corpus humilitatis nostræ cōforme ut fiat corpori gloriæ suę, secūdū operationē suā qua possit etiā sibi subjicere omnia. Inseparabilis em̄ operatio est patris & filij: alio gn nec ipse pater sibi subiecit omnia, sed filius ei subiecit, q ei regnū tradit, & euacuat oēm principatū & omnē potestatē & uirtutē. De filio q̄p ista dicta sunt: Cū tradiderit, inquit, regnū deo & patri, cū euacuauerit omnē principatū, & oēm potestatē et uirtutē. Ipse enim subjicit, q euacuat: Nec sic arbitremur Christū traditurū regnū deo & patri, ut adimat sibi. Nā & hoc q̄dā uaniloqui crediderūt. Cū enim dicit, Tradiderit regnū deo & patri: nō separat ipse, quia simul cū patre unus deus est. Sed diuinarū scripturarū curiosos cōtentionumq; studiosos fallit uerbū q̄d positū est, donec. Ita nāq; sequit: Oportet em̄ illū regnare, donec ponat oēs inimicos suos sub pedib. suis: tāq̄ cū posuerit, nō sit regnaturus. Nec intelligūt ita dictū sicuti est illud, Cōfirmatū est cor eius, nō cōmouebit donec uideat sup inimicos suos. Nō enim cū uiderit tā cōmouebit. Quid ergo est, Cū tradiderit regnū deo & patri: quasi modo nō habeat regnū deus & pater? Sed quia oēs iustos in quib. nūc regnat ex fide uiuētib. mediator dei & hominū homo Christus Iesus perducturus est ad

aūt q̄ illi contēplationi corda mundent, illa maxime sentētia: Beati mūdicordes, quoniā ipsi deū uidebūt. Et quia hęc est uita æterna, dicit deus in
Psal. 86 psalmo: Lōgitudine dierū replebo eū, & ostendā illi salutare meū. Siue ergo audiamus, ostēde nobis filiū: siue audiamus: ostēde nobis patrē: tātundē ualet; qa neuter sine altero potest ostēdi, Vnū quippe sunt, sicut & ipse ait: Ego & pater unū sumus. Denicq̄, ppter ipsam inseparabilitatē, suffici
Ioan. 10 enter aliquādo nominat, uel pater uel filius solus adimpleturus nos lætitia cū uultu suo. Nec inde separat utriusq; spiritus, id est patris & filij spiritus. Qui spiritus proprie dicit spiritus ueritatis, quē hic mūdus accipere nō potest. Hoc est enim plenū gaudiū nostrū, quo amplius nō est, frui scilicet Trinitate deo, ad cuius imaginē facti sumus. Propter hoc aliquādo ita loquit de spiritusancto tanq̄ solus ipse sufficiat ad beatitudinē nostrā: & ideo solus sufficit, qa separari à patre & filio non pōt: sicut pater solus sufficit, quia separari à filio & spiritusancto nō potest: & filius ideo sufficit solus, quia separari à patre & spūsancto nō potest. Quid enim sibi uult q̄ ait: Si diligitis me, mādata mea seruate, & ego rogabo patrē, & aliū aduocatum dabit uobis, ut uobiscū sit in æternū, spiritū ueritatis quē hic mūdus accipere nō potest, id est dilectores mūdi. Animalis enim homo nō percipit ea quæ sunt spiritus dei. Sed adhuc potest uideri ideo dictū, Et ego rogabo patrē & aliū aduocatū dabit uobis ut uobiscū sit in æternū, quasi nō solus filius sufficiat. Illo aūt loco ita de illo dictū est, tanq̄ solus omnino sufficiat. Cū uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos oēm ueritatē. Nunquid ergo separatur hinc filius, tanq̄ ipse nō doceat omnē ueritatē, aut quasi hoc impleat spūssanctus q̄d minus potuit docere filius? Dicāt ergo si placet, maiorē esse filio spiritūsanctū, quē minorem illo solēt dicere. An quia nō dictū est, Ipse solus aut nemo nisi ipse uos docebit omnē ueritatē, ideo permittūt ut cū illo docere credat & filius? Apostolus ergo filiū separauit à sciendis ijs quæ dei sunt, ubi ait: Sic & quæ dei sunt nemo scit nisi spiritus dei: ut iā isti puerili possint ex hoc dicere, q̄ & filiū non doceat quę dei sunt, nisi spiritussanctus, tanq̄ maior minorē: cui filius ipse tantū tribuit, ut diceret: Quia hęc loquutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrū, sed ego ueritatē dico: Expedit uobis ut ego eā. Nā si nō abiero, aduocatus nō ueniet ad uos. Hoc aūt dixit, nō propter inæqualitatē uerbi dei & spiritussancti, sed tanq̄ impedimento esset præsentia filij hominis apud eos, quominus ueniret ille q minor nō esset, quia semetipsum nō exinaniuit formā serui accipiens sicut filius. Oportebat ergo ut auferret ab oculis eorū forma serui, q̄p intuētes hoc solum esse Christum putabāt quod uidebāt. Inde est & illud, q̄d
Ioan. 14 ait: Si diligeretis me, gauderetis utiq̄, quoniā eo ad patrē, quia pater maior me est: id est, ppterea me oportet ire ad patrē, quia dum me ita uidetis, ex hoc q̄ uidetis, existimatis quia minor sum patre, atq̄ ita circa creaturā susceptumq̄ habitū oc-

cupati, æqualitatē quam cū patre habeo nō intelligitis. Inde est & illud: Noli me tāgere, nondum enim ascēdi ad patrē meū. Tactus enim tanq̄ finē facit notiōis. Ideoq̄ nolebat in eo esse finē intēti cordis in se, ut hoc quod uidebatur tantūmodo putaretur. Ascensio aūt ad patrē erat ita uideri sicut æqualis est patri, ut ibi esset finis uisionis, quæ sufficit nobis. Aliquādo itē de filio solo dicitur, q̄ ipse sufficiat, & in eius uisione merces tota promittit delectationis et desiderij nostri. Sic em̄ ait: Qui habet mādata mea & custodit ea, ille est Ioan. 14 qui diligit me. Qui autē me diligit, diligetur à patre meo, & ego diligā eum, & ostendā meipsum illi. Nūquid hic, quia nō dixit, ostendā illi & patrē, ideo separauit patrem à se? sed quia uerū est, Ego & pater unū sumus: cum pater ostenditur, & filius ostēditur qui in illo est: & cū filius ostenditur, etiā pater ostenditur, qui in illo est. Sicut ergo cū ait, Et ostendā illi meipsum: intelligitur quia ostēdit & patrē, ita & in eo quod dicit, Cum tradide 1. Cor. 15 rit regnū deo & patri: intelligitur quia nō adimit sibi. Quoniā cum perducet credētes ad contēplationē dei & patris, profecto perducet ad cōtemplationē suā, qui dixit: Et ostēdam illi meipsum. Et ideo cōsequenter cum dixisset illi Iudas: Dne quid factū est quia ostensurus es te nobis, & non huic mūdo? Respōdit Iesus & dixit illi, Si quis diligit me, sermonē meū seruabit, & pater meus diliget illū, & ad eū ueniemus et mansionē apud eū faciemus. Ecce quia non solū seipsum ostēdit ei à quo diligit, quia simul cū patre uenit ad eum, & mansionē facit apud eū. An forte putabit mansionē in dilectore suo facientib. patre & filio, exclusus esse ab hac māsione spiritussanctus? Quid est ergo quod superius ait de spiritusancto. Quē hic mūdus accipere nō potest, quoniā nō uidet illū, nostis illū uos qa uobiscū manet, & in uobis est. Nō itaq; ab hac māsione separatus est, de quo dictū est: Vobiscū manet, & in uobis est. Nisi forte quisq̄ sic absurdus est, ut arbitret cū pater & filius uenerint, ut mansionē apud eū faciāt, id est, dilectorē suum, discessurū inde spiritūsanctū, & tanq̄ locū daturū maioribus. Sed huic carnali cogitationi occurrit scriptura: paulò quippe superius ait: Et ego rogabo patrē, & aliū aduocatū dabit uobis, ut uobiscū sit in æternū. Nō ergo discedet patre & filio ueniētibus, sed in eadē māsione cū ipsis erit in æternū, qa nec ille sine ipsis uenit, nec illi sine ipso. Sed ppter insinuationē Trinitatis, psonis etiā singulis nominatis dicunt quædā separatim: nō tamē alijs separatis intelligunt propter eiusdē Trinitatis unitatē unamq̄ substantiā atq; diuinitatem patris & filij & spiritussancti.

Tradet itaq; regnū deo & patri dns noster Iesus Christus, nō se inde separato, nec spiritusancto, quādo perducet credētes ad cōtemplationē dei, ubi est finis omniū bonarū actionum, & requies sempiterna, & gaudiū quod nunq̄ auferet à nobis. Hoc enim signat in eo quod ait: Iterū uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, & gaudiū uestrum nemo tollet à uobis. Cuius gaudij similitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinẽ præsignabat Maria sedens ad pedes dñi, & intẽta in uerbũ eius, quieta scilicet ab omni actio ne, & intẽta in ueritatẽ secũdũ quendã modũ, cuius capax est ista uita, quo tamẽ præfiguraret illud, qđ futurũ est in ẽternũ: Martha qppe sorore sua in necessitatis actiõe cõuersante, q̃uis bona & utili, tamẽ cũ requies successerit, trãlitura, ipsa regescebat in uerbo dñi. Et ideo dñs conquerẽti Marthæ q̃ eã soror nõ adiuuaret, respõdit: Maria optimã partẽ elegit, quę nõ auferet ab ea. Nõ malã partẽ dixit qđ agebat Martha, sed istã optimã quæ non auferet. Illa enim quæ in ministerio indigẽtiæ est, cũ indigẽtia ipsa trãsierit, aufertur. Boni qppe operis trãsituri, merces est requies p̃mãsura. In illa igit̃ contẽplatione deus erit omnia in omnibus, quia nihil ab illo aliud requiret̃, sed solo ipso illustrari, pfruiq̃ sufficiet. Ideoq̃ ille in quo spiritus interpellat gemitib. inenarrabilib⁹: Vnã, inquit, petij à dño, hãc requirã, ut inhabitẽ in domo dñi, per oẽs dies uitę meæ, ut contẽpler delectationẽ dñi. Contẽplabimur enim deum patrẽ & filiũ & spiritũsanctũ, cũ mediator dei & hominũ, homo Christus Iesus, tradiderit regnũ deo & patri: ut iã nõ interpellet, p̃ nobis mediator, & sacerdos noster filius dei & filius hominis, sed & ipse inquãtũ sacerdos est, assũpta, ppter nos ser
† al. additur, & cui subiecit omnia. ui forma, subiectus sit ei q̃ illi subiecit oia † ut in quantũ deus est, cũ illo nos subiectos habeat: inquãtũ sacerdos, nobiscũ illi subiectus sit. Quapropter cũ filius sit & deus & homo, alia substantia deus, alia homo, homo potius in filio q̃ filius in patre: Sicut caro animæ meę, alia substãtia est ad animã meã, q̃uis in uno homine, q̃ anima alteri⁹ hominis ad animã meã. Cum ergo tradiderit regnũ deo & patri, id est cũ credẽtes & uiuẽtes ex fide, p̃ quib. nũc mediator interpellat, pduxerit ad contẽplationẽ, cui percipiẽdæ suspiramus & gemimus, & trãsierit labor & gemitus, iã nõ interpellabit pro nobis tradito regno deo & patri:
Ioan. 16 hoc significãs ait: Hæc uobiscũ locutus sum in similitudinib⁹, ueniet hora quãdo iã nõ in similitudinib. loquar uobis, sed manifeste de patre nũciabo uobis, id est, iã non erũt similitudines, cũ uisio fuerit facie ad faciẽ. Hoc est enim qđ ait, sed manifeste de patre nũciabo uobis: ac si diceret, manifeste patrẽ ostendã uobis. Nunciabo qppe ait, qa uerbũ eius est. Sequit̃ enim & dicit: Illa die in no mine meo petetis, & nõ dico uobis, qa ego rogabo patrẽ. Ipse enim pater amat uos, qa uos me amastis, & credidistis quia à deo exiui. Exiui à patre, & ueni in hũc mundũ, iterũ relinquo mũdũ, & uado ad patrẽ. Quid est: A patre exiui, nisi nõ in ea forma qua æqualis sum patri, sed aliter, id est in assumpta creatura minor apparui? Et quid est, Veni in hũc mundũ: nisi formã serui quã me exinaniẽs accepi, etiã peccatorũ qui mundũ istũ diligũt oculis demõstraui? Et quid est, Iterũ relinquo mundũ: nisi ab aspectu dilectorũ mũdi auferro qđ uiderũt? Et quid est, Vado ad patrẽ: nisi deceo me sic intelligendũ à fidelib. meis quomõ æqualis sum patri? Hoc qui credũt, digni habebuntur perduci à fide ad speciẽ, id est ad ipsam uisionẽ, quò perducẽs dictus est tradere regnũ deo & patri. Fideles quippe eius quos redemit sanguine suo, dicti sunt regnũ eius, p̃ quibus nũc interpellat: tunc aũt illic eos sibi faciens inhęrere, ubi æqualis est patri, nõ iã rogabit patrẽ pro eis. Ipse enim, inquit, pater amat uos. Ex hoc enim rogat, quo minor est patre: quo uero æqualis est, exaudit cũ patre. Vnde se ab eo q̃ dixit, Ipse em̃ pater amat uos: utiq̃ ipse nõ separat: sed secũdũ ea facit intelligi quæ supra cõmemorauí, satisq̃ insinuaui, plerũq̃ ita nominari in trinitate unãquãq̃ psonã, ut & alię illic intelligant̃. Sic itaq̃ dictũ est, Ipse em̃ pater amat uos: ut cõsequẽter intelligat̃ & filius & spũssanctus: nõ quia modo nos nõ amat, q̃ proprio filio nõ pepercit, sed, p̃ nobis omnibus tradidit eũ: sed tales nos amat de⁹, quales futuri sumus, nõ quales sum⁹. Quales em̃ amat, tales in ætернũ conseruat: qđ tũc erit cũ tradiderit regnũ deo & patri, q̃ nũc interpellat, p̃ nobis ut iã nõ reget patrẽ, q̃a ipse pater amat nos. Quo aũt meritо, nisi fidei, qua credimus anteq̃ illud qđ p̃mittitur uideamus? Per hãc enim p̃uenimus ad speciem, ut tales nos amet, quales amat ut simus, nõ quales odit qui mali sumus, & hortat̃ ac præstat, ne tales esse semp uelimus. Quapropter cognita ista regula intelligẽdarum scripturarũ de filio dei, ut distinguamus quid in eis sonet secũdũ formã dei, in qua æqualis est patri, & quid secundũ formã serui quã accepit, in qua minor est patre, nõ cõturbabimur tanq̃ cõtrarijs ac repugnãtibus inter se sanctorũ librorũ sententijs. Nã secũdum formã dei æqualis est patri, et filius, & spiritussanctus, quia neuter eorũ creatura est, sicut iã ostẽdimus. Secundũ autẽ formã serui, minor est patre, q̃a ipse dixit: Pater maior me est. Minor est seipso, quia de illo dictũ est: Semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs. Minor est spiritusancto, q̃a ipse ait: Qui dixerit blasphemiã in filiũ hominis, remittet̃ ei: Qui aũt dixerit in spiritũsanctũ nõ remittet̃ ei. Et in ipso uirtutes operatus est, dicẽs: Si ego in spiritu dei eiscio dęmonia, certe supuenit sup uos regnũ dei. Et apud Esaiã dicit, quã lectio nẽ ipse in synagoga recitauit, et de se cõpletã sine scrupulo dubitationis ostendit: Spiritus, inquit, dñi super me, propter quod unxit me, euãgelizare pauperib. misit me, prædicare captiuis remissionẽ &c. Ad quæ facienda ideo dicit se missum, q̃a spiritus dñi est super eũ. Secũdũ formã dei, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Secundũ formã serui, ipse factus est ex muliere, factus sub lege. Secũdũ formã dei, ipse et pater unum sunt. Secundũ formã serui, nõ uenit facere uoluntatẽ suã, sed uoluntatẽ eius qui eũ misit. Secundũ formã dei, Sicut habet pater uitã in semetipso, sic dedit & filio uitã habere in semetipso. Secundũ formã serui, Tristis est anima mea usq̃ ad mortẽ: & Pater, inquit, si fieri potest trãseat à me calix iste. Secundũ formã dei, Ipse est uerus deus & uita ẽterna. Secundũ formam serui, Factus est obediens usq̃ ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Secundum

Filius quãdo minor quę. 48

Ioan. 16

Ioan. 14 Philip. 2

Ioan. 16

dum formã dei, Omnia quæ habet pater, ipsius sunt: & omnia tua mea sunt, inqt, & mea tua. Secundũ formã serui, Nõ est doctrina ipsius, sed illius qui eum misit. Et de die & hora nemo scit, neq̃ angeli in cœlo, neq̃ filius, nisi pater. Hoc enim nescit, quod nescientes facit, id est, quod non ita sciebat ut tunc discipulis indicaret: sicut dictũ est ad Abrahã, Nunc cognoui quod timeas deũ: id est nũc feci ut cognosceres, quia & ipse sibi in illa tentatione, p̃batus innotuit. Nã & illud utiq̃ dictum⁹ erat discipulis tẽpore opportuno, de quo futuro tanq̃ præterito loquẽs, ait, Iam nõ dicam uos seruos, sed amicos, seruus enim nescit uoluntatem dñi sui: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq̃ audiui à patre meo, nota feci uobis: q̃ nondũ fecerat, sed quia certò facturus erat, quasi iam fecisset locutus est. Ipsis enim ait: Multa uobis habeo dicere, sed nõ potestis illa portare modo. Inter quæ intelligit̃, & de die & hora. Nam et Apostolus: Neq̃ enim iudicaui me, inqt, scire aliquid inter uos, nisi Christũ Iesum, & hũc crucifixũ. Eis enim loquebat̃, qui cape altiora de Christi deitate nõ poterãt. Quib. etiã paulo post dicit, Non potui uobis loqui quasi spiritalib. sed quasi carnalib. Hoc ergo inter illos nesciebat, quod p̃ ilium scire nõ poterãt. Et hoc solũ se scire dicebat, quod eos per illũ scire oportebat. Deniq̃ sciebat inter pfectos, quod inter paruulos nesciebat. Ibi quippe, ait, Sapientiã loquimur inter perfectos. Eo namq̃ genere locutionis nescire quisq̃ dicit̃ q̃ occultat, quo dicit̃ fossa cæca quæ occulta est. Neq̃ em̃ aliquo genere loquunt̃ scripturæ, quod in cõsuetudine humana nõ inueniat̃, qa utiq̃ homini. loquunt̃. Secũdũ formã dei dictũ est, Ante oẽs colles genuit me: id est, ante oẽs altitudines creaturarum. Et ante luciferũ genui te: id est, ante omnia tẽpora & tẽporalia. Secũdũ formã autẽ serui dictũ est, Dñs creauit me in principio uiarũ suarũ: Quia secũdũ formã dei dixit, Ego sum ueritas: & secũdũ formã serui, Ego sum uia. Quia em̃ ipse est primogenit⁹ à mortuis, iter fecit Ecclesiæ sue ad regnũ dei ad uitã ẽternam, cui caput est ad immortalitatẽ etiã corporis: et ideo creatus est in principio uiarũ dei in opera ei⁹. Secũdũ formã enim dei, principiũ est quod & log̃ nobis: in quo principio fecit deus cœlũ et terrã. Secũdũ aũt formã serui, Spõsus procedẽs de thalamo suo. Secundum formã dei, Primogenit⁹ omnis creaturę, & ipse ante omnes est, et omnia in illo cõstant. Secundũ formã serui, Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Sedm formã dei, Dñs est glorię. Vnde manifestũ est, q̃ ipse glorificet sanctos suos. Quos em̃ prędestinauit ipsos et uocauit, & quos uocauit ipsos & iustificauit, quos aũt iustificauit, ipsos et glorificauit. De illo qppe dictũ est, q̃ iustificet impiũ, de illo dictũ est, q̃ sit iust⁹ et iustificãs. Si ergo quos iustificauit, ipsos & glorificauit, q̃ iustificat ipse & glorificat, q̃ est, ut dixi, Dñs gloriæ. Secundũ formã tamẽ serui satagẽtib. discipulis de glorificatione sua, respõdit: Sedere ad dexterã uel ad sinistrã meã nõ est meũ dare uobis, sed quib⁹ paratũ est à patre meo. Quod aũt paratũ est à patre ei⁹, & ab ipso filio paratũ est, Quia ipse & pater unũ sunt. Iam em̃ ostẽdimus in hac Trinitate per multos diuinarũ locutionũ modos etiã de singulis dici q̃d omniũ est, ppter inseparabilẽ operationẽ uni⁹ eiusdẽq̃ substãtię. Sicut & de spũ sancto dicit, Cũ ego iero, mittã illũ ad uos. Nõ dixit, mittem⁹, sed ita quasi tantũ fili⁹ eũ missur⁹ esset, & nõ pater: cũ alio loco dicat: Hęc locut⁹ sũ uobis apud uos manẽs: Aduocat⁹ aũt ille, spũs scilicet, quẽ mittet pater in nomine meo, ille uobis declarabit omnia. Hic rursus ita dictũ est, quasi nõ eũ missurus esset et fili⁹, sed tantũ pater. Sicut ergo ista, ita & illud q̃ ait, Sed quibus paratũ est à patre meo: cũ patre se intelligi uoluit, parare sedes gloriæ quib⁹ uellet. Sed dicit aliqs. Illic cũ de spiritusancto loqueret̃, ita se missurũ ait, ut nõ negaret patrẽ missurũ, & alio loco ita patrẽ, ut nõ negaret se missurũ: hic uero apte ait, Nõ est meũ dare uobis: atq̃ ita secutus, à patre dixit ista preparata. Sed hoc est quod † præstrinximus secundũ formã serui dictũ: ut ita intelligerem⁹. Non est meum dare: ac si diceretur, Nõ est humanæ potestatis hoc dare: ut per illud intelligat̃ hoc dare, per quod deus & æqualis est patri. Non est, inqt, meũ dare, id est, nõ humana potestate ista do, sed quibus paratũ est à patre meo. Sed iam tu intellige, quia si omnia quæ habet pater mea sunt, & hoc utiq̃ meũ est, & cũ patre ista paraui. Nã & illud quæro, quomodo dictũ sit, Si quis nõ audit uerba mea, ego nõ iudicabo illũ, Fortassis em̃ ita hic dixit. Ego nõ iudicabo illũ: quemadmodũ ibi, Non est meũ dare. Sed quod hic sequit̃, Non enim ueni, inquit, ut iudicem mundũ, sed ut saluum factã mundum. Deinde adiũgit, & dicit: Qui me spernit & nõ accipit uerba mea, habet q̃ se iudicet. Hic iam intelligere mus patrẽ, nisi adiũgeret et diceret, Verbũ qđ locutus sum, ipsum iudicabit illũ in nouissimo die. Quid igit̃, iam nec filius iudicabit, qa dixit, Ego nõ iudicabo illũ, nec pater, sed uerbũ quod locutus est fili⁹? imo potius audí adhuc q̃ legit̃, Quia ego, inqt, nõ ex me locut⁹ sum, sed ille q̃ me misit pater, ille mandatũ mihi dedit, qd dicã, & quid loquar, & scio qa mandatũ ei⁹ uita æterna est. Quę ego loquar, ita ut dixit mihi pater, sic loquor. Si ergo nõ iudicat filius, sed uerbũ quod locutus est filius: ideo aũt iudicat uerbũ q̃ locutus est filius, quia nõ ex se locut⁹ est filius, sed qui misit eũ pater mandatũ dedit ei quid dicat, & quid loquat̃: pater utiq̃ iudicat cuius uerbũ est quod locut⁹ est filius, atq̃ ipsum uerbũ patris idem est filius ipse. Nõ enim aliud est mãdatum patris, aliud uerbũ patris. Nam & uerbũ hoc appellauit & mandatũ. Videam⁹ ergo ne forte q̃ ait, Ego nõ ex me locut⁹ sum: hoc intelligi uoluerit, Ego nõ ex me natus sum. Si enim uerbũ patris loquit̃, seipsum loquit̃, qa ipse est uerbũ patris. Plerũq̃ enim dicit, Dedit mihi pater: in quo uult intelligi q̃ eũ genuerit pater: nõ ut tanq̃ iam existenti & nõ habenti dederit aliq̃d: sed ipsum dedisse ut haberet, genuisse est ut esset. Nõ em̃ sicut creatura, ita dei filius

Ioan. 16

Ioan. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

ante incarnationē & ante assumptam creaturam
unigenitus, per quē facta sunt omnia, aliud est, et A
aliud habet, sed hoc ipsum est, qđ est id ꝙ habet.
Qđ illo loco manifestius dicit, si qs ad capiendū
sit idone⁹, ubi ait: Sicut habet pater uitā in semet-
ipso, ita dedit filio uitā habere in semetipso. Neq;
enim iam existēti & uitā nō habēti dedit ut habe
ret uitā in semetipso, cū eoipso qđ est, uita sit: hoc
est ergo, dedit filio uitā habere in semetipso, ge-
nuit filiū incōmutabilem uitā, quod est uita æter
na. Cū ergo uerbū dei sit filius dei, & filius dei sit
uerus deus, & uita æterna, sicut in epistola sua di
cit Ioānes, etiā hic qd aliud agnoscimus, cū dicit
Ioan.12 dns, Verbū quod locutus sum, ipsum iudicabit
eum in nouissimo die: & ipsum uerbū patris uer-
bum esse dicit & mandatū patris, ipsumq; manda
tum uitā æternā: Et scio, inqt, quia mandatū eius B
uita æterna est. Quæro itaq; quomodo intelliga-
mus, Ego nō iudicabo: sed uerbū quod locutus
sum iudicabit: quod ex cōsequentib⁹ apparet ita
dictū, ac si diceret sic, Ego nō iudicabo, sed uerbū
patris iudicabit, uerbū autem patris est ipse filius
dei. Sic ne intelligendū est, Ego nō iudicabo, sed
ego iudicabo: quomodo istud potest esse uerum,
nisi ita: ego scilicet non iudicabo ex potestate hu-
mana, qa filius hominis sum: sed ego iudicabo ex
potestate uerbi, qa filius dei sum. Aut si cōtraria
& repugnātia uident, ego non iudicabo, sed ego
Ioan.7 iudicabo: qd illic dicemus, ubi ait, Mea doctrina
non est mea: quomodo mea, quomodo nō mea:
Nō enim dixit, Ista doctrina nō est mea, sed mea
doctrina nō est mea: quā dixit suā, eandē dixit nō C
suā. Quomodo istud uerū est, nisi secundū aliud
suā dixerit, secūdū aliud nō suā. Secundū formā
dei suā, secundū formā seruī nō suā. Cū enim di-
cit, Nō est mea sed ei⁹ qui me misit: ad ipsum uer
bum nos fecit recurrere, doctrina enim patris est
uerbū patris qui est unic⁹ filius. Quid sibi et illud
Ioan.12 uult, Qui in me credit, nō in me credit: Quomo-
do in ipsum, quomodo non in ipsum, quomodo
tam contrarium sibiq; aduersum potest intelligi:
Qui in me credit, inqt, non in me credit, sed in eū
qui me misit: nisi ita intelligas, qui in me credit,
nō in hoc quod uidet credit, ne sit spes nostra in
creatura: sed in eo qui suscepit creaturā in qua hu
manis oculis appareret, ac sic ad se æqualē patri
cōtēplandū per fidē corda mundaret. Ideoq; ad D
patrē referēs intētionē credentiū & dicēs, Nō in
me credit, sed in eū q me misit: nō utiq; se à patre,
id est, ab illo qui eū misit uoluit separari: sed ut sic
Ioan.14 Qđ apte alio loco dicit, Creditis in deū & in me
credite: id est, sicut creditis in deū, sic & in me: qa
ego & pater unus deus. Sicuti ergo hic, tanq; ab-
stulerit à se fidē hominū, & in patrē trāstulerit, di
cēdo, nō in me credit, sed in eū q me misit: à quo
Mat.20 tamē se utiq; nō separauit, Sic etiā qđ ait, Nō est
meū dare, sed quib⁹ paratū est à patre meo, puto
clarere secundū qd utrūq; accipiendū sit. Tale est
enim & illud, Ego nō iudicabo: cū ipse iudicatu-
rus sit uiuos & mortuos: sed quia nō ex potestate

humana, ꝓpterea recurrēs ad deitatē, sursum eri
git corda hominū, ꝓpter quę subleuāda descēdit.
Nisi tamē ipse idē esset filius hominis, ꝓpter for De cau-
mam serui quā accepit, qui est filius dei propter sio dicit
dei formā in qua est, nō diceret apostolus Paulus prædica-
de principib. huius seculi, Si enim cognouissent, ob diui-
nunq; dñm glorię crucifixissent. Ex forma enim turas hy-
serui crucifixus est, & tamē dns glorię crucifixus post. Ca.
est. Talis enim erat illa susceptio quæ deū homi-
nem faceret, & hominē deū: quid tamē, ꝓpter qd,
& quid secundū qd dicat, adiuuāte dño, prudēs
& diligēs & pius lector intelligit. Nam ecce dixi
mus qa secundū id ꝙ deus est, glorificat suos, se-
cundū hoc utiq; quod dns gloriæ est: & tamē dns
gloriæ crucifixus est, quia recte dicit & deus cru
cifixus, nō ex uirtute diuinitatis, sed ex infirmita
te carnis: sicut dicimus, qa secundū id quod deus Matt.24
est iudicat, hoc est ex potestate diuina, nō huma-
na, & tamē ipse homo iudicaturus est, sicut domi
nus gloriæ crucifixus est: ita enim apte ait, Cū ue
nerit filius hominis in gloria sua, et omnes angeli
ei⁹ cū eo, tūc cōgregabunt ante eū omnes gētes:
& cętera quę de futuro iudicio usq; ad ultimā sen
tentiā in eo loco prædicātur. Et Iudæi, ꝓpter qui
in malicia sua perseuerātes, in illo iudicio puniē-
di sunt, sicuti alibi scriptū est, Videbūt in quē pu-
pugerūt. Cū enim & boni & mali uisuri sunt iudi
cem uiuorū & mortuorū, proculdubio eū uidere
nō poterūt mali, nisi secundū formā qua filius ho
minis est, sed tamen in claritate in qua iudicabit,
nō in humilitate in qua iudicatus est. Cæterū illā
dei formā in qua æqualis est patri, ꝓculdubio im
pij nō uidebūt. Nō enim sunt mūdicordes. Beati
enim mūdicordes, quoniā ipsi deum uidebūt. Et 1 Cor.13
ipsa uisio est facie ad faciē, quæ summū premium
promittit iustis, et ipsa fiet, cū tradet regnū deo et
patri: in quo suæ formæ uisionē uult intelligi, sub
iecta deo uniuersa creatura, & ipsa in qua filius
dei filius hominis factus est. Quia secundū hāc et
ipse filius tūc subiect⁹ illi erit, q ei subiecit omnia,
ut sit deus omnia in omnib. Alioqn si filius dei iu
dex in forma qua æqualis est patri etiā impijs cū Matt.16
iudicatur⁹ est apparebit, qđ est quod pro magno
dilectori suo pollicet dicēs, Et ego diligam eū, &
ostēdam meipsum illi: Quapropter filius homi-
nis iudicaturus est, nec tamē ex humana potesta-
te, sed ex ea qua filius dei est. Et rursus fili⁹ dei iu-
dicaturus est, nec tamē in ea forma apparens, in
qua deus est æqualis patri, sed in ea qua filius ho-
minis est. Ita utrūq; dici potest, & fili⁹ hominis iu
dicabit, & nō filius hominis iudicabit, Quia fili⁹ Matt.25
hominis iudicabit, ut uerū sit quod ait, Cū uene- Ioan.5
rit filius hominis, tūc cōgregabunt ante eum om
nes gētes. Et nō filius hominis iudicabit, ut uerū
sit quod ait, Ego nō iudicabo. Et ego non quæro
gloriā meā, est qui quærat & iudicet. Nam secun
dum id ꝙ in iudicio nō forma dei, sed forma filij
hominis apparebit: nec ipse pater iudicabit. Se- Ioan.5
cūdum hoc enim dictū est, Pater nō iudicat quen
quā, sed omne iudiciū dedit filio. Quod utrū ex il
la locutiōe dictū sit, quā supra cōmemorauim⁹,

ubi ait, Sic dedit filio habere uitā in semetipso, ut
significaret quia sic genuit filiū, An ex illa de qua A
Phil.2 loquit Apostol⁹ dicēs, Propter qđ eū suscitauit,
& donauit illi nomē quod est super omne nomē.
Hoc em de filio hominis dictū est, secundū quem
dei filius excitatus est à mortuis. Ille ꝙppe in for-
ma dei equalis est patri, ex qua se exinaniuit, for-
mā serui accipiēs: in ipsa forma serui & agit & pa
tit et accipit, quæ cōsequēter cōtexit apostolus,
Humiliauit se, fact⁹ obediēs usq; ad mortē, mortē
aūt crucis: ꝓpter quod & de⁹ illū exaltauit, & do
nauit ei nomē qđ est super omne nomē, ut in no-
mine Iesu omne genu flectat, cœlestiū, terrestriū
& infernorū, & omnis lingua cōfiteat, quia dns
Iesus Christus in gloria est dei patris. Vtrū ergo
secundū illam, an secūdum istam locutionē dictū
sit. Omne iudicium dedit filio: satis hinc apparet, B
quia si secundū illud diceret secundū ꝙ dictū est,
Dedit filio habere uitā in semetipso, nō utiq; dice
ret, pater nō iudicat quenq;. Secundū hoc enim
quod æqualē pater genuit filiū, iudicat cū illo. Se
cūdū hoc ergo dictū est quod in iudicio, nō in for
ma dei, sed forma filij hominis apparebit. Nō qa
Ioan.8 nō iudicabit qui dedit omne iudiciū filio, cū de il
Ioan.5 lo dicat filius, Est qui quærat & iudicet: sed ita est
dictū, Pater nō iudicat quenquā, sed omne iudi-
ciū dedit filio: ac si diceret, Patrē nemo uidebit in
iudicio uiuorū et mortuorū, sed omnes filiū. quia
& filius & hominis est, ut possit & ab impijs uide
ri, cū et illi uidebūt in quē pupugerunt. Quod ne
conijcere potius ꝙ apte demonstrare uideamur, C
ꝓferamus etiasdē dñi certā manifestamq; senten-
tiam, qua ostendamus ipsam fuisse causam ut di-
ceret. Pater nō iudicat quenq;, sed omne iudiciū
dedit filio, quia iudex in forma filij hominis appa
rebit, quæ forma nō est patris sed filij. Nec ea filij
in qua æqualis est patri, sed in qua minor est pa-
tre, ut sit in iudicio cōspicuus & bonis & malis.
Paulo enim post dicit, Amē dico uobis, quia qui
uerbū meū audit & credit ei qui misit me, habet
uitā æternā, & in iudiciū non ueniet, sed transit à
morte in uitā. Hæc uita æterna est, illa uisio quæ
nō ptinet ad malos. Deinde sequit, Amen amen
dico uobis, qa uenient hora & nūc est, quādo mor
tui audiēt uocē filij dei, & qui audierint uiuēt. Et
hoc propriū est piorū qui sic audiunt de incarna-
tione eius, ut credant, qa filius dei est, id est, sic eū D
propter se factū accipiūt minorē patre in forma
serui, ut credant qa equalis est patri in forma dei.
Et ideo sequit, & hoc ipsum cōmendans dicit, Si
cut enim pater habet uitā in semetipso, ita dedit
& filio uitā habere in semetipso. Deinde uenit ad
diuisionē suæ claritatis in qua uenturus est ad iu-
dicū, quæ uisio cōmunis erit impijs & iustis. Se-
quit enim & dicit, Et potestatē dedit ei iudiciū fa
cere, quoniā fili⁹ hominis est. Puto nihil esse ma-
nifestius. Nam qa filius dei est equalis patri, non
accepit hanc potestatē iudicij faciendi, sed habet
illam cū patre in occulto. Accepit aūt illam, ut bo
ni & mali eū uideāt iudicantē, qa filius hominis
est. Visio ꝙppe filij hominis exhibebit & malis.

Nam uisio formæ dei non nisi mūdis corde, quia
ipsi deū uidebūt, id est, solis pijs exhibebit: quo-
rum dilectiōi hoc ipsum ꝓmittit, qa seipsum ostē
det illis. Et ideo uide quid sequat. Nolite mirari
hoc, inqt. Quid nos, ꝓhibet mirari, nisi illud qđ
reuera mirat omnis qui nō intelligit, ut ideo dice
ret patrē dedisse ei potestatē iudiciū facere, qa fi-
lius hominis est, cū magis quasi hoc expectaretur
ut diceret, quoniā filius dei est. Sed qa filiū dei se-
cundū id ꝙ in forma dei æqualis est patri uidere
iniqui nō possunt, Oportet aūt ut iudicē uiuorū
et mortuorū, corā quo iudicabunt, et iusti uideāt
et iniqui. Nolite, inqt, hoc mirari, quoniā ueniet
hora in qua omnes q in monumētis sunt audient
uocē eius, & ꝓdient q bona gesserunt in resurre-
ctionē uitę, qui aūt mala gesserūt in resurrectionē
iudicij. Ad hoc ergo oportebat ut ideo acciperet
hāc potestatē, qa filius hominis est, ut resurgētes
omnes uiderēt eū in forma in qua uideri ab om-
nib⁹ potest: sed alij ad damnationē, alij ad uitā æ-
ternā. Quę est aūt uita æterna, nisi illa uisio quę nō
concedit impijs: ut cognoscāt te, inqt, unū uerū
deū, & quē misisti Iesum Christū. Quō & ipsum Ioan.17
Iesum Christū, nisi quemadmodū unū uerū deū
qui ostēdet seipsum illis. Nō quō ostendet se etiā
puniēdis in forma filij hominis: secundū illā uisio
nem bon⁹ est, secundū quā uisionē deus apparet
mūdis corde, quoniā ꝙ bonus deus Israel rectis
corde. Quādo aūt iudicē uidebūt mali, nō eis ui-
debit bonus, quia nō ad eū gaudebūt corde, sed
tūc se plangēt omnes trib⁹ terræ, in numero utiq;
omniū malorū et infidelium. Propter hoc etiā illi C
qui eū dixerat magistrū bonū, quærēs ab eo cōsi-
lium cōsequendæ uitæ æternæ, respondit. Quid Matt.19
me interrogas de bono, nemo bonus nisi unus
deus: cū & hominē alio loco dicat bonū ipse dns.
Bonus homo, inqt, de bono thesauro cordis sui Matth.12
ꝓfert bona: et malus homo de malo thesauro cor
dis sui profert mala. Sed qa ille uitā æternā quę re
bat: uita aūt æterna est in illa cōtemplatione, qua
nō ad pœnā uidet de⁹, sed ad gaudiū sempiternū.
Et nō intelligebat cū quo loquebat, q tantūmo-
do eū filiū hominis arbitrabat. Quid me interro-
gas, inqt, de bono: id est, istam formā quā uides,
quid interrogas de bono, et uocas me secundum
quod uides magistrū bonū: Hęc forma filij homi
nis est, hæc forma accepta est, hęc forma appare- D
bit in iudicio, nō tantū iustis, sed et impijs, et hui⁹
formę uisio nō erit in bonū eis qui male agūt. Est
aūt uisio formę meæ in qua cū essem, non rapinā
arbitratus sum esse æqualis deo: sed ut hāc accipe
rem meipsum exinaniui. Ille ergo unus de⁹ pater
& fili⁹ & ꝑ̄usanctus, q nō apparebit nisi ad gau
diū quod nō auferet à iustis. Cui gaudio futuro
suspirabat qui dicit, Vnā petij à dño hanc requi- Psal.26
ram, ut inhabitē in domo dñi per omnes dies ui-
tę meę, ut cōtempler delectationē domini. Vnus
ergo de⁹ ipse est solus bonus, ob hoc, quia nemo
eū uidet ad luctū & planctū, sed tantū ad salutē et
lętitiā uerā secundū illam formā si me intelligis,
bonus sum. Si aūt secundū hanc solam, qd me in-

terro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

terrogas de bono: si inter illos es qui uidebũt in quẽ pupugerunt, et ipsa uisio malũ eis erit, ga pœ A nalis erit. Ex ista sententia cognoscas dixisse dominũ, quid me interrogas de bono, nemo bonus nisi unus deus. His documẽtis quę cõmemorauimus, ꝓbabile est, quia illa uisio dei qua contemplabimur incõmutabilem atq; humanis oculis inuisibilem dei substantiã quæ solis sanctis promittit, q̃ 1 Cor. 13 dicit apostolus Paulus, Facie ad faciẽ: & de qua 1 Ioan. 3 dicit apostolus Ioannes, Similes ei erimus quoniã uidebimus eũ sicuti est: & de qua dicit, Vnã petij à dño hanc requirã ut cõtempler delectatio Ioan. 17 nem dñi: & de qua dicit ipse dñs, Et ego diligam eũ, & ostẽdam meipsum illi, & ꝓpter quã solam fide corda mũdamus, ut sim⁹ beati mũdicordes, quoniã ipsi deũ uidebũt, & si qua alia de ista uisione dicta sunt, quæ copiosissime sparsa per omnes B scripturas inuenit quisq; ad eam quærendã oculum amoris intẽdit: sola est summũ bonũ nostrũ, cuius adipiscẽdi causa precipimur agere quicqd recte agim⁹. Visio uero illa filij hominis quę prẽ Matth. 25 nũciata est, cũ congregabunt omnes gẽtes ante eũ, & dicẽt ei, Dñe quãdo te uidim⁹ esurientẽ & sitientẽ & cętera. nec bonũ erit impijs q mittent in ignẽ ęternũ, nec summũ bonum erit iustis. Adhuc enim uocat eos ad regnũ quod eis paratũ est ab initio mundi. Sicut enim illis dicet, Ite in ignẽ æternũ: ita istis, Venite benedicti patris mei, possidete paratũ uobis regnũ. Et sicut ibũt illi in com Ioan. 17 bustionẽ æternã, sic iusti in uitã æternã. Quid est aũt uita æterna, nisi ut cognoscãt te, inqt, unũ uerum deũ, & quem misisti Iesum Christũ: Sed iam C in ea claritate de qua dicit patri, quã habui apud te priusq; mũdus fieret. Tũc enim tradet regnum deo & patri, ut intret seruus bonus in gaudiũ dñi sui, & absc̃dat eos quos possidet deus in absc̃dito uultus sui à cõturbatione hominũ: eorũ scilicet qui tũc cõturbabunt audientes illam sententiam. à quo auditu malo iustus nõ timebit, si modo protegat in tabernaculo, id est, in fide recta catholicæ ecclesiæ, à cõtradictione linguarũ, id est, à calũnijs hęreticorũ. Si uero est alius intellectus uerborũ dñi quib. ait, Quid me interrogas de bono, nemo bon⁹ nisi unus de⁹: dum tamẽ nõ ideo credaẽ maioris bonitatis esse patris q̃ filij substãtia, secundũ quã uerbũ est, per q̃ facta sunt omnia, nihilq; abhorreat à sana doctrina: securi utamur, nõ uno tm̃, sed quotquot repiri potuerint. Tãto eñ forti⁹ cõuincunt hęretici, quãto plures exit⁹ patẽt ad eorũ laqueos euitãdos. Sed ea quę adhuc cõsiderada sunt, ab alio petam⁹ exordio.

timoda locutiõe literarũ sacrarũ, ubi mihi nõ uideẽ nisi atteri anima, ut Christi gratia glorificata dulcescat cũ ad aliq̃d certũ discussa omni ambiguitate peruenerint, facillime debẽt ignoscere errãtibus in tãti peruestigatione secreti, Sed duo sunt quæ in errore hominũ difficillime toleranť, præsumptio priusquã ueritas pateat: & cũ iã patuerit pręsumptę defensio falsitatis. A quib⁹ duobus uitijs nimis inimicis inuẽtioni ueritatis, et tractatiõi diuinorũ sanctorũq; librorũ, si me, ut precor & spero, deus defenderit atq; munierit scuto bonę uoluntatis suæ, & gratia misericordiæ suæ, non ero segnis ad inquirendã substantiã dei, siue per scripturã eius, siue per creaturã. Quæ utraq; nobis ad hoc proponit intuenda, ut ipse quærat, ipse diligat, qui & illam inspirauit, et istã creauit. Nec trepidus ero ad proferendã sententiã meã, B in qua magis amabo inspici à rectis, quã timebo morderi à puersis. Gratãter enim suscipit oculũ columbinũ pulcherrima & modestissima charitas: dentẽ aũt caninũ uel euitat cautissima humilitas, uel retũdit solidissima ueritas. Magisq; optabo à quolibet reprehẽdi, q̃ siue ab errãte, siue ab ambulãte laudari. Null⁹ enim reprehẽsor formidãdus est amatori ueritatis. Etenim aut inimicus reprehẽsurus est, aut amicus. Si ergo inimicus insultat, ferẽdus est. Amicus aũt si errat docẽdus, si docet audiẽd⁹. Laudator uero & errãs cõfirmat errorẽ, & adulans illicit in errorẽ. Emendabit ergo me iustus in misericordia & arguet me, oleũ aũt peccatoris nõ impinguabit caput meũ. Quã Tripar. 9. obrẽ quanq̃ firmissime teneamus de dño nostro Christo Iesu Christo, & per scripturas disseminatam, & à doctis catholicis earundẽ scripturarũ tractatoribus demonstratã tanq̃ canonicã regulã, quomodo intelligaẽ dei filius & æqualis patri secũdum dei formã in qua est, & minor patre secũdum serui formã quam accepit: in qua forma nõ solũ patre, sed & spiritusancto, neq; hoc tantũ, sed etiam seipso minor inuentus est, non seipso qui fuit, sed seipso qui est, quia forma serui accepta, formã dei nõ amisit, sicut scripturarũ quę in superiore libro cõmemorauimus testimonia docuerũt. Sũt tamẽ quędam in diuinis eloquijs ita posita ut ambiguũ sit ad quã potius regulã referanť: utrum ad eam qua intelligimus minorẽ filium in assumpta creatura: an ad eam qua intelligimus, nõ quidẽ minorem esse filiũ, sed æqualem patri, tamẽ ab illo hũc esse deum de deo, lumen de lumine. Filiũ quippe dicimus deũ de deo, patrẽ aũt deum tantũ, nõ de deo. Vnde manifestũ est quod filius habeat aliũde quo sit & cui filius sit, pater autẽ non filium de quo sit habeat, sed tantũ cui pater sit. Omnis eñ filius de patre est quod est, & patri filius est. Nullus aũt pater de filio est q̃d est, sed filio pater est. Quædã enim ita ponunt in scripturis de patre et filio ut indicent unitatẽ equalitatemq; substãtię. Ioan. 10 Philip. 2 sicuti est, Ego & pater unũ sumus. Et, Cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse æqualis deo: & quæcunq; talia sunt. Quędã uero ita ut minorẽ ostendãt filium propter formam serui, id est

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER II.

Procemium

VM homines deũ quærũt, & ad intelligentiã Trinitatis pro captu infirmitatis humanæ animũ intendũt, C experti difficultates laboriosas, siue in ipsa acie mentis conantes intueri inaccessibilem lucẽ, siue in ipsa multiplici & mul

est, propter assumptã creaturã mutabilis humanæq; substãtię, sicuti est q̃d ait, Quoniã pater ma Ioan. 14 ior me est. Et, Pater nõ iudicat quenq̃, sed omne Ioan. 5 iudiciũ dedit filio. Nam paulopost cõsequenter ait, Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere, quoniã filius hominis est. Quædã porrò ita, ut nec minor nec æqualis ostendaẽ, sed tantũ quod de patre sit intimeť: ut est illud, Sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit filio uitã habere in semetipso. Et illud, Neq; enim potest filius à se facere quicq̃, nisi q̃d uiderit patrẽ facientẽ. Quod si propterea dictũ accepimus, quia in forma accepta ex creatura minor est filius: cõsequẽs erit ut prior pater super aquas ambulauerit, aut alicuius alter⁹ cęci nati de sputo & luto oculos aperuerit, & cętera, quæ filius in carne apparẽs inter homines fecit: ut posset ea facere q dixit, nõ posse filiũ à se facere quicq̃, nisi quod uiderit patrẽ facientẽ. Quis autẽ uel delir⁹ ita sentiat: Restat ergo ut hęc ideo dicta sint, ga incõmutabilis est uita filij sicut et patris, & tamẽ de patre est: & inseparabilis est operatio patris & filij, sed tamẽ ita operari, sicut ille de illo est, de quo ipse est, id est, de patre. Et ita uidet filius patrẽ, ut quo eũ uidet, hoc ipso sit filius. Nõ enim aliud illi est esse de patre, id est, nasci de patre, q̃ uidere patrẽ, aut aliud uidere operãtem q̃ pariter operari: sed ideo nõ à se quia nõ est à se. Et ideo quæ uiderit patrẽ facientẽ hæc eadẽ facit & filius similiter, quia de patre est. Neq; enim alia simiIiter, sicut pictor alias tabulas pingit, quemadmodũ alias ab alio pictas uidet: nec eadẽ dissimiliter, sicut corpus easdẽ literas exprimit, quas animus cogitauit: sed quæcunq;, inqt, pater facit, hæc eadẽ filius facit similiter. Et hęc eadẽ dixit & similiter, ac per hoc inseparabilis & par est operatio patri & filio, sed à patre est filio. Ideo nõ potest filius à se facere quicq̃, nisi q̃ uiderit patrẽ facientem. Ex hac ergo regula qua ita loquunť scripturæ, ut non aliũ alio minorẽ, sed tantũ uelint ostendere qs de quo sit, nõnulli eũ sensum cõceperũt, tanq̃ minor filius diceret. Quidã aũt nostri indoctiores, & in his minime eruditi, dum hęc secũdũ formã serui conanť accipe, & eos rectus intellectus nõ sequiť pturbanť. Q̃d ne accidat, tenẽda est hęc regula, qua nõ minor est filiꝰ, sed q̃d de patre sit intimaẽ, gb⁹ uerbis, nõ inæqualitas, sed natiuitas eius ostendiť. Sũt ergo quædã in sanctis libris, ut dicere cœperã, ita posita ut ambiguũ sit quonã referẽda sint: utrũ ad illud q̃d propter assumptã creaturã minor est filiꝰ: an ad illud, quod quãuis æqualis, tamẽ quia de patre sit indicaẽ. Et mihi quidẽ uideť, si eo modo ambiguũ est, ut explicari discerniq; nõ possit, ex utraq; regula sine Ioan. 7 periculo posse intelligi, sicut est q̃ ait, Mea doctrina nõ est mea, sed ei⁹ q me misit. Nã & ex forma serui potest accipi, sicut iam in libro superiore tractauim⁹, & ex forma dei in qua sic æqualis est patri, ut tamen de patre sit. In dei ꝙpe forma, sicut nõ est aliud filius, aliud uita eius, sed ipsa uita filius est: ita nõ est aliud filius, aliud doctrina eius, sed ipsa doctrina filius est. Ac per hoc sicut id q̃d dictũ est, dedit filio uitã: nõ aliud intelligit q̃ genuit filiũ qui est uita: sic etiã cum dicit, Dedit filio A nuit filiũ qui est uita: sic etiã cum dicit, Dedit filio doctrinã, bene intelligit, genuit filiũ q est doctrina: ut q̃d dictũ est, Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui me misit, sic intelligaẽ, ac si dictũ sit, ego nõ sum à meipso, sed ab illo qui me misit. Nam *Idẽ de spiritu sancto. Ca. III* & de spiritusancto, de quo nõ est dictũ, Semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, ait tamẽ ipse dñs, Cum autẽ uenerit ipse spiritus ueritatis, docebit uos omnẽ ueritatem. Non enim loqueť à semetipso, sed quęcunq; audiet loqueť, & quæ uentura sunt annũciabit uobis. Ille me clarificabit, ga de meo accipiet, & annunciabit uobis. Post hæc uerba, nisi cõtinuo secutus dixisset, Omnia quę cũq; habet pater mea sunt, ꝓpterea dixi, quia de meo accipiet, & annũciabit uobis: crederet fortasse ita nat⁹ de Christo spũssanctus, quemadmodũ ille de patre. De se q̃ppe dixerat, Mea doctri- Ioan. 7 na nõ est mea, sed eius qui me misit. De spiritu au- Ioan. 16 tem sancto, Nõ enim loqueť à semetipso, sed quę cunq; audiet, loqueť: quia de meo accipiet & annũciabit uobis. Sed ga reddidit causam cur dixerit, de meo accipiet, ait enim, Omnia quęcũq; habet pater mea sunt, ꝓpterea dixi, quia de meo accipiet: restat ergo ut intelligaẽ etiã spiritumsanctus de patre habere sicut & filius. Quomodo⁹ nisi secundũ id quod supra diximus, Cũ aũt uenerit paracletus quẽ ego mittã uobis à patre, spiritũ ueritatis qui à patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me. Procedendo itaq; a patre dicit nõ loq à semetipso: & sicut nõ ex eo fit ut minor sit filius quia dixit, Nõ potest filius à se facere quicq̃, nisi Ioan. 5 quod uiderit patrẽ facientẽ: non enim hoc ex forma serui dixit, sed ex forma dei, sicut iam ostẽdimus: hęc aũt uerba nõ indicãt q̃ minor sit, sed q̃d de patre sit: Ita nõ hinc efficit ut minor sit spũssanctus, quia dictũ est de illo, Non enim loqueť à semetipso, sed quęcũq; audiet, loquetur: Secũdum hoc enim dictũ est, q̃ de patre ꝓcedit. Cũ uero & filius de patre sit, et spũssanctus à patre procedat, cur nõ ambo filij dicanť, nec ambo geniti, sed ille unus filius unigenitus, hic aũt spũssanctus, nec filius, nec genitus, ga si genitus utiq; filius, alio loco si de⁹ donauerit & quantũ donauerit differemus. Veruntamẽ hic euigilent, si possunt, qui *Personæ inuitcem quomodo se glorificent* hoc etiã sibi suffragari putauerũt, quasi ad demõstrandũ patrẽ filio esse maiorẽ, ga dixit filius, Pater clarifica me, & ecce spũssanctus clarificat eũ. *Cap. IIII* Nungd nam & ipse maior est filio? Porrò autẽ si ꝓpterea spiritussanctus clarificat filiũ, ga de filij accipiet, & ideo de eius accipiet, ga omnia quæ habet pater ipsi⁹ sunt, manifestũ est, ga cũ spũssanctus glorificat filiũ, pater glorificat filiũ. Vnde cognoscit q̃d omnia quę habet pater nõ tantũ filij, sed etiã spiritussancti sunt, quia potẽs est spũssanctus glorificare filiũ, quẽ glorificat pater. Quod si ille qui glorificat, eo quẽ glorificat maior est, sinnant ut equales sint qui se inuicẽ glorificãt, Scriptũ est aũt ꝙ et fili⁹ glorificet patrẽ. Ego te, inqt, Ioan. 17 glorificaui super terrã. Sane caueant ne putetur spiritussanctus maior ambob⁹, ga glorificat filiũ

quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quẽ glorificat pater, ipsum aũt nec à patre nec à filio scriptũ est glorificari. Sed in his conuicti, ad illud se cõuertunt ut dicant, maior est q̃ mittit, q̃ qui mittit. Proinde maior est pater filio, q̃ filius à patre se missum assidue cõmemorat. Maior est & spiritussancto, quia de illo dixit Iesus, Quẽ mittet pater in nomine meo. Et spiritussanct⁹ utroq; minor est, q̃ & pater eũ mittit sicut cõmemoramus, Et filius cũ dicit, Si aũt abiero mittã eum ad uos. Qua in quæstione primũ quæro, unde & quomodo missus sit filius. Ego, inquit, à patre exiui, & ueni in hũc mundũ: ergo à patre exire & uenire in hunc mũdum, hoc est mitti. Quid igit̃ est q̃d de illo idem ipse Euãgelista dicit, In hoc mundo erat, & mũdus per eũ factus est, & mundus eũ nõ cognouit? Deinde cõiungit, In sua, ppria uenit. Illuc utiq; missus est, quo uenit. Acti in hunc mundũ missus est, q̃ exiit à patre & uenit in hũc mundũ, & in hoc mũdo erat. Illuc ergo missus est ubi erat. Nam & illud q̃d̃ scriptũ est in Propheta deũ dicere, Cœlũ & terrã ego impleo: si de filio dictum est, ipsum enim nõnulli uolunt intelligi, uel prophetis uel in prophetis locutũ: quò missus est nisi illuc ubi erat? Vbiq; enim erat q̃ ait, Cœlũ & terrã ego impleo. Si aũt de patre dictũ est, ubi esse potuit sine uerbo suo & sine sapiẽtia sua, quę protendit à fine usq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Sed neq; sine spũsancto usq; esse potuit. Itaq; si ubiq; est de⁹, ubiq; etiã est spirit⁹ eius. Illuc ergo & spũsanctus missus est ubi erat. Nam & ille qui non inuenit locũ quo iret à facie dei & dicit, Si ascẽdero in cœlũ tu ibi es, si descẽdero in infernũ ades, ubiq; uolens intelligi prẽsentẽ deũ, prius nominauit spiritũ eius, Nam sic ait, Quo abibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiã? Quo circa si & filius & spiritussanctus illuc mittit ubi erat, quærendũ est quomodo intelligat̃ ista missio, siue filij, siue spũsancti. Pater enim sol⁹, nusq; legit̃ missus, Et de filio quidẽ ita scribit Apostolus, Cũ autẽ uenit plenitudo tẽporis misit deus filium suũ, factũ ex muliere, factũ sub lege, ut eos q̃ sub lege erãt redimeret. Misit, inq̃t, filiũ suũ factũ ex muliere. Quo nomine q̃s catholicus neſciat, non eũ priuationẽ uirginitatis, sed differentiã sexus Hebræo loquendi more significare uoluisse? Cũ itaq; ait, Misit deus filiũ suum factũ ex muliere, satis ostẽdit eo ipso missum filiũ quo factus est ex muliere. Quod ergo de deo natus est, in hoc mũdo erat. Quod aũt de Maria natus est, in hunc mundũ missus aduenit. Proinde mitti à patre sine spiritusancto nõ potuit: nõ solũ quia intelligit̃ pater cum eũ misit, id est, fecit ex fœmina, non utiq; sine spiritu suo feciſſe, uerũetiã quod manifestissime atq; aptissime in Euãgelio dicit̃ uirgini Mariæ quærẽti ab angelo, quomodo fiet istud? Spiritussanctus supueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, Et Matthęus dicit, Inuẽta est in utero habens de spiritusancto, Quanquã & apud Esaiã Prophetã ipse Christus intelligit̃ de aduentu suo futuro dicere, Et nũc dñs misit me & spiritus ei⁹. Fortasse aliq̃s cogat, ut dicam⁹ etiã à seipso missum esse filiũ, quia ille Mariæ cõceptus & part⁹ operatio trinitatis est, qua creãte omnia creãtur. Et quomodo iam, inqt, pater eũ misit si ipse se misit? Cui primũ respõdeo quærens, ut dicat si potest, quomodo pater eũ sanctificauit si se ipse sanctificauit? Vtrũq; enim idem dñs ait, Quẽ pater, inqt, sanctificauit & misit in hunc mundũ, uos dicitis, q̃a blasphemat, quoniã dixi fili⁹ dei sum. Alio aũt loco ait: Et pro eis sanctifico meipsum. Item quæro quomodo eũ pater tradidit, si ipse se tradidit? Vtrunq; enim dicit apostolus Paulus, Qui filio, inqt, proprio nõ pepcit, sed pro nobis omnib. tradidit illũ. Alibi autẽ de ipso saluatore ait, Qui me dilexit, & tradidit seipsum pro me. Credo respõdebit, si hæc probe sapit, quia una uolũtas est patris & filij, & inseparabilis operatio. Sic ergo intelligat illam incarnationẽ, & ex uirgine natiuitatẽ, in qua fili⁹ intelligit̃ missus una eadẽq; operatione patris & filij inseparabiliter esse factã, nõ utiq; inde separato spiritusancto, de quo apte dicit̃, In uenta est in utero habẽs de spiritusancto. Nã etiã si ita quæram⁹, enodatius fortasse q̃d̃ dicim⁹ apparebit, quomodo misit deus filiũ suũ: Iussit ut uenire, atq; ille iubẽti obtemperans uenit, an rogauit, an tantũmodo admonuit? Sed quodlibet horũ sit, uerbo utiq; factũ est, Dei aũt uerbũ, ipse est dei filius. Quapropter cũ eum pater uerbo misit, à patre & uerbo eius factũ est ut mitteret̃. Ergo à patre & filio missus est idem filius, quia uerbũ patris est ipse filius. Quis enim se tam sacrilega induat opiniõe, ut putet tẽporale uerbũ à patre factum esse, ut æternus filius mitteret̃, & in carne appareret ex tẽpore? Sed utiq; in ipso dei uerbo q̃d̃ erat in principio apud deũ, & de⁹ erat, in ipsa scilicet sapiẽtia dei sine tẽpore erat, quo tẽpore illum in carne apparere oporteret. Itaq; cũ sine ullo initio tẽporis in principio esset uerbũ, & uerbum esset apud deum, & de⁹ esset uerbũ: sine ullo tẽpore in ipso uerbo erat, quo tpe uerbũ caro fieret & habitaret in nobis. Quæ plenitudo tpis cũ uenisset, misit deus filiũ suũ, factũ ex muliere: id est, factũ in tẽpore, ut incarnatũ uerbũ hominibus appareret, quod in ipso uerbo sine tempore erat, in quo tẽpore fieret. Ordo quippe temporũ in ęterna dei sapiẽtia sine tẽpore est. Cũ itaq; hoc à patre & filio factũ esset, ut in carne filius apparet̃, cõgruẽter dictus est missus ille qui in ea carne apparuit, mississe autẽ ille qui in ea non apparuit. Quoniã illa quæ corã corporeis oculis foris geruntur, ab interiore apparatu naturę spiritalis existũt: propterea cõuenienter missa dicunt̃. Forma porrò illa suscepti hominis, filij ꝑsona est, non etiã patris. Quapropter pater inuisibilis unà cum filio secũ inuisibili, eundẽ filiũ uisibilẽ faciẽdo mississe eũ dictus est: qui si eo modo uisibilis fieret, ut cũ patre inuisibilis esse desisteret, id est, si substantia inuisibilis uerbi in creaturã uisibilẽ mutata & translãta uertere̅, ita missus à patre intelligeretur filius, ut tantũ missus non etiã cũ patre mittẽs inueniret̃. Cum uero sic accepta est forma serui, ut maneret incõmutabilis forma dei, manifestũ est, quod

quod à patre & filio nõ apparẽtib⁹ factũ sit quod appareret in filio, id est, ut ab inuisibili patre cum inuisibili filio, idem ipse fili⁹ uisibilis mitteretur. Cur ergo ait: Et à meipso nõ ueni? Iam hoc secũdum formã serui dictũ est, secundũ quã dictũ est, Ego non iudico quenquã. Si ergo missus dicitur inquantum apparuit foris in creatura corporali, qui intus in natura spiritali oculis mortaliũ semper occultus est, iam in promptu est intelligere & etiam de spũsancto cur missus & ipse dicat̃. Facta est enim quædã creaturę species ex tẽpore in qua uisibiliter ostendere̅ spiritussanctus: siue cum in ipsum dñm corporali specie uelut colũba descendit: siue cũ decem dieb⁹ peractis post eius ascẽsionem, die pẽtecostes factus est subito de cœlo sonus quasi ferret̃ flatus uehemẽs, & uisæ sunt illis linguæ diuisæ tanq̃ ignis, q̃ & insedit super unũquenq; eorũ. Hęc operatio uisibiliter expressa, & oculis oblata mortalib. missio spũsancti dicta est: nõ ita ut appareret ei⁹ ipsa substãtia, qua & ipse inuisibilis & incommutabilis est, sicut pater & filius: sed ut exteriorib. uisis hominũ corda cõmota, à tẽporali manifestatione uenientis, ad occultã eternitatẽ semp præsentis conuerterent̃. Ideo aũt nusq; scriptũ est q̃ de⁹ pater maior sit spũsancto, uel spũsanctus minor deo patre, q̃a nõ sic est assumpta creatura, in qua appareret spũsanctus, sicut assumpt⁹ est filius hominis, in qua forma ipsius uerbi dei ꝑsona præsentaret̃: non ut haberet uerbũ dei, sicut alij sapiẽtes sancti, sed præ participib⁹ suis. Nõ utiq; q̃ amplius habebat uerbũ dei ut esset q̃; ceteri excellẽtiore sapiẽtia, sed q̃ ipsum uerbũ erat. Aliud est enim uerbũ in carne, aliud uerbũ caro, idest, aliud est uerbũ in homine, aliud uerbũ homo. Caro eñ pro homine posita est in eo q̃ ait, Verbũ caro factũ est: sicut & illud, Et uidebit omnis caro pariter salutare dei. Non enim sine anima uel sine mẽte, sed ita omnis caro, ac si diceret̃, omnis homo. Non ergo sic est assumpta creatura, in qua apparuit spũsanctus, sicut assumpta est caro illa & humana illa forma ex uirgine Maria. Nec; enim columbã beatificauit spũs, uel illum flatũ, uel illum ignẽ, sibiq; & personę suæ in unitatẽ habitũq; cõiũxit in ęternũ. Haud uero mutabilis & cõuertibilis est natura spũsancti, ut nõ hæc ex creatura fieret̃, sed ipse in illud atq; illud mutabiliter uertere̅, sicut aqua in glaciẽ. Sed apparuerunt ista sicut opportune apparere debuerũt, creatura seruiẽte creatori, & ad nutũ ei⁹ incõmutabiliter in seipso permanẽtis, ad eũ significãdũ & demõstrandũ, licut & significari & demonstrari mortalib⁹ oportebat, mutata atq; cõuersa. Proinde quanq̃ illa colũba spirit⁹ dicta sit, & de illo igne cũ diceret̃, Vise sunt illis, inqt, linguę diuisæ uelut ignis, qui & insedit super unũquenq; eorũ, & cœperũt loqui linguis, quemadmodũ spiritus dabat eis pronũciare, ut ostẽderet per illum ignẽ spiritũ demonstratũ, sicut per colũbam: non tamẽ ita possum⁹ dicere, spiritũsanctũ, & deũ & columbã, aut & deum & ignẽ, sicut dicimus filiũ & deũ & hominẽ: nec sicut dicim⁹ filiũ agnũ dei, nõ solum Ioãne baptista dicẽte, Ecce agnus dei: sed etiã Ioanne Euãgelista uidente agnũ occisum in Apocalypsi. Illa qppe uisio Prophetica nõ est exhibita oculis corporeis per formas corporeas, sed in spiritu per spiritales imagines corporũ. Columbã uero illam & ignẽ oculis uiderũt, quicũq; uiderũt: quãq̃ de igne disceptari potest, utrũ oculis, an spiritu uisus sit, ꝓpter uerba sic posita: Nõ enim ait, Viderũt linguas diuisas uelut ignẽ, sed uisæ sunt eis. Nõ aũt sub eadẽ significatione solemus dicere, uisum est mihi, qua dicim⁹, uidi. Et in illis quidẽ spiritalib. uisis imaginũ corporaliũ solet dici, & uisum est mihi, & uidi. In istis uero quę per expressam corporalẽ speciem oculis demonstrant̃, nõ solet dici, uisũ est mihi, sed uidi. De illo ergo igne potest esse quæstio, quõ uisus sit, utrũ int⁹ in spiritu tanq̃ foris, an uere foris corã oculis carnis. De illa uero colũba quæ dicta est corporali specie descẽdisse, nullus unq̃ dubitauit, q̃ oculis uisa sit. Nec sicut dicim⁹ filiũ petrã, scriptũ est enim, Petra erat Christus, ita possum⁹ dicere, spiritũ columbã uel ignẽ. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modũ nuncupata est nomine Christi quẽ significabat: sicut lapis ille, quẽ Iacob posuit ad caput, etiã unctionẽ ad significãdum dñm assumpsit, Sicut Isaac Christus erat, cũ ad se immolandũ ligna portabat. Accessit istis actio quędã significatiua iam existẽtib. nõ aũt sicut illa colũba & ignis ad hæc tantũmodo significanda repẽte extiterũt. Magis ista similia mihi uidẽtur flãmæ illi quæ in rubo apparuit Moysi, & illi colũnę quã populus in eremo sequebat̃, & fulgurib⁹ & tonitruis quæ fiebãt cũ lex daret̃ in mõte. Ad hoc enim corporalis retũ illarum extitit species, ut aliq̃d significaret atq; præteriret. Propter has ergo corporales formas, quę ad eũ significandũ, & sicut humanis sensib⁹ oportet demonstrandũ tẽporaliter extiterũt, missus dicit̃ etiã spiritussanctus: nõ tamen minor patre dictus est, sicut filius, ꝓpter formã serui: quia illa forma serui inhæsit ad unitatẽ personæ: illæ uero corporales species ad demõstrandũ quod op⁹ fuit ad tẽpus apparuerũt, et esse postea desiterũt. Cur ergo nõ & pater dicit̃ missus per illas species corporales, ignẽ rubi, & columnã nubis uel ignis, & fulgura in mõte, & si qua talia tũc apparuerũt, cum eũ coram patrib. locutũ, teste scriptura didicim⁹, si per illos creaturę modos & formas corporaliter expressas, & humanis aspectib. prẽsentatas ipse demonstrabat̃? Si aũt filius per ea demõstrabat̃, cur tãto post dicit̃ missus, cũ ex fœmina factus est? Sicut Apostolus dicit, Cũ autẽ uenit plenitudo tẽporis, misit deus filium suũ factũ ex muliere: quãdoquidẽ & antea mittebat̃, cum per illas creaturę mutabiles formas patrib. apparebat. Aut si nõ rectẽ possẽt dici missus, nisi cum uerbũ caro factũ est, cur missus dicit̃ spũsanctus, cuius nulla talis incorporatio facta est? Si uero p illa uisibilia quæ in lege et Prophetis commendant̃, nec pater, nec filius, nec spũsanctus ostendebat̃, cur etiam ipse nũc dicit̃ missus, cũ illis modis et antea mittere̅?

Mitti filius & spiritussanctus quomodo dicitur. Ca. V
Ioan. 14
1 sent. dist. 15 ca. ne autẽ mireris
Ioan. 16
Ioan. 1
Hicre. 23
Psal. 138
1 sen. dist. 15 ca. quo circa
Luc. 1
Matth. 1
1 sent. dist. 15 cap. & quod à spiritussancto
Galat. 4
1 sent. dist. 15 ca. quoniã
Ioan. 10
Ioan. 17
3. sen. dist. 1 ca. Christus
Galat. 4
1 sen. dist. 16 ca. quoniã
Ioan. 1
Luc. 3
1 sen. dist. 15 ca. quoniã
1 sen. dist. 16 ca. quę prius
Gilde. 4
Deus uerus est, sicut creatura, Can. Cap. VI
1 sen. dist. 16 ca. sed prius
Act. 2
Dubitatio de apparitionib. diuinis. VII
Exod. 3
1 Cor. 10
Gen. 22
Gal. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

In huius perplexitate quæstionis, adiuuante dño, primũ quærẽdũ est, utrũ pater, an filiꝰ, an spũssanctus: an aliquãdo pater, aliquãdo filiꝰ, aliquãdo spiritussanctus: an sine ulla distinctione personarum, sicut dicit deus unus & solus, id est, ipsa Trinitas per illas creaturæ formas patribꝰ apparuerit. Deinde quodlibet horũ inuentũ uisum ue fuerit, utrũ ad hoc opus tantũmodo creatura formata sit, in qua deus sicut tũc oportuisse ipse iudicauit, humanis ostenderetur aspectib. an angeli qui iam antea erãt ita mittebant, ut ex persona dei loquerent, assumẽtes corporalẽ speciem de creatura corporea, in usum ministerij sui, sicut cuiꝙ opꝰ esset: aut ipsum corpus suum cui nõ subdunt, sed subditũ regũt, in species quas uellent accõmodatas atꝙ aptas actionib. suis mutãtes atꝙ uertẽtes secundũ attributã sibi à creatore potentiã. Postremo uidebimus id quod quærere instituimus, utrũ filius, & spũssanctus, & antea mittebant. Et si mittebant, qd inter illam missionẽ, & eam quã in Euãgelio legimus distet: an nõ sit missus aliqs eorũ, nisi cũ uel filius factus esset ex Maria uirgine, uel cũ spiritussanctus uisibili specie, siue in columba, siue in igneis linguis apparuit. Omittamus igitur eos qui nimis carnaliter naturã uerbi dei atꝙ sapientiã quæ in seipsa manens innouat omnia, quã unicũ dei filiũ dicimus, nõ solum mutabilem, uerumetiã uisibilem esse putauerunt. Hi em̃ multũ crassum cor diuinis rebus inquirendis audacius ꝙ religiosius attulerũt. Anima quippe cũ sit substãtia spiritalis, cũꝙ etiã ipsa facta sit, nec per aliũ potuerit fieri, nisi per quẽ facta sunt omnia, & sine quo factũ est nihil, quãuis sit mutabilis, nõ est tamẽ uisibilis: qd illi de uerbo ipso atꝙ ipsa sapiẽtia dei, per quã facta est anima, crediderunt, cũ sit illa nõ inuisibilis tantũ quod & anima est, sed etiã incõmutabilis qd anima nõ est. Eadẽ qppe incõmutabilitas eiꝰ cõmemorata est, ut diceret, in seipsa manẽs innouat omnia. Et isti qdẽ ruinã erroris sui diuinarũ scripturarũ testimonijs quasi fulcire conãtes, adhibẽt Pauli apostoli sententiã, & qd dictũ est de uno solo deo, in quo ipsa trinitas intelligit, tantũ de patre, nõ & de filio, & de spũsancto dictũ accipiunt: Regi autẽ seculorũ immortali, inuisibili, soli deo honor et gloria in secula seculorũ. Et illud alterũ: Beatus & solus potens rex regũ, & dñs dominantiũ, qui solus habet immortalitatẽ & lucẽ habitat inaccessibilẽ, quẽ nemo hominũ uidit, nec uidere potest. Hęc quem admodũ intelligenda sint, iam satis nos disseruisse arbitror. Verũ illi qui ista nõ de filio nec de spiritusancto, sed tantũ de patre accipi uolũt, dicunt uisibilem filiũ, non per carnẽ de uirgine assumptã, sed etiã antea per seipsum. Nam ipse, inquiũt, apparuit oculis patrum. Quibꝰ si dixeris: Quõ ergo uisibilis per seipsum filiꝰ, ita & mortalis per seipsum filiꝰ, ut cõstet uobis quod tantum modo de patre uultis intelligi, qd dictũ est: Qui solus habet immortalitatẽ. Nã si ꝓpter carnẽ suscepta mortalis est filius, ꝓpter hãc sinite ut sit & uisibilis. Respõdent, nec ꝓpter hãc mortalem se filiũ dicere: sed sicut & ante uisibilem, ita & ante mortalẽ. Nam si, ꝓpter carnẽ filiũ dicunt esse mortalem, iam nõ pater sine filio solus habet immortalitatẽ, quia et uerbũ eiꝰ, per quod facta sunt omnia, habet immortalitatẽ. Neꝙ enim quia carnẽ assumpsit mortalem, ideo amisit immortalitatem suã. Quandoquidẽ nec animæ humanæ hoc accidere potuit ut cũ corpore morerer, dicẽte ipso dño: Nolite timere eos qui corꝑ occidũt, animã autẽ nõ possunt occidere. Aut uero etiã spũssanctus carnẽ assumpsit: de quo utiꝙ sine dubio turbabunt, si, ꝓpter carnẽ mortalis est filius, quõ accipiant patrẽ tantũmodo sine filio & sine spũsancto habere immortalitatẽ, quando quidẽ spũssanctus nõ assumpsit carnẽ. Qui si nõ habet immortalitatẽ, nõ ergo propter carnẽ mortalis est filius. Si autẽ habet spũssanctus immortalitatẽ, non de patre tantũmodo dictum est, Qui solus habet immortalitatẽ. Quocirca ita se arbitranꝰ & ante incarnationẽ per seipsum immortalẽ filiũ posse cõuincere, quia ipsa mutabilitas nõ incõuenienter mortalitas dicit, secundũ quã & anima dicit mori: nõ quia in corpus uel in aliquã alterã substantiam mutat & uertit: sed in ipsa sua substãtia quicquid alio modo nũc est aut fuit, secundũ id quod destitit esse quod erat, mortale deprehẽdit. Quia itaꝙ, inquiunt, anteꝙ natus esset filius dei de uirgine Maria, ipse apparuit patribus nostris, nõ in una eadẽꝙ specie, sed multiformiter, aliter atꝙ aliter: & uisibilis est per seipsum, quia nondũ carne assumpta, substantia eius cõspicua mortalibꝰ oculis fuit, & mortalis inquantũ mutabilis: Ita et spũssanctus qui alias colũba, alias ignis apparuit. Vnde nõ trinitati, aiũt, sed singulariter & ꝓprie patri tantũmodo cõuenit quod dictũ est: Immortali inuisibili soli deo, et qui solus habet immortalitatẽ, et lucẽ inhabitat inaccessibilẽ, quam nemo hominum uidit, nec uidere potest. Omissis ergo istis, qui nec animę substantiã inuisibilẽ nosse potuerũt, unde longe remotũ ab eis erat ut nossent unius & solius dei, id est, patris & filij & spũssancti, nõ solũ inuisibilẽ, uerũ et incõmutabilem permanere substantiã, ac per hoc in uera & syncera immortalitate cõsistere: nos qui nunquam apparuisse corporeis oculis deũ nec patrẽ, nec filium, nec spiritũsanctũ dicimus, nisi per subiectã sibi creaturã corporeã creaturã, in pace catholica pacifico studio requiramꝰ, parati corrigi, si fraterne ac recte reprehendimur: parati etiã si ab inimico, uera tamen dicẽte, mordemur: utrũ indiscrete deus apparuerit patribꝰ nostris anteꝙ Christus ueniret in carne, an aliqua ex trinitate ꝑsona, an figuraliter quasi per uices. Ac primũ in eo quod scriptum est in Genesi, locutũ deum cũ homine quẽ de limo finxerat, si excepta figurata significatione, ut rei gestę fides etiam ad literã teneat, ista tractamus: in specie hominis uidet deus cũ homine tũc locutus. Non quidẽ expresse hoc in libro positum est, sed circunstantia locutionis id resonat, maxime in illo quod scriptũ est, uocẽ dei audiuisse Adam deambulãtis in paradiso ad uesperam, &

2 sent. dist. 8 c. sed ubi

Matth. 3 Act. 2

Tota trinitas inuisibilis Cap. VIII

Sap. 7

1 Tim. 1

1 Tim. 6

Cõtra eos qui credebãt solũ patrẽ immortalem & inuisibilem. IX

Matth. 10

& abscõdisse se in medio ligni quod erat in paradiso, deoꝙ dicẽti: Adam ubi es, respõdisse: Audiui uocẽ tuã, et abscondi me à facie tua, quoniã nudus sum. Quõ enim possit ad literã intelligi talis dei ambulatio & collocutio, nisi in specie humana, nõ uideo. Neꝙ enim dici potest uocẽ solam fuisse ubi deambulasse dictus est deus, aut eũ qui deambulabat in loco nõ fuisse uisibilẽ, cũ & Adã dicat ꝙ abscõderit se à facie dei. Quis ergo erat ille, utrũ pater, an filius, an spũssanctus? An omnino deꝰ indiscrete ipsa trinitas, in forma hominis homini loquebat? Cõtextio quidem ipsa scripturæ nusqꝙ trãsire sentit à persona ad personã. sed ille uidetur loqui ad primũ hominẽ qui dixit: Fiat lux, & fiat firmamentũ, & cætera per illos singulos dies, quẽ deum patrẽ solemus accipere, dicentem ut fiat quicqd facere uoluit. Omnia em̃ per uerbũ suum fecit, quod uerbũ eius unicũ filium eius secũdum rectã fidei regulã nouimus. Si ergo deus pater locutus est ad primũ hominẽ, & ipse deambulabat in paradiso ad uesperã, & ab eiꝰ facie se in medio ligni paradisi peccator abscondebat: cur nõ iam ipse intelligat apparuisse Abrahæ & Moysi, & quibꝰ uoluit, & quemadmodũ uoluit per subiectã sibi cõmutabilẽ atꝙ uisibilẽ creaturã, cũ ipse in seipso atꝙ in substãtia sua qua est, incõmutabilis atꝙ inuisibilis maneat? Sed fieri potuit ut à persona ad personã occulte scriptura trãsiret, & cũ patrem dixisse narrasset: Fiat lux, et cætera quæ per uerbũ fecisse cõmemoratur, iam per filiũ indicaret loq ad primũ hominẽ, nõ aperte explicãs hoc, sed eis qui possent intelligẽdum intimãs. Qui ergo habet uires, quibꝰ hoc secretũ possit mẽtis acie penetrare, ut ei liqdo appareat, uel posse etiã patrẽ, uel nõ posse nisi filiũ, uel etiã spiritũsanctũ, per creaturã uisibilẽ humanis oculis apparere, pergat in hæc scrutãda, si potest, etiã uerbis enũcianda atꝙ tractãda. Res tamẽ quantũ ad scripturę testimoniũ attinet, ubi deus cũ homine locutus est, quantũ existimo occulta est, Quia etiã utrum soleret Adam corporeis oculis deũ uidere, nõ euidenter apparet, cũ præsertim magna sit quæstio, cuiusmodi oculi eis apti fuerint, quãdo uetitũ cibum gustauerũt: Hi enim antequã gustassent, clausi erant. Illud tamẽ non temere dixerim, si paradisum corporalẽ quendã locũ illa scriptura insinuat, deambulare ibi deũ nisi in aliqua corporea forma, nullo modo potuisse. Nam & solas uoces factas quas audiret homo, nec aliquam formã uideret, dici potest: nec quia scriptum est, Abscõdit se Adam à facie dei: cõtinuo sequit ut soleret faciẽ eius uidere. Quid si eũ non quidẽ uidere ipse poterat, sed uideri ipse metuebat ab eo cuius uocẽ audierat, & deambulantis præsentiã senserat: Nam & Cain dixit deo, A facie tua abscõdam me: nec ideo fateri cogimur, eũ solere certe faciẽ dei corporeis oculis, in qualibẽt forma uisibili, quãuis de facinore suo uocẽ interrogãtis secũꝙ loquẽtis audisset. Cuiusmodi autẽ loquela tũc deus exterioribꝰ hominũ auribus insonaret, maxime ad primũ hominẽ loquẽs, et inuenire difficile est, & nõ hoc isto sermone susceperim. Verũ tamẽ si solæ uoces & sonitus fiebãt, quibꝰ quędã sensibilis præsentia dei, primis illis hominib. præberet, cur ibi personã dei patris nõ intelligã, nescio: quandoquidẽ eius persona ostendit, & in ea uoce, cũ Iesus in mõte corã tribus discipulis prefulgens apparuit: & in illa, ubi super baptizatum colũba descẽdit, & in illa ubi ad patrẽ de sua clarificatione clamauit, eiꝙ respõsum est, Et clarificaui & iterum clarificabo. Nõ quia fieri potuit uox sine opere filij & spũssancti (Trinitas quippe inseparabiliter operat) sed qa ea uox facta est, quę solius personã patris ostẽderet: sicut humanã illam formã ex uirgine Maria trinitas operata est, sed solius filij persona est. Visibilem nanꝙ solius filij personã, inuisibilis Trinitas operata est. Nec nos aliquid, phibet, illas uoces factas ad Adam, nõ solum à Trinitate factas intelligere, sed etiã personã demõstrantes eiusdẽ Trinitatis accipere. Ibi em̃ cogimur, non nisi patris accipe, ubi dictũ est, Hic est filius meus dilectus. Neꝙ enim Iesus etiã spiritussancti filiꝰ, aut etiã suus filius credi aut intelligi potest: & ubi sonuit, Et clarificaui & iterũ clarificabo: nõ nisi patris personam fatemur. Respõsio quippe est ad illã dñi uocẽ qua dixerat, Pater clarifica filiũ tuũ: quod nõ potuit dicere nisi deo patri tantũ, nõ & spirituisancto, cuius non est filius. Hic aũt ubi scriptũ est, Et dixit dñs deus ad Adã: cur nõ ipsa Trinitas intelligat, nihil dici potest. Similiter etiã quod scriptũ est, Et dixit dñs ad Abrahã, Exi de terra tua, & de cognatiõe tua, & de domo patris tui: nõ est apertũ, utrũ sola uox facta sit ad aures Abrahæ, an & aliqd oculis eiꝰ apparuerit. Paulo post aũt aliquanto apertius dictũ est, Et uisus est dñs Abrahæ & dixit illi, Semini tuo dabo terrã hãc. Sed nec ibi expressum est, in qua specie uisus sit ei dñs, aut utrũ pater, an filius, an spũs sanctꝰ ei uisus sit. Nisi forte putãt ideo filiũ uisum esse Abrahę, quia nõ scriptũ est, uisus est ei deus, sed uisus est ei dñs. Tanꝙ enim ꝓprie uidet filius dñs uocari, dicente Apostolo, Nam & si sunt qui dicant dii, siue in cœlo siue in terra, sicuti sunt dij multi et dñi multi, nobis tamen unus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso, & unus dñs Iesus Christꝰ, per quẽ omnia, & nos per ipsum. Sed & cũ deus pater multis locis inueniat dictus dñs, sicuti est illud, Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: & illud, Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis: Cũ etiam spiritus sanctus dñs dictus inueniat, ubi Apostolus ait, Dñs autẽ spiritus est. Et ne quisquã arbitraret filium significatum, et ideo dictum spiritũ propter incorpoream substantiã, secutus attexuit, Vbi aũt spiritus dñi, ibi libertas: Spiritũ autẽ domini nemo esse dubitauerit spiritũsanctũ: Neꝙ hic ergo euidenter apparet, utrũ aliqua ex Trinitate persona, an deus ipsa trinitas, de quo uno deo dictũ est, Dominum deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies: uisus fuerit Abrahę. Sub ilice aũt Mambrę, tres uiros uidit, quibꝰ & inuitatis hospitioꝙ susceptis & epulantibus ministrauit. Sic tamen scriptura illam rem

Tom. 3 m 2 gestam

An inuisibilis deus uisibiliter patribus nostris apparuerit. Cap. X

Gen. 4

Gen. 3

Matth. 3

Deut. 6

Gen. 18

Psal. 2

Psal. 109

2 Cor. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

gestā narrare cœpit,ut nō dicat,uisi sunt ei tres uiri, sed uisus est ei dñs. Atq; inde cōsequēter expones,quō ei sit uisus dñs, cōtexit narrationē de tribus uiris,quos Abrahā per pluralē numerū inuitat,ut hospitio suscipiat,& postea singulariter sicut unū alloquit. Et sicut unus ei de Sara filiū polliceť,quē dñm dicit scriptura,sicut in eiusdē narrationis exordio. Visus est,inqt,dñs Abrahę. Inuitat ergo & pedes lauat,& deducit abeūtes tanquā homines:loquit autē tanq̄ dño deo,siue cum ei promittit filius,siue cum ei Sodomæ imminēs

De eadē uisione. Cap. XI

interitus indicat. Non paruā neq; transitoriam cōsiderationē postulat iste scripturę locus. Si eñ uir unus illi uisus fuisset, iam illi q dicūt & priusq̄ de uirgine nascereť per suā substātiā uisibilē filiū, quid aliud q̄ ipsum esse clamarēt, quoniā de patre, inquiūt, dictū est, Inuisibili soli deo? Et tamen

1 Tim. 1

possem adhuc quærere,quō ante susceptā carnē, habitu est inuentus ut homo, quandoquidē ei pedes loti sunt,& humanis epulis epulat? est? Quō istud fieri poterat,cū adhuc in forma dei esset,nō rapinam arbitratus esse æqualis deo? Nunquid enim iam semetipsum exinanierat,formam serui accipiens, in similitudine hominū factus, & habitu inuētus ut homo? quū hoc quādo fecerit p partum uirginis nouerim? Quō igit̄ anteq̄ hoc fecisset,ut uir unus apparuit Abrahę? an illa forma uera non erat? Possem ista quærere, si uir unus apparuisset Abrahæ, idemq; dei filius credereť. Cū uero tres uiri uisi sunt, nec quisq̄ in eis uel forma uel ætate uel potestate maior cæteris dictus est, cur nō hic accipiamus uisibiliter insinuatam per creaturā uisibilem Trinitatis æqualitatē, atq; in tribus personis unam eādēq; substantiā? Nam ne quisquā putaret sic intimatū unū in tribus fuisse maiorē,& eū dñm dei filiū intelligendū,duos autem alios angelos ei?, quia cum tres uisi sint, uni domino illic loquit Abrahā, sancta scriptura futuris talibus cogitationib? atq; opinionibus contradicendo nō prętermisit occurrere, quādo paulopost duos angelos dicit uenisse ad Loth,in quibus & ille uir iustus qui de Sodomorum incēdio meruit liberari,ad unū dominū loquit. Sic enim scriptura sequit dicēs, Abijt aūt dominus postq̄

Gen. 18

cessauit loqui ad Abrahā,& Abrahā reuersus est

Visio Loth ex uitur. XII

ad locū suū. Venerūt autē duo angeli in Sodomis uespere. Hic attentius cōsiderandū est, quod ostēdere instituit. Cū tribus certe loquebat Abraham,& eum dominū singulariter appellauit. Forte, inquiet aliquis, unū ex tribus agnoscebat dominū, alios aūt duos angelos ei?. Quid sibi ergo uult,quod cōsequēter dicit scriptura, Abijt autē dominus postquā cessauit loquēs ad Abrahā, & Abrahā reuersus est ad locū suum. Venerūt autē duo angeli in Sodomis uespere. An forte ille un? abscesserat,qui domin? agnoscebat in tribus,& duos angelos qui cū illo uenerāt ad cōsumēdam Sodomam miserat? Ergo sequētia uideam?. Venerūt,inqt,duo angeli in Sodomis uespere. Loth aūt sedebat ad portam Sodomorū, Et cū uidisset eos Loth, surrexit in obuiam illis, & adorauit in faciē super terrā & dixit, Ecce domini, diuertite in domū pueri uestri. Hic manifestum est,& duos angelos fuisse,& in hospitiū pluraliter inuitatos, & honorifice appellatos dominos, cū fortasse homines putarent. Sed rursum mouet,quia nisi angeli dei cognoscerent, nō adoraret Loth in faciē super terrā. Cur ergo tanquā tali humanitate indigentib?, & hospitiū præbeť & uict?? Sed quod libet hic lateat, illud nūc quod suscepim? exequamur. Duo apparent, angeli ambo dicunť, pluraliter inuitant. Tanq̄ cū duob? pluraliter loquitur, donec exeat à Sodomis. Deinde sequit scriptura & dicit, Et factū est postquā eduxit eos foras, dixerūt, Saluās salua animā tuam ne respexeris retro, neq; stes in hac uniuersa regiōe. In montē uade, & ibi saluaberis, ne forte cōprehendaris. Dixit aūt Loth ad eos, Rogo domine, quoniā inuenit puer tuus ante te misericordiam &c. Quid est hoc quod dixit ad eos, Rogo domine, si iam ille discesserat qui dominus erat, & angelos miserat, Cur dicitur, Rogo domine, & nō rogo domini? Aut si unū ex eis uoluit appellare, cur ait scriptura, Dixit aūt Loth ad eos, Rogo domine, quoniā inuenit puer tuus ante te misericordiā? An et hic intelligim? in singulari numero duas personas? Cū aūt ijdem duo tanquā unus cōpellant, unius substātiæ unū dominū deum. Sed quas duas psonas hic intelligim? an patris & filij, an patris & spūssancti, an filij & spūssancti? Hoc forte cōgruētius quod ultimū dixi, Missos enim se dixerunt, quod de filio & de spūsancto dicim?, Nam patrē missum nusq̄ scripturarū nobis notitia occurrit.

Visio in rubo cap. Exod. 3

Moyses aūt quādo ad populū Israel ex Aegypto educendū miss? est, sic ei dñm apparuisse scriptū est, Pascebat, ingt, oues Ietro soceri sui sacerdotis Madiā, & egit oues in desertū, & uenit in montē dei Choreb, Apparuit aūt illi angelus dñi in flāma ignis de rubo. Et uidit qa in rubo ignis arderet, rubus uero nō comburebat, & ait Moyses, Ibo & uidebo uisum istud, qd tā magnū uidet, quoniā nō comburit rubus. Cum ergo uidit dñs quia uenit uidere, clamauit ad eū dñs de rubo dicens, Ego sum de? patris tui, deus Abrahā, et de? Isaac, & deus Iacob. Et hic primo angelus dñi dictus est, deinde de?. Nunqd ergo angelus est de? Abrahā & deus Isaac & deus Iacob? Potest ergo recte intelligi ipse saluator, de quo dicit Apostolus, Quorū patres, & ex quib? Christ? secūdum carnē, qui est sup omnia deus benedict? in secula. Qui ergo sup omnia est deus benedict? in secula, nō absurde etiā hic ipse intelligit de? Abrahā, & de? Isaac, & deus Iacob. Sed cur prius angel? dñi dictus est, cū de rubo in flāma ignis apparuit: utrū quia unus ex multis angelis erat, sed per dispēsationem personā dñi sui gerebat: an assumptū erat aliqd creaturæ, quod ad presens negociū uisibiliter appareret, & inde uoces sensibiliter æderent, quib? præsentia dñi per subiectā creaturā corporeis etiā sensib. hominis sicut oportebat exhibereť? Si enim unus ex angelis erat, quis facile affirmare possit, utrū ei filij p̄sona nunciāda impolita fuerit

Rom. 9

1 Cor. 6

Rom. 9

fuerit, an spūssancti, an dei patris, an ipsius omnino Trinitatis, quæ est unus & solus deus, ut dicereť, Ego sum deus Abrahā, deus Isaac, & deus Iacob? Neq; enim possimus dicere deū Abrahā, & deū Isaac, & deū Iacob, filiū dei esse, & patrē non esse: aut spiritūsanctū, aut ipsam trinitatē quā credimus et intelligimus unū deum, audebit aliquis negare deū Abrahā, & deū Isaac, & deum Iacob. Ille enim nō est illorū patrū deus qui nō est deus. Porrò si nō solum pater deus est, sicut etiā omnes hæretici cōcedunt, sed etiā filius, quod uelint nolint cogūtur fateri, dicēte Apostolo, Qui est sup omnia deus benedictus in secula: & spūssanctus dicēte Apostolo, Clarificate ergo deū in corpore uestro, cū supra diceret, Nescitis quoniā corpora uestra templū in uobis est spūssancti, quem habetis à deo: & hi tres unus deus, sicut catholica fides credit: nō satis elucet quā in Trinitate p̄sonam, & utrū aliquā, an ipsius Trinitatis gerebat ille angelus, si unus ex cæteris angelis erat. Si aūt in usum rei præsentis assumpta creatura est, quæ & humanis oculis appareret, & aurib. insonaret, & appellareť angelus dñi, & dñs & deus, nō potest hic de? pater intelligi, sed aut filius, aut spūssanctus: quanq̄ spiritūsanctū alicubi angelū dictū nō recolam, sed ex opere possit intelligi. Dictum enim de illo est, Quæ uentura sunt annūciabit uobis. Et utiq; angelus Græce, Latine nūcius interpretat. De dño aūt Iesū Christo euidentissime legimus apud Prophetā, q̄ magni cōsilij angelus dictus sit, cū & spūssanctus & dei filij? sit deus & dominus angelorū. Itē in exitu filiorū Israel de Aegypto scriptū est, Deus autē p̄cedebat illos, die quidem in colūna nubis, & ostendebat illis uiam, nocte aūt in colūna ignis: et nō deficiebat colūna nubis die & colūna ignis nocte ante populū. Quis & hic dubitet per subiectā creaturā eandēq; corporeā, nō per suā substantiā deū oculis apparuisse mortalib;? sed utrū patrē, an filiū, an spiritūsanctum, an ipsam Trinitatē unū deū, similiter nō apparet. Nec ibi hoc distinguit quantū existimo, ubi scriptū est, Et maiestas dñi apparuit in nube, & locutus est dñs ad Moysen dicēs, Exaudiui murmur filiorū Israel &c. Iam uero de nubib. & uocibus & fulgurib? & tuba & fumo in mōte Sina cū diceretť, Sina aūt mons fumabat totus, ppterea q̄ descendisset deus in igne in eū & ascēdebat fumus tanq̄ fumus fornacis, & mente confusus est omnis populus uehemēter, fiebāt aūt uocestubæ, p deūtes fortiter ualde: Moyses loquebat, & deus respōdebat ei uoce, Et paulopost data lege in decē p̄ceptis, cōsequēter dicit. Et omnis populus uidebat uoces & lampades & uoces tubæ & montē fumantē. Et paulopost, Et stabat, ingt, omnis populus à lōge, Moyses aūt intrauit in nebulam ubi erat deus, & dixit dñs ad Moysen &c. Quid hinc dicā, nisi q̄ nemo tam uecors est, qui credat fumū, ignē, nubes & nebulā, & si qua sunt huiusmodi, uerbi uel sapiētiæ dei quod est Christus, uel spūssancti esse substantiā? Nam de patre deo, nec Ariani hoc unquā ausi sunt dicere. Ergo creatura seruiente creatori facta sunt illa omnia, & humanis sensib. pro dispēsatione congrua p̄sentata: nisi forte, quia dictū est, Moyses autē intrauit in nebulā ubi erat de?, hoc arbitrabit̄ carnalis cogitatio, à populo quidē nebulā uisam, intra nebulā uero Moysen oculis carneis uidisse filiū dei, quē delirantes hęretici in sua substātia uisum uolūt. Sanè uiderit eum Moyses oculis carneis, si oculis carneis potest uideri non modo sapiētia dei quod est Christ?, sed uel ipsa cuiuslibet hominis & qualiscūq; sapiētis. Aut qa scriptū est de seniorib? Israel, quia uiderūt locū ubi steterat deus Israel, & quia sub pedib. eius tanq̄ opus lapidis saphiri, et tanq̄ aspectus firmamēti cœli: propterea credendū est & uerbū & sapientiā dei per suam substantiā in spatio loci terreni stetisse, quę pertēdit à fine usq; ad finē fortiter, et disponit omnia suauiter: & ita esse mutabile uerbū dei, per q̄ facta sunt omnia, ut modo se cōtrahat, modo distendat. Mūdet dñs à talib. cogitationib. corda fideliū suorū: sed per subiectā, ut sæpe dixim?, creaturā exhibent hęc omnia uisibilia et sensibilia, ad significandū inuisibilē atq; intelligibilē deū, non solū patrē, sed & filiū, & spiritūsanctū, ex quo omnia, per quē omnia, in quo omnia: quāuis inuisibilia dei à creatura mūdi, per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciant, sempiterna quoq; uirtus eius ac diuinitas. Sed qd attinet ad id qd nūc suscepimus, nec in mōte Sina uideo quemadmodū appareat per illa omnia quę mortaliū sensib. terribiliter ostēdebant, utrū deus trinitas, an pater, an filius, an spūssanctus, ppriè loquebat. Verūtamē si quid hinc sine affirmādi temeritate modestę atq; cūctāter cōiectare cōcedit, si una ex trinitate p̄sona potest intelligi, cur nō spiritūsanctū potius intelligimus, quādo & tabulis lapideis lex ipsa quę ibi data est, digito dei scripta esse dicit, quo nomine spiritūsanctū in Euāgelio significari nouimus. Et qnquaginta dies numerant ab occisione agni & celebratiōe Paschę usq; ad diem quo hæc fieri cœpta sunt in monte Sina: Sicut post dñi passionem, ab ei? resurrectione qnquaginta dies numerantur, & uenit p̄missus à filio dei spūssanctus. Et in ipso eius aduētu quē in Apostolorū actib? legimus, per diuisionē linguarū ignis apparuit, qui et insedit super unūquenq; eorū. Quod exodo congruit, ubi scriptū est, Sina aūt mōs fumabat totus, ppterea q̄ descēdit in eū deus in igne. Et aliquāto post, Aspectus, inquit, maiestatis dñi, tanquā ignis ardēs super uerticē mōtis corā filijs Israel. Aut si hæc ideo facta sunt, qa nec pater, nec filius illic eo modo p̄sentari poterāt sine spūsancto, quo ipsam legē scribi oportebat, deū quidē nō per substantiā suā quæ inuisibilis & incōmutabilis manet, sed p illā speciē creaturę illic apparuisse cognoscim?, Sed aliquā ex trinitate personā signo quodā, ppriо, quantū ad mei capacitatē sensus pertinet, non uidemus. Est etiā quo moueri plerіq; solent, qa ita scriptū est, Et locutus est dñs ad Moysen facie ad faciem, sicut quis loquit̄ ad amicū suum: cum paulopost dicat Moyses, Si

Visio in rubo cap. Exod. 3

Exod. 19

Exod. 20

Act. 2

Moyses quo modo uiderit deum. XVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo inueni gratiã ante te, ostẽde mihi temetipsũ manifeste, ut uideã te, ut sim inueniẽs gratiã ante A
te, et ut sciã qa populus tuus est gẽs hec. Et paulo
Exod. 33 post iterũ. Dixitq; Moyses ad dñm, Ostẽde mihi maiestatẽ tuã. Quid est hoc qd' in omnib, que supra fiebãt, de⁹ uideri per suã substantiã putabat? Vnde à miseris creditus est, nõ per creaturã, sed per semetipsum uisibilis filius dei: & qd' intrauerat in nebulã Moyses, ad hoc intrasse uidebat ut oculis quidẽ populi ostẽderet caligo nebulosa, ille aũt intus uerba dei tanq̃ eius faciẽ cõtẽplatus audiret. Et quõ dictũ est. Locut⁹ est dñs ad Moysen facie ad faciẽ, sicut quis loquit' ad amicũ suũ: Ecce idem dicit, Si inueni gratiam ante te, ostẽde mihi temetipsum manifeste. Nouerat utiq; quod corporaliter uidebat, & uerã uisionẽ dei spiritaliter regrebat. Locutio quippe illa quẽ fiebat in uo B
cib⁹, sic modificabat', tanq̃ esset amici loquẽtis ad amicũ. Sed deũ patrẽ qs corporeis oculis uidet? Et quod in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & de⁹ erat uerbũ, p quod facta sunt omnia, qs corporeis oculis uidet? Et spiritũ sapiẽtiæ qs corporeis oculis uidet? Quid est aũt, Ostende mihi temetipsum manifeste ut uideã te: nisi ostende mihi substãtiã tuã? Hoc aũt si nõ dixisset Moyses, utcũq; ferẽdi essent stulti, qui putãt per ea quę supra dicta uel gesta sunt, substantiã dei oculis eius fuisse cõspicuã. Cũ uero hic aptissime demonstret, nec desiderãti hoc fuisse cõcessum, qs audeat dicere p similes formas quę huic quoq; uisibiliter apparuerũt, nõ creaturã deo seruiẽtẽ, sed hoc ipsum quod de⁹ est cuiusq; oculis apparuisse mor C
taliũ? Et hoc qdẽ quod postea dñs dicit ad Moysen, Nõ poteris uidere faciem meã & uiuere. Nõ eñ uidebit homo faciem meã & uiuet. Et ait dñs, Ecce locus penes me est, & stabis super petrã, statim ut trãsibit mea maiestas, & ponã te in specula petræ, & tegã manũ meã super te, donec transeã, et auferam manũ meã: et tunc uidebis posteriora
Posteriora dei quõ uideãtur, allegoria. Ca. XVII mea, nam facies mea nõ apparebit tibi. Nõ incõgruẽter ex persona dñi nostri Iesu Christi prefiguratũ solet intelligi: ut posteriora eius accipiat' caro eius, in qua de uirgine nat⁹ est, & mortu⁹ & resurrexit: siue ꝓpter posteriorẽtatẽ mortalitatis posteriora dicta sint, siue qd' eam ꝓpe finẽ seculi, hoc est posteri⁹ suscipe dignatus est. Facies autẽ ei⁹ illa dei forma, in qua nõ arbitrat' rapinã esse ę D
qualis deo patri, quã nemo utiq; potest uidere & uiuere: siue qa post hãc uitã in qua pegrinamur à dño, & ubi corp⁹ qd' corrũpitur aggrauat animã, uidebim⁹ facie ad faciẽ, sicut dicit Apostolus. De hac eñ uita in Psalmis dicit', Veruntamẽ uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Et iterũ. Quoniã nõ iustificabit' corã te omnis uiuẽs. In qua uita etiã, secũdũ Ioannẽ, nondũ apparuit quod erim⁹. Scim⁹ aũt, inquit, quia cum apparuerit, similes ei erim⁹, quoniã uidebim⁹ eũ sicuti est. Quod utiq; post hãc uitã intelligi uoluit, cũ mortis debitũ soluerimus, & resurrectiõis ꝓmissum receperim⁹. Siue quod etiã nũc inquantũ dei sapiẽtiã per quã facta sunt omnia, spiritaliter intelligim⁹, intantũ carnalib⁹ affectib. morimur: ut mortuũ nobis hũc mundũ deputãtes, nos quoq; ipsi huic mũdo moriamur, et dicam⁹ qd' ait Apostolus, Mũdus mihi crucifix⁹ est et ego mũdo. De hac eñ morte iterũ *Galat. 6* dixit, Si aũt mortui estis cũ Christo, qd adhuc ue *Coloss. 2* lut uiuẽtes de hoc mũdo decernitis? Nõ ergo im merito nemo potest faciẽ, id est ipsam manifestationẽ sapiẽtię dei uidere & uiuere. Ipsa eñ est species, cui cõtemplãdæ suspirat omnis q affectat deũ diligere ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte. Ad quã cõtemplandã etiã, ꝓximũ quãtũ potest ædificat, q diligit & ꝓximũ sicut seipsum. In qb⁹ duob. preceptis, tota lex pẽdet & Prophetæ. Qd' significat' etiã in ipso Moyse. Nã cũ dixisset, ꝓpter dilectionẽ dei qua præcipue flagrabat, Si inueni gratiã in cõspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste, ut sim inueniẽs gratiã ante te: continuo, ꝓpter dilectionẽ etiã, ꝓximi subiecit atq; ait, Et ut sciã qa populus tu⁹ est gẽs hæc. Illa est ergo species quę rapit omnẽ animã rationalẽ desiderio sui, tãto ardẽtiorẽ, quãto mũdiorẽ, et tãto mũdiorẽ, quãto ad spiritalia resurgentẽ. Tãto aũt ad spiritalia resurgentẽ, quãto à carnalib. morientẽ. Sed dũ pegrinamur à dño, & p fidẽ ambulamus nõ p speciẽ, posteriora Christi, hoc est carnem p ipsam fidẽ uidere debem⁹: id est, in solido fidei fundamẽto stãtes, qd' significat petra, & eã de tali tutissima speculaintuẽtes, in catholica scili *Matth. 16* cet ecclesia de qua dictũ est, Et sup hãc petrã ędificabo ecclesiã meã. Tãto eñ certius diligim⁹, quã uidere desideram⁹ faciẽ Christi, quãto in posteriorib. eius agnoscim⁹ quantũ nos prior dilexerit Christus. Sed in ipsa carne, fides resurrectiõis ei⁹ *Rom. 4* nos saluos facit atq; iustificat. Si eñ credideris, in quit, in corde tuo, qa illũ de⁹ suscitauit à mortuis, salu⁹ eris. Et iterũ. Qui traditus est, inqt, ꝓpter delicta nostra, & resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostrã. Ideoq; resurrectio corporis dñi est meritũ fidei nostrę. Nã mortua esse illã carnẽ in cruce passionis, etiã inimici ei⁹ credũt, sed resurrexisse non credũt. Qd' firmissime nos credentes, tanq̃ de pectoræ soliditate cõtuemur: unde certa spe adoptionẽ expectam⁹ redẽptionẽ corporis nostri: qa hoc in mẽbris Christi speram⁹, quæ nosipsi sum⁹, qd' pfectã esse in ipso tanq̃ in capite nostro, fidei sanitate cognoscimus. Inde nõ uult nisi cũ trãsierit uideri posteriora sua, ut in ei⁹ resurrectionẽ credat, *Rom. 11* Pascha eñ Hebręũ uerbũ dicit', quod trãsit⁹ interpretat'. Vnde et Ioãnes Euãgelista dicit, Ante diẽ festũ Paschę, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut trãseat ex hoc mũdo ad patrẽ. Hoc aũt q credũt, nec tamen in catholica fide, sed in schismate aliquo, aut in hęresi credunt, nõ de loco q est penes *Exod. 33* eũ uidẽt posteriora dñi. Quid eñ sibi uult qd' ait dñs. Ecce loc⁹ est penes me, et stabis sup petram? Quis loc⁹ terrenus est penes dñm, nisi hoc est penes eũ quod eũ spiritaliter attingit? Nã quis loc⁹ nõ est penes dñm, qui attingit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? Et cui⁹ dictũ *Esa. 66* est, Cœlũ mihi sedes est, & terra scabellũ pedum meorũ. Et q dixit, Quã domũ ædificabitis mihi, aut

aut quis locus quietis meæ, nónne manus mea fecit hęc omnia? Sed uidelicet intelligit' locus penes A
eũ in quo stat'ur super petrã, ipsa ecclesia catholica: ubi salubriter uidet Pascha dñi, id est transitũ dñi, & posteriora eius, id est corpus eius, q credit in resurrectionẽ eius. Et stabis, inqt, sup petrã, stabim ut trãsiet mea maiestas. Reuera eñ statim ut trãsijt maiestas dñi in clarificatione dñi, qua resurgẽs ascẽdit ad patrẽ, solidati sumus sup petrã. Et ipse Petrus tũc solidatus est, ut cũ fiducia prædicaret, quę priusq̃ esset solidatus ter timore negauerat, iã quidẽ prædestinatiõe positus in specula petræ, sed adhuc manu dñi sibi superposita ne uideret. Posteriora eñ eius uisurus erat, & nõdum ille trãsierat utiq; à morte ad uitã, nondũ resurrectiõe clarificatus erat. Nã et qd' sequit' in Exodo, & dicit: Tegã manũ meã super te, donec transeã, B
& auferã manum meã, & tũc uidebis posteriora mea: Multi Israelitæ quorũ tũc figura erat Moyses, post resurrectionẽ dñi, crediderũt in eũ, tanq̃ iã uidẽtes posteriora eius, remota manu eius ab *Esaie 6* oculis suis. Vnde & Esaiæ talem ꝓphetiã Euãgelista cõmemorat, Incrassa cor populi huius, & aures eorũ oppila, & oculos eorũ graua. Deniq; in *Psal. 31* Psalmo nõ absurde intelligit' ex eorũ ꝓsona dici: Quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua. Die fortasse cũ manifesta miracula faceret, nec ab eis agnoscer'. Nocte aũt cũ in passione morer'. quãdo certius putauerũt sicut quẽlibet hominẽ peremptũ & extinctũ. Sed quoniã cũ trãsisset ut eius posteriora uiderent. prædicante sibi apostolo Petro, qa oportebat Christũ pati & re- C
surgere, cõpuncti sunt dolore pœnitẽtię, ut fieret in baptizatis qd' in capite eius Psalmi dicit', Beati quorũ remissę sunt iniqtates, & quorũ tecta sunt peccata: Propterea cũ dictũ esset, Grauata est sup me manus tua, tanq̃ dño trãseunte, ut iã remoueret manũ & uiderent posteriora eius, sequit' uox dolẽtis & confitẽtis, & ex fide resurrectionis dñi peccatorũ remissionẽ accipiẽtis, Cõuersus sum, inquit, in erũna mea dũ infigerer spina: Peccatũ meũ cognoui, & iniustitiã meã non operui: Dixi pronũciabo aduersum me iniustitiã meã dño, & tu remisisti impietatẽ cordis mei. Neq; enim tãto carnis nubilo debemus inuolui, ut putemus facięquidẽ domini esse inuisibilẽ, dorsum uero uisibile, quãdoquidẽ in forma serui utrunq; uisibili- D
ter apparuit, In forma aũt dei absit ut tale aliquid cogitet'. Absit ut uerbũ dei & sapiẽtia dei ex una parte habeat faciem, & ex alia dorsum sicut corpus humanũ, aut omnino ulla specie uel motiõe, siue loco, siue tẽpore cõmutetur. Quapropter si in illis uocibus quæ fiebãt in Exodo, & illis omnibus corporalibus demõstrationibus dñs Iesus Christus ostẽdebatur: aut aliàs Christus sicut loci huius cõsideratio persuadet, aliàs spũsanctus, sicut ea quæ supra diximus admonẽt: nõ hoc efficitur ut deus pater nunq̃ tali aliqua specie patribus uisus sit, Multa enim talia uisa facta sunt illis tẽporibus, nõ euidẽter nominato & designato in eis, uel patre, uel filio, uel spũsancto, sed tamẽ per quasdã ualde probabiles significatiões nõnullis indicijs exist'tibus, ut nimis temerariũ sit dicere, deum patrẽ nunq̃ patribus aut Prophetis per aliquas uisibiles formas apparuisse. Hãc enim opinionẽ illi pepererũt, qui nõ potuerunt in unitate trinitatis intelligere quod dictũ est: Regi aũt secu *1. Tim. 1* lorũ immortali, inuisibili soli deo: &, quẽ nemo hominum uidit, nec uidere potest; Quod de ipsa substãtia summa summeq; diuina & incõmutabili, ubi & pater & filius & spiritussanctus unus est solus deus, per sanã fidẽ intelligitur. Visiones autem illæ per creaturã cõmutabilem deo incõmutabili subditã factæ sunt, nõ proprie sicuti est, sed significatiue sicut pro rerũ causis & tẽporibus oportuit ostendẽtes deum. Quanq̃ nescio quẽ *Visio Danielis. C. XVIII* admodũ isti intelligãt quod Danieli apparuit antiquus dierũ: à quo filius hominis, quod propter nos esse dignatus est, accepisse intelligit' regnũ, ab illo scilicet qui ei dicit in Psalmo: Filius meus *Psal. 2* es tu, ego hodie genui te: postula à me & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã. Et qui omnia subiecit sub pedib. eius. Si ergo Danieli, & pater dãs regnũ, & filius accipiẽs apparuerũt in specie corporali, quomõ isti dicũt, patrẽ nunq̃ uisum esse Prophetis, & ideo solũ debere intelligi inuisibilẽ quẽ nemo hominũ uidit nec uidere potest? Ita eñ narra *Dan 7* uit Daniel: Aspiciebã, inqt, donec throni positi sunt, & uetustus dierũ sedebat, & indumẽtũ eius quasi nix albũ, & capillus capitis eius quasi lana mũda: Thronus eius flãma ignis, rotæ eius ignis flagrãs, & flumẽ ignis trãsibat in cõspectu ei⁹. Et mille millia deseruiebãt ei, & dena millia denum milliũ assistebãt ei. Et iudicium collocauit, & libri aperti sunt, &c. Et paulopost: Aspiciebã, inqt, in uisu noctis, & ecce cũ cœli nubibus quasi filius hominis ueniẽs erat, & usq; ad uetere dierũ puenit, & oblatus est ei, Et ipsi datus est princip⁹ & honor, & regnũ, et oẽs populi trib. & linguę ipsi seruiẽt. Potestas eius, potestas ęterna, quæ nõ prætribit, & regnũ eius quod nõ corrũpet'. Ecce pater dans, & filius accipiẽs regnũ sempiternũ, & sunt ambo in cõspectu, ꝓphetãtis uisibili specie. Nõ ergo incõueniẽter credit' etiã pater de⁹ eo modo sollere apparere mortalibus: Nisi forte aliqs dicat, ideo nõ esse uisibilẽ patrẽ, qa in cõspectu somniãtis apparuit, Ideo aũt uisibilem filiũ & spiritũsanctũ, quia Moyses illa omnia uigilans uidit. Quasi uero uerbũ & sapiẽtia dei uiderit Moyses carnalib⁹ oculis, aut uideri spũs uel humanus possit q carnẽ istã uiuificat, uel ipse corporeus qui uctus dicit', quãto minus ille spiritus dei q omniũ hominũ & angelorũ mẽtes ineffabili excellẽtia diuinę substãtiæ supergredit'. Aut quisq̃ tali preципiteẽ errore, ut audeat dicere filiũ & spiritũsanctũ etiã uigilãtib⁹ hominib. esse uisibiles, patrẽ aũt nõ nisi somniãtib⁹. Quomõ ergo de patre solo accipiũt, Quẽ nemo hoim uidit, nec uidere potest? An cũ dormiũt homines, tũc nõ sunt hoies? Aut q formare similitudinẽ corporis potest ad se significãdũ p uisa somniãtiũ, nõ potest formare ipsam corporeã creaturã ad se significandũ oculis uigilan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium:cū eius ipsa substātia qua est ipse qđ est, nul
la corporis similitudine dormienti, nulla corpo A
rea specie uigilanti possit ostēdi, sed non solū pa
tris, uerumetiā filij & spiritussancti. Et certe qui
uigilantiū mouentur uisis, ut non patrē, sed tan
tum filiū uel spiritumsanctū credāt corporalib.
hominū apparuisse cōspectibus, ut omittam tan
tam latitudinē sanctarū paginarū, & tam multi
plicē earum intelligētiā, unde nemo sani capitis
affirmare debet, nusquā personā patris p aliquā
speciē corporalē uigilantiū oculis demōstratam:
Sed ut hoc, ut dixi, omittā, quid dicūt de patre no
stro Abrahā, cui certe uigilāti et ministrāti, cū scri
ptura præmisisset dicens: Visus est dñs Abrahæ,
nō unus aut duo, sed tres apparuerūt uiri, quorū
nullus excellsius alijs eminuisse dictus est, nullus
honoratius effulsisse, nullus imperiosius egisse. B
Quapropter quoniam in illa tripartita nostra di
stributione, primū quærere instituimus, utrū pa
ter, an filius, an spiritussanctus, an aliquando pa
ter, aliquādo filius, aliquādo spūssanctus, an sine
ulla distinctione personarū, sicut dicit, deus unus
& solus, id est, trinitas ipsa, per illas creaturæ for
mas patrib. apparuerit, interrogatis quæ potui
mus quantū sufficere uisum est, sanctarū scriptu
rarū locis, nihil aliud quantū existimo diuinorū
sacramentorū modesta & cauta cōsideratio per
suadet, nisi ut temere non dicamus quæ nā ex tri
nitate persona cuilibet patrum & Prophetarū in
aliquo corpore uel similitudine corporis appa
ruerit, nisi cum cōtinētia lectionis aliqua proba
bilia circūponit indicia. Ipsa enim natura uel sub C
stantia, uel essentia, uel quolibet alio nomine ap
pellandū est idipsum quod deus est, quicquid il
lud est corporaliter uideri nō potest. Per subiectā
uero creaturā, non solū filiū uel spiritumsanctū,
sed etiam patrē corporali specie siue similitudine
mortalib. sensibus significationē sui dare potuis
se credendū est. Quę cū ita sint, ne immoderatius
progrediatur secūdi huius uoluminis lōgitudo,
ea quæ restant, in cōsequentibus uideamus.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER III.

Prœmium. Trāsitione de monstrat quid dictum sit, & quid restet dicendum

REDANT qui uolunt, malle me le
gendo q̄ legenda dictādo laborare. D
C Qui autē hoc nolūt credere, experiri
autē & possunt & uolūt, deniq; legē
do uel meis inquisitionib. respōdeāt
uel interrogationib. aliorū, quas p mea persona
quā in seruitio Christi gero, & pro studio quo fi
dē nostrā aduersum errorē carnaliū & animaliū
hominū munire inardesco, necesse est me pati, &
uideāt q̄ facile ab isto labore me tēperem, et quā
to etiā gaudio stylū posim habere feriatū. Quod
si ea quę legimus de his rebus sufficiēter ædita in
Latino sermone, aut nō sunt, aut nō inueniūtur,
aut certe difficile à nobis inueniri queūt, Græcæ
aūt linguæ nō sit nobis tātus habitus, ut taliū re
rū libris legēdis et intelligēdis ullo modo reperia
mur idonei, quo genere literarū ex ijs quæ nobis
pauca interpretata sunt, nō dubito cūcta queuti
liter quærere possum⁹ cōtineri: fratribus aūt nō
ualeā resistere iure, quo eis seruus factus sum, fla
gitātib. ut eorū in Christo laudabilib. studijs, lin
gua ac stylo meo, quas bigas in me charitas agi
tat, maxime seruiā, egoq; ipse multa quæ nescie
bā, scribēdo me didicisse cōfitear, nō debet hic la
bor meus cuiq̄ pigro, aut multū docto uideri su
perfluus, cū multis impigris multisq; indoctis, in
ter quos etiā mihi, nō parua ex parte sit necessari
us. Ex his igit̄ quę ab alijs de hac re scripta iā legi
mus, plurimū adminiculati & adiuti, ea quæ de
trinitate, uno sūmo summeq; bono deo pie queri
& disseri posse arbitror, ipso exhortāte quærēda
atq; adiuuāte disserēda suscepi: ut si alia non sunt
huiusmodi scripta, sit qđ habeāt & legāt, q uolue
rint & ualuerint: si aūt iā sunt, tāto facilius aliqua
inueniant, quāto talia plura esse potuerint. Sane
cū in omnib. literis meis, nō solū piū lectorē, sed
etiā liberū correctorē desiderē, multo maxime in
his, ubi ipsa magnitudo quæstiōis utinā tā multos
inuētores habere posset, q̄ multos cōtradictores
habet: uerūtamē sicut lectorē meū nolo mihi es
se deditū, ita correctorē nolo sibi: Ille me nō amet
amplius q̄ catholicā fidē, ille se nō amet amplius
q̄ catholicā ueritatē. Sicut illi dico, Noli meis li
teris quasi scripturis canonicis inseruire, sed in il
lis & qđ nō credebas cū inueneris incūctāter cre
de, in illis aūt quod certū non habebas, nisi certū
itellexeris, noli firmiter retinere: Ita illi dico, No
li meas literas ex tua opiniōe uel cōtentione, sed
ex diuina lectiōe uel incōcussa ratiōe corrigere.
Si quid in eis ueri cōprehēderis, exīstēdo non est
meū, at intelligēdo & amādo, & tuū sit & meū: Si
quid aūt falsi cōuiceris, errando fuerit meū, sed iā
cauēdo nec tuū sit nec meū. Hinc itaq; tertius hic
liber sumat exordiū, quouslq; secūdus puenerat.
Cū em̄ ad id uentū esset, ut uellemus ostēdere, nō
ideo minorē patre filiū, quia ille misit, hic missus
est, nec ideo minorē utroq; spiritūsanctū, qa et ab
illo & ab illo missus in Euāgelio legit̄, suscepim⁹
hoc quærere, cū illuc missus sit filius, ubi erat, qa
in hūc mundū uenit, & in hoc mūdo erat: cū illuc
etiā spūssanctus, ubi & ipse erat, quoniā spiritus
dñi repleuit orbē terrarū, & hoc quod cōtinet o
mnia sciētiā habet uocis, Vtrū propterea missus
sit dñs, quia ex occulto in carne natus est, et de su
nu patris ad oculos hominū in forma serui tanq̄
egressus apparuit: ideo etiā spūssanctus, quia &
ipse corporali specie quasi colūba uisus est, & lin
guis diuisis uelut ignis: ut hoc eis fuerit mitti, ad
aspectum mortaliū in aliqua forma corporea de
spiritali secreto, pcedere, qđ pater quoniā nō fe
cit, tantūmodo misisse, nō etiā missus esse dictus
sit. Deinde quę situ est, cur & pater nō aliquando
dictus sit missus, si p illas species corporales quę
oculis antiquorū apparuerūt ipse demōstrabat:
Si aūt filius tūc demōstrabat, cur tāto post missus
diceretur, cū plenitudo tēporis uenit, ut ex fœmi
na nasceret, quādoquidē & antea mittebat, cum in

in illis formis corporaliter apparebat? Aut si nō
recte missus diceret, nisi cū uerbū caro factū est, A
cur spiritussanctus missus legat, cuius incarnatio
talis nō facta est? Si uero p illas antiquas demon
strationes, nec pater nec filius, sed spūssanctus ostē
debatur, cur etiā ipse nūc diceret missus, cū illis
modis & antea mitteret? Deinde subdiuisim⁹ ut
hæc diligentissime tractarētur, & tripartitā feci
mus quæstionē, cui⁹ una pars in secūdo libro ex
plicata est, duæ sunt reliquæ, de quibus deinceps
disserere aggrediar. Iā enim quæsitū atq; tractatū
est, in illis antiquis corporalib. formis & uisis, nō
tantūmodo patrē, nec tantūmodo filiū, nec tantū
modo spiritūsanctū apparuisse, sed aut indifferen
ter dīm deū qui trinitas ipsa intelligit̄, aut quāli
bet ex trinitate p̄sonā, quā lectionis textus indi
cijs circūstantib. significaret. Nūc ergo primū B
queramus, quod sequit̄. Nā secūdo loco in illa di
stributiōe positū est, utrū ad hoc opus tātūmodo
creatura formata sit, in qua deus sicut tūc oportu
isse iudicauit, humanis ostendereť aspectibus: an
angeli q iam erāt ita mittebanť ut ex p̄sona dei lo
querent, assumētes corporalē speciē de creatura
corporea in usum ministerij sui: aut ipsum corpus
suū, cui nō subdunť, sed subditū gerūt, mutantes
atq; uertēte⁹ in species quas uellēt, accōmodatas
atq; aptas actionib. suis, secundū attributā sibi à
creatore potentiā. Qua quæstionis parte quantū
dūs dederit pertractata, postremo uidendū erit id
quod institueramus inquirere, utrū filius & spiri
tussanctus & antea mittebanť: & si ita est, qd in
ter illā missionē & eam quā in Euāgelio legimus
dicta⁹ est ex Maria uirgine, uel cū spūssanctus uisi
bili specie, siue in colūba, siue in igneis linguis ap
paruit. Sed fateor excedere uires intētiōis meæ,
utrū angeli manēte spiritali sui corporis qualita
te, per hāc occultius operātes, assumāt ex inferio
ribus elemētis corpulentioribus, qđ sibi coapta
tū, quasi aliquā uestem mutēt & uertāt in quasli
bet species corporales, etiā ipsas ueras: sicut aqua
uera in uerū uinū conuersa est à dīno: an ipsa pro
pria corpora sua transformēt in quod uoluerint,
accōmodata ad id quod agūt. Sed quodlibet ho
rū sit, ad præsentē quæstionē nō pertinet. Et quā
uis hęc quoniā homo sum, nullo experimēto pos
sim cōprehēdere, sicut angeli qui hęc agūt, & ma
gis ea norūt q̄ ego noui, quatenus mutet̄ corpus
meū in affectu uolūtatis meæ, siue quod in me, si
ue quod ex alijs expertus sum: qd horū tamē ex
diuinarū scripturarū autoritatib. credā, nūc non
opus est dicere, ne cogar, pbare, & fiat sermo lon
gior de re qua nō indiget præsens quęstio. Nūc il
lud uidendū est, utrum angeli tūc agebāt, & illas
corporū species apparentes oculis hominū, & il
las uoces insonātes auribus, cū ipsa sensibilis cre
atura ad nutū seruiēs cōditoris, in id quod opus
erat, p tēpore uertebať, sicut in libro Sapiētię scri
ptū est: Creatura enim tibi factori deseruiēs extē
ditur in tormentū aduersum iniustos, et lenior fit
ad benefaciēdū ijs qui in te cōfidūt. Propter hoc
& tūc in omnia se trās figurās, omniū nutrici gra
tiæ tuę deseruiebat ad uoluntatē horū qui te desi
derabāt. Peruenit enim sapiētia uolūtatis dei per
creaturā spiritalē usq; ad effectus uisibiles atq; sen
sibiles creaturę corporalis. Vbi enim non opera
tur quod uult dei omnipotētis sapiētia, quæ per
tendit à fine usq; ad finē fortiter, & disponit omnia *Sap. 8*
suauiter? Sed alius est ordo naturalis in cōuer *Miracula un*
sione & mutabilitate corporū, qui q̄uis etiā ipse *de uideantur*
ad nutū dei seruiat, perseuerātia tamē cōsuetudi *Cap. II*
nis amisit admirationē: sicuti sunt quę uel breuis
simis uel certe nō longis interuallis temporū cœ
lo, terra, mariq; mutant̄, siue nascētibus, siue occi
dētibus rebus, siue aliās aliter atq; aliter apparēti
bus. Alia uero q̄uis ex ipso ordine uenientia, ta
men, ppter lōgiora interualla temporū minus usi
tata. Quæ licet multi stupeāt, ab inquisitoribus hu
ius seculi cōprehēsa sunt, & progressu generatio
nū quo sæpius repetita sunt & à plurib. cognita,
eo minus mira sunt. Sicuti sunt defectus lumina
riū, & raro existētes quædā species syderū, & ter
ræmotus, & mōstruosi partus animantiū: & quę
cūq; similia, quorū nihil fit nisi uoluntate dei: uel ple
risq; nō apparet. Itaq; licuit uanitati Philoso
phorum, etiā causis alijs ea tribuere uel ueris, sed
pximis: cū omnino uidere nō possent superiorē
cæteris omnib. causam, id est uolūtatē dei: uel fal
sis, & ne ab ipsa quidē peruestigatiōe corporaliū
rerū atq; motionū, sed à sua suspitione & errore
platis. Dicā si potero quiddā, exēpli gratia, quo
hæc apertiora sint. Est certe in corpore humano
quædā moles carnis, & formę species, & ordo di
stinctioq; mēbrorū, & tēperatio ualetudinis: hoc
corpus inspirata anima regit, eademq; rationalis:
& ideo q̄uis mutabilis, tamē quę possit illius in
cōmutabilis sapiētiæ particeps esse: ut sit partici
patio eius in idipsum, sicut in Psalmo scriptū est,
de omnib. sanctis, ex q̄bus tanq̄ lapidibus uiuis
ædificar̄ illa Hierusalē mater nostra eterna in cœ
lis. Ita enim canitur: Hierusalē quæ ædificatur ut *Psal. 121*
ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Idip
sum q̄ppe hoc loco illud summū & incōmutabi
le bonū intelligit̄, quod deus est, atq; sapiētia uo
luntasq; ipsius. Cui cātatur alio loco: Mutabis ea *Psal. 101*
& mutabunť, tu uero idē ipse es. Cōstituamus *A deo prima*
ergo animo talē sapientē, cuius anima rationalis *ria causa pro*
iam sit particeps incōmutabilis æternæq; ueritā *ficiscūtur om*
tis, quā de omnib. suis actionibus cōsulat, nec ali *nia. Cap. III*
quid omnino faciat, qđ nō in ea cognouerit esse
faciendū, ut ei subditus eiq; obtēperans recte fa
ciat. Iste si cōsulta summa ratione diuinæ iustitię,
quā in secreto audiret aure cordis sui, eaq; sibi iu
bēte, in aliquo officio misericordię corpus labo
re fatigaret, ægritudinēq; cōtraheret, consultis q;
medicis, ab alio diceret causam morbi esse corpo
ris siccitatē, ab alio autē humoris immoderatio
nē: unus eorū uerā causam diceret, alter erraret,
uterq; tamen de proximis causis, id est, corporali
bus pronūciaret. At si illius siccitatis causa quæ
reretur, & inueniret uolūtarius labor, iam uentū
esset ad superiorē causam, quę ab anima p̄ficisce
retur

Universidad de Deusto
Biblioteca

retur ad afficiẽdũ corpus quod regit, sed nec ipsa
prima esset. Illa enim, p̃culdubio superior erat, in A
ipsa incõmutabili sapiẽtia, cui hominis sapientis
anima in charitate seruiẽs, & ineffabiliter iubẽti
obediẽs, uoluntariũ laborẽ susceperat: ita nõ nisi
dei uolũtas causa prima illius ẽgritudinis ueracis
sime reperireť. Iã uero si in labore officioso et pio
adhibuisset ille sapiẽs ministros collaborãtes se
cũ in opere bono, nec tamẽ eadẽ uolũtate deo ser
uiẽtes, sed ad carnaliũ cupiditatũ suarũ mercedẽ
puenire cupiẽtes, uel incõmoda carnalia deuitan
tes: adhibuisset etiã iumẽta si hoc exigeret illius
operis implẽdi procuratio, quæ utiq; iumẽta irra
tionalia essent animãtia, nec ideo mouerẽt mẽbra
sub sarcinis, q̃ aliquid de illo bono opere cogita
rẽt, sed naturali appetitu sue uoluptatis & deuita
tiõe molestiæ: postremo adhibuisset etiã ipsa cor B
porea omni sensu carẽtia, quę illi operi essent ne
cessaria, frumẽtũ scilicet & uinũ, & oleũ, uestem,
nummũ, codicẽ, & si qua huiusmodi. In his certe
omnib. in illo opere uersantib. corporib⁹, siue ani
matis siue inanimis, quæcunq; mouerent, attere
rent, repararẽtur, exterminarent, reformarẽtur,
alio atq; alio modo locis & tẽporib. affecta muta
rent, nõ alia esset istorũ omniũ usibiliũ & muta
biliũ factorũ causa, nisi illa inuisibilis & incõmu
tabilis uolũtas dei p̃ animã iustã, sicut sedẽ sapien
tiæ, cunctis utẽs, & malis ratiõalibus, & irratiõa
libus animis, & postremo corporibus, siue quę il
lis inspirarent & animarent, siue omni sensu carẽ
tibus: cũ primitus uteret ipsa bona anima & san
cta, quã sibi ad piũ & religiosum obsequiũ subdi
disset? Qd̃ ergo de uno sapiẽte, q̃uis adhuc mor
tale corpus gestãte, q̃uis ex parte uidẽte, posui
mus exempli gratia, hoc de aliqua domo ubi ali
quorũ taliũ societas est. hoc de ciuitate uel etiã de
orbe terrarũ licet cogitare, si penes sapiẽtes san
ctos; ac pfecte deo subditos sit principatus & re
gimen rerũ humanarũ. Sed hoc q̃dẽ nondũ est.
Deus omnibus creaturis utitur ut uult. Cap. IIII
Oportet em̃ nos in hac peregrinatiõe prius mor
taliter exerceri, & p uires mãsuetudinis & patiẽ
tiæ in flagellis eruditi, ut illã ipsam supernã atq;
cœlestẽ, unde peregrinamur, patriã cogitemus.
Illic em̃ dei uolũtas, q̃ facit angelos suos spiritus,
& ministros suos ignẽ flagrantẽ, in spiritib. sum
ma pace atq; amicitia copulatis, & in unã uolũta
tẽ quodã spiritali charitatis igne cõflatis, tanq̃ in D
excelsa & sancta, & secreta sede p̃sidẽs, uelut in
domo sua, & in tẽplo suo, inde se q̃busdã ordina
tissimis creaturę motib⁹, primo spiritalibus, dein
de corporalib. per cũcta diffundit, & utiẽ omnib.
ad incõmutabile arbitriũ sentẽtiæ suę, siue incor
poreis, siue corporeis rebus, siue ratiõalibus, siue
irrationalib. spiritibus, siue bonis p eius gratiã, si
ue malis p̃ ppriã uolũtatẽ. Sed quẽadmodũ cor
pora crassiora & inferiora p subtiliora et potẽtio
ra quodã ordine regunť: ita omnia corpora p spiri
tũ uitæ, & spiritus uitæ irrationalis p spiritũ uitæ
rationalẽ, & spiritus uitæ rationalis desertor atq;
peccator p spiritũ uitæ rationalẽ pium et iustũ, &
ille p ipsum deũ, ac sic uniuersa creatura p creato

rem suũ, ex quo & per quẽ, & in quo etiã cõdita 1 *sent. dist.*
atq; instituta est: ac per hoc uolũtas dei est, prima c. *uoluntas*
& summa causa omniũ corporaliũ specierũ atq;
motionũ. Nihil enim fit uisibiliter & sensibiliter,
qd̃ nõ de interiore inuisibili atq; intelligibili aula
summi Imperatoris, aut iubeať, aut permittať, se
cundũ ineffabilem iustitiã præmiorũ atq; pœna
rũ, gratiarũ & retributionũ in ista totius creaturę
amplissima quadã immensaq; republica. Si ergo
apostolus Paulus q̃uis adhuc portaret farcinam
corporis, quod corrũpitur et aggrauat animã, q̃
uis adhuc ex parte atq; in ænigmate uideret, op
tãs dissolui & esse cũ Christo, & in semetipso in
gemiscẽs adoptionẽ expectãs redẽptionẽ corpo
ris sui, potuit tamẽ significãdo prędicare dñm Je
sum Christũ, aliter per linguã suã, aliter p epistо
lam, aliter per sacramentũ corporis & sanguinis
eius: Nec linguã quippe eius, nec mẽbranas, nec
atramentũ, nec significãtes sonos lingua æditos,
nec signa literarũ cõscripta pelliculis, corp⁹ Chri
sti & sanguinẽ dicimus, sed illud tantũ qd̃ ex fru
ctibus terræ acceptũ, & prece mystica cõsecratũ
rite sumimus ad salutẽ spiritalẽ in memoriã p̃ no
bis dominicæ passionis: Quod cũ per manus ho
minũ ad illam usibilẽ speciẽ perducit, nõ sanctifi
catur ut sit tã magnũ sacramentũ, nisi operãte in
usibiliter spiritu dei: cũ hæc omnia quæ p corpo
rales motus in illo opere fiũt, deus operet, mouẽs
primitus inuisibilia ministrorũ, siue animas ho
minũ, siue occultorũ spirituũ sibi subditas seruitu
tes: quid mirũ si etiã in creatura cœli & terræ, ma
ris & aeris, facit de⁹ quę uult sensibilia atq; usibi
lia, ad seipsum in eis sicut oportere ipse nouit si
gnificãdũ & demõstrandũ, nõ ipsa sua qua est ap
parẽte substãtia, quæ omnino incõmutabilis est,
omnibusq; spiritib. quos creauit interi⁹ secretiusq;
sublimior? Vi em̃ diuina totã spiritalẽ corpora *Mirandum*
lemq; administrãte creaturã, omniũ annorũ cer *etiam spiritus*
tis diebus aduocanť aquę maris, & effunduntť sũ *Cap. V*
per faciẽ terræ. Sed cũ hoc orãte sancto Helia fa *3. Reg. 18*
ctũ est, q̃ præcesserat tã cõtinua, & tã lõga sereni
tas, ut deficerẽt fame homines, nec ea hora qua il
le dei seruus orauit, aer ipse aliqua humida facie
mox futurę pluuiæ signa prętulerat, cõsecutis tã
tis & tã uelociter hymbrib⁹, apparuit uis diuina,
quib. illud dabať dispensabaturq; miraculũ. Itaq;
deus operať solẽnia fulgura atq; tonitrua. Sed q̃
in mõte Sina inusitato modo fiebãt, uocesq; illæ *Exod. 19*
nõ strepitu cõfuso ædebanť, sed ex eis quædã si
gna dari certissimis indicijs apparebat, miracula
erãt. Quis attrahit humorẽ per radicẽ uitis ad bo
trũ & uinũ facit nisi deus, qui & homine plantãte
& rigãte incrementũ dat? Sed cum ad nutũ dñi *1. Cor. 3*
aqua in uinũ inusitata celeritate conuersa est, etiã *1. Mach. 2*
stultis fatẽtib. uis diuina declarata est. Quis arbu *Gen. 1*
sta frõde ac flore uestit solẽniter, nisi deus? Verũ
cũ floruit uirga sacerdotis Aaron, collocuta est
quodãmodo cũ dubitante humanitate diuinitas.
Et lignis certe omnib. & omniũ animaliũ carnib.
gignẽdis atq; formãdis cõmunis est terrena mate
ries. Et quis ea facit, nisi q̃ dixit ut hæc terra pro
duceret

duceret, & in eodẽ uerbo suo quæ creauit, regit,
Exod. 4 atq; agit? Sed cũ eãdẽ materiã ex uirga Moysi in A
carnẽ serpẽtis, p̃xime ac uelociter uertit, miracu
lũ fuit, rei quidẽ mutabilis, sed tamẽ inusitata mu
tatio. Quis aũt animat queq; uiua nascẽtia, nisi q
& illũ serpẽtẽ ad horã sicut op⁹ fuerat animauit.
Solus uerietas fecit miracu lum. Ca. VI
Et q̃s reddidit cadauerib. animas suas, cũ resur
gerẽt mortui, nisi qui animat carnes in uteris ma
trũ, ut orianě morituri? Similiter & de cõmuni
materia, quę in causis mũdialibus cõsistit, subito
ad tẽpus, p̃dire arietẽ & columbã cõstituit, quib.
unus uigor carneus & in tẽpore & ex tẽpore ac
cessiõis & recessiõis, nõ dispar sed inusitatus ap
paruit. Sed cũ fiunt illa continuato quasi quodã
fluuio labẽtiũ manãtiumq; rerũ, & ex occulto in
prõptũ, atq; ex prõpto in occultũ, usitato itinere
trãseuntiũ, naturalia dicuně, Cũ uero admonẽdis B
Mirandi ma lia nominant. hominib. inusitata mutabilitate ingerunť, magna
Deut. 13. 2. Cor. 12. Exod. 7. 8. Deut. 18. Gal. 1. 4. reg. 11. quarti. ni posit occurrere, cur scilicet ista miracula etiã
Exod. 7 magicis artib. fiãt? Nã & magi Pharaonis simili
ter serpẽtes fecerũt, & alia similia. Sed illud am
plius est admirandũ, quomõ magorũ illa potẽtia
quæ serpẽtes facere potuit, ubi ad muscas minu
tissimas uentũ est, omnino defecit: cyniphes em̃
musculę sunt breuissimæ, qua tertia plaga super
1 sent. dist. 7. 3 quarti sen tentia. bus populũ Aegyptiorũ cædebať. Ibi certe defi
ciẽtes magi dixerũt, Digitus dei est hic. Vnde in
telligi dať, ne ipsos quidẽ trãsgressores ãgelos &
aereas potestates, in imã istã caliginẽ, tanq̃ in sui
generis carcerẽ, ab illius sublimis æthereę purita
tis habitatiõe detrusas, p quas magicę artes pos C
sunt quicqd possunt, ualere aliquid nisi data de
sup̃ potestate. Datur aũt uel ad fallẽdos fallaces,
sicut in Aegyptios, & in ipsos etiam magos data
est, ut in eorũ spirituũ seductiõe uiderent admirã
di, à quib. fiebãt à dei ueritate dãnandi: uel ad ad
monẽdos fideles, ne tale aliquid facere p magno
desy derẽt, ppter quod etiã nobis scripturę autho
ritate sunt prodita: uel ad exercẽdam, probandã
manifestandãq; iustorũ patientiã. Neq; enim par
Iob. 2 ua uisibiliũ miraculorũ potẽtia, Iob cũcta quę ha
Idest deus hebat amisit, & filios & ipsam corporis sanitatẽ.
non etiã illa quę magicis artibus transformantur. Cap. VIII 3. Reg. dist. 7. Deut. hoc fanè. Nec ideo putandũ est istis trãsgressoribus angelis
ad nutũ seruire hãc uisibiliũ rerũ materiã, sed deo
potius à quo hęc potestas dať, quantũ in sublimi
& spiritali sede incõmutabilis iudicat. Nã & dã D
natis iniquis etiã in metallo seruiũt aqua & ignis
& terra, ut faciãt inde quod uolũt, sed quantũ sini
tur: nec sane creatores illi mali ãgeli dicẽdi sunt,
quia p illos magi resistentes famulo dei, ranas &
serpẽtes fecerũt. Nõ enim ipsi eas creauerũt. Om
niũ quippe rerũ quę corporaliter uisibiliterq; na
scuntur, occulta quædã semina in istis corporeis
mũdi huius elemẽtis latẽt. Alia sunt em̃ hæc iã cõ
spicua oculis nostris ex fructib. & animãtib⁹, alia
uero illa occulta istorũ seminũ semina. Vnde iu
bẽte creatore, p̃duxit aqua prima natatilia & uo
latilia, Terra autẽ prima sui generis germina, &
prima sui generis animalia. Neq; em̃ tũc huiusce
modi fœtus ita, p̃ducti sunt, ut in eis quæ, p̃ducta

sunt, uis illa cõsumpta sit: sed plerunq; desunt cõ
gruę tẽperamentorũ occasiones, quibus erũpant
& species suas peragant. Ecce enim breuissimus
surculus semẽ est, nã conueniẽter mãdatus terræ
arborẽ facit. Huius aũt surculi subtilius semẽ ali
quod eiusdẽ generis granũ est, & huc usq; nobis
uisibile. Iã uero huius etiã grani semen, q̃uis ocu
lis uidere nequeamus, ratiõe tamẽ cõsycere possu
mus: quia nisi talis aliqua uis esset in istis elemen
tis, nõ plerũq; nascerenť ex terra quæ ibi semina
ta nõ essent: nec animalia tã multa nulla marium
fœminarũq; cõmixtione pręcedẽte, siue in terra,
siue in aqua: quæ tamẽ crescũt & coeũdo alia pa
riunt, cũ illa nullis coeuntib. parẽtibus orta sint.
Et certe apes semina filiorũ nõ coeũdo cõcipiũt,
sed tanq̃ sparsa p terras ore colligũt. Inuisibiliũ
enim seminũ creator, ipse creator est omniũ rerũ:
quoniã quæcũq; nascẽdo ad oculos nostros exe
unt ex occultis seminib. accipiũt progrediẽdi pri
mordia, & incremẽta debitę magnitudinis distin
ctiones q̃ formarũ, ab originalib. tanq̃ regulis su
mũt. Sicut ergo nec parẽtes dicim⁹ creatores ho
minũ, nec agricolas creatores frugũ, q̃uis eorũ
extrinsecus adhibitis motib. ista creãda dei uirt⁹
interius operer: Ita nõ solũ malos, sed nec bonos
angelos phas est putare creatores, si p̃ subtilitate
sui sensus & corporis semina rerum istarũ nobis
occultiora nouerũt, et ea p cõgruas tẽperationes
elemẽtorũ latẽter spargunt, atq; ita gignẽdarũ re
rum, & accelerandorũ incremẽtorũ præbẽt occa
siones. Sed nec boni hęc nisi quantũ deus iubet,
nec mali hæc iniuste faciũt, nisi quantũ iuste ipse
p̃mittit. Nã iniqui malitia uoluntatẽ habẽt iniu
stam, potestatẽ aũt non nisi iuste accipiũt, siue ad
pœnã suam, siue ad aliorũ, uel pœnã malorũ, uel
laudẽ bonorũ. Itaq; apostolus Paulus discernens
interius deum creantẽ atq; formantẽ, ab operib.
creaturæ quę admouenť extrinsecus, & de agri *1. Cor. 3*
cultura similitudinem assumens ait: Ego plãtaui, *2 sent. dist. 7 ca. sicut ergo.*
Apollo rigauit, sed deus incremẽtũ dedit. Sicut
ergo in ipsa uita nostrã mentẽ iustificãdo forma
re nõ potest nisi deus, prædicare autẽ Euangeliũ
extrinsecus & homines possunt, non solũ boni p
ueritatẽ, sed etiã mali per occasionẽ: ita creationẽ
rerum uisibiliũ deus interius operať, exteriores
autẽ operationes siue bonorũ siue malorũ, uel an
gẽlorũ uel hominũ, siue etiã quorũcunq; animã
liũ, secundũ imperiũ suum, & à se impertitas di
stributiones potestatũ & appetitiones cõmodita
tum, ita rerũ naturæ adhibet in qua creat omnia,
quẽadmodũ terræ agricolturã. Quapropter, ita *Exod. 7. 8*
nõ possum dicere angelos malos magicis artibus
euocatos, creatores fuisse ranarũ atq; serpẽtium,
sicut nõ possum dicere homines malos creatores
esse segetis, quam per eorũ operã uideo exortã.
Sicut nec Iacob creator colorũ in pecorib. fuit,
quia bibentibus in conceptu matribus uariatas
uirgas quas intuerẽtur appositi. Sed nec ipsę pe
cudes creatrices fuerũt uarietatis prolis suæ, q̃a
inhæserat animæ illarũ discolor phãtasia ex con
tuitu uariarũ uirgarum per oculos impressa: quę

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō potuit nisi corpus quod sic affecto spiritu animabat ex compassione cōmixtionis afficere, un A
de teneris fœtuū primordijs coloretenus aspergeret. Vt enim sic ex semetipsis afficiant, uel anima ex corpore uel corpus ex anima, cōgruentiæ ratiōis id faciūt, quę incōmutabiliter uiuūt in ipsa summa dei sapiētia: quā nulla spacia locorū capiūt, & cū ipsa sit incōmutabilis, nihil eorū quæ cōmutabiliter sunt deserit, quia nihil eorū nisi p ipsam creatū est. Vt enim de pecoribus nō uirgæ sed pecora nascerent, fecit hoc incōmutabilis & inuisibilis ratio sapiētiæ dei, per quē creata sunt omnia. Vt aūt de uarietate uirgarū, pecorū cōceptorū color aliquid duceret, fecit hoc anima grauidæ pecudis p oculos affecta forinsecus, & interius secū pro suo modulo formādi regulā trahēs, quā de intima potentia sui creatoris accepit. Sed B
quāta sit uis animę ad afficiēdā atq; mutandā materiā corporalē, cum tamē creatrix corporis dici nō possit: quia omnis causa mutabilis sensibilisq; substātiæ, omnisq; modus & numerus & pōdus ei⁹ unde efficiūt ut sit, & natura ista uel ita sit, ab intelligibili & incōmutabili uita, quæ super omnia est, existit, et puenit usq; ad extrema atq; terrena: multus sermo est, neq; nūc necessarius. Verū propterea factū Iacob de pecorib. cōmemorandū arbitratus sum, ut intelligeret si homo qui uirgas illas sic posuit, dici non potest creator colorū in agnis & hædis: nec ipsæ matrū animæ, quæ conceptā per oculos corporis phātasiā uarietatis, semínib. carne cōceptis, quantū natura passa est, asperserūt: multo minus dici posse ranarū serpētiumq; C
creatores angelos malos, p quos magi Pharaonis tunc illa fecerūt. *Causa originalis omnium à deo. Ca. IX* Aliud est enim ex intimo ac summo causarū cardine condere atq; administrare creaturā, quod q facit, solus creator est deus. Aliud aūt pro distributis ab illo uirib. et facultatibus aliquā operationē forinsecus admouere, ut tūc uel tunc, sic uel sic exeat quod creatur. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadā textura elemētorū cuncta iā creata sunt, sed acceptis opportunitatib. ,pdeūt. Nā sicut matres grauidæ sunt fœtib⁹, sic ipse mūdus grauidus est causis nascentiū: quę in illo nō creant, nisi ab illa summa essentia, ubi nec orīt, nec moritur aliquid, nec incipit esse, nec desinit. Adhibere aūt forinsecus accidētes causas, quæ tametsi nō sunt naturales, D
tamē secundū naturā adhibent, ut ea quę secreto naturę sinu abdita cōtinent, erumpāt & foris creentur quodāmodo explicādo mēsuras & numeros, & pōdera sua quæ in occulto acceperūt ab illo, qui omnia in mēsura & numero & pōdere disposuit, nō solū mali angeli, sed etiā mali homines possunt, sicut exemplo agriculturæ supra docui. Sed ne de animalib. quali diuersa ratio moueat, q habēt spiritū uitæ cū sensu appetēdi quæ secundū naturā sunt uitādiq; cōtraria: etiā hoc est uidere, q̄ multi homines nouerūt, ex quibus herbis, aut carnibus, aut quarūcunq; rerum quibuslibet succis aut humoribus, uel ita positis, uel ita obrutis, uel ita cōtritis, uel ita cōmixtis, quæ animalia nasci soleāt, quorū se quis tā demēs audeat dicere creatorē? Quid ergo mirum si quēadmodū potest nosse q̄libet nequissimus homo, unde illi uel illi uermes muscæq; nascant: ita mali angeli pro subtilitate sui sensus in occultioríb. elemētorū seminibus norūt, unde ranæ serpētesq; nascant, & hæc per certas & notas temperationū opportunitates occultis motibus adhibēda faciūt creari, nō creant: sed illa homines quę solēt ab hominib. fieri, nō mirant. Quod si quisq; celeritates incrementorū forte mirat, q̄ illa animātia tā cito facta sunt: attēdat, quēadmodū & ista p modulo facultatis humanæ ab hominib. procurent. Vnde em̄ fit ut eadē corpora citius uermescāt æstate q hyeme, citius in calidioríb. q̄ in frigidioribus locis? Sed hæc ab hominib. tāto difficilius adhibētur, quāto desunt sensuū subtilitates, & corporū mobilitates in mēbris terrenis & pigris. Vnde quibuscūq; angelis uicinas causas ab elemētis contrahere, quāto facilius est, tāto mirabiliores in huiusmodi operib. eorū existūt celeritates: sed non est creator, nisi qui principaliter ista format. Nec quisq; hoc potest nisi ille penes quē primitus sunt omniū quę sunt mēsuræ, numeri, & pōdera: & ip se est unus creator deus, ex cuius ineffabili potētatu fit etiā ut quod possent hi angeli si pmitterētur, ideo nō possint, quia nō permittunt. Neq; enim occurrit alia ratio, cur non potuerint facere minutissimas muscas qui ranas serpētesq; fecerūt, nisi quia maior aderat dnatio prohibēdi p spiritū sanctū, quod etiā ipsi magi cōfessi sunt dicentes, Digitus dei est hic. Quid aūt possint per naturam, nec possint p prohibitionē, & quid p ipsius naturæ suę conditionē facere nō sinant, homini explorare difficile est, imò uero impossibile, nisi per illud donū dei, quod Apostolus cōmemorat dicēs: Alij dijudicatio spirituū. Nouimus em̄ hominē posse ambulare, & nequaq̄ hoc posse si nō permittat: uolare aūt nō posse etiā si permittatur. Sic & illi angeli quędā possunt facere si permittātur ab angelis potētioríb. ex imperio dei: quædā uero nō possunt, etiā si ab eis pmittātur: quia ille nō permittit, à quo illis est talis naturę modus, q etiā per angelos suos & illa plerūq; nō permittit, quæ concessit ut possint. Exceptis igit illis, quæ usitatissimo trāscursu tēporū in rerū naturæ ordine corporaliter fiūt, sicuti sunt ortus occasusq; syderū, generatiōes & mortes animaliū, seminū & germinū innumerabiles diuersitates, nebulæ & nubes, niues & pluuiæ, fulgura & tonitrua, fulmina & grādines, uēti & ignes, frigus et æstus, & omnia talia. Exceptis etiā illis quæ in eodē ordine rara sunt, sicut defectus luminū, & species insitatæ syderū, & mōstra, & terræmotus, & similia. Exceptis ergo istis omnibus, quorū quidē prima & summa causa nō est nisi uoluntas dei, Vnde & in psalmo, cū quædā huius generis essent cōmemorata: Ignis, grādo, nix, glacies, spiritus tempestatis, ne q̄s ea uel fortuitu, uel caulis tantūmodo corporalibus, uel etiā spiritalibus, tamē præter uoluntatē dei existēūb. agi crederet, cōtinuo, subiecit

Quot modis creatura assumitur ad significandum. Cap. X subiecit, quæ faciūt uerbū eius. Sed his, ut dicere cœperā, exceptis, alia sunt illa, quæ q̄uis ex ea A
dē materia corporali, ad aliquid tamē diuinitus annūciandū nostris sensib. admouent, quę, ppria miracula & signa dicūtur, nec in omnib. quæ nobis à dño deo annūciātur, ipsius dei psona suscipitur. Cū aūt suscipit, aliquādo in angelo demonstratur, aliquādo in ea specie, quæ nō est qd' angelus, q̄uis per angelū dispositā ministret. Rursus cū in ea specie suscipit, quę nō est quod angelus, aliquādo iā erat ipsum corpus, & ad hoc demonstrandū in aliquā mutationē assumitur: aliquādo ad hoc exorīt, & re peracta rursus absumīt: sicut etiā cū homines annūciāt, aliquādo ex sua psona uerba dei loquūtur, sicuti cū præmittit, Dixit dominus: aut, hęc dicit dns: aut tale aliquid: aliquando aūt nihil tale prēmittentes, ipsam dei personā B
in se suscipiūt, sicuti est: Intellectū tibi dabo, & cōstituā te in uia hac qua ingredieris. Sic nō solū in dictis, uerūetiā in factis, dei psona significāda imponitur Propheteę, ut eā gerat in ministerio, pphetiæ: sicut eius personā gerebat q uestimentū suū diuisit in duodecim partes, & ex eis decē seruo regis Salomonis dedit, regi futuro Israel: Aliquādo etiā res quę nō erat qd' Propheta, & erat iā in terrenis rebus in huiusmodi significationē assumpta est: sicut somnio uisō Iacob euigilās fecit de lapide, quē dormiēs habebat ad caput: Aliquādo ad hoc fit eadē species, uel aliquātulū māsura, sicut potuit serpēs ille æneus exaltatus in eremo, sicut possunt & literę, uel peracto ministerio trāsi
Eucharistia tura, sicut panis ad hoc factus in accipiēdo sacra C
mēto cōsumīt. Sed quia hęc hominib. nota sunt, quia p homines fiunt, honorē tanq̄ religiosa possunt habere, stuporē tanq̄ mira nō possunt. Itaq; illa quę per angelos fiūt, quo difficiliora & ignotiora, eo mirabiliora sunt nobis: illis aūt tanq̄ suę
Exod. 3 actiones notæ atq; faciles. Loquit ex persona dei angelus homini, dicēs: Ego sum deus Abrahā, & deus Isaac, & de⁹ Iacob: cū scriptura prædixisset,
Psal. 80 Visus est ei angelus dñi: Loquit & homo ex persona dñi, dicēs: Audi populus meus, & loquar tibi Israel, & testificabor tibi: deus deus tuus ego
Exod. 7 sum. Assumpta est uirga ad significationē, & in
Gene. 28 serpentē angelica facultate mutata est. Quę facultas cū desit homini, assumptus est tamē & ab homine lapis ad talē aliquā significationē. Inter fa- D
cūū angeli & factū hominis plurimū distat: illud & mirandū & intelligendū est, hoc aūt tātūmodo intelligendū. Quod ex utroq; intelligit, fortasis unū est: at illa ex quibus intelligitur, diuersa sunt, tanq̄ si nomē dñi & auro & atramēto scribatur. Illud est precios ius, illud utilius: quod tamē in utroq; significat idipsum est. Et q̄uis idē significauerit, ex uirga Moysi serpens, quod lapis Iacob, melius tamē aliquid lapis Iacob, q̄ serpentes magorū. Nā sicut unctio lapidis Christū in carne, in qua unctus est oleo exultationis prę participibus suis: ita uirga Moysi conuersa in serpentē, ipsum Christū factū obedientē usq; ad mortē crucis. Vn-
Ioan. 3 de ait: Sicut exaltauit Moyses serpentē in deser-

Eucharistia

to, sic oportet exaltari filiū hominis, ut omnis q credit in ipso, nō pereat, sed habeat uitā æternā. Sicut intuētes illū serpentē exaltatū in eremo, serpentū morsibus nō peribant. Vetus enim homo noster cōfixus est cruci cū illo, ut euacuaret corpus peccati. Per serpentē enim intelligit mors, quę facta est à serpēte in paradiso, modo locutionis p efficientē id quod efficit demonstrāte. Ergo *Synecdoche*
uirga in serpētem, Christus in mortē: & serpens rursus in uirgā, Christus in resurrectionē totus cū corpore suo quod est ecclesia, quod in fine tēporis erit, quē serpētis cauda significat quā Moyses tenuit ut rediret in uirgā. Serpētes autē magorum tanq̄ mortui seculi, nisi credētes in Christū tanq̄ deuorati in corpus eius intrauerint, resurgere in illo nō poterunt. Lapis ergo Iacob, ut dixi, melius aliquid significauit q̄ serpētes magorū: at enim factū magorū multo mirabilius. Verū hæc nō ita prejudicāt rebus intelligēdis, tanq̄ si homínis nomē scribat auro, & dei atramēto. Illas etiā nubes & ignes quomō fecerint uel assumpserint angeli ad significandū quod annunciabāt, etiā si dns uel spiritussanctus illis corporalibus formis ostēdebat, quis nouit hominū? sicut infantes nō nouerūt quod in altari ponit, & peracta pietatis *Eucharistia*
celebratione cōsumitur, unde uel quomō consiciatur, unde in usum religionis assumat. Et si nunquā discant experimēto uel suo uel aliorū, et nunquā illam speciē rerū uideāt, nisi inter celebrationes sacramētorū cum offert & datur, dicaturq; illis autoritate grauissima, cui⁹ corpus & sanguis sit, nihil aliud credēt, nisi omnino in illa specie dominū oculis apparuisse mortaliū, & de latere tali percusso, liquorē illū omnino fluxisse. Mihi autē omnino utile est, ut meminerim uiriū mearū fratresq; meos admoneā, ut & ipsi meminerint suarum, ne ultra q̄ tutū est humana progrediat infirmitas. Quēadmodū enim hæc faciant angeli, uel potius deus quēadmodū hæc faciat per angelos suos, & quantū fieri uelit etiā per angelos malos, siue sinēdo, siue cogēdo, ex occulta sede altissimi imperij sui, nec oculorū acie penetrare, nec fiducia ratiōis enucleare, nec prouectu mentis cōprehēdere ualeo, ut tā certus hinc loquar ad omnia quæ requiri de his rebus possunt, q̄ si essem angelus, aut Propheta, aut Apostol⁹. Cogitatiōes em̄ *Sap. 9*
mortaliū timidæ & incertæ prouidentię nostræ, Corpus em̄ quod corrūpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Et difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quę in p̄spectu sunt, inuenimus cū labore: quæ in cœlis sunt aūt, quis inuestigabit? Sed qa sequitur & dicit: Sēsum aūt tuū quis sciet, nisi tu dederis sapientiā, & miseris spiritum sanctū tuū de altissimis: quæ in cœlis sunt quidē, non inuestigamus, quo rerū genere & corpora angelica secundū p̄priā dignitatē, & eorū quædā corporalis actio cōtinetur: secundū spiritū tamen dei missum nobis de altissimis, & impartitā eius gratiā mentib. nostris, audeo fiducialiter dicere, nec deū patrē, nec *2 sent. dist. 8 cap. cæterum*
uerbū eius, nec spiritū eius, quod deus unus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

per id quod est, atq; idipsum est, ullo modo esse mutabile: ac p hoc multo minus esse uisibile: quo niã sunt quędã q̃uis mutabilia, nõ tamẽ uisibilia, sicut nostrę cogitatiões, et memorię, & uolũtates & oĩs incorporea creatura. Visibile aũt quicq̃ nõ est, qđ nõ sit mutabile. Quapropter substãtia, uel si melius dicit essentia dei, ubi p modulo nostro ex quãtulacũq; particula intelligim⁹ patrẽ & filiũ & spiritũ sanctũ, quãdoquidẽ nullo modo mutabilis est, nullo modo potest ipsa p semetipsã esse uisibilis. Proinde illa oĩa quæ patribus uisa sunt, cũ deus illis secundũ suã dispẽsationẽ tẽporibus cõgruã præsentaret, per creaturã facta esse manifestũ est. Et si nos latet quõ ea ministris angelis fecerit, p angelos tamẽ esse facta, nõ ex nostro sensu dicimus, ne cuiq̃ uideamur plus sapere, q̃m oportet sapere, sed sapiamus ad tẽperantiã, sicut de⁹ nobis partitus est mẽsurã fidei, sed credimus, ppter quod & loqmur. Extat em̃ autoritas diuinarũ scripturarũ, unde mẽs nostra deuiare nõ debet, nec relicto solidamẽto diuini eloquij, p suspitionum suarũ abrupta præcipitari, ubi nec sensus corporis regit, nec pspicua ratio ueritatis elucet.

Essentia dei nunquã per se apparuit.

Cap. XI

Hebr. 1 Apertissime quippe scriptũ est in epistola ad Hebræos, cũ dispẽsatio noui Testamẽti à dispẽsatione ueteris testamẽti secundũ cõgruẽtiã seculorũ ac tẽporũ distingueret, nõ tantũ illa uisibilia, sed ipsum etiã sermonẽ per angelos factũ. Sic em̃ dicit: Ad quem aũt angelorũ dixit aliquãdo, Sede ad dexterã meã, quousq; ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ? Nónne oĩes sunt ministri spiritus ad ministrationẽ missi, ppter eos qui futuri sunt hæreditate possidere salutẽ? Hinc ostẽdit illa omnia nõ solũ per angelos facta, sed etiã, ppter nos facta: id est, ppter populũ dei, cui promittit hæreditas uitæ æternæ. Sicut ad Corinthios etiã scriptũ est: Omnia hæc in figura cõtingebãt illis, scripta sunt aũt ad correptionẽ nostrã, in quos finis seculorũ obuenit. Deinde qa tunc p angelos, nũc aũt per filiũ sermo factus est, cõsequẽter apertę demõstrans: Propterea, ingt, abundãtius oportet attẽdere nos ea quæ audiuimus, ne forte defluamus: si enim q per ãgelos dictus est, sermo factus est firmus, & oĩs præuaricatio & inobedientia iustã accepit mercedis retributionẽ, quomodo nos effugiemus tantã negligẽtes salutẽ? Et quasi quęreres quã salutẽ, ut ostẽderet se de nouo testamẽto iã dicere, id est sermone qui nõ per angelos, sed per dñm factus est: Quę cũ initiũ accepisset, inquit, ut enarraretur per dñm, ab ijs q audierũt in nos cõfirmata est, cõtestante deo signis & portẽtis, & uarijs uirtutibus, & spũs sancti diuisionib. secũdũ suã uoluntatẽ. Sed ait alĩqs, cur ergo scriptũ est, Dixit dñs ad Moysen: & nõ pot⁹, Dixit angelus ad Moysen? Quia cũ uerba iudicis præco pronũciat, nõ scribit̃ in gestis, Ille præco dixit, sed ille iudex: sic etiã loquẽte Prophetа sancto, etsi dicamus, Propheta dixit, nihil aliud q̃m dñm dixisse intelligi uolumus. Et si dicamus, dñs dixit, Prophetã nõ subtrahimus, sed quis p eũ dixerit admonemus. Et illa quidem scriptura sæpe aperit angelũ esse dñm, quo loquẽte idẽtidẽ dicitur, dñs dixit, sicut iã demõstrauimus. Sed ppter eos, qui cũ scriptura illic angelũ nominat, ipsum per seipsum filiũ dei uolũt intelligi, quia propter annũciationẽ paternæ ac suę uolũtatis à Prophęta dictus est angelus; ppterea uolui ex hac epistola manifestius testimoniũ dare, ubi nõ dictũ est, per angelũ, sed per angelos. Nã & Stephanus in Actibus apostolorũ eo more narrat hęc, quo etiã in libris ueteris. cõscripta sunt, Viri fratres & patres audite, inquit: deus gloriæ apparuit Abrahę patri nostro, cum esset in Mesopotamia. Ne quis aũt arbitraretur tũc deũ gloriæ, per id qđ in seipso est, cuiusquã oculis apparuisse mortaliũ, in cõsequẽtib. dicit, qp Moysi angelus apparuerit. Fugit, ingt, Moyses in uerbo isto, et factus est inquilinus in terra Madian, ubi genuit filios duos. Et cõpletis illic xl. annis apparuit illi in deserto mõtis Sina angelus dñi in flãma ignis in rubo. Moyses aũt uidẽs, mirabat uisum. Qui cũ accederet cõsiderare, facta est uox domini dicẽs: Ego sum deus patrũ tuorũ, deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob. Tremefactus aũt Moyses, nõ audebat cõsiderare. Dixitq; illi dñs: Solue calciamẽtũ pedũ tuorũ, &c. Hic certe & angelũ & dominũ dicit, eundemq; deũ Abrahã, & deum Isaac, & deũ Iacob, sicut in Genesi scriptũ est. An forte quisquã dicturus est, qp Moysi per angelũ apparuit dominus, Abrahę uero p seipsum? At hoc à Stephano nõ quæramus, ipsum librũ unde Stephanus ista narrauit, interrogemus. Nũquid enim quia scriptum est, Et dixit dñs deus ad Abrahã, Et paulo post: Et uisus est dñs deus Abrahę: propterea ista nõ per angelos facta sunt, cũ alio loco similiter dicat, Visus est aũt ei deus ad ilicẽ Mambrę, sedẽti ad ostiũ tabernaculi sui meridie. Et tamen consequẽter adiungit, Respiciẽs autẽ oculis suis uidit, & ecce tres uiri stabãt propter eũ, de quibus iã diximus. Quomõ enim poterũt isti, qui uel à uerbis ad intellectũ nolunt assurgere, uel facile se ab intellectu in uerba præcipitãt, quomodo poterunt explicare uisum esse deũ in uiris tribus, nisi eos, sicut etiã cõsequentia docẽt, angelos fuisse fateantur? An quia non dictũ est: Angelus ei loquutus est uel apparuit, ppterea dicere audebũt, Moysi quidẽ illam uisionẽ ac uocẽ per angelũ factam, quia ita scriptũ est, Abrahæ aũt quia cõmemoratio angeli nõ est facta, per substantiã suã deũ apparuisse atq; sonuisse? Quid qđ nec apud Abraham de angelo tacitũ est? Nã ita legitur, cũ immolandus filius eius præciperet, Et factũ est post hęc uerba, tẽtauit deus Abrahã, & dixit ad eũ, Abraham Abrahã. Et ille dixit: Ecce ego. Et dixit ei: Accipe filiũ tuum dilectũ, quẽ diligis Isaac, & uade in terrã excelsam, & offer eũ ibi holocaustũ super unũ montiũ quẽ tibi dixero. Certe hic deus, non angelus cõmemoratus est. Paulopost uero ita se habet scriptura, Extendẽs aũt Abrahã manum suã, sumpsit gladiũ, uolẽs occidere filiũ suũ. Et uocauit eum angelus dñi de cœlo, & dixit ei: Abrahã Abrahã. Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne iniĳcias

1. Cor. 10

Hebr. 2

Act. 2

Exod. 3

Exod. 3

Gen. 22

Gen. 17

Gen. 18

Gen. 22

iniĳcias manũ tuã super puerũ, neq; facias ei quicquã. Quid ad hoc respondeat? an dicturi sunt deũ iussisse ut occideretur Isaac, & angelũ, phibuisse? Porrò ipsum patrẽ aduersum dei præceptũ, qui iusserat ut occideret, obtẽperasse angelo ut parceret? Rídẽdus & abĳciẽdus hic sensus est. Sed neq; huic tã crasso & abiecto ullũ locũ scriptura esse permittit, cõtinuo subiũgens, Nunc em̃ cognoui quia times deũ tu, & non pepercisti filio tuo dilecto, ppter me. Quid est propter me, nisi, ppter eũ qui occidi iusserat? Idẽ igitur deus Abrahæ qui angelus, an potius p angelũ deus? Accipe sequẽtia. Certe iam hic angelus manifestissime expressus est, attende tamẽ quid cõtexatur: Respiciens Abrahã oculis suis uidit, & ecce aries unus tenebat in arbore sabech cornibus, & abĳt Abrahã, & accepit arietẽ, et obtulit eũ holocaustũ, p Isaac filio suo. Et cognominauit Abrahã nomẽ loci illius: Dñs uidit, ut dicant hodie qp in mõte dominus uisus est: sicut pauloãte quod dixit deus per angelũ: Nũc enim cognoui quia times deũ: non quia tunc deus cognouisse intelligendus est, sed egisse, ut per deũ ipse Abrahã cognosceret quantas haberet uires cordis ad obedientiã deo usq; ad immolationẽ unici filij: illo modo locutionis quo significatur per efficientẽ id quod efficit, sicut dicitur frigus pigrũ, quod pigros facit: ut ideo cognouisse dicerẽt, quia ipsum Abrahã cognoscere fecerat, quem poterat latere fidei suæ firmitas, nisi tali experimẽto probaret. Ita & hic cognominauit Abrahã nomen loci illius, Dñs uidit: id est quod uideri se fecit. Nã continuo secutus ait: Vt dicãt hodie qp in mõte dominus uisus est. Ecce idẽ angelus, dñs dicit: quare nisi quia per angelũ dominus? Iã uero in eo quod sequitur, pphetice ominino loquitur angelus, & prorsus aperit qđ per angelũ deus loquatur. Et uocauit, ingt, angelus domini Abrahã iterũ de cœlo, dicẽs: Per me iurauit dicit dñs, pro eo q̃ fecisti hoc uerbũ, & nõ pepercisti filio tuo dilecto propter me, &c. Hæc certe uerba ut dicat ille p quẽ loquit̃ dominus, Hæc dicit dominus, etiã Prophetę solẽt habere. An filius dei de patre ait: Dicit dominus, & ipse est ille angelus patris? Quid ergo de illis tribus uiris, nónne respiciũt quomodo urgeãtur, qui uisi sunt Abrahæ, cum prædictũ esset, uisus est ei dñs: An quia uiri dicti sunt, nõ erãt angeli? Danielẽ legãt dicentẽ: Ecce uir Gabriel. Sed quid ultra differimus ora eorũ euidentissimo atq; grauissimo alio documẽto oppilare, ubi nõ angelus singulariter, nec uiri pluraliter, sed omnino angeli dicunt̃: per quos sermo non quilibet factus, sed lex ipsa data manifestissime ostenditur, quã certe nullus fidelium dubitat deũ dedisse Moysi ad subiugandũ populum Israel, sed tamẽ per angelos datã. Ita Stephanus loquit̃: Dura ceruice, inquit, & nõ circuncisi corde & auribus, uos semp spiritui sancto restitistis, sicut & patres uestri. Quem Prophetarũ nõ persecuti sunt patres uestri? Et occiderũt eos, qui prænũciabãt de aduẽtu iusti, cuius nũc uos ppditores & interfectores fuistis, qui accepistis legẽ in

Ioan. 5

Gal. 3

1. Tim. 2

Act. 7

edictis angelorũ, nec custodistis. Quid hoc euidẽtius, quid tãta autoritate robustius? In edictis quidem angelorũ lex illi populo data est, sed dñi Iesu Christi per eã disponebatur & prænũciabat aduentus. Et ipse tanq; uerbũ dei miro & ineffabili modo erat in angelis, in quorũ edictis lex ipsa dabat̃. Vnde dicit in Euãgelio: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me em̃ ille scripsit. Per angelos ergo tunc dñs loquebatur, per angelos filius dei, mediator dei & hominũ futurus ex semine Abrahę suũ disponebat aduentũ, ut inueniret à quibus reciperet confitẽtes reos, quos lex non impleta fecerat trãsgressores. Vnde & Apostol⁹ ad Galatas dicit: Quid ergo lex? Trãsgressionis gratia posita est, donec ueniret semẽ cui promissum est, dispositа p angelos in manu mediatoris: hoc est dispositа p angelos in manu sua. Non em̃ natus est per cõditionẽ, sed per potestatẽ. Quod aũt non aliquẽ ex angelis dicit mediatorẽ, sed ipsum dominũ Iesum Christũ, inquantũ homó fieri dignatus est, habes alio loco. Vnus, inquit deus, & unus mediator dei et hominũ, homo Christus Iesus. Hinc illud Pascha in iterfectiõe agni: hinc illa oĩa quę de Christo uẽturo in carne atq; passuro, sed & resurrecturo in lege figurant̃, quæ data est in edictis angelorũ, donec ueniret semẽ, dispositа p angelos in manu mediatoris. In quibus angelis erat utiq; & pater & filius & spũs sanctus: & aliquãdo pater, aliquãdo filius, aliquãdo spũs sanctus, aliquãdo sine ulla distinctiõe psonę deus per illos figurabat̃, etsi uisibilibus & sensibilibus formis apparẽs, per creaturã tamen suã, non per substantiã suã, cui uidẽdæ corda mundantur per hæc omnia quæ oculis uidẽtur, & auribus audiuntur. Sed iam satis, quantũ existimo, pro captu nostro disputatũ & demonstratũ est, quod in hoc libro suscepera mus ostẽdere: cõstitit̃q; & pbabilitate ratiõis quantũ homo uel potius quantũ ego potui, & firmitate autoritatis quantũ de scripturis sanctis diuina eloquia patuerũt, qp antiquis patribus nostris ante incarnationẽ Saluatoris, cum deus apparere dicebat̃, uoces illæ ac species corporales p angelos factæ sunt: siue ipsis loquẽtib. uel agẽtibus aliquid ex pson̄a dei, sicut etiã Prophetas solere ostẽdimus: siue assumentib. ex creatura quod ipsi nõ essent, ubi deus figurate demõstrarẽt hominibus. Quod genus significationũ nec Prophetas omisisse multis exẽplis docet scriptura. Superest igit̃ iam ut uideamus cũ & nato per uirginẽ domino, & corporali specie sicut columba descẽdẽte spiritu sancto, uisisq; igneis linguis, sonitu facto de cœlo die Pẽtecostes post ascensionẽ dñi, nõ ipsum dei uerbũ per substantiã suã, quia patri æquale atq; coæternũ est, nec spiritus patris & filij per suã substantiã, qua & ipse utriusq; equalis atq; coæternus est, sed utiq; p creaturã, quæ illis modis formari & existere potuit corporeis atq; mortalib. sensibus apparuerit, qd inter illas demõstratiões & has ppriet̃ates filij dei & spũs sancti, quãuis per creaturã uisibilẽ factas interſit, qđ alio uolumine cõmodius ordiemur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER IIII.

Prœmium. Scire deum fœlicitas est.

CIENTIAM terrestriũ cœlestiũq; rerũ magni æstimare solet genus humanũ, in quo profecto meliores sunt qui huic scientiæ præponũt nosse semetipsos: laudabiliorq; est animus, cui nota est uel infirmitas sua, q̃ qui ea non respecta, uias syderũ scrutatur etiã cogniturus, aut qui iam cognitas tenet, ignorãs ipse qua uia ingrediatur ad salutẽ ac firmitatẽ suam. Qui uero iam eui gilauit in deum, spiritussancti calore excitatus, atq; in eius amore corã se uiluit, ad eumq; intrare uolens nec ualens, eoq; sibi lucente attendit in se, inuenitq; se, suamq; ægritudinẽ illius mundiciæ cõtẽperari nõ posse cognouit, flere dulce habet, eumq; deprecari, ut etiã atq; etiã misereatur, donec exuat totam miseriã, & precari cum fiducia, iã accepto gratuito pignore salutis, per eius unicum Saluatorẽ hominis & illuminatorẽ: hũc ita agentẽ & dolentẽ, scientia non inflat, quia charitas ædificat: præposuit enim scientiã scietiq, præposuit scire infirmitatẽ suã, magis q̃ scire mundi mœnia, fundamenta terrarũ, & fastigia cœlorũ: *Eccls. 1* & hãc apponendo scientiã, apposuit dolorẽ. Dolorẽ peregrinationis suæ ex desiderio patriæ suę, & cõditoris eius beati dei sui. In hoc genere hominũ, in familia Christi tui dñe deus meus, si inter pauperes tuos gemo, da mihi de pane tuo respõdere hominibus, qui nõ esuriũt & sitiunt iustitiã, sed satiati sunt & abũdant. Satiauit autẽ illos phãtasma eorũ, nõ ueritas tua, quã repellẽdo resiliunt, & in suã uanitatẽ cadunt. Ego certe sentio q̃ multa figmẽta pariat cor humanũ. Et quid est cor meũ, nisi cor humanũ? Sed hoc oro deũ cordis mei, ut nihil ex eis figmẽtis, p solido uero eructem in has literas, sed inde ueniat in eas quicq; d per me uenire potuerit, unde mihi, q̃uis ,pfecto a facie oculorũ suorũ, & de longinquo redire conanti, per uiam quã strauit humanitati diuinitas unigeniti sui, aura ueritatis eius aspergitur. Quã intantũ licet mutabilis haurio, inquantũ in ea nihil mutabile uideo, nec locis & tẽporib. sicut corpora, nec solis tẽporibus & quasi locis, sicut spiritu nostrorũ cogitationes: nec solis tẽporibus, et nulla uel imagine locorũ, sicut quædã nostrarum mẽtiũ ratiocinatiões. Omnino enim dei essentia, qua est, nihil mutabile habet, nec in æternitate, nec in ueritate, nec in uolũtate: quia ęterna ibi est ueritas, & ęterna charitas: et uera ibi est charitas, uera æternitas: & chara ibi est ęternitas, & chara ueritas. Sed quoniã exulauimus ab incõmutabili gaudio, nec tamẽ inde præcisi atq; abrupti sumus, ut nõ etiã in istis mutabilib. & tẽporalib. æternitatẽ, ueritatẽ, beatitudinẽ quæreremus: nec mori enim, nec falli, nec pturbari uolumus: missa sunt nobis diuinitus uisa cõgrua peregrinationi nostræ, quib. admoneremur, nõ hic esse q̃d quærimus, sed illuc ad ipsa esse redeũdũ, unde nisi pderemus, hic ea nõ quęreremus. Ac primũ nobis persuadendũ fuit, quantũ nos diligeret deus, ne desperatiõe nõ auderemus erigi in eũ. Quales autem dilexerit, ostẽdi oportebat, ne tanq; de meritis nostris superbientes, magis ab eo resiliremus, & in nostra fortitudine magis deficeremus: ac p hoc egit nobiscũ, ut p ei⁹ fortitudinẽ potius ,pficeremur, atq; ita in infirmitate humilitatis ,pficeret uirt⁹ charitatis. Hoc significat in Psalmo, ubi ait: *Psal. 67* Pluuiã uoluntariã segregãs deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu uero perfecisti eã. Pluuiã quip pe uoluntariã nõ nisi gratiã uult intelligi, nõ meritis redditã, sed gratis datã, unde & gratia nominatur. Dedit enim eã, nõ quia digni eramus, sed quia uoluit. Hoc cognoscentes, nõ fidẽtes in nobis erimus, & hoc est infirmari. Ipse uero perficit nos, q etiã Paulo apostolo dixit: Sufficit tibi gra- *2. Cor. 12* tia mea: nã uirtus in infirmitate perficit. Persuadendũ ergo erat homini quãtũ nos dilexerit deus, & quales dilexerit. Quantũ, ne desperarem⁹: quales, ne superbiremus. Hũc locũ Apostolus p, *Rom. 5* necessariũ sic explicat: Cõmendat autẽ, inquit, suã charitatẽ deus in nobis, quoniã cũ adhuc peccatores essemus, Christus ,p nobis mortu⁹ est: multomagis iustificati, nũc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira p ipsum. Si enim cũ inimici essemus, recõciliati sumus deo p mortẽ filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Itẽ alio loco: Quid ergo, inquit, dicemus ad hęc? Si deus *Rom. 8* pro nobis, quis cõtra nos, q proprio filio nõ pepercit, sed ,p nobis omnib. tradidit illũ: Quomõ nõ & cũ illo nobis omnia donauit? Quod autẽ factum nobis annũciatur, hoc futurũ ostẽdebat & antiquis iustis, ut per eandẽ fidem etiã ipsi humiliati infirmarent, & infirmati perficerẽtur. Quia igitur unũ uerbũ dei est, per quod facta sunt omnia, quod est incõmutabilis ueritas, ubi principaliter atq; incõmutabiliter sunt omnia simul, nõ solum quæ nũc sunt in hac uniuersa creatura, uerũ etiã quæ fuerũt, & quæ futura sunt. Vbi autẽ nec fuerũt, nec futura sunt, sed tantũmodo sunt, & omnia uita sunt, & omnia unũ sunt, & magis unũ est, & una uita est. Sic enim omnia per ipsum facta sunt, ut quicquid factũ est in his, in illo uita sit, & facta nõ sit: quia in principio non factũ est uerbum, sed erat uerbũ apud deum, & deus erat uerbũ, & omnia p ipsum facta sunt: nec p ipsum omnia facta essent, nisi ipsum esset ante omnia, factumq; nõ esset. In ijs autẽ quæ per ipsum facta sunt, etiã corpus quod uita nõ est, per ipsum nõ fieret, nisi in illo antẽq; fieret uita esset. Quod eñ factũ est, iã in illo uita erat, et nõ qualiscunq; uita: nã & anima uita est corporis, sed & hæc facta est, quia mutabilis est: et p quid facta est, nisi per dei uerbũ incõmutabile? Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: quod ergo factũ est, iã in illo uita erat, & nõ qualiscunq; uita, sed uita erat lux hominũ, lux utiq; rationaliũ mẽtiũ, per quas homines à pecoríb. differunt: & ideo sunt hoies. Nõ ergo lux corporea, quę lux est carniũ, siue de cœlo fulgeat, siue terrenis ignibus accendat, nec humanarũ tantũ carniũ, sed etiã beluarũ, & usq; ad

Per agnitionẽ infirmitatis nostræ perficimur.

Cap. I

ad minutissimos quosq; uermiculos, Omnia enim hæc uident istã lucẽ: at illa uita lux hominũ erat, *Act. 17* nec longe posita ab unoquoq; nostrũ. In illa enim *Ioan. 1* uiuimus & mouemur & sumus. Sed lux in tenebris lucet, & tenebrę eã nõ cõpræhẽderũt. Te- *Quomõ redditur habiles perceptiõe ueritatis. Ca. II* nebræ autẽ sunt stultæ mẽtes hominũ, praua cupiditate atq; infidelitate cæcatę. Has ut curaret atq; sanaret uerbũ, per quod facta sunt omnia, caro factũ est, et habitauit in nobis. Illuminatio q̃ppe nostra participatio uerbi dei est, illius scilicet uitæ quę lux est hominũ. Huic autẽ participationi prorsus inhabiles, & minus idonei eramus, ,pter immundiciã peccatorũ. Mũdãdi ergo eramus. Porrò iniquorũ & superborũ una mundatio est sanguis iusti, & humilitas dei: ut ad cõtemplãdũ deũ quod natura nõ sumus, per eũ mũdaremur, factũ quod natura sumus, & quod peccato nõ sumus. Deus enim natura nõ sumus, homines natura sumus, iusti peccato non sumus. Deus itaq; factus homo iustus, intercesit deo ,p homine peccatore. Nõ enim cõgruit peccator iusto, sed congruit homini homo. Adiũgẽs ergo nobis similitudinẽ humanitatis suæ, abstulit similitudinẽ iniquitatis nostræ. Et factus particeps mortalitatis nostrę, fecit nos particípes diuinitatis suæ. Merito quippe mors peccatoris ueniẽs ex dãnationis necessitate, soluta est per mortẽ iusti uenientẽ ex misericordiæ uolũtate, dum simplũ eius cõgruit duplo nostro. Hęc enim cõgruẽtia, siue cõueniẽtia, uel cõsonãtia, uel consonãtia, uel si quid cõmodius dicitur, quod est unũ ad duo, in omni cõpaginatiõe, uel si melius dicit coaptatione creaturę, ualet plurimũ. Hãc eñ coaptationẽ, sicut mihi nũc occurrit, dicere uolui, quã Græci ἁρμονίαν uocãt. Neq; nũc locus est ut ostendã quantũ ualeat cõsonãtia simplí ad duplũ, quę maxima in nobis reperit, ut sit nobis insita naturaliter: à quo utiq; nisi ab eo q nos creauit, ut nec imperiti possint eã nõ sentire, siue ipsi cantãtes, siue alios audiẽtes: per hãc quippe uoces acutiores grauioresq; cõcordant, ita ut quisq; s ab ea dissonuerit, nõ scientiã, cuius expertes sunt plurimi, sed ipsum sensum auditus nostri uehemẽter offendat. Sed hoc ut demõstrẽt, lõgo sermone opus est: ipsis autẽ auribus exhiberi potest ab eo q nouit in regulari monochordo. Ve- *Duplí ad simplí cõcentus allegorice. Cap. III* rũ quod instat impræsentia quantũ donat deus, edisserendũ est, quẽadmodũ simplũ domini et salutoris nostri Iesu Christi, duplo nostro cõgruat & quodãmodo cõcinat ad salutẽ. Nos certe, q̃d nemo Christianus ambigit, & anima & corpore mortui sumus, anima propter peccatũ, corpore ,pter pœnã peccati, ac per hoc & corpore propter peccatũ. Vtriq; autẽ rei nostrę, id est, & animę & corpori, medicina et resurrectiõe opus erat, ut in melius renouarẽt, quod erat in deterius cõmutatũ. Mors autẽ animæ impietas est, & mors corporis corruptibilitas, per quã fit & animæ à corpore absc̃essus. Sicut enim anima deo deserente, sic corpus anima deserẽte, moritur: unde illa fit insipiẽs, hoc exanime. Resuscitat enim anima p pœnitentiã, & in corpore adhuc mortali renouatio uitæ inchoat à fide, qua creditur in eũ qui iustificat impiũ, bonisq; moríb. augetur & roborat de die in diẽ, cũ magis magisq; renouat interior homo. Corpus uero tanq; homo exterior, quãto est hæc uita diuturnior, tãto magis magisq; corrũpitur, uel ętate, uel morbo, uel uarijs afflictionibus, donec ueniat ad ultimã afflictionẽ quæ ab hominibus mors uocat. Eius autẽ resurrectio differtur in finẽ: cum & ipsa iustificatio nostra perficietur ineffabiliter. Tũc enim similes ei erimus, quoniã *1. Ioan. 3* uidebimus eũ sicuti est. Nũc uero quãdiu corpus *Sap. 9* quod corrũpit aggrauat animã, & uita humana *Iob. 7* super terrã tota tentatio est, nõ iustificabit in con *Psal. 142* spectu tuo omnis uiuẽs, in cõparatione iustitiæ qua æquabimur angelis, & gloriæ quę reuelabit in nobis. De morte autẽ animæ à morte corporis distinguẽda, quid plura documẽta cõmemorem, cum dominus in una sentẽtia Euãgelica utranq; mortẽ cuiuis facile discernendã posuerit, ubi ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sepeliendũ *Matth. 8* quippe corpus mortuũ erat, sepultores autẽ eius p infidelitatis impietatẽ in anima mortuos intelligi uoluit, quales excitãtur cũ dicitur: Surge qui *Eph. 5* dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Detestatur autẽ quandã mortẽ Apostolus, dicẽs de uidua: Quæ autẽ in delitijs agit, uiuẽs *1. Tim. 5* mortua est. Anima igitur iam pia quę fuit impia, propter iustitiam fidei dicitur ex morte reuixisse atq; uiuere. Corpus autẽ non tantũ moriturũ propter animæ absc̃essum qui futurus est, sed ,pter infirmitatẽ tantum carnis & sanguinis, quodã loco in scripturis etiã mortuũ dicitur, loquẽte Apostolo: Corpus quidẽ, inquit, mortuũ est propter *Rom. 8* peccatũ, spiritus autẽ uita est propter iustitiã: hæc uita ex fide facta est, quoniã iustus ex fide uiuit. Sed quid sequitur? Si autem spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Christum Iesum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantẽ spiritũ eius in uobis. Huic ergo duplæ morti nostræ saluator impẽdit simplam suã: & ad faciendã utrãq; resuscitationẽ nostrã, in sacramento & exemplo prępposuit & propposuit unam suã. Neq; enim fuit peccator aut impius, ut ei tanquã spiritu mortuo in interiore homine renouari opus esset, & tanq; resipiscẽdo ad uitã iustitiæ reuocari: sed indutus carne mortali, ea sola moriẽs, sola resurgẽs, ea sola nobis ad utrunq; cõcinuit, cum in ea fieret interioris hominis sacramentũ, exterioris exemplũ. Interioris eñ hominis nostri sacramento data est illa uox, pertinẽs ad mortẽ animæ nostræ significandã, non solum in Psalmo, uerumetiã in cruce, *Psal. 21* Deus meus deus meus, ut quid me dereliquisti? *Matth. 27* Cui uoci cõgruit Apostolus dicẽs: Sciẽtes quia *Rom. 6* uetus homo noster simul crucifixus est cũ illo, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra nõ seruiamus peccato. Crucifixio q̃ppe interioris hominis pœnitẽtiæ dolores intelligũtur, & cõtinẽtię quidã salubris cruciatus, per quã mortẽ mors impietatis perimit, in qua nos nõ dereliquit deus. Et ideo p talem crucẽ euacuatur corpus peccati, ut iam nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

exhibeamus mẽbra nostra arma iniquitatis pec/
cato: quia et interior homo si utiq; renouaꝛ de die A
in diẽ, profecto uetus est anteq; renouetur. Intus
Ephes. 4 nãq; agit, quod idẽ Apostolus dicit: Exuite uos
ueterẽ hominẽ, & induite nouũ. Quod ita conse/
quẽter exponit. Quapropter deponẽtes menda/
ciũ, loquimini ueritatẽ. Vbi autẽ deponitur mẽ/
daciũ, nisi intus, ut inhabitet in mõte sancto dei,
qui loquit̃ ueritatẽ in corde suo? Resurrectio ue/
ro corporis domini ad sacramentũ interioris re/
surrectionis nostræ pertinere ostẽdit̃, ubi post̃q;
Ioan. 20 resurrexit, ait mulieri: Noli me tãgere, nondũ em
ascẽdi ad patrẽ meũ. Cui mysterio cõgruit Apo/
Coloss. 3 stolus dicẽs: Si autẽ consurrexistis cum Christo,
quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est ad dex/
terã dei sedẽs, quæ sursum sunt sapite. Hoc est em
Christũ non tãgere, nisi cũ ascẽderit ad patrẽ, nõ B
de Christo sapere carnaliter. Iã uero ad exemplũ
mortis exterioris hominis nostri dominicæ car/
nis mors pertinet, q̃a per talẽ passionẽ maxime
hortatus est seruos suos, ut non timeãt eos q̃ cor/
pus occidunt, animã autẽ non possunt occidere.
Coloss. 1 Propter quod dicit Apostolus: Vt suppleã quæ
desunt pressurarũ Christi in carne mea. Et ad exẽ
plũ resurrectiõis exterioris hominis nostri perti/
nere inuenit resurrectio corporis domini, qui ad
Luc. 24 discipulos ait: Palpate & uidete, quia spiritus car
nẽ & ossa nõ habet, sicut me uidetis habere. Et u/
nus ex discipulis etiã cicatrices eius cõtrectãs, ex
Ioan. 20 clamauit dicẽs: Dñs meus & deus meus. Et cũ il/
lius carnis tota integritas appareret, demõstratũ
Matth. 10 est in ea quod suos exhortãs dixerat: Capillus ca C
pitis uestri non peribit. Vnde enim primo, Noli
me tãgere, nondũ enim ascendi ad patrẽ meũ: &
unde anteq; ascẽdat ad patrẽ, à discipulis tãgitur,
nisi quia illic insinuabatur interioris hominis sa/
cramentũ, hic prębebaꝛ exterioris exemplũ? An
forte quisquã ita est absurdus atq; auersus à uero,
ut audeat dicere à uiris eũ tactum anteq; ascẽde/
ret, à mulieribus autẽ cum ascẽdisset? Propter hoc
1. Cor. 15 exemplũ futuræ nostræ resurrectiõis in corpore,
quod præcessit in domino, dicit Apostolus: Ini/
tiũ eñ Christus, deinde qui sunt Christi. De corpo/
Philip. 3 ris enim resurrectiõe illo loco agebatur, propter
quã etiã dicit: Trãsfigurauit corpus humilitatis
nostræ, conforme corpori gloriæ suæ. Vna ergo
mors nostri saluatoris, duabus mortib. nostris sa D
luti fuit. Et una eius resurrectio, duas nobis resur
rectiones prẽstitit, cũ corpus eius in utraq; re, id
est, & in morte, & in resurrectione, & sacramẽto
interioris hominis nostri, & exemplo exterioris
medicinali quadam conuenientia ministratũ est.
Ratio dupli ad simplũ per alios numeros Cap. IIII Hæc autẽ ratio simpli ad duplũ oritur quidem à
ternario numero. Vnũ quippe ad duo, tria sunt.
Sed hoc totũ quod dixi, ad senariũ puenit. Vnũ
enim & duo & tria, sex fiũt. Qui numerus, ppter/
Gen. 1 ea perfectus dicitur, quia partibus suis cõpletur.
Habet enim illas tres, sextã, tertiã, dimidiã. Nec
ulla pars alia quæ dici possit quota sit, inueniẽ in
eo, Sexta ergo eius unum est, tertia duo, dimidia
tria. Vnũ autẽ et duo & tria cõsummãt eundẽ sena

riũ. Cuius perfectionẽ nobis sancta scriptura cõ/
mẽdat, in eo maxime q̃ deus sex diebus perfecit
opera sua, & sexto die factus est homo ad imagi/
nẽ dei. Et sexta ętate generis humani, filius dei ue
nit & factus est filius hominis, ut nos reformaret
ad imaginẽ dei. Ea quippe nũc ætas agit̃, siue mil
leni anni singulis distribuant̃ ætatibus, siue in di/
uinis literis memorabiles atq; insignes quasi arti
culos tẽporũ uestigemus, ut prima ætas inueniaꝛ
ab Adã usq; ad Noe, inde secũda usq; ad Abrahã,
Et deinceps sicut Matthæus Euãgelista distinxit Matth. 1
ab Abrahã usq; ad Dauid, à Dauid usq; ad trãsmi
grationẽ in Babyloniã, atq; inde usq; ad uirginis
partũ. Quæ tres ętates cõiũctæ illis duabus, q̃q;
faciũt. Proinde sextã inchoauit natiuitas dñi, quę
nũc agitur usq; ad occultũ tẽporis finẽ. Hãc sena/
riũ numerũ quandã tẽporis gerere figurã, etiã in
illa ratiõe tripertitæ distributionis agnoscimus,
qua unũ tẽpus cõputamus ante legem, alterũ sub
lege, tertiũ sub gratia. In quo tẽpore sacramentũ
renouationis accepimus: ut in fine tẽporis etiã re
surrectiõe carnis, omni ex parte renouati, ab uni
uersa, nõ solũ animæ, uerũetiã corporis infirmita Luc. 13
te sanemur. Vnde intelligit̃ illa mulier in typo ec
clesię à domino sanata & erecta, quã curuauerat
infirmitas alligãte Satana. De talib. enim occul/
tis hostib. plãgit illa uox Psalmi: Curuauerũt ani Psal. 56
mã meã. Hæc autẽ mulier decẽ & octo annos ha
bebat in infirmitate, quod est terseni. Mẽses autẽ
annorũ decem & octo inuentiũtur in numero so/
lidi quadrati senarij, quod est sexies seni, & hoc
sexies. Iuxta quippe est in eodẽ Euãgelij loco, ar Luc. 13
bor quoq; illa ficulnea, cuius miserã sterilitatem
etiã tertius annus arguebat. Sed ita pro illa inter/
cessum est, ut dimitteret illo anno, ut si fructũ fer/
ret, bene: sin aliter, excideret. Nã & tres anni ad
eandẽ tripartitã distributionẽ pertinẽt, et menses
trium annorũ quadratũ senariũ faciunt, quod est
sexies seni. Annus etiã unus si duodecim menses
integri cõsiderẽtur, quos triceni dies cõplent, ta/
lem quippe mẽsem ueteres obseruauerũt, quem
circuitus lunaris ostẽdit, senario numero poller.
Quod eñ ualẽt sex in primo ordine numerorũ,
qui cõstat ex unis, ut perueniaꝛ ad decẽ: hoc ua/
lent sexaginta in secũdo ordine, q̃ cõstat ex denis
ut perueniatur ad centũ. Sexagenarius ergo nu/
merus dierũ, sexta pars anni est. Proinde p̃ sena/
riũ primi uersus multiplicanꝛ, tanq; senarius se/
cũdi uersus, & fiũt sexies sexageni trecẽti & sexa
ginta dies, q̃ sunt integri xij. menses. Sed quoniã
sicut mẽsem circuitus lunæ ostẽdit hominib⁹, sic
annus circuitu solis animaduersus est, restãt autẽ
quinq; dies et quadrãs diei, ut sol impleat cursum
suũ annumq; cõcludat: quatuor enim quadrãtes
faciũt unum diẽ, quẽ necesse est intercalari exeur
so quadriẽnio quod bissextũ uocãt, ne temporũ
ordo turbet̃: etiã ipsos dies quinq; & quadrantẽ
si cõsideremus, senarius numerus in eis plurimũ
ualet. Primũ, quia sicut fieri solet ut à parte totũ
cõputetur, nõ sunt iã dies quinq;, sed potius sex,
ut quadrans ille accipiaꝛ pro die. Deinde quia in
ipsis

ipsis quinq; diebus sexta pars mensis est: ipse au/
tem quadrans sex horas habet. Totus enim dies, A
id est cũ sua nocte, uigintiquatuor horæ sunt, qua
rũ pars quarta, quę est quadrans diei, sex horę in/
ueniunt̃: ita in anni cursu senarius numerus pluri
Denis 4.5 tem plicatus ad legitice. V mum ualet. Nec immerito in ædificatione cor/
poris dominici, in cuius figura templũ à Iudæis
destructũ triduo se resuscitaturũ esse dicebat, nu/
merus ipse senarius pro anno positus intelligit̃.
Dixerũt enim, quadraginta & sex annis ædifica/
tum est templũ, & quadragies sexies seni, fiũt du/
centi septuaginta sex. Qui numerus dierũ cõplet
nouem menses & sex dies, qui tanquã decẽ men
ses parientib. fœminis imputant̃: nõ quia omnes
ad sextũ diem post nonũ mensem perueniũt, sed
quia ipsa perfectio corporis domini tot dieb⁹ ad
partũ perducta cõperitur, sicut à maioribus tradi B
tum suscipiẽs ecclesię custodit autoritas. Octauo
enim Calen. Aprilis cõceptus credit̃, quo & pas/
sus: ita monumẽto nouo, quo sepultus est, ubi nul
lus erat mortuorũ positus, nec ante, nec postea,
cõgruit uterus uirginis quo cõceptus est, ubi nul
lus feminatus est mortaliũ. Natus autẽ traditur octa/
uo Cal. Ianuarias. Ab illo ergo die usq; ad istum
cõputati, ducẽti septuaginta & sex reperiunt̃ di/
es, qui senariũ numerũ quadragies sexies habẽt.
Quo numero annorum templum ædificatũ est,
quia eo numero senariorũ corpus domini perfe/
Matth. 12 ctum est, quod mortis passione destructũ, triduo
resuscitauit. Dicebat em̃ hoc de templo corporis
sui, sicut euidẽtissimo & robustissimo Euãgelij te
stimonio declaratur, quo ait: Sicut fuit Ionas in C
uẽtre ceti tribus diebus et tribus noctib. sic erit fi
Triduũ resurrectionis. VI lius hominis in corde terrę tribus diebus & trib.
noctib. Ipsum autẽ triduũ nõ totũ & plenũ fuis/
se scriptura testis est, sed primus dies à parte extre
ma totus annumeratus est: dies uero tertius à par
te prima, & ipse totus: medius autẽ inter eos, id est
secũdus dies absolute totus uiginti quatuor ho/
ris suis, duodecim nocturnis, & duodecim diur/
nis. Crucifixus est enim primo Iudæorũ uocibus
hora tertia, cũ esset dies sexta sabbati. Deinde in
ipsa cruce suspẽsus est hora sexta, & spiritũ tradi/
dit hora nona. Sepultus est autẽ cum iam sero fa
ctum esset, sic sese habẽt uerba Euãgelij, quod in/
telligit̃ in fine diei. Vndelibet ergo incipias, etiã
si alia ratio reddi potest, quomodo nõ sit cõtra E D
uangeliũ Ioannis, ut hora tertia ligno suspẽsus in/
telligaꝛ, totũ diem primũ non cõprehendis. Ergo
à parte extrema totus cõputabitur, sicut tertius à
parte prima. Nox enim usq; ad diluculũ, quo do/
mini resurrectio declarata est, ad tertiũ diem per/
tinet: quia deus qui dixit de tenebris lucem clare
fcere, ut per gratiã noui testamẽti & participatio
Eph. 5 nem resurrectionis Christi audiremus: Fuistis e/
nim aliquãdo tenebrę, nunc autẽ lux in domino:
insinuat nobis quodãmodo quod à nocte dies su
mat initiũ. Sicut enim primi dies, ppter futurũ ho
minis lapsum à luce in noctẽ, ita isti, ppter homi/
nis reparationẽ à tenebris ad lucem cõputantur.
Ab hora ergo mortis usq; ad diluculum resurre/
ctionis horæ sunt quadraginta, ut etiã ipsa hora
nona cõnumeret̃. Cui numero congruit etiã uita A
eius super terrã, post resurrectionẽ in quadragin
ta diebus. Et est iste numerus frequentissimus in
scripturis ad insinuandũ mysteriũ perfectionis in
quadripertito modo. Habẽt enim quãdam perfe
ctionem decem, & ea quater multiplicata faciũt
quadraginta. A uespere autẽ sepulturæ usq; ad di/
luculũ resurrectiõis triginta sex horę sunt, qui est
quadratus senarius. Referr̃ autẽ ad illam rationẽ
simpli ad duplũ, ubi est coaptationis maxima cõ
sonãtia. Duodecim enim ad uigintiquatuor sim/
plo ad duplum cõueniũt, & fiũt triginta sex: nox
tota cum die toto & nocte tota, neq; hoc sine illo
sacramẽto quod supra memoraui. Non absurde
quippe spiritũ diei cõparamus, corpus autẽ nocti.
Dominicũ enim corpus in morte ac resurrectiõe
& spiritus nostri figurã, & corporis gerebat exẽ/
plum. Etiã sic ergo apparet illa ratio simpli ad du/
plum in horis trigintasex, cũ duodecim cõferun
tur ad uigintiquatuor. Et horũ quidem numero/
rum causas cur in scripturis sanctis positę sint, po
test alius alias indagare: uel quibus istæ quas ego
reddidi, præponẽdæ sint, uel æque, pbabiles, uel
istis etiam probabiliores: frustra tamẽ eos esse in
scripturis positos, & nullas causas esse mysticas,
cur illic isti numeri cõmemorent̃, nemo tam stul
tus ineptusq; cõtenderit. Ego autẽ quas reddidi,
uel ex ecclesiæ autoritate à maiorib. traditas, uel
ex diuinarũ testimonio scripturarũ, uel ex ratiõe
numerorũ similitudinũq; collegi. Contra rationẽ
nemo sobrius, contra scripturas nemo Christia/
nus, cõtra ecclesiã nemo pacificus senserit. Hoc
Quomodo ex multis colligamur in unum Cap. VII sacramentũ, hoc sacrificiũ, hic sacerdos, hic deus,
anteq; missus ueniret, factus ex fœmina, omnia
quæ sacrate atq; mystice patribus nostris per an/
gelica miracula apparuerũt, siue quę per ipsos fa
cta sunt, similitudines huius fuerũt, ut omnis crea
tura factis quodãmodo loqueret̃ unũ futurum in
quo esset salus uniuersorũ à morte reparandorũ.
Quia enim ab uno uero deo & summo per impie
tatis iniquitatẽ resilientes & dissonantes defluxe
ramus, & euanueramus in multa, discissi per mul
ta & inhęrẽtes in multis: oportebat nutu & impe
rio dei miserãtis, ut ipsa multa uenturũ cõclama/
rent unũ, & à multis cõclamatus ueniret unus, &
multa cõtestarent̃ uenisse unum: & à multis exo/
nerati ueniremus ad unũ: & multis peccatis in a/
nima mortui, & ppter peccatũ in carne moritu/
ri, amaremus sine peccato mortuũ in carne, p nos
bis unũ: & in resuscitatũ credentes, & cũ illo per
fidem spiritu resurgẽtes, iustificaremur in uno iu
sto facti unũ: nec in ipsa carne nos resurrecturos
desperaremus, cũ multa mẽbra intueremur præ/
cessisse nos caput unũ: in quo nũc per fidẽ munda
ti, & tũc per speciẽ redintegrati, per mediatorem
deo recõciliati hęreamus uni, fruamur uno, pma
neamus unũ. Sic ipse filius dei, uerbum dei, &
In Christo omnes unum sumus. VIII idem ipse mediator dei et hominũ filius hominis,
ęqualis patri per diuinitatis unitatẽ, & particeps
nostri per humanitatis susceptionẽ, patrem inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

pellans pro nobis, per id quod homo erat, nec tamen tacẽs quod deus cũ patre unũ erat, inter cæ- A
Ioan.17 tera ita loquit̃. Nõ pro his autẽ rogo, inqt, tantũ, sed & pro eis qui crediturí sunt per uerbũ eorum in me, ut omnes unũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unũ sint, ut mũdus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatẽ, quã dedisti mihi, dedi eis, ut sint unũ, ſicut & nos unum sumus. Nõ dixit, ego & ipsi unũ, quanuis per id
Vnũ per naturam & charitatem. IX quod eccleſiæ caput est & corpus eius eccleſia, posset dicere, ego et ipsi nõ unũ sed unus, quia caput & corpus unus est Christus: sed diuinitatem suã consubstantialẽ patri ostendens, hoc ait: pro-
Ioan.10 pter quod & alio loco dicit, Ego & pater unũ sumus: in suo genere, hoc est, in eiusdẽ naturæ consubstantiali parilitate, uult esse suos unum, sed in ipso: quia in seipsis nõ possent dissociati abinuicẽ B
per diuersas uoluptates & cupiditates, & immũdicias peccatorũ: unde mũdanẽ per mediatorem, ut sint in illo unũ: non tantũ per eandem naturam qua homines ex hominib. mortalib⁹ equales angelis fiũt: sed etiã per eandẽ charitatẽ in eandem beatitudinẽ cõspirantes cõcordiſſima uoluntate in unũ ſpiritũ quodãmodo igne charitatis conflaIoan.17 tam. Ad hoc enim ualet quod ait, Vt sint unũ, sicut & nos unũ sumus: ut quemadmodũ pater & filius, non tantũ æqualitate substãtiæ sed etiã uoluntate unũ sunt: ita & ĩ inter quos et deũ media-
1 Tim.2 tor est filius, non tantũ per id quod eiusdẽ naturę sunt, sed etiã per eandẽ dilectionis societatẽ unũ sint. Deinde idipsum quod mediator est, per quẽ
Ioan.17 recõciliamur deo, sic indicat, Ego, inquit, in eis, C
Per Christum uera purgatio & tu in me, ut sint cõsummati in unum. Hæc
Cap. X est uera pax, & cũ creatore nostro nobis firma cõnexio, purgatis & recõciliatis per mediatorẽ uitæ, sicut maculati & alienati ab eo receſſeramus
Gen.3 per mediatorẽ mortis. Sicut enim diabol⁹ superbus hominẽ superbiẽtem perduxit ad mortẽ, ita Christus humilis hominẽ obedientẽ reduxit ad uitã. Quia sicut ille elatus cecidit & deiecit consentientem, sic iſte humiliatus surrexit, & erexit credentem. Quia enim nõ peruenerat diabolus quo ipſe perduxerat (mortẽ quippe spũs in impietate geſtabat, sed mortẽ carnis nõ subierat, quia nec indumentũ suſceperat) magnus homini uidebaẽ princeps in legionib⁹ dęmonũ, per quas fallaciarũ regnũ exercet: sic hominẽ per elationis tyD
phum, potẽtiæ q̃ iuſtitiæ cupidiorẽ, aut p falsam Philoſophiã magis inflans: aut p sacra sacrilega irretiẽs, in quib⁹ etiã magicæ fallaciæ curioſiores ſuperbioresq; animas deceptas illuſasq; precipitat, subditũ tenens, pollicẽs etiã purgationẽ animæ, per eas quas πλατὰς appellant, trãsfigurãdo se in angelũ lucis per multiformẽ machinationẽ, in ſi-
Miracula dæmonum. XI gnis & prodigijs mendacij. Facile est enim spiritibus nequiſſimis per aerea corpora facere multa, quæ mirent animę terrenis corporibus aggraUatæ, etiã melioris affectus. Si enim corpora ipſa terrena nonnullis artibus & exercitationib. modificata, in ſpectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibẽt, ut ĩ qui nunquã uiderũt talia narrata uix credant: quid magnũ est diabolo & angelis eius, de corporeis elementis, per aerea corpora facere quæ caro mireť: aut etiã occultis inſpirationib. ad illudẽdos humanos ſenſus, phãtaſmata imaginũ machinari, quib. uigilantes dormientes ue decipiat, uel furẽtes exagitet? Sed ſicut fieri potest, ut homo uita ac moribus melior, ſpectet neqſſimos homines, uel in fune ambulantes, uel multimodis motib. corporũ multa incredibilia faciẽtes, necullo modo facere talia cõcupiſcat, nec eos, ppterea ſibi præponẽdos exiſtimet: ſic anima fidelis & pia, nõ ſolũ ſi uideat, uerũetiã ſi, ppter fragilitatẽ carnis exhorreat miracula dæmonũ, nõ ideo tamẽ aut nõ ſe posſe talia dolebit, aut ob hoc illos meliores esſe iudicabit: cum ſint præſertim in ſocietate ſanctorũ, qui p uirtutẽ dei
C cui cũcta ſubiecta ſunt, & minime fallacia, & multo maiora fecerũt, ſiue homines, ſiue angeli boni.

Nequaquã igit̃ per ſacrilegas ſimilitudines, & *Diabolus impias curioſitates, & magicas conſecrationes* *tis. Christus uitæ mediator.* *Cap. XI*
animæ purgant̃ & recõciliantur deo: quia falſus mediator nõ traĩcit ad ſuperiora, ſed potius obſidens intercludit uiã per affectus, quos tãto maligniores, quãto ſuphiores ſuæ ſocietati inſpirat: qui nõ possunt ad euolandũ pẽnas nutrire uirtutum, ſed potius ad demergendũ pondera exaggerare uitiorũ, tanto grauiora anima ruitura, quãto ſibi uideť euecta ſublimiora. Proinde ſicut magi ſe cerũt diuinitus moniti, quos ad humilitatẽ domini adorandã ſtella perduxit: ita & nos, nõ quà uenimus, ſed per aliã uiam in patriã redire debem⁹, quã rex humilis docuit, & quã rex ſuperbus humili regi aduerſarius obſtidere nõ posſit. Et nobis eñ ut adorem⁹ humilẽ Chriſtũ, cœli enarrauerũt gloriã dei, cũ in omnẽ terrã exiĩt ſonus eorũ, & in fines orbis terrę uerba eorum. Via nobis fuit ad mortẽ per peccatũ in Adã. Per unũ quippe hominem peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertrãſiit, in quo omnes peccauerũt. Hui⁹ uiæ mediator diabolus fuit, p ſuaſor peccati, & præcipitator in mortem. Nã & ipſe ad operandã duplã mortẽ noſtrã, ſimplam attulit ſuã. Per impietatẽ nanq; mortuus est in ſpũ, carne utiq; mortuus nõ est: nobis aũt et impietatẽ perſuaſit, & per hãc ut in mortẽ carnis ue
D nire mereremur, effecit. Vnũ ergo appetiuimus iniqua ſuaſione, alterũ nos ſecutũ est iuſta damnatione: propterea quippe ſcriptũ est, Deus mortẽ nõ fecit, quia cauſa mortis ipſe nõ fuit: ſed tamẽ per eius retributionẽ iuſtiſſima mors irrogata est peccatori. Sicut ſuppliciũ iudex irrogat reo, cauſa tamẽ ſuppliciį nõ est iuſtitia iudicis, ſed meritũ criminis. Quo ergo nos mediator mortis trãſmiſit, & ipſe nõ uenit, id est, ad mortẽ carnis: ibi nobis dñs deus noſter medicinã emendationis inſeruit, quã ille non meruit, occulta & nimis arcana ordinatiõe diuinæ altęq; iuſtitiæ. Vt ergo, ſicut p unũ hominẽ mors, ita p unũ hominẽ fieret reſurrectio mortuorũ, quia magis uitabãt homines q̃ euitare nõ poterãt mortẽ carnis, q̃ mortem ſpiritus, id est, magis pœnã q̃ meritũ pœnę: nam non pec-

peccare aut nõ curaŕ, aut parũ curaŕ, nõ mori aũt quãuis nõ obtineaŕ, uehementer satagiť: uitæ me A
diator ostẽdens, q̃ nõ sit mors timẽda, quę per humanam cõditionẽ iam euadi nõ poteſt, ſed potiꝰ impietas, quæ per fidẽ caueri poteſt, occurrit nobis ad finem quo uenimus, ſed nõ qua uenimus. Nos enim ad mortẽ per peccatũ uenimꝰ, ille per
Mors Christi ſpontanea Cap. XIII iuſtitiã: & ideo cũ ſit mors noſtra pœna peccati, mors illiꝰ facta est hoſtia pro peccato. Quapropter cũ ſpũs corpori præponaŕ, morsq; ſit ſpũs à deo deſeri, mors aũt corporis à ſpiritu deſeri: eaq; ſit pœna in morte corporis, ut ſpiritꝰ quia uoles deſeruit deũ, deſerat corpus inuitꝰ: ut cũ ſpũs deũ deſeruerit quia uoluit, deſerat corpꝰ etiã ſi nolurit: nec deſerat cum uoluerit, niſi aliquã ſibi uim, qua ipſum corpꝰ perimaŕ, intulerit: demõſtrauit ſpũs mediatoris, q̃ nulla pœna peccati uſque ad B
mortẽ carnis acceſſerit, quia nõ eam deſeruit inuitus, ſed quia uoluit, quando uoluit, quomodo uoluit. Quippe dei uerbo ad unitatẽ commixtus
Commixtus. Ioan.10 eſt homo: Hinc ait, Poteſtatẽ habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterũ ſumendi eam. Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me & iterũ ſumo eã. Et hoc maxime mirati ſunt, ſicut Euangeliũ loquiť, qui præſentes erant, cum poſt illam uocẽ, in qua figurã peccati noſtri ædidit, cõtinuo tradidit ſpiritũ. Longa eñ morte cruciabanť ligno ſuſpẽſi. Vnde Iatronib. ut iam morerenť, & de ligno ante ſabbatũ deponerenť, crura cõfracta ſunt. Ille aũt quia mortuꝰ inuẽtus est, miraculo fuit. Hoc etiã Pilatũ legimus fuiſſe miratũ, cum ab ipſo ſepeliendũ corpus dñi peteret. C
Ille itaque deceptor qui fuit homini mediator ad mortẽ, falſoq; ſe opponit ad uitã nomine purgationis per ſacra & ſacrificia ſacrilega quibꝰ ſuperbi ſeducunť, quia nec participationẽ mortis noſtræ habere potuit, nec reſurrectionem ſuæ, ſimplam quidẽ ſuam mortẽ ad duplam noſtrã potuit afferre: ſimplam uero reſurrectionẽ in qua & ſacramentũ eſſet renouationis noſtræ. & eius quæ in fine futura est euigilationis exemplũ, nõ utiq; potuit. Ille, pinde qui ſpiritu uiuus carnẽ ſuã mortuam reſuſcitauit, uerus uitę mediator illũ ſpiritu mortuũ & mortis mediatorẽ à ſpiritibus in ſe credentiũ foras miſit, ut nõ regnaret intrinſecus, ſed forinſecus oppugnaret, nec tamen expugnaret, Cui ſe ipſe quoq; tentandũ prębuit, ut ad ſuperã D
das etiã tentationes eius mediator eſſet, nõ ſolũ p adiutoriũ, uerũetiã per exemplũ. At ille primitus ubi p omnes aditꝰ ad interiora moliens irrepe, expulſus est, poſt baptiſma in eremo cõpleta omni tentatione illecebroſa, quia uiuũ ſpũ, ſpiritu mortuus nõ inuaſit, quoquo modo auidus mortis humanæ cõuertit ſe ad faciendã mortẽ, quã potuit: & pmiſſus est in illud quod ex nobis mortale uiuus mediator accepat. Et ubi potuit aliqd facere, ibi ex omni parte deuictus est, & unde accepit ex
teriꝰ poteſtatẽ dñicæ carnis occidẽdæ, inde interior eius poteſtas qua nos tenebat occiſa est. Factum est enim ut uincula peccatorũ multorũ, in multis mortib. per unius unã mortẽ quam pecca-
tum nullũ præceſſerat, ſoluerenť. Quã propterea dñs pro nobis indebitã reddidit, ut nobis debita nõ noceret. Nec; eñ iure cuiuſq; poteſtatis exutus est carne, ſed ipſe ſe exuit. Nam qui posſet nõ mori ſi nollet, pculdubio quia uoluit mortuꝰ est: & ideo principatus & poteſtates exẽplauit, fidu-
cialiter triumphans eas in ſemetipſo. Morte ſua quippe uno ueriſſimo ſacrificio, p nobis oblato, quicqd culparũ erat unde nos principatꝰ & poteſtates ad luẽda ſupplicia iure detinebãt, purgauit, aboleuit, extinxit, & ſua reſurrectiõe in nouã uitam nos prędeſtinatos uocauit, uocatos iuſtificauit, iuſtificatos gloriſicauit. Ita diabolus hominẽ quẽ p cõſenſionẽ ſeductũ, tanq; iure integro poſſidebat, & ipſe nulla corruptiõe carnis & ſanguinis ſeptꝰ, per iſtã corporis mortalis fragilitatẽ, nimis egeno et infirmo tãto ſuphiori, quãto uelutditior & fortior, quaſi pãnoſo & erũnoſo dominabaŕ, in ipſa morte carnis amiſit. Quo eñ cadentẽ nõ ſecutꝰ impulit peccatorẽ, illuc deſcẽdentẽ per ſecutꝰ cõpulit redemptorẽ. Sic in mortis cõſortio filiꝰ dei nobis fieri dignatꝰ est amicus, quo nõ per
Ioan.15 ueniẽdo meliorẽ ſe nobis atq; maiorẽ putabat inimicus. Dicit eñ redẽptor noſter: Maiorẽ dilectionem nemo habet, q̃ ut animã ſuã ponat, p amicis ſuis. Quocirca etiam ipſo dño ſe credebat diabolus ſuperiorẽ, inquantũ illi dominus in paſſionibus ceſſit. quia & de ipſo intellectum est quod in
Pſal.8 Pſalmo legiť: Minuiſti eũ paulominꝰ ab angelis: ut ab iniquo uelut equo iure aduerſum nos agente, ipſe occiſus innocens eum iure æquiſſimo ſuperaret, atq; ita captiuitatẽ propter peccatũ factã captiuaret: nosq; liberaret à captiuitate propter peccatũ iuſta, ſuo proprio ſanguine iniuſte fuſo mortis chirographũ delens, & iuſtificandos redimens peccatores. Hinc etiã diabolus adhuc ſuos illudit, quib. ſe per ſua ſacra uelut purgãdis, et potius implicãdis atq; mergẽdis, falſus mediator ponit, q̃ ſuperbis facilliṁe pſuadet irridere atq; cõtemnere mortẽ Chriſti, à qua ipſe quãto est alienior, tanto ab eis crediť ſanctior atq; diuinior. Qui tamẽ apud eũ pauciſſimi remanſerũt, agnoſcentibus gentibus, & pia humilitate bibentibus preciũ ſuũ, eiusq; fiducia deſerentib. hoſtem ſuũ, & cõcurrentib. ad redemptorẽ ſuũ. Neſcit enim diabolus quõ illo & inſidiãte & furẽte utaŕ ad ſalutem fideliũ ſuorũ excellentiſſima ſapientia dei, à fine ſuperiore quod est initiũ ſpiritalis creaturę, uſq; ad finẽ inferiorẽ, quod est mors corporis, per tẽdens fortiter et diſponẽs omnia ſuauiter. Attingit enim ubiq; ppter ſuã munditiã, & nihil inquinatũ in eã incurrit. A morte aũt carnis alieno diabolo unde nimiũ ſuphus incedit, mors alteriꝰ generis præparaŕ in æterno igne tartari, quo nõ ſolum cũ terrenis, ſed etiã cum aereis corporib. excruciari ſpiritus poſſint. Supbi autẽ homines qui bus Chriſtus, quia mortuꝰ est, uiluit, ubi nos tam magno precio emit, et iſtã mortẽ reddũt cũ hominibus cõditioni erũnoſæ naturæ, quæ trahiť à primo peccato, & in illam cum illo præcipitabunť. Quẽ propterea Chriſto prępoſuerũt, quia eos in
iſtam

Universidad de Deusto
Biblioteca

istam deiecit, quo per distantē naturā ipse nō ce-
cidit, et quo, ꝑpter eos p ingentē misericordiā ille
A descēdit: & tamē se dæmonibus esse meliores nō
dubitāt credere, eosq; maledictis omnib⁹ insecta
ri detestariq; nō cessant, quos certe alienos ab hu
ius mortis passione nouerunt, ꝑpter quā Christū
cōtemnūt. Nec sic uolunt consiliarē, q̄ fieri po
tuerit, ut in se manēs, nec per seipsum ex ulla par
te mutabile dei uerbū, per inferioris tamē naturę
susceptionē aliquid inferius pati posset, quod im
mundus dæmon, quia terrenū corpus nō habet,
pati nō possit. Sed cū sint ipsi dæmonibus melio-
res, tamen quia carnem portāt, mori sic possunt,
quemadmodū mori dæmones, qui eam nō por-
tant, nō utiq; possunt. Et cū de ritibus sacrificiorū
suorū multū præsumant, quæ se fallacibus super-
bisq; spiritib. immolare nō sentiūt, aut si iam sen-
B tiūt aliqd sibi prodesse arbitrant perfidorū et inui
dorū amicitiā, quorū intētionis nullū negocium
est, nisi impeditio reditus nostri: nō intelligūt ne
ipsos quidē superbissimos spiritus honorib. sacri
ficiorū gaudere potuisse, nisi uni uero deo, ꝑ quo
Christus per- coli uolūt, uerū sacrificiū deberet. Neq; id pos-
fectissima uic- se rite offerri, nisi per sacerdotē sanctū & iustum,
tima. XIIII nec nisi ab eis accipiat quod offerat, pro quib⁹ of-
fertur, atq; id sine uitio sit, ut pro uitiosis mūdan-
dis possit offerri. Hoc certe omnes cupiūt, q pro
se offerri sacrificiū deo uolunt. Quis ergo tam iu
stus & sanctus sacerdos, q̄ unicus filius dei, qui
nō opus haberet per sacrificiū sua purgare pecca
ta, nec originalia, nec ex humana uita quæ addū-
C turr: Et quid tam cōgruēter ab hominib. sumeret
quod pro eis offerret, q̄ humana caro: Et q̄d tam
aptū huic immolationi, q̄ caro mortalis: Et quid
tam mundū pro mūdandis uitijs mortaliū, q̄ sine
ulla cōtagione carnalis cōcupiscentiæ, caro nata
in utero & ex utero uirginali: Et quid tam gra-
te offerri & suscipi posset, q̄ caro sacrificij nostri,
corpus effectū sacerdotis nostri: Vt quoniā qua-
tuor considerarent in omni sacrificio, cui offerat, à
quo offeratur, quid offeratur, pro quib⁹ offeratur, idem
ipse unus uerusq; mediator, per sacrificium pacis
recōcilians nos deo, unū cū illo maneret cui offe
rebat, unū in se faceret pro quib⁹ offerebat, unus
Purificatio- ipse esset qui offerebat, & quod offerebat. Sūt
nes humanæ aūt quidā qui se putāt ad contēplandū deū, & in-
perniciosæ D hærendū deo uirtute propria posse purgari, quos
Cap. XV ipsa superbia maxime maculat. Nullū enim uitiū
est cui magis diuina lege resistit, & in quod ma-
gis accipiat dominandi ius ille supbissimus spūs:
ad ima mediator, ad summa intercluſor: nisi oc-
culte insidians alia uia deuitet, aut per populū de-
ficientē, quod interpretat, Amelech, apte seuiēs,
& aḋ terrā repromissionis repugnādo transitū ne
gans, per crucē dñi quę Moysi manib⁹ extēlis est
præfigurata superetur. Hinc enim purgationē si-
bi isti uirtute, ꝑpria pollicent, quia nonnulli eorū
potuerūt aciē mētis ultra omnē creaturā trāsmit-
tere, & lucē incōmutabilis ueritatis quātulacūq;
ex parte cōtingere, quod Christianos multos ex
fide interim sola uiuētes, nondū potuisse deridēt.

Sed quid, ꝑdest superbiēti, & ob hoc erubescēti li
A gnū cōscendere, de longinquo, ꝑspicere patriam
trāsmarinā: Aut quid obest humili de tāto inter-
uallo nō eam uidere, in ligno ad eā uenienti, quo
dedignatur ille portari: Hi etiam resurrectio-
nem carnis nos credere reprehendūt, sibiq; poti⁹
etiā de his rebus credi uolūt. Quasi uero quia pre
celsam incōmutabilemq; substantiā, per illa quæ
facta sunt intelligere potuerūt, ꝑpterea de cōuer
sione rerū mutabiliū, aut de cōtexto seculorū or-
dine cōsulendi sint. Nunqd enim quia uerissime
disputāt, & documētis certissimis persuadent, æ-
ternis rationib. omnia tēporalia fieri, propterea
potuerūt in ipsis rationib. perspicere, uel ex ipsis
colligere quæ sint animaliū genera, quæ semina
singulorū in exordijs, qui modus in incrementis,
B qui numeri per cōceptus, per ortus, p ætates, per
occasus, qui motus in appetēdis quæ secundū na
turā sunt, fugiēdisq; cōtrarijs: Nōne ista omnia,
nō per illam incōmutabilē sapientiā, sed per loco
rum ac temporū historiā quęsierūt, & ab alijs ex
perta atq; cōscripta crediderūt: Quo minus mi-
randū est, nullo modo eos potuisse prolixiorū se-
culorū seriē uestigare, et quādam metam eius ex-
cursus, quo tanq; fluuio genus decurrit humanū,
atq; inde cōuersionē ad suū cuiq; debitū terminū.
Ista em̄ nec Historici scribere potuerūt lōge futu
ra & à nullo expta atq; narrata. Nec isti Philoso-
phi cæteris meliores in illis summis æternisq; ra-
tionib. intellectu talia contēplati sunt: Aliogn nō
eiusdē generis præterita quę potuerūt Historice
ingrerēt, sed poti⁹ & futura prænoscerēt. Quod
qui potuerūt, ab eis uates, à nostris Prophetę ap-
pellati sunt. Quanq; & Prophetarū nomē non
omnino alienū est à literis eorū, sed plurimū inter
est utrū experimēto prēteritorū futura conijcian-
tur: Sicut medici multa præuidendo, etiā literis
mandauerūt, quæ ipsi experta notauerunt: Sicut
denicq; agricolę uel etiā nautæ multa prēnūciant.
Talia enim si ex lōgis interuallis temporū fiant,
diuinationes putant. An uero iam uētura presen
serint, & longe uisa uenientia nuncient, pro acuto
sensu uidentiū, quod cū faciūt aereę potestates di
uinare credunt: tanq; si quisquā de mōtis uertice
aliquē longe uideat uenientē, & ꝑxime in cam-
po habitātib. ante nūciet: an ab angelis sanctis q-
bus ea deus per uerbū sapientiā q; suā indicat, ubi
& futura & prætērita stant, uel quibusdā prænū-
cient hominibus uel ab eis audita, rursus ad alios
homines transmittant: an ipsorū hominū quorū-
dam mētes intantū euehant spūsancto, ut nō per
angelos, sed per seipsas futurorū instātes causas,
in ipsa summa rerū arce conspiciāt. Audiūt enim
ista & aereę potestates, siue angelis ea nūciantib.
siue hominib⁹, & tantū audiūt quantū opus esse
ille iudicat, cui subiecta sunt omnia. Multa etiā
prædicunt instinctu quodam, impulso spiritu ne
sciētiū, sicut Caiphas nesciuit qd dixit, sed cū es-
set Pōtifex, ꝑphetauit. Ergo de successionib. secu
lorū, & de resurrectione mortuorū, Philosophos
nec illos cōsulere debemus qui creatoris æterni
tatem

tatē, in quo uiuim⁹, mouemur & sumus, quātum
potuerūt intellexerūt. Quia per ea quę facta sunt
A cognoscētes deū, non sicut deum glorificauerūt,
aut gratias egerūt, sed dicētes se esse sapiētes stul
ti facti sunt. Et cū idonei non essent, in æternitatē
spiritalis incōmutabilisq; naturæ aciē mētis tam
cōstanter infigere, ut in ipsa sapientia conditoris
atq; rectoris uniuersitatis uiderēt uolumina secu
lorū, quę ibi iam essent et semp essent, hic aūt futu
ra essent, ut nō essent: atq; ut ibi uiderēt cōuersio-
nes in melius, nō solū animorū, sed etiā corporū
humanorū usq; ad sui modi perfectionē: cū ergo
ad hęc uidēda nullo modo essent idonei, ne ad il-
lud quidē digni habiti sunt, ut eis ista per sanctos
angelos nūciarent: siue forinsec⁹ p sensus corpo-
ris, siue interioribus reuelationib⁹ in spū expressis:
B sicut patribus nostris uera pietate prædītis hæc
demōstrata sunt: qui ea prædicentes, uel de præ-
sentib. signis uel de ꝓximis rebus, ita ut prędixe-
rant, factis fidē facientes, autoritatē cui de lōge fu
turis usq; in seculi finē crederet, habere meruerūt.
Potestates aūt aereæ superbæ atq; fallaces, etiā si
quædā de societate & ciuitate sanctorū, & de ue-
ro mediatore à sanctis Prophetis uel angelis au-
dita per suos uates dixisse reperiunt, id egerūt ut
per hęc aliena uera etiam fideles dei si possent ad
Pro fide ue- suа falsa traducerēt. Deus autē per nescientes id e-
rium, ad in- git, ut ueritas undiq; resonaret fidelib. in adiuto-
dimabilem rium, impijs in testimoniū. Quia igitur ad æter
ueritat. Cap. C na capessenda idonei nō eramus, sordesq; pecca
XVIII torum nostrorū nos pregrauabāt temporalitū re-
rum amore cōtractæ, & de ꝓpagine mortalitatis
tanquā naturaliter inolitæ, purgandi eram⁹. Pur
gari aūt ut cōtemperaremur æternis, nō nisi per
tēporalia possemus, qualibet iam contēperati te-
nebamur. Sanitas enim à morbo plurimū distat,
sed medici curatio nisi morbo cōgruat, nō perdu
cit ad sanitatē. Inutilia tēporalia decipiunt ægro-
tos, utilia tēporalia suscipiūt sanādos, & trasciūt
ad æterna sanatos. Mens aūt rationalis sicut pur-
gata contēplationē debet reb. æternis, sic purgā-
da tēporalib. fidē. Dixit quidā & illorū qui quon-
dam apud Græcos sapiētes habiti sunt, Quātum
ad id quod ortū est ęternitas ualet, tantū ad fidem
ueritas. Et profecto est uera sentētia. Quod enim
nos tēporale dicim⁹, hoc ille quod ortū est appel
lauit. Ex quo genere etiā nos sumus, non tantum
secundū corpus, sed etiā secundū animi mutabi-
litatē. Non enim ꝑprie uocatur æternū, quod ali
qua ex parte mutat. Inquantū igitur mutabiles su-
mus, intantū ab æternitate distam⁹. Promittit aū
tem nobis uita æterna per ueritatē, à cuius perspi
cuitate rursus tantū distat fides nostra, quantum
ab æternitate mortalitas. Nūc ergo adhibemus fi
dem rebus tēporaliter gestis propter nos, & per
ipsam mūdamur, ut cū ad speciē uenerimus, quē
admodū succedit fidei ueritas, ita mortalitati suc
cedat ęternitas. Quapropter quoniā fides nostra
fiet ueritas, cū ad id quod nobis credentib⁹ pro-
mittit, peruenerimus: promittit aūtē nobis uita
ęterna: & dixit ueritas, nō quę fiet sicut futura est
fides nostra, sed quę semp est ueritas, quia ibi est
A ęternitas: dixit ergo ueritas, Hæc aūt uita ęterna,
ut cognoscāt te unū uerū deū, & quem misisti Ie-
sum Christū: cum fides nostra uidendo fiet ueri-
tas, tūc mortalitatē nostram cōmutatā tenebit æ-
ternitas. Quod donec fiat, & ut fiat, quia reb⁹ or-
tis accōmodamus quidē fidē credulitatis, sicut in
ęternis speram⁹ ueritatē contēplationis, ne fides
mortalis uitę dissonaret à ueritate ęternæ uitæ, ip-
sa ueritas patri coęterna de terra orta est, cū filius
dei sic uenit ut fieret filius hominis, & ipse quidē
in se excīperet fidē nostrā, qua nos perduceret ad
ueritatē suā, qui sic suscepit mortalitatē nostrā, ut
non amitteret ęternitatē suā. Quantū enim ad id
quod ortū est ęternitas ualet, tantum ad fidē ueri
tas. Ita ergo nos purgari oportebat, ut ille nobis
fieret ortus qui maneret æternus, nec alter nobis
esset in fide, alter in ueritate. Nec ab eo quod orti
sumus, ad æterna trāsire possem⁹, nisi ęterno per
ortū nostrū nobis sociato, ad ęternitatē ipsi⁹ trai-
ceremur. Nūc itaq; illuc quodāmodo secuta est fi
des nostra, quo ascēdit in quē credim⁹, ort⁹, mor
tuus, resuscitatus, assumptus. Horū quatuor, duo
priora noueram⁹ in nobis. Scim⁹ em̄ homines &
oriri & mori: Duo aūt reliqua, id est resuscitari &
assumi, iuste in nobis futura speram⁹, quia in illo
facta credidimus. Itaq; in illo quia & id quod or-
tū erat trāsijt ad æternitatē, trāsiturū est et nostrū,
cū fides peruenerit ad ueritatē. Iam enim credēti
bus ut in uerbo fidei manerēt, et inde ad ueritatē,
ac per hoc ad æternitatē perducti à morte libera-
rent, ita loquit: Si manseritis in uerbo meo, uere *Ioan. 8*
C discipuli mei eritis. Et quasi quererēt, quo fructu:
secutus ait, Et cognoscetis ueritatē. Rursus quasi
dicerēt: Quid, ꝑdest mortalib. ueritas: Et ueritas,
inquit, liberabit uos. Vnde nisi à morte, à corru-
ptione, à mutabilitate: Veritas quippe immorta
lis, incorrupta, incōmutabilis ꝑmanet. Vera aūt
immortalitas, uera incorruptibilitas, uera incom
mutabilitas, ipsa est æternitas. Ecce ad quod *Filius quo-*
missus est fili⁹ dei, imò uero ecce quid est missum *modo factus mi-*
esse filiū dei: Quæcūq; propter faciendā fidē qua *nor.* XIX
mūdaremur ad contēplandam ueritatē rebus or
tis ab ęternitate prolatis, & ad æternitatē relatis
tēporaliter gesta sunt, aut testimonia missiōis hu
ius fuerūt, aut ipsa missio filij dei. Sed testimonia
D quædā uenturū prænūciauerunt, quædā uenisse
testata sunt. Factū quippe creaturā per quē facta
est omnis creatura, omnē creaturā testem habere
oportebat. Nisi enim multis missis prędicaret u-
nus, nō multis dimissis teneret unus. Et nisi talia
essent testimonia quę paruis magna esse uideren
tur, nō crederet ille ita magn⁹, ut magnos faceret
magnus qui ad paruos missus est paruus. Incōpa
rabiliter em̄ maiora filij dei facta sunt cœlū & ter
ra, & omnia quę in eis sunt, ga omnia per ipsum
facta sunt, q̄ signa & portēta quę in eius testimo-
niū, pruperunt. Sed tamē homines ut hæc magna
per eū facta parui crederēt, illi parua tanq; magna
tremuerūt. Cū ergo uenit plenitudo tēporis, mi-
sit deus filiū suū factū ex muliere, factū sub lege,
usq; adeo

Universidad de Deusto
Biblioteca

usq; adeo paruũ, ut factũ, eo itaq; missum quo factũ. Si ergo maior mittit minorẽ, fatemur & nos factum minorẽ, & in tantũ minorẽ inquantum factum, et in tantũ factum inquantũ missum. Misit enim filiũ suum factũ ex muliere, per quem tamẽ quia facta sunt omnia, nõ solum priusquã factus mitteretur, sed priusquã essent omnia, eundem mitti cõstitemur æqualẽ, quem dicim⁹ missum minorẽ. Quomodo ergo ante istam plenitudinem temporis, qua eũ mitti oportebat, priusquã missus esset uideri à patribus potuit, cũ eis angelica quędã uisa demõstrarent, quãdo nec iam missus, sicut æqualis est patri uidebatur? Vnde enim dicit Philippo, à quo utique sicut à cęteris, & ab ipsis à quibus crucifixus est in carne uidebatur, Tãto tempore uobiscũ sum & nõ cognouistis me? Philippe qui me uidet, uidet & patrẽ: nisi quia uidebat & non uidebat? Videbat sicut missus factus fuerat, nõ uidebat sicut per eũ omnia facta erãt. Aut unde etiã illud dicit: Qui habet mãdata mea et seruat ea, ipse est qui diligit me: & qui diligit me, diliget à patre meo, & ego diligã eum & manifestabo ei meipsum, cũ esset manifestus ante oculos hominũ: nisi quia carnẽ, quod uerbũ in plenitudine tẽporis factũ erat, suscipiendã nostrę fidei porrigebat: Ipsum autẽ uerbũ per quod omnia facta erãt, purgatæ per fidẽ menti contẽplandũ in eternitate seruabat? Si aũt secundum hoc missus à patre filius dicitur, quia ille pater est, ille filiꝰ, nullo modo impedit ut credam⁹, æqualem patri esse filiũ & cõsubstantialem & coęternũ, & tamẽ à patre missum filiũ. Nõ ga ille maior est, ille minor, sed quia ille pater, ille filius: ille genitor, ille genitus: Ille à quo est qui mittit, ille qui est ab eo qui mittit. Filius enim à patre est, nõ pater à filio. Secundũ hoc iam potest intelligi, nõ tantũ ideo dici missus filiꝰ, ga uerbũ caro factũ est, sed ideo missus ut uerbũ caro fieret, & per presentiã corpora lem illa quæ scripta sunt operaret: id est ut nõ tantum homo missus intelligat quod uerbũ caro factum est, sed et uerbũ missum ut homo fieret: quia nõ secundũ imparẽ potestatem uel substantiã uel aliquid quod deo patri non sit æquale missus est, sed secundũ id quod filius à patre est, nõ pater à filio: Verbũ enim patris est filius, quod & sapiẽtia eius dicit. Quid ergo mirũ si mittit, nõ quia inæqualis est patri, sed quia est manatio quædã claritatis omnipotẽtis dei syncerę: Ibi autẽ quod manat, & de quo manat uniꝰ eiusdẽq; substãtiæ est. Neq; enim sicut aqua de foramine terræ aut lapidis manat, sed sicut lux de luce. Nam quod dictũ est: Cãdor est eñ lucis ęternę, quid aliud dictũ est, q̃ lux est lucis ęternæ: Cãdor quippe lucis, quid nisi lux est? Et ideo coæterna luci, de qua lux est. Maluit aũt dicere, cãdor lucis, q̃ lux lucis, ne obscurior putaret ista quę manat, q̃ illa de qua manat. Cũ enim audit candor eius esse ista, facilius est ut per hãc lucere illa, q̃ hæc minus lucere credat. Sed quia cauendũ non erat ne minor lux illa putaret quę istam genuit, hoc enim nullus unquã hereticꝰ ausus est dicere, nec credendũ est aliquẽ ausurũ, illi cogitatiõi occurrit scriptura qua posset uideri obscurior lux ista quæ manat, q̃ illa de qua manat. Quã suspitionẽ tulit, cũ ait: Cãdor est illius, id est, lucis æternæ, atq; ita ostẽdit æqualẽ. Si enim hęc minor est, obscuritas illiꝰ est, nõ candor illius. Si aũt maior est, nõ ex ea manat: Non enim uinceret de qua genita est. Quia ergo ex illa manat, nõ est maior q̃ illa. Quia uero nõ obscuritas illiꝰ sed candor illius est, nõ est minor, æqualis est ergo. Neq; hoc mouere debet, ga dicta est manatio quædã claritatis omnipotẽtis dei syncerę: tanq; ipsa nõ sit omnipotẽs, sed omnipotentis omnia potest. Quis est aũt omnipotẽs, nisi qui omnia potest? Ab illo itaq; mittit, à quo emanat. Sic enim expetit ab illo, qui amabat eam & desiderabat eam. Emitte, ingt, illam de sanctis cœlis tuis, & mitte illam à sede magnitudinis tuę ut mecum sit, & mecũ laboret, id est, doceat me laborare ne laborẽ. Labores enim eius, uirtutes sunt, de quibus iam dictũ est. Sed aliter mittit ut sit cũ homine, aliter missa est ut ipsa sit homo. In animas eñ sanctas se trãsfert, atq; amicos dei & Prophetas cõstituit, sicut etiã implet sanctos angelos, & omnia talib. ministeriis cõgrua per eos operat. Cum aũt uenit plenitudo tẽporis, missa est, nõ ut impleret angelos, nec ut esset angelus, nisi inquãtũ cõsiliũ patris annũciabat, quod & ipsius erat. Nec ut esset cũ hominib. aut in hominibus: Hoc enim & antea in patrib⁹ et Prophetis: sed ut ipsum uerbũ caro fieret, id est homo fieret: in quo futuro reuelato sacramento, etiã eorũ sapientiũ atq; sanctorũ salus esset, qui priusquã ipse de uirgine nasceret, de mulierib. nati sunt, et in quo facto atq; predicato salus sit omniũ credentiũ, sperãtiũ, diligentiũ. Hoc enim magnũ pietatis est sacramẽtum, quod manifestatũ est in carne, iustificatũ est in spiritu, apparuit angelis, prędicatũ est gentib⁹, creditum est in mundo, assumptũ est in gloria. Ab illo ergo mittit dei uerbũ, cuius est uerbũ. Ab illo mittitur de quo natũ est. Mittit qui genuit, mittit quod genitũ est. Et tũc unicuiq; mittit, cũ à quoq; cognoscitur atq; percipit quãtum cognosci & percipi potest pro captu, uel proficiẽtis in deũ, uel perfectæ in deo animæ ratiõalis. Nõ ergo eoipso quo de patre natꝰ est, missus dicit filius: Sed uel eo q̃ apparuit huic mũdo uerbũ caro factum: Vnde dicit, Exiui à patre & ueni in hũc mundũ: Vel eo q̃ ex tẽpore cuiusq; mẽte percipit, sicut dictum est, Mitte illã ut mecũ sit, & mecũ laboret. Quod ergo natũ est ab ęterno, ęternũ est. Candor est enim lucis æternæ. Quod aũt mittit ex tẽpore, à quoq; cognoscit. Sed cũ in carne manifestatus est filius dei, in hunc mundũ missus est in plenitudine temporis, factꝰ ex fœmina. Quia enim in sapiẽtia dei nõ poterat mũdus cognoscere per sapientiã deũ, quoniã lux lucet in tenebris, & tenebrę eam non cõprehenderũt, placuit per stultitiã prædicatiõis saluos facere credẽtes, ut uerbũ caro fieret & habitaret in nobis. Cũ autẽ ex tẽpore cuiusq; prosectus mẽte percipit, mitti quidẽ dicitur sed nõ in hunc

Ioan. 14

Mittẽs et missus æquales Cap. XX

A

B

C

D

1 sent. dist. 16 cap. sed prius quæ

1 sent. dist. 16 cap. sed prius quæ

hunc mũdum. Neq; enim sensibiliter apparet, id est, corporeis sensib. præsto est. Quia & nos secũdum quod mẽte aliquid æternũ quãtũ possumus capimus, nõ in hoc mũdo sumus. Et omniũ iustorum spiritus, etiã adhuc in hac carne uiuentiũ, inquantũ diuina sapiũt, non sunt in hoc mũdo. Sed pater cũ ex tempore à quoquã cognoscit, nõ dicitur missus: Non enim habet de quo missus sit, aut ex quo procedat. Sapientia quippe dicit: Ego ex ore altissimi prodiui. Et de spiritusancto dicitur, à patre procedit, pater uero à nullo. Sicut ergo pater genuit, filius genitus est, ita pater misit, filius missus est. Sed quemadmodum qui genuit et qui genitus est, ita & qui misit et qui missus est unum sunt, quia pater & filius unũ sunt: Ita etiã spũsanctus unũ cũ eis est, quia hæc tria unũ sunt. Sicut enim natũ esse est filio à patre esse, ita mitti est filio, cognosci quod ab illo sit. Et sicut spirituisancto donũ dei esse est à patre procedere, ita mitti est cognosci q̃ ab illo, ꝓcedat. Nec possumus dicere q̃ spũsanctus et à filio non ꝓcedat: Neq; fruſtra idẽ spiritus & patris & filij spiritus dicit. Nec uideo quid aliud significare uoluerit, cum sufflans in faciem discipulorum, ait, Accipite spiritũsanctum. Neq; enim flatus ille corporeus, cũ sensu corpora liter tangẽdi, ꝓcedens ex corpore, substantia spiritussancti fuit, sed demõstratio per cõgruam significationẽ, nõ tantũ à patre, sed & à filio, ꝓcedere spiritumsanctũ. Quis enim demẽtissimus dixerit, aliũ fuisse spiritũ quem sufflans dedit, et alium quẽ post ascensionẽ suam misit? Vnus enim spiritus, est spiritus dei, spiritus patris & filij, spũsanctus qui operat omnia in omnibus. Sed quod bis datus est, dispensatio certe significationis fuit, de qua suo loco quãtũ dominus dederit disseremus. Quod ergo ait dominus, Quẽ ego mittã uobis à patre: ostendit spiritũ & patris et filij: quia etiã cũ dixisset, quẽ mittet pater: addit, in nomine meo: nõ tamen dixit: quẽ mittet pater à me: quẽadmodum dixit, quẽ ego mittã uobis à patre: uidelicet ostẽdens quod totius diuinitatis, uel si melius dicit, deitatis, principiũ pater est. Qui ergo à patre procedit & filio, ad eum refert à quo natus est filius. Et quod dicit Euãgelista, Spiritus nõdum erat datus, quia Iesus nondũ erat clarificatus: quomodo intelligit, nisi quia certa illa spũsanctũ datio uel missio post clarificationem Christi futura erat qualis nũquã antea fuerat. Neq; enim antea nulla erat, sed talis nõ fuerat. Si enim antea spiritussanctus nõ dabat quo impleti Prophetę locuti sunt, cũ apte scriptura dicat, & multis locis ostendat spiritumsancto eos locutos fuisse: cũ et de Ioanne Baptista dictũ sit, Spiritusancto replebit iam inde ab utero matris suæ: & spiritusancto repletus Zacharias inuenit pater eius, ut de illo talia diceret: & spiritusancto Maria, ut talia de domino quem gestabat utero prædicaret: spiritusancto Symeõ & Anna, ut magnitudinẽ Christi parauli agnoscerẽt: quomodo ergo spiritus nõdum erat datus, quia Iesus nondũ erat clarificatus nisi quia illa datio, uel donatio, uel missio spũsancti

habitura erat quãdam proprietatẽ suã in ipso aduentu, qualis antea nunquã fuit? Nusquã enim legimus, linguis quas non nouerãt homines locutos, ueniẽte in se spiritusancto, sicut tunc factũ est, cum oporteret eius aduentũ signis sensibilib. demonstrari, ut ostenderet totum orbẽ terrarũ atq; omnes gẽtes in linguis uarijs cõstitutas, credituras in Christũ per donũ spiritussancti, ut impleret quod in Psalmo canit, Nõ sunt loquelæ neq; sermones, quorũ non audiantur uoces eorũ: In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrę uerba eorũ. Verbo itaq; dei ad unitatẽ personę copulatus, & quodãmodo cõmixtus est homo, cũ ueniente plenitudine tẽporis missus est in hũc mundum, factus ex fœmina filius dei, ut esset & filius hominis, ꝓpter filios hominũ. Hanc personã angelica natura figurare antea potuit ut prænuncia ret, nõ expropriare ut ipsa esset. De sensibili aũt demõstratione spũsancti, siue per colũbæ speciẽ, siue per linguas igneas, cũ eius substantiã patri et filio coęternã, pariterq; incõmutabilem subdita & seruiẽs creatura tẽporalib. motibus & formis ostẽderet, cũ ad eius personę unitatem, sic ut caro quod uerbũ factũ est nõ copularet, non audeo dicere nihil tale factũ esse antea. Sed planẽ fidenter dixerim, patrẽ & filium & spiritũsanctum unius eiusdẽq; substantiæ, deũ creatorẽ, trinitatẽ omnipotentẽ inseparabiliter operari, sed ita non posse per longe imparẽ maximeq; corporeã creaturã inseparabiliter demonstrari, sicut per uoces nostras quę utiq; corporaliter sonãt, nõ possunt pater & spũsanctus, nisi suis & proprijs interuallis temporũ certa separatione distinctis, quæ suæ cuiusq; uocabuli syllabæ occupãt, nominari. In sua quippe substãtia qua sunt tria, unũ sunt pater & filius & spũsanctus, nullo tẽporali motu super omnem creaturã idipsum sine ullis interuallis tẽporum uel locorũ, & simul unũ atq; idem ab æternitate in ęternitatẽ, tanq; ipsa æternitas quę sine uetitate & charitate nõ est. In meis aũt uocib. separati sunt pater et filius et spũsanctus, nec simul dici potuerũt, & in literis uisibilib. sua separatim locorũ spacia tenuerũt. Et quemadmodũ cum memoriã meam & intellectũ & uoluntatẽ nomino, singula quidem nomina ad res singulas referunt, sed tamẽ ab omnib. tribus singula facta sunt: nullum enim horũ trium nominũ est, quod nõ & memoria & intellectus & uolũtas mea simul operata sint: Ita trinitas simul opata est, & uocẽ patris, & carnẽ filij, & columbam spũsancti, cũ ad singulas personas hæc singula referant. Qua similitudine utcũq; cognoscit inseparabilẽ in seipsa trinitatẽ per uisibilis creaturę speciẽ separabiliter demõstrari, & inseparabilem trinitatis operationẽ, etiã in singulis esse rebus, quę uel ad patrẽ, uel ad filiũ, uel ad spiritũsanctũ demõstrandũ, ꝓprie pertinere dicunt. Si ergo à me quærit, quomõ factæ sint uel uoces uel sensibiles formæ atq; species ante incarnationẽ uerbi dei quæ hoc futurũ præfigurarent, per angelos ea deũ operatũ esse respondeo, quod etiã scripturarũ sanctarum testimonijs

Ioan. 15

Ioan. 7

Ecclí. 24

3 sent. dist. 1 diligenter

Ioan. 10 3 sent. dist. 18 Christum uero

1 sent. dist. 15 Augustinus

1 sent. dist. 15 Augustinus

1 sent. dist. 16 cap. quod

Psal. 18

Commixtus

De sensibili demõstratiõe, sancti spiritus, & de cœterorum tis. Ca. XXI

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantū existimo satis ostēdi. Si aūt quęrīt ipsa incarnatio quomodo facta sit, ipsum uerbū dei di- A
co carnē factum, id est hominē factum, nō tamen
in hoc quod factū est cōuersum atq; mutatum: ita
sanè factum, ut ibi sit nō tantū uerbū dei, & homi
nis caro, sed etiā rationalis hominis anima, atque
hoc totū & deus dicaī propter deū & homo pro
pter hominē. Quod si difficile intelligīt, mēs fide
purgēt, magis magisq; abstinēdo à peccatis, et be
ne operādo & orando cū gemitu desideriorū san
ctorū, ut per diuinū adiutoriū proficiendo, & in
telligat, & amet. Si autē quærīt post incarnatio
nem uerbi, quomodo facta sit uox patris, uel spe
cies corporalis qua spūssanctus demōstratus est,
per creaturā quidem facta ista nō dubito: sed utrū
tantūmodo corporalem atq; sensibilē: an adhibi
to spiritu etiā rationali uel intellectuali, hoc enim B
quibusdam placuit appellare, quod Græci dicūt
νοερόν: nō quidem ad unitatē personæ (quis enim
hoc dixerit, ut quicqd illud est creaturę per quod
sonuit uox patris, ita sit deus pater, aut quicquid
illud est creaturę in quo per colūbę speciē uel per
igneas linguas spūssanctus demōstratus est, ita sit
spūssanctus, sicut est dei filius homo ille qui de uir
gine factus est?) sed tantūmodo ad ministeriū per
agēdæ significatiōis, sicut oportuisse deus iudica
uit: an aliquid aliud intelligendū sit, inuenire diffi
cile est, & temere affirmare nō expedit. Quomo
do tamē ista sine rationali uel intellectuali creatu
ra potuerint fieri, nō uideo. Neq; adhuc locus est
explicare, cur ita sentiā, quātū uires dominus de
derit. Prius enim sunt discutiēda & refellenda hę C
reticorū argumenta, quę nō ex diuinis libris, sed
ex ratiōib. suis proferūt, quibus se uehemēter co
gere arbitrantī, testimonia scripturarū quę de pa
tre & filio & spiritusancto sunt, ita esse intelligen
da ut ipsi uolunt. Nūc autē non ideo minorē filiū
quia missus est à patre, nec ideo minorē spiritūsan
ctum quia & pater eum misit et filius, sufficienter
1 sent. dist. 25 quantū arbitror demōstratū est. Siue ēm, ppter ui
c. ideoq; pu. sibilē creaturā, siue potius, ppter principij cōmen
dationē, nō propter inequalitatē uel imparilitatē
uel dissimilitudinē substātię in scripturis hęc posi
ta intelligunt: quia etiāsi uoluisset deus pater per
subiectā creaturā uisibiliter apparere, absurdissi
me tamē aut à filio quē genuit, aut à spiritusancto
1 sent. dist. 1 qui de illo, pcedit, missus dicerēt. Iste igīt sit huius D
c. diligētērue uoluminis modus, deinceps in cæteris adiuuāte
domino, illa hæreticorū uersutissima argumenta
qualia sint et quēadmodū redarguant uidebimꝰ.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER V.

De deo quo/modo cogitan/dum. Cap. I

INC iam exordiēs ea dicere quę di
ci ut cogitant uel ab homine aliquo
H uel certe à nobis nō omnimodo pos
sunt: quāuis & ipsa nostra cogitatio,
cū de dei trinitate cogitamus, longe
se illi de quo cogitat, imparē sentiat, neq; ut est eū
capiat, sed ut scriptū est, etiā à tātis quantus Pau-
lus Apostolus hic erat, per speculū & in ænigma
te uideat: primum ab ipso domino deo nostro de
quo semp cogitare debemus, & de quo digne co
gitare non possumus, cui laudando reddenda est
omni tēpore benedictio, & cui enunciando nulla
cōpetit dictio, & adiutoriū ad intelligēda atq; ex
plicanda quę intēdo, & ueniā precor si cubi offen
do. Memor sum enim, nō solum uoluntatis, uerū
etiā infirmitatis meæ. Ab his etiā qui ista lecturi
sunt ut ignoscāt peto, ubi me magis uoluisse q̄ po
tuisse dicere aduerterint, quod uel ipsi melius in
telligūt, uel, ppter mei eloquij difficultatē non in
telligūt, sicut ego eis ignosco ubi, ppter suā tardi
tatē me intelligere nō possunt. Facilius enim no
bis inuicē ignoscimus, si nouerimus, aut certe cre
dendo firmū tenuerimus, ea quę de natura incō
mutabili & inuisibili, summeq; uiuētę ac sibi suffi
ciēte dicunt, nō ex cōsuetudine uisibiliū atq; mu
tabiliū & mortaliū uel egenarū rerū esse metiēda:
sed cū in his etiā quę nostris corporalib. adiacent
sensibus, uel quod nosipsi in interiore homine su
mus, sciētia cōprehendēdis laboremus nec suffi
ciamus, nō tamē impudēter in illa quę supra sunt
diuina & ineffabilia, pietas fidelis ardescit, non
quā suarū uirtū inflat arrogātia, sed quā gratia ip
sius creatoris & saluatoris inflammat. Nam quo
intellectu deū capit homo, qui ipsum intellectum
suū quo eū uult capere nōdum capit? Si aūt hunc
iam capit, attēdat diligēter nihil eo esse in sua na
tura melius, & uideat utrū ibi uideat ulla liniamē
ta formarū, nitores colorū, spatiosam granditatē,
partiū distantiā, molis distensionē, aliquas per lo
corū interualla motiones, uel quid eiusmodi. Ni
hil certe istorū inuenimus in eo, quo in natura no
stra nihil melius inuenimus, id est in nostro intel
lectu, quo sapientiā capimus quantū capaces su
mus. Quod ergo nō inuenimꝰ in meliore nostro,
nō debemus in illo quērere, quod lōge melius est
meliore nostro. Vt sic intelligamus deū si possu
mus, quantū possumus sine qualitate bonū, sine
quātitate magnū, sine intelligētia creatorē, sine lo
tu presentē, sine habitu omnia cōtinentē, sine loco
ubiq; totū, sine tēpore sempiternū, sine ulla sui mu
tatiōe mutabilia facientē, nihilq; patientē. Quis
quis deū ita cogitat, etsi nondū potest omnino in
uenire quid sit, pie tamē cauet, quantū potest, ali
quid de eo sentire quod nō sit. Est tamē sine du
bitatiōe substātia, uel si melius hoc appellāt esten
tia, quā Greci οὐσίαν uocāt. Sicut enim ab eo quod
est sapere, dicta est sapiētia, & ab eo quod est scī
re, dicta est sciētia, ita ab eo quod est esse, dicta est
essentia. Et quis magis est, q̄m ille qui dixit famulo
suo Moysi, Ego sum qui sum: & dices filijs Israel,
Qui est misit me ad uos? Sed alię quę dicunt essen
tiæ siue substātię capiūt accidentia, quibus in eis
fiat uel magna uel quantacūq; mutatio. Deo aūt
aliquid eiusmodi accidere nō potest, & ideo sola
est incōmutabilis substātia uel essentia, quę deus
est, cui, pfecto ipsum esse unde essentia nominata
est, maxime ac uerissime cōpetit. Quod enim mu
tarī, nō seruat ipsum esse, & quod mutari potest,
etiam

De genitū & ingeniti uoc. Aug. Cap. III

etiāsi nō mutetur, potest quod fuerat nō esse: ac per
hoc illud solū quod nō tantū non mutarī, uerūetiā A
mutari omnino nō potest, sine scrupulo occurrit
quod uerissime dicatur esse. Quamobrē ut iam
etiā de ijs quę nec dicunt ut cogitant, nec cogitā
tur ut sunt, respōdere incipiamus fidei nostrę ad
uersarijs: inter multa quæ Ariani aduersus catho
licam fidem solent disputare, hoc sibi maxime cal
lidissimū machinamentū, pponere uident cum di
cunt: Quicquid de deo dicit uel intelligit, non se
cundū accidens sed secūdū substantiā dicit. Qua
propter ingenitū esse patri secūdum substantiam
est, & genitū esse filio secūdum substantiā est. Di
uersum est aūt ingenitū esse, & genitū esse, diuer
sa est ergo substantia patris & filij. Quibus respō
demus: Si quicqd de deo dicit secūdum substan
tiam dicit, ergo quod dictū est, Ego & pater unū B
sumus: secūdum substantiā dictū est. Vna est igit
substātia patris & filij. Aut si hoc nō secundū sub
stantiā dictū est, dicit ergo aliquid de deo non se
cundū substantiā, & ideo iam nō cogimur secun
dum substantiā intelligere ingenitū & genitū. Itē
dictum est de filio, Non rapinā arbitratus est esse
æqualis deo: quærimus secundū quid æqualis? Si
enim nō secundū substantiā dicit æqualis, admit
tunt ut dicaī aliquid de deo, nō secundū substan
tiā. Admittāt ergo nō secundū substantiā dici in
genitū & genitū. Quod si, ppterea non admittūt,
quia omnia de deo secundum substantiā dici uo
lunt, secundum substantiā filius æqualis est patri.

Accidens aūt nō solet dici, nisi quod aliqua mu
tatiōe eiꝰ rei cui accidit amitti potest. Nā etsi quę C
dam dicunt accidentia inseparabilia quę Græce
appellant ἀχώριστα, sicut est plumę corui color ni
ger, amittit eū tamē, non quidem quādiu pluma
est, sed quia nō semper est pluma. Quapropter ip
sa materies mutabilis est, et ex eo quod desinit es
se illud animal, uel illa pluma, totūq; illud corpus
in terrā mutat & uertit, amittit utiq; etiā illum co
lorē. Quāuis & accidens quod separabile dicit,
nō separatione, sed mutatione amittat, sicuti est
capillis hominum nigritudo, quoniā dum capilli
sunt possunt albescere, separabile accidens dicit.
Sed diligēter intuētibus satis apparet, nō separa
tione quasi emigrare aliquid à capite dum cane
scit, ut nigritudo inde cādore succedēte discedat
& aliquo eat, sed illam qualitatē coloris ibi uerti D
atq; mutari. Nihil itaq; accidēs in deo, quia nihil
mutabile aut amissibile. Quod si & illud dici acci
dens placet, quod licet nō amittat, minuit tamen
uel augeī, sicuti est animę uita: nam et quādiu ani
ma est tādiu uiuit, & quia semp anima est semp ui
uit, sed quia magis uiuit cū sapit, minusq; cū desi
pit, sit etiā hic aliqua mutatio, nō ut desit uita, si
cut nec deest insipiēti sapiētia, sed ut minꝰ sit: nec
tale aliquid in deo sit quia omnino incōmutabi
lis manet. Quamobrē nihil in eo secūdū accidēs
dicit, quia nihil ei accidit, nec tamen omne quod
dicit secūdum substantiā dicit. In rebus aūt crea
tis atq; mutabilib. quod nō secundū substantiā di
cit, restat ut secundū accidens dicat. Omnia em

Accidens non competit in deo. Cap. IIII

accidunt eis, quę uel amitti possunt uel minui, &
magnitudines & qualitates, & quod dicit ad ali
quid, sicut amicitiæ, propinquitates, seruitutes, si
militudines, æqualitates, & si qua huiusmodi, & si
tus & habitus, & loca & tēpora, et opera atq; pas
siones. In deo aūt nihil quidē secūdum accidēs Relatiuū non
dicit, quia nihil in eo mutabile est, nec tamē om- accidens. V
ne quod dicit, secūdum substantiā dicit. Dicitur
enim ad aliquid, sicut pater ad filiū, & filius ad pa
trē, quod nō est accidēs: quia & ille semp pater, et
ille semp filius, & nō ita semper quasi ex quo na
tus est filius, ut ex eo quod nunquā desinat esse fi
lius, pater nō desinat esse pater, sed ex eo qđ sem
per natꝰ est filius nec cœpit unq̄ esse filius. Quod
si aliquādo esse cœpisset, aut aliquādo esse deline
ret, filius secūdum accidēs diceret. Si uero quod
dicit pater ad seipsum diceret nō ad filiū, et quod
dicit filius ad seipsum diceret non ad patrē, secū
dum substantiā diceret & ille pater & ille filius.
Sed quia & pater nō dicit pater nisi ex eo quod 1 sen. dist. 26
est ei filius, et filius nō dicit nisi ex eo quod habet c. quo circa
patrē, nō secūdum substantiam hæc dicunt: quia
nō quisq; eorū ad seipsum sed adinuicē atq; ad al
terutrū ista dicunt: neq; secūdū accidens, quia &
quod dicit pater, & quod dicit filius, æternū atq;
incōmutabile est eis. Quāobrē q̄uis diuersum sit 1 sen. dist. 18
patrē esse & filiū esse, nō est tamē diuersa substan c. præterea
tia, quia hæc nō secundū substantiā dicunt, sed se
cundū relatiuū, quod tamē relatiuū nō est accidēs
quia nō est mutabile. Si aūt huic sic putāt resistē An ingenitus
dū esse sermoni, quod pater quidē ad filiū dicit, quod pater di
& filius ad patrē, ingenitus tamē & genitus ad sei citur, possit in
psos dicunt, nō ad alterutrū: nō enim hoc est dice ter illa acci
re ingenitū quod est patrē dicere: quia etsi filiū nō pi quæ ad sei
genuisset, nihil ꝓhiberet eū dicere ingenitū: & si psum & sub
gignat quisq; filiū, nō ex eo ipse ingenitꝰ est: quia stantialiter di
geniti homines ex alijs hominib. gignūt & ipsi a- cuntur. VI
lios. Inquiūt ergo, pater ad filiū dicit, & filius ad
patrē, ingenitus aūt ad seipsum, & genitus ad sei
psum dicit: Et ideo si quicquid ad seipsum dicit
secundū substantiā dicit, diuersum est aūt ingeni
tum esse & genitū esse, diuersa igit substantia est.
Hoc si dicūt nō intelligūt de ingenito quidem ali
quid se dicere quod diligentius pertractandū sit,
quia nec ideo quisq; pater quia ingenitus, nec in
genitꝰ ideo quia pater, & ppterea nō ad aliquid,
sed ad se dici putat ingenitus: genitum uero mira
cęcitate nō aduertūt dici nō posse, nisi ad aliquid.
Ideo q̄ppe filius quia genitus, & quia filius utiq; 1 sen. dist. 27
genitus. Sicut aūt filius ad patrē, sic genitus ad ge c. hic non est
nitorē refert, & sicut pater ad filiū, ita genitor ad
genitū. Ideoq; alia notio est qua intelligitur geni
tor, alia qua ingenitus. Nā quāuis de patre deo u
trūq; dicaī, illud tamē ad genitū, id est, ad filiū di
cit, quod nec illi negāt: hoc autē quod ingenitus
dicit, ad seipsum dici perhibēt. Dicūt ergo: Si ali
quid ad seipsum dicit pater, quod ad seipsum di
ci nō potest filius, & quicquid ad seipsum dicit,
secundū substantiā dicit, & ad seipsum dicit inge
nitus, quod dici nō potest filius, ergo secūdū sub
stantiā dicit ingenitus, quod filius quia dici non

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest,non eiusdē est substantiæ. Cui uersutiæ re
spōdetur ita, ut ipsi cogant dicere secūdum quid
sit æqualis patri filius, utrū secundū id quod ad se
dicit, an secūdum id quod ad patrē dicitur. Non
enim secūdum id quod ad patrē dicit, quoniā ad
patrem filius dicit, ille autem non filius, sed pater
est: Quia nō sic ad se dicūtur pater & filius, quo-
modo amici aut uicini. Relatiue quippe amicus
dicitur ad amicū. Et si æqualiter se diligūt, eadem
in utroq; amicitia est. Et relatiue uicinus dicit ad
uicinū, & quia æqualiter sibi uicini sunt, quātum
enim iste illi, tantum & ille huic uicinat, eadem in
1 sent. dist. 31 cap. 1 utroq; uicinitas. Quia uero filius nō ad filiū rela-
tiue dicit, sed ad patrē, nō secundū hoc q; ad pa-
trem dicit, æqualis est filius patri, restat ut secun-
dum id equalis sit, quod ad se dicit. Quicquid au
1 sen. dist. 20 cap. 1. in fine tem ad se dicit, secūdum substantiā dicit. Restat
ergo ut secundū substantiā sit æqualis. Eadem est
igit utriusq; substātia. Cū uero ingenitus dicitur
pater, nō quid sit, sed quid nō sit dicitur. Cum au
tem relatiuū negatur, nō secundū substantiam ne
gatur, quia ipsum relatiuū non secūdum substan-
Negatio addita non mutat prædicamentum. Ca. VII tiam dicit. Hoc exemplis planū faciendum est.
Ac primū uidendum est hoc significari cum dici
tur genitus, quod significat cum dicit filius. Ideo
enim filius, quia genitus, & quia filius, utiq; geni
tus. Quod ergo dicitur ingenitus, hoc ostenditur
quod nō sit filius: sed genitus et ingenitus, com-
mode dicunt, filius autē Latine dicit, sed infilius
ut dicat nō admittit loquēdi cōsuetudo. Nihil ta
men intellectui demit si dicat non filius, quemad
modū etiam si dicat non genitus, pro eo quod di C
cit ingenitus, nihil aliud dicit. Sic em & uicinus
& amicus relatiue dicunt, nec tamen potest inui-
1 sent. dist. 28 cap. 1 cinus dici quomodo dicit inimicus. Quamobrē
nō est in rebus cōsiderandū quid uel sinat uel nō
sinat dici usus sermōis nostri, sed quis rerū ipsarū
intellectus eluceat. Non ergo iam dicamus inge-
nitū quāuis dici Latine possit, sed pro eo dicamus
nō genitū, quod tantū ualet. Nō ergo aliud dici-
mus q; non filiū. Negatiua porrò ista particula nō
id efficit, ut quod sine illa relatiue dicit, eadē præ
posita substantialiter dicat: sed id tantū negatur,
quod sine illa aiebat, sicut in ceteris prædicamen
tis: uelut cū dicim⁹, homo est, substantiā designa-
mus. Qui ergo dicit, nō homo est, nō aliud genus
prædicamēti enūciat, sed tantū illud negat. Sicut D
ergo secūdum substantiā aio, homo est, sic secun-
dum substantiā nego cum dico, nō homo est. Et
cum quæritur, quātus sit, & aio quadrupedalis est,
id est quatuor pedū, secundū quantitatē aio: qui
dicit nō quadrupedalis est, secūdum quātitatem
negat. Cādidus est, secundū qualitatē aio: nō can
didus est, secūdum qualitatē nego. Propinquus
est, secundum relatiuum aio: nō propinquus est,
secundum relatiuū nego. Secundū situ aio, cum
dico iacet: secundū situm nego, cum dico non ia-
cet. Secundū habitū aio, cum dico armatus est: se
cundū habitū nego, cū dico nō armatus est. Tan-
tundem aūt ualet si dicam inermis est. Secūdum
tēpus aio, cū dico hesternus est: secundū tempus
nego, cū dico nō hesternus est. Et cū dico Romæ
est, secundū locū aio: & secūdum locū nego, cum A
dico non Romæ est. Secundū id quod est facere
aio, cum dico cædit: si autē dicam nō cędit, secun-
dum id quod est facere nego, ut ostēdam nō hoc
facere. Et cū dico uapulat, secundū prædicamen-
tū aio quod pati uocat: & secūdum id nego, cū di
co nō uapulat. Et omnino nullū prędicamenti ge
nus est secundū quod aliquid aiere uolumus, nisi
ut secundū idipsum prędicamentū negare cōuin
camur, si præponere negatiuā particulam uoluc-
rimus. Quę cum ita sint, si substātialiter aierē, di-
cendo filius, substātialiter negarē, dicendo nō fi-
lius. Quia uero relatiue aio, cū dico filiꝰ est: ad pa
trē enim refero: relatiue nego si dicā, nō filius est:
Ad parentē enim eandē negationē refero, uolēs
B ostendere quod ei parēs nō sit. At si quantū ualet
quod dicit filius tantundē ualet quod dicit geni-
tus, sicut prælocuti sumus, tantundem ergo ualet
quod dicit non genitus, quantū ualet quod dicit
nō filius. Relatiue aūt negamus dicēdo nō filius,
relatiue igit negamus dicēdo, nō genitus. Ingeni
tus porrò quid est nisi nō genitus: Nō ergo rece-
dit a relatiuo prędicamēto, cū ingenitus dicit. Si
cut enim genitus non ad seipsum dicit, sed quod
ex genitore sit: ita cū dicit ingenitus, non ad seip-
sum dicit, sed quod ex genitore nō sit ostendit. In
eodē tamē prędicamēto quod relatiuū uocat, u-
traq; significatio uertit. Quod aūt relatiue pronū
ciat, nō indicat substantiā. Ita q̄uis diuersum sit
genitus & ingenitus, nō indicat diuersam substā-
tiā: quia sicut filius ad patrē, & nō filius ad nō pa
trē refert: ita genitus ad genitorē, & nō genitus
ad nō genitorē referat necesse est. Quapropter
illud præcipue teneamus, quicquid ad se dicit præ
stantissima illa & diuina sublimitas substātialiter
dici, quod aūt ad aliquid, nō substātialiter sed re-
latiue: tantāq; uim esse eiusdē substātię in patre et
filio & spūsancto, ut quicquid de singulis ad seip-
sos dicit, nō pluraliter in summa sed singulariter
accipiat. Quemadmodū em̄ pater deus est, & fi-
lius deus est, & spūssanctus deus est, quod secun-
dum substantiā dici nemo dubitat, nō tamen tres
deos, sed unū deū dicimus eandē ipsam præstan-
tissimā trinitatē: Ita magnus pater, magnus filius,
magnus spiritussanctus, non tamen tres magni,
sed unus magnus. Non enim de patre solo, sicut
illi peruerse sentiūt, sed de patre & filio & spiritu
sancto scriptū est, Tu es deus solus magnus: et bo
nus pater, bonus filius, bonꝰ spiritussanctus, nec
tres boni, sed unus est bonus, de quo dictū est: Ne Luc. 18
mo bonus nisi solus deus. Et enim dns Iesus, ne
ab illo qui dixerat, magister bone, tanq; hominē
cōpellans, secundū hominē tantūmodo intellige
ret, ideo nō ait: Nemo bonus nisi solus pater, sed 1 sen. dist. 27 c. cū scimus
nemo bonus nisi solus deus: in patris enim nomi
ne, ipse per se pater, pnunciat, in dei uero & ipse
& filius & spūssanctus, quia trinitas unus deꝰ. Si
tus uero & habitꝰ & loca & tēpora, nō, pprie sed
trāslate, ac per similitudines dicunt in deo. Nam
& sedere sup cherubin dicit; quod ad situ dicit.

Et

Et abyssum tanq; uestimētum amictus: quod ad
habitū. Et anni tui nō deficiēt: quod ad tēpus. Et
A si ascēdero in cœlū tu ibi es: quod ad locū. Quod
autē ad faciendū attinet, fortassis de solo deo ue-
rissime dicat. Solus enim deus facit et ipse nō fit,
1 sen. dist. 22 c. sciendum est neq; patit quantū ad eius substātiā pertinet qua
deus est. Itaq; omnipotēs pater, omnipotēs filius,
omnipotēs spiritussanctus, nec tamen tres omni-
potētes, sed unus omnipotēs: Ex quo omnia, per
quē omnia, in quo omnia, ipsi gloria. Quicquid
ergo ad seipsum dicit deus, & de singulis perso-
nis singulariter dicit, id est, de patre & filio & spi
1 sen. dist. 22 c. deus enim ritussancto, et simul de ipsa trinitate, nō pluraliter
sed singulariter dicitur. Quoniā quippe nō aliud
est deo esse, & aliud magnū esse, sed hoc idem illi
est esse quod magnum esse, ꝓpterea sicut nō dici
mus tres essentias, sic nō dicimus tres magnitudi B
nes, sed unā essentiā & unā magnitudinē. Essen-
tiam dico, quæ οὐσία græce dicit, quā usitatius sub
stantiam uocamus. Dicūt quidem & illi hypostа
sim, sed nescio quid uolunt interesse inter usiā &
hypostasim: Ita ut pleriq; nostri qui hęc græco tra
Tres personæ tres proprie dicuntur. IX ctant eloquio dicere cōsueuerint μίαν οὐσίαν, τρεῖς
ὑποστάσεις, quod est Latine, unā essentiā, tres sub-
stantias. Sed quia nostra loquendi cōsuetudo
iam obtinuit, ut hoc intelligat, cū dicimus essen-
tiam, quod intelligit cum dicimus substantiā, nō
audemus dicere unā essentiā tres substantias, sed
unam essentiā uel substantiā, tres autē personas,
quemadmodū multi Latini ista tractantes & di-
gni autoritate dixerūt, cum aliū modū aptiorem
non inuenirēt quo enunciarent uerbis quod sine C
uerbis intelligebāt. Reuera enim cū pater nō sit fi
lius, et filius nō sit pater, et spiritussanctus ille qui
etiā donum dei uocat, nec pater sit nec filius, tres
utiq; sunt. Ideoq; pluraliter dictū est: Ego & pater
unū sumus. Non enim dixit, unū est, quod Sabel-
liani dicūt, sed unū sumus. Tamē cū quærit quid
Aliter magnꝰ deus dicitur, aliter mōs. X tres, magna prorsus inopia humanū laborat elo-
quiū. Dictū est tamen tres personæ, nō ut illud di
cerēt, sed ne tacerēt. Sicut ergo nō dicimus tres
essentias, ita nō dicimus tres magnitudines, neq;
tres magnos. In rebus enim quæ participatione
magnitudinis magnæ sunt, quibus est aliud esse,
aliud magnas esse, sicut magna domꝰ, et magnus
mōs, et magnus animus, in his ergo reb. aliud est
magnitudo, aliud quod ab ea magnitudine ma- D
gnū est, &, prsus nō hoc est magnitudo quod est
magna domus. Sed illa est uera magnitudo qua
non solū magna est domus quę magna est, et qua
magnus est mons quisquis magnus est, sed etiam
qua magnū est quicquid aliud magnum dicit: ut
aliud sit ipsa magnitudo, aliud ea quæ ab illa ma
1 sen. dist. 27 c. cū scimus 1 sen. dist. 22 c. deus enim gna dicunt. Quę magnitudo utiq; primitus ma-
gna est, multoq; excellentius q̄ ea quę participa-
tione eius magna sunt. Deus aūt quia non ea ma-
gnitudine magnus est quæ non est quod ipse, ut
quasi particeps eius sit deus cū magnus est: alio-
quin illa erit maior magnitudo q̄ deus, deo autē
non est aliquid maius. Ea igit magnitudine ma-
gnus est qua ipse est eadē magnitudo. Et ideo si-
cut non dicimus tres essentias, sic nec tres magni

tudines: hoc est enim deo esse quod magnū esse.
A Eadē causa nec magnos tres dicimus, sed unū ma
gnū, quia nō participatione magnitudinis deus
magnus est, sed seipso magno magnus est: quia i-
pse sua est magnitudo. Hoc & de bonitate, & de
ęternitate, & de omnipotētia dei dictū sit, omni-
busq; omnino prędicamētis quę de deo possunt
pronūciari, quod ad seipsum dicit, nō trāslate ac
per similitudinē sed proprie, si tamē de illo, pprie
aliquid dici ore hominis potest. Quæ aūt pro- De personis quæ proprie quæ cōmuni-ter prædicantur. Cap. XI
prie singula in eadē trinitate dicunt, nullo modo
ad seipsa, sed adinuicē, aut ad creaturam dicūtur,
& ideo relatiue nō substantialiter ea dici manife-
stum est. Sicut enim trinitas unus deus dicit, ma-
gnus, bonus, ęternus, omnipotēs, idemq; ipse sic
sua dici potest deitas, ipse sua magnitudo, ipse
sua bonitas, ipse sua ęternitas, ipse sua omnipotē-
tia: nō sic potest dici trinitas pater, nisi forte trās-
late ad creaturā, ꝓpter adoptionē filiorū. Quod 1 sent. dist. 16 ca. homo uero
enim scriptū est, Audi Israel, dns deus tuus, deus Deut. 6
unus est, non utiq; excepto filio, aut excepto spi-
ritusancto oportet intelligi, quem unum dominū
deum nostrū recte dicimus, etiā patrē nostrū per
gratiā suam nos regenerantē. Trinitas autē filius 1 sen. dist. 16 c. quæri potest
nullo modo dici potest. Spiritus uero sanctus se-
cundū quod scriptū est, Quoniā deus spiritus est:
potest quidē uniuersaliter dici, quia & pater spi-
ritus, & filius spiritus, & pater sanctus, & filius
sanctus. Itaq; pater & filius & spūssanctus, quo- Ioan. 4
niam unus deus, & utiq; deus sanctus est, & deus
spiritꝰ est, potest appellari trinitas et spūssanctus.
Sed tamē ille spūssanctus qui nō trinitas, sed in tri 1 sent. dist. 26 c. ita etiam de spiritusancto et dist. 18. ca. donum
nitate intelligit, in eo quod proprie dicit spiritus
sanctus relatiue dicit, cum & ad patrē & ad filiū
refert, qui spūssanctus et patris & filij spiritus est:
sed ipsa relatio nō apparet in hoc nomine, appa-
ret aūt cum dicit, donū dei. Donū enim est patris
& filij, quia & à patre ꝓcedit, sicut dominus di-
cit, & quod Apostolus ait, Qui spiritū Christi nō
habet, hic non est eius: de ipso utiq; sanctoꝰ spiritu
ait. Donū ergo donatoris, & donator doni, cū di- 1 sen. dist. 18 c. donum uero
cimus, relatiue utrunq; adinuicē dicimus. Ergo 1 sen. dist. 26 c. quidē in fine
spiritussanctus ineffabilis est quædā patris filijq; 1 sen. dist. 26 c. ita etiam
communio, & ideo fortasse sic appellat, quia pa-
tri & filio potest eadē appellatio cōuenire. Nam
hoc ipse, ꝓprie dicitur, quod illi cōmuniter, quia
& pater spiritꝰ, & filius spiritus, & pater sanctus, 1 sen. dist. 31 c. quod autem
& filius sanctus. Vt ergo ex nomine quod utriq;
cōuenit, utriusq; cōmunio significet, uocat donū
amborum spūssanctus. Et hęc trinitas unus deus,
deus solus, bonus, magnus, æternus, omnipotēs:
Ipse sibi unitas, deitas, magnitudo, bonitas, omni
potētia. Nec mouere debet, quoniā diximus In relatiuis mutuis interdum desunt uocabula. Ca. XII
relatiue dici spiritūsanctū, nō ipsam trinitatē, sed
eum qui est in trinitate, quia nō ei uidet uicissim
respōdere uocabulum eius ad quē refertur. Non
enim sicut dicimus, seruū domini & dominū ser-
ui, filiū patris & patrē filij, quoniā ista relatiue di-
cunt, ita etiā hic possumus dicere. Dicimus enim
spiritum sanctū patris, sed non uicissim dicimus
patrē spiritussancti, ne filius eius intelligat spiri-
tussanctus. Item dicimus spiritūsanctum filij, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō dicimus filiū spūssanctī, ne pater eius intelligatur spūssanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit, ut nō inueniat uocabulū quo sibi uicissim respōdeāt quę ad se referunt. Quid em̄ tam manifeste relatiue dicitur q̄m pignus? Ad id quippe refert pignus cuius est pignus, et semper pignus alicuius rei pignus est. Nō ergo cū dicimus pignus patris & filij, possumus uicissim dicere, patrē pignoris aut filiū pignoris. At uero cū dicimus, donū patris & filij, nō quidem dicere possumus patrē doni, aut filiū doni, sed ut hęc sibi uicissim respondeāt, dicimus donū donatoris, & donatorē doni, quia hic potuit inueniri usitatū uocabulū, illic nō potuit. Dicit ergo relatiue pater, idēq; relatiue dicitur principiū, & si quid forte aliud, sed pater ad filiū dicit, principiū uero ad omnia quæ ab ipso sunt. Item dicit relatiue filius, relatiue dicit & uerbū & imago, Et in omnibus his uocabulis ad patrē refert. Nihil aūt horū pater dicitur. Et principiū dicit filius, cum enim diceret ei, Tu quis es? respōdit, Principiū qui & loquor uobis. Sed nunquid patris principiū? Creatorem se quippe ostēdere uoluit, cū se dixit esse principiū, sicut & pater principiū est creaturæ, eo quod ab ipso sunt omnia. Nam & creator relatiue dicitur ad creaturā, sicut dominus ad seruū. Et ideo cū dicimus, & patrē principiū, & filium principiū, nō duo principia creaturę dicimus, quia & pater & filius simul ad creaturā unum principiū est, sicut unus creator, sicut unus deus. Si aūt quicquid in se manet & gignit aliquid uel operat, principiū est ei rei quā gignit, uel ei quā operat, non possumus negare etiam spiritūsanctum recte dici principiū, quia non eum separamus ab appellatione creatoris. Et scriptū est de illo quod operet, & in se utiq; manēs operat. Non enim in aliquid eorū quę operat, ipse mutat & uertitur. Et quæ operatur, uide Apostolum, Vnicuiq; autē, inquit, datur manifestatio spiritus ad utilitatē. Alij quidem dat per spiritū sermo sapientię, alij sermo scientię secundū eundē spiritū, alteri aūt fides in eodē spiritu, alij donatio curationū in uno spiritu, alij operatio uirtutū, alij prophetia, alij dijudicatio spirituū, alij genera linguarū. Omnia autē hæc operat unus atq; idem spiritus, diuidens ppria unicuiq; prout uult, utiq; sicut deus. Quis enim tanta illa potest operari nisi deus? Idem autē deus qui operatur omnia in omnibus. Nam & sigillatim si interrogemur de spiritusancto, uerissime respōdemus, quod deus sit, & cū patre & filio simul unus deus est. Vnū ergo principiū ad creaturā dicitur deus, nō duo uel tria principia. Ad se autē inuicem in trinitate, si gignēs ad id quod gignit̄ principium est, pater ad filium principiū est, quia gignit eum. Vtrum aūt & ad spiritūsanctum principium sit pater, quoniā dictum est de patre procedit, nō parua quæstio est. Quia si ita est, non iam principiū ei tantū rei erit quā gignit aut facit, sed etiā ei quā dat. Vbi et illud elucescit, utpote quod solet multos mouere, cur nō sit filius etiā spūssanctus, cū et ipse à patre exeat, sicut in Euāgelio legitur. Exijt enim, nō quomodo natus, sed quomodo datus, & ideo non dicit̄ filius quia neq; natus est sicut unigenitus, neq; factus ut per dei gratiam in adoptionē nasceret̄, sicuti nos. Quod enim de patre natū est, ad patrē solum refert̄ cū dicitur filius, & ideo filius patris, & nō noster. Quod aut̄ datū est, & ad eum qui dedit referr̄, & ad eos qui dedērūt, sed etiā noster dicit̄ qui accepimus. Sicut dicit̄, Domini salus quia dat salutē, eadem etiā nostra salus est qui accepimus. Spiritus ergo & dei est qui dedit, & noster qui accepimus: Nō ille spiritus noster quo sumus, quia ipse spiritus est hominis qui in ipso est: sed alio modo iste noster est, quo dicimus & panem nostrū da nobis, quanq; & illum spiritū qui hominis dicit̄ utique accepimus. Quid enim habes, inquit Apostolus, quod nō accepisti? Sed aliud est quod accepimus ut essemus, aliud quod accepimus ut sancti essemus. Vnde scriptū est & de Ioanne, quod in spiritu & uirtute Heliæ ueniret: dictus est Helię spiritus, scilicet spūssanctus quē accepit Helias. Hoc & de Moyse intelligēdum est, cū ait ei dominus, Tollam de spiritu tuo, & dabo eis: hoc est, dabo illis de spūsancto quem iam tibi dedi. Si ergo & quod datur, principiū habet, eum à quo datur, quia nō aliunde accepit illud quod ab ipso procedit, fatendum est patrē & filium principiū esse spūsancti, non duo principia. Sed sicut pater & filius unus deus, & ad creaturā relatiue unus creator & unus dominus, sic relatiue ad spiritūsanctum unū principiū. Ad creaturā uero pater & filius & spiritusanctus unū principiū, sicut unus creator & unus dominus. Vlterius aūt quęrit̄, utrū quem admodū filius non hoc tantū habet nascendo ut filius sit, sed omnino ut sit: sic et spiritussanctus eo quo datur habeat, nō tantum ut donū sit, sed omnino ut sit, Vtrū ergo erat anteq̄ daret̄, sed nondum erat donū, an eoipso quo daturus erat cum deus, iam donū erat & anteq̄ daretur? Sed si non procedit nisi cū datur, nec procederet utiq; priusquam esset cui daretur, quomodo iam erat ipsa substantia si nō est nisi quia datur: sicut filius non tantū ut sit filius, quod relatiue dicit̄, sed omnino ut sit ipsam substantiā nascendo habet? An semper, pcedit spūssanctus & nō ex tēpore, sed ab æternitate, pcedit? Sed quia sic procedebat ut esset donabile, iam donū erat, & anteq̄ esset cui daret̄. Aliter enim intelligit̄ cum dicit̄ donū, Aliter cum dicit̄ donatū. Nam donū potest esse & anteq̄ detur, donatū aūt nisi datū fuerit, nullo modo dici potest. Nec moueat quod spūssanctus cum sit coæternus patri et filio, dicit̄ tamen aliquid ex tēpore, ueluti hoc ipsum quod donatum diximus. Nam sempiterne spiritus donū, temporaliter aūt donatū. Nam & si dominus non dicit̄, nisi cū iam habere incipit seruū, etiam ista appellatio relatiua ex tēpore est deo. Non enim sempiterna creatura est, cuius est ille dñs. Quomodo ergo obtinebimus nec ipsa relatiua esse accidētia, quoniā nihil accidit deo tēporaliter, quia nō est mutabilis, sicut in exordio huius disputatiōis tractauimus. Ecce dominū esse nō sempiternū habet, ne cogamur

1 sen. dist. 26 c. quidā tamen

Principij uocabulū quomodo de deo prædicatur. XIII

1 sent. dist. 29 c. & pater ab

1 sen. dist. 30 cap. 1

1 sen. dist. 29 cap & pater post me

Ioan. 5

1 Cor. 12

1 sen. dist. 29 c. pater. & in fine

Pater & filius unicū principiū spūssancti spiritus. XIIII

1 sent. dist. 13 c. cum autem in fine

1 sen. dist. 30 cap. 1 mur etiā sempiternā creaturā dicere, qa ille sempiterne nō dominaret̄, nisi etiā ista sempiterne famularet̄. Sicut aūt nō potest esse seruus qui nō habet dominū, sic nec dominus, qui nō habet seruū. Et quisquis extiterit q æternū quidem deū solū dicat, tēpora aūt̄ non esse æterna propter uarietatē & mutabilitatē, sed tēpora tamē non in tēpore esse cœpisse, Nō enim erat tēpus anteq̄ inciperent tempora, & ideo nō in tēpore accidit deo ut dominus esset, quia ipsorū temporū dñs erat, quę utiq; nō in tēpore esse cœperūt: quid respōdebit de homine qui in tēpore factus est, cuius utiq; dominus nō erat anteq̄ esset cui esset? Certe uel ut dominus hominis esset ex tēpore accidit deo. Et ut omis auferri uideat̄ cōtrouersia, certe ut tuus dominus esset aut meus, q modo esse cœpimus, ex tēpore accidit deo. Aut si & hoc, ppter obscurā quæstionē animę uidetur incertū, quid ut esset dominus populi Israel? Quia etsi iam erat animę natura quā ille populus habebat, quod modo nō quærimus, tamē ille populus nondū erat, & quādo esse cœpit apparet. Postremo ut dominus esset huius arboris & huius segetis, ex tēpore accidit, quæ modo esse cœperunt. Quia etsi materies ipsa iā erat, aliud est tamen dominū esse materiæ, aliud esse dominū iā factæ naturæ. Alio em̄ tēpore est etiā homo dominus ligni, & alio tēpore dominus est arcę, cuius ex ipso ligno fabricatę, quod utiq; non erat, cū ligni dominus iā esset. Quomō igitur obtinebimus nihil secundū accidens dici deū, nisi quia ipsius naturæ nihil accidit quo mutetur, ut ea sint accidentia relatiua, quæ cū aliqua mutatione rerū de quibus dicunt̄, accidūt. Sicut amicus relatiue dicit̄, neq; enim esse incipit, nisi cū amare cœperit. Fit ergo aliqua mutatio uoluntatis ut amicus dicat̄. Nummus aūt cum dicitur preciū, relatiue dicitur, nec tamē mutatus est cū esse cœpit preciū, neq; cū dicitur pignus, et si qua sunt similia. Si ergo nūmus potest nulla sui mutatione totiēs dici relatiue, ut neq; cum incipit dici, neq; cū desinit, aliquid in eius natura uel forma qua nūmus est mutatiōis fiat, quāto facilius de illa incōmutabili dei substātia debemus accipere, ut ita dicat̄ relatiue aliquid ad creaturā, ut cuius tēporaliter incipiat dici, non tamen ipsi substātiæ dei accidisse aliquid intelligat̄, sed illi creaturę ad quā dicitur. Domine, inquit, refugiū factus es nobis. Refugiū ergo nostrū deus relatiue dicitur, ad nos enim refert̄, & tunc refugiū nostrū fit, cum ad eū refugimus. Nūquid tūc fit aliquid in eius natura, quod anteq̄ ad eū refugeremus nō erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio. Deteriores enim fuimus anteq̄ ad eum refugeremus, & efficimur ad eū refugiēdo meliores, in illo autē nulla. Sic & pater noster esse incipit, cū per eius gratiā regeneramur, quoniā dedit nobis potestatē filios dei fieri. Substātia itaq; nostra mutatur in melius, cum filij eius efficimur, simul & ille pater noster esse incipit, sed nulla cōmutatione suæ substantiæ. Quod ergo tēporaliter dici incipit deus quod antea nō dicebat̄, manifestū est relatiue dici: nō tamē secūdum accidēs dei q̄ ei aliquid acciderit, sed planè secundū accidēs eius, ad quod dici aliquid deus incipit relatiue. Et quod amicus dei iustus esse incipit, ipse mutatur, Deus aūt absit ut tēporaliter aliquādo diligat, quasi noua dilectiōe quæ in illo ante nō erat, apud quē nec præterita transierunt, & futura iam facta sunt. Itaq; omnes sanctos suos ante mūdi constitutionē dilexit, sicut prædestinauit. Sed cū conuertūtur & inueniūt illū, tunc inciperе ab eo diligi dicunt̄, ut eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicit̄. Sic etiam cū iratus malis dicitur, & placidus bonis, illi mutātur, nō ipse. Sicut lux infirmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorū scilicet mutatione non sua.

1 sen. dist. 30 cap. sed hic aliquis.

2 sent. dist. 2 c. intra enim.

1 sen. dist. 30 cap. si ergo nummus.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER VI.

An filius sapientia de sapientia. Ca. I

EQVALITATEM patris & filij & spiritussancti putāt nōnulli ex hoc impediri quo minus intelligat̄, quia scriptū est, Christū dei uirtutē & dei sapientiā, ut ideo nō uideatur æqualitas, quia non est pater ipse uirtus & sapientia, sed genitor uirtutis & sapientiæ. Et reuera nō mediocri intētione quæri solet, quomodo dicatur deus uirtutis & sapientiæ pater, Ait enim Apostolus Christum dei uirtutē & dei sapientiā. Et hinc nōnulli nostri aduersum Arrianos hoc modo ratiocinati sunt, eos dūtaxat qui prius se aduersum catholicā fidem extulerunt. Nā ipse Arrius dixisse fertur, Si filius est, natus est: si natus est, erat tempus quādo nō erat filius: non intelligēs etiā natū esse deo sempiternū esse, ut sit coæternus patri filius, sicut splēdor qui gignitur ab igne atq; diffunditur coæuus est illi, & esset coæternus, si esset ignis æternus. Vnde quidā posteriores Arriani abiecerūt istam sententiā, falsiq; sunt, nō ex tēpore cœpisse filiū dei. Sed inter disputationes quas habebāt nostri aduersum eos qui dicebāt, erat tēpus quando nō erat filius, hanc etiā nōnulli ratiocinationē inferebant. Si dei filius uirtus & sapiētia dei est, nec unquā deus sine uirtute & sapiētia fuit, coæternus est deo patri filius. Dicit aūt Apostolus, Christum dei uirtutem & dei sapientiā, & deum aliquando nō habuisse uirtutem aut sapiētiam, dementis est dicere. Nō igitur erat tempus quando nō erat filius. Quæ ratiocinatio ad id cogit, ut dicamus deum patrē non esse sapientē, nisi habendo sapientiā quam genuit nō existēdo per se pater ipsa sapiētia. Deinde si ita est, filius quoq; ipse sicut dicitur deus de deo, lumē de lumine, uidendum est utrū possit sapientia de sapiētia dici, si non est deus pater ipsa sapientia, sed tantū genitor sapientiæ. Quod si tenemus, cur nō & magnitudinis suæ, & bonitatis, & æternitatis, & omnipotētiæ suæ generator sit, ut nō ipse sit sua magnitudo, & sua bonitas, & sua æternitas, & sua omnipotentia, sed ea magnitudine magnus sit quā genuit, & ea bonitate bonus, & ea æternitate æternus, & ea omnipotētia omnipotēs quæ de illo nata est, sicut non ipse sua sapientia est, sed ea sapientia sapiēs est quę de illo nata est. Nam illud nō est

1 Cor. 1

1 sent. dist. 9 c. sed contra. & c. qui hoc.

1 sent. dist. 9 ca. item si dei filius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

formidandū, ne cogamur multos filios dei dicere, prꝛeter adoptionē creaturæ coæternos patri; si A magnitudinis suæ genitor est, & bonitatis, & æternitatis, & omnipotētiæ. Huic enim calūniæ facile respondetur, sic non effici, quia multa nominata sunt, ut ille multorū filiorum coæternorū sit pater, quēadmodū nō efficitur, ut duorū sit, cum dicitur Christus dei uirtus, & dei sapientia. Eadē quippe uirtus quæ sapientia, & eadem sapientia quæ uirtus est. Ita ne igitur etiā de cæteris, ut eadem sit magnitudo quæ uirtus, & si qua alia, quæ uel supra cōmemorata sunt, uel cōmemorari adhuc possunt. Sed si nō dicit in seipso, nisi quod ad filiū dicitur, id est, pater uel genitor, uel principium eius, si etiā gignēs ei quod de se gignit, consequenter principiū est, quicquid aliud dicitur, cū filio dicitur, uel potius in filio, siue magnus ea B magnitudine quam genuit, siue iustus ea iustitia quā genuit, siue bonus ea bonitate quam genuit, siue potens ea potentia uel uirtute quā genuit, siue sapiens ea sapiētia quam genuit. Magnitudo autē ipsa non dicitur pater, sed magnitudinis generator. Filius uero sicut in seipso dicitur filius, quod non cū patre dicitur, sed ad patrē, nō sic & in seipso magnus, sed cū patre cuius ipse magnitudo est, Sic & sapiens cū patre dicitur cuius ipse sapiētia est, sicut ille sapiēs cū filio, quia ea sapien tia sapiēs est quā genuit. Quicquid ergo ad se dicitur, nō dicitur alter sine altero, id est, quicquid dicūtur quod substantiā eorū ostendat, ambo simul dicūtur. Si hæc ita sunt, iā ergo nec deus est pater sine filio, nec filius deus sine patre, sed am- C bo simul deus. Et quod dictū est, In principio erat uerbum: in patre erat uerbū intelligitur. Aut si in principio sic dictum est, ac si diceret, ante omnia, quod sequitur, & uerbū erat apud deū, uerbum quidē solus filius accipitur, non simul pater & filius, tanquā ambo unū uerbū. Sic enim uerbum quomodo imago, nō aūt pater & filius simul ambo imago, sed filius solus imago patris, quēadmodum & filius, nō enim ambo simul filius. Quod uero adiūgitur, & uerbū erat apud deū: multū est ut sic intelligatur, uerbū quod solus est filius, erat apud deū, quod nō solus est pater, sed pater & filius simul deus. Sed quid mirū, si in duabus quibusdā rebus longe inter se diuersis potest hoc dici? Quid enim tā diuersum, q̄ animus & corpus? D Potest tamē dici, animus erat apud hominem, id est, in homine, cū animus nō sit corpus, homo aūt animus simul et corpus sit. Vt etiā quod cōsequēter scriptū est, Et deus erat uerbū: sic intelligatur, uerbū quod nō est pater, deus erat simul cū patre. Ita ne ergo dicimus, ut pater sit generator magnitudinis, hoc est generator uirtutis, uel generator sapiētiæ suæ: filius aūt magnitudo, uirtus & sapientia: deus uero magnus, omnipotēs, sapiēs am- bo simul? Quomodo ergo deus de deo, lumen de lumine? Non enim simul ambo deus de deo, sed solus filius de deo, scilicet patre. Nec ambo simul lumē de lumine, sed solus filius de lumine patre. Nisi forte ad insinuandū & breuissime inculcandū q̄ coæternus est patri filius, ita dictū est deus de deo, & lumen de lumine, & si quid hoc modo dicitur, ac si diceretur, hoc quod nō est filius sine patre, de hoc quod non est pater sine filio, id est, hoc lumē quod lumē nō est sine patre, de hoc lumine patre quod lumē nō est sine filio: ut cū dicit deus quod nō est filius sine patre, est de deo quod nō est pater sine filio, perfecte intelligat q̄ nō precesserit genitor illud q̄d genuit. Quod si ita est, hoc solū de eis dici nō potest, illud de illo, quod simul ambo nō sunt. Sicut uerbū de uerbo dici non potest, quia non simul ambo uerbū, sed solus filius. Nec imago de imagine, quia nō simul ambo imago. Nec filius de filio, quia nō simul ambo filius, secundū quod dicitur: Ego & pater unū sumus. Vnū sumus enim dictū est, quod ille, hoc & ego secundū essentiā, non secundū relatiuū. Et ne- scio utrū inueniat in scripturis dictum, unū sunt, quorū est diuersa natura. Si aūt aliqua plura eiusdem naturæ sint, & diuersa sentiāt, nō sunt unum inquantū diuersa sentiūt. Nā si iam unū essent ex eo q̄ homines erant, nō diceret: Vt sint unū sicut nos unū: cum suos discipulos patri cōmendaret. At uero Paulus & Apollo, quia & ambo homines & idē sentiebāt: Qui plantat, inquit, & qui rigat unū sunt. Cum ergo sic dicitur unū, ut nō adiungatur quid unum, & plura unū dicantur, eadē natura atq; essentia, nō dissidens nec dissentiens significatur. Cū uero additur quid unū, potest aliquid significari ex pluribus unū factum, cuius diuersis natura, sicut anima & corpus nō sunt utiq; unū. Quid enim tam diuersum nisi addat aut sub intelligatur quid unū, id est, unus homo, aut unū animal? Inde Apostolus: Qui adhæret meretrici, inquit, unū corpus est: nō dixit, unū sunt, aut unū est, sed addidit corpus, tanq̄ ex duobus diuersis masculino & fœminino unū corpus adiūctione compositū. Et qui adhæret domino, inquit, unus spiritus est: nō dixit, q adhæret domino unus est, aut unū sunt, sed addidit spiritus. Diuersum enim est natura, spiritus hominis, & spiritus dei, sed inhærendo fit unus spiritus ex diuersis duobus, ita ut sine humano spiritu beatus sit dei spiritus atq; perfectus, beatus aūt spiritus hominis nō nisi cū deo. Nec frustra, ut existimo, cum tanta in Euāgelio secundum Ioannē & totiens diceret dominus de ipsa unitate, uel sua cū patre, uel nostra inuicē nobiscū, nusquam dixit, ut nos & ipsi unū, sed ut unū sint, sicut & nos unū sumus. Pater ergo & filius unum sunt, utiq; secundū unitatem substātiæ, & unus deus est, et unus magnus, & unus sapiēs, sicut tractatū est. Vnde ergo maior pater? Si ēm maior, magnitudine maior. Cū aūt magnitudo filius eius sit, nec ille utiq; maior est eo qui se genuit, nec ille maior est ea magnitudine qua magnus est, ergo æqualis. Nā unde æqualis si nō eo quo est, cui nō est aliud esse, & aliud magnū esse? Aut si æternitate pater maior est, nō est æqualis filius quacunq; re. Vnde ēm æqualis? Si magnitudine dixeris, nō est par magnitudo, quę minus æterna est, atq; ita cætera. An forte in uirtute æqualis est, in sapientia uero non est æqualis? Sed quomō est ęqualis uirtus quę minus sapit? An in sapientia

sapiētia æqualis est, in uirtute aūt nō est æqualis? Sed quomō æqualis sapiētia, quæ minus potens A est. Restat ergo ut si in ulla re æqualis nō est, in omnib. nō sit æqualis. Et scriptura clamat: Nō rapinā arbitratus est esse ęqualis deo. Cogitur ergo quiuis aduersarius ueritatis q aliquo modo tenetur Apostolica autoritate, in qualibet uel una re ęqualē deo filiū cōsiteri. Eligat quā uoluerit: hinc ei ostēdetur in omnib. esse æqualē, quæ de substātia eius dicūtur. Sic enim uirtutes quæ sunt in animo humano, q̄uis alio atq; alio modo singulę intelliganť, nullo modo tamē separātur ab inuicem, ut quicunq; fuerint æquales, uerbi gratia, in fortitudine, æquales sint & prudētia, & tēperantia, & iustitia. Si enim dixeris æquales esse istos fortitudine, sed illum præstare prudētia, sequit ut huius fortitudo minus prudēs sit, ac p hoc nec for- B titudine æquales sunt, quādo illius fortitudo prudētior. Atq; ita de cæteris uirtutib. inuenies, si omnes eadē cōsideratione percurras. Nō enim de uiribus corporis agit, sed de animi fortitudine. Quāto ergo magis in illa incōmutabili æternaq; substantia incōparabiliter simpliciore q̄ est animus humanus, hęc ita se habēt? Humano quippe animo nō hoc est esse quod est fortē esse, aut prudentē, aut iustū, aut temperatū. Potest enim esse animus, & nullam istarū habere uirtutū. Deo aūt hoc est esse quod est fortē esse, aut iustū esse, aut sapientē esse, & si quid de illa simplici multiplicitate, uel multiplici simplicitate dixeris, quo substātia eius significet. Quamobrē siue ita dicat deus de deo, ut & singulis hoc nomē cōueniat, non ta- C men ut ambo simul duo dij, sed unus deus sit, Ita enim sibi cohærēt quēadmodū, et in distātibus diuersisq; substātijs fieri Apostolus testis est. Nā & solus dominus spiritus est, & solus hominis spiritus utiq; spiritus est, tamē si hæreat domino unus spiritus est: quāto magis ibi ubi est omnino inseparabilis atq; æterna cōnexio, ne absurde dici uideatur quasi filius amborū, cū dicitur filius dei, si id quod dicit deus, nō nisi de ambobus dicitur simul: siue quicquid de deo dicit quod substantiā eius indicet, nō nisi de ambobus simul dicit, imò simul de ipsa trinitate dicit. Siue ergo hoc, siue illud sit, quod diligētius discutiendū est, nūc unde agitur satis est uidere, nullo modo filiū æqualem esse patri, si in aliquo scilicet quod pertineat ad sig- D nificandā eius substantiā inæqualis inuenitur, sicut iam ostēdimus. Apostolus aūt dixit ęqualē, In omnib. ergo æqualis est patri filius, & est unius eiusdēq; substātiæ. Quapropter etiā spiritussanctus, in eadē unitate substātiæ & æqualitate cōsistit. Siue enim sit unitas amborū, siue sanctitas, siue charitas, siue ideo unitas quia charitas, et ideo charitas, quia sanctitas, manifestū est q̄ non aliquis duorū est quo uterq; coniungit, quo genitus a gignēte diligatur, generatore mq; suum diligat, sintq; nō participatione, sed essentia sua, neq; donо superioris alicuius, sed suo p̄prio seruātes unitatem spiritus in uinculo pacis. Quod imitari per gratiā, & ad deū, & ad nosipsos iubemur. In quibus duobus præceptis tota lex pēdet & Prophetæ. Ita sunt illa tria, deus unus, solus, magnus, sapiens, sanctus, beatus. Nos aūt ex ipso, & per ipsum, et in ipso beati, quia ipsius munere inter nos unū, cum illo aūt unus spiritus, quia adglutinatur anima nostra post eū. Et nobis hærere deo bonū est, quia perdet omnē qui fornicatur ab eo. Spiritus ergo sanctus cōmune aliquid est patris & filij, quicquid illud est: At ipsa cōmunio, cōsubstantialis & coæterna. Quæ si amicitia cōueniēter dici potest, dicatur, sed aptius dicit charitas. Et hęc quoq; substātia, quia deus substātia. & deus charitas, sicut scriptū est. Sicut aūt substātia simul cum patre & filio, ita simul magna, & simul bona, & si mul sancta, & quicquid aliud ad se dicit, quoniā nō aliud est deo esse, & aliud esse magnū uel bonū esse, & cætera, sicut supra ostēdimus. Si ēm minus magna est ibi charitas q̄ sapientia, minus q̄ est diligitur sapiētia. Aequalis est igitur, ut quāta est sapientia tantū diligatur. Est autem sapientia ęqualis patri, sicut supra disputauimus. Aequalis est igit etiā spiritussanctus, & si æqualis, in omnibus æqualis propter summā simplicitatē quę in illa substantia est. Et ideo non amplius q̄ tria sunt, unus diligēs eum qui de illo est, & unus diligens eum de quo est, & ipsa dilectio. Quæ si nihil est, quomodo deus dilectio est? Si non est substātia, quomodo deus substātia est? Si aūt quæritur quomodo simplex & multiplex sit illa substātia, animaduertēda est primo creatura quare sit multiplex, nullo aūt modo uere simplex. Et prius cor- pus uniuersum utiq; partibus cōstat: ita ut sit ibi alia pars maior, alia minor, & mai? sit uniuersum q̄ pars quælibet aut quātalibet. Nam & cœlū & terra partes sunt uniuersæ mūdanæ molis: sed & sola terra, & solū cœlū innumerabilib. partib. cōstat, & in tertia sui parte minor est q̄ in cętera, & in dimidia minor q̄ tota: & totū mūdi corpus q̄d duabus plerunq; partib. appellari solet, id est, cœlum & terra, utiq; maius est q̄ solū cœlū aut sola terra. Et in unoquoq; corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud figura. Potest ēm & diminuta magnitudine manere idē color & eadē figura, & colore mutato manere eadē figura & eadē magnitudo, & figura eadē nō manēte, tā magnū esse & eodē modo coloratū. Et quæcūq; alia simul dicunt de corpore, possunt & simul et plura sine cæteris cōmutari. Ac p hoc multiplex esse cōuincit natura corporis, simplex aūt nullo modo. Creatura quoq; spiritalis sicut est anima, est quidem in corporis cōparatione simplicior, sine cōparatiōe aūt corporis multiplex est etiā ipsa nō simplex. Nā ideo simplicior est corpore, quia nō mole diffundit per spaciū loci, sed in unoquoq; corpore, & in toto tota est, & in qualibet ei? parte tota est. Et ideo cū sit aliquid in quauis exigua particula corporis quod sentiat anima, cuius nō fiat in toto corpore, illa tamē tota sentit, quia totā non latet. Sed tamen etiā in anima cū aliud sit artificiosum esse, aliud inertē, aliud acutū, aliud memorē, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lętitia, aliud tristitia, posintq;

Quæ de patre & filio simul dicuntur, quæ non. Cap. II

1 sen. dist. 27 ca. & est hic.

1 sen. dist. 27 cap. hic non.

1 sen. dist. 27 cap. hic quæritur.

1 sen. dist. 2 ca. hic diligens ter.

1 Cor. 6

1 sen. dist. 32 ca. hic quæstioni.

Solus deus per fectæ simplicitatis. Ca. VI

1 sent. dist. 8 c. eadēq; sola.

Gen. 1

1 sent. dist. 8 cap. creatura quoque

Universidad de Deusto
Biblioteca

sintq; & alia sine alijs, et alia magis, alia minus, innumerabilia & innumerabiliter in animę natura inueniri, manifestū est non simplicē, sed multiplicem esse naturā. Nihil em̄ simplex mutabile est,

Trinitas non excludit simplicitatē uitatis. Ca. VII

omnis aūt creatura mutabilis. Deus uero multipliciter quidē dicit̄ magnus, bonus, sapiēs, beatus, uerus, & quicquid aliud non indigne dici uidetur, Sed eadē magnitudo eius est, quę sapiētia: Nō enim mole magnus est, sed uirtute. Et eadem bonitas quę sapiētia & magnitudo, & eadē ueritas quę illa omnia: Et nō est ibi aliud beatū esse, et aliud magnū, aut sapientē, aut uerū, aut bonū esse, aut omnino ipsum esse. Nec quoniā Trinitas

1 sent. dist. 21 ca. prætereа.

est, ideo triplex putādus est: Alioquin minor erit pater solus, aut filius solus, q̄ simul pater et filius. Quanq; nō inueniatur quomō dici possit, aut pater solus, aut filius solus, cū semper atq; inseparabiliter & ille cū filio sit, & ille cū patre: nō ut ambo sint pater, aut ambo filius, sed quia semp in in-

1. sent. dist. 21 ca. sed iterum.

uicē, neuter solus. Quia uere dicimus & deū solū ipsam trinitatē, quāuis semper sit cū spiritibus & animab. sanctis, sed solū dicimus q; deus est, quia nō & illi cū illo deus sunt: ita solū patrē dicimus patrē, nō quia separatur à filio, sed quia nō simul ambo pater sunt. Cū itaq; tātus est solus pater,

Dei naturæ nulla fit accessio. Ca. VIII

uel solus filius, uel solus spiritussanctus, quantus est simul pater & filius & spiritussanctus, nullo modo triplex dicēdus est. Corpora quippe adiūctione sua crescūt. Quāuis enim q adhęret uxori suæ, unū corpus fit: maius tamē corpus fit, q̄ si solius uiri esset, aut solius uxoris. In rebus aūt spiritalibus, cū minor maiorib. adhærescit, sicut creatura creatori, illa fit maior q̄ erat, nō ille. In ijs enim quæ nō mole magna sunt, hoc est maius esse quod est melius esse. Melior aūt fit spiritus alicuius creaturæ, cū adhæret creatori, q̄ si non adhæreat, & ideo etiā maior quia melior. Qui ergo adhæret domino, unus spiritus est: sed tamē dns nō ideo fit maior, q̄uis fiat ille qui adhęret domino. In ipso igitur deo cū adhæret æquali patri filius æqualis, aut spiritussanctus patri & filio æqualis, nō fit maior deus q̄ singuli eorū, quia nō est quò crescat illa perfectio. Perfectus autē siue pater, siue filius, siue spiritussanctus, et perfectus deus, pater et filius & spiritussanctus, & ideo Trinitas potius q̄ triplex. Et quoniā ostēdimus quomodo

Solus deus cōtinet omnes personas. Cap. IX

possit dici solus pater, quia nō nisi ipse ibi pater, cōsideranda est illa sentētia qua dicit̄, deum uerū solū non esse patrē solū, sed patrē & filiū & spiritūsanctū. Si quis enim interroget, pater solus utrū sit deus: quomō respondebit̄ nō esse, nisi forte ita dicamus, esse quidē patrem deū, sed non esse solū deū, esse autē solum deū, patrē & filiū & spiritūsanctum: Sed quid agimus de illo testimonio domini: Patri enim dicebat, & patrē nominauerat

Ioan. 17

ad quē loquebat̄, cum ait: Hæc est uita æterna, ut cognoscāt te unū uerum deū. Quod quidē Arrianis sic solēt accipere quasi nō sit filius uerus deus. Quibus exclusis, uidendū est an intelligere cogamur, cū dictum est patri: Vt cognoscāt te unū uerum deū: tanq; hoc insinuare uoluerit, quia solus pater deus uerus est, pe non intelligeremus deū, nisi ipsa tria simul, patrē & filiū & spiritūsanctū. Num ergo ex domini testimonio, & patrē unum uerū deum dicimus, & filiū unū uerū deū, & spiritumsanctū unū uerum deū, & simul patrē & filiū & spiritūsanctum, id est, simul ipsam trinitatē, nō tres ueros deos, sed unū uerum deū? An quoniā addidit. Et quē misisti Iesum Christū: subaudiendum est unū uerum deū? Et ordo uerborū est, ut te & quē misisti Iesum Christū, cognoscāt unum uerū deum. Cur ergo tacuit de spiritusancto? An

1 sent. dist. 21 ca. hactenus in fine.

quoniā consequēs est, ut ubicunq; nominat̄ unū, tanta pace uni adhærēs, ut per hāc utrunq; unum sit, iam ex hoc intelligatur etiā ipsa pax, q̄uis nō cōmemoretur? Nam & illo loco Apostolus uidetur quasi prętermittere spiritūsanctū, et tamē etiā ibi intelligitur, ubi ait: Omnia sunt uestra, uos aūt Christi, Christus autē dei. Et iterū: Caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput autē Christi deus. Sed rursus si deus non nisi omnia simul tria, quomō caput Christi deus, id est, caput Christi trinitas, cū in trinitate sit Christus ut sit trinitas? An quod est pater cū filio, caput est ei quod est solus filius, cū filio enim pater deus, solus aūt filius Christus est, maxime quia iā uerbū caro factū loquitur, Secundū quam humanitatē eius etiā maior est pater, sicut dicit: Quoniā pater maior me est: ut hoc ipsum deū esse quod illi cū patre unum est, caput sit hominis mediatoris, quod ipse solus est. Si enim mētē recte dicimus principale hominis, id est, tanq; caput humanæ substantię, cū ipse homō cū mente sit homo, cur nō multo cōgruentius, multoq; magis uerbū cum patre quod simul deus est, caput est Christi, quāuis Christus homo nisi cū uerbo quod caro factū est, intelligi nō possit. Sed hoc ut iam diximus, aliquāto diligentius postea cōsiderabimus. Nunc aūt æqualitas trinitatis, & una eademq; substantia quantū breuiter potuimus demōstrata est, ut quoquomō se habet ista quęstio, quā discutiendā acriore intētione distulimus, nihil impediat quo min⁹ fateamur summam æqualitatē patris & filij & spiritusancti.

Augustinus Hilarius in fine.

Quidā cū uellet breuissime singularū in Trinitate personarū insinuare, ppria, æternitas, inquit, in patre, species in imagine, usus in munere. Et quia nō mediocris autoritatis in tractatione scriptura rū, & assertione fidei uir extitit, Hilarius em̄ hoc in libris suis posuit, horū uerborū, id est, patris & imaginis, & muneris, æternitatis, & speciei, & usus, abditā scrutatus intelligentiā quantū ualeo, nō eum secutū arbitror in æternitatis uocabulo, nisi quod pater non habet patrē de quo sit, filius autem de patre est ut sit, atq; ut illi coæternus sit. Imago enim si perfecte implet illud cuius imago est, ipsa coæquatur ei, non illud imagini suæ. In qua imagine speciem nominauit, credo propter pulchritudinem, ubi iam est tanta congruentia, & prima æqualitas & prima similitudo, nulla in re dissidens, & nullo modo inæqualis, & nulla ex parte dissimilis, sed ad identidem respondens ei cuius imago est. Vbi est prima & summa uita, cui

Græce est μόνος.

cui non est aliud uiuere & aliud esse, sed idē est esse & uiuere. Et primus ac summus intellectus, A cui nō est aliud uiuere & aliud intelligere, sed id quod est intelligere, hoc uiuere, hoc esse est, unū omnia: tanq; uerbū perfectū, cui nō desit aliquid, & ars quędā omnipotētis atq; sapiētis dei, plena omniū rationū uiuentiū incōmutabiliū, & omnes unū in ea, sicut ipsa unū de uno, cum quo unū. Ibi nouit omnia deus quę fecit p ipsam, & ideo cum decedāt & succedāt tempora, nō decedit aliquid uel succedit sciētiæ dei. Nō enim hæc quę creata sunt, ideo sciūtur à deo, quia facta sunt: ac nō potius, ideo facta sunt uel mutabilia, quia immutabiliter à deo sciunt̄: Ille igitur ineffabilis quidā cōplexus patris & imaginis nō est sine perfruitiōe, sine charitate, sine gaudio, Illa ergo dilectio, delectatio, felicitas uel beatitudo, si tamen aliqua hu- B mana uoce digne dicit̄, usus ab illo appellatus est breuiter, & est in trinitate spiritussanctus, non genitus, sed genitoris, genitiq; suauitas, ingēti largitate atq; ubertate perfundēs omnes creaturas, p captu earū, ut ordinē suum teneāt & locis suis acquiescāt. Hæc igitur omnia quę arte diuina facta sunt, & unitatē quandā in se ostendūt, & speciē et ordinē, Quicquid enim horū est, & unū aliquid est, sicut sunt naturæ corporū, & ingenia animarum: & aliqua specie formāt̄, sicut sunt figuræ & qualitates corporū, ac doctrinæ uel artes animarum: et ordinē aliquē petit aut tenet, sicut sunt pōdera uel collocationes corporū, atq; amores aut delectationes animarū. Cæterū in illa summa trinitate tantū est una quantū tres simul, nec plus ali C quid sunt duæ q̄ una. Oportet igitur ut creatorē per ea quę facta sunt intellectū cōspicientes, trinitatē intelligamus, cuius in creatura quomodo dignū est appareat uestigiū. In illa em̄ trinitate summa origo est rerū omniū & perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio. Itaq; illa tria, & ad se inuicē determinari uident̄, et in se infinita sunt. Sed hic in rebus corporeis, nō tantū est res una, quantū tres simul, & plus aliquid sunt duę q̄ una res. Ita & singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum omnia. Qui uidet hoc uel ex parte, uel per speculū & in ænigmate, gaudeat cognoscens deū, & sicut deum honoret & gratias agat. Qui aūt non uidet, tendat per pietatē ad uidendum, nō per cæcitatem ad calumniandū: quoniā unus est deus, sed tamē trinitas. Nec cōfuse accipiendū est. Ex quo omnia, p quē omnia, in quo omnia: nec dijs multis, sed ipsi gloria in secula seculorū.

1 sent. dist. 31 ca. Illi autem.

1 sent. dist. 36 ca. prætereа.

Augustinus de Trinitate libro sexto dicitur. Cap. I

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER VII.

I AM nunc quęramus diligētius, quātum dat deus, quod paulo ante distulimus, Vtrū & singula quæq; in trinitate persona possit, & p seipsam non cū cæteris duabus dici deus, aut magnus, aut sapiēs, aut uerus, aut omnipotēs, aut iustus, & si quid aliud dici de deo potest, non relatiue, sed ad seipsum: an uero nō dicātur ista, nisi cū trinitas intelligitur. Hoc enim quæstionem facit, *1. Cor. 1* quia scriptū est, Christū dei uirtutē, & dei sapientiam: utrū ita sit pater sapiētiæ atq; uirtutis suę, ut hac sapiētia sapiens sit quā genuit, & hac uirtute potēs quā genuit: & quia semper potēs et sapiēs, semper genuit uirtutē & sapientiā. Dixeramus enim si ita est, cur nō & magnitudinis suæ pater sit qua magnus est, & bonitatis qua bonus, & iustitiæ qua iustus, & alia si qua sunt. Aut si hęc omnia pluribus uocabulis in eadē sapiētia & uirtute intelliguntur, ut ea sit magnitudo quæ uirtus, ea bonitas quæ sapiētia, & ea rursus sapiētia quę uirtus, sicut iam tractauimus, meminerimus, cū aliquid horū nomino sic accipiendū esse, ac si omnia cōmemorē. Quęritur ergo an pater etiā singulus sit sapiens, atq; ipsa sibi ipse sapientia, an ita sit sapiens quomodo dicēs. Verbo enim quod genuit dicēs est, nō uerbo quod proferē, & sonat, & transit, sed uerbo quod erat apud deum, & deus erat *Ioan. 1* uerbū, & omnia per ipsum facta sunt: uerbo æquali sibi quo semper atq; incōmutabiliter dicit seipsum. Non est enim ipse uerbū, sicut nec filius, nec *1 sent. dist. 27* imago. Dicēs autē exceptis illis temporalib. uo- *c. hic non est.* cibus uerbi dei, quæ in creatura fiunt, nā sonant & transeūt, Dicēs ergo illo coæterno uerbo, non singulus intelligitur, sed cū ipso uerbo sine quo nō est utiq; dicēs. Itáne & sapiēs sicut dicēs, ut ita sit sapiētia, sicut uerbū: & hoc sit uerbū esse quod est esse sapientiā, hoc etiam esse uirtutē, ut uirtus & sapiētia & uerbū idem sit, & relatiue dicatur, sicut filius & imago: atq; ille nō singulus potens, uel sapiēs, sed cum ipsa uirtute & sapiētia quā genuit: sicut non singulus dicēs, sed eo uerbo, & cū *1 sen. dist. 19* eo uerbo quod genuit, atq; ita magnus ea, & cum *ca. cumq; enumerem.* ea magnitudine quā genuit, Et non alio magnus, alio deus, sed eo magnus quo deus, quia nō aliud illi est magnū esse, aliud deū esse: consequens est, ut nec deus singulus, sed ea & cū ea deitate quam genuit, ut sic sit filius deitas patris, sicut sapientia & uirtus patris, & sicuti est uerbum & imago patris. Et quia nō aliud illi est esse, aliud deū esse, ita sit etiā essentia patris filius, sicuti est uerbū & imago eius. Ac per hoc etiā excepto eo quod pater est: nō sit aliquid pater, nisi quia est ei filius: ut nō tantū id quod dicitur pater, quod manifestū est D eum nō ad seipsum, sed ad filium relatiue dici, & ideo patrem quia est ei filius, sed omnino ut sit quod ad seipsum est, ideo sit quia genuit essentiā suam. Sicut enim magnus est, nō nisi ea quam genuit magnitudine: ita & est nō nisi ea quā genuit essentia, quia nō est aliud illi esse, aliud magnū esse. Ita ne igit̄ pater est essentiæ suæ, sicut pater est magnitudinis suę, sicut pater est uirtutis ac sapiētiæ suę, eadē quippe eius magnitudo quę uirtus, & eadē essentia quæ magnitudo. Hęc disputatio nata est ex eo quod scriptū est, Christum esse dei *1. Cor. 2* uirtutem, & dei sapientiā. Quapropter in eas angustias sermo coarctatur, cū ineffabilia fari cupimus, ut aut dicamus Christū nō esse dei uirtutem & dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dei sapientiã, atq; ita impudenter & impie resistamus Apostolo: aut Christũ quidẽ dei uirtutẽ & dei sapientiã esse fateamur, sed eius patrẽ non esse patrẽ uirtutis & sapientiæ suæ, quod nõ minus impiũ est. Sic eñ nec Christi erit pater, quia Christus dei uirtus & dei sapiẽtia est. Aut nõ esse patrẽ uirtute sua potentẽ, neq; sapiẽtia sua sapientem, quod quis audeat dicere: aut aliud in patre intelligi esse, aliud sapientẽ esse, ut nõ hocipso sit quo sapiẽs est, quod de anima intelligi solet, quæ aliàs insipiens, aliàs sapiẽs est, uelut natura mutabilis, & non summe perfecteq; simplex: aut patrẽ nõ esse aliquid ad seipsum, & nõ solũ quod pater est, sed omnino quod est, ad filium relatiue dici. Quomõ ergo eiusdẽ essentiæ filius cuius pater, quandoquidẽ ad seipsum nec essentia est, nec omnino est ad seipsum, sed etiã esse ad filiũ illi est? At enim multomagis unius eiusdemq; essentię, quia una eademq; essentia pater & filius, quandoquidẽ patri nõ ad seipsum est ipsum esse, sed ad filiũ, quã essentiã genuit, & qua essentia est quicquid est. Neuter ergo ad se est, & uterq; adminicẽ relatiue dicitur: an pater solus, nõ solũ quod pater dicitur, sed omnino quicquid dicitur, relatiue ad filiũ dicitur: ille autẽ dicitur ad patrẽ, & ad se, & si ita est, quid dicitur in filio ad se, an ipsa essentia? Sed patris essentia est filius sicut patris uirtus & sapientia, sicut uerbũ patris, & imago patris: aut si essentia dicit ad se filius, pater autẽ nõ est essentia, sed genitor essentiæ, non est autẽ ad seipsum, sed hac ipsa essentia quã genuit, sicut hac ipsa magnitudine magnus quã genuit, ergo & magnitudo dicitur ad se filius, ergo & uirtus, & sapientia, & uerbũ, & imago. Quid autem absurdius q̃ imaginem ad se dici: aut si nõ idipsum est imago & uerbũ, quod est uirtus & sapientia: sed illa relatiue dicuntur, hæc autẽ ad se nõ ad aliud, incipit non ea sapiẽtia quã genuit, sapiẽs esse pater, quia nõ potest ipse ad eam relatiue dici, & illa ad eũ relatiue nõ dici, Omnia enim quæ relatiue dicũtur ad inuicẽ dicũtur. Restat itaq; ut etiã essentia filius relatiue dicatur ad patrẽ. Ex quo cõficitur inopinatissimus sensus, ut ipsa essentia nõ sit essentia, uel certe cũ dicitur essentia, nõ essentia, sed relatiuũ indicet: quomodo cũ dicitur dominus, nõ essentia indicatur, sed relatiuũ quo refertur ad seruũ. Cum aũt homo dicitur uel aliquid tale, quod ad se nõ ad aliud dicitur, tunc indicatur essentia: homo ergo cũ dominus dicitur, ipse homo essentia est, dominus uero relatiue dicitur, homo enim ad se dicitur, dominus ad seruũ: hoc autẽ unde agimus, si essentia ipsa relatiue dicitur, essentia ipsa nõ est essentia. Huc accedit, quia omnis essentia quæ relatiue dicit, est etiã aliquid excepto relatiuo, sicut homo dominus, homo seruus, & equus iumentũ, & nũmus arra: homo & equus, & nummus ad se dicũtur, & substãtiæ sunt uel essentiæ: dominus uero & seruus, & iumẽtũ & arra, ad aliquid relatiue dicũtur. Sed si nõ esset homo, id est, aliqua substãtia, nõ esset qui relatiue dominus diceretur. Et si non esset equus quædã essentia, non esset quod iumentũ relatiue diceretur. Ita si nummus nõ esset aliqua substãtia, nec arra posset relatiue dici. Quapropter si & pater nõ est aliquid ad seipsum, nõ est omnino qui relatiue dicatur ad aliquid. Nõ enim sicut ad aliquid coloratũ refertur color eius, nec omnino ad se dicit color, sed semper alicuius colorati est, illud autẽ cuius color est etiã si eo q̃ coloratũ dicitur ad colorẽ refertur, tamen id quod corpus dicit ad se dicitur: ullo modo ita putandũ est patrẽ non dici aliquid ad seipsum, sed quicquid dicit ad filiũ dici, eundẽ uero filiũ, & ad seipsum dici & ad patrẽ. Cũ ergo dicitur magnitudo magna & uirtus potens, utiq; ad seipsum, & magnitudo atq; uirtus magni & potẽtis patris, qua pater magnus & potẽs est. Nõ ergo ita, sed utrũq; substãtia, & utrunq; una substantia. Sicut autẽ absurdũ est dicere candidũ nõ esse candorẽ, sic absurdũ est dicere sapientẽ non esse sapientiã. Et sicut candor ad seipsum cãdidus dicitur, ita & sapiẽtia ad seipsam dicitur sapiẽs. Sed cãdor corporis nõ est essentia, quoniã ipsum corpus essentia est, & illa eius qualitas, unde et ab ea dicitur candidũ corpus, cui nõ hoc est esse quod candidum esse. Aliud enim ibi forma & aliud color, & utrũq; nõ in seipso, sed in aliqua mole, quæ moles, nec forma, nec color est, sed formata & colorata: Sapiẽtia uero & sapiẽs est, & seipsa sapiẽs est. Et quoniã quæcunq; anima participatione sapientiæ fit sapiẽs, si rursus desipiat, manet tamen in se sapiẽtia, nec cũ anima fuerit in stultitiã commutata, illa mutatur: non ita est in eo qui ex ea fit sapiens, quemadmodũ candor in corpore quod ex illo candidũ est. Cum enim corpus in aliũ colorem fuerit mutatũ, nõ manebit candor ille, sed omnino esse desinet. Quòd si & pater qui genuit sapientiã ex ea fit sapiẽs, neq; hoc est illi esse quod sapere, qualitas eius est filius non proles eius, & non ibi erit iã summa simplicitas. Sed absit ut ita sit, quia uere ibi est summe simplex essentia, hoc ergo est ibi esse quod sapere. Quòd si hoc est ibi esse quod sapere, nõ per illam sapientiã quam genuit sapiens est pater, alioquin nõ ipse illã, sed illa eum genuit. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus hoc illi est esse quod sapere, nisi eo est quo sapiẽs est? Quapropter quę causa illi est ut sapiẽs sit, ipsa illi causa est ut sit: proinde si sapientia quã genuit causa illi est ut sapiens sit, etiã ut sit ipsa illi causa est. Quod fieri nõ potest, nisi gignẽdo eum aut faciendo. Sed neq; genitricem, neq; conditricem patris ullo modo quisquã dixerit sapiẽtiam. Quid enim insanius? Ergo & pater ipsa sapiẽtia est. Et ita dicitur filius sapientia patris, quomodo dicitur lumen patris, id est, ut quemadmodũ lumen de lumine, & utrunq; unũ lumen: sic intelligatur sapientia de sapiẽtia, & utrunq; una sapientia, ergo et una essentia: quia hoc est ibi esse quod sapere. Quod enim est sapiẽtię sapere, & potẽtiæ posse, & æternitati æternã esse, iustitiæ iustã esse, magnitudini magnã esse, hoc est, essentiæ ipsum esse. Et quia in illa simplicitate non est aliud sapere quàm esse, eadẽ ibi sapientia est quæ essentia.

Pater

Quæ relatiue dicuntur, non congruunt omnibus personis. Ca. II 1 sen. dist. 27 c. hic non est.

Pater igitur & filius simul una essentia, & una magnitudo, & una ueritas, & una sapientia. Sed nõ pater & filius simul ambo unũ uerbũ, quia nõ simul ambo unus filius. Sicut enim filius ad patrẽ refertur, non ad seipsum dicitur, ita & uerbũ ad eũ cuius uerbũ est refertur cũ dicitur uerbum. Eo quippe filius quo uerbũ, & eo uerbũ quo filius, Quoniã igitur pater & filius simul nõ utiq; unus filius, cõsequẽs est, ut pater & filius simul nõ ambo unũ uerbũ. Et propterea nõ eo uerbũ quo sapiẽtia: quia uerbũ nõ ad se dicitur, sed tantũ relatiue ad eũ cuius uerbũ est, sicut filius ad patrẽ: sapiẽtia uero eo quo essentia, Et ideo qa una essentia, una sapiẽtia. Quoniã uero & uerbũ sapientia est, sed nõ eo uerbũ quo sapiẽtia: Verbũ enim relatiue, sapiẽtia uero essentialiter intelligitur: id dici accipiamus cũ dicitur uerbũ, ac si dicatur, nata sapientia, ut sit & filius & imago: Et hęc duo cum dicuntur, id est, nata sapiẽtia, in uno eorũ eo q̃ nata est & uerbũ, & imago, & filius intelligatur, & in his omnibus nominib. nõ ostẽdatur essentia, quia relatiue dicũtur. At in altero quod est sapiẽtia, quoniã & ad se dicitur, seipsa enim sapiẽs est, etiã essentia demõstretur, & hoc eius esse quod sapere. Vnde pater et filius simul una sapiẽtia, quia una essentia, & singillatim sapiẽtia de sapiẽtia, sicut essentia de essentia. Quapropter, nõ quia pater nõ est filius, & filius nõ est pater, aut ille ingenitus, ille autẽ genitus, ideo nõ una essentia, quia his nominib. relatiua eorũ ostenduntur. Vterq; autem simul una sapiẽtia, & una essentia, ubi hoc est esse quod sapere: non autẽ simul uterq; uerbũ aut filius, quia nõ hoc est esse quod uerbũ esse, aut filiũ esse: sicut iã satis ostendimus ista relatiue dici.

Cur ergo in scripturis nunq̃ ferè de sapientia quicq̃ dicitur, nisi ut ostendatur à deo genita uel creata: genita scilicet per quã facta sunt omnia, creata uero uel facta, sicut in hominibus: cũ ad eã quæ nõ creata nec facta, sed genita est, conuertũtur & illustrantẽ. In ipsis enim fit aliquid quod uocetur eorũ sapiẽtia, uel illud scripturis prænũcian tibus aut narrãtibus, quod uerbũ caro factum est & habitauit in nobis: hoc modo enim Christus facta sapiẽtia est, quia factus est homo. An propterea nõ loquitur in illis libris sapiẽtia, uel de illa dicitur aliquid, nisi quod eã de deo natã ostendat, aut factã, quãuis sit & pater ipse sapiẽtia, quia illa nobis sapiẽtia cõmendãda erat & imitãda, cuius imitatione formamur. Pater enim eã dicit ut uerbum eius sit, nõ quomodo proferẽ ex ore uerbũ sonãs, aut ante pronunciationẽ cogitatur, spacijs enim temporũ hoc completur, illud aũt ęternum est, & illuminãdo dicit nobis & de se & de patre, quod dicẽdũ est hominibus. Ideoq; ait: Nemo nouit filiũ nisi pater, & nemo nouit patrẽ nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: quia per filiũ reuelat pater, id est, per uerbũ suum. Si enim hoc uerbũ quod nos proferimus temporale et trãsitoriũ, & seipsum ostendit, & illud de quo loquimur: quãto magis uerbũ dei, per quod facta sunt omnia: quod ita ostẽdit patrẽ sicuti est pater: quia & ipsum ita est, et hoc est quod pater, secundũ quod sapiẽtia est & essentia. Nã secundũ quod uerbũ, nõ hoc est quod pater, quia uerbũ nõ est pater, & uerbũ relatiue dicit sicut filius, quod utiq; nõ pater. Et ideo Christus uirtus & sapientia dei, quia de patre uirtute & sapiẽtia, etiã ipse uirtus & sapiẽtia est, sicut lumẽ de patre lumine, & fons uitę apud deũ patrẽ, utiq; fontẽ uitę. Quoniã apud te, inquit Propheta, est fons uitę, et in lumine tuo uidebimus lumen: quia sicut pater habet uitã in semetipso, sic dedit filio habere uitã in semetipso: et erat lumẽ uerũ quod illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ, & lumen hoc uerbũ erat apud deũ, sed & deus erat uerbũ. Deus aũt lumẽ est, & tenebræ in eo nõ sunt ullæ, lumen uero nõ corporale sed spiritale. Neq; ita spiritale ut illuminatione factũ sit, quẽadmodũ dictũ est Apostolis: Vos estis lumen mũdi: sed lumẽ quod illuminat omnẽ hominẽ, ea ipsa et summa sapiẽtia deus, un de nũc agimus. Sapiẽtia ergo filius de sapiẽtia patre, sicut lumẽ de lumine, & deus de deo, ut & singulus pater lumẽ, & singulus filius lumen: & singulus pater deus, & singulus filius deus, ergo & singulus pater sapiẽtia, & singulus filius sapiẽtia. Et sicut utrunq; simul unũ lumẽ, & unus deus, sic utrunq; una sapiẽtia. Sed filius factus est nobis sapiẽtia à deo, & iustitia & sanctificatio, quia tẽporaliter nos ad illũ cõuertimus, id est, ex aliquo tẽpore, ut cum illo maneamus in æternũ. Et ipse ex quodã tempore uerbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Propterea igitur cũ pronunciatur in scripturis, aut enarratẽ aliquid de sapiẽtia, siue dicente ipsa, siue cũ de illa dicit, filius nobis potiũs mũ insinuatur. Cuius imaginis exẽplo & nos nõ discedamus à deo, quia & nos imago dei sumus. Nõ quidẽ æqualis, facta quippe à patre p̃ filiũ, nõ nata de patre sicut illa. Et nos quia illuminamur lumine, illa uero quia lumẽ illuminãs, & ideo illa sine exẽplo nobis exemplũ est. Neq; enim imitatẽ præcedentẽ aliquẽ ad patrem à quo nunq̃ est omnino separabilis, quia idipsum est q̃d ille de quo est. Nos autẽ nitẽtes imitamur manentẽ, & sequimur stantẽ, & in ipso ambulantes tẽdimus ad ipsum: quia factus est nobis uia tẽporalis per humilitatẽ, quæ mãsio nobis æterna est per diuinitatẽ. Quoniã quippe spiritibus mũdis intellectualib. qui superbia nõ lapsi sunt, in forma dei, & deo æqualis & deus præbet exemplũ, ut se idẽ exemplũ redeũdi etiã lapso præberet homini, qui propter immũdiciã peccatorũ pœnamq; mortalitatis deũ uidere nõ poterat, semetipsum exinaniuit, nõ mutando diuinitatẽ suã, sed nostrã mutabilitatẽ assũmẽdo: et formã serui accipiẽs, uenit ad nos in hũc mundũ, qui in hoc mũdo erat, quia mũdus per eũ factus est: ut exemplũ surſum uidẽtibus deũ, exẽplũ deorsum mirantibus hominẽ, exemplũ sanis ad permanendũ, exemplũ infirmis ad cõualescẽdum, exemplũ morituris ad non timendũ, exemplũ mortuis ad resurgendũ esset, in omnib. ipse primatũ tenẽs. Quia enim homo ad beatitudinẽ sequi nõ debebat nisi deum, & sentire nõ poterat

Universidad de Deusto
Biblioteca

deum, sequendo deũ hominẽ factum sequeretur simul, & quẽ sentire poterat, & quem sequi debebat. Amemus ergo eũ & inhæreamus illi, charitate diffusa in cordibus nostris per spiritũ sanctum
1 sent. dist. 31 c. quod autẽ. qui datus est nobis. Nõ igitur mirũ si propter exemplũ quod nobis ut reformemur ad imaginem dei præbet imago æqualis patri, cũ de sapientia scriptura loquit, de filio loquitur quẽ sequimur uiuẽdo sapiẽter: cuius & pater sit sapiẽtia sicut lumen & deus: spiritus quoq; sanctus siue summa charitas utrũq; cõiungẽs nosq; subiungẽs, quod
1. Ioan. 4 ideo nõ indigne dicit quia scriptũ est: Deus charitas est, quomodo nõ est etiã ipse sapiẽtia, cũ sit
1. Ioan. 1 lumen, quoniã deus lumen est. Siue ergo hoc modo, siue alio modo essentia spiritus sancti singillatim ac ꝓprie nominãda est, quoniã deus est, utiq; lumen est Et quoniã lumen est, utiq; sapientia est: B Deum autẽ esse spiritum sanctũ, utiq; scriptura clamat apud Apostolũ qui dicit, Nescitis quia templũ dei estis? Statimq; subiecit, Et spiritus dei habitat in uobis. Deus enim habitat in tẽplo suo: Nõ enim tanq; minister habitat spiritus dei in tẽplo
1. Cor. 6 dei, cum alio loco euidẽtius dicat: Nescitis quia corpora uestra templũ in uobis est spiritus sancti, quẽ habetis à deo, & nõ estis uestri? Empti enim estis precio magno, glorificate & portate deũ in corpore uestro. Quid est autẽ sapientia, nisi lumẽ spirituale & incõmutabile? Est enim & sol iste lumen sed corporale est, et spiritalis creatura lumẽ, sed non incõmutabile. Lumen ergo pater, lumen filius, lumen spiritus sanctus, Simul autẽ non tria lumina, sed unũ lumen. Et ideo sapiẽtia pater, sa- C pientia filius, sapiẽtia spiritus sanctus, & simul nõ tres sapientiæ, sed una sapiẽtia, & quia hoc est ibi esse quod sapere, una essentia pater & filius & spiritus sanctus. Nec aliud est ibi esse quàm deũ esse. Vnus ergo deus, pater & filius & spiritus sanctus.

Quæ necessitate Græci tres hypostases dixerint, Latini personas. Cap. IIII

Itaq; loquẽdi causa de ineffabilibus, ut fari aliquo modo possemus quod effari nullo modo possumus, dictũ est à nostris Græcis una essentia, tres subsistãtiæ: à Latinis autẽ una essentia uel subsistãtia, tres personæ: quia sicut iã diximus, nõ aliter in sermone nostro, id est, Latino, essentia q̃ subsistãtia solet intelligi. Et dum intelligat saltẽ in ænigmate quod dicit, placuit ita dici ut diceret aliquid cum quæreretur quid tria sint, quæ tria esse fides uera pronũciat, cum & patrẽ nõ dicit esse filiũ, & spi- D ritũ sanctũ quod est donũ dei, nec patrẽ dicit esse nec filiũ. Cum ergo quæritur quid tria, uel quid tres, conferimus nos ad inueniendũ aliquod speciale uel generale nomẽ quo complectamur hæc
1 sent. dist. 23 ca. qua necessitate tria, neq; occurrit animo quia excedit superemi- nẽtia diuinitatis usitati eloquij facultatẽ. Verius enim cogitatur deus q̃ dicitur, & uerius est q̃ cogitatur. Cum enim dicimus nõ eundẽ esse Iacob qui est Abrahã, Isaac autem nec Abrahã esse nec Iacob, tres esse utiq; fatemur, Abrahã, Isaac & Iacob. Sed cũ quæritur quid tres, respõdemus tres homines, nomine speciali eos pluraliter appellãtes, generali autẽ si dicamus tria animalia. Homo enim sicut ueteres definierũt, animal est rationale, mortale. Aut sicut scripturæ nostræ loqui solent, tres animas cũ à parte meliore totũ appellari placet, id est ab anima, cũ corpus & anima sit totus homo. Ita quippe dictũ est in Aegyptũ descẽdisse cũ Iacob animas septuaginta quinq;, pro tot hominibus. Itẽ cum dicimus equũ tuũ, nõ eũ esse qui meus est, & tertiũ alicuius alterius, nec meũ esse nec tuũ, fatemur tres esse. Et interrogãti quid tres, respõderemus tres equos nomine speciali, generali autẽ tria animalia. Itẽ cum dicimus bouẽ non esse equũ, canem uero nec bouem esse nec equũ, tria quædã dicimus, & percõtantibus quid tria, nõ iam speciali nomine dicimus tres equos, aut tres boues, aut tres canes, quia nõ eadẽ specie cõtinent, sed generali tria animalia, siue superiore genere tres substãtias, uel tres creaturas, uel tres naturas. Quæcunq; autẽ plurali numero enunciant specialiter uno nomine, etiã generaliter enũciari possunt. Non autẽ omnia quæ generaliter uno nomine appellant, etiã specialiter appellare uno nomine possumus. Nã tres equos quod est nomen speciale, etiã animalia tria dicimus. Equum uero & bouẽ & canẽ, animalia tria tantũ dicimus uel substãtias, quę sunt generalia nomina, & si quid aliud de his generaliter dici potest. Tres uero equos, aut boues, aut canes, quæ specialia uocabula sunt, nõ ea possumus dicere. Ea quippe uno nomine q̃uis pluraliter enũciamus, quę cõmuniter habẽt illud qd' eo nomine significatur. Abrahã quippe & Isaac & Iacob, cõmune habẽt id quod est homo, itaq; dicunt tres homines. Equus quoq; & bos & canis, cõmune habẽt id quod est animal. Dicuntur ergo tria animalia. Ita tres aliquas lauros, etiã tres arbores dicimus, laurũ uero & myrtũ & oleam, tantũ tres arbores uel tres substãtias aut tres naturas, atq; ita tres lapides, etiã tria corpora, lapidẽ uero & lignum, & ferrũ, tantũ tria corpora, uel si quo etiã superiore generali nomine dici possunt. Pater ergo & filius & spiritus sanctus, quoniã tres sunt, queramus q̃d tres sunt, & quid cõmune habeãt. Nõ enim commune illis est id quod pater est, ut inuicẽ sibi sint patres, sicut amici, cũ relatiue ad alterutrũ dicantur, possunt dici tres amici q̃ inuicẽ sibi sunt. Nõ aũt hoc ibi, quia tantũ pater ibi pater, nec duorũ pater, sed unici filij. Nec tres filij, cũ pater ibi non sit filius nec spũs sanctus. Nec tres spiritus sancti, quia & spiritus sanctus ꝓpria significatione qua etiã donũ dei dicit, nec pater nec filius. Quid igit tres? Si enim tres psonæ, cõmune est eis id quod persona est, ergo speciale hoc, aut generale nomẽ est eis, si cõsuetudinem loquẽdi respicimus. Sed ubi est naturæ nulla diuersitas, ita ibi generaliter enũciant aliqua plura, ut etiã specialiter enũciari possint. Naturæ em̃ differẽtia facit, ut laurus & myrtus, & olea, aut equus & bos & canis, nõ dicant speciali nomine, istæ tres lauri, aut illi tres boues, sed generali, ut istę tres arbores, et illa tria animalia. Hic uero ubi nulla est essentiæ diuersitas, oportet ut speciale nomen habeant hæc tria, quod tamẽ nõ inuenit. Nã persona generale nomen

men est, intantũ ut etiã homo possit hoc dici, cũ
1 sent. dist. 23 c. pater ergo. tantũ interfit inter hominẽ & deũ. Deinde in ipso generali uocabulo, si propterea dicimus tres psonas, quia cõmune est eis id quod persona est, Alioquin nullo modo possunt ita dici, quẽadmodũ nõ dicunt tres filij, quia nõ cõmune est eis id
1 sent. dist. 23 ca. sed queritur tam. prim. quod est filius: cur nõ etiã tres deos dicimus? certe enim quia pater psona, & filius psona, & spiritus sanctus persona, ideo tres personę. Quia ergo pater deus, & filius deus, & spiritus sanctus deus, cur nõ tres dij? Aut quoniã propter ineffabilẽ cõ iunctionẽ hæc tria simul unus deus, cur non etiã una persona, ut ita nõ possimus dicere tres personas, q̃uis singulã quamq; appellemus personã, quẽadmodũ nõ possumus dicere tres deos, q̃uis quẽq; singulũ appellemus deũ, siue patrẽ, siue filiũ, siue spiritũ sanctũ. An quia scriptura non dicit B tres deos? Sed nec tres psonas alicubi scripturã cõmemorare inuenimus. An quia nec tres, nec unã personã scriptura dicit hæc tria: legimus eñ personã domini, nõ personã dominũ: propterea licuit loquẽdi & disputãdi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit, sed quia scriptura nõ cõtradicit. Si aũt diceremus tres deos,
Deuter. 6 1 sent. dist. 23 c. sicut ergo hic. in prim. contradiceret scriptura dicẽs: Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est. Cur ergo & tres essentias nõ licet dicere, quod similiter scriptura, sicut nõ dicit, ita nec cõtradicit. Nã essentia si speciale nomẽ est cõmune tribus, cur nõ dicant tres essentiæ, sicut Abrahã, Isaac, & Iacob, tres homines, quia homo speciale nomẽ est cõmune oñibus hominibus. Si aũt speciale nomẽ nõ est essentia, C sed generale, quia homo & pecus, & arbor, & sydus, & angelus dicunt essentia, cur nõ dicuntur istæ tres essentię, sicut tres equi dicunt tria animalia, & tres lauri dicunt tres arbores, & tres lapides tria corpora? Aut si ꝓpter unitatẽ trinitatis non dicunt tres essentiæ, sed una essentia, cur nõ ꝓpter eandẽ unitatẽ nõ dicũtur tres substãtię uel tres personæ, sed una substantia & una persona? Quam enim est illis cõmune nomẽ essentię, ita ut
1 sent. dist. 23 ca. quod enim singulus quisq; dicatur essentia, tam illis cõmune est uel substãtiæ, uel personę uocabulũ. Quod enim de personis secundũ nostrã, hoc de substantijs secundũ Græcorũ consuetudinẽ ea quæ diximus oportet intelligi. Sic enim dicũt illi tres substantias unam essentiã, quẽadmodũ nos dicimus tres D personas, unã essentiã uel substantiã. Quid igitur restat, nisi ut fateamur loquẽdi necessitate partita hęc uocabula, cũ opus esset copiosa disputatione aduersum insidias uel errores hæreticorũ? Cũ enim conaret humana inopia loquendo proferre ad hominũ sensus quod in secretario mentis ꝓ captu tenet, de domino deo creatore suo, siue per piam fidẽ, siue per qualemcunq; intelligentiã, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur in illa
1 sent. dist. 23 sicut & hic. in fine summa æqualitate ulla diuersitas. Rursus nõ esse tria quædam, nõ poterat dicere, quod Sabellius quia dixit, in hæresim lapsus est. Certissime quippe & de scripturis cognoscitur quod pie credendum est, & aspectus mẽtis indubitata percepti-

perstringitur, & patrẽ esse, & filiũ & spiritum sanctum, nec eundẽ filium esse qui pater est, nec spiritum sanctum eundẽ esse uel patrẽ uel filiũ. Quæsiuit quid tria diceret, Et dixit substãtias siue personas, quibus nominib. nõ diuersitatẽ intelligi uoluit, sed singularitatẽ: ut non solũ ibi unitas intelligatur, ex eo quod dicitur una essentia, sed & trinitas, ex eo q̃ dicuntur tres substantiæ, uel personæ. Nã si hoc est deo esse quod subsistere, ita non erãt dicẽdæ tres substãtiæ, ut nõ dicuntur tres essentiæ: quẽadmodũ quia hoc est deo esse quod sapere, sicut non tres essentias, ita nec tres sapiẽtias dicimus. Sic enim quia hoc illi est deũ esse quod est esse, tam tres essentias q̃ tres deos dici phas nõ est. Si autẽ aliud est deo esse, aliud subsistere, sicut aliud deo esse, aliud patrẽ esse uel dominum esse: quod enim est ad se dicitur, pater autẽ ad filiũ, & dominus ad seruientẽ creaturã dicitur: relatiue ergo subsistit, sicut relatiue signit, & relatiue dominat. Ita iam substãtia nõ erit substãtia, quia
1 sent. dist. 8 c. unde nec. in prim. relatiuũ erit. Sicut enim ab eo quod est esse appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere substãtiam dicimus. Absurdũ est autẽ, ut substãtia relatiue dicatur: Oñis enim res ad seipsam subsistit, quanto magis deus: si tamẽ dignũ est, ut deus dicatur subsistere. De his enim rebus recte intelligitur, in quibus subiectis sunt ea quæ in aliquo subiecto esse dicũtur, sicut color aut forma in corpore. Corpus enim subsistit, & ideo substãtia est. Illa uero in subsistẽte atq; subiecto corpore, quæ nõ substãtiæ sunt, sed in substantia: & ideo si esse desinat, uel ille color, uel illa forma, nõ adimunt corpori esse corpus. quia nõ hoc ei est esse, quod illã uel illã formã colorem̃ue retinere. Res uero mutabiles neq; simplices, ꝓprie dicunt substãtię. Deus aũt si subsistit ut substãtia, ꝓprie dici possit, ineſt in eo aliquid tanq̃ in subiecto, & nõ est simplex, cui hoc sit esse quod illi est, & quicqd aliud de illo ad illũ dicitur, sicut magnus, omnipotens, bonus, & si qd huiusmodi de deo nõ incõgrue dicit. Nefas est aũt dicere ut subsistat, et subsit deus bonitati suæ, atq; illa bonitas nõ substantia sit uel potius essentia, neq; ipse deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanquã in subiecto. Vnde manifestũ est deũ abusiue substantiã uocari, ut nomine usitatione intelligat essentia, quod uere ac ꝓprie dicitur, ita ut fortasse solũ deũ dici oporteat essentiã. Est enim uere, solus, quia incõmutabilis est, idq; nomen suũ famulo suo Moysi enũciauit, cũ ait: Ego Exod. 3 sum q̃ sum: Et dices ad eos, q̃ est misit me ad uos. Sed tamẽ siue essentia dicat quod ꝓprie dicit, siue substãtia quod abusiue, utrũq; ad se dicit, non relatiue ad aliquid. Vnde hoc est deo esse quod subsistere, quoniã deo si una essentia trinitas, una etiã substãtia. Fortasis igit cõmodius dicuntur tres psonæ, q̃ tres substantiæ. Sed ne nobis uidear suffragari, hoc quoq; requiramus. Quanq̃ & illi, Trium personarum eadem essentia. Cap. VI si uellent, sicut dicũt tres substãtias, tres hypostases, possent dicere tres psonas, tria prosopa. Illud aũt maluerũt quod forte secundũ linguæ suę consuetudinẽ aptius diceret. Nãq; & in psonis eadẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio est. Nō enim aliud est deo esse, aliud personā esse, sed omnino idē. Nā si esse ad se dicit, persona A uero relatiue, sic dicamus tres personas, patrē & filiū & spiritūsanctū, quēadmodū dicūtur aliqui tres amici, aut tres, ꝓpinqui, aut tres uicini, ꝙ sint adinuicē, non ꝙ unusquisq; eorū sit ad seipsum. Quapropter quilibet ex eis amicus est duorū cæterorū, aut propinquus aut uicinus, quia hæc nomina relatiuam significationē habēt. Quid ergo? nō placet ut dicamus patrē personā esse filij & spiritussancti, aut filiū personā esse patris & spiritussancti, aut spiritūsanctū personā esse patris et filij? Sed neq; persona ita dicī alicubi solet, neq; in hac trinitate cū dicim⁹ personā patris, aliud dicimus

1 sent. dist. 23 c. quod autem notandum.

q̄ substantiā patris. Quocirca ut substātia patris ipse pater est, non quo pater est, sed quo est, ita & psona patris, nō aliud q̄ ipse pater est: ad se quip/ B pe dicit persona, nō ad filiū uel spiritūsanctū, sicut ad se dicit deus, & magnus, et bonus, & iustus, & si quid aliud huiusmodi. Et quēadmodū hoc illi est esse, quod deū esse, quod magnū, quod bonū

1 sent. dist. 23 c. ideo oritur.

esse, ita hoc illi est esse, quod personā esse. Cur ergo non hæc tria simul unā personā dicimus, sicut unā essentiā & unū deum, sed tres dicimus personas, cū tres deos aut tres essentias nō dicamus, ni si quia uolumus, uel unū aliquod uocabulū seruire huic significationi qua intelligit trinitas, ne omnino taceremus interrogati, quid tres, cū tres

1 sent. dist. 19 c. hic abijcien dum.

esse fateremur? Nā si gen⁹ est essentia, species aūt substātia siue persona, ut nōnulli sentiūt, omitto illud quod iam dixi, oportere appellare tres essentias, ut appellātur tres substātię uel personę, sicut C appellātur tres equi eademq; animalia tria, cū sit species equus, animal genus. Neq; em̄ species ibi pluraliter dicta est, & genus singulariter, tanq̄ dicerēt tres equi unū animal, sed sicut tres equi speciali nomine, ita tria animalia generali nomine.

1 sent. dist. 19 ca. si uero dicunt.

Quod si dicūt substātiæ uel personæ nomine non speciē significari, sed aliquid singulare atq; indiui duū: ut substātia uel persona, nō ita dicat sicut dicitur homo, quod cōmune est oīb. hominibus, sed quomō dicit hic homo, uelut Abrahā, uelut Isaac, uelut Iacob, uel si quis alius qui etiā digito præsens demōstrari possit: sic quoq; illos eadē ratio cōsequetur. Sicut enim dicunt Abrahā, Isaac & Iacob tria indiuidua, ita tres homines, & tres animæ. Cur ergo & pater & filius & spiritussan/ D ctus, si secundū genus & speciē & indiuiduū etiā ista disserimus, nō ita dicunt tres essentiæ uel tres substātiæ seu psonæ? sed hęc, ut dixi, omitto. Illud dico, si essentia genus est, una essentia iā nō habet species, sicut quia genus est animal, unū animal iam nō habet species. Non sunt ergo tres species unius essentię, pater & filius et spiritussanctus. Si aūt species est essentia, sicut species est homo, tres uero illæ quas appellamus substantias siue personas, sic eandē speciē cōmuniter habent, quemadmodū Abrahā, Isaac & Iacob, speciē quæ homo dicitur cōmuniter habent, non sicut homo subdiuidit in Abrahā, Isaac & Iacob, ita unus homo & in aliquos singulos homines subdiuidi potest,

omnino enim nō potest, quia unus homo iā singu/ lus homo est. Cur ergo una essentia in tres substātias, uel personas subdiuidit. Nam si essentia spe/ cies est sicut homo, sic est una essentia sicut unus homo: an sicut dicim⁹ aliquos tres homines eiusdem sexus, eiusdē tēperationis corporis, eiusdēq; animi, unā esse naturā: tres em̄ sunt homines, sed una natura: sic etiā ibi dicimus tres substātias unā essentiā, aut tres personas unā substātiā uel essentiam? Hoc uero utcunq; simile est, quia & ueteres qui Latine locuti sunt, anteq; haberent ista nomina, quę non diu est quod in usum uenerunt, id est essentiā uel substantiā, pro his naturā dicebāt. Nō itaq; secundum genus & species ista dicimus, sed quasi secundū cōmunē eandemq; materiā. Sicut ex eodē auro si fierēt tres statuæ, diceremus tres statuas unū aurū, nec tamē diceremus genus aurum, species autē statuas, nec aurū speciē, statuas uero indiuidua. Nulla quippe species indiuidua sua transgreditur, ut aliquid extra cōprehendat. Cum enim definiero quid sit homo, quod est nomen speciale, singuli quiq; homines qui sunt indiuidua eadē definitione cōtinētur, nec aliquid ad eam pertinet quod homo nō sit. Cum uero aurū definiero, nō solæ statuæ si aureæ fuerint, sed & annuli, & si quid aliud de auro fuerit ad aurū pertinebit, & si nihil inde fiat, aurū dicitur, quia etiā si non sint aureæ, nō ideo non erūt statuę. Iē nulla species excedit definitionem generis sui. Cum enim definiero animal, quoniā generis huius species est equus, omnis equus animal est, nō autem statua omnis aurū est. Ideo q̄uis in tribus statuis aureis, recte dicamus tres statuas unum aurū, nō tamen ita dicimus, ut genus aurū, species uero statuas intelligamus. Nec sic ergo trinitatē dicimus tres personas uel substātias, unam essentiā & unū deū, tanquā ex una materia tria quædā subsistāt, etiā si quicquid illud est, in his tribus explicarum sit. Non enim aliquid aliud eius essentiæ est præter istam trinitatē, tamen tres personas eiusdē est sentiæ, uel tres personas unam essentiā dicimus: tres autē personas ex eadē essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit qd̄ essentia est, aliud quod persona, sicut tres statuas ex eodē auro possumus dicere. Aliud enim illic est esse aurum, aliud esse statuas. Et cum dicuntur tres homines una natura, uel tres homines eiusdem naturæ, possunt etiā dici tres homines ex eadē natura, quia ex eadē natura & alij tres homines possunt existere. In illa uero essentia trinitatis, nullo modo alia quælibet persona ex eadē essentia potest existere. Deinde in his rebus nō tantū est unus homo, quantū tres homines simul. Et plus sunt aliq̄d homines duo, q̄ unus homo. Et in statuis æqualibus plus auri est tres simul q̄ singulæ statuæ, & minus auri est una quàm duæ. At in deo nō ita est. Nō enim maior essentia est pater & filius & spiritussanctus simul quàm solus pater aut solus filius: sed tres simul illæ substātiæ siue personæ, si ita dicēdę sunt, æquales sunt singulis, quod animalis homo non pcipit. Nō enim potest cogitare nisi moles & spatia

tia, uel minuta uel grādia, uolitātib. in animo eius phātasmatibus, tanq̄ imaginib. corporū. Ex qua A immūdicia donec purget, credat in patrē & filiū & spiritūsanctū, unū deum, solū, magnū, omnipotentē, bonū, iustum, misericordē, omniū uisibilium & inuisibiliū conditorē, & quicquid de illo ꝓ humana facultate digne uereq; dici potest. Neq; cū audierit patrē solū deū, seperaret inde filiū, aut spiritumsanctū. Cū eo quippe solus deus, cum quo & unus deus est, quia & filiū cū audimus solū deū, sine ulla separatiōe patris aut spiritussancti oportet accipere: atq; ita dicat una essentiā, ut nō existimet aliud alio, uel maius uel melius, uel aliqua ex parte diuersum. Nō tamē ut pater ipse sit & filius & spūssanctus, & quicqd aliud ad alterutrū singula dicunt, sicut uerbū quod non dicit nisi filius, aut donū quod nō dicit nisi spiritussanctus, B

Ioan. 10

ꝓpter quod etiā pluralem numerū admittūt: sicut in Euāgelio scriptū est: Ego & pater unū sumus: Et unū dixit, & sumus. Vnū, secundū essentiā, ꝙ idē deus: sumus, secūdū relatiuū, ꝙ ille pater, hic filius. Aliquando & tacet unitas essentiæ, & sola pluraliter relatiua cōmemorātur. Veniemus ad eū ego & pater, & habitabimus apud eū. Venie/ mus et habitabimus, pluralis numerus est, ga prę dictum est, Ego & pater: id est filius & pater, quæ relatiue ad inuicē dicunt. Aliquādo latenter om/

Gen. 1 2 sent. dist. 16 ca. quo circa.

nino, sicut in Genesi: Faciamus hominē ad imagi nē & similitudinē nostrā. Et faciamus, & nostrā, pluraliter dictum est, & nisi ex relatiuis accipi nō potest. Non em̄ ut facerent dn̄s, aut ad imaginē & similitudinē deorū, sed ut facerēt pater & filius et C spiritussanctus, ad imaginē patris & filij & spiritussancti, ut subsisteret homo imago dei. Deus au tē trinitas. Sed quia nō omnino æqualis fiebat illa imago dei, tanq̄ nō ab illo nata, sed ab eo creata, huius rei significādæ causa, ita imago est ut ad imaginē sit, id est non æquat parilitate, sed quadā similitudine accedit. Non em̄ locorū interuallis, sed similitudine accedit ad deū, & dissimilitudine recedit ab eo. Sunt enim qui ita distinguūt, ut

1 sent. dist. 3 ca. hinc quidam. c. his igitur. 1 sent. dist. 16 ca. quoniam. c. his igitur.

imaginē uelint esse filiū, hominē uero non imaginē, sed ad imaginē. Refellit aūt eos Apostolus di/

1 Cor. 11 cēs: Vir quidē non debet uelare caput, cū sit imago & gloria dei: Nō dixit ad imaginē, sed imago. Quę tamē imago cū alibi dicit: Ad imaginē, non

1 sent. dist. 16 2 filius uero.

quasi ad filiū dicit, quæ imago æqualis est patri, D alioquin non diceret ad imaginē nostrā. Quomō

Gen. 1

enim nostrā, cū filius solius patris imago sit? Sed ꝓpter imparē ut diximus similitudinē dictus est homo ad imaginē, & ideo nostrā, ut imago trinitatis esset homo: nō trinitati æqualis sicut filiꝰ patri, sed accedēs, ut dictū est, quadā similitudine, sicut in distantib. significat quædā uicinitas, nō loci, sed cuiusdā imitationis. Ad hoc em̄ eis & dicitur: Reformamini in nouitate mētis uestrę. Qui/

Rom. 12

bus itē dicit: Estote itaq; imitatores dei sicut filij charissimi. Nouo em̄ homini dicit: Qui renouat in agnitionē dei, secundū imaginē eius qui creauit eū. Aut si iā placet, ꝓpter disputādi necessitatem, etiā exceptis nominib. relatiuis, pluraliē nu/

merū admittere, ut uno nomine respondeat, cum quęrit, quid tria, et dicere tres substātias siue tres psonas, nullę moles aut interualla cogitent, nulla distātia quātulæcūq; dissimilitudinis, ut ibi intelligatur aliud alio, uel paulo minus, quocūq; modo minus esse aliud alio potest, ut neq; personarū sit confusio, nec talis distinctio qua sit impar aliquid. Quod si intellectu capi non potest, fide teneatur, donec illucescat in cordib. ille qui ait per Prophetam: Nisi crediderit⁹ non intelligetis. Esa. 7

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER VIII

Epilogus superius dicto/ rum.

IXIMVS alibi ea dici proprie in il/ la trinitate distincte ad singulas pso/ D nas ptinentia, quę relatiue dicunt ad inuicē, sicut pater & filius, & utriusq; donū spiritussanctus. Nō em̄ pater trinitas, aut filius trinitas, aut trinitas donū. Quod uero ad se dicunt singuli, nō dici pluraliter tres, sed unā ipsam trinitatē, sicut deus pater, deus filius, deus spiritussanctus. Et dominus pater, dn̄s filius, dominus spiritussanctus. Et omipotēs pater, omnipotēs filius, omipotēs spiritussanctus. Nec tamē tres dn̄i, aut tres dn̄i, aut tres omnipotentes, sed unus deus dominus omnipotēs ipsa trinitas: & quicquid aliud, nō ad inuicē relatiue, sed ad se singuli dicunt. Hoc em̄ secundū essentiā dicūtur, quia hoc est ibi esse, quod magnū esse, quod bonū esse, quod sapientē esse, et quicqd aliud ad se una quæq; ibi psona, uel ipsa trinitas dicit. Ideoq; dici tres psonas uel tres substātias, nō ut aliqua intelligat diuersitas essentię, sed ut uel uno aliquo uocabulo responderi possit, cū dicitur quid tres, uel quid tria: tantamq; esse equalitatē in ea trinitate, ut non solū pater nō sit maior q̄ filius, qd̄ attinet

1 sent. dist. 19 c. sciendum est ergo.

ad diuinitatē, sed nec pater & filiꝰ simul maius aliquid sint q̄ spiritussanctus, aut singula quæq; pso/ na quelibet triū, minus aliquid sit q̄ ipsa trinitas. Dicta sunt hæc, & si sæpius uersando repetant, familiarius quidē innotescūt. Sed & modus aliquis adhibēdus est, deoq; supplicādū deuotissima pietate, ut intellectū aperiat, & studiū cōtentiōis absumat, quo possit mēte cerni essentia ueritatis, sine ulla mole, sine ulla mobilitate. Nūc itaq; inquātum ipse adiuuat creator mire misericors, attēdamus hæc quæ modo tā interiora q̄ superiora tractabimus, cū sit eadē seruata illa regula, ut quod intellectui nostro nondū eluxerit, à firmitate fidei nō dimittatur. Dicimus em̄ nō esse in hac trini/ In trinitate non est maius aut minus. Cap. 1

tate maius aliquid duas aut tres psonas q̄ unā earum, quod nō capit cōsuetudo carnalis, nō ob aliud, nisi qa uera quæ creata sunt sentit ut possit. Veritatē aūt ipsam qua creata sunt nō potest intueri. Nā si posset, nullo modo esset lux ista corporea manifestior q̄ hoc quod diximus. In substātia quippe ueritatis, quoniā sola uere est, non est maior aliqua, nisi quę uerius est. Quicquid aūt intelligibile atq; incōmutabile est, nō aliud alio uerius est, quia æque incōmutabiliter æternum est. Nec quod ibi magnū dicitur, aliunde magnū est, q̄ eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo uere est. Quapropter ubi magnitudo ipsa ueritas est, quicqd plus habet magnitudinis, neces- A
se est ut plus habeat ueritatis. Quicqd ergo plus
ueritatis nō habet, nō habet plus etiā magnitudi-
nis. Porrō quicqd plus habet ueritatis, ꝓfecto ue-
rius est, sicut maius est quod plus habet magnitu
dinis, hoc ergo ibi est maius qđ uerius. Non aūt
uerius est pater et filiꝰ simul, cꝫ singulus pater, aut
singulus filiꝰ. Nō igit maius aliquid utrūq; simul,
cꝫ singulū eorū. Et quoniā æque uere est etiā spiri
tussanctus, nec pater et filius simul, maius aliquid
est cꝫ ipse, quia nec uerius est. Pater quoq; & spiri
tussanctus simul, quoniā ueritate nō superāt filiū,
nō em̄ uerius sunt, nec magnitudine superāt. Atq;
ita filius & spiritussanctus, simul tā magnū aliqd
sunt, cꝫ pater solus, quia tam uere sunt. Sic & ipsa
trinitas, tā magnū est, cꝫ unaquæq; ibi psona. Nō B
enim ibi maior est, quæ uerior nō est, ubi est ipsa
ueritas magnitudo. Quia i essentia ueritatis, hoc
est uerū esse quod est esse, & hoc est esse quod est
magnū esse, hoc est ergo magnū esse, quod uerū
esse. Quod igitur ibi æque uerū est, etiā æque ma
gnū sit necesse est. In corporib. aūt fieri potest,
ut eque uerū sit hoc aurū atq; illud, sed maius hoc
sit cꝫ illud, quia nō eadē ibi est magnitudo quę ue
ritas. Aliudq; illi est aurū esse, aliud magnū esse.
Sic & in animi natura, secundū quod dicitur ma
gnus animus, nō secūdū hoc dicit uerus animus.
Animū enim uerū habet etiā qui nō est magnani
mus, quādoquidē corporis & animi essentia, non
est ipsius ueritatis essentia, sicut est trinitas deus
unus, solus, magnus, uerus, uerax, ueritas. Quē si C
cogitare conamur, quātū sinit & donat, nullus co
gitetur per locorū spacia cōtactus aut cōplexus,
quasi triū corporū, nulla cōpago iūcturæ, sicut tri
corporem Geryonē fabulæ ferūt: sed quicqd ani
mo tale occurrerit, ut magis sit in trib. cꝫ in singu
lis, minusq; in uno cꝫ in duobus, sine ulla dubita-
tione respuatur. Ita em̄ respuit omne corporeū.
In spiritalib. aūt, omne mutabile quod occurrerit
nō putet deus. Nō enim paruę notitię pars est, cū
de, ꝓfundo isto in illā summitatē respiramus, si an
tequā scire possumus quid sit deus, possumus iā
scire quid nō sit. Nō est enim certe, nec terra, nec
cœlū, nec quasi terra & cœlū, nec tale aliqd qua-
le uidemus in cœlo, nec tale aliquid quicquid nō
uidemus, & est fortassis in cœlo. Nec si augeas i- D
maginatione cogitatiōis lucē solis quātū potes,
siue quo sit maior, siue quo sit clarior, millies tan
tū, aut innumerabiliter, neq; hoc est deus, Nec si
cut cogitant̄ angeli mūdi spiritus cœlestia corpo
ra inspirātes, atq; ad arbitriū quo seruiūt deo mu
tātes atq; uersantes, nec si omnes, cū sint milia mi
liū, in unū collati unus fiāt, nec tale aliquid deus
est. Nec si eosdē spiritus sine corporibus cogites,
quod quidē carnali cogitatiōi difficillimū est. Ec-
ce uide si potes, ó anima prægrauata corpore qđ
corrūpit, & onusta terrenis cogitationib. multis
& uarijs, ecce uide si potes, deus ueritas est. Hoc
enim scriptū est: Quoniā deus lux est: nō quomō
isti oculi uidēt, sed quomō uidet cor, cū audit ueri

Prima cognitio dei scire quid non sit. Cap. II

1. Ioan. 1

tas est. Noli quærere quid sit ueritas, statim em̄ se
opponūt caligines imaginū corporaliū & nubila
phātasmatū, & perturbāt serenitatē, quæ primo
ictu diluxit tibi, cū diceretur ueritas. Ecce in ipso
primo ictu, quo uelut coruscatiōe perstringeris,
cū dicit̄ ueritas, mane si potes, sed nō potes. Rela
beris in ista solita atq; terrena. Quo tandē pōdere
quæso relaberis, nisi sordiū contractarū cupidita
tis uisco & peregrinationis erroribus. Ecce ite
rū uide si potes. Nō amas certe nisi bonū, quia bo
na est terra altitudine montiū & tēperāmēto col-
liū & planicie camporū, & bonū prædiū, amœnū
ac fertile, & bona domus paribus mēbris dispos
ta, & ampla & lucida, & bona animalia, animata
corpora, & bonus aer modestus & salubris, et bo
nus cibꝰ suauis atq; aptus ualetudini, et bona ua-
letudo sine doloribꝰ. & lassitudine, & bona facies
hominis dimēsa pariliter & affecta hilariter & lu-
culēter colorata, et bonus animus amici cōsensio
nis dulcedine & amoris fide, & bonus uir iustus,
& bonę diuitiæ, ga facile expediūt, & bonū cœlū
cū sole & luna & stellis suis, & boni angeli sancta
obediētia, & bona locutio suauiter docēs, & con
gruēter monēs auditorē. Et bonū carmē, canorū
numeris, & sentētijs graue. Quid plura & plura?
Bonū hoc & bonū illud. Tolle hoc & illud, & ui-
de ipsum bonū si potes, ita deū uidebis, nō alio bo
no bonū, sed bonū oīs boni. Neq; em̄ in his om
nib. bonis uel quę cōmemoraui, uel quæ alia cer
nunt̄ siue cogitant̄, diceremus aliud alio melius
cū uere iudicamus, nisi esset nobis impressa notio
ipsius boni, secūdū quod & ꝓbaremus aliquid, et
aliud alij prēponeremus. Sic amādus est deus, nō
hoc & illud bonū, sed ipsum bonū. Quærēdū em̄
bonū animę, nō cui superuolitet iudicādo, sed cui
hæreat amādo. Et qd hoc nisi deus? Nō bonus a-
nimus, aut bonus āgelus, aut bonū cœlū, sed bo-
nū bonū. Sic enim forte facilius aduertit̄ quid ue
lim dicere. Cū em̄ audio, uerbi gratia, quod dicit̄
animus bonus, sicut duo uerba sunt, ita ex eis uer
bis duo quędā intelligo. Aliud quo animus est, a-
liud quo bonus. Et quidē ut animus esset, nō egit
ipse aliqd. Nō enim iā erat qui ageret ut esset. Vt
aūt sit bonus animus, uideo agendū esse uolūtate:
nō quia idipsum quo animꝰ est, nō est aliquid bo
ni, Nā unde iam dicit̄ & uerissime dicit̄ corpore
melior? sed ideo nondū dicit̄ bonus animus, quo
niā restat ei actio uolūtatis, qua sit prestātior, quā
si neglexerit, iure culpatur, rectęq; dicitur nō bo-
nus animus. Distat em̄ ab eo q hoc agit. Et quia
ille laudabilis, ꝓfecto iste qui hoc nō agit uitupe-
rabilis est. Cū uero hoc agit hoc studio, & fit bo-
nus animus, nisi se ad aliqd cōuertat qđ ipse nō
est, nō potest hoc assequi. Quò se aūt cōuertit ut fiat
bonꝰ animus, nisi ad bonū, cū hoc amat & appe-
tit, & adipiscitur? Vnde si rursus se auertat, fiatq;
nō bonꝰ, hoc ipso q; se auertit à bono, nisi maneat
in se illud bonū unde se auertit, nō est quò se iterū
si uoluerit emēdare cōuertat. Quapropter nulla
essent mutabilia bona, nisi esset incōmutabile bo
num. Cū itaq; audis bonū hoc & bonū illud, quę

possunt

Deus unice bonus. Cap. III

possunt aliās dici etiā nō bona, si potueris sine il-
lis quę participatiōe boni bona sunt, ꝓspicere ip- A
sum bonū, cuius participatione bona sunt, simul
em̄ et ipsum intelligis cū audis hoc aut illud bonū.
Si ergo potueris, illis detractis p seipsum ꝓspicere
bonū, ꝓspexeris deū. Et si amore inhæseris, conti
nuo beatificaberis. Pudeat aūt cū alia nō amenī,
nisi quia bona sunt, eis inhęrēdo nō amare bonū
ipsum, unde bona sunt. Illud etiā, quod animus,
tantū quia est animus, etiā nōdū eo modo bonus
quo se cōuertit ad incōmutabile bonū, sed ut di-
xi tantū animus, cū ita nobis placet ut eū omni e-
tiam luci corporeę cū bene intelligimus præfera-
mus, nō in seipso nobis placet, sed in illa arte qua
factus est. Inde em̄ approbaī factus, ubi uideī fu-
isse faciēdus: hęc est ueritas, & simplex bonū. Nō
enim est aliud aliquid cꝫ ipsum bonū, ac per hoc B
etiā summū bonū. Non em̄ minui uel augeri bo-
nū potest, nisi quod ex alio bono bonum est. Ad
hoc se igitur animus cōuertit ut bonus sit, à quo
habet ut animus sit. Tūc ergo uolūtas naturę con
gruit ut perficiaī in bono animus, cū illud bonū
diligitur cōuersione uoluntatis, unde est & illud
quod nō amittit̄, nec auersiōe uolūtatis. Auertē-
do em̄ se à summo bono, amittit animus ut sit bo
nus animus, nō aūt amittit ut sit animꝰ, cū & hoc
iam bonū sit corpore melius: hoc ergo amittit uo
luntas, quod uoluntas adipiscit̄. Iam enim erat a-
nimus qui cōuerti ad id uellet à quo erat. Qui aūt
uellet esse anteꝫ esset, nondū erat: & hoc est bo-
nū nostrū, ubi uidemus utrū esse debuerit aut de
beat quicquid esse debuisse aut debere cōprehē- C
dimus: et ubi uidemus esse nō potuisse nisi esse de
buisset, quicquid etiā quō esse debuerit cōprehē-
dimus. Hoc ergo bonū non longe positū est ab u-
noquoq; nostrū. In illo enim uiuimus, mouemur,
& sumus. Sed dilectione standū est ad illud, &
inhęrēdū illi, ut præsente ꝓfruamur à quo sumus,
quo absente nec esse possumus. Cū enim per fidē
adhuc ambulamus, nō per speciē, nondū utiq; ui
demus deū, sicut idem ait, facie ad faciē: quem ta-
men nisi nunc iam diligamus, nunqꝫ uidebimus.
Sed quis diligit quod ignorat? Scirī em̄ aliquid
& nō diligi potest. Diligi aūt quod nesciī, quæro
utrū possit, quia si nō potest, nemo diligit deū an-
teꝫ sciat. Et quid est deū scire, nisi eū mente cōspi
cere, firmeq; percipere? Non enim corpus est ut D
carneis oculis inquiraī. Sed & priusꝫ ualeamus
cōspicere atq; ꝓcipere deū, sicut cōspici & perci-
pi potest, quod mundicordibus licet: Beati enim
mūdicordes, quia ipsi deū uidebūt: nisi per fidem
diligaī, nō poterit cor mundari, quo ad eū uiden
dum sit aptū & idoneum. Vbi sunt enim illa tria,
ꝓpter quę in animo ædificanda omniū diuinorū
librorū machinamēta cōsurgunt, fides, spes, cha-
ritas, nisi in animo credēte quod nondū uidet, &
& sperāte atq; amāte quod credit? Amaī ergo &
quod ignoraī, sed tamen crediī. Nimirū autē ca-
uendū est, ne credens animus id quod non uidet
fingat sibi aliquid quod nō est, & speret diligatq;
quod falsum est. Quod si fit, non erit charitas de

Vide similia qui accedat fructus xiiii

Ver. dicit. 24. ꝓb. hoc in fine

Matth. 5

1 Cor. 13

corde puro & conscientia bona, & fide nō ficta,
quę finis præcepti est, sicut idem Apostolus dicit. A
Necesse est autē cū aliqua corporalia lecta uel au
dita quæ nō uidimus, credimus, fingat sibi aliqd
animus in lineamētis formisq; corporū, sicut oc-
currerit cogitāti, quod aut uerū non sit, aut etiā si
uerū est, quod rarissime potest accidere, non hoc
tamē fide ut teneamus quicqꝫ prodest, sed aliud
aliquid utile, quod per hoc insinuaī. Quis enim
legētiū uel audientiū quę scripsit Apostolus Pau
lus, uel quę de illo scripta sunt, nō fingit animo et
ipsius Apostoli faciē, & omniū quorū ibi nomi-
na cōmemoranī? Et cū in tanta hominū multitu-
dine quibus illæ literę notę sunt, alius aliter linea
menta figurāq; illorū corporum cogitet, quis pro
pinquius & sublimius cogitet, utiq; incertum est.
Neq; ibi occupaī fides nostra, qua facie corporis B
fuerint illi homines, sed tantū quia per dei gratiā
ita uixerūt, & ea gesserūt, quę scriptura illa testa-
tur, hoc et utile est credere, & nō desperandū &
appetēdū. Nam & ipsius dominicę facies carnis,
innumerabiliū cogitationū diuersitate uariaī &
fingiī, quę tamē una erat, quęcunq; erat. Neq; em̄
in fide nostra quā de domino Iesu Christo habe-
mus, illud salubre est quod sibi animus fingit, lon
ge fortasse aliter ꝫ res se habet, sed illud quod se-
cundū speciē de homine cogitamus: habemus e-
nim quasi regulariter infixā humanę naturę noti
tiā, secundū quā quicquid tale aspicimus, statim
hominē esse cognoscimus uel hominis formam.

1 Tim. 1

Quomodo trinitas diligatur incognita. Cap. V.

Secūdū hāc notitiā cogitatio nostra informaī, C
cū credimus pro nobis deū hominē factū, ad hu-
militatis exemplū, & ad demonstrandā erga nos
dilectionē dei. Hoc enim nobis ꝓdest credere, &
firmū atq; incōcussum corde retinere, scilicet hu-
militatē qua natus est deus ex fœmina, et à morta
lib. per tātas cōtumelias ꝓductus ad mortē, sum-
mū esse medicamentū, quo supbię nostrę sanareī
tumor, & altū sacramentū quo peccati uinculum
solueret̄. Sic et uirtutē miraculorū ipsius & resur
rectiōis eius, quoniā nouimus quid sit omnipotē
tia, de omnipotēte deo credimus, et secūdum spe
cies & genera rerū uel natura insita uel experien
tia collecta, de factis huiuscemodi cogitamus, ut
nō ficta sit fides nostra. Neq; enim nouimus faciē
uirginis Mariæ, ex qua ille à uiro intacta, neq; in
ipso partu corrupta mirabiliter natꝰ est. Nec gb.
mēbrorū lineamētis fuerit Lazarus, nec Betha-
niā, nec sepulchrū lapidēq; illū quē remoueri ius-
sit cū eū resuscitaret uidimus, nec monumentū no
uū excisū in petra unde ipse resurrexit, nec montē
Oliueti unde ascēdit in cœlū. Neq; oīno scimus
qcūq; ista nō uidimꝰ, an ita sint ut ea cogitamus,
imò uero ꝓbabilius existimamꝰ nō esse ita. Nāq;
cū alicuius facies uel loci uel hoīs, uel cuius libet
corporis eadē occurrerit oculis nostris quę occur
rebat animo, cū eā priusꝫ uiderem̄ cogitabam̄,
nō paruo miraculo mouemur. Ita raro et penè nū
quā accidit: & tamē ea firmissime credimus, quia
secundū specialē generalēq; notitiā quę certa no
bis est cogitamus. Credimus em̄ dominū Iesum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christũ natum de uirgine quę Maria uocabatur.
Quid sit autẽ uirgo, & quid sit nasci, & quid sit no A
men propriũ nõ credimus, sed prorsus nouimus.
Vtrũ autẽ illa facies Marię fuerit quę occurrit a
nimo cũ ista loquimur aut recordamur, nec nou
mus omnino, nec credimus. Itaq; hic salua fide li
cet dicere, forte talem habebat faciẽ, forte non ta
lem: forte aũt de uirgine natus est Christus. nemo
salua fide Christiana dixerit. Quamobrẽ quoniã
trinitatis ęternitatẽ, & ęqualitatẽ & unitatẽ quã
tum datur intelligere cupimus, prius aũt q̃ intelli
gamus credere debemus, uigilandũq; nobis est
ne ficta sit fides nostra: eadẽ quippe trinitate fruẽ
dum est, ut beate uiuamus, si aũt falsum de illa cre
diderimus, inanis erit spes, & non casta charitas:
quõ igit̃ eam trinitatẽ quã non nouimus, creden
do diligimus? An secundũ specialẽ generalemue B
notitiã, secundũ quã diligimus apostolũ Paulũ?
Qui etiã si nõ ea facie fuit quæ nobis occurrit de
illo cogitantibus, & hoc penitus ignoramus, no
uimus tamẽ quid sit homo. Vt enim longe nõ ea
mus, hoc sumus, id est homo, & illũ hoc fuisse &
animã eius corpori copulatam mortaliter uixisse
manifestũ est. Hoc ergo de illo credimus, quod in
uenimus in nobis, iuxta speciẽ uel genus, quo hu
mana omnis natura pariter cõtinet. Quid igit̃ de
illa excellẽtia trinitatis siue specialiter siue genera
liter nouim⁹, quasi multę sint tales trinitates, qua
rum aliquas experti sumus, ut per regulã similitu
dinis impressam uel specialẽ uel generalẽ notitiã,
illam quoq; talem esse credamus, atq; ita rem quã
credimus & nondum nouimus, ex parilitate rei C
quã nouimus diligamus? Quod utiq; non ita est.
An quẽadmodũ diligimus in domino Iesu Chri
sto, q̃ resurrexit à mortuis, quanuis inde neminẽ
unq̃ resurrexisse uiderimus, ita trinitatẽ quã non
uidemus, & qualẽ nullam unquã uidimus possu
mus credẽdo diligere? Sed quid sit mori, & quid
sit uiuere, utiq; scimus: quia & uiuimus & mortu
os ac moriẽtes aliquãdo uidimus et expti sumus.
Quid est autẽ aliud resurgere, nisi reuiuiscere, id
est, ex morte ad uitã redire? Cũ ergo dicimus &
credimus esse trinitatẽ, nouimus quid sit trinitas,
quia nouimus qd sint tria, sed nõ hoc diligimus.
Micare digitis Nã id ubi uolumus facile habemus, ut alia omit
tam, uel micãdo digitis tribus: an uero diligimus,
nõ q̃ omnis trinitas, sed quod trinitas deus? Hoc D
ergo diligimus in trinitate, quod deus est, sed deũ
nullum aliũ uidimus aut nouimus, quia unus est
deus, ille solus quem nondũ uidimus, & creden
do diligimus. Sed ex qua rerũ notarũ similitudi
In sanctis quid diligamus. VI ne uel cõparatione credamus, quo etiã nondum
notũ deum diligamus, hoc quęrit. Redi ergo
mecũ, & cõsideremus cur diligamus Apostolũ.
Nũquid nam, ppter humanã speciẽ quam notissi
mam habemus, eo quod credimus eũ hominẽ fu
isse? Nõ utiq;. Alioquin nunc nõ est quem diliga
mus, quãdo quidẽ homo ille iam nõ est. Anima e
nim eius à corpore separata est. Sed id quod in il
lo amamus, etiã nũc uiuere credimus: Amamus
enim animũ iustũ. Ex qua ergo generali aut spe
ciali regula, nisi quia scimus, & quid sit animus,
et quid sit iustus? Et animus quidẽ quid sit, nõ in
cõgrue nos dicimus ideo nosse, quia & nos habe
mus animũ. Neq; em̃ unq̃ oculis uidimus, & ex
similitudine uisorũ pluriũ, notionẽ generalẽ spe
cialẽue p̃cepimus, sed potius ut dixi, quia & nos
habemus. Quid em̃ tam intime sciẽs, sec̃ ipsum es
se sentit, q̃ id quo etiã cętera sentiunt̃, id est, ipse
animus? Nã & motus corporũ quib. præter nos
alios uiuere sentimus, ex nostra similitudine a
gnoscimus: quia & nos ita mouemus corpus ui
uẽdo, sicut illa corpora moueri aduertimus. Ne
que em̃ cũ corpus uiuũ moueri, aperiri ulla uia ocu
lis nostris ad uidendũ animũ, rem scilicet quę ocu
lis uideri nõ potest: sed illi moli ali quid inesse sen
timus, quale nobis inest ad mouẽdũ similiter mo
lem nostrã, quod est uita & anima. Neq; em̃ quasi
humanę prudẽtiæ ratiõisq; propriũ est. Et bestiæ
quippe sentiũt uiuere, nõ tantũ seipsas, sed etiã se
inuicẽ atq; alterutrũ, & nosipsos. Nec animas no
stras uidẽt, sed ex motib. corporis, idq; statim &
facillime quadã cõspiratiõe naturali. Animũ igit̃
cuiuslibet ex nostro nouimus, & ex nostro credi
mus quẽ nouimus. Nõ enim tantũ sentimus ani
mũ, sed etiã scire possumus quid sit animus consi
deratiõe nostri, habemus em̃ animũ. Sed quid sit
iustus, unde nouimus? Dixeramus em̃ nos Apo
stolũ nõ alia causa diligere, nisi q̃ sit iustus anim⁹.
Nouimus ergo & quid sit iustus, sicut & quid sit
animus. Sed quid sit animus ut dictũ est nouimus
ex nobis. Ineſt em̃ animus nobis. Quid aũt sit iu
stus unde nouimus, si iusti nõ sumus? Quod si ne
mo nouit qd sit iustus nisi qui iustus est, nemo di
ligit iustũ unq̃ nisi iustus. Nemo em̃ potest dilige
re quẽ iustũ esse credit ob hoc ipsum, quia iustum
esse credit, si quid sit iustus ignorat. Secũdũ quod
superius demõstrauimus neminẽ diligere quod
credit & nõ uidet, nisi ex aliqua regula notitię ge
neralis siue specialis. Ac p hoc si non diligit iustũ
nisi iustus, quõ uolet quisq; iustus esse qui nondũ
est? Non em̃ uult quisq; esse quod nondũ diligit.
Vt aũt sit iustus qui nondũ est, uolet utiq; iustus
esse: ut aũt uelit, diligit iustũ. Diligit ergo iustũ, &
qui nondũ iustus est. Diligere aũt iustũ nõ potest,
qui quid sit iustus, ignorat. Proinde nouit quid
sit iustus, etiã qui nondũ est: ubi ergo nouit, num
oculis uidit? An ullũ corpus iustũ uelut albũ, aut
nigrũ, aut quadrũ, aut rotundũ? quis hoc dixerit?
At oculis nõ uidit nisi corpora. Iustus aũt in homi
ne nõ est, nisi animus. Et cũ homo iustus dicit̃, ex
animo dicit̃, nõ ex corpore. Est enim quædã pul
chritudo animi iustitia qua pulchri sũt homines,
pleriq; etiam qui corpore distorti atq; deformes
sunt. Sicut autem animus nõ uidet oculis, ita nec
pulchritudo eius. Vbi ergo nouit quid sit iustus,
qui nõdum est, atq; ut sit diligit iustum? An signa
quędã p motũ corporis emicãt, quib. ille aut ille
homo esse iustus apparet? Sed unde nouit illa si
gna esse animi iusti, nescies qd omnino sit iustus?
Nouit ergo. Sed ubi nouimus quid sit iustus, etiã
cũ iusti nõdum sumus? Si extra nos nouimus, in
corpore

corpore aliquo nouimus. Sed non est ista res cor
poris. In nobis igit̃ nouimus quid sit iustus. Non A
enim alibi hoc inuenio cũ quęro ut hoc eloquar,
nisi apud meipsum. Et si interrogem aliũ quid sit
iustus, apud seipsum quærit quid respondeat. Et
quisq; hinc uerũ respõdere potuit, apud seipsum
quid respõderet inuenit. Et Carthaginẽ quidẽ cũ
eloqui uolo, apud meipsum quęro ut eloquar, &
apud meipsum inuenio phãtasiam Carthaginis.
Sed eam per corpus accepi, id est p̃ corporis sen
sum, quoniã pręsens in ea corpore fui, & eã uidi
atq; sensi, memoriaq; retinui, ut apud me inueni
rem de illa uerbũ, cũ eam uellẽ dicere. Ipsa enim
phãtasia eius in memoria mea uerbũ eius, nõ so
nus iste trisyllab⁹ cũ Carthago nominat̃, uel etiã
cũ tacite nomẽ ipsum p̃ spatia temporũ cogitat̃,
sed illud quod in animo meo cerno, cũ hoc trisyl B
labũ uoce, pfero, uel anteq̃ proferã. Sic & Alexã
driam cũ eloqui uolo quã nunq̃ uidi, presto est a
pud me phãtasma eius. Cũ em̃ a multis audissem
& credidissem magnã esse illam urbẽ, sicut mihi
narrari potuit, finxi animo meo imaginẽ eius quã
potui: & hoc est apud me uerbũ eius, cũ eam uolo
dicere antequã uoce quinq; syllabas, pferã, quod
nomẽ eius ferè omnib. notũ est. Quã tamẽ imagi
nem si ex animo meo, pferre possem ad oculosho
minũ qui Alexãdriã nouerũt, pfecto aut omnes
dicerẽt, nõ est ipsa: aut si dicerẽt, ipsa est, multũ mi
rarer, atq; intuẽs in animo meo ipsam, id est ima
ginẽ quasi picturã eius, ipsam tamen esse nescirẽ,
sed eis crederẽ qui uisam tenerẽt. Nõ aũt ita quæ
ro quod sit iustus, nec ita inuenio, nec ita intueor C
cũ id eloquor, nec ita, pbor cũ audior, nec ita, pbo
cũ audio, quasi tale aliq̃d oculis uiderim, aut ullo
corporis sensu didicerim, aut ab eis qui ita didicis
sent audierim. Cũ enim dico & scies dico, iustus
est animus qui sciẽtia atq; ratiõe in uita ac morib.
sua cuiq; distribuit, non aliquã rem absentẽ cogi
to, sicut Carthaginẽ, aut fingo ut possum sicut A
lexandriã, siue ita sit siue nõ ita, sed pręsens quid
dã cerno, et cerno apud me, etsi nõ sum ipse quod
cerno, et multi qui audiũt approbabũt. Et quisq;
me audit atq; scienter approbat, apud se et ipse hoc
idẽ cernit, etiã si nõ sit & ipse quod cernit. Iustus
uero cũ id dicit, id quod ipse est cernit & dicit. Et
ubi etiã ipse cernit, nisi apud seipsum? Sed hoc mi
rũ nõ est. Vbi em̃ se cerneret, nisi apud seipsum? D
Illud mirabile est, ut apud se animus uideat quod
alibi nusq̃ uidit, & uerũ uideat, & ipsum uerũ sci
licet iustũ animũ uideat, & sit ipse animus, & nõ
sit iustus animus, quẽ apud seipsum uidet. Num
est alius animus iustus in animo nõdũ iusto? Aut
si nõ est quẽ ibi uidet, cũ uidet & dicit quid sit ani
mus iustus, nec alibi q̃ in seipso uidet, cũ ipse nõ
sit animus iustus? An illud quod uidet, ueritas est
interior pręsens animo qui eã ualet intueri, neq;
omnes ualẽt? Et qui intueri ualent, hoc etiã quod
intuent̃ nõ omnes sunt, hoc est non sunt etiã ipsi
iusti animi, sicut possũt uidere ac dicere, qd sit iu
stus animus? Quod unde esse potuerũt, nisi, inhę
rẽdo eidẽ ipsi formæ quã intuent̃ ut inde formẽ
tur & sint iusti animi, nõ tantũ cernẽtes aut dicẽ
tes iustũ esse animũ q̃ sciẽtia atq; ratiõe in uita ac
morib. sua cuiq; distribuit, sed etiã ut ipsi iuste ui
uant, iusteq; morati sint, sua cuiq; distribuẽdo, ut
nemini quicq̃ debeãt nisi ut inuicẽ diligãt. Et un Rom. 13
de inhęret̃ illi formę, nisi amãdo? Cur ergo aliũ di
ligimus quẽ credimus iustũ, & non diligimus ip
sam formã, ubi uidemus quid sit iustus anim⁹, ut
& nos iusti esse possimus? An uero nisi & istã dili
geremus, nullo modo eũ diligeremus quẽ diligi
mus ex ista, sed dũ iusti nõ sumus, minus eã diligi
mus q̃ ut iusti esse ualeamus? Homo ergo qui cre
dit iustus, ex ea forma & ueritate dijgit, quã cer
nit & intelligit apud se ille qui diligit, ipsa uero
forma et ueritas non est quõ aliũde diligat. Neq;
em̃ inuenimus aliquid tale præter ipsam, ut eam
cũ incognita est credẽdo diligamus, ex eo q̃ iam 3 sen. dist. 27
tale aliq̃d nouimus. Quicquid em̃ tale aliquid p̃ c. cõsequenter
spexeris ipsa est: & nõ est quicquã tale, quoniã so
la ipsa talis est, qualis ipsa est. Qui ergo amat ho
mines, aut qa iusti sunt, aut ut iusti sint, amare de
bet: sic em̃ & semetipsum amare debet, aut quia
iustus est, aut ut iustus sit. Sic em̃ diligit proximũ
tanq̃ seipsum sine ullo piculo. Qui em̃ aliter se di
ligit, iniuste se diligit, quoniã se ad hoc diligit ut
sit iniust⁹. Ad hoc ergo ut sit malus, ac p hoc iam
nõ se diligit. Qui em̃ diligit iniquitatẽ, odit animã
suã. Quapropter nõ est præcipue uidẽdũ in hac De uera dile-
quęstiõe quę de trinitate nobis est, et de cognoscẽ ctione. VII
do deo, nisi quid sit uera dilectio, imò uero qd sit
dilectio. Ea quippe dilectio dicenda est quę uera
est, alioquin cupiditas est: atq; ita cupidi abusiue
dicunt̃ diligere, quẽadmodũ cupe abusiue dicun
tur, qui diligũt. Hęc est aũt uera dilectio, ut inhęrẽ
tes ueritati iuste uiuamus: et ideo cõtẽnamus om
nia mortalia præamore hominũ, quo eos uolum⁹
iuste uiuere. Ita em̃ & mori, p fratrib. utiliter para
ti esse poterimus, quod dñs Iesus Christus exem Matth. 22
plo suo docuit. Cũ em̃ duo præcepta sint in quib.
tota lex pẽdet et prophetę, dilectio dei et dilectio
proximi, nõ immerito plerũq; scriptura, p utroq; u
nũ ponit. Siue tantum dei, sicuti est illud, Scimus Rom. 8
quoniã diligẽtib. deũ omnia cooperant̃ in bonũ.
Et iterũ, Quisquis aũt diligit deũ, hic cognitus est 1 Cor. 8
ab illo. Et illud, Quoniã charitas dei diffusa est in Rom. 5
cordib. nostris per spiritũ sanctũ qui datus est no
bis. Et alia multa: quia & qui diligit deum, cõse
quẽs est ut faciat quod præcipit deus, & intãtum
diligit inquantũ facit: cõsequens ergo est ut et p
ximũ diligat, quia hoc præcepit deus. Siue tãtum
proximi dilectionẽ scriptura cõmemorat, sicut est
illud, Inuicẽ onera uestra portate, & sic adimple Gal. 6
bitis legẽ Christi. Et illud, Omnis em̃ lex in uno Gal. 5
sermone implet̃, in eo quod scriptum est, Diliges
proximũ tuum tanq̃ teipsum. Et in Euãgelio, O Matth. 7
mnia quęcũq; uultis ut faciãt uobis homines bo
na, ita & uos facite illis: hæc enim est lex & pro
phetę. Et pleraq; alia reperimus in literis sanctis,
in quib. sola dilectio proximi ad perfectionẽ præ
cipi uidetur, & taceri de dilectione dei, cum in
utroq; lex pẽdeat & Prophetæ. Sed & hoc ideo,
quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 sent. dist. 17 c. ne autem in

quia & qui ꝓximũ diligit, cõsequens est ut ipsam ꝓcipue dilectionẽ diligat. Deus aũt dilectio est, & qui manet in dilectione in deo manet, Consequens ergo est ut ꝓcipue deũ diligat. Quapropter qui queꝝũt deũ per ĩstas potestates, quę mũdo ꝓsunt uel partib. mũdi, auferũtur ab eo longeq; iactant: nõ interuallis locorũ, sed diuersitate affectuũ. Exterius enim conãtur ire, & interiora sua deserũt, quib. interior est deus: Itaq; si aliquã etiã sanctã potestatẽ uel audierũt, uel utcũq; cogitauerũt, facta magis eius appetũt quę humana mirãt infirmitas, nõ imitant pietatẽ qua diuina requies cõparãt. Malunt enim superbe hoc posse quod angelus, q̃ deuote hoc esse quod angelus. Nõ enim sanctus quisquã potestate sua gaudet, sed eius à quo habet posse quicquid cõgruenter potest. Et nouit potẽtius esse cõiungi omnipoti pia uoluntate, q̃ propria uoluntate posse quod cõtremiscãt qui talia nõ possunt. Itaq; ipse dominus Iesus Christus talia faciẽs, ut mirantes doceret ampliora, & tẽporalibus insolitis intẽtos atq;

Matth. 11

suspẽsos ad ęterna atq; interiora conuerteret, Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & reficiã uos, tollite iugũ meũ super uos. Et nõ ait, discite à me quatriduanos mortuos suscitare: sed ait, Discite à me quoniã mitis sum & humilis corde. Potẽtior est enim & tutior solidissima humilitas, q̃ uentosissima celsitudo. Et ideo sequit̃, dicens, Et inuenietis requiẽ animabus uestris. Dilectio enim nõ inflat̃, & deus dilectio est:

1 Cor. 13

1 sen. dist. 17 ca. ne autem

& fideles in dilectione acquiescent illi, reuocanti à strepitu qui foris est, ad gaudia silentij. Ecce deus dilectio est, ut quid imus & currimus in sublimia cœlorũ, et ima terrarũ, quærentes eũ qui est apud nos, si nos uelimus esse apud eũ? Nemo dicat, nõ noui quid diligam. Diligat fratrẽ, & diliget eandẽ dilectionẽ. Magis eñ nouit dilectionem qua diligit, q̃ fratrẽ quem diligit. Ecce iam potest notiorẽ deum habere q̃ fratrẽ. Planè notiorẽ quia præsentiorẽ: notiorẽ, quia interiorem: notiorẽ, quia certiorẽ. Amplectere dilectionem deũ, & dilectione amplectere deũ. Ista est dilectio quæ omnes bonos angelos, & omnes dei seruos cõsociat uinculo sanctitatis: nosq; & illos cõiungit inuicẽ nobis, & subiũgit sibi. Quãto igit̃ saniores sumus à tumore supbię, tãto sumus dilectione pleniores. Et quo, nisi deo plenus est, qui plenus est dilectiõe? At eñ charitatẽ uideo, & quãtũ possum eam mẽte cõspicio, & credo scripturę dicẽti,

1 Ioan. 4

Quoniã deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet. Sed cũ illam uideo, nõ in ea uideo trinitatẽ. Imò uero uides trinitatẽ, si charitatem uides. Sed cõmonebo si potero, ut uidere te uideas, assit tantũ ipsa, ut moueamur charitate ad aliquod bonũ. Quia cum diligimus charitatẽ, aliquid diligentẽ diligimus, ꝓpter hoc ipsum quia diligit aliquid. Ergo quid diligit charitas, ut possit etiã ipsa charitas diligi? Charitas enim non est quę nihil diligit. Si aũt seipsam diligit, diligat aliquid oportet, ut charitatẽ se diligat. Sicut eñ uerbum indicat aliquid, indicat etiã seipsum, sed nõ se uerbũ indicat, nisi se aliquid indicare indicet:

A

sic & charitas diligit quidem se, sed nisi se aliquid diligentẽ diligat, nõ charitatẽ se diligit. Quid ergo diligit charitas, nisi quod charitate diligimus? Id aũt ut à ꝓximo, ꝓuehamur, frater est. Dilectionem aũt fraternã quantũ cõmendet Ioãnes Apostolus attẽdamus. Qui diligit, inquit, fratrẽ suũ, in lumine manet, et scandalũ in eo nõ est. Manifestum est quod iustitię perfectionẽ in fratris dilectione posuerit: nam in quo scandalũ nõ est, utiq; ꝓfectus est. Et tamẽ uidet̃ dilectionẽ dei tacuisse, quod nũquã faceret, nisi quia in ipsa fraterna dilectiõe uult intelligi deũ. Aptissime enim in eadẽ epistola paulopost ita dicit, Dilectissimi diligamꝰ inuicẽ, quia dilectio ex deo est. Et omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deũ. Qui nõ di-

B

ligit, nõ cognouit deũ, quia deus dilectio est. Ista cõtextio satis apteq; declarat, eandẽ ipsam fraternam dilectionẽ, nã fraterna dilectio est, qua diligimus inuicẽ, non solũ ex deo, sed etiã deũ esse, quã uidemus tãta autoritate prædicari. Cũ ergo de dilectiõe diligimus fratrẽ, de deo diligimus fratrẽ. Nec fieri potest ut eandẽ dilectionẽ nõ ꝓcipue diligamus, qua fratrẽ diligimus. Vnde colligit̃, duo illa ꝓcepta nõ posse esse sine inuicem: quoniã quippe deus dilectio est, deũ certe diligit qui diligit dilectionẽ. Dilectionẽ autẽ necesse est ut diligat, qui diligit fratrẽ. Et ideo paulopost ait:

1 Ioan. 4

3 sen. dist. 27 c. hinc quarimus

1 sent. dist. 17 c. ne autem

Nõ potest deũ diligere, quẽ non uidet, qui fratrẽ quem uidet non diligit: quia hęc illi causa est non uidendi deũ, quod nõ diligit fratrẽ. Qui enim nõ

C

diligit fratrẽ, nõ est in dilectiõe: & qui nõ est in dilectione, nõ est in deo, quia deus dilectio est. Porrò qui nõ est in deo, nõ est in lumine, quia deus lumen est, & tenebrę in eo non sunt ullæ. Qui ergo nõ est in lumine, quid mirũ si nõ uidet lumẽ, id est nõ uidet deũ quia in tenebris est: Fratrẽ aũt uidet humano uisu, quo uideri deus nõ potest. Sed si eũ quẽ uidet humano uisu, spiritali charitate diligeret, uideret deũ, qui est ipsa charitas, uisu interiore, quo uideri potest. Itaq; qui fratrẽ quẽ uidet nõ diligit, deũ quẽ propterea nõ uidet, quia deus dilectio est, qua caret qui fratrẽ nõ diligit, quomodo potest diligere? Nec illa iam quæstio moueat,

3 sen. dist. 29 c. quæritur enim

quãtũ fratri charitatis debeamus impẽdere, quãtum deo: incõparabiliter plusquã nobis deo, fratri aũt quantũ nobisipsis. Nos aũt ipsos tanto magis diligimus, quãto magis diligimus deũ. Ex una igit̃ eadẽq; charitate deũ ꝓximũq; diligimus:

D

Homines boni minũ exẽplis magis accendi mur.

sed deũ propter deũ, nos aũt & ꝓximũ propter deũ. Quid enim est queso quod exardescimus, cũ audimus et legimus: Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis: nullam in quoquã dantes offensionẽ, ut nõ reprehẽdatur ministeriũ nostrũ, sed in omnibus cõmendantes nosmetipsos ut dei ministros, in multa patientia, in tribulationib. in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionib. in laborib. in uigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scięntia, in lõganimitate, in bonitate, in spũsancto, in charitate nõ ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei: ꝑ arma iustitiæ, à dextris

&

et sinistris, per gloriã & ignobilitatẽ, ꝑ infamiã et bonã famã: ut seductores & ueraces, ut qui ignoramur & cognoscimur: quasi morientes, & ecce uiuimus: ut coerciti & non mortificati: ut tristes, semper aũt gaudentes: sicut egeni, multos aũt ditantes: tanq̃ nihil habẽtes, & omnia possidentes. Quid est eñ quod accẽdimur in dilectionẽ Pauli Apostoli, cũ ista legimus, nisi quod credimus eũ ita uixisse? Viuendũ tamen sic esse dei ministris, nõ de aliquibus auditũ credimus, sed intus apud nos, uel potius supra nos in ipsa ueritate cõspicimus. Illum ergo quẽ sic uixisse credimus, ex hoc quod uidemus diligimus. Et nisi hanc formã, quã semp stabilẽ atq; incõmutabilem cernimus, ꝓcipue diligeremus, nõ ideo diligeremus illũ, quia eius uitã, cũ in carne uiueret, huic formę coaptatã & cõgruentẽ fuisse, fide retinemus. Sed nescio

B

quõ amplius & in ipsius formę charitatẽ excitamur, per fidem qua credimus uixisse sic aliquẽ: & spem, qua nos quoq; ita posse uiuere, qui homines sumus, ex eo quod aliqui homines ita uixerũt, minime desꝑamus, ut hoc & desideremus ardentius, et fidẽtius precemur. Ita & ipsorũ uitã facit à nobis diligi formę illius dilectio, secũdũ quã uixisse creduntur, et illorũ uita credita, in eandẽ formam flagrantiorẽ excitat charitatẽ: ut quãto flagrantius diligimus deũ, tãto certius sereniusq; uideamus: quia in deo cõspicimus incõmutabilem formã iustitię, secũdum quã hominẽ uiuere oportere iudicamus. Valet ergo fides ad cognitionẽ & ad dilectionẽ dei, non tanq̃ omnino incogniti,

Videlicet ad uitam æternam, cap. X

aut omnino nõ dilecti, sed quo cognoscat̃ manifestius, & quo firmius diligat̃. Quid est aũt dilectio uel charitas, quã tantope scriptura diuina laudat & ꝓdicat, nisi amor boni? Amor aũt alicuius amantis est, & amore aliquid amat̃. Ecce tria sunt, amãs, & quod amat̃, & amor. Quid est ergo amor, nisi quędã uita duo aliqua copulans, uel copulare appetẽs, amantẽ scilicet, et quod amat̃? Et hoc etiam in externis carnalibusq; amoribus ita est, sed ut aliquid purius & liquidius hauriamus, calcata cum ascendamus ad animũ. Quid amat animus in amico, nisi animũ? Et illic igit̃ tria sunt, amans, & quod amat̃, & amor. Restat etiam hinc ascẽdere, & superius ista quęrere, quantũ homini dat̃. Sed hic paululum requiescat intentio, nõ ut

D

se iam existimet inuenisse quod quærit, sed sicut solet inueniri locus, ubi iam queꝝtũ est aliquid, nondũ illud inuentũ est. sed iam inuentum est ubi queꝝat̃: ita hoc dixisse sufficerit, ut tanquã ab articulo alicuius exordij cætera contexamus.

firmissimus querat, quod aut nosse aut eloqui difficillimũ est. Affirmantẽ uero cito iustęq; reprehẽdit, quisquis melius uel uidet uel docet. Queꝝite, inquit, deũ, & uiuet anima uestra. Et ne quisquã se tanq̃ apprehẽdisse temere gaudeat: Quæꝝite, inquit, faciẽ eius semp. Et Apostolus: Si quis se, inquit, putat aliquid scire, nondũ scit quemadmodum scire oporteat. Quisquis aũt diligit deũ, hic cognitus est ab illo. Nec sic quidẽ dixit: Cognouit illũ: quę periculosa ꝓsumptio est, sed cognitus est ab illo. Sed & alibi cũ dixisset, Nũc aũt cognoscẽtes deũ: statim corrigẽs, imò cogniti, inq̃t, à deo, maximeq; illo loco: Fratres, inquit, ego me ipsum nõ arbitror apprehẽdisse: unũ autẽ, quę retro oblitus, in ea quę ante sunt extẽtus, secundum intentionẽ sequor ad palmã supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Quotquot ergo ꝓfecti, hoc sapiamus. Perfectionẽ in hac uita dicit, nõ aliud q̃ ea quæ retro sunt obliuisci, & in ea quę ante sunt extẽdi secundũ intentionem. Tutissima est enim queꝝentis intẽtio, donec apprehẽdatur illud quo tendimus, & quo extẽdimur. Sed ea recta intẽtio est, quę proficiscit̃ à fide. Certa enim fides utcũq;

3 sent. dist. 4

inchoat cognitionẽ: cognitio uero certa nõ perficietur, nisi post hanc uitam, cum uidebimus facie

c. post hoc. in medio

ad faciẽ. Hoc ergo sapiamus, ut nouerimus tutio

1 Cor. 13

rem esse affectum uera quærẽdi, quàm incognita pro cognitis ꝓsumẽdi. Sic ergo quæramus tanquam inuenturi: & sic inueniamus, tanquã quæsituri. Cũ enim consummauerit homo, tũc incipit.

Eccli. 18

De credendis nulla infidelitate dubitemus, de intelligẽdis nulla temeritate affirmemus: in illis autoritas tenẽda est, in his ueritas exquirẽda. Quod

1 sent. dist. 3 c. quapropter

ergo ad istam quæstionem attinet, credamus patrem & filium & spiritũ sanctum esse unũ deum, uniuersæ creaturæ conditorẽ atq; rectorem: nec patrẽ esse filiũ, nec spiritũ sanctum uel patrẽ esse uel filium, sed trinitatẽ relatarũ adinuicẽ personarum, & unitatẽ æqualis essentiæ. Hoc autẽ queramus intelligere, ab eoipso quem intelligere uolumus auxiliũ precãtes, & quantũ tribuit quod intelligimus explicare, tãta cura & solicitudine pietatis, ut etiã si aliquid aliud pro alio dicimus, nihil tamẽ indignũ dicamus. Vt si quid, uerbi gratia, de patre dicimus, quod patri proprie nõ cõueniat, aut filio cõueniat, aut spiritui sancto, aut ipsi trinitati: & si quid de filio, quod filio ꝓprie nõ cõgruat, saltẽ congruat patri, aut spiritui sancto, aut trinitati: item si quid de spũsancto, quod proprietatem spiritus sancti nõ deceat, non tamen alienũ sit à patre aut à filio, aut ab uno de ipsa trinitate, uelut nũc cupimus uidere utrũ illa excellentissima charitas ꝓprie spũs sanctus sit: quod si nõ est, aut pater est charitas, aut filius, aut ipsa trinitas, quoniã resistere nõ possumus certissimæ fidei, &

1 Ioan. 4

ualidissimę autoritati scripturę dicẽtis: Deus charitas est: nõ tamẽ debemꝰ deuiare sacrilego errore, ut aliquid de trinitate dicamus, quod nõ creatori, sed creaturę potius cõueniat, aut inani cogitatione fingat̃. Quę cũ ita sint, attẽdamus ista tria, quæ inuenisse nobis uidemur. Nondũ de superfluis

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER IX

De trinitate sumendo in filiorum Capite I

TRINITATEM certe quærimus, nõ qualibet, sed illam trinitatẽ, quæ deus est, uerusq; ac summus, ac solus deus. Expecta ergo quisquis hæc audis. Adhuc enim quærimus, & talia quærentẽ nemo iuste reprehẽdit, si tamen in fide

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis loquimur, nondū de deo patre & filio & spiritusancto, sed de hac impari imagine, attamē imagine, id est homine: familiarius enim eam & facilius fortassis intuēr mētis nostræ infirmitas. Ecce ego qui hoc quero, cū aliquid amo tria sunt, ego, & quod amo, & ipse amor. Nō em amo amorem, nisi amantē amē: nam non est amor ubi nihil amatur. Tria ergo sunt, amans, & quod amat, & amor. Quod si nō amem nisi meipsum, nōne duo erūt, quod amo, & amor? Amās enim & quod amat, hoc idē est, quando se ipse amat: sicut amare & amari, eodē modo idipsum est, cum se quisq; amat. Eadem quippe res bis dicit, cum dicit, amat se, & amat a se. Tunc enim nō est aliud atq; aliud amare & amari, sicut nō est alius atq; alius, amās & amatus. At uero amor, & quod amat etiam sic duo sunt. Nō enim cū quisq; se amat amor est, nisi cum amat ipse amor. Aliud est aūt amare se, aliud est amare amorē suum. Nō enim amat amor, nisi iam aliquid amās: quia ubi nihil amat, nullus est amor. Duo ergo sunt, cum se quisq; amat, amor & quod amat. Tunc enim amans & quod amat unū est. Vnde uidet nō esse cōsequēs, ut ubicūq; amor fuerit, iam tria intelligant. Auferamus em ab hac cōsideratione cętera quæ multa sunt, quibus homo constat; atq; ut hæc quæ nunc requirimus, quantū in his rebus possumus, liquido reperiamus, de sola mente tractemus. Mens igit cū amat seipsam, duo quędā ostendit, mentē & amorem. Quid est autē amare se, nisi sibi præsto esse uelle ad fruendū se? Et cū tantū se uult esse, quantum est, par mēti uolūtas est, & amāti amor æqualis. Et si aliqua substātia est amor, nō est utiq; corpus, sed spiritus: nec mēs corpus, sed spiritus est. Neq; tamen amor & mens duo spiritus, sed unus spiritus: nec essentiæ duæ, sed una: & tamen duo quædam unū sunt, amans & amor: siue sic dicas, quod amat & amor. Et hęc quidem duo, relatiue adinuicē dicunt. Amās quippe ad amorē refert, & amor ad amantē. Amans enim aliquo amore amat, & amor alicuius amantis est. Mens uero et spiritus nō relatiue dicuntur, sed essentiā demonstrant. Nō enim quia mens et spiritus alicuius hominis est, ideo mens & spiritus manet. Retracto em eo quod homo est, quod adiūcto corpore dicitur, mēs & spiritus manet. Retracto amante, nullus est amor: & retracto amore, nullus est amans. Ideoq; quātū adinuicē referunt, duo sunt. Quod autē ad seipsa dicunt, & singula spiritus, & simul utrūq; unus spiritus: & singula mens, & simul utrūq; una mēs. Vbi ergo trinitas, attēdamus quātum possumus, & inuocemus lucē sempiternam, ut illuminet tenebras nostras, & uideamus in nobis quantū sinimur imaginē dei. Mens enim amare seipsam non potest, nisi etiā se nouerit: nam quō amat quod nescit? Aut si quisq; dicit ex notitia generali uel speciali mentē credere esse talē, quales alias expta est, & ideo amare seipsam, insipientissime loquit. Vnde enim mens aliquā mentem nouit, si se nō nouit? Neq; enim ut oculus corporis uidet alios oculos, & se nō uidet: ita mēs nouit alias mētes, et ignorat semetipsam. Per oculos em corporis corpora uidemus, quia radios qui per eos emicāt, & quicquid cernimus tangūt, refringere ac retorquere in ipsos nō possumus, nisi cū specula intuemur. Quod subtilissime obscurissimeq; disserit, donec aptissime demōstret uel ita se rem habere, uel non ita. Sed quoquo modo se habeat uis, qua per oculos cernimus, ipsam certe uim siue sint radij, siue aliud aliqd, oculis cernere nō ualemus, sed mēte quærimus, & si fieri potest, etiā hoc mēte cōprehendimus. Mens ergo ipsa sicut corporearū rerū notitias per sensus corporis colligit, sic incorporearū rerū per semetipsam. Ergo et semetipsam per seipsam nouit, quoniam est incorporea: nam si nō se nouit, nō se amat. Sicut aūt duo quędā sunt, mēs & amor eius, cū se amat: ita quędā duo sunt, mens & notitia eius, cū se nouit. Igit ipsa mēs & amor & notitia eius, tria quędam sunt, & hęc tria unū sunt: et cū perfecta sunt, æqualia sunt. Si em minus se amat q̄ est, ut uerbi gratia, tantū se amat hominis mens, quantū amādū est corpus hominis, cū plus sit ipsa q̄ corpus, peccat, & nō est perfectus amor eius. Item si amplius se amat q̄ est, uelut si tantū se amet, quantū amādus est deus, cū incōparabiliter minus sit ipsa q̄ deus, etiā sic nimiū peccat, & non pfectū habet amorē sui. Maior aūt peruersitate & iniquitate peccat, cū corpus tantū amat, quantum amandus est deus. Itē notitia si minor est, q̄ est illud quod nosc̄it, & plene nosci potest, perfecta nō est. Si autem maior est, iam superior est natura quæ nouit, q̄ illa quę nota est: sicut maior est notitia corporis, q̄ ipsum corpus quod ea notitia notū est. Illa enim uita quędā est in ratione cognoscentis: corpus aūt nō est uita. Et uita quælibet quolibet corpore maior est, nō mole, sed ui. Mens uero cū seipsam cognoscit, nō se superat notitia sua, quia ipsa cognoscit, & ipsa cognoscit. Cū ergo se tota cognoscit, neq; secū quicquā aliud, par illi est cognitio sua: quia neq; ex alia natura est eius cognitio, cū seipsam cognoscit. Et cū se totam nihil amplius pcipit, nec minor nec maior est, Recte igit diximus, hęc tria cū perfecta sunt, esse cōsequenter æqualia. Simul etiā admonemur, si utcūq; uidere possumus hæc in anima existere, & tanq̄ inuoluta euolui, ut sentiant & dinumerent substantialiter, uel, ut ita dicā, essentialiter, nō tanq̄ in subiecto, ut color, aut figura in corpore, aut ulla alia qualitas aut quātitas. Quicquid enim tale est, nō excedit subiectum in quo est. Nō enim color iste aut figura huius corporis potest esse & alterius corporis. Mēs aūt amore quo se amat potest amare & aliud prętere se. Item nō se solam cognoscit mēs, sed & alia multa. Quamobrē nō amor & cognitio tanq̄ in subiecto insunt mēti, sed substātialiter etiā ista sunt sicut ipsa mens: quia etsi relatiue dicunt adinuicē, in sua tamē sunt singula quæq; substantia. Nō sicut color et coloratū relatiue, ita dicunt adinuicē, ut color in subiecto colorato sit, nō habēs in seipso propriā substantiā: quoniā coloratū corpus substantia est, ille aūt in substantia: sed

De tribus in amore ꝺeꝙi/ ſoliꝙ. Cap. II

Simile ſimile nouit. III

Tria eſſe in anima quędam unū, mentis notitia ſui & amorē. I.ſen. diſt. 3. c. ſed iam

sed sicut duo amici etiam duo sunt homines, quę sunt substantiæ, cū homines non relatiue dicant, amici aūt relatiue. Sed item quāuis substantia sit amans uel sciens, substātia sit scientia, substantia sit amor, sed amans & amor, aut sciēs & scientia relatiue ad se dicant sicut amici. Mēs uero aut spiritus nō sunt relatiua, sicut nec homines relatiua sunt, nō tamen sicut amici homines possint seorsum esse abinuicē, sic amans & amor, aut sciēs & sciētia. Quanquā & amici corpore uidenī separari posse, nō animo, inquantū amici sunt: uerūtamen fieri potest, ut amicus amicū etiā odisse incipiat, & eoipso amicus esse desinat, nesciēte illo, et adhuc amāte. Amor aūt quo se mens amat, si esse desinat, simul & illa desinit esse amās. Itē notitia qua se mens nouit, si esse desinat, simul & illa nosse se desinet. Sicut caput capitati alicuius utiq; caput est, & relatiue ad se dicunt, quanuis etiā substantię sint. Nam & caput corpus est, & capitatū: & si nō sit corpus, nec capitatū erit. Sed hęc prætisiōe ab inuicē separari possunt, illa nō possunt. Quod si sunt aliqua corpora, quę secari omnino & diuidi nequeūt, tamē nisi partib. suis cōstarēt, corpora nō essent: pars ergo ad totū relatiue dicitur, quia omnis pars alicuius totius pars est, & totū omnib. partibus totū est. Sed quoniam & pars corpus est & totū, non tantū ista relatiue dicunt, sed etiā substātialiter sunt: fortassis ergo mens totum est, & eius quasi partes amor quo se amat, & sciētia qua se sciuit & nouit, quibus duobus partibus illud totū cōstat. An tres sunt æquales partes, quibus totū unū cōpletur? Sed nulla pars totum, cuius pars est, cōplectitur. Mens uero cū se totam nouit, hoc est perfecte nouit, per totū eius est notitia eius. Et cū se perfecte amat, totam se amat, et per totū ei⁹ est amor eius. Nū ergo sicut ex uino et aqua et melle una fit potio, et singula per totū sunt, & tamē tria sunt: nulla enim pars est potionis, quæ nō habeat hęc tria: nō enim iūcta uelut si aqua et oleū essent, sed omino cōmixta sunt, & substantię sunt omnes, & totus ille liquor una quędā est ex tribus cōfecta substātia: tale aliquid arbitrandū est esse simul hęc tria, mētem, amorē, notitiam? Sed non unius substātiæ sunt, aqua, uinū, & mel, q̄uis ex eorū cōmixtione fiat una substantia potiōis. Quō aūt illa tria nō sint eiusdem substātię, nō uideo, cū mens ipsa se amet, atq; ipsa se nouerit: atq; ita sint hęc tria, ut non alteri alicui rerū mens uel amata uel nota sit. Vnius ergo eiusdēq; essentię necesse est hęc tria sint: & ideo si tanquā cōmixtiōe cōfusa essent, nullo modo essent tria, nec referri ad inuicē possent. Quemadmodū si ex uno eodēq; auro tres annulos similes facias, quāuis cōnexos sibi, referunt adinuicē q̄ similes sunt: omnis em similis alicui similis est: & trinitas annulorū est, et unū aurū. At si misceant sibi, et p totā singuli massam suā cōspergant, intercidet illa trinitas, & omnino nō erit: ac nō solū unū aurū dicet, sicut in illis tribus annulis dicebat, sed iam nulla aurea tria. At in illis tribus, cum se nouit mens & amat se, manet trinitas, mens, amor, notitia, & nulla cōmixtione cōfundit: quāuis & singula sint in semetipsis, & inuicē tota in totis, siue singula in binis, siue bina in singulis. Itaq; omnia in omnib. Nam et mens est utiq; in seipsa, quoniā ad seipsam mēs dicit: quāuis noscēs, uel nota, uel noscibilis ad suā notitiā relatiue dicat. Amās quoque & amata uel amabilis ad amorē referat, quo se amat. Et notitia quāuis referatur ad mentē cognoscentē uel cognitā, tamē et ad seipsam nota et noscēs dicit. Nō enim sibi est incognita notitia, qua se mens ipsa cognoscit. Et amor quāuis referat ad mentē amantē, cuius amor est, tamē & ad seipsum est amor, ut sit etiā in seipso: qa & amor amat, nec alio nisi amore amari potest, id est seipso. Ita sunt hæc singula in seipsis. In alternis aūt ita sunt, quia & mēs amās in amore est, & amor in amantis notitia, & notitia in mēte noscēte. Singula in binisita sunt, quia mens quæ se nouit & amat, in amore & notitia sua est: & amor amātis mētis, sesecq; sciētis, in mēte notitiaq; eius est. Et notitia mētis se sciētis & amātis in mēte atq; in amore eius est, quia scientē se amat, & amātē se nouit. Ac per hoc & bina in singulis, quia mēs, quæ se nouit & amat, cū sua notitia est in amore, & cū suo amore in notitia: amor quippe ipse & notitia simul sunt in mēte quę se amat & nouit. Tota uero in totis quemadmodū sunt, iam supra ostēdimus, cū se tota mēs amat, & totā nouit, & totū amorē suū nouit, totāq; amat notitiā suam, quādo tria ista ad se ipsa pfecta sunt. Miro itaq; modo tria ista insepabilia sunt à semetipsis, et tamē eorum singulum quodq; substātia est, & simul omnia una substantia uel essentia, cū relatiue dicātur adinuicē. Sed cū seipsam nouit humana mēs, & amat seipsam, non aliquid incōmutabile nouit & amat: aliterq; unusquisq; homo loquēdo enūciat mentē suā, quid in seipso agat attēdens: aliter aūt humanā mentē speciali aut generali cognitiōe definit. Itaq; cū mihi de sua ꝓpria loquit, utrū intelligat hoc aut illud, aut nō intelligat, et utrum uelit aut nolit hoc aut illud, credo. Cū uero de humana specialiter aut generaliter uerū dicit, agnosco & approbo. Vnde manifestū est aliud unūquēq; uidere in se, quod sibi alius dicēti credat, non tamē uideat: aliud aūt in ipsa ueritate, quod alius quoq; possit intueri, quorū alterū mutari per tēpora, alterū incōmutabili ęternitate cōsistere. Neq; enim oculis corporeis multas mētes uidendo, per similitudinem colligimus generalē uel specialē mentis humanę notitiā, sed intuemur inuiolabilē ueritatē, ex qua pfecte, quantū possumus, definiamus: nō qualis sit uniuscuiusq; hominis mens, sed qualis esse sempiternis rationib. debeat. Vnde etiā phātasias rerum corporaliū per corporis sensum haustas, & quodammodo infusas memoriæ, ex quibus etiā ea quę nō uisa sunt, ficto phātasmate cogitant, siue aliter q̄ sunt, siue fortuitu sicuti sunt, alijs omnino regulis supra mentē nostrā incōmutabiliter manētibus, uel approbare apud nosmet ipsos, uel improbare cōuincimur, cū recte aliqd approbamus aut improbamus. Nam & cū reco-

1 ſen. diſt. 3. c. ſunt

1 ſen. diſt. 3 c. & hæc tria

Aliter per ſenſus, aliter in corporea cognoſci. VI

Vnitas trinitatis. Cap. V

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo Carthaginis mœnia, quę uidi, & cũ fingo Alexãdriæ mœnia, quę nõ uidi, easdẽq; imaginarias formas quasdã quibusdã præferẽs, ratioabiliter præfero, uiget & claret desup iudiciũ ueritatis, ac sui iuris incorruptissimis regulis firmũ est. Et si corporaliũ imaginũ quasi quodã nubilo subtexit, nõ tamẽ inuoluit atq; cõfundit. Sed interest utrũ ego sub illa, uel in illa caligine, tanquã à cœlo perspicuo secludar: an sicut in altissimis montibus accidere solet, inter utrũq; aere libero fruẽs, & serenissimã lucem supra, & densissimas nebulas subtus aspiciã. Nam unde in me fraterni amoris inflammat ardor, cũ audio uirũ aliquẽ pro fidei pulchritudine & firmitate acria tormẽta tolerasse? Et si mihi digito ostẽdat ipse homo, studeo mihi coniungere, notũ facere, amicitia colligare. Itaq; si facultas dat, accedo, alloquor, sermonem cõfero, affectũ meũ in illũ quibus uerbis possum, exprimo, uicissimq; in eo fieri quẽ in me habeat atq; exprimi uolo, spiritalemq; cõplexum credendo molior, quia peruestigare tam cito & cernere penitus eius interiora nõ possum. Amo itaq; fidelẽ & fortẽ uirũ amore casto atq; germano. Quod si mihi inter nostras loquelas fateatur, aut incautius aliquo modo sese indicet, quod uel de deo credat incongrua, atq; in illo quoq; carnale aliqd desideret, & pro tali errore illa pertulerit, uel speratæ pecunię cupiditate, uel inani auiditate laudis humanę, statim amor ille, quo in eum ferebar offensus, & quasi repercussus, atq; ab indigno homine ablat⁹, nõ in ea forma permanet, ex qua eũ talem credens amaueram. Nisi forte ad hoc amo iam, ut talis sit, cũ talem nõ esse cõperero. At in illo homine nihil mutatũ est, mutari tamen potest, ut fiat quod eum iam esse crediderã. In mente aũt mea mutata est utiq; ipsa existimatio, quæ de illo aliter se habebat & aliter habet: idẽq; amor ab intentione perfruẽdi ad intentionẽ cõsulendi, incõmutabili desuper iustitia iubẽte deflexus est. Ipsa uero forma inconcussæ ac stabilis ueritatis, & in qua fruerer homine, bonũ eum credẽs, & in qua cõsulo ut bonus sit, eadẽ luce incorruptibilis syncerissimęq; ratiõis, & meę mẽtis aspectũ, & illam phãtasiæ nubem, quã desuper cerno, cũ eundem hominẽ quem uiderã cogito, imperturbabili æquitate perfundit. Itẽ cum arcũ pulchre ac æqualiter intortũ quem uidi, uerbi gratia, Carthagine, animo reuoluo, res quedam mẽti nũciata per oculos, memoriæq; trãsfusa, imaginariũ cõspectum facit. Sed aliud mẽte cõspicio, secundũ quod mihi opus illud placet: unde etiã si displiceret, corrigerem. Itaq; de istis secundũ illam iudicamus, & illam cernimus rationalis mẽtis intuitu. Ista uero aut presentia sensu corporis tãgimus, aut imagines absentiũ fixas in memoria recordamur, aut ex earũ similitudine talia fingimus, qualia nosipsi, si uellemus atq; possemus, etiam opere moliremur. Aliter enim figurates animo imagines corporũ, aut per corpus corpora uidẽtes: aliter autẽ rationes artẽq; ineffabiliter pulchrã taliũ figurarum super aciẽ mẽtis simplici intelligẽtia capientes. In illa igit æterna ueritate, ex qua tẽporalia facta sunt omnia, formã secundũ quam sumus, & secundũ quã uel in nobis, uel in corporib. uera & recta ratiõe aliquid operamur, uisu mẽtis aspicimus: atq; inde conceptã rerũ ueracẽ notitiã, tanquã uerbũ apud nos habemus, & dicẽdo intus gignimus: nec à nobis nascẽdo discedit. Cũ autẽ ad alios loquimur, uerbo intus manẽti ministerium uocis adhibem⁹, aut alicuius signi corporalis, ut per quãdam cõmemorationẽ sensibilem tale aliquid fiat etiã in animo audiẽtis, quale de loquẽtis animo nõ recedit. Nihil itaq; agimus per mẽbra corporis in factis in dictisq; nostris, quibus uel approbant uel improbant mores hominũ, quod nõ uerbo apud nos intus edito prœuenimus. Nemo enim uolens aliquid facit, quod non in corde suo prius dixerit. Quod uerbũ amore cõcipitur, siue creaturę, siue creatoris, id est, aut naturę mutabilis aut incõmutabilis ueritatis. Ergo aut cupiditate, aut charitate: nõ quo nõ sit amãda creatura, sed ad creatorẽ referrẽ ille amor, nõ iam cupiditas sed charitas erit. Tũc enim est cupiditas cũ ꝓpter se amat creatura, tunc nõ utentẽ adiuuat, sed corrũpit fruentẽ. Cũ ergo aut par nobis, aut inferior creatura sit, inferiore utẽdum est ad deũ, pari autẽ fruendũ, sed in deo. Sicut enim teipso, nõ in teipso frui debes, sed in eo qui fecit te, sic etiã illo quẽ diligis tanq; teipsum: & nobis ergo et fratribus in domino fruamur, & inde nos nec ad nosmetipsos remittere, & quasi relaxare deorsum uersus audeamus. Nascit aũt uerbũ cũ excogitatũ placet, aut ad peccandũ aut ad recte faciendum. Verbũ ergo nostrũ & mentẽ de qua gignitur quasi medius amor cõiungit, seq; cum eis tertium cõplexu incorporeo sine ulla cõfusione cõstringit. Cõceptũ aũt uerbũ & natum idipsum est, cũ uoluntas in ipsa notitia cõquiescit, quod fit in amore spiritaliũ. Qui eñ, uerbi gratia, perfecte nouit, pfecteq; amat iustitiã, iam iustus est, etiã si nulla existat secundũ eam forinsecus per mẽbra corporis operãdi necessitas. In amore autem carnaliũ temporaliũq; rerũ, sicut in ipsis animaliũ fœtibus, alius est cõceptus uerbi, alius partus. Illic enim quod cupiẽdo cõcipit, adipiscẽdo nascit. Quoniã non sufficit auaritiæ nosse & amare aurũ, nisi & habeat, neq; nosse & amare uesci, aut cõcumbere, nisi etiã id agat, neq; nosse & amare honores & imperia, nisi, pueniant, Quę tamẽ omnia, nec adepta sufficiũt. Qui eñ biberit ex hac, inquit, aqua, sitiet iterũ. Ideoq; & in Psalmo, Cõcepit, inquit, dolorẽ & peperit iniquitatẽ. Dolorem uel laborẽ dicit cõcipi, cũ ea cõcipiunt quæ nosse ac uelle nõ sufficit, & inardescit atq; egrotat animus indigẽtia, donec ad ea perueniat, et quasi pariat ea. Vnde eleganter in Latina lingua partu ducta resonãt. Quia cõcupiscẽtia cũ concepérit parit peccatũ. Vnde dominus clamat, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Et alio loco, Væ prægnãtibus & mãmãtibus in illis diebus. Cũ itaq; ad partũ uerbi referret omnia uel

Verbum aliud à uerbo cordis mentis quod dicitur. Cap. VIII.

Quidã eum posse fe, posse esse. Cap. IX.

Amor creatoris. VIII.

3 sen. dist. 1 c. cum autem

Iacob. 1

Matth. 11

Matth. 24

nia uel recte facta uel peccata, Ex ore, inquit, tuo iustificaberis, & ex ore tuo cõdemnaberis: os uolens intelligi, nõ hoc uisibile, sed interius inuisibile cogitationis & cordis. Recte ergo quęrit, utrũ omnis notitia uerbũ, an tantũ amata notitia. Nouimus enim & ea quæ odimus. Sed nec cõcepta, nec parta dicẽda sunt animo, quę nobis displicent. Nõ enim omnia quę quoquo modo tangunt cõcipiunt: ut tantũ nota sint, non tamẽ uerba dicant, sicut ista de quib. nũc agimus. Aliter enim dicunt uerba quæ spatia temporũ syllabis tenẽt, siue pronũcient, siue cogitent: aliter omne quod notũ est uerbũ dicitur, animo impressum quãdiu de memoria ꝓferri & definiri potest, quãuis res ipsa displiceat: aliter cũ placet quod mẽte cõcipit. Secundũ quod genus uerbi accipiendũ est quod ait Apostolus, Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritusancto: cũ secundũ aliã uerbi notionẽ dicãt hoc et illi de quibus ipse dominus ait: Nõ omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cœlorũ. Verũtamen cum & illa quę odimus recte displicẽt, rectẽq; improbant, approbat eorũ improbatio, & placet et uerbũ est. Neq; uitiorũ notitia nobis displicet, sed ipsa uitia. Nã placet mihi quod noui & definio quid sit intẽperantia, & hoc est uerbũ eius: sicuti sunt in arte nota uitia, & recte approbat eorũ notitia, cũ discernit cognitor speciem priuationẽq; uirtutis, sicut aiere & negare, esse & nõ esse: attamẽ uirtute prius atq; in uitiũ deficere damnabile est. Et definire intemperantiã, uerbũq; eius dicere pertinet ad artẽ morũ. Esse aũt intemperantẽ ad id pertinet quod illa arte culpat. Sicut nosse ac definire quid sit sol œcisinus, pertinet ad artẽ loquendi, facere aũt uitiũ est, quod eadẽ arte reprehendit. Verbũ est igitur, quod nũc discernere ac insinuare uolumus, cũ amore notitia. Cũ itaq; se mens nouit & amat, iũgit ei amore uerbũ eius. Et quoniã amat notitiã, & nouit amorẽ, & uerbũ in amore est, & amor in uerbo, et utrũq; in amãte atq; dicẽte. Sed omnis secundũ speciẽ notitia, similis est ei rei quã nouit. Est enim alia notitia secũdum priuationẽ, quã cũ improbamus, loquimur. Et hæc priuationis improbatio speciẽ laudat, ideoq; approbat.

Habet ergo animus nõnullam speciei notę similitudinẽ, siue cũ ea placet, siue cũ eius priuatio displicet. Quocirca inquantũ deũ nouimus, similes sumus: sed nõ ad æqualitatẽ similes, quia nõ tantum eũ nouimus, quantũ ipse se. Et quemadmodum cũ per sensum corporis discimus corpora, fit eorum aliqua similitudo in animo nostro, quæ phãtasia memorię est: nõ enim omnino ipsa corpora in anima sunt, cũ ea cogitamus sed eorũ similitudines. Itaq; cũ eas pro illis approbamus, erramus. Error nãq; est pro alio alterius approbatio. Melior est tamen imaginatio corporis in animo, ꝙ illa species corporis, inquantũ hęc in meliore natura est, id est in substantia uitali, sicuti animus est: ita cũ deũ nouimus, quanuis meliores efficiamur ꝙ eram⁹ anteq; nossemus, maximeq; cũ eadem notitia etiã placita digneq; amata uerbum est, fitq; aliqua dei similitudo illa notitia: tamẽ inferior est, quia in inferiore natura est. Creatura quippe animus, creator autem deus. Ex quo colligit, quia cũ se mẽs ipsa nouit atq; approbat, sic est eadẽ notitia uerbum eius, ut ei sit par omnino et equale, atq; identidẽ: quia neq; inferioris essentiæ notitia est, sicut corporis: neq; superioris, sicut dei. Et cũ habeat notitia similitudinẽ ad eam rem quã nouit, hoc est cuius notitia est, hęc habet perfectã & æqualẽ, quia mens ipsa quæ nouit est nota. Ideoq; & imago & uerbũ est, quia de illa ex primit, cũ cognoscẽdo eidem coęquat, & est gignẽti æquale quod genitum est. Quid ergo? amor nõ erit imago? nõ uerbũ? non genitus? Cur enim mens notitiã suam gignit, cũ se nouit: & amorẽ suũ nõ gignit, cũ se amat? Nam si propterea est notionis suæ causa, quia noscibilis est: amoris etiã sui causa est, quia est amabilis. Cur utrũq; itaq; non genuerit, difficile est dicere. Hæc enim quæstio etiã de ipsa summa trinitate, omnipotentissimo creatore deo, ad cuius imaginẽ homo factus est, solet mouere homines, quos ueritas dei per humanã locutionẽ inuitat ad fidem. Cur non spiritus quoq; sanctus à patre deo genitus uel credit uel intelligit, ut filius etiam ipse dicat? Quod nunc in mente humana utcũq; inuestigare conamur, ut ex inferiore imagine, in qua nobis familiari⁹ natura ipsa nostra, quasi interrogata respondet, exercitatiorẽ mentis aciẽ ab illuminata creatura ad lumen incõmutabile dirigamus: si tamen ueritas ipsa persuaserit, sicut dei uerbũ filium esse nullus Christianus dubitat, ita charitatẽ esse spiritumsanctũ. Ergo ad imaginẽ illam, quæ creatura est, hoc est ad rationalẽ mentẽ diligẽtius de hac re interrogãdã cõsiderandamq; redeamus, ubi tẽporaliter existẽs nõnullarũ rerum notitia, quę antea nõ erat, & aliquarũ rerũ amor, quę antea nõ amabant, distinctius nobis aperit quid dicamus: quia & ipsa locutioni tẽporaliter dirigẽdæ, facilior est ad explicandũ res, quę in ordine temporũ cõprehendit. Primo itaq; manifestũ sit, posse fieri, ut sit aliquid scibile, id est quod sciri possit, & tamẽ ne sciat: illud aũt fieri nõ posse, ut sciat quod scibile nõ fuerit. Vnde liquido tenendũ est, ꝙ omnis res quãcunq; cognoscimus, cõgenerat in nobis notiã sui. Ab utroq; enim notitia parit, à cognoscente et cognito. Itaq; mens cũ seipsam cognoscit, sola parẽs est notitiæ suę: & cognitũ enim et cognitor ipsa est. Erat aũt sibi ipsa noscibilis, & anteq; se nosset: sed notitia sui nõ erat in ea, cũ seipsa nõ nouerat. Quod ergo cognoscit se parẽ sibi notiã sui gignit: quia nõ minus se nouit ꝙ est, nec alteri⁹ essentiæ est notitia eius, nõ solũ quia ipsa nouit, sed etiam quia seipsam, sicut supra diximus. Quid ergo de amore dicendũ est, cur non etiã cũ se amat, ipsum quoq; amorẽ sui genuisse uideat? Erat enim amabilis sibi, & anteq; se amaret, quia poterat se amare: sicut erat sibi noscibilis, & antequam se nosset, quia poterat se nosse. Nam si nõ sibi esset noscibilis, nunq; se nosse potuisset. Ita si nõ sibi esset amabilis, nũquã se amare potuisset.

Cur sicut notitia mentis est proles, nõ etiã amor partus eiusdẽ sit. XII

3 sen. dist. 1. c. est ipsa mens

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur itaq; amando se nō genuisse dicat amorē suum, sicut cognoscēdo se genuit notitiā suam? In eo quidem manifeste ostenditur hoc amoris esse principiū, unde, pcedit: ab ipsa quidē mente procedit, quę sibi est amabilis anteq; se amet: atq; ita principiū est amoris sui, quo se amat. Sed ideo nō recte dicit genit⁹ ab ea, sicut notitia sui qua se nouit, quia notitia iam inuentū est quod partum uel repertum dicitur, quod sæpe præcedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inueniendi, quod idē ualet si dicas, reperiēdi. Quæ aūt reperiunt, quasi pariuntur, unde proli similia sunt, ubi nisi in ipsa notitia? Ibi em quasi expressa formant. Nam etsi iam erāt res quas quærēdo inuenimus, notitia tamē ipsa nō erat, quā sicut prolem nascentē deputam⁹. Porrò appetitus ille qui est in quærēdo, procedit à quærēte, & pendet quodammodo, neq; requiescit fine quo intendit, nisi id quod quærit inuentū, quærēti copulet. Qui appetitus, id est, inquisitio, quāuis amor esse non uideat, quo id quod notū est, amat: hoc em adhuc ut cognoscat agit: tamē ex eodē genere quiddā est. Nam uolūtas iam dici potest, quia omnis qui quærit inuenire uult, & si id quærit quod ad notitiam ptineat, omnis qui quærit nosse ult. Quod si ardēter atq; instāter uult, studere dicitur, quod maxime in assequēdis atq; adipiscēdis quibusq; doctrinis dici solet. Partū ergo mentis antecedit appetitus quidā, quo id quod nosse uolum⁹ quærendo & inueniēdo, nascit proles ipsa notitia: ac per hoc appetit⁹ ille cōcipit pariturq; notitia, partus & proles recte dici nō potest. Idēq; appetitus quo inhiat rei cognoscēdæ, sit amor cognitæ, dū tenet atq; amplectit placitā prolem, id est notitiā, gignēticq; conūgit. Et est quædā imago trinitatis: ipsa mens & notitia eius, quod est proles eius, ac de seipsa uerbum eius, & amor tertius, & hęc tria unū atq; una substantia. Nec minor proles, dum tantā se nouit mens quāta est: nec minor amor dū tantū se diligit quantū nouit & quanta est.

1 sen. dist. 3. c. & est ipsa
1 sent. dist. 3 c. nec minor

cognoscēdas, plerūq; nos laudātiū atq; prędicātiū accēdit autoritas: et tamē nisi breuiter impressam cuiusq; doctrinæ haberemus in animo notionē, nullo ad eam discēdam studio flagraremus. Quis em sciēdę, uerbi gratia, Rhetoricæ ullam curā & operā impēderet, nisi ante sciret eam dicendi esse sciētiā? Aliquādo etiā ipsarū doctrinarū fines audītos exptōsue miramur, & ex hoc inardescim⁹ facultatē cōparare discendo, qua ad eos puenire possimus. Tanq; si literas nesciēti dicat quādam esse doctrinā, qua quisq; ualeat cęteris lōge absenti uerba mittere manu facta in silētio, quę rursus ille cui mittunt, non aurib. sed oculis colligat, idq; fieri uideat, nónne dum cōcupiscit nosse quo id possit, omni studio circa illū finem mouet, quem iam notū tenet? Sic accendunt studia discētium, nam quod quisq; prorsus ignorat, amare nullo pacto potest. Ita etiā signū si quis audiat incognitū, ueluti uerbi alicuius sonū, quo quid significetur ignorat, cupit scire quid nā sit, id est sonus ille cui rei cōmemorādę institutus sit: ueluti si audiat cū dicit temetū, et ignorās quid sit, regrat. Iam itaq; oportet ut nouerit signum esse, id est nō esse inanem illam uocē, sed aliquid ea significari: aliogn iam notū est hoc trisyllabū, & articulatā speciem suā impressit animo per sensum auriū. Quid amplius in eo requirat, quo magis innotescat, cuius omnes literæ, omniaq; soni spatia nota sunt: nisi quia simul innotuit signū esse, mouitq; sciēdi cupiditatē, cuius rei signū sit. Quo igit amplius notum est, sed nō plene notū est, eo cupit animus de illo nosse quod reliquū est. Si em tantūmodo esse istā uocē nosset, eamq; alicuius rei signū esse non nosset, nihil iam quæreret de sensibili re, quātum poterat sentiendo pcepta. Quia uero non solum esse uocē, sed & signū esse iam nouit, perfecte id nosse uult. Neq; ullū perfecte signū nōscit, nisi cuius rei signū sit, cognoscat. Hoc ergo qui ardenti cura quærit ut nouerit, studioq; accensus insistit, nō potest dici esse sine amore. Quid igitur amat? Certe em amari aliqd nisi notū non potest. Neq; em ille istas tres syllabas amat, quas iam notas habet. Quod si hoc in eis amat, quia scit eas significare aliqd, nō inde nūc agit, nō em hoc nosse quęrit. Sed in eo quod scire studet, quid amet inquirimus, quod, pfecto nondū nouit: & ppterea mirat cur amet, quoniā firmissime nouimus amari nisi nota nō posse. Quid ergo amat, nisi quia nouit atq; intuet in rationib. rerū quæ sit pulchritudo doctrinę, qua cōtinent notitię signorū omnium: & quę sit utilitas in ea peritia, qua inter se humana societas sensa cōmunicat, ne sibi hominū cœtus deteriores sint quauis solitudine, si cogitatiōes suas colloquēdo nō misceāt? Hāc ergo speciē decorā, et utilē cernit anima, et nouit et amat: eāq; in se pficit studet quātū potest, quisquis uocū significantiū quęcūq; ignorat, inquirit. Aliud est em quod eā in ueritatis luce cōspicit, aliud quod in sua facultate cōcupiscit. Cōspicit namq; in luce ueritatis q̄ magnum, & q̄ bonū sit omnes omniū gentiū linguas intelligere ac loqui, nullamq; ut

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER X

Nihil amari nisi aliquo modo cognitum
Caput I

NVNC ad ea ipsa cōsequēter enodatius explicāda limatior accedat intentio. Ac primū quia rem ꝓrsus ignotam amare omnino nullus potest, diligenter intuendū est cuiusmodi sit amor studentiū, id est, nō iam scientiū, sed adhuc scire cupiētium quāq; doctrinā. Et in his quippe rebus in quibus nō usitate dicit studiū, solent existere amores ex auditu, dum cuiusq; pulchritudinis fama ad uidendū ac fruendū animus accēditur, quia generaliter nouit corporū pulchritudines, ex eo q̄ plurimas uidit, & ineſt intrinsecus unde approbet, cui forinsecus inhiat. Quod cū fit, nō rei penitus incognitæ amor excitat, cuius genus ita notū est. Cū aūt uirū bonū amamus, cuius faciē nō uidimus, ex notitia uirtutū amamus, quas nouim⁹ in ipsa ueritate. Ad doctrinas autē

ut alienigenā audire, & à nullo ita audiri. Cuius notitię decus cogitatiōe iam cernit, amaturq; res nota: quę ita cōspicit, atq; inflāmat studia discentiū, ut circa eam moueant, eiq; inhient in omni opera, quā impendūt cōsequendæ tali facultati, ut etiā usu amplectant quod ratiōe prænoscūt: atq; ita quisq;, cui facultati spe ꝓpinquat, ei feruētius amore inardescit. Eis doctrinis quippe studet uehementius, quę capi posse nō desperant. Nam cuius rei adipiscēdę spem quisq; nō gerit, aut tepide amat, aut omnino nō amat, quāuis q̄ pulchra sit uideat. Quocirca quia omniū linguarū scientia ferè ab omnibus desperat, suę gētis quisq; maxime studet, ut nouerit. Quod si & illi ad perfectū percipiendæ se non sufficere sentit, nemo tamen tam desidiosus est huius notitię, qui nō cū audierit incognitū uerbū, uelit nosse quid illud sit, & si potest, quęrat ac discat. Quod dum quærit, utiq; in studio discēdi est, & uidet amare rem incognitam, quod nō ita est. Species namq; illa tāgit animū, quā nouit & cogitat, in qua elucet decus cōsociandorū animorū in uocibus notis audiēdis, atq; reddendis: eaq; accēdit studio quærentē quidem quod ignorat, sed notam formā, quo id pertineat, intuentē & amantē. Itaq; si quærenti uerbi grātia, quid sit temetū, hoc enim exēpli causa posuerā, dicatur, quid ad te pertinet, respōdebit, ne forte audiā loquentē, & non intelligā: aut uspiā forte id legā, & quid scriptor senserit nescia: quis tandē huic dicat, noli intelligere quod audis, noli nosse quod legis? Omnib. enim fere animis rationalibus in prōptu est ad uidendū huius pitiæ pulchritudo, qua hominū inter se cogitata, significantiū uocū enūciatione nosc̄unt: propter hoc notū decus, & ob hoc amatū quia notū, studiose quęrit uerbū illud ignotū. Itaq; cum audierit atq; cognouerit temetū a ueterib. uinū appellatū, sed iam ex usu loquēdi quem nunc habemus hoc uocabulū emortuū, propter nōnullos fortasse ueterum libros sibi necessariū deputabit. Si aūt & illos superuacaneos habet, forte iam nec dignum quod memorię cōmendet existimat, qa uidet ad illā speciē doctrinę quā notam mente intuet atq; amat, minime ptinere. Quamobrē omnis amor studentis animi, hoc est uolētis scire quod nescit, nō est amor eius rei quā nescit, sed eius quā scit, ꝓpter quā uult scire quod nescit: aut si tam curiosus est, ut nō, ꝓpter causam aliam notā, sed solo amore rapiat incognita sciēdi, discernēdus quidē est à studiosi nomine iste curiosus, sed nec ipse amat incognita, imò cōgruentius dicit, odit incognita, quę nulla esse uult, dum uult omnia esse cognita. Sed ne quis q̄ nobis difficiliorē referat quęstionē, asserēs tam nō posse quenquā odisse quod nescit, q̄ nō potest amare quod nescit, nō resistimus uerbis: sed intelligendū est, nō hoc idē dici cū dicit, amat scire incognita, ac si dicerēt, amat incognita. Illud em fieri potest, ut amet q̄s scire incognita: ut aūt amet incognita, nō potest. Non enim frustra ibi est positū scire: Quoniā qui scire amat incognita, nō ipsa incognita, sed ipsum sci-

re amat. Quod nisi haberet cognitū, neq; scire se quisq; posset fideter dicere neq; nescire. Nō solū em qui dicit scio, & uerū dicit, necesse est ut quid sit scire sciat: sed etiā qui dicit nescio, idq; fideter & uerū dicit, & scit uerū se dicere, scit utiq; quid sit scire: quia & discernit ab sciēte nescientē, cum ueraciter se intuēs dicit nescio: & cū ipse scit se uerū dicere, unde sciret, si qd sit scire, nesciret? Qui libet igit studiosus, quilibet curiosus nō amat incognita, etiā cū ardentissimo appetitu instat scire quod nescit. Aut em iā genere notū habet quod amat, idq; nosse expetit, etiā in aliqua re singula, uel in singulis reb. quę illi nōdū notę forte laudātur, fingitq; animo imaginariā formā qua excitet in amorē. Vnde aūt fingit, nisi ex ijs quæ iam nouerat? Cui tamē formę animo figuratę atq; in cogitatiōe notissimę, si eam quę laudabat dissimilē inuenerit, fortasse nō amabit. Quod si amauerit, ex illo amare incipiet ex quo didicit. Pauloante quippe alia erat quę amabat, quā sibi animus formās exhibere cōsueuerat. Si aūt illi formę simile inuenerit quā fama prędicauerat, cui uere possit dicere, iam te amabā, nec tūc utiq; amabat incognitā, quā in illa similitudine nouerat. Aut in speciе sempiternę ratiōis uidemus aliqd & ibi amamus, quod cū expressum in aliqua rei tēporalis effigie, illis qui expti sunt laudātib. & amam⁹ et credimus, nō aliquid amamus incognitū, unde iam supra satis disseruimus: aut aliqd notū amamus, ꝓpter quod ignotū aliquid quærimus: cui⁹ ignoti amor nequaq; nos tenet, sed illius cogniti, quo ptinere nouim⁹, ut illud etiā quod adhuc ignotū quærimus, nouerimus: sicut de incognito uerbo pauloante locutus sum. Aut ipsum scire quisq; amat, quod nulli scire aliquid cupiēti esse incognitū potest. His causis uident amare incognita, qui scire aliquid uolūt quod nesciūt, & ꝓpter ardentiorē quærēdi appetitū sine amore esse dici nō possunt. Sed q̄ se res aliter habeat, nec oīno quisq; amet incognitū, arbitror me pstitisse uerū diligēter intuētib. Sed quia exēpla quę dedimus eorū sunt qui aliquid quod ipsi nō sunt nosse cupiunt, uidendū est, ne forte aliquod nouū genus apparеat cū seipsa mens nosse desiderat. Quid ergo amat mens, cū ardenter seipsam quærit ut nouerit, dū incognita sibi est? Ecce enim mēs semetipsam quærit ut nouerit, & inflammat hoc studio. Amat igit, Sed quid amat? Seipsam? Quō, cū se nondū nouerit, nec quisq; possit amare quod nescit? An ei fama prędicauit speciē suā, sicut de absentib. solem⁹ audiret? Forte ergo se nō amat, sed qd de se fingit hoc amat, lōge fortasse aliud q̄ ipsa est: aut si se mēs sui simile fingit, & ideo cū hoc figmentū amat, se amat antequā nouerit, quia id quod sui simile est intuet? Nouit igitur alias mētes ex quib. se fingat, et genere ipso sibi nota est. Cur ergo cū alias mētes nouit, se nō nouit, cū seipsa nihil possit esse præsentius. Quod si ut oculis corporis magis alij oculi noti sunt, q̄ ipsi sibi, nō se ergo quęrat nunq; inuētura. Nunq; em se oculi preter speculа uidebūt, Nec ullo modo putandū est

Nemo prorsus amat incognita. Cap. II

Quomodo mens amat se ipsam incognitam sibi. III

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiã rebus incorporeis contẽplandis tale aliquid adhiberi, ut mens tãquam in speculo se nouerit. A An in ratiõe ueritatis æternę uidet q̃ speciosum sit nosse semetipsam, & hoc amat quod uidet, studetq; in se fieri: qa quãuis sibi nota nõ sit, notũ tamen ei est q̃ bonũ sit ut sibi nota sit. Et hoc quidẽ permirabile est, nõdũ se nosse, & q̃ pulchrũ sit se nosse, iam nosse. An aliquẽ finẽ optimũ, id est securitatẽ & beatitudinẽ suã uidet, per quandã occultã memoriã, quę in longinqua eam, pgressam non deseruit, & credit ad eundẽ finẽ, nisi seipsam cognouerit, se peruenire nõ posse? Ita dũ illud amat, hoc quærit: & notũ amat illud, ꝓpter quod quęrit ignotũ. Sed cur memoria beatitudinis suę potuit, & memoria sui cũ ea pdurare nõ potuit, ut tam se nosset quę uult peruenire, q̃ nouit illud quò uult peruenire? An cum se nosse amat, nõ se B quam nondum nouit, sed ipsum nosse amat: acerbiusq; tolerat seipsam deesse scientiæ suę, qua uult cũcta cõprehendere? Nouit aũt quid sit nosse, & dũ hoc amat quod nouit, etiã se cupit nosse. Vbi ergo nosse suum nouit, si se nõ nouit? nam nouit quod alia nouerit, se aũt nõ nouerit: hinc em nouit et quid sit nosse. Quo pacto igit̃ se aliquid scit̃ tem scit, quę seipsam nescit? neq; em alterã mentẽ scientẽ scit, sed seipsam, Scit igit seipsam. Deinde cũ se quęrit ut nouerit, quęrentem se iam nouit. Iam se ergo nouit. Quapropter nõ potest omino nescire se, quę dũ se nescientem scit, se utiq; scit: si aũt se nescientẽ nesciat, nõ se quęrit ut sciat. Quapropter eoipso quo se quęrit, magis se sibi notam q̃ ignotã esse cõuincit̃. Nouit enim se quærentẽ C atq; nescientẽ, dum se quærit ut nouerit. Quid ergo dicemus? An quod ex parte se nouit, ex parte nõ nouit? Sed absurdũ est dicere, nõ eam totã scire quod scit. Nõ dico totũ scit, sed quod scit, tota scit. Cũ itaq; aliquid de se scit, quod nisi tota non potest, totã se scit. Scit autẽ se aliquid scientẽ, nec potest quicq̃ scire nisi tota. Scit se igit̃ totam. Deinde quid eius ei tam notum est quàm se uiuere?

Argutatur quomodo mẽs ex parte sibi sit nota. IIII

Nõ potest aũt & mens esse, & nõ uiuere, quãdo habet etiã amplius ut intelligat: nam & animę bestiarũ uiuũt, sed nõ intelligũt. Sicut ergo mens tota est, sic tota uiuit. Nouit aũt uiuere se. Totã se igit̃ nouit. Postremo cum se nosse mens quærit, mentẽ se esse iam nouit: alioquin utrũ se quærat ignorat, & aliud pro alio forsitã quęrat. Fieri em D potest ut ipsa nõ sit mens, atq; ita dum mentẽ nos se quęrit, nõ seipsam quęrat. Quapropter quoniã cũ quęrit mens quid sit mens, nouit quod se quærat, ꝓfecto nouit quod ipsa sit mens. Porrò si hoc in se nouit quod mens est, & tota mens est, totã se nouit. Sed ecce nõ se nouerit esse mentẽ, cũ autẽ se quęrit, hoc tantũmodo nouerit quod se quærat. Potest enim etiã sic aliud pro alio quærere, si hoc nescit: ut aũt nõ quęrat aliud pro alio, procul dubio nouit quid quęrat. At si nouit quid quærat, & seipsam quærit, seipsam utiq; nouit. Quid ergo adhuc quærit? Quod si ex parte se nouit, ex parte aũt adhuc quęrit, nõ seipsam, sed partẽ suã quęrit. Cũ enim ea ipsa dicit̃, tota dicit̃. Deinde quia nouit nondũ se à se inuentã totã, nouit quam ta sit tota. Atq; ita quęrit quod deest, quemadmodum solemus quęrere, ut ueniat in mẽtem quod excidit, nec tamẽ penitus excidit, quia potest recognosci, cum uenerit, hoc esse quod quærebat. Sed quõ mens ueniat in mentẽ, quasi possit mẽs in mẽte non esse? Hoc accedit, quia si parte inuẽta, nõ se totã quęrit, tamẽ tota se quærit. Tota ergo sibi prẽsto est, & quid adhuc quæratur nõ est: hoc enim deest quod quęrit̃, nõ illa quæ quærit. Cũ itaq; tota se quęrit, nihil eius deest: aut si non tota se quęrit sed pars quę inuẽta est quęrit partẽ quę nondũ inuẽta est, nõ se ergo mens quęrit, cuius se nulla pars quęrit: pars enim quę inuẽta est, nõ se quęrit: pars aũt quę nondũ inuenta est, nec ipsa se quęrit, quoniã ab ea quæ iam inuenta est parte quęrit̃. Quocirca quia nec tota se mẽs quærit, nec pars eius ulla se quærit, se mens omnino nõ quęrit. Vt qd ergo ei prẽceptũ est, ut seipsam cognoscat? Credo ut seipsam cogitet, et secundũ naturã suã uiuat, id est ut secundũ naturã suã ordinari appetat, sub eo scilicet cui subdẽda est, supra ea quibus prẽponenda est: sub illo à quo regi debet, supra ea quæ regere debet. Multa enim per cupiditatẽ prauã tãq̃ sui sit oblita, sic agit. Videt em quędã intrinsecus pulchra, in præstãtiore natura quę deus est. Et cũ instare debeat ut eis fruat, uolẽs ea sibi tribuere, & nõ ex illo similis illi?, sed ex seipsa esse quod ille est, auertitur ab eo, mouetur q; & labit̃ in minus & minus, quod putaũ amplius & amplius, quia nec ipsa sibi, nec ei quicq̃ C sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit: Ideoq; per egestatẽ ac difficultatem sit nimis intẽta in actiones suas, & inquietas delectationes quas per eas colligit: atq; ita cupiditate acquirẽdi notitias ex ijs quę foris sunt, quorũ cognitũ genus amat, & sentit amitti posse, nisi impẽsa cura teneaũ, perditq; securitatem tantoq; seipsam minus cogitat, quãto magis secura est, quod se nõ possit amittere. Ita cũ aliud sit nõ se nosse, aliud non se cogitare: Neq; enim multarũ doctrinarũ peritum, ignorare Grãmaticam dicimus cum eam nõ cogitat, quia de medicinæ arte tunc cogitat, Cum ergo aliud sit nõ se nosse, aliud nõ se cogitare, tanta uis est amoris, ut ea quæ cũ amore diu cogitauerit, eisq; curæ glutino inhæserit, attrahat secũ etiam cum ad se cogitãdam quodãmodo redit. Et quia illa corpora sunt quę foris per sensus carnis adamauit, eorũq; diuturna quadam familiaritate implicata est, nec secum potest introrsum tanquam in regionẽ incorporeæ naturę ipsa corpora inferre, imagines eorũ conuoluit & rapit, factas in semetipsa de semetipsa. Dat em eis formãdis quidam substãtiæ suæ, seruat aũt aliquid quo libere de specie taliũ imaginũ iudicet, & hoc est magis mens, id est rationalis intelligẽtia, quæ seruaũ ut iudicet. Nam illas animæ partes quæ corporũ similitudinib. informanť, etiã cum bestijs nos cõmunes habere sentimus. Errat autem mens, cum se istis imaginibus tanto amore coniungit, ut etiam se esse aliquid huiusmodi existimet. Ita enim

Imaginatio fit tex. Cap. VI

enim cõformatur eis quodãmodo, nõ id existẽdo sed putãdo, nõ quo se imaginẽ putet, sed omnino A illud ipsum cuius imaginẽ secũ habet. Viget q̃pe in ea iudiciũ discernẽdi corpus quod foris relinquit, ab imagine quã de illo secũ gerit: nisi cum ita exprimũtur eædẽ imagines tãq̃ foris sentiãtur, nõ intus cogitẽtur, sicut dormiẽtibus, aut furẽtibus, aut in aliqua ecstasi accidere solet. Cũ itaq; se tale aliquid putat, corpus esse se putat. Et quia sibi bene cõscia est principatus sui quo corpus regit, hinc factum est ut quidã quærerẽt quid corporis amplius ualet in corpore, et hoc esse mẽtem, uel omnino totã animã existimarent, ut Empedocles et Ericates opinati sunt. Itaq; alij sanguinem, alij cerebrũ, alij cor, nõ sicut scriptura dicit, Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo: Et, Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, Hoc enim B abutẽdo uel trãsferendo uocabulũ ducitur à corpore ad animã, sed ipsam omnino particulã corporis quã in uiscerib. dilaniatis uidemus, eã esse putauerũt. Alij ex minutissimis indiuiduisq; corpusculis quas atomos dicunt, cõcurrẽtibus in se atq; cohærẽtibus, eã confici crediderũt. Alij aerẽ, alij ignẽ substantiã eius esse dixerunt. Alij eã nullam esse substantiã, quia nisi corpus nullã substãtia poterãt cogitare, & eã corpus esse nõ inueniebant, sed ipsam temperationẽ corporis nostri uel cõpagem primordiorũ, quibus ista caro tanquã cõnectitur, esse opinati sunt. Et hi omnes eã mortalem esse senserũt, quia siue corpus esset, siue aliqua cõpositio corporis, nõ posset utiq; immortaliter permanere. Qui uero eius substantiã uitam C quandã nequaquã corporeã, quandoquidẽ uitã omne uiuũ corpus animãtem ac uiuificantẽ esse repererunt, consequẽter & immortalẽ, quia uita carere uita nõ potest, ut quisq; potuit probare conati sunt: Nã de quinto illo nescio quo corpore, quod notissimis quatuor huius mũdi elementis quidã cõiungentes, hinc animã esse dixerũt, hoc loco diu disserendũ non puto. Aut enim hoc uocãt corpus quod nos, cuius in loci spacio pars toto minor est, & in illis annumerãdi sunt qui mentem corporeã esse crediderũt: aut si uel omnẽ substantiã, uel omnẽ mutabilẽ substantiã corpus appellant, cũ sciãt nõ omnẽ locorũ spacijs aliqua lõgitudine & latitudine & altitudine cõtineri, non cũ eis de uocabuli quæstione pugnãdũ est. In his D omnib. sentẽtijs quisquis uidet mẽtis naturã & esse substantiã & nõ esse corporeã, id est nõ minore sui parte minus occupare loci spaciũ, maiusq; maiore, simul oportet uideat eos qui opinanť esse corporeã, nõ ob hoc errare quod mẽs desit eorũ notitiæ, sed quod adiungũt ea, sine quibus nullã possunt naturã. Sine phãtasijs em corporũ quicquid uisi fuerint cogitare, nihil omino esse arbitrant̃. Ideoq; non se tanq̃ sibi desit mẽs, requirat, Quid enim tã cognitioni adest, q̃ id quod mẽ ti adest, aut quid tã menti adest, q̃ ipsa mẽs? Vnde & ipsa quæ appellatur inuentio, si uerbi originẽ retractemus, quid aliud resonat, nisi quia inuenire est in id uenire quod quærit̃. Propterea quæ

Animus à sensibilibus ab duc. Cap. V

Error opinio. de anima. Cap. VII

Mens ut est, ita se nouit. Cap. IX

Inuenire quid

quasi ultro in mentẽ ueniunt, nõ usitate dicuntur inuenta, q̃uis cognita dici possint, quia nõ in ea quęrẽdo tendebamus ut in ea ueniremus, hoc est ea inueniremus. Quapropter sicut ea quę oculis aut ullo alio corporis sensu requirũtur, ipsa mens quærit, ipsa enim etiã sensum carnis intẽdit, tunc autẽ inuenit, cum in ea quæ requirũtur idem sensus uenit: Sic alia quæ non corporeo sensu internuncio, sed per seipsam nosse debet, cum in ea uenit, inuenit: aut in superiore substantia, id est in deo, aut in cæteris animæ partibus, sicut de ipsis imaginibus corporũ cum iudicat, intus enim in anima eas inuenit per corpus impressas. Ergo seipsam quẽadmodũ quærat & inueniat, mirabilis quæstio est, quò tendat, ut quærat, aut quò ueniat ut inueniat: Quid enim tam in mẽte q̃ mens est? Sed quia in ijs est quæ cũ amore cogitat, sensibilibus aũt, id est corporalibus cũ amore assuefacta est, nõ ualet sine imaginib. eorũ esse in semetipsa: Hinc ei oboritur erroris dedecus, dum rerũ sensarũ imagines secernere à se nõ potest, ut se solam uideat. Cohæserũt enim mirabiliter glutino amoris, & hęc est eius immũditia, quoniã dum se solã nititur cogitare, hoc se putat esse sine quo se nõ potest cogitare. Cum igitur ei præcipitur, ut seipsam cognoscat, non se tanquã sibi detracta sit quęrat, sed id quod sibi addidit detrahat. Interior est enim ipsa, nõ solum q̃ ista sensibilia quę manifeste foris sunt, sed etiam q̃ imagines eorũ quę in parte quadã sunt animæ, quam habẽt & bestiæ, q̃uis intelligẽtia careant, quæ mẽtis est propria. Cũ ergo sit mens interior, quodã modo exit à semetipsa, cum in hæc quasi uestigia multarũ intentionum exerit amoris affectum. Quæ uestigia tãquam imprimũtur memoriæ, quãdo hæc quæ foris sunt corporalia sentiuntur, ut etiã cum absunt ista, præsto sint tamẽ imagines eorũ cogitãtibus. Cognoscat ergo semetipsam, nec quasi absentẽ se quęrat, sed intentionẽ uolũtatis qua per alia uagabatur statuat in semetipsam, et se cogitet. Ita uidebit q̃ nunquam se nõ amauerit, nunquã nescierit: sed aliud secũ amãdo cum eo se cõfudit & concreuit quodãmodo, atq; ita dum sicut unũ diuersa complectitur, unum putauit esse quæ diuersa sunt. Nõ itaq; uelut absentẽ se quęrat cernere, sed præsentẽ se curet discernere. Nec se quasi nõ D norit cognoscat, sed ab eo quo alterũ nouit digno scat. Ipsum enim quod audit, cognosce teipsam, quomodo agere curabit, si nescit, aut quid sit cognosce, aut quid sit teipsam: Si aũt utrunq; nouit, nouit & seipsam, quia nõ ita dicitur mẽti, cognosce teipsam, sicut dicit̃, cognosce cherubin aut seraphin. De absentib. enim illis credimus, secũdũ quod cœlestes quædã potestates esse prædicanť. Neq; sicut dicitur, cognosce uoluntatẽ illius hominis, quæ nobis nec ad sentiẽdũ ullo modo, nec ad intelligendũ præsto est, nisi corporalib. signis editis, & hoc ita ut magis credamus q̃ intelligamus. Neq; ita ut dicit̃ homini, uide faciẽ tuam, q̃d nisi in speculo fieri nõ potest. Nã & ipsa nostra facies absens ab aspectu nostro est, qa nõ ibi est quò

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille dirigi potest. Sed cū dicitur mēti, cognosce te ipsam, eo ictu quo intelligit quod dictum est, teip A sam, cognoscit seipsam, nec ob aliud ꝙ̄ eo quo sibi p̄sens est. Si aūt quod dictū est non intelligit, nō utiq; facit: hoc igit ei præcipit ut faciat, quod cū ipsum præceptū intelligit, facit. Nō ergo adiūgat aliud ad id quod seipsam cognoscit, cū audit ut seipsam cognoscat. Certe enim nouit sibi dici, sibi scilicet quę est, & uiuit, & intelligit. Sed est & cadauer, uiuit & pecus: intelligit autem nec cadauer nec pecus. Sic ergo se esse & uiuere scit, *Mens quomodo intelligit quid non sit. Cap. X* quomō est, & uiuit intelligētia. Cū ergo, uerbi gratia, mens aerē se putat, aerē intelligere putat, se tamē intelligere scit: aerem autē se esse nō scit sed putat. Secernat qđ se putat, cernat quod scit, hoc ei remaneat. Vnde ne illi quidē dubitauerūt, qui aliud atq; aliud corpus esse mentē putauerūt: B Neq; enim omnis mens aerē se esse existimat, sed aliæ ignem, aliæ cerebrū, aliæq; aliud corpus, & aliud aliæ, sicut supra cōmemorauī: omnes tamē se intelligere nouerūt & esse & uiuere: sed intelligere ad id quod intelligūt referūt, esse aūt & uiuere ad seipsas. Et nulli est dubiū, nec quenq; intelligere q nō uiuat, nec quenq; uiuere q nō sit. Ergo consequēter & esse & uiuere id quod intelligit, nō sicuti est cadauer qđ non uiuit, nec sicuti uiuit anima quę nō intelligit, sed ꝓprio quodā eodēq; p̄stātiore modo. Itē uelle se sciūt, neq; hoc posse quenq; qui nō sit et qui nō uiuat, pariter sciūt. Itēq; ipsam uoluntatē referūt ad aliq̄d quod ea uolūtate uolunt. Meminisse etiā se sciūt, simulq; sciunt qđ nemo meminisset nisi esset ac uiueret: Sed & C ipsam memoriā referimus ad aliq̄d quod ea meminimus. Duobus igit horū triū, memoria & intelligētia multarū rerū notitia atq; sciētia cōtinen *1 sent. dist. 1 c. hic considerandū. & ca. id ergo. & c. hæc ergo.* tur: Volūtas aūt adest, per quā fruamur eis uel utamur. Fruimur em cognitis, in quib. uolūtas ipsis ꝓpter seipsa delectata cōquiescit: utimur uero eis quę ad illud referimus quo fruēdū est. Nec est alia uita hominū uitiosa atq; culpabilis, q̄ male utēs & male fruēs. De qua re nō est nūc dissērēdi locus. Sed quoniā de natura mētis agit, remouea mus à cōsideratione nostra omnes notitias quæ capiunt extrinsecus p̄ sensus corporis, & ea quę possumus omnes mētes de seipsis nosse certasq; esse diligentius attēdamus. Vtrū enim aeris sit uis uiuendi, reminiscēdi, intelligēdi, uolēdi, cogitandi, D sciēdi, iudicādi, an ignis, an cerebri, an sanguinis, an atomorū, an præter usitata quatuor elementa quinti nescio cuius corporis, an ipsius carnis nostræ cōpago uel tēperamētū hęc efficere ualeat, dubitauerūt homines: & alius hoc, alius aliud affirmare conat⁹ est. Viuere se tamē & meminisse, & intelligere, & uelle, & cogitare, & scire, & iudicare quis dubitet? Quādoquidē etiā si dubitat uiuit, si dubitat unde dubitet meminit, si dubitat dubitare se intelligit, si dubitat certus esse uult, si dubitat cogitat, si dubitat scit se nescire, si dubitat iudicat nō se temere cōsentire oportere. Quisquis igit aliūde dubitat, de his omnib. dubitare nō debet, quę si nō essent, de ulla re dubitare nō posset. Hæc omnia, qui uel corpus uel cōpositionē seu temperationē corporis esse mentē putāt, in subiecto esse uolūt uideri, ut substātia sit aer, uel ignis, siue aliquod aliud corpus, quod mentē putāt: intelligētia uero ita insit huic corpori, sicut qualitas eius: ut illud subiectū sit, hęc in subiecto: subiectū scilicet mēs quā corpus esse arbitrant, in subiecto aūt intelligētia, siue quid aliud eorū quę certa nobis esse cōmemorauimus. Iuxta opinant etiā illi qui mentē ipsam negāt esse corpus, sed cōpaginē aut temperationē corporis. Hoc enim intereſt, q̄ illi mentē ipsam dicūt esse substantiā, in quo subiecto sit intelligētia: isti aūt ipsam mentē in subiecto esse dicūt, corpore scilicet cuius cōpositio uel temperatio est. Vnde cōsequēter etiā intelligentiā quid aliud q̄ in eodē subiecto corpore existimant? Qui omnes nō aduertūt, mentem nosse se etiā cū quærit se, sicut iā ostēdimus. Nullo modo aūt rectē dicit sciri aliqua res, dum eius ignoratur substātia. Quapropter cū se mens nouit, substantiā suam nouit, & cum de se certa est, de substātia sua certa est. Certa est autē de se, sicut cōuincunt ea quæ supra dicta sunt. Nec omnino certa est, utrū aer, an ignis sit, an aliquod corpus, uel aliquid corporis. Nō est igitur aliquid eorū. Totumq; illud quod se iubet ut nouerit, ad hoc ptinet ut certa sit, nō se esse aliquid eorū de quibus incerta est, idq; solū esse se certa sit, quod solū esse se certa est. Sic enim cogitat ignē aut aerē, & quicquid aliud corporis cogitat. Neq; ullo modo fieri posset, ut ita cogitaret id quod ipsa est, quēadmodū cogitat id quod ipsa nō est. Per phantasiā quippe imaginariā cogitat hæc omnia, siue ignē, siue aerē, siue illud uel illud corpus, partem ue ullā, siue compaginē temperationemq; corporis, nec utiq; ista omnia, sed aliquid horū esse dicitur. Si quid aūt horum esset, aliter id q̄ cætera cogitaret, nō scilicet per imaginale figmentū, sicut cogitant absentia, quę sensu corporis tacta sunt, siue omnino ipsa, siue eiusdē generis aliqua, sed quadā interiore, nō simulata, sed uera p̄sentia. Nō enim quicquā illi est seipsa p̄sentius, sicut cogitat uiuere se & meminisse & intelligere & uelle se. Nouit em hęc in se, nec imaginat quasi extra se illa sensu tetigerit, sicut corporalia queq; tāguntur. Ex quorū cogitationib. si nihil sibi affingat, ut tale aliquid esse se putet, quicquid ei de se remanet, hoc solū ipsa est. *Vestigium trinitatis in anima. Cap. XI*

Remotis igit pauliſper cæteris, quorū mens de seipsa certa est: tria hæc potissimū cōsiderata tractemus, memoriā, intelligentiā, uoluntatē: In his enim tribus inspici solent etiā ingenia paruulorū cuiusmodi p̄ferāt indolem. Quāto quippe tenacius & facilius puer meminit, quātoq; acutius intelligit & studet ardētius, tāto est laudabilioris ingenij. Cū uero de cuiusq; doctrina quæritur, non quāta firmitate ac facilitate meminerit, uel quanto acumine intelligat, sed q̄d meminerit, et q̄d intelligat quærit. Et quia nō tantū q̄ doctus sit consideranda laudabilis animus, sed etiā q̄ bonus, non tantū quid meminerit & quid intelligat, uerūetiā quid uelit attēditur: nō quanta flagrātia uelit, sed quid

quid uelit prius, deinde quantū uelit. Tunc enim laudādus est animus uehemēter amās, cū id quod A amat uehemēter amandū est. Cū ergo dicuntur hæc tria, ingeniū, doctrina, usus: primū horū cōsiderat in illis tribus, quid possit quisq; memoria, & intelligētia, & uolūtate. Secundum eorū considerat, quid habeat quisq; in memoria, & intelligētia, quo studiosa uoluntate peruenerit. Iā uero usus tertius in uolūtate est pertractāte illa quæ in memoria & intelligētia cōtinentur, siue ad aliquid ea referat, siue eorū sine delectata conquiescat. Vti em est assumere aliquid in facultatē uoluntatis: frui est aūt, uti cū gaudio, nō adhuc spei, sed iam rei. Proinde omnis qui fruitur, utit: assumit enim aliquid in facultatē uolūtatis, cū fine delectatiōis. Non aūt omnis qui utit, fruitur: sed id *1 sent. dist. 2 Mandandum uero.* quod in facultatē uoluntatis assumit, nō propter B illud ipsum, sed ꝓpter aliud appetit. Hęc igit tria, *1 sent. dist. 3 Mimec uero.* memoria, intelligētia, uoluntas, quoniā non sunt tres uitæ, sed una uita, nec tres mentes, sed una mēs, consequēter utiq; nec tres substātię sunt, sed una substātia. Memoria quippe q̄ uita & mēs & substātia dicitur, ad seipsam dicit. Quòd uero memoria dicitur, ad aliquid relatiue dicitur. Hoc de intelligētia quoq; et de uolūtate dixerim. Et intelligētia quippe & uolūtas, ad aliquid dicunt. Vita est aūt una queq; ad seipsam, et mēs, & essentia. Quocirca tria hęc eo sunt unū, quo una uita, una mēs, una essentia. Et quicquid aliud ad seipsa singula dicūtur, etiā simul nō pluraliter sed singula- *1 sent. dist. 3 Singula etiā* riter dicūtur. Eo uero tria, quo ad seinuicē referū- C tur: quæ si æqualia nō essent, non solū singula singulis, sed etiā omnib. singula, nō utiq; se inuicem caperēt. Neq; enim tantū à singulis singula, uerū etiā à singulis omnia capiūtur. Memini enim me habere memoriā, & intelligentiā, & uoluntatē: & intelligo me intelligere, & uelle atq; meminisse: & uolo me uelle, & meminisse, & intelligere: totamq; meā memoriā, & intelligentiā & uolūtatem simul memini. Quod em memoriæ meę non memini, nō est in memoria mea. Nihil autē tam in memoria, q̄ ipsa memoria est. Totā igitur memini. Itē quicquid intelligo, intelligere me scio, & scio me uelle quicquid uolo: Quicquid autem scio memini. Totā igit intelligentiā, totamq; uoluntatē meā memini. Similiter cum hæc tria intelligo, tota simul intelligo. Neq; enim quicquā in- D telligibiliū nō intelligo, nisi quod ignoro. Quod aūt ignoro, nec memini, nec uolo. Quicquid itaq; intelligibiliū non intelligo, consequēter etiā non memini nec uolo. Quicquid autē intelligibilium memini & uolo, cōsequenter intelligo. Volūtas etiam mea totā intelligentiā totamq; memoriam meā capit, dum toto utor quod intelligo & memini. Quapropter quando inuicē à singulis & tota omnia capiuntur, æqualia sunt tota singula totis singulis, & totā singula simul omnib. totis, & hęc tria unū, una uita, una mēs, una essentia. Iam ne igitur ascendendū est qualibuscunq; intentionis gradibus ad illam summā & altissimā essentiā, cuius impar imago est humana mens, sed tamē ima-

Augustinus alibi recredit errorem non nouum. Ca. XII

go: an adhuc eadē tria distinctius declarāda sunt in anima, per illa quæ extrinsecus sensu corporis capimus, ubi temporaliter imprimitur rerū corporearū notitia? Mentē quippe ipsam in memoria & intelligētia & uolūtate suimetipsius talem reperiebamus, ut quoniā semp se nosse semperq; seipsam uelle cōprehēdebatur, simul etiā semper sui meminisse, semperq; seipsam intelligere & amare cōprehenderetur, quāuis nō semper se cogitare discretā ab eis quæ non sunt quod ipsa est: æ q̄ hoc difficile in ea dignoscitur memoria sui, & intelligētia sui. Quasi nō sint hæc duo, sed unū duobus uocabulis appelletur, sic apparet in ea re ubi ualde ista cōiūcta sunt, & aliud alio nullo præceditur tempore: amorq; ipse nō ita sentitur esse, cum eū non prodit indigētia, quoniā nō semper præsto est quod amatur. Quapropter etiā tardioribus dilucescere hęc possunt, dum ea tractantur quæ ad animā tempore accedūt, & quæ illi tēporaliter accidūt, cū meminit quod antea nō meminerat, & cū uidet quod antea nō uidebat: & cum amat quod antea non amabat. Sed aliud hæc tractatio iā poscit exordiū, ꝓpter huiꝰ libelli modū.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER XI

Vestigiū trinitatis etiam in corpore. Cap. I

EMINI dubiū est, sicut interiorē hominē intelligentia sic exteriorē sensu corporis præditū. Nitamur igitur si possumus in hoc quoq; exteriore inuestigare qualecunq; uestigium trinitatis, nō quia & ipse eodē modo sit imago dei. Manifesta est quippe Apostolica sententia, quæ interiorem hominē renouari dei agnitione declarat *Coloſ. 3* secundū imaginē eius qui creauit eum, cū & alio loco dicat: Et si exterior homo noster corrūpitur, *2. Corin. 4* tamē interior renouatur de die in diē. In hoc ergo qui corrumpitur, quęramus quēadmodū possumus quandā trinitatis effigiem, & si nō expressiorē, tamen fortasis ad dignoscēdum faciliorē. Neq; enim frustra & iste homo dicitur, nisi quia inest ei nonulla interioris similitudo, & illo ipso ordine cōditionis nostræ quo mortales atq; carnales effecti sumus, facilius & quasi familiarius uisibilia q̄ intelligibilia pertractamus. Cum ista sint exterius, illa interius, & ista sensu corporis sentiamus, illa mente intelligamus, nosq; ipsi animi nō sensibiles simus, id est, corpora, sed intelligibiles, quoniā uita sumus: tamē ut dixi, tanta facta est in corporib. cōsuetudo, & ita in hæc miro modo relabēs foras se nostra proiecit intētio, ut cū ab incerto corporū ablata fuerit, ut in spiritū multo certiore ac stabiliore cognitione figat, refugiat ad ista, & ibi appetat requiem unde traxit infirmitatē. Cuius egritudini cōgruendū est, ut si quando interiora spiritalia accōmodatius distinguere atq; facilius insinuare conamur, de corpora lib. exteriorib. similitudinū documēta capiamus. Sensu igit corporis exterior homo præditus, sentit corpora, & iste sensus quod facile aduertitur quinque

Universidad de Deusto
Biblioteca

quinquepertitus est,uidendo,audiendo,olfaciẽ
do,gustando,tangẽdo. Sed & multũ est & nõ ne A
cessariũ, ut omes hos quinq; sensus id quod quæ
rimus interrogemus. Quod enim nobis unus eo
rum renunciat,etiã in cæteris ualet. Itaq; potissi
mum testimonio utamur oculorũ. Is enim sensus
corporis maxime excellit,et est uisioni mẽtis pro
Vestigium Triadis in omni sensu corporis. Cap. II sui generis diuersitate uicinior. Cum igitur ali
quod corpus uidemus, hæc tria quod facillimũ
est considerãda sunt & dignoscenda. Primo ipsa
res quã uidemus, siue lapidẽ, siue aliquã flammã,
siue quid aliud quod uideri oculis potest, quod
utiq; iam esse poterat,& antequã uideretur. Dein
de uisio quę non erat priusquã rem illã obiectam
sensui sentiremus. Tertio quod in ea re quę uide
tur q̃diu uidetur sensum detinet oculorũ, id est,
animi intentio. In his igitur tribus, nõ solũ est ma B
nifesta distinctio,sed etiã discreta natura. Primũ
quippe illud corpus uisibile lõge alterius naturæ
est q̃ sensus oculorũ, quo sibimet incidente fit ui
sio. Ipsaq; uisio quid aliud q̃ sensus ex ea re quæ
sentitur informatus apparet? Quãuis re uisibili
detracta nulla sit nec ulla omnino esse possit ta
lis uisio,si corpus non sit quod uideri queat. Nul
lo modo tamen eiusdẽ substantiæ est corpus quo
formatur sensus oculorũ,cum idem corpus uide
tur,& ipsa forma quæ ab eodẽ imprimit sensui,
quæ uisio uocatur. Corpus enim uisum in sua na
tura separabile est:sensus aũt qui iam erat in ani
mante,eius priusquã uideret quod uidere posset,
cũ in aliquid uisibile incurreret, uel uisio quæ fit
in sensu ex uisibili corpore cũ iam cõiunctum est C
& uideret. Sensus ergo uel uisio,id est, sensus for
matus extrinsecus, ad animãtis naturã pertinet,
omnino aliã q̃ est illud corpus quod uidẽdo sen
timus, quo sensus nõ ita formatur ut sensus sit, sed
ut uisio sit. Nã sensus & ante obiectũ rei uisibilis
nisi esset in nobis, nõ distaremus à cæcis, dũ nihil
uidemus, siue in tenebris, siue clausis luminibus.
Hoc aũt distamus,quod nobis inest & nõ uidẽti
bus quo uidere possimus, qui sensus uocat, illis
uero nõ inest:Nec aliũde nisi q̃ eo carẽt, cæci ap
pellantur. Itemq; illa animi intentio quæ in ea re
quã uidemus sensum tenet atq; utrunq; cõiungit,
non tantũ ab ea re uisibili natura differt, quando
quidem iste animus illud corpus est, sed ab ipso
quoq; sensu atq; uisione, quoniã solius animi est D
hæc intentio. Sensus aũt oculorũ nõ ob aliud sen
sus corporis dicitur, nisi quia & ipsi oculi mẽbra
sunt corporis. Et q̃uis non sentiat corpus exani
me,anima tamẽ cõmixta corpori per instrumen
tum sentit corporeũ, & idem instrumentũ sensus
uocatur. Qui etiã passione corporis cum quisq;
excæcatur interceptus extinguitur,cũ idem ma
neat animus, & eius intẽtio, luminibus amissis,
nõ habeat quidẽ sensum corporis quem uidẽdo
extrinsecus corpori adiũgat, atq; in eo uisio figat
aspectum,nisu tamẽ ipso indicet se adẽpto corpo
ris sensu,nec perire potuisse, nec minui. Manet e
nim quidã uidẽdi appetitus integer,siue id possit
fieri, siue nõ possit. Hæc igitur tria, corpus quod
uidetur, & ipsa uisio, & quæ utrunq; cõiungit in
tentio, manifesta sunt ad dignoscendũ, nõ solum
propter propria singulorum, uerumetiã propter
differentiã naturarũ. Atq; in his cũ sensus nõ pro
cedat ex corpore illo quod uidetur,sed ex corpo
re sentiẽtis animãtis, cui anima suo quodã miro
modo cõtemperatur, tamẽ ex corpore quod ui
detur gignit uisio,id est,sensus ipse formatur: ut
iam nõ tantũ sensus qui etiã in tenebris esse inte
ger potest,dum est incolumitas oculorũ,sed etiã
sensus informatus sit, quæ uisio uocat. Gignitur
ergo ex re uisibili uisio,sed nõ ex sola,nisi adsit &
uidens. Quocirca ex uisibili & uidente gignitur
uisio,ita sane ut ex uidente sit sensus oculorũ, &
aspicientis atq; intuentis intẽtio. Illa tamen infor
matio sensus,quę uisio dicitur,à solo imprimatur
corpore quod uidetur, id est,à re aliqua uisibili;
qua detracta,nulla remanet forma quę inerat sen
sui, dum adesset illud quod uidebatur: sensus ta
mẽ ipse remanet,qui erat & priusquã aliquid sen
tiretur:uelut in aqua uestigiũ tãdiu est, donec ip
sum corpus quod imprimitur inest: quo ablato
nullum erit,cũ remaneat aqua, quæ erat & ante
quã illam formã corporis caperet. Ideoq; nõ pos
sumus quidẽ dicere q̃ sensum gignat res uisibi
lis,gignit tamẽ formã uelut similitudinẽ suã,quæ
fit in sensu,cũ aliquid uidẽdo sentimus. Sed cor
poris formã quã uidemus,& formã quę ab illa in
sensu uidẽtis fit, per eundem sensum nõ discerni
mus, quoniã tanta cõiunctio est, ut nõ pateat di
scernẽdi locus. Sed ratione colligimus nequaq;
nos potuisse sentire,nisi fieret in sensu nostro ali
qua similitudo cõspecti corporis. Neq; enim cum
annulus cerę imprimitur, ideo nulla imago facta
est,quia nõ discernitur, nisi cum fuerit separata.
Sed quoniã post ceram separatã manet quod fa
ctum est ut uideri possit,propterea facile persua
detur,q̃ inerat iam ceræ forma impressa ex annu
lo, & anteq; ab illa separararetur. Si aũt liquido hu
mori adiungeret annulus, eo detracto nihil ima
ginis appareret. Nec ideo tamẽ discernere ratio
nõ deberet,fuisse in illo humore anteq; detrahe
retur, annuli formã factam ex annulo, quæ distin
guẽdæ est ab ea forma quę in annulo est,unde ista
facta est,quæ detracto annulo nõ erit,q̃uis illa in
annulo maneat unde ista facta est. Sic sensus ocu
lorũ, nõ ideo nõ habet imaginẽ corporis quod ui
detur quãdiu uidet,quia eo detracto nõ remanet.
Ac per hoc tardioribus ingenijs difficillime persua
deri potest, formari in sensu nostro imaginẽ rei
uisibilis,cũ eã uidemus,& eandẽ formã esse uisio
nẽ. Sed q̃ forte aduerterint quod cõmemorabo,
nõ ita in hac inquisitione laborabũt. Plerunq; cũ
diuscule attẽderimus quæq; luminaria,& inde o
culos clauserimus, quasi uersant in cõspectu q̃dã
lucidi colores uarie sese cõmutates,& minus mi
nusq; fulgẽtes donec omnino desistant: Quas in
telligendũ est reliquias esse formę illius quę facta
erat in sensu, cum corpus lucidũ uideretur, pau
latimq; & quodãmodo gradatim deficiendo ua
riari. Nam & insertarũ fenestrarũ cancelli, si eos
forte

forte intuebamur sæpe in illis apparuere colori
bus, ut manifestũ sit hãc affectionẽ nostro sensui A
ex ea re quæ uidebat impressam. Erat ergo etiam
cũ uiderem⁹,& illa erat clarior & expressior, sed
multũ cõiuncta cũ specie rei eius quę cernebatur,
ut discerni omnino non posset, & ipsa erat uisio.
Quinetiã cũ lucernæ flãmula modo quodã diua
ricatis radijs oculorũ quasi geminatur, duæ uisio
nes fiũt,cum sit res una quæ uidetur. Singillatim
quippe afficiũtur ijdem radij de suo quisq; oculo
emicãtes,dum nõ sinuntur in illud corpus intuẽ
dum pariter cõiunctęq; cõcurrere,ut unus fiat ex
utroq; contuitus. Et ideo si unũ oculum clauseri
mus, nõ geminũ ignem, sed sicuti est unũ uidebi
mus. Cur autẽ sinistro clauso illa species desinit
uideri quæ ad dextrũ erat,uicissimq; dextro clau
so illa intermoritur quæ ad sinistrũ erat, & longũ B
est & rei præsenti non necessariũ modo quærere
atq; disserere. Quod enim ad susceptã quæstionẽ
satis est, nisi fieret in sensu nostro quędam imago
simillima rei eius quã cernimus, non secundũ o
culorum numerũ flammæ species geminaretur,
cum quidã cernendi modus adhibitus fuerit, qui
possit cõcursum separare radiorũ. Ex uno quip
pe oculo quolibet modo deducto, aut impresso
aut intorto, si alter clausus est, dupliciter uideri a
liquid quod sit unũ nullo pacto potest. Quæ cum
ita sint, tria hæc q̃uis diuersa natura quẽadmodũ
in quandã unitatem contemperentur memineri
mus, id est,species corporis quæ uidetur, & im
pressa eius imago sensui quod est uisio, sensus ue
formatus,& uoluntas animi quę rei sensibili sen C
sum admouet, in eoq; ipsam uisionẽ tenet. Horũ
primũ,id est,res ipsa uisibilis nõ pertinet ad ani
mãtis naturã, nisi cũ corpus nostrũ cernimus. Al
terũ aũt ita pertinet,ut & in corpore fiat,& p cor
pus in anima: fit enim in sensu, qui neq; sine cor
pore est, neq; sine anima. Tertium uero solius ani
mæ est, quia uoluntas est. Cum igitur horũ trium
tam diuersæ substãtiæ sint, tamẽ in tãtam coeunt
unitatẽ, ut duo priora uix intercedẽte iudice ra
tione discerni ualeant,species uidelicet corporis
quod uidet, & imago eius quæ fit in sensu, id est,
uisio. Volũtas aũt tantã uim habet copulãdi hæc
duo,ut & sensum formandũ admoueat ei rei quę
cernitur, & in ea formatũ teneat. Et si tam uiolen
ta est ut possit uocari amor, aut cupiditas, aut libi D
do, etiã cæterum corpus animãtis uehemẽter affi
cit. Et ubi nõ resistit pigrior duriorq; materies, in
similem speciem coloremq; cõmutat: licet uidere
Chamæleon. corpusculum chamæleontis, ad colores quos ui
det facillima cõuersione uariari. Aliorũ autẽ ani
malium, quia non est ad conuersionẽ facilis cor
pulentia, fœtus plerunq; produnt libidines ma
trum, quid cũ magna delectatione conspexerint.
Quam enim teneriora atq;,ut ita dixerim, forma
biliora sunt primordia seminũ, tam efficaciter &
capaciter sequuntur intentionẽ maternæ animę,
& quę in ea facta est phãtasiam, per corpus quod
cupide aspexit. Sunt exempla quæ copiose com
memorari possint, sed unum sufficit de fidelissi
mis libris, quod fecit Iacob ut oues & caprę ua
rios coloribus parerẽt, supponẽdo eis uariata uir
gulta in canalibus aquarũ, quę potantes intuerẽ
tur eo tempore quo conceperãt. Sed anima ratio
nalis deformiter uiuit, cum secundũ trinitatẽ ex
terioris hominis uiuit, id est, cum ea quæ forinse
cus sensum corporis formant, nõ laudabilem uo
luntatẽ qua hæc ad utile aliquid referat, sed tur
pem cupiditatẽ qua his inhæresat accõmodat.

Quia etiam detracta specie corporis quæ cor- *Trium unitas in sensu. Cap. III*
poraliter sentiebatur, remanet in memoria simili
tudo eius, quò rursus uoluntas conuertat aciẽ ut
inde formetur intrinsecus, sicut ex corpore obie
cto sensibili sensus extrinsecus formabatur. Atq;
ita fit illa trinitas ex memoria & interna uisiõe, et
quæ utrũq; copulat uoluntate: quæ tria cũ in unũ
cogũtur, ab ipso coactu cogitatio dicitur. Nec in
his tribus diuersa substãtia est. Neq; enim aut cor
pus illud sensibile ibi est quod omino discretũ est
ab animantis natura, aut sensus corporis ibi for
matur ut fiat uisio, aut ipsa uoluntas id agit ut for
mãdũ sensum sensibili corpori admoueat, in eoq;
formatũ detineat: sed p illa specie corporis quæ
uidebatur extrinsecus, succedit memoria retinẽs
illam speciẽ quam per corporis sensum combibit
anima: proq; illa uisione quæ foris erat cũ sensus
ex corpore uisibili formaret, succedit intus simi
lis uisio, cũ ex eo quod memoria tenet formatur
acies animi et absentia corpora cogitantur: uolũ
tasq; ipsa quomõ foris corpori obiecto forman
dũ sensum admouebat, formatumq; iungebat, sic
aciẽ recordãtis animi cõuertit ad memoriã, ut ex
eo quod illa retinuit, ista formetur, & sit in cogita
tione similis uisio. Sicut aũt ratione discernebat
species uisibilis, qua sensus corporis formabat,
& eius similitudo quę fiebat in sensu formato ut
esset uisio, alioquin ita erãt cõiunctæ, ut omnino
una eademq; putaret: sic illa phantasia cũ animus
cogitat speciẽ uisi corporis, cum cõstet ex corpo
ris similitudine, quã memoria tenet, & ex ea quæ
inde formatur in acie recordãtis animi, tamen sic
una & singularis apparet, ut duo quædã esse non
inueniãtur nisi iudicãte ratione: qua intelligimus
aliud esse illud quod in memoria manet, etiã cum
aliunde cogitamus, & aliud fieri cũ recordamur,
id est, ad memoriã redimus, et illic inuenimus eã
dem speciẽ. Quæ si iam ibi non esset, ita oblitos D
nos esse diceremus, ut omnino recolere nõ posse
mus. Si autẽ acies recordantis nõ formaretur ex
ea re quæ erat in memoria, nullo modo fieret ui
sio cogitãtis: sed utriusq; cõuẽtio, id est, eius quã
memoria tenet, & eius quæ inde exprimitur, ut
formetur acies recordantis, quia similimæ sunt,
ueluti unã facit apparere. Cũ autẽ cogitãtis acies
auersa inde fuerit, atq; id quod in memoria cerne
batur destiterit intueri, nihil formæ quę impres
sa erat in eadẽ acie remanebit: Atq; inde formabi
tur quò rursus conuersa fuerit, ut alia cogitatio
fiat. Manet tamẽ illud quod reliquit in memoria,
quo rursus cũ id recordamur conuertat & cõuer
sa formetur, atq; unũ cum eo fiat unde formatur.

Voluntas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo fit hæc unitas.

Cap. IIII

Voluntas uero illa quæ hac atq; illac fert & refert aciẽ formandã coniungitq; formatã, si ad interiorẽ phantasiã tota cõfluxerit, atq; à præsentia corporũ quæ circũiacet sensibus atq; ab ipsis sensibus corporis, animi aciẽ omnino auerterit, atq; ad eam quæ intus cernitur imaginẽ penitus conuerterit, tãta offenditur similitudo speciei corporalis expressa ex memoria, ut nec ipsa ratio discernere sinatur, utrũ foris corpus ipsum uideaẽ, an intus tale aliquid cogitetur. Nã interdũ homines nimia cogitatione rerũ uisibiliũ uel illecti, uel territi, etiã eiusmodi repente uoces ædiderũt, quasi re uera in medijs talibus actionib. siue passionib. uersarentur. Et memini me audisse à quodã, cp tã expressam & quasi solidã speciẽ fœminei corporis in cogitando cernere soleret, ut ei se quasi miscerí sentiẽs, etiã genitalibus flueret. Tantũ habet uirilũ anima in corpus suum, & tantũ ualet ad indumenti qualitatẽ uertendã atq; mutandã, quomodo homo afficiatur indutus qui cohęret indumento suo. Ex eodẽ genere affectionis etiã illud est quod in somnis per imagines illudimur. Sed plurimũ differt, utrũ sopitis sensibus corporis, sicuti sunt dormientiũ, aut ab interiore cõpage turbatis, sicuti sunt furentiũ, aut alio quodam modo alienatis, sicuti sunt diuinantiũ uel prophetantiũ animi intentio quadã necessitate incurrat in eas quæ occurrunt imagines, siue ex memoria, siue alia aliqua occulta uí, per quasdã spiritales nexus similiter spiritalis substãtiæ: an sicut sanis atq; uigilantibus interdũ cõtingit, ut cogitatione occupata uoluntas se auertat à sensibus, atq; ita formet animi aciẽ uarijs imaginib. sensibiliũ rerum, tanquã ipsa sensibilia sentiantur. Non tantũ autẽ cum appetẽdo in talia uoluntas intendit, fiũt istæ impressiones imaginũ, sed etiã cum deuitãdi & cauẽdi causa rapitur animus in ea contuẽda quæ fugiat. Vnde nõ solum cupiendo, sed etiã metuẽdo, infertur uel sensus ipsis sensibilibus, uel acies animi formãda imaginib. sensibiliũ. Itaq; aut metus aut cupiditas, quãto uehemẽtior fuerit, tanto expressius formaẽ acies, siue sentiẽtis ex corpore quod in loco adiacet, siue cogitantis ex imagine corporis, quæ memoria continetur. Quod ergo est ad corporis sensum aliquod corpus in loco, hoc est ad animi aciẽ similitudo corporis in memoria: & quod est aspiciẽtis uisio, ad eã speciẽ corporis ex qua sensus formatur, hoc est uisio cogitantis ad imaginẽ corporis in memoria cõstituendam, ex qua formatur acies animi: & quod est intentio uolũtatis ad corpus uisum, uisionemq; copulandã, ut fiat ibi quædã unitas triũ, cpuis eorũ sit diuersa natura, hoc est eadẽ uoluntatis intẽtio ad copulandã imaginẽ corporis quæ est in memoria, & uisionẽ cogitantis, id est, formã quã cepit acies animi rediens ad memoriã: ut fiat, & hic quædam unitas ex tribus, nõ iam naturæ diuersitate discretis, sed unius eiusdemq; substãtiæ, quia hoc totũ intus est, & totũ unus animus. Sicut aũt cũ forma & species corporis interierit, nõ potest ad eã uoluntas sensum reuocare cernẽtis: ita cum imago quã memoria gerit obliuione deleta est, nõ erit quò aciem animi formandã uolũtas recordãdo retorqueat. Sed quia prævalet animus, non solum oblita, uerumetiã nõ sensa nec experta confingere, ea quæ non exciderunt augendo, minuendo, commutando, & pro arbitrio componendo, sæpe imaginatur quasi ita aliquid sit, quod aut scit nõ ita esse, aut nescit ita esse. In quo genere cauendũ est, ne aut mentiatur ut decipiat, aut opinetur ut decipiatur. Quibus duob. malis euitatis nihil ei obsunt imaginata phãtasmata: sicut nihil obsunt experta sensibilia, & retẽta memoriter, si neq; cupide appetãtur si iuuãt, neq; turpiter fugiãtur si offendũt. Cum aũt in his uolũtas relictis melioribus auida uolutatur, immũda fit, atq; ita & cum assunt perniciose, & cum absunt pernicioſius cogitãtur. Male itaq; uiuitur, & deformiter secundũ trinitatem hominis exterioris: quia & illã trinitatẽ, quæ licet interius imagineſ, exteriora tamẽ imaginatur, sensibiliũ corporaliumq; utendorũ causa peperit: Nullus eñ eis uti posset etiã bene, nisi sensarũ rerum imagines memoria tenerẽtur, & nisi pars maxima uolũtatis in superiorib. atq; inferiorib. habitet: eaq; ipsa quæ cõmodatur, siue foris corporibus, siue intus imaginibus eorũ, nisi quicquid in eis capit ad melioꝛem uerioremq; uitã referat, atq; in eo fine cuius intuitu hæc agẽda iudicat acquiescat, quid aliud facimus, nisi quod nos Apostolus facere ꝓhibet, dicẽs: Nolite cõformari huic seculo: quapropter nõ est ista trinitas imago dei. Ex ultima quippe, id est, corporea creatura, qua superior est anima, in ipsa anima fit per sensum corporis, nec tamẽ est omnino dissimilis. Quid enim nõ pro suo genere, ac ꝓ suo modulo habet similitudinẽ dei, quandoquidẽ deus fecit omnia bona ualde, non ob aliud nisi quia ipse summe bonus est. Inquantum ergo bonum est quicquid est, intantũ scilicet cpuis longe distantẽ, habet tamẽ nonnullã similitudinẽ summi boni: & si naturalem utiq; rectã & ordinatã, si autẽ uitiosam, utiq; turpem atq; peruersam. Nã & animæ in ipsis peccatis suis nõ nisi quandã similitudinẽ dei, superba & præpostera, & ut ita dicã seruili, libertate sectãtur. Ita nec primis parẽtibus nostris persuaderi peccatũ posset, nisi diceretur: Eritis sicut dij. Non sane omne quod in creaturis aliquo modo simile est deo, etiã eius imago dicẽda est, sed illa sola, qua superior ipse solus est. Ea quippe de illo prorsus exprimitur inter quã & ipsam nulla interiecta natura est. Visionis igit illius, id est, formæ quæ fit in sensu cernẽtis, quasi parẽs est forma corporis ex qua fit. Sed parens illa nõ uera, unde nec ista uera proles est. Neq; enim omnino inde gignitur, quoniã aliud adhibeat corpori, ut ex illo formetur, id est sensus uidẽtis. Quocirca id amare, alienari est. Itaq; uoluntas quę utrũq; cõiungit quasi parentẽ & quasi prolem, magis spiritalis est cp utrumlibet illorũ. Nam corpus illud quod cernitur, omnino spirita le non est. Visio uero quæ fit in sensu habet admixtũ aliquid spiritale, quia sine anima fieri non potest

Rom. 12

2. Retract. cap. 15

potest. Sed nõ totum ita est, quoniã ille qui formatur corporis sensus est. Voluntas ergo quæ utrũ cp coniũgit, magis, ut dixi, spiritalis agnoscit, & ideo tanq; personã spiritus insinuare incipit in illa trinitate. Sed magis pertinet ad sensum formatum, cp ad illud corpus unde formatur. Sensus enim animãtis & uolũtas animæ est, nõ lapidis aut alicuius corporis quod uidetur. Nõ ergo ab illo quasi parente procedit. Sed nec ab ista quasi prole, hoc est uisione ac forma quę in sensu est. Prius enim cp uisio fieret, iam erat uolũtas, quæ formãdum sensum cernẽdo corpori admouit, sed nõdũ erat placitũ. Quomodo enim placeret quod nõdum erat uisum? Placitũ autẽ quieta uolũtas est. Ideoq; nec quasi prolem uisionis possumus dicere uoluntatẽ, quia erat ante uisionẽ, nec quasi parentem, quia nõ ex uolũtate, sed ex uiso corpore formata & expressa est: finẽ fortasse uolũtatis & requiẽ possumus recte dicere uisionẽ, ad hoc duntaxat unũ, scilicet uidendũ corpus. Neq; enim ꝓpterea nihil aliud uolet, quia uidet aliquid quod uolebat. Nõ itaq; omnino ipsa uoluntas hominis cuiꝰ finis nõ est nisi beatitudo, sed ad hoc unũ interim scilicet subiectum uolũtas uidẽdi finem nõ habet nisi uisionẽ, siue id referat ad aliud, siue nõ referat. Si enim nõ refert ad aliud uisionẽ, sed tantum uoluit ut uideret: nõ est disputandũ quomodo ostẽdatur finẽ uoluntatis esse uisionẽ, manifestũ est enim. Si autẽ refert ad aliud, uult utiq; aliud, nec iam uidẽdi uoluntas erit. Aut si uidẽdi, nõ hoc uidendi, sed aliud: tanquã si uelit quisq; uidere cicatricẽ, ut inde doceat uulnus fuisse: aut si uelit uidere fenestram, ut per fenestrã uideat trãseuntes: omnes istæ atq; aliæ tales uolũtates, suos proprios fines habent, qui referunt ad finẽ illius uolũtatis qua uolumus beate uiuere, et ad eã perueníre uitã quę nõ referatur ad aliud, sed amanti ꝓ seipsam sufficiat. Volũtas ergo uidẽdi, finẽ habet uisionẽ: & uoluntas hãc rem uidendi, finẽ habet huius rei uisionẽ. Volũtas itaq; uidẽdi cicatricem, finẽ suum expetit, hoc est uisionẽ cicatricis, & ad eã ultra nõ pertinet. Voluntas enim probãdi uulnus fuisse, alia uolũtas est, cpuis ex illa reliquetur, cuius itẽ finis est probatio uulneris. Et uoluntas uidendi fenestrã, finẽ habet fenestræ uisionem. Altera est enim quæ ex ista nectiũ uoluntas, per fenestrã uidendi trãseuntes, cuius itẽ finis est uisio trãseuntiũ. Rectæ autẽ sunt uoluntates omnes sibimet religatæ, si bona est illa quò cunctę referũtur: si autẽ praua est, prauę sunt omnes. Et ideo rectarũ uoluntatũ connexio iter est quoddã ascẽdentiũ ad beatitudinẽ, quod certis uelut passibagitur. Prauarũ autẽ atq; distortarũ uoluntatũ implicatio, uinculũ est quo alligabitur qui hoc agit, ut proijciatur in tenebras exteriores. Beati ergo qui factis & moribus cantant canticũ graduũ. Et uæ ijs qui trahunt peccata, sicut restem longã. Sic est autẽ requies uoluntatis quem dicimus finẽ, si adhuc refertur ad aliud, quẽadmodũ possumus dicere requiẽ pedis esse in ambulãdo, cũ ponitur unde alius innitatur, quo passibus pergit. Si autem aliquid ita placet, ut in eo cum aliqua delectatione uolũtas acquiescat, nondum est tamẽ illud quò tenditur, sed et hoc refertur ad aliũd: ut deputetur non tanq; patria ciuis, sed tanq; refectio, uel etiã mansio uiatoris. Iam uero in alia trinitate interiore quidẽ cp est ista in sensibilib. & sensib. sed tamẽ quæ inde cõcepta est, cũ iam nõ ex corpore sensus corporis, sed ex memoria formatur acies animi, cũ in ipsa memoria species inhæserit corporis quod forinsecus sensimus, illam speciẽ quæ in memoria est, quasi parentẽ dicimus eius quæ fit in phãtasia cogitãtis. Erat enim in memoria, & priusquã cogitaretur à nobis: sicut erat corpus in loco, & priusquã sentiretur ut uisio fieret. Sed cum corpus cogitatur, ex illa quã memoria tenet, exprimiẽ in acie cogitãtis & reminiscendo formatur ea species, quę quasi proles est eius quã memoria tenet. Sed neq; illa uera parẽs, neq; ista uera proles est. Acies quippe animi quæ formaẽ ex memoria cum recordãdo aliquid cogitamus, nõ ex ea specie procedit quã meminimus uisam, quãdoquidẽ eorum meminisse nõ possemus nisi uidissemus: Acies aũt animi quæ reminiscendo formatur, erat etiã priusquã corpus quod memínimus uideremus, quãto magis priusquã id memoriæ mãderamus? Quanq; itaq; forma quæ fit in acie recordãtis, ex ea fiat quæ inest memoriæ, ipsa tamẽ acies non inde exiliit, sed erat ante istã. Consequẽs est autẽ ut si nõ est illa uera parẽs, nec ista uera sit proles. Sed & illa quasi parens, & ista quasi proles aliquid insinuãt, unde interiora atq; ueriora exercitatius certiusq; uideantur. Difficilius iã planẽ discerniẽ, utrũ uoluntas quę memoriæ copulat uisionẽ, non sit alicuius eorũ siue parens siue proles: et hãc discretionis difficultatẽ facit eiusdẽ naturæ atq; substãtiæ parilitas & æqualitas. Neq; enim sicut foris facile discernebaẽ formatus sensus à sensibili corpore, & uolũtas ab utroq;, propter naturæ diuersitatẽ quæ inest ab iuicẽ omnibus tribus, de qua satis supra disseruimus, ita & hic potest. Quãuis enim hæc trinitas de qua nũc quæriẽ forinsecus inuecta est animo, intus tamẽ agit, & nõ est quicquã eius præter ipsius animi naturã. Quo igit pacto demõstrari potest, uoluntatẽ nec quasi parentẽ, nec quasi prolẽ esse, siue corporeæ similitudinis quæ memoria continet, siue eius quæ inde cũ recordamur exprimitur, quãdo utrunq; in cogitãdo ita copulat, ut tanq; unũ singulariter appareat, et discerni nisi ratione nõ possit? Atq; illud primũ uidendũ est, nõ esse posse uoluntatẽ reminiscẽdi, nisi uel totũ, uel aliquid rei eius quã reminisci uolumus, in penetralibus memorię teneamus. Quod enim omnimodo & omni ex parte obliti fuerimus, nec reminiscẽdi uolũtas exoritur, quoniã quicquid recordari uolumus, recordati iam sumus in memoria nostra esse uel fuisse. Verbi gratia: Si recordari uolo quid heri cœnauerim, aut recordatus iam sum cœnasse me: aut si & hoc nondum, certe circa ipsum tempus aliquid recordatus sum, si nihil aliud, ipsum saltẽ hesternũ diem & eius eã partem

Trinitatis uestigium in memoria.

Cap. VII

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua cœnari solet,et quid sit cœnare. Nam si nihil tale recordatus essem, quid heri cœnauerim, re- A
cordari uelle nõ possem. Vnde intelligi potest uo
lũtatẽ reminiscẽdi ab ijs quidẽ rebus quæ memo
ria continẽtur procedere, adiunctis simul eis quę
inde per recordationem cernẽdo exprimũtur, id
est, ex copulatione rei cuiusdã quam recordati su
mus, & uisionis quæ indẽ facta est in acie cogitã
tis cum recordati sumus: Sed ipsa quę utrunq; co
pulat uoluntas, requirit & aliud quod quasi uici
num est atq; contiguũ recordanti. Tot igitur hu
ius generis trinitates, quot' recordationes, quia
nulla est earũ ubi non hæc tria sunt, illud quod in
memoria reconditũ est etiã antequã cogitetur, et
illud quod fit in cogitatione cũ cernitur, & uolũ
tas utrunq; coniungẽs, & ex utroq; ac tertia seip
sa unum aliquid complens. An potius ita cogno- B
scitur una quędam in hoc genere trinitas, ut unũ
aliquid generaliter dicamus quicquid corpora
lium specierũ in memoria latet, & rursus unũ ali
quid generalem uisionẽ animi talia recordantis
atq; cogitãtis, quorum duorũ copulationi tertia
coniũgitur copulatrix uoluntas, ut sit hoc totum
Varia cogi- unum quiddã ex quibusdã tribus. Sed quoniã
tandi ratio. non potest acies animi simul omnia quæ memo
Cap. VIII ria tenet uno aspectu contueri, alternat uicissim
cedendo ac succedẽdo trinitates cogitationum,
atq; ita fit ista innumerabiliter numerosissima tri
nitas, nec tamen infinita si numerus in memoria
reconditarũ rerum non excedatur. Ex quo enim
cœpit unusquisq; sentire corpora quolibet corpo
ris sensu, etiã si posset adiungere quæ oblitus est, C
certus ac determinatus profecto numerus foret,
cuius innumerabilis. Dicimus enim innumerabi
lia, non solũ infinita, sed etiã quæ ita finita sunt ut
facultatẽ numerantis excedant. Sed hinc aduerti
aliquãto manifestius potest, aliud esse quod recõ
ditum memoria tenet, & aliud quod inde in cogi
tatione recordantis exprimitur, cuius cum fit utri
usq; copulatio, unum idemq; uideatur. Quia me
minisse non possumus corporum species, nisi tot
quot sensimus, & quãtas sensimus, & sicut sensi
mus: ex corporis enim sensu eas in memoriã com
bibit animus. Visiones aũt illę cogitationũ ex ijs
quidẽ rebus quæ sunt in memoria, sed tamẽ innu
merabiliter atq; omnino infinite multiplicantur
atq; uariãtur: Vnum quippe solem memini, quia D
sicuti est unum uidi. Si uoluero autẽ duos cogito
uel tres, uel quotquot uolo, sed ex eadẽ memoria
qua unum memini, formatur acies multos cogi
tantis. Et tantũ memini quantũ uidi. Si enim ma
iorem uel minorẽ memini cui uidi, iam non memi
ni quod uidi, & ideo nec memini. Quia uero me
mini, tantũ memini quantũ uidi, uel maiorẽ tamẽ
pro uoluntate cogito, uel minorẽ. Et ita memini
ut uidi. Cogito autẽ sicut uolo currentẽ, & ubi uo
lo stantẽ, unde uolo & quò uolo uenientẽ. Qua
drum etiã mihi cogitare, in promptu est, cũ memi
nerim rotundũ, & cuiuslibet coloris, cũ solem ui
ridem nunquã uiderim, & ideo nec meminerim:
Atq; ut solem, ita cætera. Hæ autẽ rerum formæ,
quoniã corporales atq; sensibiles sunt, errat qui
dem animus cũ eas opinatur eo modo foris esse
quomodo intus cogitat, uel cum iam interierunt
foris & adhuc in memoria retinẽtur, uel cũ aliter
etiã quod meminimus, nõ recordãdi fide, sed co
gitandi uarietate formatur. Quanquã sæpissime
credamus etiã uera narrãtibus, quæ ipsi sensibus
perceperũt: Quæ cũ in ipso auditu quãdo narran
tur cogitamus, nõ uidetur ad memoriã retorque
ri acies uisionis cogitantiũ: neq; enim ea nobis re
cordantibus, sed alio narrãte cogitamus: atq; illa
trinitas nõ hic uidetur expleri, quæ fit cũ species
in memoria latens & uisio recordantis tertia uo
luntate copulantur. Nõ enim quod latebat in me
moria mea, sed quod audio cogito cũ aliquid mi
hi narratur. Non ipsas uoces loquentis dico, ne
quisquã putet in illã me exisse trinitatẽ, quæ foris B
in sensibilibus & in sentibus agitur, sed eas cogi
to corporũ species, quas narrãs uerbis sonisq; si
gnificat, quas utiq; nõ reminiscens, sed audiẽs co
gito. Sed si diligẽtius cõsideremus, nec tũc exce
ditur memoriæ modus. Neq; enim uel intelligi
re possem narrantẽ, si ea quæ dicit, & si contexta
tunc primũ audirem, nõ tamen generaliter singu
la meminissem. Qui enim mihi narrat, uerbigra
tia, aliquẽ mõtem sylua exutũ & oleis indutũ, ei
narrat qui meminerim species, & montiũ & syl
uarũ & olearũ, quas si oblitus essem, quid diceret
omnino nescirẽ, & ideo narrationẽ illam cogita
re nõ possem. Ita fit ut omnis qui corporalia cogi
tat, siue ipse aliquid confingat, siue audiat, aut le
gat, uel præterrita narrantẽ, uel futura prænũcia
tem, ad memoriã suã recurrat, & ibi reperiat mo
dum atq; mensurã omniũ formarũ quas cogitans
intuetur: Nam neq; colorẽ quem nunquã uidit,
neq; figurã corporis, nec sonũ quem nunquã au
diuit, nec saporẽ quem nunquã gustauit, nec odo
rem quẽ nunquã olfecit, nec ullam contrectatio
nem corporis quã nunquã sensit potest quisquã
omnino cogitare. At si propterea nemo aliquid
corporale cogitat nisi quod sensit, quia nemo me
minit corporale aliquid nisi quod sensit, sicut in
corporalibus sentiẽdi, sic in memoria est cogitan
di modus. Sensus enim accipit speciẽ ab eo cor
pore quod sentimus, & à sensu memoria, à memo
ria uero acies cogitãtis. Volũtas porrò sicut adiũ
git sensum corpori, sic memoriã sensui, sic cogitã
tis aciẽ memoriæ. Quæ autẽ cõciliat ista atq; con
iungit, ipsa etiã disiungit ac separat, id est, uolun
tas. Sed à sentiẽdis corporibus motu corporis se
parat corporis sensus, ne aliquid sentiamus, aut
ut sentire desinam°: ueluti cũ oculos ab eo quod
uidere nolumus auertimus uel claudimus: sic au
res à sonis, sic nares ab odoribus. Ita etiã uel os
claudẽdo, uel aliquid ex ore respuẽdo à saporib.
auersamur. In tactu quoq; uel subtrahimus cor
pus ne tãgamus quod nolumus, uel si iã tãgamus,
abijcimus aut repellimus. Ita motu corporis agit
uoluntas, ne sensus corporis rebus sensibilib. co
puletur. Et agit hoc quantũ potest: nã cum in hac
actione propter conditionẽ seruilis mortalitatis
difficultatem

difficultatẽ patitur, cruciatus est cõsequẽs, ut uo
luntati nihil reliqui fiat nisi tolerantia, Memoriã A
uero à sensu uoluntas auertit, cũ in aliud intenta
nõ ei sinit inhærere præsentia. Quod animaduer
tere facile est, cũ sæpe coràm loquentẽ nobis ali
quem aliud cogitãdo nõ audisse nobis uidemur.
Falsum est autẽ, audiuimus enim, sed nõ memini
mus, subinde per auriũ sensum labẽtib. uocibus,
alienato nutu uolũtatis, per quem solẽt infigi me
moriæ: uerius itaq; dixerimus cũ tale aliquid acci
ἀπλοῦν. dit, nõ meminimus, cũ nõ audiuimus. Nam & le
gentibus euenit & mihi sæpissime, ut perlecta pa
gina uel epistola, nesciã quid legerim & repetã.
In aliud quippe intento nutu uolũtatis, nõ sic est
adhibita memoria sensui corporis, quomõ ipse
sensus adhibitus est literis. Ita & ambulãtes inten
ta in aliud uolũtate, nesciũt quà trãsierint: cp si nõ B
uidissent, nõ ambulassent, aut maiore intentione
palpãdo ambulassent, præsertim si per incognita
pergerẽt, sed quia facile ambulauerũt, utiq; uide
runt. Quia uero nõ sicut sensus oculorũ locis qua
cunq; pergebant, ita ipsi sensui memoria iũgeba
tur, nullo modo id quod uiderũt etiã recẽtissimũ
meminisse potuerunt. Iã porrò ab eo quod in me
moria est, animi aciẽ uelle auertere, nihil est aliud
Repetitio & spe- cp non inde cogitare. In hac igitur distributio
cialium gi- ne cũ incipimus à specie corporis, et peruenimus
nitum. C. IX usq; ad speciẽ quæ fit in contuitu cogitantis, qua
tuor species reperiunt quasi gradatim natæ alte
ra ex altera. Secunda de prima, tertia de secunda,
quarta de tertia. A specie quippe corporis quod
cernit, exoritur ea quę fit in sensu cernẽtis, & ab C
hac ea quæ fit in memoria, & ab hac ea quæ fit in
acie cogitãtis. Quapropter uolũtas quali paren
tem cũ prole ter copulat. Primo speciẽ corporis
cũ ea quã gignit in corporis sensu. Et ipsam rur
sus cũ ea quę fit ex illa in memoria, atq; istã quoq;
tertio cũ ea quæ ex illa paritur in cogitãtis intui
tu. Sed media copula quę secũda est, cũ sit uicini
or, nõ tam similis est primæ cp tertia: uisiões enim
duæ sunt, una sentiẽtis, altera cogitantis. Vt autẽ
possit esse uisio cogitãtis, ideo fit in memoria de
uisiõe sentiẽtis simile aliquid, quò se ita cõuertat
in cogitãdo acies animi, sicut se in cernẽdo cõuer
tit ad corpus acies oculorũ: ꝓpterea duas in hoc
genere trinitates uolui cõmendare: unã cũ uisio
sentiẽtis formatur ex corpore: aliã cum uisio co- D
gitãtis formatur ex memoria. Mediã uero nolui,
quia ibi nõ solet uisio dici, cũ memoriæ cõmenda
tur forma, quæ fit in sensu cernẽtis. Vbiq; tamen
uoluntas nõ apparet nisi copulatrix quasi paren
tis & prolis. Et ideo undecunq; procedat, nec pa
rens nec proles dici potest. At enim si nõ memi
nimus, nisi quod sensimus, neq; cogitamus nisi
quod meminimus, cur plerunq; falsa cogitamus,
cũ ea quæ sensimus nõ utiq; falso meminerimus:
nisi quia uoluntas illa quã coniunctricẽ ac separa
tricẽ huiusce modi rerũ iam quantũ potui demon
strare curaui, formandã cogitãtis aciẽ per abscõ
dita memoriæ ducit ut libitũ est, & ad cogitanda
ea quæ nõ meminimus, ex eis quæ meminimus,
aliud hinc, aliud inde, ut sumat impellit: quæ in
unã uisionẽ coeuntia faciunt aliquid quod ideo
falsum dicatur, quia uel nõ est foris in rerũ corpo
rearũ natura, uel nõ de memoria uidetur expres
sum cũ tale nihil nos sensisse meminimus. Quis
enim uidit cygnũ nigrũ, & propterea nemo me
minit, cogitare tamẽ quis nõ potest? Facile est e
nim illam figurã quã uidẽdo cognouimus nigro
colore perfundere, quẽ nihilominus in alijs cor
poribus uidimus. Et quia utrũq; sensimus, utrũq;
meminimus. Nec auem quadrupedẽ memini, qa
nõ uidi. Sed phãtasiam talẽ facillime intueor, dũ
alicui formæ uolatili qualem uidi adiungo alios
duos pedes, quales itidẽ uidi. Quapropter dum
cõiuncta cogitamus, quę singillatim sensa memi
nimus, uidemur nõ id quod meminimus cogita
re, cũ id agamus moderãte memoria unde sumi
mus omnia quę multipliciter ac uarie ꝓ nostra uo
luntate cõponimus. Nã neq; ipsas magnitudines
corporũ quas nunq; uidimus sine ope memoriæ
cogitamus. Quantũ enim spacij solet occupare p
magnitudinẽ mũdi noster obtutus, in tantũ extẽ
dimus quaslibet corporũ moles, cũ eas maximas
cogitamus. Et ratio quidẽ pergit in ampliora, sed
phãtasia nõ sequit. Quippe cum infinitatẽ quoq;
numeri ratio renunciet, quã nulla uisio corpora
lia cogitãtis apprehendit. Eadẽ ratio docet minu
tissima etiã corpuscula infinite diuidi, cum tamẽ
ad eas tenuitates uel minutias peruentum fuerit,
quas uisas meminimus, exiliores minutioresq;
phãtasias iam nõ possumus intueri, cuius ratio nõ
desinat persequi ac diuidere. Ita nulla corporalia
nisi aut ea quæ meminimus aut ex ijs quæ memi
nimus cogitamus. Sed quia numerose cogita Numerus, põ
ri possunt quæ singillatim sunt impressa memo- dus, mensura.
riæ, uidetur ad memoriã mẽsura, ad uisionẽ uero Cap. XI
numerus pertinere. Quia licet innumerabilis sit
multiplicitas taliũ uisionũ, singulis tamen in me
moria præscriptus est intransgressibilis modus.
Mẽsura igitur in memoria, in uisionib. numerus
apparet: sicut in ipsis corporib. uisibilibus mẽsu
ra quædã est, cui numerosissime coaptat sensus
uidentiũ, et ex uno uisibili multorũ cernentiũ for
matur aspectus: ita ut etiã unus propter duorum
oculorũ numerũ plerunq; unã rem geminata spe
cie uideat, sicut supra docuimus. In his ergo reb.
unde uisiones exprimũtur quædã mẽsura est. In
ipsis autẽ uisionib. numerus. Volũtas uero quæ
ista coniungit & ordinat, & quadã unitate copu
lat, nec sentiẽdi aut cogitãdi appetitum nisi in his
rebus unde uisiones formãtur acquiescẽs collo
cat, põderi similis est. Quapropter hęc tria, mẽsu
ram, numerũ, pondus, etiã in cæteris omnibus re
bus animaduertẽda prælibauerim. Nũc interim
uoluntatẽ copulatricem rei uisibilis atq; uisionis
quasi parẽtis & prolis, siue in sentiẽdo, siue in co
gitando, nec parentẽ nec prolem dici posse, quo
modo ualui & quibus ualui demonstraui. Vnde
tempus admonet hãc eandẽ trinitatẽ in interiore
homine requirere, atq; ab isto de quo tãdiu locu
tus sum animali atq; carnali, qui exterior dicitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

introrsus tendere. Vbi speramus inuenire nos posse secundum trinitatem imaginē dei, conatus nostros illo ipso adiuuāte, quem omnia, sicut res ipsæ indicant, ita etiam sancta scriptura in mensura & numero & pondere disposuisse testatur.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER XII

Homo interior qualis. Cap. I

GE nūc uideamus ubi sit quasi quod dā hominis exterioris interiorisq; cōfiniū. Quicquid enim habemus in animo cōmune cū pecore, recte adhuc dicitur ad exteriorē hominē pertinere. Nō enim solum corpus homo exterior deputabitur, sed adiuncta quadā uita sua qua cōpages corporis & omnes sensus uigent, quibus instructus est ad exteriora sentiēda. Quorū sensorū imagines infixæ in memoria, cū recordādo reuisunt, res adhuc agitur ad exteriorē hominē pertinens. *1 sent. dist. 16 c. quocirca.* Atq; in his omnibus nō distamus à pecore, nisi q figura corporis nō proni, sed erecti sumus. Qua in re admonemur ab eo qui nos fecit, ne meliore nostri parte, id est, animo similes pecorib. simus, à quibus corporis erectione distamus: nō ut in ea quæ sublimia sunt in corporibus animū proiicia mus. Nā uel in talibus quietē uoluntatis appetere, prosternere est animū: sed sicut corpus ad ea quæ sunt excelsa corporū, id est, ad cœlestia naturaliter erectū est, sic animus qui substātia spiritalis est, ad ea quæ sunt in spiritalib. excelsa erigendus est, nō elatione superbiæ, sed pietate iustitiæ.

Aeternas rationes in corporalibus hominū solus animantiū percipit. Cap. II

Possunt aūt & pecora & sentire p corporis sensus extrinsecus corporalia, & ea memorię fixa reminisci, atq; in eis appetere conducibilia, fugere incōmoda: uerū ea notare, ac nō solū naturaliter rapta, sed etiā de industria memoriæ cōmendata retinere, & in obliuionē iamiamq; labētia recordādo atq; cogitādo rursus imprimere, ut quēadmodū ex eo quod gerit memoria cogitatio formatur, sic & hocipsum quod in memoria est cogitatione firmetur. Fictas etiā uisiones hinc atq; inde recordata quælibet sumēdo, & quasi assumendo cōponere, inspicere, quēadmodū in hoc rerū genere quę uerisimilia sunt discernant à ueris, nō spiritalib. sed ipsis corporalibus. Hęc atq; huiusmodi q̄uis in sensibilib. atq; in eis quæ inde animus per sensum corporis traxit agant atq; uersentur, nō sunt tamē rationis expertia, nec hominib. pecoribusq; cōmunia. Sed sublimioris ratiōis est iudicare de istis corporalibus, secundū rationes incorporales & sempiternas. Quę nisi supra mētem humanā essent, incōmutabiles profecto non essent, atq; in his nisi subiūgeretur aliquid nostrū, non secundū eas possemus iudicare de corporalibus. Iudicamus autē de corporalib. ex ratione dimensionū atq; figurarū, quā incōmutabiliter manere mens nouit. *Ratio superior & inferior. Cap. III* Illud uero nostrū quod in actione corporaliū atq; temporaliū tractandorum ita uersatur, ut nō sit nobis cōmune cum pecore, rationale quidem est, sed ex illa rationali nostræ mentis substantia, qua subhæremus intelligibili atq; incōmutabili ueritati, tanquā ductum & inferioribus tractandis gubernādisq; deputatum est. Sicut enim in omnib. pecoribus non inuentū est uiro adiutoriū simile illi, nisi detractum de illo in cōiugiū formaretur: ita menti nostræ qua supernam & internā cōsulimus ueritatē, nullum est ad usum rerū corporaliū, quantū naturæ hominis satis est, simile adiutoriū ex animæ partibus quas cōmunes cū pecoribus habemus. Et ideo quidam rationale nostrū, non ad unitatis diuortium separatū, sed in auxiliū societatis quasi deriuatū, in sui operis dispertitur officiū. Et sicut una caro est duorū in masculo & fœmina, sic intellectū nostrum, & actionē uel consiliū, & executionem uel rationē, & appetitū rationalē, uel si quo alio modo significantius dici possunt, una mentis natura complectitur, ut quēadmodū de illis dictum est, Erunt duo in carne una, sic de his dici possit, duo in mente una. Cum igitur disserimus de natura mētis humanæ, de una quadam re disserimus, nec eā in hæc duo quæ cōmemoraui, nisi per officia geminamus. Itaq; cum in ea quærimus Trinitatem, in tota quærimus, nō separantes actionem rationalē in temporalibus à cōtemplatione æternorū, ut tertium aliquid iam quæramus quo trinitas impleatur. Sed in tota natura mētis ita trinitatem reperiri opus est, ut si desit actio temporaliū, cui operi necessariū sit adiutoriū, propter quod ad hæc inferiora administrāda deriuetur aliquid mentis, in una nusquā dispertita mēte trinitas inueniatur. Et facta iam ista distributione, in eo solo quod ad contemplationē pertinet ęternorū, non solum trinitas, sed etiam imago dei: in hoc autem quod deriuatum est in actione temporaliū, etiā si trinitas possit nō tamen imago dei possit inueniri. Proinde nō mihi uidentur probabilē afferre sententiā, qui sic arbitrantur trinitatem imaginis dei in tribus personis quod attinet ad humanam naturā posse reperiri, ut in cōiugio masculi & fœminæ atq; in eorū prole compleatur. Quòd quasi uir ipse patris personam intimet, filij uero quod de illo ita processit ut nascerete, atq; ita tertiam personā uelut spiritus dicunt esse mulierē, quę ita de uiro processit, ut nō ipsa esset filius aut filia, quāuis ea cōcipiente proles nascereturꝰ Dixit enim dominus de spiritusancto, q̄ à patre procedat, & tamē filius nō est. In huius igitur opinionis errore hoc solū probabiliter affertur, quod in origine factæ fœminæ secundū sanctæ scripturæ fidē satis ostēditur, nō omne quod de aliqua persona ita existit, ut personā alterā faciat, filiū posse dici, quādoquidē de uiri persona extitit persona mulieris, nec tamē eius filia dicta est. Cætera sanè ita sunt absurda, imò uero ita falsa, ut facillime redarguātur. Omitto enim quale sit spiritūsanctum matrē filij putare & cōiugē patris, fortasis quippe respōdeatur hæc in carnalib. habere offensionem, dū corporei cōceptus partusq; cogitantur. Quanquā & hæc ipsa castissime cogitēt, quibus mūdis omnia mūda sunt: immūdis autem & infidelibus, quorū polluta sunt et mēs et cōscientia, ita nihil

Non statim pro los est filius quod ab illo nascitur. Cap. V

Gen. 2 Trinitatis similitudo quæ in homine cōperitur. Cap. VI

nihil est mundū, ut quosdā eorum etiā de uirgine secundum carnē natus Christus offendat. Sed tamen in spiritalib. illis summis ubi non est aliquid uiolabile, aut corruptibile, nec natū ex tempore, nec ex informi formatū, si qua dicuntur talia, ad quorū similitudinē etiā ista inferioris creaturę genera q̄uis lōge remotissime facta sunt, nō debēt cuiusquā sobriā perturbare prudentiā, ne cū uanū deuitat horrorē, in pernicios um incurrat errorem. Assuescat in corporib. ita spiritaliū reperire uestigia, ut cū inde sursum uersus duce ratione assēdere cœperit, ut ad ipsam incōmutabilē ueritatē per quā sunt facta ista peruenīat, non secū ad summa pertrahat quod cōtemnit in infimis. Nec enim erubuit quidā, uxorē sibi eligere sapiētiam, quia nomē uxoris in prole gignēda corruptibilē concubitū ingerit cogitāti: aut uero ipsa sapiētia sexu fœminea est, quia fœminini generis uocabulo & Græca & Latina lingua enūciatur. Nō ergo, ꝓpterea respuimus istā sententiā, quia timemus sanctā & inuiolabilē atq; incōmutabilē charitatē, tanq̄ coniugē dei patris, de illo existētem, sed nō sicut prolem, ad gignendū uerbū p quod facta sunt omnia cogitare: sed quia eā falsam diuina scriptura euidēter ostendit. Dixit em̄ deus, Faciamus hominē ad imaginē nostram: paulo post aūt dictum est, Et fecit deus hominē ad imaginē dei. Nostrā certe, quia pluralis est numerus, nō recte diceretur si homo ad unius personæ imaginē fieret, siue patris, siue filij, siue spiritussancti. Sed quia fiebat ad imaginē trinitatis, propterea dictū est, ad imaginē nostrā. Rursus autē ne in trinitate credēdos arbitraremur tres deos, cum sit eadem trinitas unus deus, Et fecit, inquit, deus hominē ad imaginē dei: pro eo ac si diceret, ad imaginem suā. Sunt enim tales usitatæ in literis illis locutiones, quas nōnulli etiamsi catholicā fidē asserunt, non tamē diligenter aduertūt, ut putent ita dictū, Fecit deus hominē ad imaginē dei: quasi dicerētur, fecit pater ad imaginē filij: sic uolentes asserre in scripturis sanctis deū dictum etiā filiū, quasi desint alia uerissima & manifestissima documenta, ubi nō solū deus, sed etiā uerus deus dictus est filius. In hoc enim testimonio dum aliud soluere intendunt, sic se implicāt, ut expedire nō possint. Si enim pater fecit ad imaginē filij, ita ut nō sit homo imago patris & filij, dissimilis est patri filius. Si aut̄ pia fides docet, sicuti docet, filium esse ad æqualitatē essentiæ similē patri, quod ad similitudinē filij factum est, necesse est etiā ad similitudinem patris factū sit. Deinde si hominē pater non ad suā, sed ad filij fecit imaginē, cur non ait: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē tuā, sed ait nostrā, nisi qa trinitatis imago fiebat in homine, ut hoc modo esset homo imago uniꝰ ueri dei, quia ipsa trinitas unus uerus deus est? Locutiōes aūt sunt innumerabiles tales in scripturis, sed has protulisse sufficerit. Est in psalmis ita dictū, Domini est salus, & super populū tuum benedictio tua: quasi alteri dictū sit, nō ei de quo dixerat: Domini est salus. Et iterum: A te, inquit, eruar à tēptione, & in deo meo sperās transgrediar murum: quasi alteri dixerit, à te eruar à tentatione. Et iterū: Populi sub te cadēt, in corda inimicorū regis: ac si diceret. In corda inimicorū tuorū. Ei quippe regi dixerat, id est, domino nostro Iesu Christo, populi sub te cadēt: quem regem intelligi uoluit, cum diceret inimicorū regis. Rarius ista in noui Testamēti literis inueniūtur. Sed tamē ad Romanos Apostolus: De filio suo, inquit, qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnē, qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundū spiritū sanctificationis ex resurrectiōe mortuorū Iesu Christi domini nostri, tanq̄ de alio supra diceret. Quid est enim filius dei prædestinatus ex resurrectione mortuorū Iesu Christi, nisi idem Iesus Christus qui prædestinatus est filius dei in uirtute? Ergo quomodo hic cū audiuimus filius dei in uirtute Iesu Christi, aut filius dei secundū spiritū sanctificationis Iesu Christi, aut filius dei ex resurrectione mortuorū Iesu Christi, cum dici potuisset usitate, in uirtute sua, aut secundū spiritū sanctificationis suæ, aut ex resurrectiōe mortuorū eius, uel mortuorū suorū, nō cogimur intelligere aliā personā, sed unā eandemq; scilicet filij dei dñi nostri Iesu Christi: ita cū audimus, Fecit deus hominē ad imaginē dei: q̄uis posset usitatius dici ad imaginē suam: nō tamē cogimur aliam personā intelligere in trinitate, sed ipsam unā eādemq; trinitatē, qui est unus deus, & ad cuius imaginē factus est homo. Quę cū ita sint, si eandē trinitatis imaginē, nō in uno sed in trib. hominib. acceperimus, patre & matre & filio, non erat ergo ad imaginē dei factus homo anteq̄ uxor ei fieret, & antequā filiū propagarēt, quia nondū erat trinitas. An dicit aliquis, Iam trinitas erat, quia etsi nōdū forma propria, iam tamē originali natura & mulier erat in latere uiri, & filius in lumbis patris? Cur ergo cū scriptura dixisset: Fecit deus hominē ad imaginē dei: cōtexuit dicens: Fecit deus eū, masculū & fœminā fecit eos, & benedixit eos. Vel si ita distinguēdū est, Et fecit deus hominē: ut deinde inferat, ad imaginē dei fecit illū: & tertia subiūctio sit, masculū & fœminā fecit eos. Quidā enim timuerūt dicere, fecit eū masculum & fœminā, ne quasi mōstruosum aliquid intelligeret sicuti sunt quos hermaphroditos uocāt, cū etiā sic nō mēdaciter posit intelligi utrunq; in numero singulari, ꝓpter id quod dictū est, Duo in carne una. Cur ergo, ut dicere cœperā, in natura hominis ad imaginē dei facta prēter masculū & fœminā nō cōmemorat scriptura? Ad implendā quippe imaginē trinitatis debuit addere & filiū, quāuis adhuc in lumbis patris cōstitutū, sicut mulier erat in latere. An forte iā facta erat & mulier: et scriptura breuiter cōplexione cōstrinxerat, quòd postea quēadmodū sit factū diligētius explicaret, & propterea filius cōmemorari nō potuit, quia nōdum erat natus: quasi & hoc nō poterat ea breuitate cōplecti spiritussanctus, suo loco postea natū filiū narraturus, sicut mulierē de uiri latere assūptā suo postmodū loco narrauit, & tamē hic eā nominare nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homo imago dei quomodo. Cap. VII

prætermisit. Non itaq; ita debemus intelligere hominẽ factum ad imaginẽ summæ trinitatis, A hoc est ad imaginẽ dei, ut eadẽ imago in trib. intelligatur hominibus: præsertim cũ Apostolus uirum dicat esse imaginẽ dei, & propterea uelamẽtum ei capitis demat, quod mulieri adhibẽdũ mo

1. Cor. 11

net, ita loquẽs: Vir quidẽ nõ debet uelare caput, cũ sit imago & gloria dei. Mulier autẽ gloria uiri est. Quid ergo dicemus ad hęc? Si ꝓ sua persona mulier adimplet imaginẽ trinitatis, cur ea detracta de latere uiri adhuc ille imago dicit? Aut si & una ꝑsona hominis ex trib. potest dici imago dei, sicut in ipsa summa trinitate & unaquæq; ꝑsona deus est, cur & mulier nõ est imago dei? Nam & ꝓpterea caput uelare præcipit, quod ille qa imago dei est prohibet. Sed uidendũ est quomõ non sit contrariũ quod dicit Apostolus, nõ mulierem B uoluerit, ideo figurate ac mystice quía de uelãdo sed uirũ esse imaginẽ dei, huic quod scriptũ est in Genesi: Fecit deus hominẽ, ad imaginẽ dei fecit eũ, masculũ & fœminã fecit eos, et benedixit eos. Ad imaginẽ dei quippe naturã ipsam humanã facta dicit, quę sexu utroq; cõpletur, nec ab intelligẽda imagine dei separat fœminã. Dicto enim ꝙ fecit deus hominẽ ad imaginẽ dei, fecit eũ, inquit, masculũ & fœminã: uel certe alia distinctione, masculũ & fœminã fecit eos. Quomõ ergo ꝑ Apostolũ audiuimus uirũ esse imaginẽ dei, unde caput uelare prohibet, mulierẽ autẽ non, & ideo ipsa hoc facere iubetur: nisi credo illud esse quod iam dixi, cũ de natura humanæ mẽtis agerẽ, mulierem cũ uiro suo esse imaginẽ dei, ut una imago sit tota illa substãtia? Cum aũt ad adiutoriũ distribuitur, quod ad eãipsam solam attinet, nõ est imago dei: quod aũt ad uirũ solum attinet, imago dei est, tã plena atq; integra, ꝙ in unũ cõiuncta mulie re. Sicut de natura humanæ mẽtis diximus, quia & si tota contempletur ueritatẽ, imago dei est: & cum ex ea distribuit aliquid, & quadã intentione deriuatur ad actionẽ rerum temporaliũ, nihilominus ex qua parte cõspectam cõsulit ueritatẽ, imago dei est, ex qua uero intẽditur in agẽda inferiora, nõ est imago dei. Et quoniã quantũcũq; se extenderit in id quod æternum est, tãto magis inde formaꝫ ad imaginẽ dei, & propterea nõ est cohibenda, ut se inde cõtineat ac tẽperet, & ideo uir nõ debet uelare caput. Quía uero illi rationali actioni quæ in rebus corporalib. temporalibusq; D uersatur, periculosa est nimia in inferiora ꝓgressio, debet habere potestatẽ super caput, quod indicat uelamentũ quo significatur esse cohibẽda. Grata est enim sanctis angelis sacrata & pia significatio. Nã deus nõ ad tempus uidet, nec aliquid noui fit ex eius uisione atq; scientia, cũ aliquid temporaliter ac trãsitorie geritur, sicut inde afficiunt sensus uel carnales animaliũ & hominũ, uel etiã cœlestes angelorũ. In isto quippe manifesto sexu masculi & fœminæ, Apostolus Paulus occultioris cuiusdã rei figurasse mysteriũ uel hinc intelligi potest, ꝙ cũ alio loco dicat, ueram uiduam esse desolatã sine filijs & nepotibus, & tamẽ eam sperare debere in deũ, & persistere in orationib. no-

non solũ masculos, sed etiã fœminas habere manifestum est. Ergo in eorũ mẽtibus cõmunis natu A ra cognoscitur, in eorum uero corporibus ipsius unius mentis distributio figuraꝫ. Ascendentibus itaq; introrsus quibusdã gradibus considera

Reflexus ab imagine dei Cap. VIII

tionis per animę partes, unde incipit aliud occurrere, quod nõ sit nobis cõmune cũ bestijs, inde incipit ratio, ubi homo interior iam possit agnosci. Qui etiã ipse si per illam rationẽ cui temporaliũ rerum administratio delegata est, immoderato progressu nimis in exteriora prolabit, cõsentiente sibi capite suo, id est, nõ eam cohibente atq; refrenãte illa quæ in specula consilij præsidet quasi uirili portione, inueteratur inter omnes inimicos suos uirtutis inuidos dæmones cũ suo principe diabolo: æternorũq; illa uilio, ab ipso etiã capite cũ cõiuge uetitũ mãducãte subtrahit, ut lumen o/ B culorũ eius nõ sit cũ illo: Ac sic ab illa illustratione ueritatis ambo nudati, atq; apertis oculis conscientiæ ad uidendũ ꝙ inhonesti atq; indecori remanserint, tanquã folia dulcium fructuũ, sed sine ipsis fructibus, ita sine fructu boni operis bona

Deuter. IX Ezech. 10

uerba contexunt, ut male uiuentes quasi bene loquendo cõtegant turpitudinẽ suam. Potestatẽ quippe suã diligens anima, à cõmuni uniuerso ad priuatã partem prolabit: & apostatica illa superbia, quod initiũ peccati dicit, cum in uniuersitate creaturę deũ rectorẽ secuta, legibus eius optime gubernari potuisset, plus aliquid uniuerso appetens, atq; id sua lege gubernare molita, quía nihil est amplius uniuersitate, in curã partilem trudit, & sic aliquid amplius cõcupiscẽdo minuit. Vn/ C de & auaritia dicit radix omniũ malorũ. Totũq; illud ubi aliquid propriũ cõtra leges quibus uniuersitas administrat agere nitit, per corpus proprium gerit, quod partiliter possidet: atq; ita formis & motibus corporalibus delectata, quía intus eas secũ nõ habet, cũ eorũ imaginib. quas memorię fixit inuoluit, & phantastica fornicatione turpiter inquinat, omnia officia sua ad eos fines referẽs, quibus curiose corporalia ac temporalia per corporis sensus quęrit, aut tumido fastu alijs animis corporeis sensibus deditis esse affectat ex celsior, aut cœnoso gurgite carnalis uoluptatis immergit. Cum ergo bona uoluntate ad inte/

Ordine ad tur Cœnu.

X riora & superiora percipienda, quę nõ priuatim, sed cõmuniter ab omnib. qui talia diligũt sine ul/ D la angustia uel inuidia casto possident amplexu, uel sibi uel alijs cõsulit, & si fallaꝫ in aliquo per ignorantiã temporaliũ, quia & hoc temporaliter gerit, & modũ agendi nõ teneat quem debebat, humana tentatio est. Et magnũ est hanc uitam sic degere, quã uelut uiã redeũtes carpimus, ut tenta

2 Petr. 3

tio nos nõ apprehẽdat nisi humana. Hoc em pec catũ extra corpus est, nec fornicationi deputaꝫ, & ꝓpterea facilime ignoscit. Cũ uero, ꝓpter adiscẽda ea quę per corpus sentiunt propter experiendi uel excellendi uel cõtrectandi cupiditatẽ, ut in his finẽ boni sui ponat, aliquid agit, quicqd agit turpiter agit: & fornicaꝫ in corpus propriũ peccans, & corporearũ rerũ fallacia simulachra introrsus rapiens, & uana meditatione componens, ut ei nec diuinũ aliquid placeat nisi tale uideaꝫ, priuatim auara fœtaꝫ errorib⁹, & priuatim ꝓdiga inaniꝫ uiribus. Nec ad tam turpem & miserabilẽ formationẽ semel ab exordio prosiliret, sed sicut scriptum est, Qui modica spernit, paulatim decidet. Quomodo enim coluber nõ aper tis passibus, sed squamarum minutissimis nilibus repit, sic lubricus deficiẽdi motus negligentes minutatim occupat, & incipiens à peruerso appetitu similitudinis dei, peruenit ad similitudinẽ pecorũ. Inde est quod nudati stola prima, pelliceas tunicas mortalitate meruerunt. Honor enim hominis uerus est imago & similitudo dei, quę non custodit nisi † ad ipsum à quo imprimit. Tãto magis itaq; inhæret deo, quãto minus diligitur propriũ. Cupiditate uero experiendę potestatis suę, quodam nutu suo ad seipsum tanquã ad mediũ proruit. Itaq; cum uult esse sicut ille sub nullo, & ab ipsa sui medietate pœnaliter ad ima propellitur, id est, ad ea quibus pecora lætant: atq; ita cũ sit honor eius similitudo dei, dedecus autẽ eius si

Eccl. 19

Imago pecudis in homine Cap. XI

Gen. 3

† dicit ab ipso

Psal. 48

militudo pecoris, homo in honore positus nõ intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis. Qua igit tam longe transiret à summis ad infima, nisi per mediũ sui? Cum em neglecta charitate sapientię quę semper eodẽ modo manet, cõcupiscit scientia ex mutabiliũ temporaliũ experimẽto, inflat non ædificat: Ita præ-

1 Cor. 8

grauatus animus quasi põdere suo à beatitudine expellitur, & per illud suæ medietatis experimẽtum pœna sua discit, quid interlit inter bonũ desertũ, malumq; cõmissum, nec redire potest effusis ac perditis uiribus, nisi gratia cõditoris sui ad pœnitentiã uocantis & peccata donãtis. Quis e-

Rom. 7

nim infœlicẽ animam liberabit à corpore mortis huius, nisi gratia dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ? De qua gratia, suo loco quantũ ipse præstiterit disseremus. Nunc de illa parte rationis

Vir quõ solus imago dei Cap. XII

ad quam pertinet scientia, id est, cognitio rerum temporalium atq; mutabilium nouandis uitæ huius actionibus necessaria, susceptã considerationem quantũ dominus adiuuat peragamus. Sicut

2 sen. dist. 24 c. itaq;

enim in illo manifesto cõfugio duorũ hominum qui primi facti sunt, non manducauit serpens de arbore uetita, sed tantũmodo manducandũ persuasit, Mulier autẽ non manducauit sola, sed uiro suo dedit, & simul manducauerũt, quanuis cum serpẽte sola locuta, & ab eo sola seducta sit: ita & in hoc quod etiã in homine uno geritꝫ & dignoscit, occulto quodã secretoq; coniugio carnalis, uel ut ita dicã, quia corporis sensus intendit, sen

2 sen. dist. 24 c. est enim

sualis animi motus, qui nobis pecoribusq; cõmunis est, secluſus est à ratione sapiẽtiæ. Sensu quippe corporis corporalia sentiunt: æterna uero & incõmutabilia spiritalia ratione sapientiæ intelligunt. Rationi aũt scientiæ appetitus uicinus est, quandoquidẽ de ipsis corporalib. quę sensu corporis sentiunt ratiocinatur ea quæ scientia dicit actionis: si bene, ut eam notitiã referat ad finem summi boni: si autẽ male, ut eis fruaꝫ tanquã bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis talibus in quibus falsa beatitudine conquie-
2 sen. dist. 24 c. itaque scat. Cũ ergo huic intẽtioni mentis quæ in rebus A
temporalibus & corporalib. ꝓpter actionis offi-
cium ratiocinandi uiuacitate uersaꝫ, carnalis ille
sensus uel animalis ingerit quãdã illecebrã fruẽ-
di se, id est, tanꝯ bono quodã priuato et proprio,
nõ tãquã publico atq; cõmuni quod est incõmu-
tabile bonum, tũc uelut serpẽs alloquiꝫ fœminã:
huic aũt illecebrę cõsentire, de ligno, phibito mã-
ducare est. Sed iste consensus si sola cogitationis
delectatiõe cõtentus est, superioris uero autorita-
te cõsilij ita mẽbra retinent, ut nõ exhibeant iniꝙ-
quitatis arma peccato, sic habendũ existimo ue-
lut cibũ uetitũ mulier sola comederit. Si aũt in cõ
sensione male utẽdi rebus quę per sensum corpo-
ris sentiunt, ita decernit quodcũq; peccatũ, ut si
potestas sit etiã corpore cõpleat, intelligẽda est il B
la mulier dedisse uiro suo secũ simul edendũ illi-
citũ cibũ. Neq; enim potest peccatũ non solũ co-
gitandũ suauiter, uerumetiã efficaciter perpetrã-
dum mẽte decerni, nisi & illa mẽtis intẽtio penes
quã suma potestas est membra in opus mouẽdi,
uel ab opere cohibẽdi, malę actioni cedat & ser-
2 sen. dist. 24 c. itaque. circa medium uiat. Nec sane cũ sola cogitatiõe mẽs oblectatur
illicitis, nõ quidẽ decernẽs esse faciẽda, tenẽs ta-
men & uoluẽs libẽter quę statim ut attigerũt ani-
mum respui debuerũt, negandũ nõ esse peccatũ,
sed lõge minus ꝯ si et opere statuaꝫ implendũ. Et
ideo de talibus quoq; cogitationib. uenia petẽda
est, pectusq; percutiendũ, atq; dicendũ, Dimitte
nobis debita nostra: faciendũ quoq; quod sequi-
tur, atq; in oratiõe iungendũ, sicut & nos dimitti C
mus debitoribus nostris. Neq; enim sicut in illis
duobus primis hominib. personã suã quisq; por-
tabat, & ideo si sola mulier cibũ edisset illicitũ, so-
la utiq; mortis supplicio plecteret, Ita dici potest
in homine uno, si delectationib. illicitis, à quib. se
cõtinuo deberet auertere cogitatio, libenter sola
pascaꝫ, nec faciẽda decernant mala sed tantũ sua
uiter in recordatiõe teneant, quasi mulierẽ sine ui
ro posse dãnari: absit hoc credere. Hæc qppe una
persona est, unus homo est, totusq; dãnabit, nisi
hęc quę sine uolũtate operãdi, sed tamẽ cũ uolun
tate animũ talib. oblectãdi, solius cogitatiõis sen
tiunt esse peccata, ꝑ mediatoris gratiã remittant.
Hęc itaq; disputatio qua in mẽte uniuscuiusq; ho
minis quęsiuimus quoddã rationale coniugium D
cõtemplationis & actiõis, officijs per quædã sin-
gula distributis, tamẽ in utroq; mentis unitate ser
uata, salua illius ueritatis historia, quã de duobus
primis hominibus uiro scilicet eiusq; muliere, de
quibus propagatũ est genus humanũ, diuina tra-
dit autoritas, ad hoc tantũmodo audienda est, ut
intelligaꝫ Apostolus, imaginẽ dei uiro tantũ tri-
buendo, nõ etiã fœminę, quãuis in diuerso sexu
duorũ hominũ, aliquid tamẽ significare uoluisse
quod in uno homine quęrereꝫ. Nec me fugit,
Quid in homine simile deo quosdã qui fuerũt ante nos egregij defensores ca
tholicę fidei & diuini eloquij tractatores, cum in
Cap. XIII homine uno cuius uniuersam animã bonã quan-
dam paradisum esse senserũt, duo ista requireret,
uirũ mentẽ, mulierẽ uero dixisse corporis sensum.
Et secundũ hãc distributionẽ qua uir ponit mẽs,
sensus uero corporis mulier, uidenꝫ apte omnia
cõuenire, si cõsiderata tractenꝫ: nisi quod in omni
bus bestijs et uolatilibus scriptũ est nõ esse inuẽ-
tum uiro adiutorũ simile illi, & tũc est ei mulier
facta de latere. Propter quod ego nõ putaui pro
muliere sensum corporis esse ponendũ quẽ uide-
mus nobis & bestijs esse cõmunẽ, sed aliquid uo
lui quod bestię nõ haberẽt, sensumq; corporis ma
gis pro serpẽte intelligendũ existimaui, qui legit
sapiẽtior omnibus pecoribus terrę. In eis quippe *Gen. 3*
naturalib. bonis, quæ nobis & irrationabilib. ani
mantib. uidemus esse cõmunia, uiuacitate quadã
sensus excellit: nõ ille de quo scriptũ est in Episto
la quę est ad Hebręos, ubi legitur, perfectorũ esse *Hebr. 5*
solidũ cibũ, qui per illũ habitũ exercitatos habẽt
sensus ad separandũ bonũ à malo: illi quippe sen-
sus naturę rationalis sunt ad intelligẽtiam perti-
nẽtes: sed iste sensus qui est quinq; pertitus in cor
pore, per quẽ non solum à nobis, uerumetiã à be-
stijs corporalis species motusq; sentit. Sed siue
isto, siue illo, siue aliquo alio modo accipiendum
sit, quod Apostolus uirũ dixit imaginẽ & gloriã *1 Cor. 11*
dei, mulierẽ autẽ gloriã uiri: apparet tamen cum
secundũ deum uiuimus, mentẽ nostrã in inuisibi
lia eius intentã, ex eius æternitate, ueritate, chari
tate, proficiẽter debere formari. Quiddã uero ra
tionalis intentionis nostrę, hoc est eiusdẽ mentis
in usum mutabiliũ corporaliumq; rerũ, sine quo
hæc uita nõ agitur dirigendũ: non ut conforme- *Rom. 12*
mur huic seculo finem cõstituendo in bonis tali-
bus, & in ea detorquẽdo beatitudinis appetitũ:
sed ut quicquid in usu tẽporaliũ rationabiliter fa
cimus, æternorũ adipiscẽdorũ contẽplatione fa- *Inter Signa Tiam & Scien tiam quid tiam quid Cap. XIIII*
ciamus, per ista transeũtes, illis inhærentes. Ha
bet enim & scientia modũ suũ bonum, si quod in
ea inflat uel inflare assolet, ęternorũ charitate uin
catur, quæ nõ inflat, sed ut scimus ædificat. Sine sci
entia quippe, nec uirtutes ipsę quibus recte uiuit
possunt haberi, per quas hæc uita misera sic gu-
bernet, ut ad illam quæ uere beata est perueniat
æternã. Distat tamen ab æternorũ contẽplatione *3 sent. dist. 35 c. 1. in nomine. 2 sen. dist. 24 cæt. cum & illa 1 Cor. 13*
actio qua bene utimur tẽporalibus rebus, & illa
sapientiæ, hæc scientiæ deputat. Quanuis enim
& illa quę sapientia est, possit scientia nuncupari,
sicut & Apostolus loquit, ubi dicit, Nũc scio ex
parte, tunc autẽ cognoscã sicut & cognitus sum:
quã scientiã profecto cõtemplationis dei uult in-
telligi, quod sanctorũ erit prẽmiũ summũ: tamen
ubi dicit, Alij quidẽ datur per spiritum sermo sa-
pientiæ, alij sermo sciẽtiæ secundũ eundẽ spiritũ:
hæc utiq; duo sine dubitatiõe distinguit, licet nõ
ibi explicet quid interſit & unde possit utrũq; di-
gnosci. Verũ scripturarũ sanctarũ multiplicẽ co-
piã scrutatus, inueni scriptũ esse in libro Iob, eo- *Iob 28*
dem sancto uiro loquẽte, Ecce pietas est sapiẽtia: *3 sent. dist. 35 c. 1. post me.*
abstinere autẽ à malis est scientia. In hac differen-
tia intelligendũ est ad cõtemplationẽ sapiẽtiam,
ad actionẽ scientiã ptinere. Pietatẽ quippe hoc lo
co posuit dei cultum, quę Græce dicitur θεοσέβεια.
Nam

Nã hoc uerbũ habet ista sentẽtia in codicib. Græ
cis. Et quid est in ęternis excellẽtius q̃ deus, cuius A
solius immutabilis est naturaꝫ? Et quis cultus eiꝰ,
nisi amor eius, quo nũc desideramus eum uidere,
credimusq; & speramus eum nos esse uisuros, &
quãtũ, ꝓficimus uidemus nũc per speculũ in ęnig
mate, tũc aũt in manifestatione. Hoc est em quod
1 Cor. 13 ait Apostolus Paulus, Facie ad faciẽ. Hoc etiam
1 Ioan. 3 quod Ioannes, Dilectissimi nũc filij dei sumus, &
nondũ apparuit quid erimus: scimus quia cũ ap-
paruerit, similes ei erimus, quoniã uidebimꝰ eũ si-
cuti est. De his atq; huiusmodi sermo ipse mihi ui
deꝛ esse sermo sapiẽtię. Abstinere aũt à malis, quã
Iob 28 Iob scientiã dixit esse, rerũ ꝓculdubio tẽporaliũ
est, Quoniã secundũ tẽpus in malis sumus, à qui-
bus abstinere debemus, ut ad illa bona ęterna ue
niamus. Quamobrẽ quicqd prudenter, fortiter, B
temperãter & iuste agimus, ad eam pertinet sciẽ-
tiã siue disciplinã, qua in euitandis malis bonisq;
appetẽdis actio nostra uersaꝫ, & quicqd propter
exẽpla uel cauẽda, uel imitãda, & ꝓpter quarũq;
rerũ quę nostris accõmodata sunt usibus necessã
ria documẽta, historica cognitiõe collígim⁹. De
his ergo sermo cũ sit, eũ scientię sermonẽ puto di
scernendũ à sermone sapiẽtiæ, ad quã ptinent ea
quæ nec fuerũt, nec futura sunt, sed sunt, & ꝓpter
ęternitatem in qua sunt, & fuisse & esse & futura
esse dicunt, sine ulla mutabilitate tẽporũ. Nõ em
sic fuerũt ut esse desinerẽt, aut sic futura sunt qua-
si nũc nõ sint, sed idipsum esse semper habuerũt,
sempq; habitura sunt. Manẽt aũt nõ tãq̃ in spa-
tijs locorũ fixa ueluti corpora, sed in natura incor C
porali sic intelligibilia prędo sunt mẽtis aspectib.
sicut ista in locis uisibilia uel cõtrectabilia corpo-
ris sensib. Nõ aũt solũ rerũ sensibiliũ in locis posi
tarũ sine spatijs localib. manẽt intelligibiles incor
porales q; rationes, uerumetiã motionũ in tẽporali
bus trãseuntiũ, sine tẽporali trãsitu stant etiã ipsæ
utiq; intelligibiles nõ sensibiles. Ad quas mentis
acie puenire paucorũ est, & cũ peruenit quãtum
fieri potest, nõ in eis manet ipse puentor, sed uelu
ti acie ipsa uerberata repellit, & fit rei nõ transito
riæ trãsitoria cogitatio. Quę tamẽ cogitatio tran
siens ꝑ disciplinas quibus erudit animus, memo
tię cõmendat, ut sit quo redire possit, quę cogit
inde trãsire: quãuis si ad memoriã cogitatio non
rediret, atq; quod commendauerat ibi inueniret, D
uelut rudis ad hoc sicut ducta fuerat duceret, idq;
inueniret, ubi primũ inuenerat, in illa scilicet in-
corporea ueritate, unde rursus quasi descriptũ in
memoria figeret. Neq; em sicut manet uerbi gra
tia, quadrati corporis & incorporalis & incõmu
tabilis ratio: sic in ea manet hominis cogitatio, si
tamẽ ad eã sine phãtasia spatij localis potuit pue-
nire. Aut si alicuiꝰ artificiosi et musici soni per mo
ras tẽporis transeũtis numerositas cõprehendat,
sine tẽpore stans in quodã secreto altoq; silentio,
tãdiu saltẽ cogitari potest quãdiu potest ille can-
tus audiri: tamẽ quod inde rapuerit etsi transiens
mẽtis aspectus, et quasi glutiẽs in uentrẽ ita in me
moria reposuerit, poterit recordando quodãmo
do ruminare, & in disciplinam quod sic didicerit
trajicere. Quod si fuerit omimoda obliuiõe dele-
tũ, rursus doctrina duce ad id ueniet quod penitꝰ
exciderat, & sic inueniet ut erat. Vnde Plato *Cõtra reminiscentiã Platonis & metempsychosin Pythagoræ. XV*
ille Philosophus nobilis ꝑsuadere conatus est ui-
xisse hic animas hominũ, et anteq̃ ista corpora ge
rerẽt. Et hinc esse ꝙ ea quę discunt, reminiscũtur
potius cognita q̃ cognoscũtur noua. Retulit em
puerũ quendã, nescio quæ de geometria interro-
gatũ sic respõdisse, tanꝯ esset illius pitissimus di-
scipline. Gradatim quippe atq; artificiose interro
gatꝰ, uidebat quod uidendũ erat, dicebatq; quod
uiderat. Sed si recordatio hęc esset rerũ antea co-
gnitarũ, nõ utiq; omẽs uel penè omnes cũ illo mo
do interrogarent, hoc possent. Nõ em omnes in
priore uita geometrę fuerũt, cũ tam rari sint in ge
nere humano, ut uix possit aliqs inueniri: sed po-
tius credẽdũ est mẽtis intellectualis ita cõditã esse
naturã, ut rebus intelligibilib. naturali ordine dis-
ponẽte cõditore subiũcta, sic ista uideat in quadã
luce sui generis incorporea, quẽadmodũ oculus
carnis uidet, quę in hac corporea luce circũadia-
cent, cuius lucis capax eiq; cõgruens est creatus.
Nõ em & ipse ideo sine magistro alba et nigra di
scernit, quia ista iam nouerat anteq̃ in hac carne
crearet. Deniq; cur de solis reb⁹ intelligibilib. id
fieri potest, ut bene interrogatꝰ quisq; respõdeat
quod ad quãq; ptinet disciplinã, etiã si eius ignа-
rus est? Cur hoc facere de rebus sensibilib. nullus
potest, nisi quas isto uidit in corpore cõstitutus,
aut eis qui nouerãt indicãtib. credidit, seu literis
cuiusq; seu uerbis? Nõ em acquiescendũ est eis q
Samiũ Pythagorã ferũt recordatũ fuisse talia riõ- *Samius Pythagoras*
nulla quæ non fuerat expertus, cum hic alio iam
fuisset in corpore: & alios nõnullos narrãt alij, e-
iusmodi aliqd in suis mẽtibus passos. Quas falsas
fuisse memorias, quales plerũq; expimur in som-
nis, quãdo nobis uidemur reminisci quasi egeri-
mus aut uiderimꝰ quod nec egimus oino nec ui-
dimus: & eo modo affectas esse illorũ mẽtes etiã
uigilantiũ, instinctu spirituũ malignorũ atq; falla-
ciũ, qbꝰ curę est de reuolutionib. animarũ falsam
opinionẽ, ad decipiẽdos homines firmare uel se-
rere, ex hoc cõijci potest, quia si uere illa recorda
renꝰ quę hic in alijs antea positi corporib. uiderãt,
multis ac penè omib. id cõtingeret: quãdoq; deut
de uiuis mortuos, ita de mortuis uiuos, tanꝯ de
uigilantib. dormientes, & de dormientibus uigilan
tes, sine cessatiõe fieri suspicanꝰ. Si ergo hęc est sa
pientię et sciẽtię recta distinctio, ut ad sapientiã pti
neat ęternarũ rerũ cognitio intellectualis, ad scię-
tiã uero tẽporaliũ rerũ cognitio rationalis, quid
cuiq; preponendũ siue postponendũ sit, nõ est dif
ficile iudicare. Si autẽ alia est adhibẽda discretio,
qua dignoscant hęc duo, quę ꝓculdubio distare
Apostolus docet dicẽs, Alij daꝫ quidẽ per spiritũ *1 Cor. 12*
sermo sapiẽtię, alij sermo sciẽtię secũdũ eũdẽ spiri
tũ: tamẽ etiã istorũ duorũ quę nos posuimꝰ euidẽ
tissima differẽtia est, ꝙ alia sit intellectualis cogni
tio ęternarũ rerũ, alia ratiõalis tẽporaliũ, & huic
illã prępondã esse ambigit nemo. Relinquẽtib.
itaq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

itaq; nobis ea quę sunt exterioris hominis, & ab eis quæ cõmunia cũ pecoribus habemus introrsum ascendere cupientibus, anteq; ad cognitionẽ rerũ intelligibiliũ atq; summarũ quę sempiternæ sunt ueniremus, temporaliũ rerũ cognitio rationalis occurrit. Etiã in hac igit̃ inueniamus si possumus aliquã trinitatẽ, sicut inueniebamus in sensibus corporis, & in ijs quæ per eos in animã uel spiritũ nostrum imaginabiliter intrauerũt: ut pro corporalibus rebus quas corporeo foris positas attingimus sensu, intus corporũ similitudines haberemus impressas memoriæ, ex quibus cogitatio formaret̃, tertia uolũtate utrũq; iungẽte: sicut formabaꝫ foris acies oculorũ, quã uolũtas ut uisio fieret adhibebat rei uisibili, & utrũq; iũgebat, etiam illic ipsa se admouenstertiã. Sed nõ est hoc coarctandũ in hunc librũ, ut in eo qui sequitur si deus adiuuerit cõueniẽter possit inquiri, et quod inuentum fuerit explicari.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER XIII

Vestigiũ trinitatis in cognitione spiritali. Caput 1

1 IN libro superiore huius operis duo decimo satis egimus discernere rationalis mentis officiũ in temporalibus rebus, ubi non sola cognitio, uerum et actio nostra uersatur, ab excellentiore eiusdẽ mentis officio, quod contemplandis ęternis rebus impenditur, ac sola cognitione fruit̃. Cõmodius autẽ fieri puto, ut de scripturis sanctis aliquid interserã, quo facilius possit utrũq; dignosci. Euangeliũ suũ Ioannes Euãgelista sic exorsus est, In principio erat uerbũ, et uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ: hoc erat in principio apud deũ, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est in ipso uita erat, & uita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nõ comprehẽderunt. Fuit homo missus à deo, cui nomẽ erat Ioãnes, hic uenit in testimoniũ ut testimoniũ perhiberet de lumine, ut omnes crederẽt per illũ. Nõ erat iste lux, sed ut testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux uera quę illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hũc mundũ. In mũdo erat, et mũdus per ipsum factus est, & mundus eum nõ cognouit. In propria uenit & suꝰ eum non receperunt. Quotquot autem receperũt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credũt in nomine eiꝰ. Qui nõ ex sanguinibus, neq; ex uolũtate carnis, neq; ex uolũtate uiri, sed ex deo nati sunt. Et uerbũ caro factũ est & habitauit in nobis. Et uidimus gloriã eius, gloriã quasi unigeniti à patre, plenũ gratiæ & ueritatis. Hoc totũ quod ex Euãgelio posui, in præcedentibus suis partibus habet, quod immutabile ac sempiternũ est: cuius cõtẽplatio nos beatos facit. In cõsequentibus uero, permixta cũ temporalibus commemoranẽ æterna, Ac per hoc aliqua ibi ad scientiã pertinent, aliqua ad sapientiã, sicut in libro duodecimo nostra præcessit distinctio. Nam in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud deum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: quod factum est in ipso uita erat, et uita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non cõprehenderũt: Cõtemplatiuã uitã requirit, & intellectuali mẽte cernendũ est. Qua in re quãto magis quisq; profecerit, tãto fiet sine dubitatiõe sapiẽtior. Sed ꝓpter id quod ait, Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam nõ cõprehenderũt: fide utiq; opus erat qua crederet̃ quod nõ uideꝫ. Tenebras quippe intelligi uoluit, auersa ab huiusmodi luce eamq; minus idonea cõtueri corda mortalium: ꝓpter quod adiũgit & dicit, Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Ioãnes, hic uenit in testimoniũ ut testimoniũ perhiberet de lumine, ut omnes crederẽt per illũm. Hoc iam temporaliter gestũ est, & ad scientiã pertinet quę cognitiõe historica cõtineꝫ. Hominẽ aũt Ioannẽ in phãtasia cogitamus, quę de humanę naturę notitia impressa est nostrę memoriæ. Et hoc eodem modo cogitãt, siue qui ista nõ credũt, siue qui crediderunt. Vtriq; enim notũ est quid sit homo, cuius exteriorẽ partẽ, id est, corpus, per corporis lumina didicerũt, interiorẽ uero, id est, animam in seipsis, quia & ipsi homines sunt, & per humanã cõuersationem cognitam tenẽt, ut possint cogitare quod dicitur, Fuit homo cui nomẽ erat Ioannes, quia & nomina scitũt loquẽdo & audiẽdo. Quod aũt ibi est, missus à deo: fide tenẽt qui tenẽt. Et qui fide nõ tenent, aut dubitatiõe ambigũt, aut infidelitate deridẽt. Vtriq; tamen si nõ sunt ex numero nimis insipientiũ, qui dicũt in corde suo, nõ est deus, hęc audiẽtes uerba utrũq; cogitant, & quid sit deus, & quid sit mitti à deo, & si nõ sicut res se habẽt, at certe sicut ualent. Fidẽ porrò ipsam quã uidem⁹ oculis corporeis, & per ipsorũ imagines quas memoria tenem⁹, etiã absentia cogitamus: nec sicut ea quę nõ uidimus et ex ijs quę uidimus cogitatione utcũq; formamus, & memorię commendamus, quo recurramus cũ uoluerimus, ut illic ea uel potius qualescũq; imagines eorũ quas ibi fiximus similiter recordatione cernamus: nec sicut hominẽ uiuũ, cuius animã etiam si non uidemus ex nostra conijcimus, & ex motibus corporalibus hominem uiuũ, sicut uidendo didicimus, intuemur etiã cogitando. Nõ sic uidetur fides in corde in quo est, ab eo cuius est: sed eam tenet certissima scientia, clamatq; cõscientia. Cũ itaq; ꝓpter ea credere iubeamur, quia id quod credere iubemur uidere nõ possumus, ipsam tamen fidẽ quãdo ineſt in nobis uidemus in nobis: quia & rerũ absentiũ præsens est fides, & rerũ quæ foris sunt intus est fides, & rerũ quę nõ uidenẽ uideꝫ fides, & ipsa tamẽ temporaliter fit in cordib. hominũ: Et si ex fidelibus, infideles fiunt, perit ab eis. Aliquãdo aũt & rebus falsis accommodaꝫ fides: loquimur enim sic, ut dicamus, habita est ei fides et decepit. Qualis fides, si tamẽ & ipsa dicenda est fides, non culpabiliter de cordibus perit, quãdo eam

3 sent. dist. 23 c. notandum

eam inuẽta ueritas pellit: optabiliter autem rerũ uerarũ in easdẽ res fides transit. Non enim dicendum est perit, quando ea quę credebanẽ uidenẽ. Nunquid enim adhuc fides dicẽda est, cum destita sit in epistola ad Hebræos fides, dictumq; sit eam esse cõuinctionẽ rerũ quæ nõ uidenẽ? Deinde quod sequit̃, Hic uenit in testimoniũ, ut testimoniũ perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum: actio, ut dixi, temporalis est. Temporaliter enim testimoniũ perhibeẽ etiam de re sempiterna, quod est intelligibile lumẽ. De quo ut testimoniũ perhiberet uenit Ioannes, qui nõ erat lux, sed ut testimoniũ perhiberet de lumine. Adiũgit eñ, Erat lux uera quæ illuminat omnẽ hominem uenientẽ in hunc mundũ. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria uenit, & sui eũ non receperũt. Hæc uerba omnia qui Latinã linguã sciũt, ex rebus intelligũt quas nouerũt. Quarũ aliquę nobis innotuerũt per corporis sensus, sicut homo, sicut ipse mũdus, cuius tam euidentẽ magnitudinem cernimus, sicut eorundem uerborũ soni. Nam & auditus sensus est corporis. Aliqua aũt per animi rationẽ, sicut id quod dictũ est, Et sui eum non receperũt. Intelligit̃ enim, non in eum crediderũt. Quod quid sit, nullo corporis sensu, sed animi ratione cognouimus. Ipsorũ etiam uerborũ, nõ solum sonos sed significationes, partim per corporis sensum, partim per animi rationẽ didicimus. Nec ea uerba nũc primũ audiuimus, sed quę iam audieramus. Et nõ solum ipsa, uerũetiã quę signi ficarẽt cognita memoria tenebamus, & hic agnouimus. Hoc enim nomẽ disyllabũ cũ dicit̃ mundus, quoniã sonus est, res utiq; corporalis per corpus innotuit, id est, per aurẽ, sed etiã quod significat per corpus innotuit, id est per oculos carnis. Mundus quippe inquantũ notus est, uidentibus notus est. Ad hoc uerbũ quatuor syllabarũ quod est, crediderũt, sono suo quoniã corpus est ꝑ aurẽ carnis illabit̃: quod aũt significat, nullo corporis sensu, sed animi ratiõe cognoscit̃. Nisi eũ qd sit, crediderũt, per animũ nosſemus, nõ intelligeremus quid non fecerint illi de quibus dictũ est, Et sui eũ non receperunt. Sonus ergo uerbi forinsecus instrepit auribus corporis, et attingit sensum qui uocat̃ auditus. Species quoq; hominis & in nobisipsis nota est, & forinsecus in alijs adest corporis sensibus, oculis cũ uideat̃, aurib. cũ auditur, tactui cũ tenet̃ & tangit̃. Habet etiã in memoria nostra imaginẽ suam, incorporalẽ quidẽ, sed corpori similẽ. Mũdi deniq; ipsius mirabilis pulchritudo forinsecus præsto est, & aspectibus nostris, & ei sensui qui dicitur tactus si quid eius attingimus. Habet etiã ipse intus in memoria nostra imaginẽ suam, ad quã recurrimus, cũ eũ uel septi parietib⁹, uel etiã in tenebris cogitamus. Sed de his imaginibus rerũ corporaliũ, incorporalibus quidem habentibus tamen similitudines corporũ, et ad uitã exterioris hominis pertinentibus, iam satis in undecimo libro locuti sumus. Nũc autẽ agimus de homine interiore & eius scientia, ea quæ rerũ est tẽporaliũ & mutabiliũ: in cuius intentione cũ assumitur aliquid, etiã de rebus ad exteriorem hominẽ ptinentibus, ad hoc assumẽdum est ut aliquid inde doceaꝫ quod rationalem adiuuet scientiã: ac per hoc rerũ quas cõmunes cum animantibus irrationalibus habemus, ratiõalis usus ad interiorẽ hominẽ ptinet, nec recte dici potest cũ irrationalib. animãtibus eũ nobis esse cõmunem. Fides uero de qua in hoc libro aliquanto diutius disputare certa dispositiõis nostræ ratiõe cõpellimur, quã qui habent fideles uocanẽ, et qui nõ habent infideles, sicut ij qui uenientẽ in propria dei filiũ nõ receperũt, q̃uis ex auditu in nobis facta sit, non tamẽ ad eũ sensum corporis pertinet qui appellaꝫ auditus, quoniã non est sonus, nec ad oculos huius carnis, quoniã non est color aut corporis forma, nec ad eũ qui dicitur tactus, quoniã corpulentię nihil habet, nec ad ullum sensum corporis, quoniã cordis est res ista nõ corporis, nec foris est à nobis, sed in intimis nostris, nec eam quisq; hominũ uidet in alio, sed unusq;sq; in semetipso. Deniq; potest & simulatione cõfingi, & putari esse in quo nõ est. Suã igit̃ quisq; fidem apud seipsum uidet: in altero aũt credit esse eam, nõ uidet, & tãto firmius credit, quãto fructꝰ eius magis nouit quos operari solet fides per dilectionem. Quamobrẽ omnibus de quibus Euãgelista subiũgit & dicit, Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis potestatẽ filios dei fieri, ijs qui credũt in nomine eius, qui nõ ex sanguinib. neq; ex uolũtate carnis, neq; ex uolũtate uiri, sed ex deo nati sunt, Fides ista cõmunis est: non sicut aliqua corporis forma cõmunis est ad uidendũ omniũ oculis qui etiã quodãmodo informat aspectus: sed sicut dici potest omnib. hominibus esse facies humana cõmunis. Nã hoc ita dicit̃, ut tamẽ singuli suas habeant. Ex una sanè doctrina impressam fidem credentiũ cordib. singulorũ qui hoc idẽ credũt uerisime dicim⁹, Sed aliud sunt ea quę creduntˇ, aliud fides qua creduntˇ, Illa quippe in rebus sunt quæ uel esse uel fuisse uel futurę esse dicunẽ, hęc aũt in animo credẽtis est, ei tantum cõspicua cuius est, quãuis sit & in alijs nõ ipsa sed similis. Nõ enim numero est una, sed genere, propter similitudinẽ tamẽ & nullã diuersitatẽ magis unã dicimus esse q̃ multas. Nã & duos homines simillimos cũ uidem⁹, unã faciẽ dicim⁹ & miramur amborũ. Faciliusq; dicit̃ multas animas fuisse singulas utiq; singulorũ, de quib. legimus in actib. Apostolorũ, q̃ eis fuerit anima una: q̃ ubi dixit Apostolus, Vna fides, tot eas audet q̃sq; dicere quot fideles. Et tamẽ q̃ dicit, O mulier magna est fides tua: & alteri, Modicę fidei quare dubitasti: suã cuiq; esse significat. Sed ita dicit̃ eadẽ credentiũ fides una, quemadmodũ eadẽ uolentiũ uoluntas una: cũ & in ipsis qui hoc idẽ uolũt sua uolũtas sit cuiq; conspicua, alterius aũt lateat, q̃uis idẽ uelit. Et si aliquibus signis sese indicet, creditˇ potius q̃ uideˇ. Vnusquisq; autẽ sui animi cõscius nõ creditˇ utique hãc esse suam, sed plane perꝫuidet uoluntatẽ.

3 sent. dist. 23 c. cũq; diuersis

Fides quomodo uidet & ut detur. Cap. II

3 sent. dist. 24 c. post hoc

3 sent. dist. 23 c. cũq; diuersis

3 sent. dist. 27 c. quod autem

& 3 sent. dist. 23. c. accipiꝫ tur autem

Act. 4

Eph. 4

Matth. 15

Est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Voluntas diena quomodo cernitur. III

Est quędā sanè eiusdem naturæ uiuentis & ratione utentis tanta cōspiratio, ut cū lateat alterū A quid alter uelit, nōnullę tamen sint uolūtates omniū etiam singulis notæ. Et cum quisq; homo nesciat quid homo alius unus uelit, in quibusdā rebus possit scire quid omnes uelint. Vnde illa cuiusdā mimi facetissima prædicat urbanitas, Qui cum se promisisset in theatro quid in animo haberet, & quid uellet omnes, aliįs ludis esse dicturū, atq; ad diem cōstitutum ingenti expectatione maior multitudo cōflueret, suspēsis & silentib. omnib⁹, dixisse perhibet, Vili uultis emere, & caro uēdere. In quo dicto leuissimi scenici, omnes tamē cōscientias inuenerunt suas, eiq; uera ante oculos omniū cōstituta, & tamē improuisa dicenti admirabili fauore plauserūt. Cur autē tam magna expectatio facta est illo promittente omniū uoluntatem se esse dicturū, nisi quia latet hominē aliorū hominū uoluntates? Sed nunquid ista latuit istū? Nūquid quenquā latet? Qua tandem causa, nisi quia sunt quędā quę nō inconueniēter in aliįs de se quisq; cōsciat, cōpatiente uel cōspirante uitio seu natura. Sed aliud est uidere uoluntatē suam, aliud, quāuis certissima cōiectura, conįcere alienam. Nam cōditam Romā tam certū habeo in rebus humanis q̄ Constantinopolim, cū Romā uiderim oculis meis, de illa uero nihil nouerim, nisi quod aliįs testib. credidi. Et mimus quidē ille uel seipsum intuendo, uel alios quoq; experiēdo, utili uelle emere, & caro uendere, omnib. id credidit esse cōmune. Sed quoniā reuera uitiū est, potest quisq; adipisci eiusmodi iustitiā, uel alicuius alterius utiq; quod huic contrariū est incurrere pestilentiā, qua huic resistat & uincat. Nam scio ipse hominē, cū uenalis codex ei fuisset oblatus, precisq; eius ignarū, et ideo quiddā exiguū poscentē cerneret uenditorē, iustum precium quod multo amplius erat, nec opinanti dedisse. Quid si etiam sit quisquā nequitia tanta possessus, ut uili uēdat quæ dimiserūt parentes, & caro emat quæ consumant libidines? Non est, ut opinor, incredibilis ista luxuries. Et si quæranē tales, reperiantur, aut etiam non quęsiti fortassis occurrant, qui nequitia maiore q̄ theatrica propositiōe uel pronūciationi theatricæ insultent, magno precio stupra emendo, paruo aūt rura uendendo. Largitionis etiā gratia nouimus quosdā emisse frumenta carius, & uilius uēdidisse suis ciuib. Illud etiā quod *Ennius poeta* uetus poeta dixit Ennius, Omnes mortales sese laudari exoptāt; pfecto & de seipso & de iįs quos expertus fuerat, cōiecit in aliįs, & uidē pronunciasse hominū omniū uoluntates. Deniq; si & mimus ille dixisset, Laudari omnes uultis, nemo uestrum uult uituperari: similiter quod esset omniū uoluntatis dixisse uideretur. Sunt tamē qui uitia sua oderint, & in quibus sibi displicēt ipsi, nec ab aliįs se laudari uelint, gratiasq; agāt obiurgantiū beneuolentiæ, cū ideo uituperanē ut corrigan̄. At si dixisset, omnes beati esse uultis, miseri esse nō uultis, dixisset aliquid quod nullus in sua non agnosceret uolūtate. Quicquid enim aliud quisq; latenter uelit, ab hac uoluntate quæ omnibus hominibus satis nota est, nō recedit. Mirū est autem cū capessendæ atq; retinēdæ beatitudinis uoluntas una sit omniū, unde tāta existat de ipsa beatitudine rursus uarietas atq; diuersitas uolūtatū, non quod aliquis eam nolit, sed quod nō omnes eam norint. Si enim omnes eam nossent, non ab aliįs putaretur esse in uirtute animi, aliįs in corporis uoluptate, aliįs in utraq;, & aliįs atq; aliįs alibi atq; alibi. Vt enim eos queq; res maxime delectat, ita in ea cōstituerūt uitā beatā. Quō igit̄ ferentissime amāt omnes, quod nō omnes sciunt? Quis potest amare quod nescit? sicut iam de hac re in libris superioribus disputaui. Cur ergo beatitudo amaē ab omnibus, nec tamē sciē ab omnibus? An forte sciunt omnes ipsa quæ sit, sed non omnes sciūt ubi sit, & inde contentio est? Quasi uero de aliquo mūdi huius agaē loco, ubi debeat quisq; uelle uiuere, qui uult beate uiuere, ac non ita quęraē ubi sit beatitudo, sicut quæriē quæ sit? Nam utiq; si in corporis uoluptate est, ille beatus est qui fruiē corporis uoluptate. Si in uirtute animi, ille qui hac fruiē. Si in utraq;, ille qui fruiē utraq;. Cū itaq; alius dicit, beate uiuere est uoluptate corporis frui, alius autē beate uiuere est uirtute animi frui, nōne aut ambo nesciūt quæ sit beata uita, aut nō ambo sciūt? Quomodo ergo ambo amāt eam, si nemo potest amare quod nescit? An forte falsum est quod pro uerissimo certissimoq; posuim⁹, beate uiuere omnes homines uelle? Si enim beate uiuere est, uerbi gratia, secundū animi uirtutē uiuere, quomō beate uiuere uult, qui hoc nō uult? Nōne uerius dixerimus, homo iste nō uult beate uiuere, quia nō uult secūdū uirtutē uiuere, quod solū est beate uiuere? Non igit̄ omnes beate uiuere uolūt, imò pauci hoc uolūt, si non est beate uiuere nisi secundū uirtutē animi uiuere, quod multi nolūt. Itáne falsum erit, unde nec, ipsis Academicis cū omnia dubia sint, Academicus ille Cicero dubitauit, qui cum uellet in Hortēlio dialogo ab aliqua re certa de qua nullus ambigeret sumere suę disputationis exordium, Beati certe, inquit, omnes esse uolumus? Absit ut hoc falsum esse dicamus. Quid igit̄? an dicēdum est, etiā si nihil sit aliud beate uiuere, q̄ secundum uirtutē animi uiuere, tamen & qui hoc nō uult, beate uult uiuere? Nimis quidē hoc uideē absurdum. Tale est em̄ ac si dicam⁹, Et qui nō uult beate uiuere, beate uult uiuere. Istam repugnantiam quis audiat, quis ferat? & tamen ad hanc contrudit necessitas, si & omnes beate uelle uiuere uerū est, & nō omnes sic uolunt uiuere, quomodo solum beate uiuit. An forte illud est quos nos ab his angustijs possit eruere, ut quoniā diximus ibi quosq; posuisse beatā uitā quod eos maxime delectauit, ut uoluptas Epicurū, uirtus Zenonē, sic aliū aliquid aliud, nihil dicamus esse beate uiuere nisi uiuere secundū delectationē suam, & ideo falsum nō esse quod omnes beate uiuere uelint, quia omnes ita uolūt ut quenq; delectat. Nam & hoc populo si pnunciatū esse in theatro, omnes id

An omnes uelint beate uiuere. Capite 10

4 sen. dist. 49 c. solet etiam quæri

Quid uitare beatus. Cap. V

id in suis uoluntatibus inuenirēt. Sed hoc quoq; Cicero cum sibi ex aduerso pposuisset, ita redarguit, ut qui hoc sentiūt erubescāt. Ait em̄: Ecce autem nō Philosophi quidē sed prōpti tamē ad disputādū homines aiūt esse beatos qui uiuāt ut ipsi uelint: hoc est quod nos diximus, ut quosq; delectat. Sed mox ille subiecit, Falsum id quidē. Vel le enim quod nō deceat, id ipsum miserrimū est. *4 sen. dist. 49 c. solet quæri de bea.* Nec tam miserū est nō adipisci quod uelis, q̄ adipisci uelle quod nō oporteat. Præclarissime omnino atq; uerissime. Quis nāq; ita sit mēte cæcus, & ab omni luce decoris alienus, ac tenebris dedecoris inuolutus, ut eū qui nequiter uiuit ac turpiter, & nullo prohibente, nullo ulciscēte, & nullo saltē reprehēdere audente, insuper & laudantib. *Psalm. 9* plurimis, quoniā sicut ait scriptura diuina, Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicit̄: implet omnes suas facinorosissimas & flagitiosissimas uoluntates, ideo beatū dicat, quia uiuit ut uult: cū, pfecto quāuis et sic miser esset, minus tamē esset si nihil corū quę perperam uoluisset, habere potuisset: mala enim uoluntate uel sola quisq; miser efficit̄, sed miserior potestate, qua desideriū malę uolūtatis impletur. Qua propter quoniā uerum est quod omnes homines esse beati uelint, idq; unū ardentissimo amore appetāt, & ppter hoc cætera quęcūq; appetunt, nec quisq; potest amare quod omnino quid uel quale sit nescit: nec potest nescire quid sit quod uelle se scit, sequit̄, ut omnes beatā uitā sciant. Omnes autē beati habent quod uolūt, quanuis non omnes qui habent quod uolunt continuo sint beati. Cōtinuo aūt miseri qui uel nō habēt quod uolūt, uel id habēt quod nō recte uolūt. Beatus igit̄ non est nisi qui & habet omnia quę uult, & nihil uult male. Cū ergo ex his duobus beata uita cōstet, atq; omnibus nota, omnibus chara sit, quid putemus esse causæ, cur horū duorū, quando utrunq; nō possunt, magis eligāt homines, ut omnia quæ uolunt habeāt, q̄ ut omnia bene uelint etiā si nō habeant. An ipsa est prauitas generis humani, ut cū eos nō lateat, nec illum beatum esse qui quod uult nō habet, nec illum qui quod male uult habet, sed illū qui & habet quęcūq; uult bona, et nulla uult mala, ex his duob. quibus beata uita perfic̄, quando utrūq; nō daē, id eligaē potius, unde magis à beata uita recedit̄. Lōgius quippe ab illa est quicūq; adipiscit̄ male cōcupita, q̄ qui nō adipiscit̄ cōcupita, cū potius eligi debuerit uolūtas bona atq; præponi, etiā non adepta quæ appetit. Propinquat enim beato, qui bene uult quęcunq; uult, & quę adeptus cū fuerit beatus erit. Et utiq; nō mala sed bona beatū faciunt, quando faciunt: quorū bonorū habet aliquid iam, idq; non parui ęstimandū, eam ipsam scilicet uolūtatē bonā, qui de bonis quorū capax est humana natura, nō de ullius mali perpetratiōe uel adeptiōe gaudere de siderat, & bona qualia & in hac misera uita esse possunt, prudēti, tēperanti, forti, & iusta mēte sectaē, & quantū daē assequit̄, ut etiā in malis sit beatus, & finitis malis omnibus atq; impletis bonis omnibus sit beatus. Ac per hoc in ista mortali uita erroribus erūnisq; plenissima, præcipue fides est necessaria, qua in deū creditur. Nō em̄ quæcūq; bona, maximeq; illa quibus quisq; fit bonus, & illa quibus fiet beatus, unde nisi à deo in hominem ueniāt, & homini accedant, inueniri potest, Cum autē ex hac uita ab eo qui in miserijs fidelis & bonus est, uentū fuerit ad beatā, tunc erit uere quod nūc esse nullo modo potest, ut sic homo uiuat quō uult. Non enim uolet male uiuere in illa felicitate, aut uolet aliquid quod deerit, aut deerit quod uoluerit. Quicquid amabit̄ aderit, nec desiderabit̄ quod non aderit: omne quod ibi erit, bonum erit, & summus deus summū bonum erit, atq; adfruendum amantib. præsto erit, & quod est omnino beatissimū, ita semp fore certū erit. Nūc uero fecerūt quidā sibi Philosophi sicut eorū cuiq; placuit uitas beatas suas, ut quasi ppria uirtute possent, quod cōmuni mortalitū conditione nō poterant, sic scilicet uiuere ut uellent. Sentiebāt enim aliter beatū esse neminē posse nisi habēdo quod uellet, & nihil patiēdo quod nollet. Quis aūt non qualemcūq; uitā qua delectaē, & ideo beatā uocat, uellet sic esse in sua potestate ut eam posset habere perpetuā, & tamē quis ita est? quis uult pati molestias quas fortiter toleret, quanuis eas uelit possitq; tolerare si patiē? Quis uelit in tormentis uiuere, etiā qui potest in eis per patientiā tenēdo iustitiā laudabiliter uiuere? Transitura cogitauerūt hęc mala qui ea ptulerūt, uel cupiēdo habere, uel timēdo amittere quod amabāt, siue nequiter siue laudabiliter. Nā multi per trālitoria mala, ad bona pmansura fortiter tetenderunt. Qui, pfecto spe beati sunt, etiā cū sunt in trālitorijs malis, per quę ad bona nō trālitura peruenīunt. Sed qui sic spe beatus est, nondū beatus est, Expectat namq; per patientiā beatitudinē quā nondū tenet. Qui uero sine ulla spe tali, sine ulla tali mercede crucia tur, quātamlibet adhibeat tolerantiā, nō est beatus ueraciter, sed miser fortiter. Neq; enim pter ea miser nō est, quia miserior esset, si & impatienter miseriā sustineret. Porrò si ita nō patitur quæ nollet pati in suo corpore, nec tunc quidē beatus habendus est, quoniam nō uiuit ut uult, Vt enim alia omittā quæ corpore illæso ad animi ptinent offensiones, sine quibus uiuere uelimus, & sunt innumerabilia, uellet utiq; si posset ita saluū & incolume habere corpus, & nullas ex eo pati molestias, ut id haberet in potestate, aut in ipsius incorruptiōe corporis, quod quia nō habet, ac pendet in incerto, pfecto nō uiuit ut uult. Quanuis enim per fortitudinē sit paratus excipere & æquo ferre animo quicquid aduersitatis acciderit, mauult tamē ut nō accidat, & si possit facit: atq; ita paratus est in utrūq;, ut quantū in ipso est alterū optet, alterum uitet, & si quod uitat incurrerit, ideo uolens ferat, quia fieri nō potuit quod uolebat. Ne opprimatur ergo sustinet, sed premi nollet. Quo modo ergo uiuit ut uult? an quia uolens fortis est ad ferēda quę nollet illata? Ideo igit̄ id uult quod potest, quoniā quod uult nō potest. Hæc est tota

Beatus nō uult nisi quod licet optare. VII

4 sen. dist. 49 c. solet etiam quæri

Universidad de Deusto
Biblioteca

utrũ ridenda, an potius miserãda, superborũ beatitudo mortaliũ, gloriantium se uiuere ut uolunt, A quia uolentes patiẽter ferũt quę accidere sibi nolunt. *In Andr.* Hoc em̃ aiũt quod sapienter dixit Terẽtius, Quoniã nõ potest id fieri quod uis, id uelis quod possis. Commode hoc dictũ esse quis negat? Sed cõsiliũ est datũ misero, ne esset miserior. Beato autem, quales se esse omnes uolũt, non recte nec uere dicit, nõ potest fieri quod uis. Si em̃ beatus est, quicquid uult fieri potest, quia nõ uult quod fieri nõ potest. Sed nõ est mortalitatis huius hęc uita, nec erit nisi quando & immortalitas erit. Quæ si nullo modo dari homini posset, frustra etiã beati tudo quereret, quia sine immortalitate nõ potest esse. *Hic fide ac spe beati sumus* Cũ ergo beati esse omnes homines uolũt, si uere uolũt, ꝓfecto & esse immortales uolũt. Aliter enim beati esse non possunt. Denię & de im- B *Cap. VIII* mortalitate interrogati, sicut & de beatitudine, omnes eã se uelle respõdent. Sed qualiscũq; beatitudo, quę potius uocet̃ cꝫ sit, in hac uita queritur, imò uero fingit̃, dum immortalitas desperat̃, sine qua uera beatitudo esse nõ potest. Ille quippe beate uiuit, quod iam superius diximus, & ueritatis satis fiximus, qui uiuit ut uult, nec male aliquid uult. Nemo autẽ male uult immortalitatẽ, si eius humana capax est deo donãte natura, cuius si capax nõ est, nec beatitudinis capax est. Vt em̃ homo beate uiuat, oportet ut uiuat. Quę porrò morientẽ uita ipsa deserit, beata uita cũ illo manere quomõ potest? Cũ aũt deserit, aut nolentẽ deserit ꝓculdubio, aut uolentẽ, aut neutrũ. Si nolentem, quomodo beata uita est, quę ita est in uolũtate ut C nõ sit in potestate? Cũq; beatus nemo sit aliquid uolendo nec habẽdo, quãto minus est beatus qui non honore, nõ possessiõe, non qualibet alia re, sed ipsa beata uita nolens deserit̃, quãdo ei nulla uita erit? Vnde & si nullus sensus relinquit̃ quo sit misera, ꝓpterea em̃ beata uita discedit, quoniã tota uita discedit: miser est tamẽ quãdiu sentit, qa scit se nolentẽ cõsumi, ꝓpter quod cętera et quod prę cęteris diligit. Nõ igit̃ potest uita et beata esse, & uolentẽ deserere, quia beatus nolens nemo fit: ac per hoc quãto magis nolentẽ deserendo miserũ facit, quę si nolẽti prẽsto esset miserũ faceret? Si aũt uolentẽ deserit, etiã sic quõ beata erat, quã perire uoluit qui habebat? Restat ut dicant neutrũ esse in animo beati, id est eũ deseri à beata uita, D cũ per mortẽ deserit tota uita, nec nolle nec uelle, ad utrũq; enim parato & æquo animo cõsistere. Sed nec ista beata est uita, quia talis est, ut quẽ beatũ facit, amore eius indigna sit. Quomodo em̃ *1 sen. dist. 1. c. hic considerãdum est* est beata uita quã non amat beatus? Aut quomodo amaꝫ, quod utrũ uigeat, an pereat indifferẽter accipit? Nisi forte uirtutes quas ꝓpter solam beatitudinẽ sic amamus, persuadere nobis audẽt, ut ipsam beatitudinẽ nõ amemus? Quod si faciunt, etiã ipsas, utiq; amare desistimus, quãdo illam ꝓpter quã solam istas amauimus, nõ amamus. Deinde quomõ erit uera tã illa perfecta, tam examinata, tam eliquata, tam certa sentẽtia, beatos esse omnes homines uelle, si ipsi q iam beati sunt, beati esse nec nolũt nec uolunt? Aut si uolunt ut ueritas clamat, ut natura cõpellit, cui summe bonus & immutabiliter beatus creator indidit hoc, Si uolũt, in quã, beati esse qui beati sunt, beati utiq; nõ esse nolunt. Si aũt beati nõ esse nolunt, ꝓculdubio nolũt cõsumiet perire quod beati sunt, nec nisi uiuẽtes beati esse possunt. Nolunt igit̃ perire quod uiuũt. Immortales ergo esse uolũt, quicũq; uere beati uel sunt uel esse cupiũt. Nõ autẽ uiuit beate, cui nõ adest quod uult. Nullo modo igitur esse poterit uita uiciter beata, nisi fuerit sempiterna. Hanc utrũ captat humana natura, quam tamen desiderabilẽ cõfitetur, nõ parua quæstio est. Sed si fides assit quę inest eis quibus dedit potestatẽ Iesus filios dei fieri, nulla quæstio est. Humanis quippe argumẽtationib. hæc inuenire conantes, uix pauci magno prediti ingenio, abundãtes ocio, doctrinisq; subtilissimis eruditi, ad indagandam solius animæ immortalitatẽ puenire potuerunt. Cui tamẽ animæ beatã uitã non inuenerũt stabilẽ, id est uerã. Ad miserias eam quippe uitæ huius etiã post beatitudinẽ redire dixerũt. Et qui eorũ de hac erubuerunt sentẽtia, & animam purgatam in sempiternã beatitudinem sine corpore collocandam putauerũt, talia de mũdi retrorsus æternitate sentiũt, ut hanc de anima sententiã suam ipsi redarguãt. Quod hic longũ est demõstrare, sed in libro duodecimo de ciuitate dei, satis à nobis est quãtũ arbitror explicatũ. Fides aũt ista totũ hominẽ immortalẽ futurũ, q utiq; cõstat ex anima & corpore, et ob hoc uere beatũ, nõ argumentatione humana, sed diuina autoritate ꝓmittit. Et ideo cũ dictũ esset in Euangelio, quod Iesus dederit potestatẽ filios dei fieri ijs qui eũ receperunt, & quid sit recepisse eũ, breuiter fuisset expositũ, dicẽdo, credentib. in nomine eius, quoq; modo filij dei fierẽt, esset adiunctũ: Qui nõ ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt: ne ista hominũ quã uidemus & gestamus infirmitas tantã excellentiã desperaret, ilico annexũ est, Et uerbũ caro factũ est, & habitauit in nobis: ut à cõtrario suaderetur quod incredibile uidebaꝫ. Si enim natura dei filius propter filios hominũ misericordia factus est hominis filius, hoc est enim, uerbũ caro factũ est & habitauit in nobis hominibus: quanto est credibilius natura filios hominis, gratia dei filios dei fieri, & habitare in deo, in quo solo, & de quo solo esse possunt beati participes immortalitatis eius effecti: ꝓpter quod persuadendũ dei filius participeꝫ nostræ mortalitatis effectus est. Eos itaq; qui dicũt, itáne defuit deo modus alius quo liberaret homines à miseria mortalitatis huius, ut unigenitũ filiũ deũ sibi cœternũ, hominẽ fieri uellet, induẽdo humanã animã & carnẽ, mortalẽq; factũ mortẽ perpeti: parũ est sic refellere, ut istum modũ quo nos per mediatorẽ dei & hominũ, hominem Christũ Iesum deus liberare dignaꝫ, asseramus bonũ & diuinę congruũ dignitati: uerum etiã ut ostendamus non aliũ modum possibilem deo defuisse cuius potestati cũcta æqualiter subiacent

Per Christum participaremur immortalitatis, IX

Quur se deus resurrecturis hominem. X

1 sen. dist. 44. c. post hæc.

iacent, sed sanãdæ nostræ miseriæ conueniẽtiorem modũ alium non fuisse, nec esse oportuisse. A Quid em̃ tam necessarium fuit ad erigendã spem nostrã, mẽtesq; mortaliũ cõditione ipsius mortalitatis abiectas, ab immortalitatis desperatiõe liberãdas, cꝫ ut demõstraret̃ nobis quãti nos pẽderet deus, quantũq; diligeret? Quid uero huius rei *Ant. dist. 20 cap. 1* tãto isto indicio manifestius atq; præclarius, cꝫ ut dei filius immutabiliter bonus, in se manẽs quod erat, & à nobis & pro nobis accipiens quod non erat, præter animę suæ naturæ detrimentũ, nostrũ dignatus inire consortiũ, prius sine ullo malo suo merito mala nostra perferret: ac sic iam credẽtib. quantũ nos diligat deus, & quod desperabamus iam sperantibus, dona in nos sua sine ullis bonis meritis nostris, imò precedentib. & malis meritis B nostris, indebita largitate cõferret, quia et ea quę dicunt merita nostra, dona sunt eius? Vt em̃ fides per dilectionẽ operetur, charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis. Tũc est autẽ datus, quãdo est Iesus resurrectione clarificatus. Tũc em̃ eũ se missurũ esse promisit & misit, quia tunc sicut de illo scriptũ est, & *Eph. 4 Psal. 67* ante prędictũ, Ascẽdit in altũ, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hęc dona sunt merita nostra quibus ad summũ bonũ immortalitatis & beatitudinis puenimus. Cõmendat aũt, in- *Rom. 5* quit Apostolus, charitatẽ suã deus in nobis, quoniã cũ adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis iustificati nũc in sanguine ipsius, salui erim⁹ ab ira per ipsum. Adhuc addit & dicit, Si em̃ cũ inimici essemus recõ- C ciliati sumus deo per mortẽ filij ei⁹, multo magis recõciliati salui erimus in uita ipsius. Quos peccatores dixit prius, hos posterius inimicos dei: et quos prius iustificatos in sanguine Iesu Christi, eos posterius recõciliatos per mortem filij dei: & quos prius saluos ab ira per ipsum, eos postea saluos in uita ipsius. Non ergo ante istã gratiã quoquo modo peccatores, sed in talibus peccatis fuimus, ut inimici essemus dei. Supius aũt idem Apostolus nos peccatores, & inimicos dei, duob. idẽtidem nominib. appellauit, uno uelut mitissimo, alio plane atrocissimo dicẽs, Si em̃ Christus cũ infirmi essemus adhuc, iuxta tẽpus pro impijs mortuus est: Quos infirmos, eosdẽ impios nũcupauit. Leue aliquid uideꝫ infirmitas, sed aliquãdo D talis est, ut impietas nomineꝫ. Nisi tamẽ infirmitas esset, medicũ necessariũ non haberet. Qui est Hebraice Iesus, Græce σωτὴρ, nostra autem locutione saluator. Quod uerbũ Latina lingua antea nõ habebat, sed habere poterat, sicut potuit quãdo uoluit. Hæc aũt Apostoli sentẽtia præcedens ubi ait, Adhuc cũ infirmi essem⁹ iuxta tẽpus pro impijs mortuus est, cohęret his duabus sequentibus, quarũ in una dixit, peccatores, in alia inimicos dei, tanꝫ illis singulis reddiderit singula, peccatores ad infirmos, inimicos dei referẽs ad impios. Sed quid est, iustificati in sanguine ipsius? *Trinitas simul operata est resurrectionẽ hominis.* Quę uis est sanguinis huius obsecro, ut in eo iusti *XI* ficentꝫ credẽtes? Et quid est, recõciliati per mortẽ filij eius? Itáne uero cũ irascereꝫ nobis de⁹ pater, uidit mortẽ filij sui pro nobis, & placatus est nobis? Nũquid ergo filius eius usq; adeo nobis iam placatus erat, ut ꝓ nobis etiã dignareꝫ mori: pater uero usq; adeo adhuc irascebatur, ut nisi filius pro nobis moreretꝫ nõ placareꝫ? Et quid est quod alio loco idẽ ipse doctor gentiũ, Quid, inquit, ergo dicemus ad hęc? Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Qui, ꝓprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit illũ, Quomodo non etiã cum illo omnia nobis donauit? Nunqd nisi iam placatus esset pater, ꝓprio filio nõ parcẽs pro nobis eũ traderet? Nónne uidet̃ hęc illi uelut aduersa esse sentẽtia? In illa morit̃ pro nobis filius, & reconciliaꝫ nobis pater per mortẽ eius. In hac autẽ tanꝫ prior nos dilexerit pater, ipse ꝓpter nos filio nõ parcit, ipse pro nobis eũ tradidit ad mortẽ. Sed ui deo quod et antea pater dilexit nos, nõ solum antequã pro nobis filius moreretꝫ, sed anteꝫ cõderet mundũ, ipso teste Apostolo qui dicit, Sicut elegit nos in ipso ante mũdi constitutionẽ. Nec filius patre sibi nõ parcẽte ꝓ nobis uelut inuit⁹ est traditus, quia & de ipso dictũ est, Qui me dilexit & tradidit semetipsum ꝓ me. Omnia ergo simul & pater & filius & amborũ spũs pariter & cõcorditer opanť, tamẽ iustificati sumus in Christi sanguine, & recõciliati sumus deo ꝓ mortẽ filij eius. Et quomõ id factũ sit, ut potero etiã hic quãtum satis uidebit̃ explicabo. Quadam iustitia dei in *Homo quomõ perijt. XII* potestatẽ diaboli traditũ est genus humanũ, peccato primi hominis in omnes utriusq; sexus commixtione nascẽtes originaliter transeunte, & parentũ primorũ debito uniuersos posteros obligãte. Hęc traditio prius in Genesi significata est, ubi *Gen. 3* cũ serpẽti dictũ esset, Terrã manducabis: homini dictũ est, Terra es & in terrã ibis. Eo quod dictũ est, in terram ibis: mors corporis prænũciata est, quia nec ipsam fuerat experturus si permansisset ut factus est rectus. Quod uero uiuenti ait, Terra es: ostẽdit totũ hominẽ in deterius cõmutatũ, Tale est enim, Terra es: quale istud, Non permane- *Gen. 6* bit spiritus meus in hominibus istis, quoniã caro sunt. Tũc ergo demõstrauit eum ei traditũ, cui dictum fuerat, terrã manducabis, Apostolus autẽ *Eph. 2* apertius hoc prædicat, ubi dicit, Et uos cũ essetis mortui delictis & peccatis uestris, in quibus aliquãdo ambulastis secundũ seculũ mundi huius, secundũ principẽ potestatis aeris, spiritus huius qui nũc operat̃ in filijs diffidẽtiæ, in quib⁹ & nos omnes aliquãdo cõuersati sum⁹ in desiderijs carnis nostrę, faciẽtes uoluntates carnis et affectionũ, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Filij diffidentiæ sunt infideles, & quis hoc nõ est anteꝫ fidelis fiat? Quocirca omnes homines ab origine *3 sen. dist. 20* sub principe sunt potestatis aeris, qui operat̃ in fi- *cap. 1* lijs diffidẽtię. Et quod dixi ab origine: hoc est q̃d dicit Apostolus, natura & se fuisse sicut cæteros: natura scilicet ut est deprauata peccato, nõ ut recta creata ab initio. Modus aũt iste quo traditus est homo in diaboli potestatẽ, non ita debet intelligi, tanquã hoc deus fecerit, aut fieri iusserit: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod tantũ permiserit iuste tamen. Illo enim deserente peccantẽ, peccati autor ilico inuasit. Nec ita sanè deus deseruit creaturã suam, ut non se illi exhiberet deũ creantẽ & uiuificantẽ, & inter pœnalia mala etiã bona malis multa prestantẽ. Non enim cõtinuit in ira sua miserationes suas, nec hominem à lege suę potestatis amisit: quando in diaboli potestate esse permisit: quia nec ipse diabolus à potestate omnipotẽtis alienus est, sicut nec à bonitate. Nã & maligni angeli unde qualicunq; subsisterent uita, nisi per eum qui uiuificat omnia? Si ergo cõmissio peccatorũ per iram dei iustam hominẽ subdidit diabolo, profecto remissio peccatorũ per reconciliationẽ dei benignã, eruit hominem à diabolo. Non aũt diabolus potẽtia dei, sed iustitia superãdus fuit. Nam quid omnipotente potentius? Aut cuius creaturæ potestas, potestati creatoris cõparari potest? Sed cũ diabolus uitio peruersitatis suæ factus sit amator potentię, & desertor oppugnatorq; iustitię: sic enim & homines eũ tanto magis imitanť, quanto magis neglecta, uel etiã perosa iustitia potentię student, eiusq; uel adeptiõe lætanť, uel inflammanť cupiditate: placuit deo, ut, ppter eruendũ hominẽ de diaboli potestate, non potentia diabolus, sed iustitia uinceret, atq; ita & homines imitãtes Christũ, iustitia quererẽt diabolũ uincere, nõ potẽtia. Non quod potẽtia quasi mali aliquid fugiẽda sit, sed ordo seruandus est quo prior est iustitia. Nam quãta potẽtia potest esse mortaliũ? Teneãt ergo mortales iustitiã, potẽtia immortalibus debeť, Cui cõparata quãtalibet eorum hominũ qui potẽtes uocanť in terra, ridicula infirmitas inueniť, & ibi fodiť peccatori fouea, ubi uidenť mali plurimũ possе. Cantat aũt iustus & dicit, Beatus homo quẽ tu erudieris dñe, & de lege tua docueris eũ: Vt mitiges ei à diebus malignis, donec fodiať peccatori fouea. Quoniã nõ repellet dominus plebẽ suã, & hereditatem suã non derelinquet: Quoadusq; iustitia cõuertať in iudiciũ, & qui habẽt eam omnes recto sunt corde. Hoc ergo tẽpore quo differtur potẽtia populi dei, nõ repellet dñs plebẽ suã, & hæreditatẽ suã non derelinquet, quãtalibet acerba & indigna ipsa humilis atq; infirma patiať, quoadusq; iustitia quã nũc habet infirmitas piorum, cõuertať in iudiciũ, hoc est, iudicandi accipiat potestatẽ. Quod iustis in fine seruať, cũ præcedentẽ iustitiã ordine suo fuerit potentia subsecuta. Potẽtia quippe adiuncta iustitię, uel iustitia accedens potẽtię, iudiciariã potestatẽ facit: pertinet aũt iustitia ad uoluntatẽ bonã. Vnde dictum est ab ãgelis nato Christo, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonę uolũtatis. Potentia uero sequi debet iustitiam, nõ præire. Ideo & in rebus secũdis ponitť, id est prosperis. Secundæ aũt à sequẽdo sunt dictæ. Cũ enim beatũ faciant, sicut superius disputauimus, duę res, bene uelle, & posse quod uelis, nõ debet esse illa peruersitas, quę in eadẽ disputatiõe notata est, ut ex duabus rebus quę faciũt beatũ, posse quod uelit, homo eligat, et uelle quod oportet, negligat, cũ prius debeat habere uoluntatẽ bonã, magnã uero postea potestatem. Bona porrò uolũtas purgãda est à uitijs, à quibus si uincit homo, ad hoc uincit ut male uelit, & bona iam uolũtas eius quomodo erit? Optandũ est itaq; ut potestas nunc deť, sed cõtra uitia, tamẽ non potest, sicut est immortalitas, & uera ac plena felicitas, desiderare non cesset, & patienter expectet. Quæ est igitť iustitia qua uictus est diabolus? Quæ nisi iustitia Iesu Christi? Et quomodo uictus est? Quia cum in eo nihil morte dignũ inueniret, occidit eũ tamen. Et utiq; iustũ est ut debitores quos tenebat liberi dimittanť, in eũ credentes quem sine ullo debito occidit, hoc est quod iustificari dicimur in Christi sanguine. Sic quippe in remissionẽ peccatorũ nostrorũ, innocens sanguis ille effusus est. Vnde se dicit in Psalmis inter mortuos liberum. Solus enim à debito mortis liber est mortuus. Hinc & in alio Psalmo dicit, Quę nõ rapui tũc exoluebã: rapinã uolens intelligi peccatũ, quia usurpatũ est cõtra licitum. Vnde per os etiã carnis suæ, sicut in Euãgelio legitur, dicit, Ecce uenit princeps mũdi huius, et in me nihil inueniet: id est, nullũ peccatũ. Sed ut sciant omnes, inquit, quia uoluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc. Et pergit inde ad passionem, ut pro debitoribus nobis quod ipse nõ debebat exolueret. Nũquid isto iure ęquissimo diabolus uincereť, si potentia Christus cũ illo agere nõ iustitia uoluisset? sed postposuit quod potuit, ut prius ageret quod oportuit. Ideo aũt illum esse opus erat, & hominẽ, & deũ. Nisi emi homo esset, non poterat occidi. Nisi & deus esset, nõ credere tur noluisse quod potuit, sed non potuisse quod uoluit. Nec ab eo iustitiã potẽtię prelatam fuisse, sed ei defuisse potentiã putaremus. Nũc uero humana pro nobis passus est, quia homo erat: sed si uoluisset etiã hoc nõ pati potuisset, quia & deus erat. Ideo gratior facta est in humilitate iustitia, quia posset si noluisset humilitatẽ nõ perpeti tãta in diuinitate potẽtia: ac sic à moriẽte tam potẽte, nobis mortalib. impotentibus, & cõmendata est iustitia, & promissa potẽtia. Horũ enim duorum unũ fecit moriẽdo, alterũ resurgẽdo. Quid enim iustius, ęq; usq; ad mortẽ crucis pro iustitia peruenire? Et quid potẽtius, ęq; resurgere à mortuis, & in cœlũ cũ ipsa carne in qua est occisus ascẽdere? Et iustitia ergo prius, & potentia postea diabolũ uicit. Iustitia scilicet quia nullum peccatũ habuit, & ab illo iniustissime est occisus: potentia uero, quia reuixit mortuus, nunq; postea moriturus. Sed potẽtia diabolũ uicisset, etiã si ab illo non potuisset occidi: quanuis maioris sit potẽtiæ etiã ipsam mortẽ uincere resurgẽdo, ęq; uitare uiuendo.

3 sent. dist. 20 c. siue

Iure nõ uicit hominẽ redimere. XIII

Luc. 2

Psal. 93

Christi mors inhabitat, habitauit cõtra os mortis Cap. XIII

Psal. 87

Psal. 68

Ioan. 14

3 sent. dist. 20 c. si uera iust.

Sed

Sed aliud est ppter quod iustificamur in Christi sanguine, cũ per remissionẽ peccatorũ eruimur à diaboli potestate: hoc ad id pertinet quod à Christo iustitia diabolus uincit, nõ potẽtia. Ex infirmitate quippe quã suscepit in carne mortali, non ex immortali potẽtia crucifixus est Christus, de qua tamẽ infirmitate ait Apostolus: Quod infirmum est dei, fortius est hominib. Nõ est itaq; difficile uidere diabolũ uictũ, quando qui ab illo occisus est resurrexit. Illud est maius & ad intelligẽdum profundius, uidere diabolũ uictũ quãdo sibi uicit se uidebať, id est quãdo Christus occisus est. Tũc enim sanguis ille quoniã eius erat qui nullum habuit omnino peccatũ, ad remissionẽ nostrorũ fusus est peccatorũ, ut quia eos diabolus merito tenebat, quos peccati reos cõditiõe mortis obstrinxit, hos per eũ merito dimitteret quẽ nullius peccati reũ immerito pœna mortis affecit. Hac iustitia uictus & hoc uinculo uinctus est fortis, ut uasa eius eriperent, quę apud eũ cum ipso & angelis eius fuerãt uasa ire, & in uasa misericordię uerterentur. Hęc quippe uerba ipsius dñi nostri Iesu Christi de cœlo ad se facta, cũ primũ uocatus est, narrat apostolus Paulus. Nã inter cętera quę audiuit, etiã hoc sibi dictũ loquiť, Ad hoc emi tibi apparui ut constituã te ministrũ & testẽ eorũ quæ à me uides, quibus etiã pareo tibi liberãs te de populo et de gẽtibus, in quas ego mitto te apire oculos cęcorũ, ut auertanť à tenebris, & à potestate satanę ad deũ, ut accipiãt remissionẽ peccatorũ, & sortẽ quę in sanctis, & fidẽ quę in me est. Vnde et exhortãs idem Apostolus credentes, et ad gratiarum actionem deo patri: Qui eruit nos, inquit, de potestate tenebrarũ, & trãstulit in regnũ filij charitatis suę, in quo habem9 redemptionẽ in remissionẽ peccatorũ. In hac redẽptione tanq; preciũ pro nobis datus est sanguis Christi, quo accepto diabolus nõ ditatus est sed ligatus: ut nos ab eius nexib. solueremur, nec quenq; secum eorũ quos Christus ab omni debito liber indebite fuso suo sanguine redemisset, peccatorũ retibus inuolutũ traheret ad secundę ac sempiternę mortis exitiũ: sed hactenus morerenť ad Christi gratiã ptinentes, pręcogniti & prędestinati & electi ante cõstitutionẽ mũdi, quatenus pro illis ipse mortuus est Christus, carnis tantũ morte nõ spiritus. Quanuis enim & ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter uenerit, tamẽ bonus eius usus glorioſissimos martyres fecit. Et ideo nõ solũ ipsa, sed omnia seculi hui9 mala, dolores, laboresq; hominũ quãquã de peccatorũ, & maxime de peccati originalis meritis ueniãt, unde facta est & ipsa uita uinculo mortis obstricta, tamẽ & remissis peccatis remanere debuerũt, cũ quib. homo pro ueritate certaret, & unde exercereť uirt9 fideliũ: ut nouus homo per testamentũ nouũ, inter mala huius seculi nouo seculo prępareť, miseriã quã meruit uita ista dãnata sapiẽter tolerãs, & quia fideliť prudẽter gratulans, beatitudinẽ uero quam liberata uita futura sine fine habitura est, fideliter et patiẽter expectãs. Diabolus emi à dominatu & à cordib. fideliũ foras missus, in quorũ damnatiõe atq; infidelitate licet dãnatus etiã ipse regnabat, tantũ pro cõditione mortalitatis huius aduersari siniť, quantum eis expedire nouit, de quo scriptũ est quippe quã suscepit in carne mortali, non ex immortali potẽtia crucifixus est Christus, de qua tamẽ infirmitate ait Apostolus: Quod infirmum est dei, fortius est hominib. Nõ est itaq; difficile uidere diabolũ uictũ, quando qui ab illo occisus est resurrexit. Illud est maius & ad intelligẽdum profundius, uidere diabolũ uictũ quãdo sibi uicit se uidebať, id est quãdo Christus occisus est. Tũc enim sanguis ille quoniã eius erat qui nullum habuit omnino peccatũ, ad remissionẽ nostrorũ fusus est peccatorũ, ut quia eos diabolus merito tenebat, quos peccati reos cõditiõe mortis obstrinxit, hos per eũ merito dimitteret quẽ nullius peccati reũ immerito pœna mortis affecit. Hac iustitia uictus & hoc uinculo uinctus est fortis, ut uasa eius eriperent, quę apud eũ cum ipso & angelis eius fuerãt uasa ire, & in uasa misericordię uerterentur. Hęc quippe uerba ipsius dñi nostri Iesu Christi de cœlo ad se facta, cũ primũ uocatus est, narrat apostolus Paulus. Nã inter cętera quę audiuit, etiã hoc sibi dictũ loquiť, Ad hoc emi tibi apparui ut constituã te ministrũ & testẽ eorũ quæ à me uides, quibus etiã pareo tibi liberãs te de populo et de gẽtibus, in quas ego mitto te apire oculos cęcorũ, ut auertanť à tenebris, & à potestate satanę ad deũ, ut accipiãt remissionẽ peccatorũ, & sortẽ quę in sanctis, & fidẽ quę in me est. Vnde et exhortãs idem Apostolus credentes, et ad gratiarum actionem deo patri: Qui eruit nos, inquit, de potestate tenebrarũ, & trãstulit in regnũ filij charitatis suę, in quo habem9 redemptionẽ in remissionẽ peccatorũ. In hac redẽptione tanq; preciũ pro nobis datus est sanguis Christi, quo accepto diabolus nõ ditatus est sed ligatus: ut nos ab eius nexib. solueremur, nec quenq; secum eorũ quos Christus ab omni debito liber indebite fuso suo sanguine redemisset, peccatorũ retibus inuolutũ traheret ad secundę ac sempiternę mortis exitiũ: sed hactenus morerenť ad Christi gratiã ptinentes, pręcogniti & prędestinati & electi ante cõstitutionẽ mũdi, quatenus pro illis ipse mortuus est Christus, carnis tantũ morte nõ spiritus. Quanuis enim & ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter uenerit, tamẽ bonus eius usus glorioſissimos martyres fecit. Et ideo nõ solũ ipsa, sed omnia seculi hui9 mala, dolores, laboresq; hominũ quãquã de peccatorũ, & maxime de peccati originalis meritis ueniãt, unde facta est & ipsa uita uinculo mortis obstricta, tamẽ & remissis peccatis remanere debuerũt, cũ quib. homo pro ueritate certaret, & unde exercereť uirt9 fideliũ: ut nouus homo per testamentũ nouũ, inter mala huius seculi nouo seculo prępareť, miseriã quã meruit uita ista dãnata sapiẽter tolerãs, & quia fideliť prudẽter gratulans, beatitudinẽ uero quam liberata uita futura sine fine habitura est, fideliter et patiẽter expectãs. Diabolus emi à dominatu

1 Cor. 1 de mode. XV

Mortis mors in credentibus in Christi electis cap. XVI

Act. 26

Rom. 8

Rom. 5

Sap. 12

3 sent. dist. 19 c. qui solus in medio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis omnibus cũ adhuc inimici essemus tradi-
Rom. 5 dit eũ. Recte ergo Apostolus secutus adiũxit, Si A
enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo
per mortẽ filij eius, per quã facta est illa remissio
peccatorũ, multomagis reconciliati salui erimus
in uita ipsius. In uita salui, qui per mortẽ reconci-
liati. Quis enim dubitat daturũ amicis uitã suam
pro quibus inimicis dedit mortẽ suam? Non so-
lum autẽ, inquit, sed & gloriamur in deo per do-
minũ nostrũ Iesum Christũ, per quẽ nunc recõci
liationẽ accepimus. Nõ solũ ait, salui erimus, sed
et gloriamur. Nec in nobis, sed in deo: nec p nos,
sed per dñm nostrũ Iesum Christũ, per quem nũc
recõciliationẽ accepimus, secundũ ea quæ supe-
rius disputata sunt. Deinde subiũgit Apostolus,
Propter hoc sicut per unum hominẽ peccatũ in
hunc mundũ intrauit, & per peccatũ mors, & ita B
in omnes homines mors pertransiit, in quo om-
nes peccauerũt, & cętera. In quibus prolixius de
duobus hominib. disputat, uno eodẽq; primo A-
dam per cuius peccatũ in mortem tanq; hęredita
rijs malis posteri eius obligati sumus: altero aũt se
cundo Adã, qui nõ homo tantũ, sed etiã deus est,
quo p nobis soluẽte q̃d non debebat, à debitis &
paternis & propriis liberati sumus. Proinde quo
niã propter unũ illũ tenebat diabolus omnes per
eius uitiatã carnalẽ cõcupiscentiã generatos, iu-
stum est ut propter hunc unũ dimittat omnes per
ipsius immaculatã gratiã spiritalẽ regeneratos.

Vtilitas incar nationis. Cap. XVII

Sũt & alia multa quę in Christi incarnatione,
quæ superbis displicet, salubriter intuẽda atq; co
gitãda sunt. Quorũ est unũ quod demõstratũ est C
homini, quẽ locũ haberet in rebus quas cõdidit
3 sen. dist. 6. c. de Aug. in fi. deus, quãdoquidẽ sic deo cõiũgi potuit humana
natura, ut ex duab. substãtijs fieret una persona,
ac per hoc iam ex tribus scilicet deo, anima et car
ne: ut superbi illi maligni spiritus, qui se ad deci-
piendũ quasi ad adiuuandũ medios interponũt,
nõ ideo se audeãt homini pręponere, quia nõ ha-
bent carnẽ: et maxime quia et mori in eadẽ carne
dignatus est filius dei, ne ideo illi tanq̃ deos se co
3 sent. dist. 6 ex ne de suo circa fi. li pśuadeãt, quia uidentẽ esse immortales. Deinde
ut gratia dei in nobis sine ullis precedentib. me-
ritis in homine Christo cõmendaretur, quia nec ipse
tanta unitate deo uero cõiunctus una cũ illo pso-
na, id est, ipse homo assumptus, mox ut homo e-
tiã deus filius dei uiueret, ullis est precedẽtib. me D
ritis assecutus. Sed ex quo homo esse cœpit, ex il
lo est deus: unde dictũ est, Verbũ caro factũ est.
Etiã illud est, ut supbia hominis quę maxime im-
pedimẽto est, ne inhereat deo, per tantã dei humi
litatẽ redargui posset atq; sanari: discatq; homo q̃
lõge recesserit à deo, & quid illi ualeat ad medici
nalẽ dolorẽ, quãdo per talẽ mediatorẽ redit, qui
hominibus & deus diuinitate subuenit, & homo
infirmitate cõuenit. Quod aũt maius obedientię
nobis prębereẽ exemplũ qui per inobedięntiã pie-
ramus, q̃ deo patri deus filius obediens usque ad
mortẽ crucis? Quod pręmiũ tãte obedientiæ ubi
ostẽderet melius, q̃s in carne tãti mediatoris, quę
ad uitã resurrexit ęternã? Pertinebat etiã ad iusti-

tiã bonitatẽq; creatoris, ut p eandẽ rationalẽ crea
turã superaret diabolus, quã se supasse gaudebat, et
de ipso genere uenientẽ quod genus origine ui-
tiata, per unũ tenebat uniuersum. Poterat enim
utiq; deus hominẽ aliũde suscipe, in quo esset me
diator dei & hominũ, nõ de genere illius Adam,
qui peccato suo genus obligauit humanũ, sicut i-
psum quẽ primũ creauit, nõ de genere creauit ali
cuius. Poterat ergo uel sic, uel alio quo uellet mo
do creare unũ alium hominẽ, de quo uincereẽ ui
ctor prioris: sed melius iudicauit ut de ipso q̃d ui
ctũ fuerat genere assumeret hominẽ deus, p quẽ
generis humani uinceret inimicũ, Et tamẽ ex uir
gine, cuius cõceptũ spiritus nõ caro, fides nõ libi
do prœuenit. Nec interfuit carnis cõcupiscẽtia, p
quã seminant & cõcipiunt cęteri, qui trahũt ori-
ginale peccatum: sed ea penitus remotissima, cre
dendo, nõ concũbendo sancta est fœcũdata uirgi
nitas, ut illud quod nascebat ex propagine primi
hominis, tantũmodo generis nõ etiã criminis ori
ginẽ duceret. Nascebat nãq; nõ trãsgressiõis cõta
gione uitiata natura, sed omniũ taliũ uitiorũ sola
medicina. Nascebat homo inq̃, nullũ habẽs, nul
lum habiturus omnino peccatũ, per quẽ renasce-
rent liberãdi à peccato, qui nasci nõ possunt sine
peccato. Quãuis enim carnali cõcupiscẽtia quæ
inest genitalib. membris bene utat castitas cõiu-
galis, habet tamẽ motus nõ uolũtarios, quib. ostẽ
dit uel nullam se in paradiso ante peccatũ esse po
tuisse, uel nõ talẽ fuisse si fuit, ut aliquãdo resiste-
ret uolũtati. Nũc aũt illã talem esse sentimus, ut re
pugnãs legi mẽtis etiã si nulla est causa generãdi,
stimulos ingerat coeũdi, ubi si ei cediẽ peccando
satiet, si nõ cediẽ dissentiẽdo frenet. Quæ duo a-
liena fuisse à paradiso ante peccatũ, dubitare quis
possit? Nã neq; illa honestas faciebat aliquid inde
corũ, nec illa felicitas patiebat aliquid impacatũ.
Oportebat itaq; ut ista carnalis cõcupiscẽtia nul-
la ibi esset omino, quãdo cõcipiebat uirginis par
tus, in quo nihil dignũ morte fuerat inuenturus,
& eũ tamen occisurus autor mortis, autoris uitæ
morte uincẽdus: uictor primi Adã, & tenẽs ge-
nus humanũ, uictus à secũdo Adam, & amittens
genus Christianũ, liberatũ ex humano genere ab
humano crimine, per eũ qui non erat in crimine,
quãuis esset ex genere, ut deceptor ille ab eo uin-
ceret genere, quod uicerat crimine. Et hoc ita ge
stũ est ut homo nõ extollat, sed qui gloriat, in do
mino glorietur, Qui eũ uictus est, homo tantũ erat,
& ideo uictus est, quia supbe deus esse cupiebat.
Qui aũt uicit, & homo erat & deus: & ideo sic ui
cit natus ex uirgine, quia deus humiliter, nõ quo
modo alios sanctos regebat illũ hominẽ, sed ge-
rebat. Hęc tanta dei dona, & si qua alia sunt, quę
de hac re nobis & quęrere nũc et disserere longũ
est, nisi uerbũ caro fieret nulla essent. Hęc aũt o-
mnia quę p nobis uerbũ caro factũ tẽporaliter &
localiter fecit & ptulit, secundũ distinctionẽ quã
demõstrare suscepimus, ad scientiã ptinent, non
ad sapientiã. Quod aũt uerbum est sine tempore
sine loco, est patri coæternũ & ubiq; totũ, de quo

Quur ex uirgine natus. Cap. XVIII 3 sent. dist. 21 c. solet etiam

Per Christum à scientia per uentimus ad sa pientiã.

si

si quisquã potest quantũ potest ueracẽ proferre
sermonẽ, sermo ille erit sapiẽtię: ac per hoc uerbũ A
caro factũ, quod est Christus Iesus, & sapiẽtię the
sauros habet & sciẽtiæ. Nam scribẽs Apostolus
Coloſ. 2 ad Colossenses: Volo enim uos scire, inquit, quã-
tum certamẽ habeã pro uobis, & pro ijs qui sunt
Laodiciæ, & quicũq; non uiderũt faciem meã in
carne, ut cõsolentur corda eorũ, copulati in chari
tate & in omnib. diuitijs plenitudinis intellectus
ad cognoscendũ mysteriũ dei, quod est Christus
Iesus, in quo sunt omnes thesauri sapiẽtię & sciẽ-
tiæ abscõditi. Quatenus nouerat Apostolus the-
sauros istos, quãtum eorũ penetrauerat, & in eis
1. Cor. 12 ad quãta peruenerat, quis potest nosse? Ego tamẽ
secundũ id quod scriptũ est: Vnicuiq; autẽ nostrũ
datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alij qui-
dem datur per spiritũ sermo sapientiæ, alij sermo B
3 sent. dist. 35 cap. 1 3 sent. dist. 6 cap. de suo. scientiæ secundũ eundem spiritũ: ij ita inter se di-
stant hæc duo ut sapiẽtia diuinis, sciẽtia humanis
attributa sit rebus, utrunq; agnosco in Christo, &
mecũ omnes eius fideles. Et cum lego: Verbũ ca
ro factũ est, & habitauit in nobis, in uerbo intelli
go uerũ dei filiũ, in carne agnosco uerũ hominis
Rom. 1 filiũ, & utrunq; simul in una persona dei & homi-
nis ineffabili gratiæ largitate coniunctũ. Propter
quod sequit, & dicit: Et uidimus gloriã eius, glo-
riã quasi unigeniti à patre plenũ gratiæ & ueritа-
tis. Si gratiã referamus ad scientiã, ueritatẽ ad sa-
pientiã, puto nos ab illa duarũ istarum rerũ distin
ctione quam cõmendauimus nõ abhorrere. In re
bus enim per tẽpus ortis, illa summa gratia est, q̃
homo in unitate personæ cõiunctus est deo, in re C
bus uero æternis summa ueritas recte tribuit dei
uerbo. Quod uero idẽ ipse est unigenitus à patre
plenus gratię & ueritatis, id actum est, ut idẽ ipse
sit in rebus, p nobis tẽporaliter gestis, cui per ean
dem fidẽ mundamur, ut eũ stabiliter contemple-
Rom. 1 mur in rebus æternis. Illi aũt præcipui gentiũ phi
losophi, qui inuisibilia dei per ea quæ facta sunt
intellecta cõspicere potuerũt, tamẽ quia sine me-
diatore, id est, sine homine Christo philosophati
sunt, quẽ nec uẽturũ Prophetis, nec uenisse Apo-
stolis crediderũt, ueritatẽ detinuerũt, sicut de illis
dictũ est, in iniquitate. Nõ potuerũt enim in his re
rum infimis constituti, nisi quærere aliqua media
per quæ ad illa quæ intellexerãt sublimia perue-
nirẽt: atq; ita in deceptores dęmones inciderunt, D
per quos factũ est ut immutarent gloriã incorru-
ptibilis dei, in similitudinẽ imaginis corruptibi-
lis hominis, & uolucrũ & quadrupedũ & serpen
tiũ. In talibus enim formis etiã idola instituerũt,
siue coluerũt. Sciẽtia ergo nostra Christus est, sa-
piẽtia quoq; nostra idem Christus est. Ipse nobis
fidem de rebus temporalib. inserit, ipse de sempi
ternis exhibet ueritatẽ, per ipsum pergimus ad ip
sum, tendimus per scientiã ad sapientiã: ab uno ta
men eodemq; Christo nõ recedimus, in quo sunt
Coloſ. 2 omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.
Sed nũc de scientia loquimur, post de sapientia,
quantũ ipse donauerit locuturi. Nec ista duo sic
accipiamus quasi nõ liceat dicere, uel istã sapien-

tiam, quæ in rebus humanis est, uel illam scientiã
quæ in diuinis. Loquẽdi enim latiore consuẽtudi
ne, utraq; sapiẽtia, utraq; sciẽtia dici potest. Nullo
modo tamẽ scriptũ esset apud Apostolũ, Alij da- 1. Cor. 12
tur sermo sapiẽtiæ, alij sermo scientiæ: nisi & pro
prie singulis nominib. hæc singula uocarẽtur, de
quorũ distinctione nunc agimus. Iam itaq; ui- *Imperfecta tri nitatis imago est etiã in qui buslibet.*
deamus quid sermo iste prolixus effecerit, quid
collegerit, quò peruenerit. Beatos esse se uelle, o-
mniũ hominũ est: nec tamen omniũ est fides, qua
cor mũdante ad beatitudinẽ peruenitur. Ita fit ut *Cap. XX*
per istam quam nõ omnes uolunt, ad illam tẽden
dum sit quã nemo possit esse qui nolit. Beatos es-
se se uelle omnes in corde suo uidẽt, tantaq; est in
hac re naturę humanæ cõspiratio, ut non fallatur
homo qui hoc ex animo suo de animo cõjcit alie
no. Deniq; omes id uelle nos nouimus. Multi ue
ro immortales se esse posse desperant, cũ id quod
omes uolũt, nullus aliter possit: uolũt tamen etiã
immortales esse si possent, sed nõ credẽdo q̃ pos-
sint, nõ ita uiuũt ut possint. Necessaria est ergo fi-
des ut beatitudinẽ cõsequamur, omnib. humanę
naturæ bonis, id est, & animi & corporis. Hãc au
tem fidẽ in Christo esse definitã, qui in carne resur
rexit à mortuis, non moriturus ulterius, nec nisi *Rom. 6*
per illũ quenquã liberari à diaboli dominatu per
remissionẽ peccatorũ. In cuius diaboli partib. ne
cesse est miserã esse uitã, eandemq; perpetuã, quę
mors est potius dicenda q̃ uita, eadẽ fides habet.
De qua & in hoc libro sicut potui pro spacio tem
poris disputaui, cũ iam & in IIII libro huius ope-
ris, multa de hac re dixerim, sed ibi ꝓpter aliud,
hic ꝓpter aliud. Ibi scilicet ut ostẽderẽ, cur et quo *Gal. 4*
modo Christus in plenitudine tẽporis à patre sit
missus, ꝓpter eos qui dicũt, eũ qui misit, & eũ qui
missus est æquales natura esse non posse. Hic aũt
ad distinguendã actiuã scientiã à cõtemplatiua sa
piẽtia: placuit quippe uelut gradatim ascẽdentib.
in utraq; requirere apud interiorẽ hominẽ quan-
dam sui cuiusq; generis trinitatẽ, sicut prius apud
exteriorẽ quæsiuimus, ut ad illam trinitatẽ quæ
deus est, p nostro modulo, si tamẽ uel hoc possi-
mus, saltẽ in ænigmate & per speculũ contuendã
exercitatione in his inferioribus rebus mẽte uenia-
mus. Huius igit uerba fidei quisquis in solis uoci
bus memoriæ cõmendauerit, nescięs quid signifi
cẽt: sicut solẽt qui Grecæ nesciũt, græca uerba te-
nere memoriter, uel Latina similiter, uel cuiusq;
alterius linguę, qui eius ignari sunt: nõnne habẽt
quãdã in suo animo trinitatẽ? quia et in memoria
sunt illi uerborũ soni, etiã quãdo inde nõ cogitat:
& inde formaẽ acies recordatiõis eius, quãdo de
his cogitat: & uoluntas recordãtis atq; cogitãtis
utrũq; cõiũgit. Nullo modo tamẽ dixerimus istũ,
cũ hoc agit, secundũ trinitatẽ interioris hominis
agere, sed potius exterioris: quia id solũ meminit
& quãdo uult, & quantũ uult intuet, quod ad sen
sum corporis pertinet, qui uocatur auditus: nec
aliud q̃ corporaliũ rerũ, id est sonorũ, tali cogita-
tiõe imagines uersat. Si aũt quod uerba illa signi-
ficãt, teneat & recolat, iam quidẽ aliquid interio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris hominis agit: sed nondũ dicẽdus uel putãdus est uiuere secũdũ interioris hominis trinitatem, A si ea nõ diligat quæ ibi prædicãtur, præcipiũtur, promittũtur. Potest enim etiã ad hoc tenere atq; cogitare, ut falsa esse existimans, conetur etiã redarguere. Volũtas ergo illa, quæ ibi cõiungit ea quæ memoria tenebãtur, & ea quę in acie cogitationis impressa sunt, implet quidẽ aliquã trinitatem, cũ ipsa sit tertia: sed nõ secundũ eam uiuitur, quãdo illa quæ cogitãtur uelut falsa non placẽt. Cum aũt uera esse credũtur & quę ibi diligenda sunt diligũtur, iã secundũ trinitatẽ interioris hominis uiuitur: secũdũ hoc enim uiuit quisq; quod diligit. Quomodo autẽ diliguntur quæ nescĩunt, sed tamẽ creduntur? Iam quæstio ista tractata est in superioribꝰ. libris, & inuentũ neminẽ diligere quod penitus ignorat: ex ijs aũt quæ nota sunt diB ligi, quãdo diligi dicũtur ignota. Nũc librũ istum ita claudimus, ut admoneamus quod iustus ex fide uiuit: quæ fides per dilectionẽ operatur, ita ut uirtutes quoq; ipsæ quibus prudẽter, fortiter, tẽperanter, iusteq; uiuitur, omnes ad eandẽ referantur fidẽ. Non enim aliter poterũt ueræ esse uirtutes: quæ tamẽ in hac uita nõ ualent tantum, ut aliquãdo nõ sit hic necessaria qualiũcunq; remissio peccatorũ, quæ nõ fit nisi per eum, qui sanguine suo uicit principẽ peccatorũ. Ex hac fide & tali uita quæcũq; notiones sunt in animo fidelis hominis, cum memoria continẽtur, & recordatiõe inspiciũtur, & uoluntati placent, reddunt quãdam sui generis trinitatem. Sed imago dei, de qua in eius adiutorio pòst loquemur, nondũ in ipsa est: C quod tũc melius apparebit, cũ demõstratũ fuerit, ubi sit, quod in futuro uolumine lector expectet.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER XIIII

Vera sapiẽtia ex fide. Ca. I 3 sent. dist. 35 c. illud etiam

NVNC de sapientia nobis est differendũ, non de illa dei, quæ proculdubio deus est, nã sapiẽtia dei filius eius unigenitus dicitur: sed loquemur de hominis sapientia, uera tamẽ quę secundum deum est, & uerus ac præcipuus cultus eius est, quæ uno nomine θεοσέβεια Græce appellatur, Quod nomẽ nostri, sicut iam cõmemorauimus, uolentes & ipsi uno nomine interpretari, pietatẽ D dixerũt, cũ pietas apud Græcos θυσέβεια usitatius nũcupetur: θεοσέβεια uero quia uno uerbo perfecte nõ potest, melius duobus interpretatur, ut dicatur potius dei cultus. Hãc esse hominis sapientiã, quod & in XII huius operis uolumine iam posuimus, scripturæ sanctæ autoritate demõstratur, in libro dei serui Iob, ubi legit dei sapientiã dixisse homini: Ecce pietas est sapiẽtia, abstinere autem à malis sciẽtia: siue etiã, ut nõnulli de Græco ἀπεχεσθαι interpretati sunt, disciplina: quæ utiq; à discẽdo nomẽ accepit, unde & sciẽtia dici potest. Ad hoc enim quæq; res discitur ut sciatur. Quãuis alia notione, in ijs quæ pro peccatis suis mala unusquisq; patitur ut corrigaꝰ, dici soleat disciplina. Vnde illud est in epistola ad Hebræos: Quis *Hebr. 12* enim est filius, cui nõ det disciplinã pater eius? Et illud euidentius in eadẽ: Omnis enim ad tempus disciplina nõ gaudij uidetur esse, sed tristitiæ: post ea uero fructum pacificũ ijs qui per eã certarunt, reddet iustitiæ. Deus ergo ipse summa sapientia, cultus aũt dei sapiẽtia est hominis, de qua nunc loquimur. Nam sapiẽtia huius mundi stultitia est *1. Cor. 3* apud deum. Secundũ hãc itaq; sapientiã, quæ dei cultus est, ait sancta scriptura: Multitudo sapien- *Sap. 6* tium sanitas est orbis terrarũ. Sed si de sapiẽtia sapientiũ disputare est, quid agemus? Nunquid nã profiteri audebimus sapientiã, ne sit nostra de illa impudens disputatio? Nõne terrebimur exẽplo Pythagoræ? qui cum ausus non fuisset sapien- *8 de Ciuitate dei cap. 2* tiam profiteri, Philosophũ potius, id est amatorẽ B sapientiæ se esse respõdit: à quo id nomen exortũ ita deinceps posteris placuit, ut quantalibet de rebus ad sapientiã pertinẽtibus doctrina quisq; uel sibi uel alijs uideretur excellere, nõ nisi Philosophus uocaretur. An ideo sapientẽ profiteri taliũ hominum nullus audebat, quia sine ullo peccato putabant esse sapiẽtem? Hoc autẽ nostra scriptura non dicit, quæ dicit: Argue sapientẽ & amabit *Prouerb. 9* te. Profecto enim iudicat habere peccatũ, quem *5 sent. dist. 15 ca. 2. in prin.* censet arguendũ. Sed ego nec sic quidem sapientem me audeo profiteri: satis est mihi q; etiam ipsi negare non possunt, esse etiam Philosophi, id est amatoris sapientiæ, de sapientia disputare. Non enim hoc illi facere destiterunt, qui se amatores sapientię potius quàm sapiẽtes esse professi sunt. Disputantes autẽ de sapientia, definierunt eã dicentes: Sapiẽtia est rerũ humanarũ diuinarumq; scientia. Vnde ego quoq; in libro superiore utrarumq; rerum cognitionẽ, id est diuinarum atque humanarũ, & sapientiã & sciẽtiã dici posse non tacui. Verum secũdum hanc distinctionẽ qua di- *1. Corin. 12* xit Apostolus: Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientię, ista definitio diuidenda est, ut rerum diuinarũ scientia proprie sapientia nuncupetur, humanarũ autem proprie scientiæ nomen obtineat. De qua uolumine XIII disputaui, non utiq; quicquid sciri ab homine potest in rebus humanis, ubi plurimũ superuacuæ uanitatis & noxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribuẽs, sed illud tantummodo, quo fides saluberrima, quæ ad ueram beatitudinẽ ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua scientia non pollent fideles plurimi, quãuis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam uitam beatã, quæ nõ nisi æterna est: aliud autem scire quemadmodum hoc ipsum & pijs opituletur, & cõtra impios defendatur, quã proprio appellare uocabulo sciẽtiam uidetur Apostolus. De qua prius cũ loquerer, ipsam præcipue fidem commendare curaui, à temporalibus æterna breuiter distinguens, atq; ibi de temporalib. differens: æterna uero in hunc librum differens, etiã de rebus ęternis fidem temporalem quidem, & temporaliter in credentium cordibus habitare, necessariã tamen propter adipiscenda

piscendã ipsa æterna esse mõstrauí. Fidem quoq; de temporalibus rebus, quas pro nobis æternus A fecit, & passus est in homine, quem temporaliter gessit, atq; ad æterna prouexit, ad eãdem æternorum adeptionẽ prodesse disserui: uirtutesq; ipsas, quibus in hac temporali mortalitate prudenter, fortiter, temperãter & iuste uiuitur, nisi ad eandẽ licet temporalem fidẽ, quæ tamẽ ad æterna perducit, referãtur, ueras non esse uirtutes. Quapropter quoniã sicut scriptũ est: Quandiu sumus in corpore, peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, non per speciẽ: profecto quandiu iustus ex fide uiuit, quãuis secundũ hominem interiorẽ uiuat, licet per eandem temporalem fidem ad ueritatẽ nitatur, & tendat ad ęterna, tamẽ in eiusdẽ fidei temporalis retentione, contemplatione, dilectione, nondũ talis est trinitas, ut dei iã B imago dicenda sit, ne in rebus temporalibus constituta uideatur, quæ constituenda est in æternis. Mens quippe humana, cum fidem suã uidet, qua credit quod nõ uidet, non aliquid sempiternũ uidet. Nõ enim semper hoc erit, quod utiq; nõ erit, quando ista peregrinatione finita, qua peregrinamur a domino, ut per fidem ambulare necesse sit, species illa succedet, per quã uidebimus facie ad faciẽ: sicut modo non uidentes, tamen quia credimus, uidere merebimur, atq; ad speciẽ nos per fidem perductos esse gaudebimus. Neq; enim iam fides erit, qua credãtur quæ nõ uidentur, sed species qua uideãtur quæ credebãtur. Tunc ergo & si uitæ huius mortalis trãsactæ meminerimus, & C credidisse nos aliquãdo quæ nõ uidebamus, memoriter recoluerimus, in præteritis atq; trãsactis deputabitur fides ista, non in præsentibus rebus semperq; manentibus: ac per hoc etiam trinitas ista, quæ nunc in eiusdẽ fidei præsentis ac manentis memoria, contuitu, dilectione cõsistit, tũc trãsacta & præterita reperietur esse, nõ permanẽs. Ex quo colligitur, ut si iam imago dei est ista trinitas, etiã ipsa non in eis quæ semper sunt, sed in rebus sit habẽda transeuntibus. Absit autẽ ut cũ animæ natura sit immortalis, nec ab initio quo creata est, unquam deinceps esse desistat, id quo nihil melius habet, nõ cũ eius immortalitate perduret. Quid uero melius in eius natura creatũ est, quàm quod ad sui creatoris imaginẽ facta est? Non igit D in fidei retẽtione, cõtemplatione, dilectione, quæ nõ erit semper, sed in eo quod semper erit, inuenienda est quã dici oporteat imaginem dei. An adhuc utrum ita se res habeat, aliquãto diligentius atq; abstrusius perscrutabimur? Dici enim potest nõ perire istam trinitatẽ, etiã cum fides ipsa trãsit: quia sicut nunc eã & memoria tenemus, & cogitatione cernimus, & uoluntate diligimus, ita etiam tunc cum eã nos habuisse memoria tenebimus & recolemus, & hoc utrunq; tertia uolũtate iungemus, eadẽ trinitas permanebit. Quoniã si nullum in nobis quasi uestigiũ transiens reliquerit, pfecto nec in memoria nostra eius aliquid habebimus quò recurramus, eã præteritã recordãtes, atq; id utrunq; intentione tertia copulantes; & quod erat scilicet in memoria, nõ inde cogitãti bus nobis, & quod inde cogitatione formaꝰ. Sed qui hoc dicit, nõ discernit aliam nũc esse trinitatem, quãdo præsentẽ fidem tenemus, uidemus, amamus in nobis: aliam tũc futurã, quando non ipsam, sed eius uelut imaginariũ uestigiũ in memoria recõditũ, recordatiõe cõtuebimur, & duo hæc, id est qđ erat in memoria retinẽtis, & quod inde imprimitur in acie recordãtis, tertia uolũtate iungemus. Quod ut possit intelligi, sumamus exemplũ de corporalibus rebus, de quibus in libro XI. satis locuti sumus. Nempe ab inferioribꝰ. ad superiora ascẽdentes, uel ab exterioribꝰ. ad interiora ingrediẽtes, primã reperimus trinitatẽ in corpore quod uidetur, & acie uidẽtis, quæ cũ uidet, inde formatur, & in uolũtatis intẽtione, quæ utrunq; coniũgit: huic trinitati similem cõstituamus, cum fides quæ nũc inest nobis, tanquã corpus illud in loco, ita in nostra memoria cõstituta est, de qua informatur cogitatio recordãtis, sicut ex illo corpore acies intuẽtis, Quibus duobus ut trinitas impleatur, annumeratur tertia uoluntas, quæ fidẽ in memoria cõstitutã, & quandã eius effigiẽ in cõtuitu recordationis impressam connectit & coniũgit: sicut in illa corporalis trinitate uisionis, formã corporis quod uidetur, & cõformationẽ quæ fit in cernẽtis aspectu, coniũgit intentio uolũtatis. Faciamus ergo corpus illud quod cernebaꝰ interisse dilapsum, nec eius remãsisse aliquid in illo loco, ad quod uidendũ recurrat aspectus. Nũquid quia imago rei corporalis iã trãsactę atq; pręteritę remanet in memoria unde informetur recordãtis obtutus, atq; id utrũq; tertia uolũtate iungaꝰ, eadẽ trinitas esse dicẽda est, quę fuerat quãdo species in loco positi corporis uidebaturꝰ? Nõ utiq;, sed prorsus aliã: nã pręter quod illa erat extrinsecus, hæc intrinsecus, illã profecto faciebat species pręsentis corporis, hãc imago præteriti. Sic & in hac re, de qua nũc agimus, & propter quã putauimus adhibendũ illud exemplũ, fides quę nũc in animo nostro est, uelut illud corp⁹ in loco, dũ tenetur, aspicitꝰ, amatur, quandã efficit trinitatẽ: sed nõ ipsa erit, quando fides hæc in animo sicut corpus illud in loco iã nõ erit. Quę uero tũc erit, quãdo eam recordabimur in nobis fuisse nõ esse, alia pfecto erit. Hãc enim quę nũc est, facit res ipsa pręsens, & in animo credẽtis affixa: at illã quæ tũc erit, faciet rei pręteritæ imaginatio in recordãtis memoria derelicta. Nec illa igit trinitas, quę nũc nõ est, imago dei erit: nec ista imago dei est, quę tũc nõ erit: sed ea est inueniẽda in anima hominis, id est rationali, siue intellectuali, imago creatoris, quæ immortaliter immortalitati eius est insita. Nã sicut ipsa immortalitas animę secũ dũ quẽdã modũ dicitꝰ: Habet qppe & anima mortẽ suã, cũ uita beata caret, quę uera animæ uita dicẽda est: Sed immortalis ideo nũcupatur, quoniã imago. IIII qualicunq; uita, etiã si miserrima est nunq; desinit uiuere: Ita quãuis ratio uel intellectus nũc in ea sit sopitus, nũc paruus, nũc magnus appareat, nunquã nisi rationalis & intellectualis est anima humana

Etiam in anima impiorum est aliqua dei imago.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mana:ac per hoc si secundū hoc facta est ad imaginē dei,quod uti ratiōe atq; intellectu ad intelligendū & cōspiciendū deū potest,pfecto ab initio quo esse cœpit ista tā magna & mira natura, siue ita obsoleta sit hæc imago,ut penè nulla sit, siue obscura atque deformis, siue clara & pulchra sit, semper est. Deniq; deformitatē dignitatis eius mi serās diuina scriptura: Quanquā, inquit, in imagine dei ambulat homo, tamē uane cōturbat: Thesaurizat, et nescit cui cōgregabit ea. Nō itaq; imagini dei uanitatē tribueret, nisi deformē cerneret factā, nec tantū ualere illam deformitatē, ut auferat quod imago dei est, satis ostēdit dicēdo, Quāquā in imagine dei ambulat homo. Quapropter ex utraq; parte ueraciter pronunciari potest ista sententia, ut quemadmodū dictum est, Quanquā in imagine dei ambulat homo, tamen uane cōturbatur: ita dicatur, Quanquā uane cōturbatur homo, tamen in imagine dei ambulat. Quanq; enim magna natura sit, tamen uitiari potuit, quia summa nō est: & quanquā uitiari potuerit, quia summa nō est, tamē quia summæ naturæ capax est, & esse particeps potest, magna natura est. Quæramus igitur in hac imagine dei quandā sui generis trinitatē, adiuuante ipso, qui nos fecit ad imaginē suā. Non enim aliter possumus hæc salubriter inuestigare, & secundū sapientiā, quæ ab illo est, aliquid inuenire: sed ea quæ in superioribus libris, & maxime in decimo, de anima humana uel mēte diximus, si lectoris uel memoria teneātur atq; recolantur, uel diligentia in eisdē locis, in quibus cōscripta sunt, recensеantur, non hic desiderabit prolixiorem de rei tantę inquisitione sermonem.

Cap. 7 Inter cætera ergo in libro x. diximus, Hominis mentē nosse semetipsam. Nihil enim tam nouit mens, q̄ id quod sibi præsto est: nec menti magis quicquā præsto est, q̄ ipsa sibi. Et alia satis, quantum uisum est, adhibuimus documenta, quibus hoc certissime probaremus. Quid itaq; dicendum est de infantis mēte, ita adhuc paruuli, & in tam magna demersi rerū ignorantia, ut illius mētis tenebras, mēs hominis quæ aliquid nouit exhorreat? An etiā ipsa se nosse credēda est, sed intenta nimis in eas res, quas per corporis sensus tanto maiore, quāto nouiore cœpit delectatione sentire, nō ignorare se potest, sed cogitare se non potest? Quāta porro intentione in ista quæ foris sunt sensibilia feratur, uel hinc solū conijci potest: q̄ lucis huius hauriēdæ sic auida est, ut si quisquā minus cautus aut nescięs quid inde possit accidere, nocturnum lumen posuerit ubi iacet infans, in ea parte ad quā iacentis oculi possint retorqueri, nec ceruix possit inflecti, sic eius inde non remoueatur aspectus, ut nonnullos ex hoc etiā strabones fieri nouerimus, eā formā tenentibus oculis, quā teneris & mollib. cōsuetudo quodāmodo infixit. Ita & in alios corporis sensus, quātum sinit illa ætas, intētione se quasi coarctāt animæ paruulorū, ut quicquid per carnem offendit aut allicit, hoc solum abhorreāt uehemēter aut appetāt: sua uero interiora nō cogitēt, nec possint admoneri ut hoc faciāt: quia nondū admonētis signa nouerunt, ubi præcipuū locū uerba obtinent, quę sicut alia prorsus nescіunt. Quod autē aliud sit non se nosse, aliud nō se cogitare, iam in eodē uolumine ostēdimus. Sed hanc ætatē omittamus, quæ nec interrogari potest quid in se agat, & nosipsi eius ualde obliti sumus. Hinc tantū certos nos esse sufficerit, q̄ cum homo de animi sui natura cogitare potuerit, atq; inuenire quod uerū est, alibi non inueniet, q̄ penes seipsum. Inueniet aūt nō quod nesciebat, sed unde nō cogitabat. Quid enim scimus, si quod est in nostra mēte nescimus, cum omnia quæ scimus, nō nisi mente scire possimus?

Quomodo mens seipsam intelligat. Cap. VI

Tanta est tamen cogitationis uis, ut nec ipsa mens quodāmodo se in conspectu suo ponat, nisi quādo se cogitat: ac per hoc ita nihil in cōspectu mētis est, nisi unde cogitatur, ut nec ipsa mēs, qua cogitatur quicquid cogitatur, aliter possit esse in conspectu suo, nisi seipsam cogitādo. Quomodo autē quando se non cogitat in conspectu suo non sit, cum sine seipsa nunquā esse possit, quasi aliud sit ipsa, aliud cōspectus eius, inuenire nō possum. Hoc quippe de oculo corporis non absurde dicitur. Ipse quippe oculus loco suo fixus est in corpore, aspectus autē eius in ea quæ extra sunt tēditur, & usq; in sydera extēditur. Nec est oculus in conspectu suo, quando quidē non conspicit seipsum, nisi in speculo obiecto, unde iā locuti sumus. Quod non fit utiq;, quando se mens in suo cōspectu sui cogitatione constituit. Nunquid ergo alia sui parte aliā partem suā uidet, cum se cōspicit cogitādo, sicut alijs membris nostris, qui sunt oculi, alia membra nostra cōspicimus, quæ in nostro possunt esse cōspectu? Quid dici absurdius uel sentiri potest? Vnde igit̄ aufertur mens, nisi à seipsa? & ubi ponitur in cōspectu suo, nisi ante seipsam? Non ergo ibi erit ubi erat, quādo in cōspectu suo nō erat, quia hic posita, inde sublata est. Sed si cōspiciēda migrabit, conspectura ubi manebit? An quasi geminat̄ ut & illic sit & hic, id est & ubi conspicere, & ubi cōspici possit: ut in se sit cōspiciēs, ante se cōspicua? Nihil horū nobis ueritas cōsulta respondet, quoniam quādo isto modo cogitamus, nō nisi corporū fictas imagines cogitamus, quod mentē non esse paucis certissimū est mentibus, à quibus potest de hac re ueritas cōsuli. Proinde restat, ut aliquid pertinēs ad eius naturam sit conspectus eius, & in eā quando se cogitat, non quasi per loci spaciū, sed incorporea cōuersione reuocetur. Cum uero non se cogitat, nō sit quidē in conspectu suo, nec de illa suus formetur obtutus, sed tamē nouerit se tanquā ipsa sit sibi memoria sui. Sicut multarū disciplinarū peritus ea quæ nouit, eius memoria continētur, nec est inde aliquid in cōspectu mētis eius, nisi unde cogitat, cætera in arcana quadam notitia sunt recōdita, quæ memoria nūcupatur. Ideo trinitatē sic cōmendabamus, ut illud unde formaī cogitantis obtutus, in memoria poneremus: ipsam uero cōformationem tanq̄ imaginē quę inde imprimitur, & illud quo utrunq; coniungitur amorē seu uoluntatem.

Infantiū mens an se nouerit, Cap. V

Mens

Mens igitur quādo cogitatione se cōspicit, intelligit se & recognoscit: gignit ergo intellectū hūc, & cognitionē suā. Res quippe incorporea intellecta cōspicitur, & intelligendo cognoscit̄. Nec ita sanè gignit ista notitiā suā mens, quādo cogitādo intellectam se conspicit, tanq̄ sibi ante incognita fuerit. Sed ita sibi nota erat, quemadmodū notæ sunt res quæ memoria cōtinentur, etiā si nō cogitentur: quoniā dicimus hominē nosse literas, etiā cum de alijs rebus nō de literis cogitat. Hæc autē duo gignēs & genitū, dilectione tertia copulant̄, quæ nihil est aliud q̄ uolūtas fruendū aliquid appetens uel tenēs. Ideoq; etiā illis tribus nominib. insinuandā mentis putauimus trinitatem, memoria, intelligentia, uoluntate. Sed quoniā mentem semper sui meminisse, semperq; seipsam intellige re & amare, quāuis nō semper se cogitare discre- B tam ab eis quæ nō sunt quod ipsa est, circa eiusdē libri decimi finem diximus: quęrendū est quo nā modo ad cogitationē pertineat intellectus: notitia uero cuiusq; rei, quæ ineſt menti, etiā quando nō de ipsa cogitatur, ad solam dicatur memoriā pertinere. Si enim hoc ita est, nō habebat hęc tria, ut & sui meminisset, & se intelligeret, & amaret: sed meminerat tantū sui, & postea cū cogitare se cœpit, tūc se intellexit atq; dilexit. Quapropter diligentius illud cōsideremus exemplū quod adhibuimus, ut ostēderetur aliud esse rē quamq; nō nosse, aliud non cogitare: fieriq; posse, ut nouerit homo aliquid quod nō cogitat, quādo aliūde nō inde cogitat. Duarū ergo uel pluriū disciplinarū peritus, quādo unā cogitat, aliā uel alias etiam si C nō cogitat, nouit tamē. Sed nunquid recte possumus dicere, iste musicus nouit quidē Musicā, sed nunc eam nō intelligit, quia eā non cogitat: intelligit autem nunc Geometriā, hanc enim nō cogitat? Absurda est quantum apparet ista sententia. Quid etiā illa, si dicamus, iste musicus amat quidem Musicā, sed nunc eā non amat quādo eā non cogitat: amat aūt nunc Geometriā, quoniā nunc ipsam cogitat, nónne similiter absurda est? Rectissime uero dicimus: Iste quē perspicis de Geometria disputantē, etiā perfectus est musicus: nam & meminit disciplinæ eius & intelligit eā & diligit, sed q̄uis eā nouerit & amet, nunc illam nō cogitat, quoniam Geometriā de qua disputat cogitat. Hinc admonemur esse nobis in abdito mētis qua D rundā rerum quasdā notitias, & tunc quodāmodo procedere in mediū, atq; in conspectu mentis uelut apertius cōstitui, quando cogitantur. Tūc enim seipsa mens, & meminisse, & intelligere, & amare inuenit, etiā unde non cogitabat, quando aliud cogitabat. Sed unde diu nō cogitauerimus, & unde cogitare nisi commoniti nō ualemus, id nos nescio quo eodemq; miro modo, si potest dici, scire nescimus. Deniq; recte ab eo qui commorat, ei cui cōmemorat dicitur: Scis hoc, sed scire te nescis. Cōmemorabo & inuenies te scientem quod te nescire putaueras. Id agūt & literæ quæ de his reb. cōscriptæ sunt, quas res duce ratione ueras esse inuenit lector: nō quas ueras esse credit ei qui scripsit, sicut legit̄ historia, sed quas ueras esse etiā ipse inuenit, siue apud se, siue in ipsa mentis luce ueritate. Qui uero nec admonit? ualet ista cōtueri, magna cęcitate cordis, tenebris ignorantiæ demersus est altius, & mirabiliore diuina ope indiget, ut possit ad uerā sapientiā peruenire. Propter hoc itaq; uolui de cogitatiōe adhibere quale cūq; documentū, quo posset ostendi quomō ex ijs quæ memoria cōtinētur recordātis acies informetur, & tale aliquid gignat̄ ubi homo cogitat, quale in illo erat ubi ante cogitationem meminerat: quia facilius dignoscit̄ quod tēpore accedit, & ubi parēs prolē spacio tēporis antecedit. Nā si nos referamus ad interiorē mētis memoriā qua sui meminit, & interiorē intelligentiā qua se intelligit, & interiorē uoluntatē qua se diligit, ubi hęc tria simul sunt, & simul semper fuerūt ex quo esse cœperūt, siue cogitarent̄, siue nō cogitarētur, uidebit̄ quidē imago illius trinitatis & ad solā memoriā pertinere. Sed quia ibi uerbū esse sine cogitatione nō potest: Cogitamus enim omne quod dicimus, etiā illo interiore uerbo quod ad nullius gētis pertinet linguā: in tribus potius illis imago ista cognoscit̄, memoria scilicet, intelligētia, uoluntate. Hanc aūt nunc dico intelligentiā qua intelligimus cogitātes: id est, quādo eis repertis quę memoriæ præsto fuerāt, sed nō cogitabātur, cogitatio nostra formatur; & eā uoluntatē, siue amorē, uel dilectionē, quæ istam prolem parentemq; cōiungit, & quodāmodo utriq; cōmunis est. Hinc factum est ut etiā per exteriora sensibilia quæ per oculos carnis uidentur, legentiū ducerem tarditatē, in undecimo scilicet libro: atq; inde cū eis ingrederer ad hominis interioris eam potentiā qua ratiocinatur de temporalibus rebus, dijudicans illam principaliter dominantē qua cōtemplamur æternas: atq; id duobus uoluminib. egi, duodecimo utrunq; discernēs, quorum unū est superius, alterū inferius, quod superiori esse subditum debet. Tertiodecimo aūt de munere inferioris quā humanarū rerum scientia salubris continetur, ut in hac tēporali uita id agamus quo cōsequamur æternā, quanta potui ueritate ac breuitate disserui: quandoquidē rem tam multiplicē atq; copiosam, multorū atq; magnorū disputationibus multis magnisq; celebratam, uno strictam uolumine inclusi, ostendens etiam in ipsa trinitatē, sed nondum quæ dei sit imago dicēda. Nunc uero ad eam iam peruenimus disputationē, ubi principale mentis humanæ, quo nouit deū uel potest nosse, considerandū suscepimus, ut in eo reperiamus imaginē dei. Quamuis enim mens humana nō sit eius naturæ cuius est deus, imago tamen naturæ eius qua natura melior nulla est, ibi quærenda et inuenienda est in nobis, quo etiam natura nostra nihil habet melius: sed prius mens in seipsa consideranda est antequā sit particeps dei, & in ea reperienda est imago eius. Diximus enim eā etsi amissa dei participatione obsoletam, atq; deformē, dei tamen imaginē permanere. Eo quippe ipso imago eius est, quo eius capax est, eiusq; particeps esse

Fidei trāsceus tis uestigium, quomodo seruat trinitatē. Cap. VIII

1 sent. dist. 3 ca. nunc uero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse potest, quod tam magnũ bonum nisi per hoc quod imago ei⁹ est, intelligi nõ potest. Ecce ergo A mẽs meminit sui, intelligit se, diligit se: hoc si cernimus, cernimus trinitatẽ, nondũ quidem deum, sed iam imaginẽ dei. Non forinsecus accepit memoria quod teneret, nec foris inuenit quod aspiceret intellectus, sicut corporis oculus. Nec ista duo, uelut formã corporis, & eam quę inde facta est in acie cõtuentis, uolũtas foris iunxit: nec imaginẽ rei quæ foris uisa est, quodãmodo raptã & in memoria reconditã cogitatio cum ad eã cõuerteretur, inuenit, & inde formatus est recordantis obtutus, iungente utrunq; tertia uoluntate: sicut in eis ostẽdebamus trinitatib. fieri, quæ in rebus corporalibus reperiebãtur, uel ex corporib. per sensum corporis introrsus quodãmodo trahebãtur: de quibus omnib. in libro undecimo disserui B mus. Nec sicut fiebat uel apparebat, quãdo de illa scientia disserebamus, iã in hominis interioris operib. cõstituta, quæ distinguẽda fuit a sapiẽtia. Vnde quę sciũtur, uelut aduẽtitia sunt in animo, siue cognitione historica illata, ut sunt facta & dicta, quæ tẽpore peragũtur & trãseunt, uel in natura rerũ suis locis & regionib. cõstituta sunt: siue in ipso homine quæ nõ erãt oriũtur, aut alijs docentibus, aut cogitationibus propriis sicut fides quã plurimũ in lib. xiij. cõmẽdauimus: sicut uirtutes, quib. si uere sunt in hac mortalitate, ideo bene uiuitur, ut beate in illa quæ diuinitus promitti tur immortalitate uiuaẽ. Hæc atq; huiusmodi habent in tẽpore ordinẽ suum, in quo nobis trinitas memoriæ uisionis & amoris facilius apparebat: C nã quædã eorũ præueniũt cognitionẽ discẽtium. Sunt enim cognoscibilia, & anteq; cognoscãtur, fiũt cognitionẽ in discẽtib. gignũt. Sunt aũt uel in locis suis, uel quæ tẽpore præterierũt: quãuis quæ præterierũt, nõ ipsa sint, sed eorũ quædã signa præteritorũ, quib. uisis uel auditis, cognoscãtur fuisse atq; transisse. Quæ signa uel in locis sita sunt, sicut monumẽta mortuorũ, & quæcũq; similia: uel in literis fidedignis, sicut est omnis grauis & approbãdæ autoritatis historia: uel in animis eorũ, qui ea iam nouerũt: eis quippe iam nota, & alijs utiq; sunt noscibilia, quorũ scientiã præuenerunt, & qui ea nosse, illis quib. nota sunt docẽtib. possunt. Quæ omnia quãdo discunt, quandã faciunt trinitatẽ, specie sua quæ noscibilis fuit, etiã D anteq; nosceretur, eiq; adiũcta cognitione discentis, quę tũc esse incipit quãdo discitur, ac tertia uoluntate quę utrunq; coniũgit. Et cũ cognita fuerint, alia trinitas, dũ recolunt, fit iã interius in ipso animo, ex ijs imaginib. quæ cũ discerẽtur sunt impressæ in memoria, & informatione cogitationis ad ea cõuerso recordãtis aspectu, & ex uolũtate quę tertia duo ista cõiungit. Ea uero quę oriuntur in animo ubi nõ fuerunt, sicut fides, & cætera huiusmodi, & si aduẽtitia uident, cũ doctrina inferunt, nõ tamẽ foris posita uel foris peracta sunt, sicut illa quę credunt, sed intus omnino in ipso animo esse cœperũt. Fides ẽm nõ est quod creditur, sed qua creditur: & illud quod creditur, illa cõspicit.

Tamẽ quia esse cœpit in animo, qui iam erat animus anteq; ista esse cœpisset, aduẽtitiũ quiddã uidetur, & in præteritis habebit, quãdo succedente specie iã esse desiterit: aliamq; nũc trinitatẽ facit per suã præsentiã, retẽta, cõspecta, dilecta: aliã tũc faciet per quoddã sui uestigiũ, quod in memoria præteriẽs dereliquerit, sicut iam supradictũ est.

Vtrũ aũt tunc etiã uirtutes, quibus in hac mortalitate bene uiuit, quia & ipsæ incipiũt esse in animo, qui cũ sine illis prius esset, tamen animus erat, desinãt esse cũ ad æterna perduxerint, nõnulla quæstio est. Quibusdã ẽm uisum est desituras: & de tribus quidẽ, prudẽtia, fortitudine, tẽperantia, cũ hoc dicitur, nõnihil dici uidetur. Iustitia uero immortalis est, & magis tũc perficiet in nobis, q̃ esse cessabit. De omnib. tamẽ quatuor magnus autor eloquẽtiæ Tullius in Hortẽsio dialogo disputãs: Si nobis, inquit, cũ ex hac uita migraueri mus, in beatorũ insulis immortale æuũ, ut fabulę ferũt, degere liceret, quid opus esset eloquẽtia, cũ iudicia nulla fierẽt, aut ipsis etiam uirtutibus: nec ẽm fortitudinis egeremus, nullo proposito aut labore aut periculo. nec iustitia, cũ esset nihil quod appeteret alieni, nec temperãtia quæ regeret eas quę nullę essent libidines: nec prudẽtia quidẽ egeremus, nullo delecto, ꝓposito bonorũ & malorũ. Vna igit̃ essemus beati cognitiõe naturæ & sciẽtia, qua sola etiã deorũ est uita laudanda. Ex quo intelligi potest, cætera necessitatis esse, unũ hoc uolũtatis. Ita ille tãtus Orator, cum Philosophiã prædicaret, recolẽs ea quæ à Philosophis accepe rat, & præclare ac suauiter explicãs, in hac tantũ uita, quã uidemus erumnis & erroribꝰ plenã, omnes quatuor necessarias dixit esse uirtutes: nullã uero earũ, cũ ex hac uita emigrauerimus, si liceat ibi uiuere ubi uiuit̃ beate: sed bonos animos sola beatos esse cognitione & sciẽtia, hoc est cõtẽplatione naturæ, qua nihil est melius & amabili⁹: ea est natura, quę creauit omnes cæteras, instituitq; naturas. Cui regẽti esse subditũ, si iustitiæ est, immortalis est omnino iustitia: nec in illa esse beatitudine desinet, sed talis ac tãta erit, ut ꝓfectior & maior esse nõ possit. Fortasis & aliæ tres uirtutes, prudẽtia sine ullo iã periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorũ malorũ, tẽperantia sine repugnatione libidinũ, erũt in illa felicitate: ut prudẽtiæ sit nullũ bonũ deo præponere uel æquare, fortitudinis ei firmissime cohærere, temperantiæ nullo defectu noxio delectari. Nunc autẽ quod agit iustitia in subueniẽdo miseris, q̃d̃ prudentia in præcauẽdis insidijs, quod fortitudo in perferẽdis molestijs, quod tẽperãtia in coercẽdis delectationib. prauis, nõ ibi erit, ubi nihil omnino mali erit: ac per hoc ista uirtutũ opera, quæ huic mortali uitę sunt necessaria, sicut fides ad quã referẽda sunt, in præteritis habebunt̃: & aliã nũc faciunt trinitatẽ, cum ea præsentia tenemus, aspicimus, amamus: aliã tũc factura sunt, cũ ea nõ esse, sed fuisse per quædã eorũ uestigia, quę præteriẽdo in memoria derelinquẽt, reperiemus: quia & tũc trinitas erit, cũ illud qualecũq; uestigiũ & memoriter

An & cæteræ uirtutes desituræ sint in futura uita. Ca. IX

1 sent. dist. 33 cap. 1

1 sent. dist. 33 cap. post prædicta.

moriter retinebitur, & agnoscet̃ ueraciter, & hoc utrũq; tertia uolũtate iũgetur. In omniũ istarũ, A quas cõmemorauimus, temporaliũ rerũ scientia, quædam cognoscibilia cognitionẽ interpositone tẽporis antecedũt: sicut sunt ea sensibilia, quæ iam erãt in rebus, antequã cognoscerẽtur: uel ea omnia, quæ per historiã cognoscũtur. Quædã uero simul esse incipiũt, uelut si aliquid uisibile, qd̃ omnino non erat, ante nostros oculos oriatur, cognitionẽ nostrã utiq; nõ præcedit: aut si aliquid sonet, ubi adest auditor, simul ꝓfecto incipiũt esse, simulq; desinũt, & sonus & eius auditus, Verũtamen siue tẽpore præcedentia, siue simul esse incipiẽtia cognoscibilia cognitionẽ gignũt, nõ cognitione gignũtur. Cognitione uero facta, cũ ea quę cognouimus, posita in memoria recordatiõe reuisuntur, quis nõ uideat priorẽ esse tẽpore in me- B moria retẽtionem, q̃ in recordatione uisionẽ, & huius utriusq; tertia uoluntate iunctionẽ? Porrò autẽ in mente non sic est, neq; enim aduẽtitia sibi ipsa est, quasi ad seipsam quæ iã erat, uenerit aliũ de eadẽ ipsa quæ nõ erat: aut non aliũde uenerit, sed in seipsa quæ iam erat, nata sit ea ipsa quæ nõ erat: sicut in ipso homine quæ non erãt oriuntur, aut alijs docẽtibus, aut cogitationib. propriis: sicut fides, sicut uirtutes, sicut in mẽte, quæ iã erat, oritur fides quæ nõ erat. Aut post cognitionẽ sui recordãdo seipsam uelut in memoria sua cõstitutam uidet, quasi nõ ibi fuerit antequã seipsam cognosceret: cum profecto ex quo esse cœpit nunq; sui meminisse, nũquã se intelligere, nunq; se amare desiterit, sicut iã ostendimus: ac per hoc quan C do ad seipsam cognitione cõuertitur, fit trinitas, in qua iam & uerbũ possit intelligi. Formaẽ quippe ex ipsa cognitio, uolũtate utrũq; iungẽte. Ibi ergo magis agnoscẽda est imago quam querimus.

Sed dicet aliquis: Non est ista memoria, qua mens sui meminisse perhibeẽ, quę sibi semper est præsens. Memoria enim præteritorũ est, nõ præsentiũ: nam quidã cum de uirtutibus agerent, in quibus est etiã Tullius, in tria ista prudentiã diuiserunt, memoriã, intelligentiã, prouidentiã: Memoriã scilicet præteritis, intelligentiã præsentib. prouidentiã rebus tribuentes futuris, quã nõ habent certã, nisi præsciį futurorũ, quæ non est munus hominũ, nisi detur desuper, ut Prophetis. Vn Sap. 9. de scriptura sapiẽtiæ de hominib. aiens: Cogitationes, inquit, mortaliũ timidæ, & incertæ prouidentię nostræ. Memoria uero de præteritis, & intelligentia de præsentibus certa est, sed præsentibus utiq; incorporalibus rebus: nam corporales corporaliũ præsentes sunt aspectib. oculorũ, Sed qui dicit memoriam non esse præsentiũ, attendat quẽadmodũ dictum sit in ipsis secularibus literis, ubi maioris fuit curæ uerborũ integritas q̃ ueritas rerũ: Nec talia passus Vlysses oblitus ue sui est Ithacus, discrimine tãto. Virgilius enim cum sui non oblitũ diceret Vlyssem, quid aliud intelligi uoluit, nisi q̃ meminerit sui? Cũ ergo sibi præsens esset, nullo modo sui meminisset nisi ad res præsentes memoria pertineret. Quapropter sicut in rebus præteritis ea memoria dicitur, qua fit ut ualeãt recoli & recordari: sic in re præsenti quod sibi est mẽs, memoria sine absurditate dicẽda est, qua sibi præsto est ut sua cogitatiõe possit intelligi, et utrũq; sui amore cõiungi. Hæc igitur trini A deo fœlix cognitio. XII tas mẽtis nõ propterea dei est imago, quia sui meminit mens & intelligit ac diligit se, sed quia potest etiã meminisse & intelligere & amare à quo facta est. Quod cũ facit, sapiẽs ipsa fit. Si autẽ non facit, etiã cum sui meminit, seseq; intelligit ac diligit stulta est. Meminerit itaq; dei sui ad cuius imaginẽ facta est, eumq; intelligat atq; diligat. Quod ut breuius dicã, colat deũ nõ factũ, cuius ab eo capax est facta, & cuius particeps esse potest ꝓpter quod scriptũ est: Ecce dei cultus est sapiẽtia: & nõ Iob 24 sua luce sed summæ illius lucis participatione sapiẽs erit, atq; ubi æterna ibi beata regnabit. Sic enim dicitur ista hominis sapiẽtia, ut etiam dei sit. Tũc enim uera est, nã si humana est, uana est. Verum nõ ita dei, qua sapiẽs est deus. Neq; enim participatione sui sapiẽs est, sicut mẽs participatione dei. Sed quẽadmodũ dicitur iustitia dei, non solũ qua ipse iustus est, sed quã dat homini cum iustificat impiũ, quã cõmẽdãs Apostolus ait de quibusdã: Ignorãtes ẽm dei iustitiã, et suã iustitiã uolẽtes Rom. 10 cõstituere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti: sic etiã dici potest de q̃busdã: Ignorãtes dei sapiẽtiã, et suã uolentes cõstituere, sapiẽtię dei nõ sunt subiecti. Est igitur natura nõ facta, quæ fecit omnes cæteras magnas paruasq; naturas eis quas fecit sine dubitatione præstãtior: ac per hoc etiã de qua loquimur rationali & intellectuali, quę hominis mẽs est ad Act. 17 eius qui eã fecit imaginẽ facta. Illa aũt cæteris natura præstãtior deus est. Et quidẽ nõ lõge positus ab unoquoq; nostrũ, sicut Apostolus dicit adiungens: In illo ẽm uiuimus & mouemur & sumus. Quod si secundũ corpus diceret, etiã de isto corporeo mũdo posset intelligi. Nã & in illo secũdũ corpus uiuimus, mouemur et sumus. Vnde secũdum mentẽ quæ facta est ad eius imaginẽ, debet hoc accipi excellẽtiore quodã, eodemq; nõ uisibili, sed intelligibili modo. Nã quid nõ est in ipso de quo diuine scriptũ est: Quoniã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia? Proinde si in ipso sunt Rom. 11 omnia, in quo tandẽ possunt uiuere quę uiuunt, & moueri quæ mouent, nisi in quo sunt? Nõ tamen D omnes cũ illo sunt eo modo quo ei dictum est: Ego Psal. 72 semp tecũ. Nec ipse cũ omnib. eo modo quo dicimus: Dñs uobiscũ. Magna itaq; hominis miseria est cũ illo nõ esse, sine quo non potest esse. In quo enim est, pculdubio sine illo nõ est: & tamẽ si eius nõ meminit, eumq; nõ intelligit, nec diligit, cũ illo nõ est. Quod aũt quisq; penitus obliuiscit, nec cõmoneri eius utiq; potest. De uisibilib. rebus Quomodo dei reminiscimur. C. XIII ad hanc rẽ sumamus exemplũ. Dicit tibi quispiã quẽ non recognoscis: Nosti me, & ut cõmoneat, dicit ubi, quãdo, quo tibi innotuerit: omnibusq; adhibitis signis quib. in memoriã reuocẽris, si nõ recognoscis, ita iã oblitus es, ut omnis illa notitia penitus deleta sit animo: nihilq; aliud restat nisi ut credas ei qui tibi hoc dicit, ꝓ aliquãdo eũ noue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ras:aut ne hoc quidẽ,si fidedignus tibi esse qui loquitur nõ uidetur. Si autẽ reminiscẽris, profecto redis in memoriã tuã,& in ea inuenis quod non fuerat penitus obliuione deletũ. Redeamus ad illud propter quod adhibuimus humanæ cõuersationis exemplũ. Inter cætera Psalmus IX. Cõuertantur, inquit, peccatores in infernũ, omnes gentes quæ obliuiscũtur deũ. Porrò autẽ XXI: Commemorabũtur, inquit, & cõuertẽtur ad dominũ uniuersi fines terræ. Nõ igitur sic erãt oblitæ istæ gentes deũ, ut eius nec cõmemoratæ recordaren tur. Obliuiscẽdo aũt deum tanq̃ obliuiscẽdo uitam suã, cõuersæ fuerãt in mortẽ: hoc est, in infernum. Cõmemoratæ uero cõuertunt̃ ad dominũ tanq̃ reminiscẽtes reminiscẽdo uitã suã cuius eas habebat obliuio, id est, cuius oblitæ fuerãt. Itẽ legitur in XCIII: Intelligite nũc qui insipiẽtes estis in populo,& stulti aliquãdo sapite: Qui plantauit aurẽ nõ audiet? & cætera. Eis enim dictũ est, qui deũ nõ intelligẽdo, de illo uana dixerũt. De dilectione autẽ dei plura reperiũtur in diuinis eloquijs testimonia. Ibi enim & illa duo cõsequẽter intelliguñ, quia nemo diligit cuius nõ meminit, & quod penitus nescit. Vnde illud est notissimũ præcipuumq̃ præceptũ: Diliges dominũ deũ tuũ. Sic itaq̃ cõdita est mens humana, ut nunquã sui nõ meminerit, nunquã se nõ intelligat, nunq̃ se non diligat. Sed quoniã qui odit aliquẽ, nocere illi studet, nõ immerito & mens hominis, quãdo sibi nocet, odisse se dicitur. Nesciẽs enim sibi uult male, dum non putat sibi obesse quod uult: sed tamen male sibi uult, quãdo id uult quod obsit sibi. Vnde illud scriptũ est: Qui diligit iniquitatẽ, odit animã suã. Qui ergo se diligere nouit, deũ diligit: qui uero nõ dilígit deũ, etiamsi se diligit, quod ei naturaliter inditũ est, tamẽ nõ incõueniẽter odisse se dicitur, cũ id agit quod sibi aduersatur, & seipsum tanq̃ suus inimicus insequitur. Qui profecto est error horrẽdus, ut cũ sibi omnes prodesse uelint, multi nõ faciãt, nisi quod eis pernicioſissimũ est. Similem morbũ mutorũ animaliũ cũ Poeta describeret: Diŕ, inquit, meliora piis, erroremq̃ hostib. illum: Discissos nudis laniabãt dentib. artus. Cũ morbus ille corporis fuerit, cur dixit errorẽ, nisi quia omne animal cum sibi natura cõciliatũ sit, ut se custodiat quãtũ potest, talis ille erat morbus, ut ea quorũ salutem appetebãt, sua mẽbra laniarent? Cum aũt deũ diligit mens, & sicut dictum est, cõsequẽter eius meminit, eumq̃ intelligit, recte illi de proximo suo præcipitur, ut eum sicut se diligat. Iã enim se non diligit peruerse, sed recte, cum deũ diligit, cuius participatione imago illa non solũ est, uerumetiã ex uetustate renouatur, ex deformitate reformatur, ex infelicitate beatificatur. Quãuis enim se ita diligat, ut si alterutrum proponatur, malit omnia quæ infra se diligit perdere, q̃ perire: tamen superiorẽ deserẽdo, ad quem solũ posit custodire fortitudinẽ suam, eoq̃ fruí lumine suo, cui canitur in Psalmo: Fortitudinẽ meã ad te custodiã, & in alio: Accedite ad eũ, & illuminamini: sic infirma et tenebrosa facta est, ut à se quoq̃ ipsa, in ea quæ nõ sunt quod ipsa, & quibus superior est ipsa, infelicius laberet̃ per amores, quos nõ ualet uincere, & errores à quibus nõ uidet quà redire. Vnde iã deo miserãte pœnitẽs clamat in Psalmis: Deseruit me fortitudo mea & lumen oculorũ meorũ non est mecũ. Nõ sane in his tãtis infirmitatis & erroris malis amittere potuit naturalem memoriã, intellectum et amorẽ sui, propter quod merito dici potuit quod supra cõmemorauí. Quanquã in imagine dei ambulat homo, tamẽ uane cõturbatur: Thesaurizat, & nescit cui cõgregabit ea. Cur enim thesaurizat, nisi quia fortitudo eius deseruit eũ, per quã deum habẽs, rei nullius indigeret: Et cur nescit cui cõgregabit ea, nisi quia lumẽ oculorũ eius nõ est cũ eo? Et ideo nõ uidet quod ueritas ait: Stulte hac nocte animã tuam repetũt abs te, hæc quæ præparasti cuius erũt? Veruntamẽ quia etiã talis in imagine ambulat homo, & habet memoriã & intellectum & amorẽ sui, hominis mẽs: si ei manifestare tur q̃ utrũq̃ habere nõ posset, et unũ è duob. permitteretur eligere, alterũ perditurus, aut thesauros quos cõgregauit, aut mentem: quis usq̃adeo non habet mentẽ, ut thesauros malłet habere q̃ mentẽ? Thesauri enim mentem possunt plerunq̃ subuertere: at mẽs quæ nõ thesauris subuertitur, sine ullis thesauris facilius et expeditius potest ui uere. Quis uero ullos thesauros, nisi p mentẽ poterit possidere? Si enim puer infans, q̃uis ditissimus natus, cũ sit dominus omniũ quæ iure sunt eius, nihil possidet mente sopita, quo nã tandem modo quisquã quicquã mẽte possidebit amissa? Sed de thesauris quid loquor, q̃ eis q̃libet hominũ, si talis optio proponat̃, mauult carere q̃ mente: cum eos nemo præponat, nemo cõparet lumínibus corporis, quib. nõ ut aurũ rarus quisq̃ homo, sed omnis homo possidet cœlũ: per lumina enim corporis quisq̃ possidet quicquid libẽter uidet. Quis ergo si tenere utrũq̃ nõ possit, & alterutrũ cogatur amittere, nõ thesauros q̃ oculos malit, et tamẽ si ab eo similí cõditione queratur, utrũ oculos malit amittere, an mentẽ, quis mẽte nõ uideat eũ oculos malle q̃ mentẽ? Mẽs quippe sine oculis carnis humana est, oculi aũt carnis sine mẽte beluini sunt. Quis porrò non hominẽ se malit esse etiã carne cæcũ q̃ beluã uidentẽ? Hæc dixi, ut etiã tardiores, q̃uis breuiter cõmonerentur à me, in quorũ oculos uel aures hę literę uenerint, quantũ mẽs diligat seipsam, etiã infirma & errãs, male diligẽdo atq̃ sectãdo quæ sunt infra ipsam. Diligere porrò seipsam nõ posset, si se omino nesciret, id est, si sui nõ meminísset, nec se intelligeret, q̃ in se imagine dei tã potẽs est, ut ei cuí imago est ualeat hęrere. Sic eñ ordinata est naturarũ ordine, nõ locorũ, ut supra illã nõ sit nisi ille. Denicq̃ cũ illi penitus adhęserit, unus erit spiritꝰ. Cui rei attestat̃ Apostolus dicẽs: Qui aũt adhæret domino, unus spiritus est: accedẽte quidẽ ista ad participationẽ naturę ueritatis & beatitudinis illius, nõ tamẽ crescẽte illo in natura, ueritate et beatitudine sua. In illa itaq̃ natura cum feliciter adhæserit

Quomõ beatæ animæ norunt seipsas. Cap. XIIII

Deuter. 6

Psal. 10

Psal. 58

Psal. 33

Psal. 37

Psal. 38

Luc. 12

1. Cor. 6

rit, immutabiliter uiuet & immutabile uidebit omne quod uiderit. Tunc sicut ei diuina scriptura promittit, satiabit̃ in bonis desideriũ eius, bonis immutabilibus, ipsa trinitate deo suo cuius imago est: & ne uspiã deinceps uioleť, erit in abscondito uultus eiꝰ, tãta ubertate eius impleta, ut eã nunq̃ peccare delectet. Seipsam uero nũc quãdo uidet, nõ aliquid immutabile uidet. Quod ideo certe nõ dubitat, quoniã misera est, & beata esse desiderat. Nec ob aliud fieri sperat hoc posse, nisi qa est mutabilis. Nã si mutabilis nõ esset, sicut ex beata uita misera, sic ex misera beata esse non posset. Et quid eã feciſſet miserã sub omnipotente & bono domino, nisi peccatũ suũ, & iustitia dñi sui? Et qd eã faciet beatã, nisi meritũ suũ & præmiũ domini sui? Sed & meritũ eius gratia est illius, cuius præmiũ erit beatitudo eius. Iustitiã quippe dare sibi nõ potest, quã perditã nõ habet. Hãc enim cũ homo condereť accepit: & peccãdo utiq̃ perdidit. Accepit ergo iustitiã, propter quã beatitudinẽ accipere mereret̃. Vnde ueraciter ei dicit̃ ab Apostolo, quasi de suo bono superbire incipiẽti, Quid enim habes quod non accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Quãdo aũt bene recordať domini sui, spiritu eius accepto, sentit omnino, quia hoc discit intimo magisterio, nõ nisi eius gratuito affectu posse se surgere, non nisi suo uolũtario defectu cadere potuisse. Nõ sane reminiscit̃ beatitudinis suæ, fuit quippe illa & non est, eiusq̃ ista penitus oblita est, ideoq̃ nec cõmorari potest. Credit aũt de illa fidedignis literis dei sui p eius Prophetã cõscriptis narrãtib. de fœlicitate paradisi, & illud primũ & bonũ hominis & malũ historica traditione indicãtibus: domini aũt dei sui reminiscitur. Ille quippe semp est, nec fuit & nõ est, nec est & nõ fuit, sed sicut nunq̃ nõ erit, ita nunq̃ nõ erat, & ubiq̃ totus est. Propter quod ista in illo & uiuit & mouet̃ & est, et ideo reminisci eius potest. Nõ quia hoc recordať quod eũ nouerat in Adã, aut alibi alicubi ante huiꝰ corporis uitã, aut cũ primũ facta est ut insereret̃ huic corpori, Nihil enim horũ omnino reminiscitur, quicquid horũ est, obliuione deletũ est. Sed cõmorať ut cõuertatur ad dominũ tanq̃ ad eam lucẽ qua iam cũ ab illo auertereť, quodãmodo tãgebatur, Nã hinc est q̃ etiã impíj cogitãt ęternitatẽ, & multa recte reprehendũt, rectęq̃ laudãt in hominũ moribus. Quibus ea tandẽ regulis iudicãt, nisi in quib. uidẽt, quẽadmodũ quisq̃ uiuere debeat, etiã si nec ipsi eodẽ modo uiuãt. Vbi eas uidẽt? Neq̃ eñ in sua natura, cũ proculdubio mẽte ista uideanť, eorũq̃ mẽtes consteť esse mutabiles, has uero regulas immutabiles uideat, quisquis in eis & hoc uidere potuerit: nec in habitu suæ mentis, cũ illæ regulæ sint iustitiæ, mẽtes uero eorũ cõstet esse iniustas. Vbi nã sunt istæ regulæ scriptæ, ubi quid sit iustũ, & iniustus agnoscit, ubi cernit habendũ esse quod ipse nõ habet? Vbi ergo scriptę sunt, nisi in libro lucis illius quæ ueritas dicit̃, unde omnis lex iusta describit̃, & in cor hominis qui operať iustitiã, non migrãdo sed tanq̃ impri-

mendo trãsfertur, sicut imago ex annulo & in ceram trãsit, & annulũ nõ relinquit. Qui uero non operatur, et tamẽ uidet quid operandũ sit, ipse est qui ab illa luce auertitur, à qua tamẽ tãgitur. Qui aũt nec uidet quẽadmodũ sit uiuendũ, excusabilius quidẽ peccat, qa nõ est trãsgressor incognitæ legis. Sed etiã ipse splẽdore aliquoties ubiq̃ præsentis ueritatis attingit̃, quãdo admonitus cõfitetur. Qui uero cõmemorati cõuertuntur ad dominũ ab ea deformitate, qua per cupiditates seculares cõformabãtur huic seculo, reformãtur ex illo, audiẽtes Apostolũ dicentẽ: Nolite cõformari huic seculo, sed reformamini in nouitate mentis uestræ, ut incipiat illa imago ab illo reformari, à quo formata est. Nõ enim reformare seipsam potest, sicut potuit deformare. Dicit etiã alibi: Renouamini spiritu mẽtis uestræ, & induite nouũ hominẽ, eũ qui secundũ deũ creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Quod ait: Secundũ deũ creatũ: hoc alio loco dicit̃, ad imaginẽ dei. Sed peccãdo iustitiã & sanctitatem ueritatis amisit, propter quod hæc imago deformis & decolor facta est, hãc recipit cũ reformatur & renouat̃. Quod aũt ait, Spiritu mẽtis uestræ: nõ ibi duas res intelligi uoluit, quasi aliud sit mẽs, aliud spiritus mẽtis: sed quia omnis mẽs spiritus est, non aũt omnis spiritus mens est. Est enim spiritus & deus, qui renouari nõ potest, quia nec ueterascere potest. Dicit̃ etiã spiritus in homine, qui mens nõ sit, ad quem pertinẽt imaginationes similes corporũ. De quo dicit ad Corinthios, ubi dicit: Si aũt orauero lingua, spiritus meus orat, mens autẽ mea infructuosa est. Hoc enim ait, quãdo id quod dicitur, nõ intelligitur: quia nec dici potest, nisi corporaliũ uocum imagines sonũ oris spiritus cogitatione præueniant. Dicitur & hominis anima spiritus. Vnde est in Euãgelio: Et inclinato capite tradidit spiritũ: quo significata est mors corporis, anima exeunte de corpore. Dicit̃ spiritus etiã pecoris, q̃ in Ecclesiaste libro Salomonis apertissime scriptũ est, ubi ait: Quis scit spiritꝰ filiorũ hominũ si ascẽdet ipse sursum, & spiritus pecoris si descẽdet ipse deorsum in terrã? Scriptũ est etiã in Genesi, ubi dicit diluuio mortuã uniuersam carnẽ, quæ habet in se spiritũ uitæ. Dicitur spiritus etiã uentus, res apertissime corporalis. Vnde illud in Psalmis: Ignis, grãdo, nix, glacies, spiritus tẽpestatis. Quia ergo tot modis dicitur spiritus, spiritũ mentis dicere uoluit eum spiritũ, quæ mens uocatur. Sicut ait etiã idem Apostolus: In expoliatiõe corporis carnis, Non duas utiq̃ res intelligi uoluit, quasi aliud sit caro, aliud corpus carnis: sed quia corpus multarũ rerũ nomen est, quarũ nulla caro est: nam multa sunt excepta carne corpora cœlestia, & corpora terrestria: corpus carnis dixit, corpus quod caro est. Sic itaq̃ spiritũ mentis eũ spiritũ quæ mẽs est: alibi quoq̃ apertius etiã imaginẽ nominauit, scilicet alius uerbis idipsum præcipiens: Expoliãtes uos, inquit, ueterẽ hominẽ cũ actibus eius, induite nouũ hominẽ, qui renouat̃ in agnitione dei secundũ imaginẽ eius qui creauit

Imago dei quomodo reformatur in homine. XVI

Rom. 12

Eph. 4

Psal. 148

Coloſ. 3

Coloſ. 3

1. Cor. 14

1 sent. dist. 15 cap. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

eũ. Quod ergo ibi legitur: Induite nouũ hominẽ, qui ſecundũ deũ creatus eſt: hoc iſto loco, Induite A nouum hominẽ, qui renouatur ſecundũ imaginẽ eius qui creauit eũ. Ibi aũt ait, ſecundũ deũ: hic uero, ſecundũ imaginẽ eius qui creauit eum. Pro eo uero quod ibi poſuit, In iuſtitia & ſanctitate ueritatis: hoc poſuit hic, In agnitiõe dei. Fit ergo iſta renouatio reformatioq; mẽtis ſecundũ deum, uel ſecundũ imaginẽ dei. Sed ideo dicitur, ſecundum deũ: ne ſecundũ aliã creaturã fieri putetur. Ideo aũt ſecundũ imaginẽ dei: ut in ea re intelligatur fieri hęc renouatio, ubi eſt imago dei, id eſt in mẽte. Quemadmodũ dicimus, ſecundũ corpus mortuum, nõ ſecundũ ſpiritũ, eum qui de corpore fidelis & iuſtus abſcedit. Quid enim dicimus ſecũdum corpus mortuũ: niſi corpore uel in corpore, nõ anima uel in anima mortuũ? Aut ſi dicamus, B ſecundũ corpus eſt pulcher, aut ſecundũ corpus fortis, nõ ſecundũ animã: quid eſt aliud q̃ corpore, nõ animo pulcher aut fortis eſt? Et innumerabiliter ita loquimur. Nõ itaq; ſic intelligamus, ſecundũ imaginẽ eius qui creauit eũ, quaſi alia ſit imago, ſecundũ quã renouatur, nõ ipſa quæ renouatur. Sane iſta renouatio nõ momento uno fit ipſius cõuerſionis, ſicut momẽto uno fit illa in baptiſmo renouatio remiſſione omniũ peccatorũ, neq; enim uel unũ quantulũcunq; remanet quod nõ remittatur: ſed quẽadmodũ aliud eſt carere febribus, aliud ab infirmitate, quæ febrib. facta eſt, reualeſcere: itemq; aliud eſt infixum telũ de corpore demere, aliud uulnus quod eo factũ eſt ſecũda curatione ſanare: ita prima curatio eſt cauſam C remouere lãguoris, quod p̃ omniũ fit indulgẽtiã peccatorũ, ſecũda ipſum ſanare languorẽ, quod fit paulatim proficiẽdo in renouatione huius imaginis: Quæ duo demonſtranſ̃ in Pſalmo, ubi legitur: Qui propitius fit omnib. iniquitatibus tuis: quod fit in baptiſmo. Deinde ſequitur: Qui ſanat omnes lãguores tuos: quod fit quotidianis acceſſibus, cũ hæc imago renouaſ̃. De qua re Apoſtolus apertiſſime locutus eſt, dicens: Et ſi exterior homo noſter corrũpitur, ſed interior renouaſ̃ de die in diẽ. Renouaſ̃ autẽ in agnitione dei, hoc eſt iuſtitia et ſanctitate ueritatis: ſicut ſeſe habẽt Apoſtolica teſtimonia quæ pauloante cõmemoraui. In agnitione igit̃ dei, iuſtitiaq; & ſanctitate ueritatis, qui de die in diẽ proficiẽdo renouaſ̃, transfert D amorẽ à temporalib. ad æterna, à uiſibilib. ad intelligibilia, à carnalibus ad ſpiritalia, atq; ab iſtis cupiditatẽ frenare atq; minuere, illiſq; ſe charitate alligare diligẽter inſiſtit. Tantũ aũt facit, quantum diuinitus adiuuatur. Dei quippe ſentẽtia eſt: Sine me nihil poteſtis facere. In quo profectu & acceſſu tenentẽ mediatoris fidẽ, cum dies uitę huius ultimus quẽq; cõpererit, perducẽdus ad deũ quẽ coluit, & ab eo perficiẽdus excipietur ab angelis ſanctis, incorruptibile corpus in fine ſeculi, nõ ad pœnã ſed ad gloriã recepturus. In hac quippe imagine tũc perfecta erit dei ſimilitudo, quando dei perfecta erit uiſio. De qua dicit apoſtolus Paulus: Videmus nũc per ſpeculũ in ænigmate,

Reformatiõis gradus & cõſummatio.

Cap. XVII

Pſal. 102

2. Cor. 4

1. Cor. 13

tunc autẽ facie ad faciẽ. Item dicit: Nos autẽ reuelata facie gloriã domini ſpeculantes, in eandem imaginẽ trãsformamur de gloria in gloriã, tanq̃ à domini ſpiritu: hoc eſt quod fit de die in diẽ bene proficientibus. Apoſtolus autẽ Ioannes: Dilectiſſimi, inquit, nũc filij dei ſumus, et nondũ apparuit quid erimus: Scimus aũt quia cũ apparuerit ſimiles ei erimus, quoniã uidebimus eũ ſicuti eſt. Hinc apparet tũc in iſta imagine dei fieri eius plenã ſimilitudinẽ, quãdo eius plenam perceperit uiſionem. Quanq̃ poſſit hoc à Ioãne Apoſtolo etiã de immortalitate corporis dictum uideri: Et in hac quippe ſimiles erimus deo, ſed tantũmodo filio, quia ſolus in trinitate corpus accepit, in quo mortuus reſurrexit, atq; id ad ſuperna peruexit. Nã dicitur etiã iſta imago filij dei, in qua ſicut ille immortale corpus habebimus, cõformes factι in hac parte, non patris imaginis aut ſpirituſſanctι, ſed tantũmodo filij, quia de hoc ſolo legiſ̃, & fide ſanctiſſima accipitur: Verbũ caro factũ eſt. Propter quod Apoſtolus: Quos autẽ, inquit, præſciuit & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratrib. Primogenitus utiq; à mortuis ſecundũ eundẽ Apoſtolum, qua morte ſeminata eſt caro eius in cõtumelia, reſurrexit in gloria. Secundũ hãc imaginẽ filij, cui per immortalitatẽ cõformamur in corpore, etiã illud agimus quod dicit idẽ Apoſtolus: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginẽ eius qui de cœlo eſt, ut ſcilicet qui ſecundũ Adam mortales fuimus, ſecundũ Chriſtũ immortales nos futuros fide uera & ſpe certa, firmaq; teneamus. Sic enim nũc eandẽ imaginẽ portare poſſumus, nondũ in uiſione, ſed in fide, nondum in re, ſed in ſpe. De corporis quippe reſurrectione tũc loquebaſ̃ Apoſtolus, cũ hæc diceret.

Imago filij ſic eſt corporum immortalitas. Cap. XVIII

2. Cor. 5

1. Ioan. 3

1. Cor. 15

At uero illa imago, de qua dictũ eſt: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã: quia non dictum eſt, ad meã uel ad tuã, ad imaginẽ trinitatis factum hominẽ credimus, & quãta potuimus inueſtigatione cõprehẽdimus. Et ideo ſecũdum hãc potius & illud intelligendũ eſt, quod ait Apoſtolus Ioãnes: Similes ei erimus, quoniã uidebimus eũ ſicuti eſt: quia de illo dixit de quo dixerat: Filij dei ſumus. Et immortalitas carnis illo perficietur momẽto reſurrectiõis, de quo ait apoſtolus Paulus: In ictu oculi, in nouiſſima tuba, & mortui reſurgẽt incorrupti, & nos inutabimur. In ipſo nãq; ictu oculi ante iudiciũ reſurget in uirtute, in incorruptione, in gloria corpus ſpiritale, quod nũc ſeminaſ̃ in infirmitate, corruptiõe, contumelia corpus animale. Imago uero quę renouatur in ſpiritu mẽtis in agnitiõe dei, nõ exteri? ſed interius de die in diem ipſa perficieſ̃ uiſione, quæ tũc erit poſt iudiciũ, facie ad faciẽ, nunc aũt profi cit per ſpeculũ in ænigmate. Propter cuius perfectionẽ dictum intelligendũ eſt: Similes ei erimus, quoniã uidebimus eũ ſicuti eſt. Hoc enim donũ tũc nobis dabitur, cũ dictũ fuerit: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum. Tũc quippe tolleſ̃ impius ut non uideat claritatẽ domini

Quæ ſui parte homo ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei ſit factus, ad quã proficiẽdo renouatur. Cap. XIX

Matth. 25

domini, quãdo ibunt ſiniſtri in ſuppliciũ æternũ, Ioan. 17
euntibus dextris in uitã æternã. Hæc eſt aũt, ſicut A
ait ueritas, uita æterna, ut cognoſcant te, inquit, unũ uerũ deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Hanc cõtemplatiuã ſapientiã, quã proprie puto in literis ſanctis à ſciẽtia diſtinctã, ſapientiã nuncupari duntaxat hominis, quę quidẽ illi nõ eſt, niſi ab illo cuius participatione uere ſapiẽs fieri mẽs rationalis & intellectualis poteſt, Cicero cõmẽdãs in fine dialogi Hortẽſij: Quæ nobis, inquit, dies noctesq; cõſiderantib. acuẽtibusq; intelligẽtiã quæ eſt mentis acies, cauẽtibusq; nequando illa hebeſcat, id eſt in Philoſophia uiuentibus magna ſpes eſt: aut ſi hoc quod ſentimus & ſapimus mortale & caducũ eſt, iucũdũ nobis perfunctis munerib. humanis occaſum, neq; moleſtam extinctionẽ, et quaſi quietẽ uitæ fore: aut ſi ut antiquis Philoſo- B phis hisq; maximis lõgeq; clariſſimis placuit, æternos animos ac diuinos habemus, ſic exiſtimãdũ eſt, quo magis hi fuerint ſemp in ſuo curſu, id eſt in ratiõe & inueſtigãdi cupiditate, & quo minus ſe admiſcuerint atq; implicuerint hominum uitijs & erroribus, hoc his faciliorẽ aſcẽſum & reditũ in cœlũ fore. Deinde addẽs hãc ipſam clauſulã repetẽdoq; ſermonẽ finiẽs: Quapropter, inqt, ut aliquãdo terminẽt oratio, ſi aut extingui tranquille uolumus cũ his artib. uiſerimus, aut ſi ex hac in aliã haud paulo meliorẽ domũ ſine mora demigrare, in his ſtudijs nobis omis opera & cura ponẽda eſt. Hic miror hominẽ tãti ingenij, perfunctis munerib. humanis, hominibus in philoſophia uiuẽtibus, quę cõtẽplatione ueritatis beatos C facit, iucundũ, pmittere occaſum, ſi hoc quod ſentimus & ſapimus mortale et caducũ eſt: quaſi hoc moriaſ̃ & intercidat qd̃ nõ diligebamus, uel potius qd̃ atrociter oderamus: ut iucũdus nobis ſit eiꝰ occaſus. Verũ hoc nõ didicerat à Philoſophis quos magnis laudib. prędicat, ſed ex illa noua Academia, ubi ei dubitare etiã de reb. manifeſtiſſimis placuit, iſta ſentẽtia redolebat. A philoſophis aũt ſicut ipſe cõfiteſ̃ maximis lõgeq; clariſſimis, æternos animos eſſe acceperat. Æterni q̃ppe animi nõ incõueniẽter hac exhortatiõe excitanſ̃, ut in ſuo curſu reperianſ̃, cũ uenerit uitę huius extremũ, id eſt in ratione & inueſtigãdi cupiditate, minusq; ſe admiſceãt atq; implicẽt hominũ uitijs & erroribus, ut eis facilior ſit regreſſus ad deũ. Sed D iſte curſus qui cõſtituiſ̃ in amore atq; inueſtigatione ueritatis, nõ ſuffecit miſeris, id eſt, hominibus cũ iſta ſola ratione mortalib. ſine fide mediatoris. Quod in libris ſuperiorib. huius operis, maxime in IIII & XIII, quantũ potui demõſtrare curaui.

anima rationali uel intellectuali dici poteſt, quod pertineat ad eã rem quę mens uocaſ̃ uel animus. Quo nomine nõnulli autores linguæ Latinæ, id quod excellit in homine, & non eſt in pecore, ab anima quę ineſt & pecori, ſuo quodã loquẽdi more diſtinguũt. Supra hãc ergo naturã ſi quęrimus aliquid & uerũ quærimus, deus eſt, natura ſcilicet nõ creata, ſed creatrix. Quæ utrũ ſit trinitas, nõ ſolũ credentib. diuinæ ſcripturę antoritati, uerumetiã intelligentib. aliqua ſi poſſumus ratione iã demõſtrare debemus. Cur aũt ſi poſſumus dixerim, res ipſa cũ quæri diſputando cœperit, melius indicabit. Deus quippe ipſe quẽ quęrimus adiuuabit, ut ſpero, ne ſit infructuoſus labor nõſter, & intelligamus quẽadmodũ dictũ ſit in Pſalmo ſacro: Lætẽ cor quærentiũ dominũ, quærite dñm & cõfirmamini, quærite faciẽ eius ſemper. Videtur eñ quod ſemper quæriſ̃, nunq; inueniri: & quomõ iam lætabiſ̃, & nõ potius cõtriſtabitur cor quærentiũ, ſi nõ potuerint inuenire quod quæritur? Nõ enim ait: Lætetur cor inuenientiũ, ſed quærentiũ dominũ, & tamẽ dominũ deũ inueniri poſſe dũ quæritur, teſtatur Eſaias Propheta, Eſa. 55
dũ dicit: Quærite dominũ, & mox ut inueneritis inuocate eũ: Et cũ appropinquauerit uobis, derelinquat impius uias ſuas, & uir iniquus cogitationes ſuas. Si ergo quæſitus inueniri poteſt, cur dictum eſt: Quærite faciẽ eius ſemper. An & inuentus forte quęrẽdus eſt? Sic enim ſunt incõprehenſibilia requirenda, ne ſe exiſtimet nihil inueniſſe, qui cũ ſit incõprehenſibile quod quærebat, potuerit inuenire. Cur ergo ſic quęrit ſi incõprehenſibile cõprehendit eſſe quod quærit, niſi quia ceſſandũ nõ eſt quãdiu in ipſa cõprehenſibiliũ rerũ inquiſitione, pficitur, & melior meliorq; fit quærẽs tam magnũ bonũ, quod & inueniendũ quæriſ̃, & quę rendũ inuenitur? Nã & quæritur ut inueniaſ̃ dulcius, & inuenitur ut quæratur auidius. Secundũ hoc accipi poteſt, quod dictũ eſt in libro Eccleſiaſtico dicere ſapientiã: Qui me mãducãt adhuc eſu- Eccli. 24
rient, & qui bibũt me adhuc ſitient. Manducant enim & bibũt quia inueniũt, & quia eſuriũt ac ſitiunt adhuc quærũt. Fides quærit, intellectus inuenit, propter quod ait Propheta: Niſi crediderí Eſa. 7
tis, non intelligetis. Et rurſus intellectus eum quẽ inuenit adhuc quærit. Deus enim reſpexit ſuper Pſal. 13
filios hominũ, ſicut in Pſalmo ſacro caniſ̃, ut uideat ſi eſt intelligẽs aut requirẽs deũ. Ad hoc ergo debet homo eſſe intelligẽs ut requirat deũ. Satis itaq; rememorati ſumus in ijs quæ deus fecit: ut per ea cognoſceret ipſe qui fecit: Inuiſibilia e- Sap. 13
nim eius per ea quę facta ſunt intellecta cõſpiciũtur. Vnde arguũtur in libro Sapientiæ, qui de ijs quæ uidẽtur bona nõ potuerũt ſcire eum qui eſt, neq; operibus attẽdentes agnouerũt artificẽ, ſed aut ignẽ, aut ſpiritũ, aut citatũ aerem, aut gyrum ſtellarũ, aut uiolentiã aquarũ, aut luminaria cœli, rectores orbis terrarũ deos putauerunt, quorum quidẽ ſi ſpecie delectati hęc deos putauerũt, ſciãt quanto dominator eorũ melior eſt. Speciei enim generator ea creauit. Aut ſi uirtutem & operatio

D. AVRELII AVGVSTINI
DE TRINITATE LIBER XV

OLENTES in rebus quæ factę ſunt ad cognoſcendũ eũ à quo factæ ſunt, exercere lectorẽ, iam peruenimus ad eius imaginem quod eſt homo, in eo quo cæteris animalibus antecellit, id eſt ratione uel intelligentia, & quicquid aliud de

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem eorũ mirati sunt, intelligãt ab his quãto qui hęc cõstituit fortior est. A magnitudine enim spe A
cieí & creaturæ cognoscibiliter poterat creator
uideri. Hæc de libro Sapiẽtię propterea posui, ne
me fideliũ quispiã frustra & inaniter existimet in
creatura prius per quasdam sui generis trinitates
quodãmodo gradatim, donec ad mentẽ hominis
peruenirẽ, quæsisse indicia summæ illius trinita-
tis, quã quærimus cũ deũ quærimus. Sed quo- *Omnium superiorum librorum epilogus. Cap. III*
niã disserendi & ratiocinãdi necessitas per qua-
tuordecim libros multa nos dicere cõpulit, quæ
cũcta simul aspicere nõ ualemus, ut ad id quod ap
prehẽdere uolumus, ea celeri cogitatione refera-
mus: faciã quantũ domino adiuuãte potuero, ut
quicquid in singulis uoluminibus ad cognitionẽ
disputatione perduxi, remota disputatione breui
ter congerã, & tanc̃ sub uno mentis aspectu, nõ B
quẽadmodũ res quæc̃ persuasit, sed ipsa quę per-
suasa sunt ponã: ne tam lõge sint à præcedẽtibus
consequẽtia, ut obliuionẽ præcedentiũ faciat in-
spectio consequentiũ, aut certe si fecerit, cito pos-
sit quod exciderit relegẽdo recolligi. In primo li-
2 3 4 bro secundũ scripturas sacras unitas & equalitas
summæ illius trinitatis ostẽdit. In secũdo & tertio
& quarto eadẽ: sed de filij missione & spiritussan
cti diligẽter quæstio pertractata, tres libros fecit.
Demõstratumc̃ est nõ ideo minorẽ mittente qui
missus est, quia ille misit, hic missus est, cũ trinitas
quæ p omnia æqualis est, pariter quoc̃ in sua na-
tura immutabilis & inuisibilis, & ubic̃ præsens
5 inseparabiliter operet̃. In quinto, ꝓpter eos quib.
ideo uidetur nõ eandẽ patris & filij esse substan- C
tiã, quia omne quod de deo dicitur, secũdũ substã
tiam dici putãt, & ꝓpterea gignere & gigni, uel
genitũ esse & ingenitũ, quoniã diuersa sunt, con-
tendũt substãtias esse diuersas, demõstratur non
omne quod de deo dicitur secundũ substantiã di-
ci, sicut secundũ substantiã dicitur bonus & ma-
gnus, & si quid aliud ad se dicit̃: sed dici etiã rela-
tiue, id est non ad se sed ad aliquid quod ipse non
est: sicut pater ad filiũ dicit̃, uel dominus ad crea-
turã sibi seruientẽ: ubi si quid relatiue, id est ad ali
quid quod ipse nõ est, etiã ex tẽpore dicitur, sicu-
Psal. 89 ti est: Domine refugiũ factus es nobis, nihil ei ac-
cidere quo mutet̃, sed omĩno ipsum in natura uel
6 essentia sua immutabilẽ permanere. In sexto quo
modo dictus sit Christus ore Apostolico, dei uir- D
tus & dei sapiẽtia, sic disputatur, ut differatur ea-
dẽ quęstio diligẽtius retractanda: utrum à quo est
genitus Christus, nõ sit ipse sapiẽtia, sed tantũ sa-
piẽtiæ suæ pater, an sapientia sapientiã genuerit.
Sed quodlibet horũ esset, etiã in hoc libro appa-
ruit trinitatis æqualitas, & nõ deus triplex sed tri
nitas: nec quasi aliquid duplũ esse patrẽ & filium
ad simplũ spiritũsanctũ, ubi nec tria plus aliquid
1 sent. dist. 31 cap. non est. sunt c̃ unum horũ. Disputatũ est etiã quomõ pos
sit intelligi quod ait Hilarius episcopus: Aeterni
tas in patre, species in imagine, usus in munere.
7 In septimo quæstio quæ dilata fuerat explicatur,
ita ut deus qui genuit filiũ, nõ solũ sit pater uirtu
tis & sapiẽtiæ suæ, sed etiã ipse uirtus atc̃ sapien-

tia: Sic & spiritussanctus. Nec tamen simul tres
sunt uirtutes aut tres sapientiæ, sed una uirtus &
una sapiẽtia, sicut unus deus & una essentia. Dein
de quæsitũ est, quomõ dicantur una essentia, tres
personæ, uel à quibusdã Græcis una essentia, tres
substãtię, & inuentũ est elocutiõis necessitate di-
ci, ut aliquo uno nomine enũciarent̃, cũ quæriť,
quid tres sint, quos tres esse ueraciter cõfitemur,
patrẽ scilicet & filiũ & spiritũsanctũ. In octauo ra 8
tione etiã reddita intelligẽtib. clarũ est, in substan
tia ueritatis nõ solũ patrẽ filio nõ esse maiorẽ, sed
nec ambos simul aliquid maius esse c̃ solũ spiri-
tũsanctũ, aut quoslibet duos in eadẽ trinitate ma-
ius esse aliquid c̃ unũ, aut omnes simul tres maius
aliquid esse c̃ singulos. Deinde p ueritatẽ quę in-
tellecta cõspiciť, & per bonũ summũ à quo est om
ne bonũ, & p iustitiã propter quã diligiť animus 9
iustus, ab animo etiã nondũ iusto, ut natura nõ so
lũ incorporalis, uerũetiã incõmutabilis quod est
deus, quantũ fieri potest, intelligeret̃ admonuit: et
per charitatẽ quæ in scripturis sanctis deus dicta
est, per quã cœpit utc̃ etiã trinitas intelligẽtib.
apparere, sicut amans, & quod amat̃, & amor. In
nono ad imaginẽ dei, quod est homo secũdũ men
tem, peruenit disputatio: & in ea quædã trinitas
inuenit̃, id est mẽs & notitia qua se nouit, et amor
quo se notitiamc̃ suã diligit: & hæc tria æqualia 10
inter se, & unius ostẽduntur essentiæ. In decimo
hoc idẽ diligentius subtiliusc̃ tractatũ est, atc̃ ad
id perductũ, ut inueniret̃ in mẽte euidẽtior trini-
tas eius, in memoria scilicet & intelligẽtia & uo-
lũtate. Sed quoniã & hoc cõpertũ est, ꝙ nunq̃ es-
se ita potuerit, ut mẽs nõ sui memini̇sset, nõ se in-
telligeret & diligeret, q̃uis nõ semp se cogitaret,
cũ aũt se cogitaret, nõ se à corporalib. rebus eadẽ
cogitatiõe discerneret, dilata est de trinitate cui⁹
hęc imago est disputatio, ut in ipsis etiã corporali
bus uisis inueniret̃ trinitas, & distinctius in ea le- 11
ctoris exerceret̃ intẽtio. In XI ergo electus est sen
sus oculorũ, in quo id quod inuẽtũ est etiã in cęte
ris quatuor sensib. corporis & nõ dictũ posset a-
gnosci: atc̃ ita exterioris hominis trinitas, primo
in ijs quę cernunt̃ extrinsecus, ex corpore scilicet
quod uidet̃, & forma quæ inde in acie cernentis
imprimit̃, et utrũc̃ copulãtis intẽtione uolũtatis,
apparuit. Sed hæc tria nõ inter se æqualia, nec u-
nius esse substãtiæ claruerunt. Deinde in ipso ani
mo, ab ijs quæ extrinsecus sensa sunt uel ut intro-
ducta inuẽta est altera trinitas, ubi apparerẽt ea-
dẽ tria unius esse substãtiæ, imaginatio corporis
quæ in memoria est, & inde informatio cũ ad eã
cõuertit̃ acies cogitãtis, & utrũc̃ cõiungẽs intẽ-
tio uoluntatis. Sed ideo ista trinitas ad exteriorẽ
hominẽ reperta est ptinere, quia de corporib. illa 12
ta est quę sentiunt̃ extrinsecus. In XII discernẽda
uisa est scięntia à sapiẽtia, & in ea quę proprie scię-
tia nũcupat̃, quia inferior est, prius quædã sui ge-
neris trinitas inquirenda. Quæ licet ad interiorẽ
hominẽ iã pertineat, nondũ tamẽ imago dei uel 13
appellãda sit uel putãda. Et hoc agitur in XIII per 14
cõmendationẽ fidei Christianæ. In XIIII autẽ de

sapientia

sapiẽtia hominis uera, id est de munere eius in ip-
sius dei participatiõe donata, quę à scięntia distin- A
cta est, disputat̃: Et eò puenit disputatio, ut trini-
tas appareat in imagine dei, quod est homo secũ-
dum mentẽ, quę renouat̃ in agnitiõe dei, secũdũ
imaginẽ eius qui creauit hominẽ, ad imaginẽ suã,
& sic pcipit sapientiã ubi cõtemplatio est ęterno-
rũ. Iam ergo in ipsis reb. æternis incorporalib.
& incõmutabilibus, in quarũ pfecta contẽplatio
ne nobis beata, quæ nõ nisi æterna est, uita, pmit-
tit̃, trinitatẽ quę deus est inquiramus. Neq̃ enim
diuinorũ librorũ tantũmodo autoritas esse deum
predicat, sed omnis quę nos circũstat, ad quã nos
etiã pertinemus, uniuersa ipsa rerũ natura procla
mat, habere præstantissimũ conditorẽ, qui nobis
mentẽ rationẽq̃ naturalẽ dedit, qua uiuẽtia non
uiuẽtibus, sensu prædita nõ sentiẽtibus, intelligẽ- B
tia nõ intelligẽtibus, immortalia mortalibus, im-
potẽtibus potẽtia, iniustis iusta, speciosa deformi
bus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus,
immutabilia mutabilibus, inuisibilia uisibilibus,
incorporalia corporalibus, beata miseris preferẽ
da uideamus. Ac p hoc quoniã reb. creatis crea-
torẽ sine dubitatione pręponimus, oportet ut est
& summe uiuere & cũcta sentire atc̃ intelligere,
& mori, corrũpi, mutaric̃ non posse, nec corpus
esse, sed spiritũ omniũ potẽtissimũ, iustissimũ, spe
ciosissimũ, optimũ, beatissimũq̃ fateamur. Sed
hæc omnia, quę dixi, & quęcũq̃ alia simili more
locutiõis humanę digne de deo dici uidenť, & u-
niuersę trinitati quę est unus deus, & personis sin
gulis in eadẽ trinitate cõueniũt. Quis em̃ uel unũ C
deũ, quod est ipsa trinitas, uel patrẽ, uel filiũ, uel
spiritumsanctũ audeat dicere, aut nõ uiuentẽ, aut
nihil sentientẽ uel intelligentem, aut in ea natura
qua inter se prædicant̃ equales, quenc̃ esse eorũ
mortalẽ siue corruptibilẽ, siue mutabilẽ, siue cor-
poreũ: aut quic̃ ibi neget aliquẽ potẽtissimũ, iu-
stissimũ, speciosissimũ, optimũ, beatissimũ? Si er-
go hęc atc̃ huiusmodi omnia, & ipsa trinitas, &
in ea singuli dici possunt, ubi aut quomodo trini-
tas apparebit? Redigam⁹ itaq̃ prius hęc plurima
ad aliquã paucitatẽ, Quæ uita enim dicit̃ in deo,
ipsa est essentia eius atc̃ natura, Nõ itaq̃ deus ui
uit nisi uita, q̃d ipse sibi est. Hęc autẽ uita nõ talis
est qualis ineſt arbori, ubi nullus est intellect⁹, nul
lus est sensus: nec talis qualis ineſt pecori, habet D
em̃ uita pecoris sensum quinq̃pertitũ, sed intelle-
ctũ habet nullũ. At illa uita quę deus est sentit atc̃
intelligit omnia, & sentit mẽte nõ corpore, quia
spiritus est deus. Nõ aũt sicut animalia quę habẽt
corpora, p corpus sentit deus. Nõ em̃ ex anima
cõstat & corpore: Ac per hoc simplex illa natura
sicut intelligit sentit, sicut sentit intelligit: idemc̃
sensus qui intellectus est illi. Nec ita ut aliquãdo
esse desistat aut cœpit: Immortalis est em̃. Nec fru
stra de illo dictũ est, quod solus habeat immortali
tatẽ: Nam immortalitas eius uere immortalitas
est, in cuius natura nulla est cõmutatio. Ipsa est e-
tiã uera ęternitas qua est immutabilis de⁹, sine ini
tio, sine fine, cõsequẽter & incorruptibilis. Una
ergo eadẽc̃ res dicit̃, siue dicat̃ ęternus deus, siue

Quomodo ipsa simplicitate dei sit trinitas Cap. VI

immortalis, siue incorruptibilis, siue immutabi-
lis, Itẽq̃ cũ dicit̃, uiuẽs & intelligẽs quod est utiq̃
sapiẽs, hoc idẽ dicit̃: Nõ em̃ pcipit sapientiã qua
fit sapiẽs, sed ipse sapiẽtia est. Et hęc uita eademc̃
uirtus siue potẽtia eademc̃ species, qua potens,
atc̃ speciosus dicit̃. Quid em̃ potentius & specio
sius sapientia, quę attingit à fine usc̃ ad finẽ forti
ter, & disponit omnia suauiter? Bonitas etiã atq̃
iustitia, nũquid inter se in natura dei, sicut in eius
operibus distãt, tanc̃ duæ diuersę sint qualitates
dei, una bonitas, alia iustitia? Nõ utiq̃. Sed quę iu
stitia ipsa bonitas, & quę bonitas ipsa beatitudo.
Incorporalis aũt uel incorporeus ideo dicit̃ deus,
ut spiritus credat̃ uel intelligat̃ esse, non corpus.
Proinde si dicamus, æternus, immortalis, incor-
ruptibilis, immutabilis, uiuus, sapiẽs, potens, spe-
ciosus, iustus, bonus, beatus, spiritus, horum om
nium nouissimũ quod posui quasi tantũmodo ui
det̃ significare substantiã, cætera uero huius sub-
stantiæ qualitates: sed non ita est in illa ineffabili
simplicic̃ natura. Quicquid enim secundũ quali *1 sent. dist. 32*
tates illic dici uidet̃, secundũ substantiã uel essen- *cap. 1*
tiam est intelligendũ. Absit enim ut spiritus secũ
dum substantiã dicat̃ deus, & bonus secũdũ qua
litatẽ, sed utrũc̃ secundũ substantiã. Sic omnia cę
tera quę cõmemorauimus, unde in superioribus
libris multa iam diximus. De quatuor igitur pri-
mis quę modo à nobis enumerata atque digesta
sunt, id est æternus, immortalis, incorruptibilis,
immutabilis unũ aliquid eligamus, quia unũ qua
tuor ista significãt, sicut iam disserui, ne per multa
distendat̃ intentio, & illud potius quod positum
est prius, id est ęternus: hoc faciamus & de qua-
tuor secũdis, quę sunt uiuus, sapiens, potens, spe
ciosus. Et quoniã uita qualiscunc̃ ineſt & pecori
cui sapientia nõ ineſt, duo uero ista, sapientia scili
cet atc̃ potẽtia, ita sunt inter se in homine cõpara
ta, ut sancta scriptura diceret: Melior est sapiens *Sap. 6*
c̃ fortis: speciosa porrò etiã corpora dici solent:
unum ex his quatuor quod eligimus, sapiens eli-
gat̃, quãuis hæc quatuor in deo non inęqualia di
cẽda sint. Nomina enim quatuor, res aũtem una
est. De tertijs uero ultimis quatuor, quãuis in deo
idem sit iustũ esse quod bonũ, quod beatũ, idẽc̃
spiritũ esse, quod iustũ et bonũ et beatũ esse: tamẽ
quia in hominib. potest esse spirit⁹ nõ beatus, po
test et iustus et bonus, nõdũ beatus, qui uero bea
tus est, profecto & iustus & bonus & spiritus est,
hoc potius eligamus quod nec in hominibus esse
sine illis tribus potest, quod est beatus. Nunc
igitur cum dicimus, æternus, sapiens, beatus, hęc
tria sunt trinitas, quæ appellat̃ deus: redegimus
quidem illa duodecim in istam paucitatẽ trium,
sed eo modo forsitan possumus & hęc tria in unũ
aliquod horũ. Nam si una eademc̃ res in dei na
tura potest esse sapiẽtia & potentia, aut uita & sa
pientia, cur nõ una eadẽc̃ res esse possit in dei na
tura, æternitas & sapiẽtia, aut beatitudo et sapiẽ
tia? Ac per hoc sicut nihil intererat utrũ illa duo-
decim, an ista tria diceremus, quãdo illa multa in
istam redigimus paucitatẽ: ita nihil interest utrũ
tria ista dicamus, an illud unũ in cuius singulari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem duo cætera similiter rediɡi posse mõstrauimus. Quis itaq; disputãdi modus, quẽnã tandem A uis intelligẽdi atq; potẽtia, quæ uiuacitas ratiõis, quæ acies cogitationis ostenderet, ut alia iam taceã, hoc unũ quod sapiẽtia dicit deus, quomodo sit trinitas? Neq; em̃ sicut nos de illo percipimus sapiẽtiã, ita deus de aliquo, sed sua est ipse sapientia: quia nõ est aliud sapientia eius, aliud essentia, cui hoc est esse quod sapientẽ esse. Dicit quidẽ in scripturis sanctis Christus dei uirtus, & dei sapiẽtia. Sed quemadmodũ sit intelligendũ, ne patrem filius uideat facere sapientẽ, in libro septimo disputatũ est. Et ad hoc ratio puenit, ut sic sit filius sapiẽtia de sapiẽtia, quemadmodũ lumen de lumine, deus de deo. Nec aliud potuimus inuenire spiritũsanctum, nisi & ipsum esse sapientiã, & simul omnes unã sapientiã, sicut unũ deũ, unã essentiã. B Hanc ergo sapientiã quod est deus, quomodo intelligimus esse trinitatem nõ dixi, sed quomodo credimus: nam hoc inter fideles nõ debet habere quæstionẽ, sed si aliquo modo per intelligentiam possumus uidere quod credim⁹, quis iste erit modus? Si em̃ recolamus ubi nostro intellectui cœperit in his libris trinitas apparere, octau⁹ occurrit. Ibi quippe ut potuimus, disputãdo erigere tẽtauimus mentis intentionẽ ad intelligendã illam præstantissimã immutabilẽq; naturã, quod nostra mens nõ est. Quã tamẽ sic intuebamur, ut nec lõge à nobis esset, & supra nos esset, nõ loco, sed ipsa sui uenerabili mirabiliq; præstantia, ita ut apud nos esse suo præsenti lumine uideret. In qua tamẽ nobis adhuc nulla trinitas apparebat, quia nõ ad C eam quærendã in fulgore illo firmã mentis aciem tenebamus: tantũ quia nõ erat aliqua moles, ubi credi oporteret magnitudinẽ duorũ uel triũ plus esse q̃ unius, cernebamus utcũq;. Sed ubi uẽtum est ad charitatẽ, quę in sancta scriptura deus dicta est, eluxit paululũ trinitas, id est amãs, & quod amat & amor. Sed quia lux illa ineffabilis nostrũ reuerberabat obtutũ, & ei nondũ posse contemperari nostræ mẽtis quodãmodo cõuincebat infirmitas, ad ipsius nostræ mẽtis secũdũ quã factus est homo ad imaginẽ dei, uelut familiorẽ considerationẽ, reficiẽdæ laborantis intẽtiõis causa, iter cœptũ dispositũq; reflexim⁹. Et inde in creatura quod nos sumus, ut inuisibilia dei per ea quæ facta sunt cõspicere intellecta possemus, immorati D sumus à nono usq; ad quartũdecimũ librũ. Et ecce iam quantũ necesse fuerat, aut forte plusq; necesse fuerat, exercitata in inferioribus intelligẽtia, ad summã trinitatẽ quę deus est cõspiciendã nos erigere uolumus, nec ualemus. Num em̃ sicut certissimas uidemus trinitates, siue quæ forinsecus de rebus corporalib. fiũt: siue cũ ea ipsa quę forinsecus sensa sunt cogitant: siue cũ illa quæ oriũtur in animo, nec pertinẽt ad corporis sensus, sicut fides, sicut uirtutes quę sunt artes agẽdę uitę, manifesta ratione cernunt & scientia continent: siue cũ mens ipsa qua nouimus quicqd nosse nos ueraciter dicimus, sibi cognita est uel se cogitat, siue cũ aliquid quod ipsa nõ est æternũ atq; incõmutabile cõspicit. Nũ ergo sicut in his oñib. certissimas uidemus trinitates, quia in nobis fiũt uel in nobis sunt, cũ ista meminimus, aspicimus, uolumus, ita uidemus etiã trinitatẽ deũ: quia & illic intelligendo cõspicimus tanq; dicentẽ, & uerbũ eius, id est patrẽ & filiũ, atq; inde ꝓcedentẽ charitatẽ utriq; cõmunẽ scilicet spiritũsanctũ. An trinitates istas ad sensus nostros uel ad animos pertinẽtes uidemus potius q̃ credimus, deũ uero esse trinitatẽ credimus potius q̃ uidemus? Quod si ita est, ꝓfecto aut inuisibilia eius per ea quæ facta sunt nulla intellecta conspicimus: aut si illa conspicimus, non in eis conspicimus trinitatẽ, & est illic quod conspiciamus, est quod etiã nõ conspectũ credere debeamus. Cõspicere autem nos immutabile bonũ quod nos nõ sumus, liber octau⁹ ostẽdit, & quartusdecimus cũ de sapiẽtia quæ homini ex deo est loqueremur, admonuit. Cur itaq; ibi nõ agnoscimus trinitatẽ? An hęc sapiẽtia quę deus dicit nõ se intelligit, non se diligit? Quis hoc dixerit, aut quis est qui nõ uideat, ubi nulla scientia est, nullo modo esse sapientiã? Aut uero putandũ est sapiẽtiã quæ deus est, scire alia & nescire seipsam, uel diligere alia, nec diligere seipsam? quæ si dici siue credi stultũ & impiũ est, ecce ergo trinitas, sapientia scilicet et notitia sui et dilectio sui. Sic em̃ et in homine inuenim⁹ trinitatẽ, id est mẽtẽ & notitiã quã se nouit, & dilectionẽ qua se diligit. Sed hęc tria ita sunt in homine, ut nõ ipsa sint homo. Homo est enim ut ueteres definierũt, animal ratiõale mortale. Illa ergo excellunt in homine, nõ ipsa sunt homo. Et una ꝑsona, id est singulus quisq; homo, habet illa tria in mẽte. Quod si etiã definiam⁹ hominẽ, ut dicamus, Homo est substãtia ratiõalis cõstans ex anima & corpore, nõ est dubiũ hominem habere animã quę nõ est corpus, habere corpus quod nõ est anima. Ac per hoc illa tria nõ homo sunt, sed hominis sunt, uel in homine sunt. De tracto etiã corpore, si sola anima cogitet, aliquid eius est mẽs tanq; caput eius uel oculus uel facies, sed nõ hęc ut corpora cogitãda sunt. Non igit anima, sed ꝺd excellit in anima mẽs uocat. Numquid aũt possumus dicere trinitatẽ sic esse in deo, ut aliqd dei sit, nec ipsa sit deus? Quapropter singulus quisq; homo, qui nõ secundũ omnia quę ad naturã ptinẽt eius, sed secundũ solam mentẽ imago dei dicit, una ꝑsona est, & imago est trinitatis in mẽte. Trinitas uero illa cuius imago est, nihil aliud est tota q̃ deus, nihil est aliud tota q̃ trinitas. Nec aliqd ad naturã dei ptinet quod ad illam nõ pertineat trinitatẽ, & tres personę sunt unius essentię, nõ sicut singulus q̃sq; homo una ꝑsona. Itẽq; in hoc magna distãtia est, q̃ siue mentẽ dicamus in homine, eiusq; notitiã & dilectionẽ, siue memoriã, intelligentiã, uoluntatẽ, nihil mẽtis memin̄imus nisi per memoriã, nec intelligimus nisi per intelligentiã, nec amamus nisi per uoluntatẽ. At uero in illa trinitate quis audeat dicere patrẽ, nec seipsum nec filiũ nec spiritũsanctũ intelligere nisi per filiũ, uel diligere nisi per spiritũsanctũ, per se aũt meminisse tantũmodo uel sui uel filij uel spiritusancti

Trinitas quæ in simplicitate dei est incomprehensibilis Cap. VII

ritusanctí: ẽodẽq; modo filium nec sui nec patris meminisse nisi per patrẽ, nec diligere nisi per spiritũsanctũ, per se autẽ nõ nisi intelligere & patrẽ & seipsum & spiritũsanctũ: similiter & spiritũsanctum per patrẽ meminisse, & patris & filij & sui, & per filiũ intelligere & patrẽ & filiũ & seipsum, per se autẽ nõ nisi diligere & se & patrẽ et filium: tanq; memoria sit pater & sua & filij et spiritussancti, filius aũt intelligẽtia et sua et patris et spiritussancti, spiritus uero sanctus charitas & sua & patris & filij: quis hęc in illa trinitate opinari uel affirmare præsumat? Si enim solus sibi filius intelligit, ut intelligẽtia sit & sibi & patri et spiritussancto, ad illã redit absurditatẽ, ut pater nõ sit sapiẽs de seipso sed de filio, nec sapiẽtia sapientiã genuerit, sed ea sapiẽtia pater dicat sapiens esse quã genuit. Vbi enim nõ est intelligẽtia, nec sapiẽtia potest esse. ac ꝑ hoc si pater nõ intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri, ꝓfecto filius patrẽ sapiẽtem esse facit. Et si hoc est deo esse quod sapere, et ea illi essentia est quę sapiẽtia, non filius à patre quod uerum est, sed à filio potius habet pater essentiã, quod absurdissimũ atq; falsissimũ est. Hãc absurditatẽ nos in libro septimo discussisse, cõuicisse, abiecisse, certissimũ est. Est ergo deus pater sapiens, ea qua ipse sua est sapiẽtia, et filius sapiẽtia patris de sapiẽtia quod est pater, de quo genitus est filius. Quocirca cõsequẽter est et intelligẽs pater ea qua ipse sua est intelligentia, neq; enim esset sapiẽs qui nõ esset intelligẽs: filius aũt intelligentia patris de intelligẽtia genitus quod est pater. Hoc & de memoria nõ incõuenienter dici potest. Quo C modo est em̃ sapiẽs qui nihil meminit, uel sui non meminit? Proinde quia sapiẽtia pater, sapiẽtia filius, sicut sibi meminit pater, ita filius: & sicut sui & filij meminit pater, memoria nõ filij, sed sua: ita sui & patris meminit filius, memoria nõ patris sed sua. Dilectio quoq; ubi nulla est, quis ullam dicat esse sapiẽtiã? Ex quo colligit ita esse patri dilectionem suã, ut intelligentiã & memoriã suã. Ecce ergo tria illa, id est, memoria, intelligẽtia, dilectio siue uoluntas, in illa summa & immutabili essentia quod est deus, nõ pater et filius & spiritussanctus sunt, sed pater solus. Et quia filius quoq; sapiẽtia est genita de sapiẽtia, sicut nec pater ei, nec spũssanctus ei intelligit, sed ipse sibi, ita nec pater ei meminit, nec spũsanctus ei diligit, sed ipse sibi: sua D enim est et ipse memoria, sua intelligẽtia, sua dilectio, sed ita se habere, de patre illi est de quo natus est. Spũs etiã sanctus qa sapiẽtia est, ꝓcedẽs de sapiẽtia, nõ patrẽ habet memoriã, & filiũ intelligẽtiã, & se dilectionẽ: neq; em̃ sapiẽtia esset si alius ei meminisset, eiq; alius intelligeret, ac tantũmodo sibi ipse diligeret: sed ipse habet hæc tria, & ea sic habet, ut hęc ipsa ipse sit. Verũtamẽ ut ita sit, inde illi est unde, ꝓcedit. Quis ergo hominũ potest istã sapiẽtiã qua nouit deus oñia, ita ut nec ea quę dicunt̃ præterita, ibi prætereãt, nec ea quę dicunt̃ futura, quasi deesse expectent̃ ut ueniãt, sed et præterita et futura cũ ꝑsentib. sint cũcta præsẽtia, nec singula cogitent̃, & ab alijs ad alia cogitãdo trãseant, sed in uno cõspectu simul præsto sint uniuersa: qs, in q̃, hominũ cõprehẽdit istã sapiẽtiã, eandẽq; prudentiã, eandẽq; scientiã, quãdoquidẽ à nobis nec nostra cõprehenduntur? Ea quippe quę uel sensib. uel intelligẽtię nostrę assunt, possumus utcũq; cõspicere. Ea uero quę absunt, & tamẽ affuerũt, per memoriã nouimus quę obliti nõ sumus. Nec ex futuris prætĕrita, sed futura ex præteritis, nõ tamẽ firma cognitiõe conspicimus. Nam quasdã cogitatiões nostras quas futuras uelut manifestius atq; certius ꝓximas quasi ꝓspicimus, memoria faciẽte id agimus, cũ agere ualemus quantũ ualemus, quę ad ea nõ uidentur quę futura sunt, sed ad præterita ptinere. Quod licet expiri in eis dictis uel cãticis, quorũ serie memoriter reddimus. Nisi enim præuideremus cogitatiõe quod sequit̃, nõ utiq; diceremus. Et tamẽ ut præuideamus, nõ, ꝓidentia nos instruit, sed memoria. Nã donec finiat̃ omne quod dicimus, siue canimus, nihil est quod nõ, ꝓuisum, ꝓspectũq; proferat̃. Et tamẽ cũ id agimus, nõ dicimur ꝓidenter, sed memoriter canere uel dicere: & qui hoc in multis ita, ꝓferẽdis ualẽt plurimũ, nõ solet eorũ, ꝓidentia, sed memoria prædicari. Fieri ista in animo uel ab animo nostro nouimus & certissimi sumus, quõ autẽ fiant, quãto attẽtius uoluerimus aduertere, tãto magis noster & sermo succũbit, & ipsa nõ ꝑdurat intẽtio, ut ad liquidũ aliquid nostra intelligẽtia, et si nõ lingua, ꝓueniat. Et putamus nos utrũ dei, ꝓidentia eadẽ sit quæ memoria & intelligẽtia, qui nõ singula cogitãdo aspicit, sed una æterna & immutabili atq; ineffabili uisione cõplectit̃ cũcta quę nouit, tanta mẽtis infirmitate posse cõprehẽdere? In hac igit̃ difficultate & angustia, libet exclamare ad deũ uitã: Mirificata est scientia tua ex me, inualuit, et nõ potero ad illã. Ex me q̃ppe intelligo q̃ sit mirabilis et incõprehẽsibilis scientia tua, qua me fecisti, quãdo nec meipsum cõprehẽdere ualeo quẽ fecisti: et tamẽ in meditatiõe mea exardescit ignis ut quæram faciẽ tuã semp̃. Incorporalẽ substantiã scio esse sapientiã: & lumẽ esse in quo uidenẽ quę oculis carnalib. nõ uidenẽ: & tamẽ uir tantus tãq; spiritalis: Videmus nũc, inquit, ꝑ speculũ in ænigmate, tũc aũt facie ad faciẽ. Quale sit & quod sit hoc speculũ si queramus, ꝓfecto illud occurrit quod in speculo nisi imago nõ cernit̃. Hoc ergo facere conati sumus, ut per imaginẽ hanc quod nos sumus, uideremus utcũq; à quo facti sumus, tanquã per speculũ. Hoc significat etiã illud quod ait idẽ Apostolus: Nos aũt reuelata facie gloriã dñi speculantes, in eandẽ imaginẽ trãsformamur de gloria in gloriã tanq; à dñi spiritu. Speculantes dixit, per speculũ uidentes, nõ de specula, ꝓspicientes. Quod in Greca lingua non est ambiguũ, unde in Latinã translatę sunt Apostolicę literæ. Ibi quippe speculũ ubi apparent imagines rerũ, à specula de cuius altitudine lõgius aliquid intuemur, etiã sono uerbi distat oino, satisq; apparet Apostolũ à speculo, nõ à specula dixisse, gloriã domini speculantes. Quod uero ait, In eandẽ imaginẽ trãsformamur: utiq; imaginẽ dei uult intelligi, eandẽ dicens, istam ipsam scilicet, id est quã speculamur: quia eadem imago est & gloria dei, sicut alibi dicit

Psal. 138

De speculo in quo deus uidetur. Cap. VIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit, Vir quidē nō debet uelare caput suū, cum sit imago & gloria dei. De quibus uerbis iam in libro duodecimo disseruimus. Trāsformamur ergo dicit, de forma in formā mutamur, atq; transimus de forma obscura in formā lucidam, quia & ipsa obscura imago dei est, et si imago, pfecto etiā gloria, in qua homines creati sumus, prestātes cę teris animalibus. De ipsa quippe natura humana dictū est, Vir quidē nō debet uelare caput, cū sit imago & gloria dei. Quę natura in rebus creatis excellentissima, cū à suo creatore ab impietate iustificat, à deformi forma formosam trāsfertur in formā. Est quippe & in ipsa impietate, quāto magis damnabile uitiū, tāto certius natura laudabilis. Et propter hoc addidit, De gloria in gloriā: de gloria creationis, in gloriā iustificatiōis. Quāuis possit hoc & alijs modis intelligi, quod dictū est, De gloria in gloriā: de gloria fidei in gloriam speciei, de gloria qua filij dei sumus, in gloriā qua similes ei erimus, quoniā uidebimus eū sicuti est. Quod uero adiūxit, Tanq; à domini spiritu: ostēdit gratia dei nobis cōferri tam optabilis trāsformationis bonū. Hæc dicta sunt ꝓpter quod ait Apostolus, nūc per speculū nos uidere. Quia uero addidit, in ænigmate: multis hoc incognitū est qui eas literas nescīūt, in quibus est doctrina quędam de locutionū modis, quos Greci tropos uocant, eoq; Greco uocabulo etiam nos utimur pro Latino. Sicut enim schemata usitatius dicimus cę figuras, ita usitatius dicim⁹ tropos cę modos. Singulorū autem modorū siue troporum nomina, ut singula singulis referant, difficillimum est & insolentissimū Latine enūciare. Vnde quidam interpretes nostri, quod ait Apostolus, quę sunt in allegoria, nolentes Græcū uocabulū ponere, circū loquēdo interpretati sunt dicētes, quę sunt aliud ex alio significātia. Huius autē tropi, id est allegoriæ, plures sunt species, in quibus est etiā quod dicit ænigma. Definitio aūt ipsius nominis generalis, omnes etiā species cōplectat necesse est. Ac per hoc sicut omnis equus animal est, non omne animal equus est: ita omne ænigma allegoria est, nō omnis allegoria ænigma est. Quid ergo est allegoria nisi trop⁹, ubi ex alio aliud intelligit, quale illud est ad Thessalonicēses: Itaq; nō dormiamus sicut & cęteri, sed uigilemus et sobrij simus: Nam qui dormiūt nocte dormiūt, & qui inebriant nocte ebrij sunt: Nos aūt q diei sumus, sobrij simus. Sed hæc allegoria nō est ænigma: Nā nisi multū tardis iste sensus in prōptu est. Aenigma est autē ut breuiter explicē, obscura allegoria, sicuti est: Sanguisugę erāt tres filię, et quęcūq; similia. Sed ubi allegoriā nominauit Apostolus, nō in uerbis eam reperit, sed in facto, cū e duobus filijs Abrahæ, uno de ancilla, altero de libera, quod nō dictū sed etiā factū fuit, duo testamēta intelligēda monstrauit: quod anteq; exponeret obscurū fuit, ꝑinde allegoria talis quod est generale nomē posset specialiter ænigma nominari. Sed quia non soli qui eas literas nescīūt quibus discunt tropi, quærūt quid dixerit Apostolus, nūc in ænigmate nos uidere, uerūetiam qui scīūt, tamē quod sit illud ænigma ubi nūc uidemus nosse desiderāt, ex utroque inueniēda una est sentētia: & ex illo scilicet, quod ait, Videmus nūc per speculum: & ex isto quod addidit, in ænigmate: Vna est em cū tota sic dicit, Videmus nūc per speculū in ænigmate. Proinde, quātū mihi uidet, sicut nomine speculi imaginē uoluit intelligi, ita nomine ænigmatis quanuis similitudinē, tamē obscurā, & ad perspiciendū difficilē. Cū igit speculi & ænigmatis nomine quęcūq; similitudines ab Apostolo significatę intelligi possint, quę accōmodatę sunt ad intelligēdū deū, eo modo quo potest, nihil tamē est accōmodatius cꝫ id quod imago eius nō frustra dicit. Nemo itaq; miretur etiam in isto modo uidendi qui cōcessus est huic uitæ, per speculū scilicet in ænigmate laborare nos ut quomodocūq; uideamus. Nomē quippe hic nō sonaret ænigmatis, si esset facilitas uisionis. Et hoc est grādius ænigma, ut nō uideamus quod nō uidere non possumus. Quis em nō uidet cogitationē suā? Et quis uidet cogitationē suā, nō oculis carnalib. dico, sed ipso interiore cōspectu? Quis nō eā uidet, et quis eam uidet? quādoquidē cogitatio uisio est animi quædam, siue assint ea quę oculis quoq; corporalibus uideant, uel cęteris sentiant sensibus: siue nō assint, et eorū similitudines cogitatiōe cernant: siue nihil eorum sed ea cogitātur quæ nec corporalia sunt, nec corporaliū similitudines: sicut uirtutes & uitia, sicut ipsa deniq; cogitatio cogitat: siue illa quę per disciplinas traduntur liberales q; doctrinas: siue istorū omniū causę superiores atq; rationes in natura immutabili cogitent: siue etiā mala & uana ac falsa cogitemus, uel nō cōsentiēte sensu, uel errāte cōsensu. Sed nūc de ijs loquamur quę nota cogitamus & habemus in notitia etiā si nō cogitemus, siue ad cōtemplatiuā scientiā pertinent, quā, ꝑprie sapiētiam dicimus, siue ad actiuā, quā, ꝑprie scientiā nūcupandā esse diffeuimus. Simul em utrunq; mentis est unius, & imago dei una. Cū uero de inferiore distinctius & seorsum agit, tūc nō est uocanda imago dei, quātuis & tūc in ea nōnulla reperiat similitudo illius trinitatis, quod in tertiodecimo uolumine ostēdimus. Nūc ergo simul de uniuersa scientia hominis loquimur, in qua nobis nota sunt quęcūq; sunt nota, quæ uticq; uera sunt, alioquin nota nō essent. Nemo em falsa nouit, nisi cū falsa esse nouit. Quod si nouit, uerū nouit. Verū est em quod illa falsa sint. De his ergo nūc disseruimus quę nota cogitamus, & nota sunt nobis etiā si nō cogitent à nobis. Sed certe si ea dicere uelim⁹, nisi cogitata nō possumus. Nā & si uerba non sonent, in corde suo dicit utiq; qui cogitat. Vnde illud est in libro sapiētię: Dixerūt apud se cogitātes nō recte. Expositum em quid sit, dixerūt apud se, cū addidit, cogitātes. Huic simile est in Euāgelio, quod quidā scribę cū audissent à dño dictū paralytico: Cōfide fili, remittunt tibi peccata tua: dixerūt intra se, Hic blasphemat. Quid est enim, dixerunt intra se: nisi cogitando? Deniq; sequitur: Et cum uidisset Iesus cogitationes

De ænigmate & tropicis locutiōibus. IX

2 sent. dist. 39 c. 1. in prin.

1 Thes. 5

aliàs, duæ

Et cogitatio

et mutas, et literarū uerba sunt

et uerbi diuini habent imaginē. Cap. X

Matth. 9

nes eorū, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Sic Matthęus. Lucas autē hoc idem narrat: Cœperunt cogitare scribę & pharisęi, dicentes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? Vt cognouit aūt cogitationes eorū Iesus, respōdens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus uestris? Quale est in libro sapientiæ, dixerūt cogitantes; tale hic est, cogitauerūt dicentes. Et illic enim & hic ostendit intra se atq; in corde suo dicere, id est cogitādo dicere. Dixerūt quippe intra se, et dictū est eis: Quid cogitatis? Et de illo diuite cuius uberes fructus ager attulit, ait ipse dominus: Et cogitabat intra se dicēs. Quędā ergo cogitatiōes locutiones sunt cordis, ubi & os eius esse dominus ostēdit, cū ait: Nō quod intrat in os coinquinat hominē, sed quod ꝓcedit ex ore, hoc coinquinat hominē. Vna sentētia duo quędā hominis ora complexus est, unū corporis, alterū cordis. Nam uticq; unde illi hominē putauerunt inquinari, in os intrat corporis. Vnde autē dominus dixit inquinari hominē, de cordis ore, ꝓcedit. Ita quippe exposuit ipse quod dixerat. Nam paulopost de hac re discipulis suis, Adhuc & uos, inquit, sine intellectu estis? Nō intelligitis, quia omne quod in os intrat in uentrem uadit & in secessum emittit? Hic certe apertissime demōstrauit os corporis. At in eo quod sequit os cordis ostendens: Quę aūt, inquit, ꝓcedunt de ore, de corde exeūt, & ea coinquināt hominē. De corde em exeūt cogitatiōes malę &c. Quid hac expositiōe lucidius? Nec tamen quia dicimus locutiones cordis esse cogitationes, ideo nō sunt etiā uisiones exortæ de notitię uisiōibus, quādo ueræ sunt. Foris enim cum per corpus hęc fiunt, aliud est locutio, aliud uisio. Intus aūt cum cogitamus, utrūq; unū est. Sicut auditio & uisio duo quædā sunt inter se distantia in sensibus corporis, in animo autē nō est aliud atq; aliud uidere & audire: ac per hoc cū locutio foris nō uideat, sed potius audiat, locutiones tamē interiores, hoc est cogitatiōes uisas dixit à domino sanctū Euangeliū non auditas: Dixerunt, inquit, intra se, hic blasphemat. Deinde subiunxit: Et cū uidisset Iesus cogitatiōes eorū. Vidit ergo quod dixerūt, Vidit enim cogitatiōe sua cogitationes eorū, quas illi solos se putabant uidere. Quisquis igit potest intelligere uerbū nō solū anteq; sonet, uerūetiā anteq; sonorū eius imagines cogitatiōe uoluant, hoc enim est quod ad nullā pertinet linguam earū scilicet quę linguę appellant gētium, quarū nostra lingua Latina est, Quisquis, inquā, hoc intelligere potest, iam potest uidere per hoc speculū atq; in hoc ænigmate aliquā uerbi illius similitudinē, de quo dictū est, In principio erat uerbum, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū. Necesse est enim cū uerbū loquimur, id est, quod scimus loquimur, ex ipsa scientia quā memoria tenemus, nascat uerbū quod eiusmodi sit omnino cuiusmodi est illa scientia de qua nascit. Formata quippe cogitatio ab ea re quam scimus, uerbū est quod in corde dicimus, quod nec Grecum est nec Latinū, nec linguæ alicuius alterius, sed cum id opus est in eorū quibus loquimur perferre notitiam, aliquod signū quo significet assumitur. Et plerūq; sonus, aliquādo etiā nutus, ille auris. ille oculis exhibet, ut per signa corporalia etiā corporis sensibus uerbum quod mēte gerimus innotescat. Nā & innuere quid est nisi quodammodo uisibiliter dicere? Est in scripturis sanctis huius sententię testimoniū. Nam in Euangelio secundū Ioannē ita legit: Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo adinuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Erat ergo unus ex discipulis eius recumbēs in sinu Iesu, quē diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dicit ei: Quis est de quo dicit? Ecce innuēdo dixit, quod sonādo dicere nō audebat. Sed hęc atq; huiusmodi signa corporalia siue auris. siue oculis præsentibus quibus loquimur exhibemus. Inuentæ sunt etiā literæ per quas possemus & cum absentib. colloqui, sed ista signa sunt uocum, cum ipsæ uoces in sermone nostro earum quas cogitamus signa sint rerū. Proinde uerbū quod foris sonat, signū est uerbi quod intus lucet, cui magis uerbi cōpetit nomē. Nam illud quod profert caro nis ore, uox uerbi est: uerbumq; & ipsum dicitur propter illud à quo ut foris appareret assumptū est. Ita enim uerbū nostrū uox quodammodo corporis fit, assumendo eam in qua manifestet sensibus hominū: sicut uerbū dei caro factum est, assumendo eam in qua & ipsum manifestaret sensibus hominū. Et sicut uerbū nostrū fit uox nec mutat in uocē: ita uerbū dei caro quidem factum est, sed ablit ut mutaret in carnē. Assumēdo quippe illam, nō in eam se cōsumendo, et hoc nostrū uox fit, & illud caro factū est. Quapropter quicunque cupit ad qualēcunq; similitudinē dei uerbi, quanuis per multa dissimilē, peruenire, nō intueat uerbum nostrū quod sonat in auribus, nec quando uoce profertur, nec quādo silentio cogitat. Omnium nanq; sonantiū uerba linguarū etiā in silentio cogitantur, & carmina percurrunt animo, tacente ore corporis. Nec solū numeri syllabarum, uerumetiā modi cantilenarū cū sint corporales, & ad eū qui uocat auditus sensum corporis pertinētes, per incorporeas quasdam imagines suas præsto sunt cogitantibus, & tacite cuncta ista uolentib. Sed transeunda sunt hæc, ut ad illud perueniat hominis uerbū, per cuius qualemcunque similitudinē sicut in ænigmate uideat utcūq; dei uerbum. Non illud quod factū est ad illum uel ad illum Prophetam, & de quo dictū est: Verbū autem domini crescebat & multiplicabatur. Et de quo iterū dictum est: Igitur fides ex auditu, auditus autē per uerbū Christi. Et iterum, Cum accepistis à nobis uerbū auditus dei, accepistis non ut uerbū hominū, sed sicuti est uere uerbū dei. Et innumerabilia similiter in scripturis dicuntur de dei uerbo, quod in sonis multarū diuersarūq; linguarū per corda & ora disseminat humana. Ideo autem uerbum dei dicitur, quia doctrina diuina traditur, non humana. Sed illud uerbum dei quærimus

Luc. 5

Sap. 2

Matth. 15

Ioan. 13

De uerbo sum mo. Cap. XI

Act. 6

Rom. 10

Ioan. 1

1 Thes. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

rimus qualitercūq; per hanc ſimilitudinem nunc
uidere, de quo dictū eſt, Deus erat uerbū: de quo A
Ioan.1 dictū eſt, Omnia per ipſum facta ſunt: de quo dictum eſt, Verbū caro factū eſt: de quo dictum eſt, Fōs ſapientię uerbū dei in excelſis. Perueniendū eſt ergo ad illud uerbū hominis, ad uerbū rationalis animātis, ad uerbū nō de deo natę, ſed à deo factæ imaginis dei, quod neq; prolatiuū eſt in ſono, neq; cogitatiuū in ſimilitudine ſoni, quod alicuius linguę eſſe neceſſe ſit, ſed quod omnia quibus ſignificaſ ſigna, præcedit, et gignitur de ſcientia quę manet in animo, quādo eadē ſcientia intus dicit ſicuti eſt: ſimillima eſt enim uiſio cogitationis, uiſioni ſcientię. Nam quādo per ſonū dicit, uel per aliquod corporale ſignū, nō dicitur ſicuti eſt, ſed ſicut poteſt uideri audiriue per corpus. Quando ergo quod in notitia eſt, hoc eſt in uerbo, tunc B
eſt uerū uerbū et ueritas: qualis expectaſ ab homine, ut quod eſt in iſta, hoc ſit et in illo, quod nō eſt in iſta, nō ſit & in illo: hic agnoſcit, eſt eſt, nō nō. Sic accedit quantum poteſt iſta ſimilitudo imaginis factę ad illam ſimilitudinē imaginis natæ, qua deus filius patri per omnia ſubſtantialiter ſimilis prædicaſ. Animaduertenda eſt in hoc ænigmate etiā iſta uerbi dei ſimilitudo, q̄ ſicut de illo uerbo dictum eſt: Omnia per ipſum facta ſunt, ubi deus per unigenitū uerbū ſuū prædicaſ uniuerſa feciſſe, ita hominis opera nulla ſunt, quæ nō prius di-
Eccli.37 cunſ in corde. Vnde ſcriptū eſt, Initiū omnis operis uerbū: ſed etiā hic cū uerū uerbum eſt, tunc eſt initiū boni operis. Verū autē uerbum eſt, cum de ſcientia bene operandi gignit, ut etiam ibi ſeruetur, eſt eſt, non nō: ut ſi eſt in ea ſcientia qua uiuendum eſt, ſit & in uerbo per quod operandū eſt, ſi non non: alioquin mendaciū erit uerbū tale, non ueritas, & inde peccatū, nō opus rectū. Eſt & hęc in iſta ſimilitudine uerbi noſtri ſimilitudo uerbi dei, quia poteſt eſſe uerbū noſtrū quod nō ſequatur, opus aūt eſſe non poteſt, niſi præcedat uerbū: ſic & uerbum dei potuit eſſe nulla exiſtēte creatura, creatura uero nulla eſſe poteſt niſi per ipſum per quod facta ſunt omnia. Ideoq; nō deus pater, nō ſpūſſanctus, nō ipſa trinitas, ſed ſolus deus filius quod eſt uerbū dei caro factū eſt, quāuis trinitate faciēte, ut ſequente atq; imitāte uerbo noſtro eius exemplū, recte uiueremus: hoc eſt nullū habentes in uerbi noſtri uel cōtemplatione uel ope-
ratione mendaciū. Verū hæc huius imaginis eſt quādoq; futura pfectio. Ad hāc cōſequendā nos erudit magiſter bonus fide Chriſtiana, pietatiſq; doctrina, ut reuelata facie, à legis uelamine quod eſt umbra futurorū, gloriam dñi ſpeculantes, per ſpeculū ſcilicet intuētes, in eandē imaginē transformemur de gloria in gloriā tanq; à domini ſpiritu, ſecundū ſupiorē de his uerbis diſputationē. Cū ergo hac trāsformatione ad perfectum fuerit hæc imago renouata, ſimiles deo erimus, quoniā uidebimus eū, nō per ſpeculū ſed ſicuti eſt: quod dicit Apoſtolus Paulus, Facie ad faciē. Nūc uero in hoc ſpeculo, in hoc ænigmate, in hac qualicūq; ſimilitudine, quanta ſit etiam diſſimilitudo, quis
poteſt explicare? Attingā tamen aliqua ut ualeo, quibus id poſſit aduerti. Primo ipſa ſcientia de Verbū hominis quatenus
qua ueraciter cogitatio noſtra formatur, quando uerū. Ca. XIII
quæ ſcimus loquimur, qualis aut quāta poteſt homini, puenire, quamlibet peritiſſimo atq; doctiſſimo? Exceptis em̄ quæ in animū ueniunt à ſenſibus corporis, in quibus tam multa aliter ſunt q̄ uidenſ, ut eorū ueriſimilitudine nimium cōſtipatus, ſanus ſibi eſſe uideaſ qui inſanit: unde Academica philoſophia ſic inualuit, ut de omnib. dubitās multo miſerius inſaniret: his ergo exceptis quæ à corporis ſenſibus in animū ueniūt, quantū rerū remanet q̄d ita ſciamus, ſicut nos uiuere ſcimus: in quo prorſus nō metuimus, ne aliqua ueri ſimilitudine forte fallamur, quoniā certū eſt etiā eum qui fallit uiuere: nec in eis uiſis hęc habenſ, quæ obijciunſ extrinſecus, ut in eo ſic fallaſ oculus, quemadmodū fallit cum in aqua remus uideſ infractus: & nauigantibus turres moueri, & alia ſexcēta quę aliter ſunt q̄ uidenſ, quia nec per oculū carnis hoc cernit. Intima ſcientia eſt qua nos uiuere ſcimus, ubi ne illud quidē Academicus dicere poteſt, fortaſſe dormis et neſcis, et in ſomnis uides. Viſa quippe ſomniantiū ſimillima eſſe uiſis uigilantiū quis ignorat? Sed qui certus eſt de uitæ ſuæ ſciētia, non in ea dicit, ſcio me uigilare, ſed ſcio me uiuere: ſiue ergo dormiat, ſiue uigilet, uiuit. Nec in ea ſciētia p ſomnia falli poteſt, quia et dormire & in ſomnis uidere, uiuētis eſt, Nec illud poteſt Academicus aduerſus iſtā ſciētiā dicere, furis fortaſſis et neſcis, quia ſanorū uiſis ſimilima ſunt etiā uiſa furentiū, ſed qui furit uiuit. Nec cōtra Academicos dicit, Scio me non furere, ſed ſcio me uiuere. Nunq̄ ergo falli nec mētiri poteſt, qui ſe uiuere dixerit ſcire. Mille itaq; fallaciū uiſorū genera obijciant ei qui dicit, ſcio me uiuere, nihil horū timebit, quādo & qui fallit uiuit. Sed ſi talia ſola pertinēt ad humanā ſcientiā, ppauca ſunt, niſi quia in unoquoq; genere ita multiplicanſ, ut nō ſolū pauca non ſint, uerumetiā reperiant per infinitū numerū tendere. Qui enim dicit, ſcio me uiuere, unū aliquid ſcire ſe dicit, Proinde ſi dicat, ſcio me ſcire uiuere, duo ſunt iam, hoc uero quod ſcit hæc duo, tertium ſcire eſt: ſic poteſt addere & quartū & qntū, & innumerabilia ſi ſufficiat. Sed quia innumerabilē numerū uel cōprehēdere ſingula addendo, uel dicere innumerabiliter nō poteſt, hoc ipſum certiſſime cōprehendit ac dicit, & uerū hoc eſſe, & tam innumerabile, ut uere eius infinitū numerū nō poſſit cōprehendere ac dicere. Hoc & in uolūtate certa ſimiliter aduerti poteſt. Quis eſt em̄ cui nō impudenter reſpondeat, forte falleris, dicēti uolo beatus eſſe? Et ſi dicat, ſcio me hoc uelle et hoc me ſcire ſcio, iam his duobus & tertium poteſt addere, q̄ hæc duo ſciat, & quartū quod hęc duo ſcire ſe ſciat, & ſimiliter in infinitū numerū pergere. Itē ſi quiſpiā dicat, errare nolo, nōne ſiue erret ſiue nō erret, errare tamē eū nolle uerū erit? Quis eſt qui huic nō impudentiſſime dicat, forſitā falleris, cū, pfecto ubicūq; fallaſ, falli ſe tamē nolle nō fallit? Et ſi hoc ſcire ſe dicat

cat, addit quantū uult rerū numerū cognitarū, &
numerū eſſe perſpicit infinitū. Qui enim dicit, no A
lo me falli, & hoc me nolle ſcio, & hoc me ſcire ſcio, iam & ſi nō commoda locutione poteſt hic infinitū numerū oſtendere: & alia reperiunt quæ aduerſus Academicos ualeāt, qui nihil ab homine ſciri poſſe cōtendunt. Sed modus adhibēdus eſt, preſertim quia in ope iſto nō hoc ſuſcepimus. Sūt inde libri tres noſtri, primo noſtræ cōuerſionis tēpore cōſcripti, quos qui potuerit & uoluerit legere lectos q; intellexerit, nihil eum, pfecto quę ab eis cōtra perceptionē ueritatis argumēta multa inuenta ſunt, pmouebunt. Cum enim duo ſint genera rerū quę ſciunt, unū earū quæ per ſenſus corporis percipit animus, alterū earū quę per ſeipſum, multa illi Philoſophi garrierūt cōtra cor-
poris ſenſus: animi aūt quaſdā firmiſſimas per ſe B
ipſum perceptiones rerum uerarū, quale illud eſt quod dixi, ſcio me uiuere, nequaquā in dubiū uocare potuerūt. Sed abſit à nobis ut ea quę per ſenſus corporis didicim⁹ uera eſſe dubitemus: p eos quippe didicimus cœlū & terrā, & ea quæ in eis nota ſunt nobis, quantū ille qui et nos & ipſa cōdidit, innoteſcere nobis uoluit. Abſit etiā ut ſcire nos negemus quæ teſtimonio didicimus aliorū, alioquin eſſe neſcimus Oceanum. Neſcimus eſſe terras atq; urbes quas celeberrima fama cōmendat. Neſcimus fuiſſe homines & opera eorū quę hiſtorica lectiōe didicimus. Neſcimus quę quoti die undecūq; nunciant, & indicijs cōſonis conteſtantibus q; firmant. Poſtremo neſcimus in quib. C
locis uel ex quibus hominibus fuerimus exorti, quia hæc omnia teſtimonijs credidimus aliorū. Quod ſi abſurdiſſimū eſt dicere, nō ſolū noſtrorū, uerumetiā et alienorū corporū ſenſus plurimū addidiſſe noſtrę ſciētiæ cōfitendū eſt. Hęc igit̄ omnia & quę per ſeipſum, & quę per ſenſus ſui corporis, et quę teſtimonijs aliorū pcepta ſcit animus humanus, theſauro memorię cōdita tenet: ex quibus gignit̄ uerbū uerū, quando quod ſcimus loquimur, ſed uerbū ante omnē ſonū, ante omnem cogitationē ſoni. Tūc enim eſt uerbū ſimillimum rei notæ de qua gignit̄ & imago eius, quoniā de uiſione ſciētię uiſio cogitationis exorit̄, quod eſt uerbū linguæ nullius, uerbū uerū de re uera, nihil de ſuo habēs, ſed totū de illa ſciētia de qua naſcit̄. D
Nec intereſt quādo id didicerit, qui quod ſcit loquit̄, aliquādo em̄ ſtatim ut diſcit, hoc dicit, dum tamē uerbū ſit uerū, id eſt, de rebus notis exortū.

Sed nūquid deus pater de quo natū eſt uerbū de deo deus, nūquid ergo deus pater in illa ſapientia quod eſt ipſe ſibi, alia didicit per ſenſum corporis ſui, alia per ſeipſum? Quis hoc dicat, qui nō animal ratiōale, ſed ſupra animā rationalē deū cogitat, quantū ab eis cogitari poteſt qui eū omnib. animalibus & omnibus animis præferūt, quāuis per ſpeculum & in ænigmate conijciēdo uideāt, nōdū facie ad faciē ſicuti eſt? Nūquid deus pater ea ipſa quæ nō per corpus, quod eſt ei nullū, ſed p ſe ipſum ſcit, altiūde ab aliquo didicit, aut nūcijs uel teſtib. ut ea ſciret indiguit? Nō utiq;. Ad om-

nia quippe ſciēda quę ſcit, ſufficit ſibi illa pfectio. Habet quidē nuncios, id eſt angelos, nō tamē qui ei quæ neſcit annūcient, nō enim ſunt ulla quę ne ſciat, ſed bonū eorū eſt de operib. ſuis eius cōſulere ueritatē: & hoc eſt quod ei dicunt nōnulla nūciare, non ut ipſe ab eis diſcat, ſed ut ab illo ipſi per uerbū eius ſine corporali ſono nūcient quod uoluerit, ab eo miſſi ad quos uoluerit, totū ab illo per uerbū eius audientes, id eſt, in eius ueritate in ueniētes quid ſibi faciendū, quid, quibus, & quādo nunciandū ſit. Nam & nos oramus eū, nec tamen neceſſitates noſtras docemus eū. Nouit em̄, ait uerbū eius, pater ueſter quid uobis neceſſariū Matth.6
ſit priuſquā petatis ab eo. Nec iſta ex aliquo tem- 1 ſent.diſt.38
pore cognouit ut noſſet, ſed futura omnia tēpora c.1 & 4 diſt.
lia atq; in eis etiā quid, & quando ab illo petituri 45.c.ſed
fueramus, & quos et de quibus rebus uel exaudi
turus uel nō exauditurº eſſet, ſine initio ante præ
ſciuit. Vniuerſas autē creaturas ſuas & ſpirituales 1 ſent.diſt.38
& corporales, non quia ſunt ideo nouit, ſed ideo c.1.& c.hanc
ſunt, quia nouit. Nō em̄ neſciuit quæ fuerat creaturus. Quia ergo ſciuit creauit, nō quia creauit ſciuit. Nec aliter ea ſciuit creata, q̄ creanda. Nō em̄ eius ſapiētię aliquid acceſſit ex eis, ſed illis exiſtētib. ſicut oportebat et quādo oportebat, illa manſit ut erat. Ita & ſcriptū eſt in libro Eccleſiaſtico, Eccli 23
Antequā crearent̄ omnia nota ſunt illi, ſic et poſt quā cōſummata ſunt. Sic, inquit, nō aliter: & antequā crearent̄, et poſtquā cōſummata ſunt, ſic ei nota ſunt. Lōge eſt ergo huic ſcientiæ, ſcientia no- 1 ſent.diſt.36
ſtra diſſimilis. Quę autē ſcientia dei eſt, ipſa & ſa- cap.1
pientia, & quę ſapientia, ipſa eſſentia ſiue ſubſtātia. Quia in illius naturæ ſimplicitate mirabili, nō eſt aliud ſapere q̄ eſſe, ſed quod eſt ſapere, hoc eſt & eſſe, ſicut & in ſuperioribus libris de ſapientia diximus. Noſtra uero ſcientia in rebus plurimis, pterea & amiſſibilis eſt & receptibilis, quia non hoc eſt nobis eſſe quod ſcire uel ſapere, quoniam eſſe poſſumus, etiā ſi neſciamus, neq; ſapiamus ea 1 ſen.diſt.5
quæ aliunde didicimus. Propter hoc ſicut noſtra c.oſtenditur
ſciētia illi ſciētiæ dei, ſic & noſtrū uerbū quod nascitur de noſtra ſciētia diſſimile eſt illi uerbo dei, quod natū eſt de patris eſſentia. Tale eſt aūt ac ſi dicerem, de patris ſciētia, de patris ſapientia, uel quod eſt expreſſius, de patre ſciētia, de patre ſapiētia. Verbū ergo dei patris unigenitus dei fi- Verbū per omnia æquale patri promenti
lius, per omnia patri ſimilis & æqualis, deus de deo, lumē de lumine, ſapiētia de ſapiētia, eſſentia de eſſentia: eſt hoc omnino quod pater, nō tamē Cap. XIIII
pater, quia iſte filius, ille pater. Ac per hoc nouit 1 ſent.diſt.39
omnia quę nouit pater, ſed ei noſſe de patre eſt ſi- cap.1
cut eſſe. Noſſe enim & eſſe illi unū eſt. Et ideo patri ſicut eſſe nō eſt à filio, ita nec noſſe. Proinde tāquā ſeipſum dicēs, pater genuit uerbū ſibi æquale per omnia, Nō em̄ ſeipſum integre pfecteq; diſſet, ſi aliquid minus, aut amplius eſſet in eius uerbo q̄ in ipſo. Ibi ſumme illud agnoſcit, eſt eſt, non non: & ideo uerbū hoc uere ueritas eſt, quoniā quicquid in ea ſciētia, de qua genitū eſt, & in ipſo eſt. Quod aūt in ea non eſt, nec in ipſo eſt. Et falſum habere aliquid hoc uerbū nunquā poteſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia immutabiliter sic se habet ut se habet de quo
Ioan. 5 est. Nō enim potest filius à se facere quicquā, nisi
quod uiderit patrē facientē. Potēter hoc non po-
test, nec est infirmitas ista, sed firmitas, qua falsa
esse nō potest ueritas. Nouit itaq; omnia deus pa-
ter in seipso, nouit in filio. Sed in seipso tanq; sei-
psum, in filio tanq; uerbū suū, quod est de his om-
nibus quę sunt in seipso. Omnia similiter nouit et
filius, in se scilicet, tanquā ea quę nata sunt de ijs
quę pater nouit in seipso. In patre aūt tanq; ea de
quib. nata sunt quę ipse filius nouit in seipso. Sci-
unt ergo inuicē pater & filius, sed ille gignendo,
1 sen. dist. 39 c. 1. in medio ille nascēdo. Et omnia quæ sunt in eorū sciētia, in
eorū sapientia, in eorū essentia, unusquisq; eorū si
mul uidet: nō particulatim, aut singillatim, uelut
alternāte cōspectu, hinc illuc, & inde huc, et rur-
sus inde uel inde in aliud atq; aliud, ut aliqua uide
re nō possit nisi nō uidēs alia: sed ut dixi, simul o-
mnia uidet, quorū nullū est, quod nō semp uidet.
Verbū aūt nostrū illud quod nō habet sonū neq;
cogitationē soni, sed eius rei quā uidendo intus
dicimus, & ideo nullius linguę est, atque inde ut-
cūq; simile est in hoc ænigmate illi uerbo dei quod
etiā deus est, quoniā sic & hoc de nostra nascitur,
quemadmodum & illud de sciētia patris natum
est, Nostrū ergo tale uerbū quod inuenimus esse
utcūq; illi simile, quātū sit etiā dissimile, sicut à no
Verbum æter- bis dici potuerit, nō pigeat intueri. Nunquid
nū quale. XV uerbum nostrū de sola sciētia nostra nascit? Nón
ne multa dicimus etiam quæ nescimus? Nec du-
bitantes ea dicimus, sed uera esse arbitrātes: quæ
forte si uera sunt, in ipsis rebus de quibus loqui- C
mur nō in uerbo nostro uera sunt, quia uerbū ue-
rum nō est, nisi quod de re quæ scitur, gignit. Fal
sum est ergo isto modo uerbū nostrum, non cum
mētimur, sed cū fallimur. Cum autē dubitamus,
nondū est uerbū de re de qua dubitamus, sed de
ipsa dubitatione uerbū est. Quanuis enim nō no
uerimus an uerum sit unde dubitamus, tamē du-
bitare nos nouimus: ac per hoc cum hoc dicimus
uerū uerbū est, quoniā quod nouimus dicimus.
Quid quod etiā mentiri possumus? Quod cū fa-
cimus, utiq; uolentes & scientes falsum uerbum
habemus, ubi uerū uerbum est mentiri nos, hoc
enim scimus. Et cū mentitos nos esse cōfitemur,
uerū dicimus, quod scimus em̄ dicimus. Scimus
nanq; nos esse mētitos. Verbū aūt illud quod est D
deus & potētius est nobis, hoc non potest. Non
enim potest facere quicq; nisi quod uiderit patrē
1 sen. dist. 42 c. sed quæritur & ca. sed sunt alia facientem: & nō à seipso loquitur, sed à patre illi
est omne quod loquit̄, cum ipsum pater unice lo-
quitur: & magna illius uerbi potentia est, nō pos
se mētiri, quia nō potest esse illic est, & nō, sed est
est, non nō. At enim nec uerbū dicendū est, quod
uerū nō est. Sit ita, libēs assentior. Quid cum ue-
rum est uerbū nostrū, & ideo recte uerbum voca
tur: nunquid sicut dici potest uel uisio de uisiōe,
uel sciētia de sciētia, ita dici potest essentia de es-
sentia, sicut illud dei uerbū maxime dicitur maxi
meq; dicendū est? Quid ita? quia non hoc est no-
bis esse, quod est nosse. Multa quippe nouimus
quæ per memoriā quodāmodo uiuūt, ita & obli-
A uione quodāmodo moriunt̄: atq; ideo cū illa iam
nō sint in notitia nostra, nos tamē sumus. Et cum
sciētia nostra animo lapsa perierit à nobis, nos ta
men uiuimus. Illa etiā quæ ita sciunt̄ ut nunquam
excidere possint, quoniā præsentia sunt, & ad ip-
sius animi naturā pertinent, ut est illud quod nos
uiuere scimus, Manet enim hoc quādiu animus
manet, & quia semper manet animus, & hoc sem
per manet, Id ergo & si qua reperiūtur similia, in
quibus imago dei potius intuēda est, etiā si sem-
per sciūtur, tamē quia nō semper etiam cogitant̄,
quomodo de his dicat̄ uerbū sempiternum, cum
uerbum nostrum nostra cogitatiōe dicat̄, inueni
re difficile est. Sempiternum est enim animo uiue
re, sempiternū est scire quod uiuit: nec tamē sem-
B piternū est cogitare uitam suam, uel cogitare sci-
entiā uitæ suę: quoniā cum aliud atq; aliud cœpe-
rit, hoc desinit cogitare, quāuis non desinat scire.
Ex quo fit ut si potest esse in animo aliqua sciētia
sempiterna, & sempiterna esse non potest eiusdē
scientię cogitatio, & uerbū uerum nostrum inti-
mum nisi nostra cogitatiōe non dicit̄, solus deus
intelligat̄ habere uerbū sempiternum sibiq; coæ-
ternū, Nisi forte dicēdum est, ipsam possibilitatē
cogitatiōis, quoniā id quod scitur, etiam quando
nō cogitat̄, potest tamen ueraciter cogitari, uer-
bum esse tam perpetuū, q̄ scientia ipsa perpetua
est. Sed quomodo est uerbū, quod nondū in cogi
tationis uisione formatū est? Quomodo erit simi
le sciētiæ de qua nascit̄, si eius nō habet formam,
C & ideo iam uocat̄ uerbū quia potest haberi? Ta-
le est enim ac si dicat̄, ideo iam uocandū esse uer-
bum, quia potest esse uerbum. Sed quid est quod
potest esse uerbum, & ideo iam dignum est uerbi
nomine? Quid est, in q̄, hoc formabile nōdumq;
formatū, nisi quiddam mentis nostræ, quod hac
atq; hac uolubili quadam motione iactamus, cū
à nobis nunc hoc, nunc illud sicut inuentū fuerit
uel occurrerit cogitat̄? Et tūc fit uerū uerbū, quā-
do illud quod nos diximus uolubili motione ia-
ctare, ad id quod scimus peruenerit, atq; inde for
mat̄ eius omnimodā similitudinē capiēs, ut quo-
modo res quęq; scit̄, sic etiā cogitet̄, sine uoce sine
uocis cogitatiōe, quę profecto alicuius linguę est
si in corde dicat̄. Ac per hoc etiā si concedamus,
D ne de controuersia uocabuli laborare uideamur,
iam uocandū esse uerbū quiddam illud mētis no-
strę quod de nostra scientia formari potest, etiam
priusq; formatū sit, quia iam ut ita dicam, forma-
bile est: quis nō uideat, quāta hic sit dissimilitudo
ab illo dei uerbo quod in forma dei sic est, ut non
antea fuerit formabile priusquā formatū, nec ali-
quādo esse possit informe, sed sit forma simplex
et simpliciter æqualis ei de quo est, & cui mirabi
liter coæterna est. Quapropter ita dicit̄ illud
dei uerbū ut dei cogitatio nō dicat̄, ne aliq̄d esse
quasi uolubile credat̄ in deo, quod nūc accipiat,
nūc recipiat formā, ut uerbū sit, eamq; possit amit
tere atq; informiter quodāmodo uolutari. Bene
quippe nouerat uerba & uim cogitationis inspe-
xerat

Simplicissima dei cogitatio Cap. XVI

xerat locutor egregius qui dixit in carmine, se-
cumq; uolutat euētus belli uarios: id est, cogitat. A
Nō ergo ille dei filius cogitatio dei, sed uerbū dei
dicit̄. Cogitatio quippe nostra peruenies ad id
quod scimus, atq; inde formata, uerbū nostrū ue-
rum est. Et ideo uerbū dei, sine cogitatiōe dei de-
bet intelligi, ut forma ipsa simplex intelligat̄, non
habens aliquid formabile quod esse etiā possit in
forme. Dicunt̄ quidem etiā in scripturis sanctis
cogitationes dei, sed eo locutiōis modo, quo ibi
& obliuio dei dicit̄, quæ utiq; ad proprietatem in
deo nulla est. Quamobrē cum tanta sit nūe in isto
ænigmate dissimilitudo dei & uerbi dei, in qua ta
men nōnulla similitudo cōperta est: illud quoque
fatendū est, quod etiā cū similes ei erimus quādo
uidebimus eū sicuti est, quod utiq; qui dixit, hāc
proculdubio quæ nunc est dissimilitudinē atten- B
dit, nec tūc natura illi erimus æquales. Semp em̄
natura minor est faciēte quæ facta est. Et tūc qui-
dem uerbū nostrū nō erit falsum, quia neq; men-
tiemur, neq; fallemur. Fortassis etiā uolubiles nō
erunt nostrę cogitationes ab alijs in alias euntes
atq; redeūtes, sed omnē scientiā nostrā uno simul
cōspectu uidebimus. Tamen cum & hoc fuerit,
si & hoc fuerit, formata erit creatura quæ forma-
bilis fuit, ut nihil iam desit eius formę, ad quā per
uenire deberet. Sed tamē coæquanda nō erit illi
simplicitati, ubi nō formabile aliquid formatum
uel reformatū est, sed forma neq; informis, neque
formata, ipsa ibi æterna est immutabilisq; subsтā-
tia. Satis de patre & filio quantum per hoc spe
culum atq; in hoc ænigmate uidere potuimus lo C
cuti sumus. Nunc de spiritusancto quantum deo
donante uidere concedit̄ disserendū est, qui spiri
tussanctus secundū scripturas sanctas nec patris
solius est, nec filij solius, sed amborū, & ideo com
munē qua inuicē se diligūt pater & filius, nobis
insinuat charitatem. Vt aūt nos exerceret sermo
diuinus, non res in promptu sitas, sed in abdito
scrutādas, & ex abdito eruēdas, maiore studio se
cit ingri. Nō itaq; dixit scriptura, spiritussanctus
charitas est: quod si dixisset, non paruā partē quę
stiōis istius abstulisset: sed dixit, deus charitas est:
ut incertū sit, & ideo requirendū, utrū deus pater
sit charitas, an deus filius, an deus spiritussanctus
an deus ipsa trinitas. Neque enim dicturi sumus,
non propterea deū dictū esse charitatē, quod ipsa D
charitas nulla substātia, quę dei digna sit nomine,
sed quod donū dei sit, sicut dictū est deo, Quoniā
tu es patientia mea. Neq; enim ꝓpterea dictū est,
quia dei substantia est nostra patientia, sed quod
ab ipso nobis est, sicut alibi legit̄, quoniā ab ipso
est patiētia mea. Hunc quippe sensum facile refel
lit scripturarū ipsa locutio. Tale est em̄, tu es pa
tientia mea: quale est, tu es domine spes mea: &
deus meus misericordia mea, et multa similia. Nō
est aūt dictū, domine charitas mea: aut, tu es cha
ritas mea: aut, deus charitas mea: sed ita dictū est,
deus charitas est: sicut dictū est, deus spiritus est.
Hoc qui nō discernit, intellectū à domino, nō ex-
positionem quærat à nobis. Non enim apertius
quicq; possumus dicere. Deus ergo charitas est.

Vtrum autē pater, an filius, an spiritussanctus, an
ipsa trinitas, quia & ipsa non tres dij, sed unus de-
us, hic quærit̄. Sed iam in hoc libro superius dis-
putaui, non sic accipiendā esse trinitatē quę deus
est, ex illis tribus quæ in trinitate nostræ mentis
ostendimus, ut tanquā memoria sit omniū trium
pater, & intelligentia omniū triū filius, & chari-
tas omniū triū spiritussanctus: quasi pater nec in-
telligat sibi nec diligat, sed ei filius intelligat, &
spiritussanctus ei diligat, ipse aūt sibi & illis tantū
meminerit. Et filius nec meminerit nec diligat si-
bi, sed meminerit ei pater, & diligat ei spiritussan-
ctus, ipse autem & sibi & illis tantūmodo intelli-
gat. Itemq; spiritussanctus nec meminerit nec in-
telligat sibi, sed meminerit ei pater, & intelligat ei
filius, ipse autē & sibi & illis non nisi diligat. Sed
sic potius, ut omnia tria & omnes & singuli ha-
beant in sua quisq; natura. Nec distent in eis ista,
sicut in nobis aliud est memoria, aliud est intelli-
gentia, aliud dilectio siue charitas: sed unum ali-
quid sit quod omnia ualeat, sicut sapiētia, et sic ha
beat̄ in uniuscuiusq; natura, ut qui habet, hoc sit
quod habet, sicut immutabilis simplexq; substan
tia. Si ergo hęc intellecta sunt, & quantum nobis
in rebus tantis uidere et coniectare cōcessum est,
uera esse claruerūt, nescio cur non sicut sapientia
& pater dicit̄ & filius & spiritussanctus, & simul o-
mnes una charitas. Sic enim & pater deus, & fi-
lius deus, & spiritussanctus deus, et simul omnes
unus deus. Et tamē nō frustra in hac trinitate nō 1 sent. dist. 12
dicit̄ uerbum dei nisi filius, nec donū dei nisi spi- c. nunc tracta-
ritussanctus: nec de quo genitū est uerbū, nec de dum
quo ꝓcedit principaliter spiritussanctus nisi deus
pater. Ideo aūt addidi, principaliter, quia & de fi-
lio spiritussanctus ꝓcedere reperit̄. Sed hoc quoq;
illi pater dedit, non iam existenti & nondū habē-
ti, sed quicquid unigenito uerbo dedit, gignēdo
dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiā de illo donum
cōmune procederet, & spiritussanctus, spiritus
esset amborum. Non est igitur accipiēda trāseun
ter, sed diligenter intuenda inseparabilis trinita-
tis ista distinctio. Hinc enim factū est ut propriē
dei uerbum etiā dei sapientia diceret̄, cū sit sapiē-
tia & pater & spiritussanctus. Si ergo proprie ali 1 sen. dist. 10
quid horū trium charitas nuncupanda est, quid c. si ergo pro-
aptius q̄ ut hoc sit spiritussanctus? Vt scilicet in prie
illa trinitatis simplici summaq; natura, nō sit ali-
ud substantia, & aliud charitas, sed substātia ipsa
sit charitas, & charitas ipsa sit substantia, siue in
patre, siue in filio, siue in spiritusancto, & tamen
proprie spiritussanctus charitas nuncupet̄. Sicut 1 sent. dist. 10
legis nomine aliquādo simul omnia ueteris instru c. plurib. enim
menti sanctarū scripturarū significantur eloquia.
Nam ex propheta Esaia testimoniū ponens Apo
stolus ubi ait, In alijs linguis & in alijs labijs lo- 1 Cor. 14
quar populo huic: prætulit tamen, in lege scriptū
est. Et ipse dominus, In lege, inquit, eorū scriptū Ioan. 15
est, quia oderunt me gratis: cum hoc legatur in
psalmo. Aliquādo autē proprie uocatur lex quæ Psal. 34
data est per Moysen, secundum quod dictū est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.11 Matth.22 Lex & prophetæ usq; ad Ioannē:Et,In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Hic A utiq; ,pprie lex appellata est, de monte Sina. Prophetarum autē nomine etiam Psalmi significati Luc.24 sunt, et tamen alio loco ipse saluator, Oportebat, inquit,impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me.Hic rursus propheta rum nomen exceptis psalmis intellígi uoluit.Dicitur ergo lex uniuersaliter cum prophetis et psalmis:dicitur & proprie quæ per Moysen data est. Item dicuntur communiter prophetę simul cum psalmis, dicuntur & proprie præter psalmos.Et multis alijs exemplis doceri possunt multarū rerum uocabula, & uniuersaliter poni, & proprie quibusdam rebus adhiberi, nisi in re aperta uitanda sit longitudo sermonis. Hæc ideo dixi, ne 1 sen. dist. 10 c. plurb. enim quisquā propterea nos incōuenienter existimet B charitatē appellare spiritūsanctum, quia & deus pater & deus filius potest charitas nuncupari. Sicut ergo unicū dei uerbū proprie uocamus nomine sapientiæ,cum sit uniuersaliter & spiritussanctus & pater ipse sapiētia:ita spiritussanctus proprie nuncupat uocabulo charitatis, cū sit uniuer1 sent. dist. 10 c. sed dei uerbum saliter charitas et pater & filius.Sed dei uerbum, id est, unigenitus dei filius aperte dictus est dei sapientia,ore Apostolico ubi ait, Christū dei uirtu1 Cor.1 tem & dei sapientiā. Spiritus autē sanctus ubi sit dictus charitas inuenimus, si diligenter Ioannis Apostoli scrutemur eloquiū. Qui cū dixisset, Di1 Ioan.4 lectissimi diligamus inuicē, quia dilectio ex deo est:secutus adiunxit, Et omnis qui diligit, ex deo natus est. Qui nō diligit,non cognouit deū: quia C 1 sen. dist. 17 c. cum autem deus dilectio est.Hic manifestauit eam se dixisse dilectionē deum, quā dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio.Sed quia & filius ex deo patre natus est, & spiritussanctus ex deo patre procedit, quem potius eorū hic debeamus accipere dictū esse dilectionem deū,merito quęritur:pater enim solus ita deus est, ut non sit ex deo,ac per hoc dilectio quæ ita deus est, ut ex deo sit, aut filius est, aut spiritussanctus.Sed in consequentibus cū dei dilectionē commemorasset, non qua nos eū, sed ἱλεασμὸν litatorem qua ipse dilexit nos, & misit filiū suū liberatorem pro peccatis nostris, & hinc exhortatus esset ut & nos inuicē diligamus, atque ita in nobis deus maneat, quia utiq; dilectionē deū dixerat, statim uolens de hac re apertius aliquid eloqui. In hoc, D ingt, cognoscimus quia in ipso manemus & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis.Spiritus itaq; sanctus de quo dedit nobis, facit nos in deo manere & ipsum in nobis, hoc aūt facit dilectio. Ipse est igit deus dilectio.Deniq; paulopost cum hoc ipsum repetisset atque dixisset, deus dilectio est:cōtinuo subiecit, et qui manet in dilectione in deo manet, & deus manet in eo. Vnde supra dixerat.In hoc cognoscimus quia in ipso manemus & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. 1 sent. dist. 10 c. sed dei. & dist. 17. c. cū autē. & c. tūc enim Ipse ergo significat ubi legitur, deus dilectio est. Deus igit spiritussanctus qui ,pcedit ex deo.cum datus fuerit homini, accendit eū in dilectionē dei & proximi.& ipse dilectio est. Nō enim habet homo unde deum diligat,nisi ex deo.Propter quod paulo post dicit, Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos.Apostolus quoq; Paulus,Dilectio,in quit,dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritumsanctū qui datus est nobis. Nullum est isto dei dono excellētius.Solū est quod diuidit inter filios regni ęterni & filios perditiōis ęternę.Dantur & alia per spiritūsanctū munera,sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantū impertiatur cuiq; spiritussanctus,ut eum dei et proximi faciat amatorē,à sinistra non transfertur ad dexteram. Nec spiritus ,pprie dicitur donum nisi propter dilectionē, Quam qui nō habuerit, si linguis hominum loquatur & angelorum, sonans æramētum est, & cymbalum tinniens. Et si habuerit prophetiam, & scierit omnia sacramenta, & omnē scientiam, & si habuerit omnē fidem, ita ut mōtes trāferat,nihil est.Et si distribuerit omnem substantiam suam, & si tradiderit corpus suū ut ardeat, nihil ei prodest.Quantum ergo bonū est, sine quo ad æternā uitam neminem bona tanta perducūt: Ipsa uero dilectio siue charitas,nam unius rei est utrunq; nomen, si habeat eam qui non loquit linguis, nec habet prophetiam, nec omnia scit sacramenta, omnemq; scientiam, nec distribuit omnia sua pauperibus,uel non habendo quod distribuat,uel aliqua necessitate ,phibitus, nec tradit corpus suum ut ardeat,si talis passionis nulla tentatio est, perducit ad regnum, ita ut ipsam fidem nō faciat utilem nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest quidem esse, sed nō & prodesse. Propter quod & Apostolus Paulus, In Christo, inquit,Iesu neq; circūcisio, neq; præputium aliquid ualet,sed fides quæ per dilectionem operat. Sic eam discernēs ab ea fide,qua & dęmones credūt & cōtremiscūt.Dilectio igitur quæ ex deo est & deus est, ,pprie spiritussanctus est,per quē diffunditur in cordib. nostris dei charitas, per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissime spiritussanctus cū sit deus, uocat etiā donū dei. Quod donū proprie quid nisi charitas intelligenda est, quę perducit ad deū, & sine qua quodlibet aliud donū dei nō perducit ad deum. An & hoc propandum est, dei donū dictum esse in sacris literis spiritūsanctum? Si & hoc expectatur, habemus in Euangelio secundū Ioannē, domini Iesu Christi uerba dicentis, Si quis sitit,ueniat ad me & bibat, Qui credit in me,sicut dicit scriptura, Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Porrò Euāgelista secutus adiunxit,Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erāt credentes in eum. Vnde dicit etiam Paulus Apostolus,Et omnes unū spiritum potauimus. Vtrū autem donū dei sit appellata aqua ista, quod & spiritussanctus, hoc quæritur. Sed sicut hic inuenimus hanc aquam spiritū sanctū esse,ita inuenimus alibi in ipso Euāgelio, Ioan.4 hanc aquā donū dei appellatam. Nam dominus idem quādo cū muliere Samaritana ad puteū loquebat, cui dixerat, Da mihi bibere, cum illa respōdisset,quod Iudæi nō coutunt Samaritanis, respōdit Iesus & dixit ei, Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi,da mihi bibere,tu forsitā petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuā.Dixit ei mulier

Charitas dei, ipse deus Cap. XVII

Spiritus sanctus quomodo dicatur donum Cap. XIX

1 Cor.12

mulier,Domine neq; in quo haurias habes,& puteus altus est,unde ergo habes aquā uiuam? & cę A tera. Respōdit Iesus & dixit ei, Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterū: qui autem biberit ex aqua quā ego dabo ei, non sitiet inæternū, sed aqua quā ego dabo ei,fiet in eo fons aquę salientis in uitā æternam. Quia ergo hæc aqua uiua, sicut Euangelista exposuit,spiritus est sanctus, ,pculdubio spiritus donū dei est. De quo hic dominus ait, Si scires donū dei,& quis est qui dicit tibi,da mihi bibere,tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi Ioan.7 aquā uiuam. Nam quod ibi ait, Flumina de uen Ioan.4 tre eius fluent aquę uiuę:hoc isto loco, Fiet in eo, inquit, fons aquę salientis in uitam æternā. Paulus quoq; Apostolus, Vnicuiq;, inquit, nostrum Eph.4 datur gratia secundū mensurā donationis Christi. Atq; ut donationē Christi spiritūsanctū ostenB deret,secutus adiunxit:Propter quod dicit,Ascēdit in altū, captiuauit captiuitatē, dedit dona hominibus. Notissimum est autem dominū Iesum cum post resurrectionē à mortuis ascendisset in cœlū, dedisse spiritūsanctum, quo impleti qui crediderant,linguis omniū gētium loquebant. Nec moueat quod ait,dona, non donum: Id enim testimonium ex Psalmo posuit,Hoc aūt in Psalmo Psal.67 ita legit, Ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem,accepisti dona in hominib. Sic enim plures codices habent,& maxime Græci,& ex Hebręo sic interpretatū habemus.Dona itaq; dixit Apostolus quemadmodū Propheta, non donum. Sed cum Propheta dixerit,accepisti in hominib. Apostolus maluit dicere,dedit dona hominib?:ut ex C utroq; scilicet uerbo, uno Prophetico, Apostolico altero, quia in utroq; est diuini sermonis autoritas, sensus plenissimus redderet. Vtrunq; enim uerū est,& quia dedit hominibus,& quia accepit in hominibus. Dedit hominibus, tanquā caput membris suis.Accepit in hominibus idē ipse utAR.9 Matth.25 Matth.18 cap.1 que in membris suis, ,ppter quę mēbra sua clamauit de cœlo,Saule Saule quid me persequeris? Et de quibus mēbris suis ait, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ipse ergo Christus, & dedit de cœlo, et accepit in terra. Porrò aūt,dona ob hoc ambo dixerunt, & Propheta & Apostolus,quia per donum, quod est spiritussanctus, in cōmune omnibus membris Christi multa dona, quæ sunt quibusq; propria,diuidunt. Non enim D singuli quiq; habent omnia,sed hi illa, & alij alia: quāuis ipsum donū à quo cuiq; propria diuidun1 Cor.12 tur omnes habeāt,id est,spiritūsanctū. Nam &ali bi cū multa dona cōmemorasset,Omnia,inquit, hęc operat unus atq; idē spiritus,diuidēs propria Heb.2 unicuiq; prout uult. Quod uerbū & in Epistola quæ ad Hebræos est inuenit, ubi scriptū est, Attestante deo signis & ostentis & uarijs uirtutib?, & spiritussancti distributionibus.Et hic cū dixisset, Ascēdit in altum, captiuauit captiuitatem,dedit dona hominibus:Quod aūt ascendit, ait,quid est nisi quia & descendit in inferiores partes terræ? Qui descendit ipse est et qui ascēdit super omnes cœlos ut adimpleret omnia.Et ipse dedit quosdā quidē Apostolos, quosdā autē Prophetas, quosdam uero Euāgelistas, quosdā aūt pastores et doctores.Ecce quare dicta sunt dona, quia sicut alibi dicit,Nūquid omnes Apostoli? nūquid omnes Prophetę:& cętera. Hic aūt adiunxit,Ad cōsum 1 Cor.12 mationē sanctorū in opus ministerij, in ędificationem corporis Christi. Hæc est domus quæ sicut Psalmus canit, ædificat post captiuitatē: quoniā qui sunt à diabolo eruti, à quo captiui tenebant, de his ædificat domus Christi, quæ domus appel Eph.4 latur Ecclesia.Hanc autē captiuitatē ipse captiuauit,qui diabolū uicit.Et ne illa quę futura erāt sancti capitis membra in æternum suppliciū secum traheret, eum iustitiæ prius, deinde potentiæ uinculis alligauit.Ipse itaq; diabolus est appellata captiuitas,quem captiuauit qui ascendit in altū & dedit dona hominibus, uel accepit in hominib. Petrus autē Apostolus sicut in eo libro Canoni- Act.2 co legitur ubi scripti sunt Actus Apostolorū, loquēs de Christo, cōmotis corde Iudęis & dicentibus, Quid ergo faciemus fratres, monstrate nobis:dixit ad eos, Agite pœnitentiā & baptizetur unusquisq; uestrū in nomine domini Iesu Christi in remissionē peccatorum,& accipietis donū spiritussancti.Itemq; in eodem libro legit, Simonē magum Apostolis dare uoluisse pecuniam,ut abeis acciperet potestatē quod per impositionē manus eius daretur spiritussanctus. Cui Petrus idē, Act.8 pecunia,inquit,tua tecū sit in perditionē,quia donum dei æstimasti te per pecunias possidere. Et alio eiusdē libri loco,cum Petrus Cornelio &eis qui cum eo fuerant loquereť, annuncians & præ dicans Christū,ait scriptura,Adhuc loquēte Pe- Act.10 tro uerba hæc, cecidit spiritussanctus super omnes qui audiebant uerbū, & obstupuerūt qui ex circumcisione fideles simul cum Petro uenerant, quia & in nationes donū spiritussancti effusum est. Audiebant eī illos loquentes linguis, & magnificantes deū. De quo facto suo quod incircūcisos baptizauerat, quia priusq; baptizarent, ut nodum questionis huius auferret, in eos uenerat spiritussanctus,cū Petrus postea redderet rationem fratribus qui erāt Hierosolymis,& hac re audita Act.11 mouebant, ait post cætera, Cum cœpissem aūt loqui ad illos,cecidit spiritussanctus in illos sicut & in nos in initio. Memoratusq; sum uerbi domini sicut dicebat,quia Ioannes quidem baptizauit aqua,uos autē baptizabimini spiritusancto. Si igitur æquale donū dedit illis, sicut & nobis qui credidimus in dominū Iesum Christū: ego quis erā qui possem prohibere deum nō dare illis spiritūsanctum? Et multa alia sunt testimonia scripturarum, quę cōcorditer attestant donum dei esse spiritumsanctū,in quantū datur eis qui per eum diligunt deum. Sed nimis longū est cuncta colligere. Et quid eis satis est, quibus hæc quæ diximus satis nō sunt? Sanè aūt monendi sunt, quandoquidem donū dei iam uidēt dictum spiritumsanctū, ut cum audiunt donū spiritussancti, illud genus locutionis agnoscant, quo dictū est, in expoliatione corporis carnis. Sicut em corpus carnis nihil est aliud quàm caro, sic donum spiritussancti nihil est aliud quàm spiritussanctus. Intantum ergo do

Universidad de Deusto
Biblioteca

num dei est, inquantum datur eis quibus datur.
1 sent. dist. 18 c. cum enim
Apud se autē deus est, etsi nemini detur, quia de- A
us erat patri & filio coæternus antequā cuiquam daretur. Nec quia illi dant ipse datur, ideo minor est illis. Ita ēm dat sicut donū dei, ut etiā seipsum det sicut deus. Nō ēm dici potest nō esse suę potestatis, de quo dictū est, Spiritus ubi uult spirat. Et illud Apostolicū quod iam supra cōmemorauī, Omnia hæc operat unus atq; idem spiritus, diuidens propria unicuiq; prout uult. Nō est illic cōditio dati, & dominatio dantiū, sed cōcordia dati & dantiū. Quapropter si sancta scriptura proclamat, Deo charitas est: illa quæ ex deo est, & in nobis id agit ut in deo maneamus, & ipse in nobis, & hoc inde cognoscimus, quia de spiritu suo dedit nobis, ipse ipūs eius est, deus charitas: Deinde si in donis dei nihil maius est charitate, & nullum B
est maius donum dei cp spiritussanctus, quid cōsequentius cp ut ipse sit charitas, qui dicit & deus
1 sent. dist. 10 c. hic notandū & ex deo: Et si charitas qua pater diligit filiū, & patrem diligit filius, ineffabiliter cōmunionē demonstrat amborū, quid conuenientius cp ut ille dicatur charitas proprie, qui spiritus est cōmunis ambobus: Hoc enim sanius creditur uel intelligitur, ut non solus spiritussanctus charitas sit in illa trinitate, sed nō frustra proprie charitas nuncupetur, propter illa quæ dicta sunt. Sicut nō solus est in illa trinitate, uel spiritus uel sanctus, quia & pater spiritus, & filius spiritus, & pater sanctus, & filius sanctus, quod non ambigit pietas, & tamen iste nō frustra proprie dicit spiritussanctus. Quia enim est cōmunis ambobus, id uocatur ipse proprie quod ambo cōmuniter. Alioquin si in illa trinitate solus spiritussanctus est charitas, profecto & filius non solius patris, uerūetiam spūssancti filius inuenit. Ita enim locis innumerabilib. dicitur & legit filius unigenitus dei patris: ut tamen et illud uerū sit quod Apostolus ait de deo patre. Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnū filij charitatis suæ. Non dixit, filij sui: quod si diceret, uerissime diceret, quemadmodū quia sæpe dixit uerissime dixit, sed ait filij charitatis suę. Filius ergo est etiā spiritussancti, si non est in illa trinitate charitas dei nisi spiritussanctus, Quod si absurdissimū est, restat ut nō solus ibi sit charitas spiritussanctus, sed propter illa de qui-
1 sent. dist. 5. c. dicitur quoq; bus satis disserui proprie sic uocet. Quod autem D
dictum est, Filij charitatis suæ: nihil aliud intelligat quā filij sui dilecti, cp filij postremo substātiæ suę. Charitas quippe patris quę in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud q̄ eius ipsa natura atq; substantia, ut sæpe iam diximus, & sæpe iterare non piget. Ac per hoc filius charitatis eius nullus est alius, cp qui de substantia eius est genitus. Quocirca ridenda est dialectica Eunomij,
Contra Eunomium. XX à quo Eunomiani hæretici exorti sunt. Qui cū nō potuisset intelligere, nec credere uoluisset, unigenitum dei uerbum, per quod facta sunt omnia, filium dei esse natura, hoc est, de substantia patris genitū: non naturæ uel substantiæ suæ siue essentię dixit esse filium, sed filium uoluntatis dei, accidentē scilicet deo uolens asserere uoluntatē qua gigneret filiū: uidelicet ideo quia nos aliquid ali-
A quādo uolumus quod antea nō uolebamus, quasi nō propter ista mutabilis intelligat nostra natura, quod absit ut in deo esse credamus. Neq; enim
Prouerb. 19 ob aliud scriptū est, Multæ cogitationes in corde uiri, consiliū autem domini manet inæternū: nisi ut intelligamus siue credamus, sicut æternū deū, ita æternū eius esse consilium, ac per hoc immutabile sicut ipse est. Quod aūt de cogitationib. hoc etiam de uoluntatibus uerissime dici potest. Multæ uoluntates in corde uiri, uoluntas aūt domini manet inæternū. Quidam ne filium cōsilij uel uoluntatis dei dicerent unigenitū uerbū, ipsum consilium seu uoluntatē patris idem uerbum esse dixerunt. Sed melius quantū existimo dicit consi-
1 sent. dist. 5. c. prædictis tñ liū de consilio, & uoluntas de uoluntate, sicut substantia de substantia, sapiētia de sapiētia: ne absurditate illa quā iam refellimus, filius dicat patrem facere sapientē uel uolentē, si non habet pater in
1 sent. dist. 5. c. 1. & c. prædicta tamen substantia sua cōsilium uel uoluntatē. Acute sane quidā respōdit hæretico uersutissime interroganti, utrū deus filius filiū uolens an nolens genuerit: ut si diceret nolēs, absurdissima dei miseria sequeret: si aūt uolens, continuo quod intendebat uelut inuicta ratione cōcluderet, non naturæ esse filiū, sed uoluntatis. At ille uigilantissime uicissim quæsuit ab eo, utrū deus pater uolens an nolens sit deus: ut si respōderet nolens, sequerē illa miseria quā de deo credere magna insania est: Si aūt diceret uolens, respōderet ei; ergo et ipse deus est sua uoluntate, nō natura. Quid ergo restabat nisi
C ut obmutesceret, & sua interrogatione obligatū insolubili uinculo se uideret. Sed uoluntas dei si et, ppriē dicēda est aliqua in trinitate persona, magis hoc nomē spiritussancto competit, sicut charitas. Nā quid est aliud charitas, cp uolūtas? Video Epilogus me de spiritusancto in isto libro secundū scripturas sanctas hoc disputasse, quod fidelibus sufficit sciētib. iam deū esse spiritūsanctum, nec alterius substātiæ, nec minorē cp est pater & filius, quod in superioribus libris secundū easdē scripturas uerū esse docuimus. De creatura etiā quā fecit deus quantū ualuimus admonuimus eos qui rationē de rebus talibus poscūt, ut inuisibilia eius per ea quę facta sunt, sicut possent intellecta cōspicerēt, et maxime per rationē uel intellectualē creaturā, quæ facta est ad imaginē dei, per quam uelut per speculū quantū possent, si possent, trinitatē cernerent deū, in nostra memoria, intelligētia, uoluntate. Quæ tria in sua mente naturaliter diuinitus instituta quisquis uiuaciter perspicit, & cp magnū sit in ea, unde potest etiā sempiterna immutabilisq; natura recoli, cōspici, amplecti, cōcupisci, reminiscit per memoriā, intuetur per intelligentiā, amplectitur per dilectionē, profecto reperit illius summę trinitatis imaginē. Ad quam summā trinitatē reminiscendā, uidendā, diligēdam, ut eam recordetur, eam cōtemplet, ea delectetur, totum
1 sen. dist. 3 c. uerumtamen debet referre quod uiuit. Verū ne hanc imaginē ab eadem trinitate factam et suo uitio in deterius commutatam, ita eidem cōparet trinitati ut ommodo existimet similem, sed potius in qualicunque

cunq; ista similitudine, magnā quoq; dissimilitudinē cernat quantū esse satis uidebatur admonui.
A Sanè deum patrē, & deum filium, id est, deum
Vide supe lib. XXI genitorē qui omnia quæ substantialiter habet in coæterno sibi uerbo suo dixit quodāmodo, & ipsum uerbū eius deum qui nec plus nec minus aliquid habet etiā ipse substantialiter, cp quod est in illo qui uerbum non mendaciter sed ueraciter genuit, quemadmodū potui, nō ut illud iam facie ad faciem, sed per hanc similitudinem in ænigmate quantulumcunq; conjciēdo uideretur in memoria & intelligētia mentis nostræ significare curaui, memoriæ tribuēs omne quod scimus, etiam si non inde cogitemus, intelligentiæ uero proprio quodā modo cogitationis informationē. Cogitādo enim quod uerū inuenimus, hoc maxime intelligere dicimur, & hoc quidem in memoria rur B
sus relinquimus. Sed illa est abstrusior profundi tas nostræ memoriæ, ubi hoc etiam primū cū cogitaremus inuenimus, & gignitur intimū uerbū quod nullius linguæ sit, tanq; scientia de scientia, & uisio de uisione, & intelligētia quæ apparet in cogitatione, de intelligētia quæ in memoria iā fuerat sed latebat: quanq; & ipsa cogitatio quandam suam memoriā nisi haberet, non reuerteretur ad ea quæ in memoria reliquerat, cū alia cogitaret. De spiritu aūt sancto nihil in hoc ænigmate quod ei simile uideret ostendi, nisi uoluntatē nostrā uel amorē, seu dilectionē quę ualentior est uoluntas: quoniā uoluntas nostra quæ nobis naturaliter in est, sicut ei res adiacuerint uel occurrerint quib. allicimur aut offendimur, ita uarias affectiōes ha C
bet. Quid ergo est? Nūquid dicturi sumus uolūtatem nostrā, quādo recta est nescire quid appetat, quid euitet? Porrò si scit, ꝓfecto inest ei sua quædam scientia, quæ sine memoria & intelligentia esse nō possit. An uero audiēdus est quispiam di
1 Cor. 13 cens: Charitatem nescire quid agat, quæ nō agit perperā? Sicut ergo inest intelligentia, inest dilectio illi memorię principali in qua inuenimus paratum & reconditū ad quod cogitādo possumus peruenire: quia & duo ista inuenimus ibi, quādo nos cogitādo inuenimus & intelligere aliquid et amare quæ ibi erāt, & quādo inde non cogitabamus: & sicut inest memoria, inest dilectio huic intelligētiæ quę cogitatione formatur: quod uerbū uerū sine ullius gentis lingua intus discimus, quā D
do quod nouimus dicimus: nā nisi reminiscendo nō redit ad aliquid, & nisi amādo redire nō curat nostræ cogitationis intuitus: ita dilectio quæ uisionē in memoria constitutā, & uisionē cogitatio nis inde formatā quasi parentē prolemq; coniungit, nisi haberet appetendi scientiā, quæ sine memoria & intelligētia nō potest esse, quid recte diligeret ignoraret. Verū hęc quādo in una sunt persona, sicut est homo, potest nobis quispiā dicere, tria ista memoria, intellectus, et amor, mea sunt non sua, nec sibi sed mihi agunt quod agunt, imò ego per illa. Ego ēm me memini per memoriam, intelligo per intelligētiā, amo per amorē: & quādo ad memoriā meam aciem cogitationis aduerto, ac sic in corde meo dico quod scio, uerbumq; uerum de scientia mea gignitur, utrunq; meū est, & scientia utiq; & uerbū. Ego enim scio, ego dico in meo corde quod scio: & quādo in memoria mea cogitādo inuenio, iā me intelligere, iam me amare aliquid, qui intellectus & amor ibi erāt & antequā inde cogitarem, intellectum meū & amorem meū inuenio in memoria mea, quo ego intelligo, ego amo nō ipsa. Item quādo cogitatio mea memor est, & uult redire ad ea quæ in memoria reliquerat, eaq; intellecta conspicere atq; intus dicere, mea memoria memor est, & mea uult uoluntate nō sua. Ipse quoq; amor meus cum meminit atq; intelligit quid appetere debeat, quid uitare, per meā non per suam memoriā meminit, & per intelligentiā meam nō per suam, quicquid intelligēter amat intelligit. Quod breuiter dici potest, Ego per omia tria illa memini, ego intelligo, ego diligo, qui nec memoria sum, nec intelligētia, nec dilectio, sed hæc habeo. Ista ergo dici possunt ab una persona, quæ habet hæc tria, nō ipsa est hæc tria. In illis uero summæ simplicitate naturæ quæ 1 sent. dist. 3 c. quod breuiter, deus est, quāuis unus sit deus, tres tamen personæ sunt, pater, & filius, & spiritussanctus. Aliud est itaq; trinitas res ipsa, aliud imago trinitatis in re alia, propter quā imaginē simul & illud in quo sunt hæc tria imago dicit: sicut imago dicit simul & tabula & quod in ea pictum est: sed propter picturam quæ in ea est, simul & tabula nomine imaginis appellatur. Verū in illa summa trinitate Quàm uera in dei trinitate unitas, & quàm uera in eiusdem unitate sit trinitas. Cap. XXIII quæ incōparabiliter rebus omnib. antecellit, tanta est inseparabilitas, ut cum trinitas hominū nō C
possit dici unus homo, in illa unus deus & dicat & sit, nec in uno deo sit illa trinitas, sed unꝰ deus. Nec rursus quēadmodū ista imago quod est homo habens illa tria una persona est, ita illa est trinitas: sed tres personæ sunt, pater filij, & filius patris, & spiritus patris & filij. Quāuis enim memoria hominis, & maxime illa quā pecora non habēt, id est, qua res intelligibiles ita cōtinent ut nō in eā per sensus corporis uenerint, habeat ꝓ modulo suo in hac imagine trinitatis incomparabiliter quidē imparem, sed tamē qualemcunq; similitudinem patris: itemq; intelligētia hominis quæ per intentionē cogitationis inde formatur, quando quod scitur dicit, & nullius linguæ cordis uerbum est, habeat in sua magna disparilitate nōnullam similitudinē filij: & amor hominis de scientia procedens, & memoriā intelligentiamq; coniungens, tanquā parenti prolicq; cōmunis, unde nec parens intelligitur esse, nec proles, habeat in hac imagine aliquam licet ualde imparem similitudinem spiritussancti: non tamen sicut in ista imagine trinitatis, non hæc tria unus homo, sed unius hominis sunt, ita in ipsa summa trinitate cuius hæc imago est, unius dei sunt illa tria, sed unus deus est, & tres sunt illæ non una persona. Quod sanè mirabiliter ineffabile est, uel ineffabiliter mirabile, cum sit una persona hæc imago trinitatis, ipsa uero summa trinitas tres personæ sint, inseparabilior est illa trinitas personarum trium, quàm hæc unius. Illa quippe in natura diuinitatis siue id melius dicatur deitatis, quod est, hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, atq; incõmutabiliter inter se ac semper æqualis est. Nec aliquãdo nõ fuit aut aliter fuit: nec aliquando non erit, aut aliter erit. Ista uero tria quæ sunt in impari imagine, & si nõ locis quoniã non sunt corpora, tamen inter se nunc in ista uita magnitudinib. separãtur. Neq; enim quia moles nullæ ibi sunt, ideo nõ uidemus in alio maiorem esse memoriã quàm intelligentiã. In alio autẽ contra, in alio duo hæc amoris magnitudine superari, siue sint ipsa duo inter se æqualia siue nõ sint: atq; ita à singulis bina, & à binis singula, & à singulis singula, à maioribus minora uincuntur: & quando inter se æqualia fuerint ab omni languore sanabitur. Sed hãc non solũ incorporalem, uerum etiã summe inseparabilẽ uereq; immutabilẽ trini
1.Cor.13 tatem, cum uenerit uisio quæ facie ad faciẽ reprommittit nobis, multo clarius certiusq; uidebimus, q̃ nunc eius imaginẽ quod nos sumus: per quod tamen speculũ & in quo ænigmate qui uident sicut in hac uita uidere concessum est, non illi sunt qui ea quæ dígessimus & cõmendauimus in sua mẽte conspiciũt: sed illi qui eam tanq̃ imaginẽ uident, ut possint ad eum cuius imago est quomodocunq; referre quod uident, & per imaginẽ quã conspiciẽdo uident etiã illud uidere conspiciẽdo, quoniã nondũ possunt facie ad faciẽ. Non enim ait Apostolus, uidemus nunc speculum, sed uidemus nũc per speculum. Qui ergo uident suam
Humanæ mentis cæcutiẽtia. Ca. XXIIII mentẽ quomodo uideri possit, et in ea trinitatem ista de qua multis modis ut potui disputaui, nec tamẽ eam credunt uel intelligũt esse imaginẽ dei: speculũ quidẽ uident, sed usq; adeo nõ uident per speculum eum qui est per speculũ nunc uidẽdus, ut nec ipsum speculum quod uident sciãt esse speculum, id est, imaginẽ. Quod si scirẽt, fortasse & eum cuius est hoc speculum, per hoc quærẽdum & per hoc utcunq; interim uidendũ esse sentirẽt,
1.Tim.1 fide nõ ficta corda mundante, ut facie ad faciem possit uideri, qui per speculum nũc uidetur. Qua fide cordiũ mundatrice contempta, quid agunt intelligẽdo quæ de natura mẽtis humanæ subtilissime disputãtur, nisi ut ipsa quoq; intelligentia sua teste damnentur? In qua utiq; non laborarẽt, & uix ad certũ aliquid peruenirent, nisi pœnalibus tenebris inuoluti & onerati corpore corruptibili quod aggrauat animã. Quo tandẽ merito inflicto malo isto nisi peccati? Vnde tãti mali magnitudine admoniti, sequi deberẽt agnũ qui tollit peccatũ mundi. Ad eum nanq; pertinentes
Mundo corde cernũtur ista. Cap. XXV etiam longe istis ingenio tardiores, quando fine huius uitæ resoluũtur à corpore, ius in eis retinẽdis non habẽt inuidæ potestates, Quas ille agnus sine ullo ab eis peccati debito occisus, nõ potẽtia potestatis prius q̃ iustitia sanguinis uicit. Proinde liberi à diaboli potestate, suscipiuntur ab angelis sanctis, à malis omnibus liberati per mediatorem dei & hominũ hominẽ Iesum Christũ: quoniam cõsonãtibus diuinis scripturis, & ueteribus & nouis, & per quas prænunciatus, & per quas annunciatus est Christus, non est aliud nomẽ sub cœlo, in quo oportet homines saluos fieri. Cõstituuntur aũt purgati ab omni cogitatione corruptionis, in placidis sedibus, donec recipiãt corpora sua, sed iam incorruptibilia, quæ ornẽt nõ onerent. Hoc enim placuit optimo & sapientissimo creatori, ut spiritus hominis deo pie subditus, habeat fœliciter subditũ corpus, & sine fine permaneat ista felicitas. Ibi ueritatẽ sine ulla difficultate uidebimus, eaq; clarissima & certissima perfruemur. Nec aliquid quæremus mente ratiocinãte, sed contẽplante cernemus, quare non sit filius spiritussanctus, cũ de patre procedat. In illa luce nulla erit quæstio: hic uero ipsa experiẽtia tã mihi apparuit esse difficilis, quod & illis qui hæc diligẽter atq; intelligẽter legẽt, proculdubio similiter apparebit, ut cũ me in secũdo huius operis libro alio loco inde dicturũ essẽ, pmirerim, quotiẽscũq; in ea creatura quæ nos sumus aliqd illi rei simile ostẽdere uolui, qualẽcũq; intellectũ meũ sufficiẽs elocutio secuta nõ fuerit: q̃uis & in ipso intellectu conatũ me sensérim magis habuisse q̃ effectũ: & in una quidẽ persona quod est homo inuenisse imaginẽ summæ illi⁹ trinitatis, et in re mutabili tria illa ut facilius intelligí possent, etiã per tẽporalia interualla maxime in libro IX mõstrare uoluisse. Sed tria unius personę, nõ sicut humana poscit intentio, tribus illis psonis cõuenire potuerũt, sicut in hoc libro XV demõstrauimus. De
Interualla temporã diuinæ trinitatis nulla sunt. Cap. XVI inde in illa summa trinitate quæ deus est interualla tẽporũ nulla sunt, per quę possit ostẽdi aut fallem requiri, utrũ prius de patre natus sit filius, & postea de ambobus processerit spũssanctus. Quoniã scriptura sancta spiritũ eum dicit amborũ. Ipse est enim de quo dicit Apostolus: Quoniã autẽ
Gal.4 estis filij, misit deus spiritũ filij sui in corda uestra. Et ipse est de quo dicit idem filius: Nõ enim uos
Matth.10 estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquit in uobis. Et multis aljs diuinorũ eloquiorum testimonijs cõprobatur patris & filij esse spiritũ, qui proprie dicit in trinitate spiritussanctus,
Ioan.15 de quo item dicit ipse filius: Quem ego mittã uobis à patre. Et alio loco: Quẽ mittet pater in nomine meo. De utroq; aũt procedere sic docet, quia
Ioan.14 *1.sent.dist.14 c.de tẽporali* ipse filius ait: De patre procedit. Et cũ resurrexisset à mortuis & apparuisset discipulis suis, insufflauit & ait: Accipite spiritũsanctũ, ut eum etiã de
Ioan.20 se procedere ostenderet. Et ipse est uirtus quæ de
Luce 6 illo exibat, sicut legitur in Euangelio, Et sanabat omnes. Quid uero fuerit causę ut post resurrectionem suã, & in terra prius daret, et de cœlo postea mitteret spiritũsanctũ, hoc ego existimo, quia per ipsum donũ diffunditur charitas in cordibus nostris, qua diligimus deũ & proximũ, secundũ duo illa præcepta, in quibus tota lex pẽdet & Prophetæ. Hoc significãs dominus Iesus, bis dedit spiritumsanctũ, semel in terra propter dilectionẽ proximi, & iterũ de cœlo propter dilectionẽ dei: & si
1.sent.dist.14 c.sunt aliqui. forte alia ratio reddatur de spiritusancto bis dato, eundẽ tamen spiritũsanctum datum, cũ insufflasset Iesus, de quo mox ait: Ite baptizate omnes
Matth.28 gẽtes in nomine patris & filij & spiritussanctí: ubi maxime

maxime cõmendatur hęc trinitas, ambigere non debemus. Ipse est igitur qui de cœlo etiã datus est die pẽtecostes, id est, post dies decem q̃ dominus ascẽdit in cœlũ. Quomodo ergo deus nõ est qui dat spiritũsanctum? Imò quãtus deus est qui dat deũ? Neq; enim aliquis discipulorũ eius dedit spiritũsanctũ. Orabãt quippe ut ueniret in eos quibus manũ imponebãt, nõ ipsi eum dabãt. Quem
1.dist.14 Quo queritur. morẽ in suis præpositis etiã nunc seruat Ecclesia. Deniq; & Simon magus offerẽs Apostolis pecuniã, nõ ait, date & mihi hanc potestatẽ ut dem spiritumsanctũ: sed cuicunq;, inquit, imposuero manus, ut accipiat spiritũsanctum. Quia neq; scriptura superius dixerat, uidens aũt Simon q̃ Apostoli darent spiritũsanctum: sed dixerat, uidens autẽ Simon q̃ per impositionẽ manuũ Apostolorũ daretur spiritussanctus. Propter hoc & dominus ip se Iesus spiritũsanctum, nõ solũ dedit ut deus, sed etiã accepit ut homo, propterea dictus est plenus gratia. Et manifestius de illo scriptũ est in Actib.
Act.10 Apostolorũ: Quoniã unxit eum deus spiritusancto. Non utiq; oleo uisibili, sed dono gratię, quod uisibili significatur unguẽto quo baptizatos unxit Ecclesia. Nec sanè tũc unctus est Christus spiritusancto, quãdo super eũ baptizatũ uelut colũba descendit. Tũc enim corpus suũ, id est, ecclesiã suam præfigurare dignatus est, in qua præcipue baptizati accipiunt spiritũsanctum. Sed ista mystica & inuisibili unctione tũc intelligẽdus est unctus, quando uerbũ dei caro factũ est, id est, quando humana natura sine ullis præcedentib. bonorum operũ meritis dei uerbo est in utero uirginis copulata, ita ut cũ illo fieret una persona: ob hoc eum confitemur natũ de spiritusancto, & uirgine Maria. Absurdissimũ est enim ut credamus eum cum iam xxx. esset annorũ, eius enim ætatis à Ioanne baptizatus est, accepisse spiritũsanctum, sed uenisse illum ad baptisma, sicut sine ullo omnino
Luce 1 peccato, ita non sine spiritusancto. Si enim de famulo eius & præcursore ipso Ioãne scriptum est: Spiritusancto replebit iam inde ab utero matris suæ, quoniã quamuis seminatus à patre, tamẽ spiritũsanctũ in utero formatus accepit: quid de homine Christo intelligẽdũ est uel credendũ, cuius carnis ipsa conceptio non carnalis sed spiritalis fuit? In eo etiã quod de illo scriptũ est, q̃ accepetit à patre promissionẽ spiritussancti & effuderit, utraq; natura monstrata est, & humana scilicet & diuina: accepit quippe ut homo, effudit ut deus.
1.dist.12. Quo hoc modo Nos aũt accipere quidẽ hoc donũ possumus pro modulo nostro, effundere aũt super alios nõ utiq; possumus, sed ut hoc fiat, deũ super eos à quo hoc efficit inuocamus. Nũquid ergo possumus quęrere utrũ iam ꝓcesserat de patre spũssanctus quando natus est filius, an nondũ processerat, et illo nato de utroq; processit, ubi nulla sunt tẽpora: sicut potuimus quærere ubi inuenimus tẽpora, uoluntatẽ prius de humana mẽte, ꝓcedere, ut quæratur quod inuentũ proles uocetur, Qua iam parta seu genita uoluntas illa perficit, eo fine requiescẽs, ut qui fuerat appetitus quærẽtis, sit amor fruentis, qui iã de utroq;, id est, de gignẽte mẽte, & de geni
ta notione tanq̃ de parẽte ac prole procedat? Nõ possunt prorsus ista ibi quæri ubi nihil ex tẽpore inchoatur, ut consequẽti perficiatur in tempore. Quapropter qui potest intelligere sine tẽpore generationẽ filij de patre, intelligat sine tẽpore processionẽ spiritusancti de utroq;. Et qui potest in-
Ioan.5 telligere in eo quod ait filius, Sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit filio uitã habere in semetipso: nõ sine uita existẽti iam filio uitã patrem
1.sent.dist.12 c. forte etiam dedisse, sed ita eũ sine tẽpore genuisse, ut uita quã pater filio gignẽdo dedit, coæterna sit uitę patris qui dedit: intelligat sicut habet pater in semetipso, ut de illo ꝓcedat spiritussanctus, sic dedisse filio ut de illo ꝓcedat idẽ spiritussanctus, & utrũq; sine tẽpore, atq; ita dictũ spiritũsanctum de patre ꝓcedere, ut intelligatur, q̃ etiã ꝓcedit de filio, de patre esse & filio. Si em̃ quicquid habet de patre habet filius, de patre habet utiq; ut de illo ꝓcedat spiritussanctus. Sed nulla ibi tẽpora cogitenẽ quę habent prius & posterius, quia omnino nulla ibi sunt. Quomõ ergo nõ absurdissime filius dicetur
1.sent.dist.13 cap.2 amborũ, cum sicut filio prestat essentiã sine initio tẽporis, sine ulla mutabilitate naturæ de patre generatio, ita spiritui sancto prestet essentiã sine initio tẽporis, sine ulla mutabilitate naturę de utro-
1.sent.dist.28 c. & notandũ q̃ processio. Ideo enim cũ spiritũsanctum genitũ nõ dicamus, dicere tamẽ non audemus ingenitũ, ne in hoc uocabulo uel duos patres in illa trinitate, uel duos qui non sunt de alio quispiã suspicẽt. Pater enim solus nõ est de alio, ideo solus appellatur ingenitus, nõ quidẽ in scripturis, sed in cõsuetudine disputantiũ, & de re tãta sermonẽ qualem ualuerint proferentiũ. Filius aũtẽ de patre natus est: & spiritussanctus de patre principaliter, & ipso sine ullo tẽporis interuallo dãte, cõmuniter de utroq; procedit. Diceret aũt filius patris & filij, si quod abhorret ab omniũ sanorũ sensibus eũ ambo genuissent. Non igit ab utroq; est genitus, sed procedit ab utroq; amborũ spiritus. Verũ quia
spiritus quare nõ dicatur genitus, & quare solus pater ingenitus. in illa coæterna, coæquali & incorporali & inseparabili trinitate difficillimũ est generationẽ à processione distingue re, sufficiat interim eis qui extẽdi nõ ualẽt in amplius, id quod de hac re in sermone quodã profe-
Ca. XXVII rẽdo ad aures populi Christiani diximus, dictũq; cõscripsimus. Inter cætera enim cũ per scripturarũ sanctarũ testimonia docuissem, de utroq; procedere spiritũsanctum: Si ergo, inquã, & de patre & de filio ꝓcedit spiritussanctus, cur filius dixit, de patre procedit? cur putas, nisi quemadmodũ solet ad eũ referre & quod ipsius est, de quo & ipse est? Vnde & illud est quod ait: Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui me misit. Si igit hic intelligitur eius doctrina quam tamẽ dixit nõ suam sed patris, quãto magis illic intelligẽdus est, & de ipso procedere spiritussanctus, ubi sic ait, de patre ꝓcedit, ut nõ diceret de me nõ procedit? A quo aũt habet filius ut sit deus, est enim de deo deus, ab illo habet utiq; ut de illo etiã procedat spiritussanctus: ac per hoc spiritussanctus ut etiã de illo procedat sicut ꝓcedit de patre, ab ipso habet patre. Hic utcunq; etiã illud intelligitur, quantum à
1 sent.dist.13 cap.1 talibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

talibus quales nos sumus intelligi potest, cur nō dicatur natus esse, sed potius ꝓcedere spiritussanctus, quoniā si & ipse filius diceret, amborū utiq; filius diceret: quod absurdissimū est. Filius quippe nullus est duorū, nisi patris et matris. Absit autem ut inter deū patrē, & deū filiū aliquid tale suspicemur, quia nec filius hominū simul ex matre & patre procedit: sed cū in matrē procedit ex patre, nō tunc procedit ex matre: & cū in hāc lucem procedit ex matre, nō tūc procedit ex patre. Spiritus aūt sanctus non de patre procedit in filiū, & de filio ꝓcedit ad sanctificādā creaturā, sed simul de utroq; procedit: cuius hoc pater filio dederit, ut quēadmodū de se, ita de illo quoq; procedat. Neq; enim possumus dicere ꝙ nō sit uita spiritus sanctus, cū uita pater, uita sit filius: ac ꝓ hoc sicut pater cū habeat uitā in semetipso, dedit & filio ui B tā habere in semetipso, sic ei dedit uitā procedere de illo, sicut & ꝓcedit de ipso. Hęc de illo sermone in hūc librū trāstuli, sed fidelib. nō infidelibus loquēs. Verū si ad hanc imaginē cōtuendā, & ad uidēda ista quàm uera sint, quę in eorū mēte sunt, nec tria sic sunt ut tres ꝓsonæ sint, sed omnia tria hominis sunt quæ una persona est, minus idonei sunt: cur nō de illa summa trinitate quæ deus est credūt potius quod in sacris literis inuenitur, cū poscūt liquidissimā reddi sibi rationē, quæ ab humana mēte tarda scilicet infirmaq; nō capitur? Et certe cum incōcusse crediderint scripturis sanctis tanq; ueracissimis testibus, agāt orādo & quęrendo & bene uiuēdo ut intelligāt, id est, ut quātum uideri potest uideat mente quod tenet fide. Quis C hoc prohibeat, imò uero ad hoc quis nō hortet? Si aūt propterea negandū putāt ista esse, quia ea nō ualent cæcis mētibus cernere, debēt & illi qui ex natiuitate sua cæci sunt, esse solē negare. Lux ergo lucet in tenebris. Quod si eā tenebræ nō cōprehendunt, illuminētur dei dono prius ut sint fideles, & incipiāt esse lux in comparatione infidelitū: atq; hoc præmisso fundamēto ædificentur ad uidēda quæ credūt, ut aliquando possint uidere. Sunt enim quæ ita credūtur, ut uideri iā omnino nō possint, Nō enim Christus iterū in cruce uidēdus est: sed nisi hoc credat quod ita factū atq; uisum est, ut futurū ac uidendū iam nō speretur, nō peruenitur ad Christū, qualis sine fine uidendus est. Quantū uero attinet ad illam summā ineffabi D lem incorporalē immutabilemq; naturā per intelligentiā utcūq; cernendā, nusquā se melius regente dūtaxat fidei regula acies humanæ mētis exercet, cū in eo quod ipse homo in sua natura melius cæteris animalibus, melius etiā cęteris animę suę partibus habet, quod est ipsa mens. Cui quidā rerum inuisibiliū tributus est usus, & cui tanquā in loco superiore atq; interiore honorabiliter præsidenti, iudicāda omnia nunciant etiā corporis sensus, & qua nō est superior cui subdita regenda est nisi deus. Verū inter hæc quæ multa iam dixi, & nihil illius summæ trinitatis ineffabilitate dignū me dixisse audeo profiteri, sed cōfiteri potius mificatam scientiā eius ex me inualuisse, nec posse me ad illam, ó tu anima mea ubi te esse sentis, ubi iaces, ubi stas, donec ab eo qui propitius factus est omnibus iniquitatibus tuis, sanetur oēs languores tui: Agnoscis te certe in illo esse stabulo, quò Samaritanus ille perduxit eum quē reperit à multis latronib. inflictis uulneribus semiuiuū. Et tamē multa uera uidisti, nō his oculis quib. uidentur corpora colorata, sed eis pro quib. orabat qui dicebat: Oculi mei uideāt æquitatē. Nempe ergo Psal. 16
multa uera uidisti, eaq; discreuisti ab illa luce qua tibi lucēte ea uidisti: attolle oculos in ipsam lucē, & eos in eā fige si potes. Sic enim uidebis quid distet natiuitas uerbi dei à processione doni dei, ꝓpter quod filius unigenitus nō de patre genitum, alioquin frater eius esset, sed procedere dixit spiritūsanctum. Vnde cū sit cōmunio quædā cōsubstantialis patris & filij, amborū spiritus, nō amborum, quod absit, dictus est filius. Sed ad hoc diluc. 10
cide perspicueq; cernendū, nō potes ibi aciē figere, scio quia nō potes. Verū dico, mihi dico, quid nō possim scio: Ipsa tamē tibi ostēdit in te tria illa, in quib. te summæ ipsius, quā fixis oculis contemplari nondum uales, imaginē trinitatis agnoscas. Ipsa ostēdit tibi uerbū uerū esse in te, quādo de scientia tua gignitur, id est quādo quod scimus dicimus: cuius nullius gentis lingua significātem uocem uel proferamus uel cogitemus, sed ex illo quod nouimus cogitatio nostra formetur: sitq; in acie cogitātis imago simillima cogitationis eius quā memoria cōtinebat, ista duo scilicet uelut parentē ac prolem tertia uolūtate siue dilectiōe iungente. Quā quidem uoluntatē de cogitatiōe procedere, nemo eā uult ꝙ omino quid uel quale sit nescit, nō tamē esse cogitationis imaginē, & ideo quandā in hac re intelligibili natiuitatis & ꝓcessionis insinuari distantiā, quoniā nō hoc est cogitatione cōspicere quod appetere, uel etiā perfrui uoluntate, cernat discernatq; qui potest. Potuisti & tu, cuius nō potueris neq; possis explicare sufficiēti eloquio, quod inter nubila similitudinū corporaliū, quæ cogitationibus humanis occurrere non desinunt, uix uidisti. Sed illa lux quæ non est quod tu, & hoc tibi ostēdit, aliud esse illas incorporeas similitudines corporū, & aliud esse uerū, quod eis reprobatis intelligētia cōtuemur: hęc & alia similiter certa oculis tuis interioribus lux illa mōstrauit. Quæ igiē causa est cur acie fixa ipsam uidere nō possis, nisi utiq; infirmitas? Et quid tibi eā fecit nisi iniquitas? Quis ergo sanat omnes languores tuos, nisi qui propitius fit omnib. iniquitatibus tuis? Librū itaq; istum iam tandē aliquando precatione melius quàm disputatione concludam. Domine deus noster, credimus in te patrem, & filiū & spiritūsanctū. Neq; enim diceret uēritas, Ite baptizate omnes gētes in nomine patris & filij & spiritussanctī, nisi trinitas esses. Nec baptizari nos iuberes dñe deus in eius nomine qui nō est dominus deus. Neq; diceret uoce diuina, Audi Israel, dominus deus tuus unus est: nisi trinitas ita esses ut unus dñs deus esses. Et si tu deus pater ipse esses, & filius uerbum tuum Iesus Christus ipse esses, & donum uestrū spiritussanctus, nō legeremus in literis ueritatis, Misit deus filium

filiū suū: Nec tu, ó unigenite, diceres de spiritusancto, Quē mittet pater in nomine meo, & quē ego A mittā uobis à patre. Ad hāc regulā fidei dirigens intentionē meā quantū potui, quantū me posse fecisti, quæsiui te & desiderauí intellectu uidere qđ credidi, & multū disputaui & laborauí. Domine deus meus, una spes mea, exaudi me ne fatigatus nolim te quærere, sed quærā faciem tuā semper ardenter. Tu da quærēdi uires qui inuenire te fecisti, & magis magisq; inueniēdi te spē dedisti. Coram te est firmitas, & infirmitas mea: Illam serua, istā sana. Corā te est scientia & ignorātia mea. Vbi mihi aperuisti, suscipe intrantē. Vbi clausisti, aperi pulsanti. Meminerim tui, intelligā te, diligā te. Auge in me ista, donec me reformes ad integrū.
Scio scriptū esse: In multiloquio nō effugiet peccatū. Sed utinā prædicādo uerbū tuū, & laudādo B te tantūmodo loquerer: nō solū fugerē peccatū, sed meritū bonū acquirerē, quālibet multū sic loquerer. Neq; enim homo de te beatus, peccatum præciperet germano in fide filio suo, cui scripsit dicēs: Prædica uerbū, insta opportune, importune. Nūquid dicendū est istū nō multū locutū, qui nō solū opportune, uerumetiā importune uerbū tuū domine nō tacebat? Sed ideo nō erat multū, quia tantū erat necessariū. Libera me deus à multiloquio quod patior intus in anima mea misera in cōspectu tuo, & cōfugiētē ad misericordiā tuā. Nō enim cogitationib. taceo, etiā tacēs uocibus. Et si quidē nō cogitarē nisi quod placeret tibi, nō utiq; rogarē ut me ab hoc multiloquio liberares. Sed multę sunt cogitatiōes meæ, tales quales nosti, cogitatiōes hominū quoniā uanæ sunt. Dona mihi nō eis cōsentire, & si quādo me delectāt, eas nihilomin⁹ improbare, nec in eis uelut dormitādo immorari. Nec intantū ualeat apud me, ut aliquid in opera mea ꝓcedat ex illis, sed ab eis mea saltē sit tuta sentētia, tuta cōscientia, te tuēte. Sapiēs quidā cū de te loqueret in libro suo q Ecclesiasticus ꝓprio nomine iam uocat: Multa, inquit, dicimus & non puenimus, & cōsummatio sermonū uniuersa est ipse. Cū ergo puenerimus ad te, cessa Eccli. 43
būt multa ista quæ dicimus, & non peruenimus, & manebis unus omnia in omnibus: & sine fine dicemus unum, laudantes te in unum, & in te facti etiā nos unum. Domine deus unus, deus trinitas, quæcunq; dixi in his libris de tuo, agnoscant & tui: si qua de meo, & tu ignosce & tui. Amē.

AD LECTOREM.

Ex diui Augustini præfatione, ecq; totius operis calce satis apparet illū ab eruditis quibusdā deterritū ne libros de trinitate, uel absolueret, uel ederet, quod hoc argumentū à cōplurib. & Græcis & Latinis, multo tū breuius, tum dilucidius fuisset tractatū: uelut ab Athanasio, Basilio, Gregorio Nazianzeno, Didymo & Hilario, alijsq; nonnullis: & ipse Augustinus uidet agnoscere, non solū obscuritatē ac multiloquiū, uerumetiā ingenij defectum, quo factū est, ut tot libris uersatus in reb. externis, ubi uentū est ad summā illam trinitatis imaginē, repercusis maiestate rei mētis oculis, & pauca dixerit, nec satis digna promisis. Iam multiloquiū huic penè perpetuū est, quod accidit illi docēdi studio, dū cupit quæ scribit etiā à parū eruditis ac tardis intelligi. Obscuritas hinc accidit, in hoc dūtaxat C opere, quod quū res per se sit obscurissima, eoq; dilucidis imaginib. adhibitis illustrāda, ille trinitatis imagines pe tit ab ijs rebus, quæ nec uulgo satis notæ sunt, nec inter eruditos admodum cōfessæ, postremo tales, ut ipsæ potius egeant illustratione, cū ut obscurissimis lucē possint inuehere. Verū ille in hoc genere perlibēter uersari solet, adeo ut si quādo casu inciderint, illic ueluti uiator ad amœnū fontē itineris propemodū oblitus desideat. Duobus incōmodis, multiloquio, sic enim ipse uocat, & obscuritati, mederi studet, crebris transitionib. ac repetitionibus, nec his cōtentus sub finē, multis & accuratis epilogis, tum memoriā tum intellectū lectoris subleuat. De tertio uenià peti ab deo. Hāc synceritatē sanctissimi uiri, utinā omnes ecclesiæ doctores imitētur. Nemo sanè tā addictus est Augustino, quin fassurus sit illū alia scripsisse fœlicius, nec hic admodū operis titulo, aut lectoris expectationi respōdisse. Cæterū quod quū aliàs, tū extremo libro, docet unū patrē appellandū ingenitū, quū spiritussanctus nō dicatur genitus, sed procedēs: Sciendū est quod Augustinus appellat ingenitū, ab Hilario uerti innascibilē, eiusq; cognominis rationē existimat in solū patrē cōpetere lib. de Trinitate IIII. alijsq; locis nōnullis: Græci uocāt ἀγέννητον. Athanasius indicat uocē ab Ethnicis sumptā, qui disputant utrū mundus sit ἀγέννητος an γενητός. Eam uocē arte induxerunt Arriani, ut insidiosis uocabulis persuaderēt filiū & spiritūsanctum esse creaturas. Id cōsequitur, si uerum est solum patrē esse ἀγέννητον. Proinde nec ingenitū nec innascibile satis exprimit Græcā uocem ἀγέννητον. Aliud enim est ἀγέννητον, aliud ἀγέννητον, quemadmodū aliud est γεννᾶν, aliud γεννᾶσθαι: illud cōpetit in eū qui ex parēte nascitur, hoc in id quod quocūq; modo factū est. Minimū aūt interest inter ἀγέννητον, ἀγένητον, & ἀγενόητον, quæ singula cōgruūt æque in oēs personas. Etenim si ἀγέννητον separat à reb. cōditis, tā est ἀγέννητος filius, iuxta superiorē naturā, & spūssanctus, cū ipse pater. Sin ἀγέννητον dicit, quod nunq; esse cœpit, sed ab æterno fuit, & hoc est omnib. personis cōe. Si uero ἀγέννητον idē ualet D quod ἀγέννητον, uocabulū est patri cū spūsancto cōe. Postremo si ἀγέννητον interpretamur, quod nec tēporis nec originis habet initiū: hac demū ratiōe soli patri cōgruit. Reliqua pete ex libro D. Athanasij quē scripsit aduersus Eusebiū.

D. AVRELII AVGVSTINI
LIBER DE GENESI AD LITERAM IMPERFECTVS

E obscuris naturaliū rerū quæ omnipotenti deo artifice facta sentimus, non affirmando, sed
D quærendo tractandū est, in libris maxime quos nobis commendat autoritas, in quibus temeritas asserendæ incertæ dubiæq; opinionis, difficile sacrilegij crimen euitat: ea tamē quærēdi dubitatio catholicæ fidei metas nō debet excedere. Et quoniā multi hæretici ad suā sententiā, quæ præter fidē est catholicæ disciplinæ, expositionē scripturarū diuinarū trahere cōsueuerunt, ante tractationē huius libri catholica fides explicāda est. Est aūt hæc: Deū patrē omnipotentē uniuersam creaturā fecisse atq; constituisse per filiū suum unigenitū, id est, sapientiā & uirtutem

Fides catholica

Universidad de Deusto
Biblioteca

uirtutem suã cõsubstantialem sibi & coæternã in unitate spiritussancti, & ipsius consubstãtialis & coæterni. Hãc ergo trinitatẽ dici unũ deũ, eumq; fecisse & creasse omnia quæ sunt, inquantũ sunt, catholica disciplina dici iubet, ita ut iubet: ita ut creatura omnis siue intellectualis siue corporalis, uel quod breuius dici potest, secundũ uerba diuinarũ scripturarũ, siue inuisibilis, siue uisibilis, nõ de dei natura, sed à deo sit facta de nihilo: nihilq; in ea esse quod ad trinitatẽ pertineat, nisi q trinitas cõdidit, ista cõdita est. Quapropter creaturã uniuersam neq; consubstantialẽ deo, neq; coæternam fas est dicere atq; credere. Esse aũt omnia quę fecit bona ualde, mala uero nõ esse naturalia, sed
Peccatum. omne quod dicitur malũ, aut peccatũ esse, aut pœnã peccati, Nec esse peccatũ nisi prauũ liberæ uoluntatis assensum, cũ inclinamur ad ea quæ iustitia uetat, & unde liberũ est abstinere: id est, nõ in rebus istis, sed in usu earũ legitimo. Vsus aũt rerum est legitimus, ut anima in lege dei maneat, et uni deo plenissima dilectione subiecta sit, & cætera sibi subiecta sine cupiditate aut libidine ministret, id est, secundũ præceptum dei. Ita enim sine difficultate & miseria, & cũ summa facilitate &
Pœna peccati beatitudine administrabit. Pœna uero peccati est, cũ ipsis creaturis nõ sibi seruientib. cruciatur anima, cũ deo ipsa nõ seruit: quę creatura illi obtemperabat, cũ ipsa obtẽperabat deo. Itaq; nõ esse ignẽ malum, quia creatura dei est, sed tamẽ uri eo imbecillitatẽ nostrã ex merito peccati. Dici autem peccata naturalia, quę necesse est cõmitti ante misericordiã dei, postq; in hanc uitã per peccatum liberi arbitrij lapsi sumus: renouari hominẽ per Iesum Christũ dominũ nostrũ, cum ipsa ineffabilis, ac incõmutabilis dei sapiẽtia plenũ totũq; hominẽ susceperit dignata est, & nasci de spũsancto & uirgine Maria, crucifigi, sepeliri et resurgere, & ascẽdere in cœlũ, quod iam factũ est: & uenire ad iudicãdos uiuos & mortuos in fine seculi, & resurrectionẽ mortuorũ in carne, quod adhuc futurũ prædicatur: datũ esse spiritũsanctũ, credẽtibus in eũ: constitutã ab illo matrẽ Ecclesiã quæ
Catholica catholica dicit, ex eo quia uniuersaliter perfecta est, & in nullo claudicat, & per totũ orbẽ diffusa est: remissa esse pœnitẽtibus priora peccata, & uitã æternã cœlorumq; regnũ promissum. Secun
Modi expo/nendæ legis. dum hanc fidẽ quæ possunt in hoc libro quæri &
Cap. II disputari, cõsiderandũ est. In principio fecit deus cœlum & terrã. Quatuor modi à quibusdam scripturarũ tractatorib. traduntur legis exponendæ, secundũ historiã, secundũ allegoriã, secundũ ana-
Historia logiam, secundũ ætiologiã. Historia est, cum siue diuinitus siue humanitus res gesta cõmemoratur.
Allegoria Allegoria, cũ figurate dicta intelliguntur. Analo-
Analogia gia, cum ueteris & noui testamentorũ cõgruẽtia demõstratur. Aetiologia cũ dictorũ factorumq; causæ reddũtur. Hoc ergo quod scriptũ est, In
Creatio cœli terræq;. *III* principio fecit deus cœlũ & terrã: quæri potest, utrũ tantũmodo secundũ historiã accipiendũ sit, an etiã figurate aliquid significet, & quomõ congruat Euãgelio, & qua causa liber iste sic inchoatus sit. Secundũ historiã autem quæritur, quid sit in principio, id est utrũ in principio tẽporis, an in principio: in ipsa sapientia dei, quia & ipse dei filius principiũ se dixit, quãdo ei dictũ est, Tu quis es: & dixit, Principiũ quod & loquor uobis. Est enim principiũ sine principio, & est principiũ cũ alio principio. Principiũ sine principio solus pater est, ideo ex uno principio esse omnia credimus. Filius aũt ita principiũ est, ut de patre sit. Ipsa etiã prima creatura intellectualis, potest dici principiũ ijs quibus caput est, quæ fecit deus. Cũ enim recte appelletur principiũ caput, in illa gradatione, Apostolus mulierẽ tamen non dixit caput alicuius. Nam & uirũ dixit caput mulieris, & caput uiri Christũ, & caput Christi deũ. ita creatori creatura subnectitur. An ideo in principio dictũ est, quia primũ factũ est? An nõ potuit inter creaturas primũ fieri cœlum & terra, si angeli & omnes intellectuales potestates primũ factæ sunt? Quia & angelos creaturã dei et ab eo factos credamus necesse est. Nã & angelos enumerauit Propheta in CXLVIII Psalmo cum dixit: Ipse iussit & facta sunt, ipse mãdauit & creata sunt. Sed si primũ facti sunt angeli, queri potest, utrũ in tempore facti sunt, an ante omne tẽpus, an in exordio tẽporis? Si in tempore, iam erat tẽpus anteq; angeli fierẽt. Et quoniã etiã tempus ipsum creatura est, incipit necesse esse ut aliquid prius q; angelos factũ accipiamus. Si aũt in exordio tẽporis factos dicimus, ut cũ ipsis cœperit tẽpus, dicendũ est falsum esse quod quidã uolunt, ante cœlũ & terrã tempus esse cœpisse. Si autem prius q; tempus angeli facti sunt, quærendũ est quomõ dictum sit in cõsequentibus: Et dixit deus, fiant luminaria in firmamẽto cœli, ut luceãt super terrã, et diuidãt inter noctem & diẽ, & sint in signa & tẽpora & dies & annos. Hic enim potest uideri, tũc cœpta esse tẽpora cũ cœlum & luminaria cœli ordinatis itinerib. currere cœpissent: quod si uerũ est, quomodo poterũt dies esse antequã tempus esset, si à cursu luminariũ tempus exorsum est, quæ quarto die dicuntur esse facta? An ista dierũ digestio secundũ consuetudinẽ humanæ fragilitatis ordinata est lege narrãdi, & humilib. humiliter insinuãdi sublimia, qua & ipse sermo narrantis nõ potest nisi aliqua habere & prima & media & ultima? An in tẽporibus istis dictũ est ut essent luminaria, quæ tẽpora homines interuallis morarũ in corporis motione metiũtur? Hæc enim tempora si nullus motus corporũ esset, nulla essent, & ipsa sunt hominib. manifestiora. Quod si admittimus, quærendũ est, utrum præter motũ corporũ possit esse tẽpus in motu incorporeæ creaturæ, ueluti est anima uel ipsa mens: quæ utiq; in cogitationib. mouetur, & ipso motu aliud habet prius, aliud posteri?, quod sine interuallo tẽporis intelligi non potest. Quod si accipimus, etiã ante cœlũ & terrã potest intelligi tẽpus fuisse, si ante cœlũ & terrã facti sunt angeli. Erat enim iam creatura quæ motib. incorporeis tẽpus ageret. Et recte intelligitur cũ illa etiã tẽpus esse, ut in anima quæ per corporeos sensus corporeis

Gradatio gra/ce laudanda, qua ut/ gura, quã ut/ bo sequẽs, ut/ bum prius/ cipitur

corporeis motibus assuefacta est. Sed fortasse nõ est in principib. & creaturis supereminẽtib. Sed quoquo modo hoc se habeat: res eñ secretissima est, & humanis coniecturis impenetrabilis: illud certe accipiendũ est in fide, etiã si modũ nostrę cogitationis excedit, omnẽ creaturã habere initiũ, tẽpusq; ipsum creaturã esse, ac p hoc ipsum habere initiũ, nec coæternũ esse creatori. Potest enim cœlũ & terra, p uniuersa creatura positũ uideri, ut & hoc uisibile æthereũ firmamẽtũ, cœlũ appellatũ sit, & illa creatura inuisibilis supereminentiũ potestatũ, rursusq; terra omnis inferior pars mũdi cũ animalib. quibus inhabitat. An cœlũ omnis creatura sublimis atq; inuisibilis dicta est, terra uero omne uisibile, ut etiã sic posit hoc quod dictũ est: In principio fecit deus cœlũ & terrã, uniuersa creatura intelligi? Fortasse quippe nõ incongrue in cõparatione inuisibilis creaturæ, omne uisibile terra dicit, ut illa cœli nomine nũcupet. Quoniã & anima quę inuisibilis est, cũ rerum uisibiliũ amore tumesceret, & earũ adeptione extolleret, terra dicta est, sicut scriptũ est: Quid superbit terra & cinis? Sed quæri potest, utrũ iã distincta & cõposita omnia dixerit cœlũ & terrã, an ipsam primo informẽ uniuersitatis materiẽ, quæ in has formatas & speciosas naturas deo ineffabiliter iubente digesta est, cœli & terræ nomine nuncupauerit? Quanq; enim scriptũ legerimus: Qui fecisti mundũ de informi materia: tamẽ etiam ipsam materiã cuiusmodicunq; sit, nõ possumus dicere nõ ab eo factã, ex quo omnia cõfitemur et credimus, Vt etiã ipsa digestio & ordinatio singularũ quarũq; rerũ formatarũ & distinctarũ mũdus uocetur: ipsa uero materies cœlũ & terra, ueluti semẽ cœli appellata sit, quasi cõfusum atq; permixtum ab artifice deo accipiendis formis idoneũ. Hactenus de hoc quæsitũ sit quod dictũ est, In principio fecit deus cœlum & terrã: nihil enim horũ temere affirmari potuit. Terra aũt erat inuisibilis et incõposita, & tenebrę erat super abyssum, & spiritus dei ferebatur super aquã. Ab hæreticis qui ueteri Testamẽto aduersant, moueri calũnia huic loco solet, cum dicũt: Quomõ in principio fecit deus cœlũ & terrã, si iam terra erat? Nõ intelligẽtes hoc esse subiectũ, ut exponeret quális terra fuerit de qua iã dictum est: Fecit deus cœlum & terrã. Hæc aũt terra quã deus fecit, inuisibilis erat & incõposita, donec ab eodẽ ipso discerneret, & ex cõfusione in rerũ certo ordine cõstitueret. An sic melius intelligitur, ut in hac executione rursus eadẽ rerum materies cõmendaret quæ superius cœli & terræ nomine nuncupata est? ut iste sit sensus: In principio fecit deus cœlũ & terrã: hoc autẽ quod cœlũ & terra dictũ est, terra erat inuisibilis & incõposita, & tenebræ super abyssum: id est quod cœlũ & terra appellatũ est, materies erat confusa quædã, de qua mũdus, qui duab. maxime partib. cœlo scilicet & terra cõstat, digestis elementis & accepta forma fabricaret. Quæ cõfusio materiæ sic potuit insinuari populari intelligẽtię, si diceret terra inuisibilis uel incõposita uel inordinata uel imparata, & tenebræ super abyssum, id est super profunditatẽ uastissimã: quę rursus, pfunditas ex eo fortasse nominata est, quia nullius intelligẽtia ꝓpter ipsam informitatẽ penetrari potest. Et tenebræ erãt super faciẽ abysi. Vtrũ subter abyssus erat et supra tenebrę quasi iã loca distincta essent? An quoniã materię adhuc cõfusio exponit, quod iam χάος Græce dicit, ideo dictũ est, tenebrę erãt super abyssum, quia lux nõ erat: quæ si esset, utiq; supra esset, quia esset eminẽtior, et ea quę sibi subiecta erãt, illuminaret: Et reuera qui diligẽter cõsiderat quid sint tenebræ, nihil aliud inuenit ꝙ lucis absentiã. Ita igit dictum est: Tenebræ erãt sup abyssum: ac si dictum esset, nõ erat lux sup abyssum. Quapropter hæc materies quæ cõsequenti operatione dei, in rerũ formas ordinata distingui tur, appellata est terra inuisibilis & incõposita, & pfunditas carẽs luce, quæ appellata est superius nomine cœli & terræ, ueluti semẽ, ut iam dictum est, cœli & terræ. Si tamẽ non cœlũ & terrã dicẽdo, uniuersitatẽ prius ꝓponere uoluit, ut postea, insinuata materia, mũdi partes exequeret. Et spiritus dei ferebat super aquã. Nusquã dixerat de aquã fecit, nec tamẽ ullo modo credẽdũ est aquã deũ non fecisse, & eã iam fuisse anteq; ille aliquid cõstituisset: etenim ille est ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omia, sicut Apostolus dicit. Ergo & aquã deus fecit, et aliter credere magnus error est. Cur igitur nõ dictum est ꝙ aquã deus fecerit? An rursus eandẽ materiã quam uel cœli & terræ uel terræ inuisibilis & incõpositæ atq; abysi nomine nuncupauerat, etiã aquã uoluit appellare? Cur eñ nõ & aqua appellaret si terra potuit, cũ adhuc neq; aqua distincta atq; formata, neq; terra esset, neq; aliquid aliud? Sed primo fortasse cœlũ & terra appellata est, secũdo terra incõposita, & abyssus carẽs luce, tertio aqua nõ incõgrue: ut primo ipsius uniuersitatis propter quã facta est materies de omnino nihilo, cœli & terrę nomine uocaret: secũdo terræ incõpositæ atq; abysi nomine insinuaret informitas, quia inter omia elementa terra est informior & minus relucẽs ꝙ cætera: tertio aquę nomine significaret materia subiecta operi artificis, aqua enim mobilior est ꝙ terra: Et ideo propter operãdi facilitatẽ & motũ faciliorẽ, subiecta materies artifici, aqua magis uocãda erat ꝙ terra. Et aer quidẽ mobilior est ꝙ aqua, æther autẽ mobilior ipso aere nõ absurde creditur aut sentitur. Sed aeris uel ætheris nomine minus conueniẽter appellaret materies, Magis eñ hæc elemẽta uim credũtur habere faciẽdi, terra uero & aqua patiendi. Quod si occultũ est, uel certe apertissimũ puto, ꝙ aquã uentus mouet, & nõnulla terrena: uentus autẽ est aer motus & quasi fluctuans. Ergo cũ aer aquã moueat manifeste, unde autẽ ipse moueat, ut sit uẽtus, occultũ sit, quis dubitet congruẽtius aquæ nomine materiã uocari quia mouetur, ꝙ aeris qui mouet? Moueri autẽ pati est, mouere facere. Huc accedit, ꝙ ea quæ terra gignit aqua irrigantur, ut nasci & perfici possint, ita ut prope uideatur in hæc ipsa nascẽtia ea-

Abyssus

Terra inuisibilis &c. Cap. VIII

Elementorum natura

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem aqua cõuerti. Quocirca congruẽtius aquæ nomine appellaretᵉ materies, cũ subdita operi artificis insinuaretur propter mobilitatẽ & cõuersionẽ in quæq; nascẽtia corpora, q̃ nomine aeris in quo sola mobilitas posset animaduerti: cętera uero quib. materia expressius significaretur defuissent, ut totus iste sit sensus, In principio fecit deus cœlum & terrã: id est materiã quæ cœli & terræ formã capere posset: quę materia terra inuisibilis & incõposita erat, id est, informis & luce carens ꝓfunditas: quæ tamẽ quoniã mouenti & operãti artifici subiecta esset, propter hoc ipsum ꝙ cedit operãti, aqua etiã nominata est. In hac igitur materiæ significatiõe prius insinuatus est finis eius, id est, propter quid facta sit, secũdo ipsa informitas, tertio seruitus sub artifice atq; subiectio. In primo, cœlũ & terra: propter hoc enim facta materies. Secũdo terra inuisibilis & incõposita, & tenebræ super abyssum: id est, ipsa informitas sine lumine. Tertio aqua subiecta spiritui ad habitandũ formasq; capiẽdas: ideo super aquã ferebatur spiritus dei, ut spiritũ operãtem, aquã uero unde operaretur intelligamus, id est, materiã fabricabilem. Cũ enim ista tria dicimus unius rei nomina, materia mũdi, materia informis, materia fabricabilis, horũ primo nomini bene adiũgitur cœlũ et terra: secũdo obscuritas, cõfusio, profunditas, tenebræ: tertio cedẽdi facilitas, cui iam ad operandum spiritus superferatur artificis. Et spiritus dei superferebat super aquã. Nõ ita superferebatur sicut oleũ aquæ, uel aqua terrę, id est, quasi cõtinetur. Sed si ad hoc de uisibilibus exẽpla capiẽda sunt, sicut superfertur lux ista Solis aut Lunæ his corporib. quæ illuminat in terra: nõ enim cõtinentur illis, sed cũ cœlo cõtineatur istis superfertur. Itẽ cauendũ est, ne quasi locorũ spaciis dei spiritũ superferri materiæ putemus, sed ui quadã effectoria & fabricatoria, ut illud cui superfertur efficiatur & fabricetᵉ. Sicut superfertur uolũtas artificis ligno, uel cuiq; rei subiectæ ad operandũ, uel etiã ipsis mẽbris corporis sui quę ad operãdũ mouet. Et hæc similitudo cũ iam sit omni corpore excellentior, parua est tamẽ & prope nihil ad intelligẽdam superlationẽ spiritus dei, subiecta sibi ad operandũ mũdi materia. Sed non inuenimus euidentiorem similitudinẽ & propinquiorẽ rei de qua loquimur in ijs rebus, quæ ab hominib. quomodocunq; capi possunt. Quapropter in huiusmodi cogitatione optime illud pręceptũ tenebit, quod scriptũ est: Benedicẽtes deum, exaltate illũ quantumcũq; potueritis, superabit & adhuc. Hoc autẽ dictum sit, si hoc loco spiritus dei spiritussanctus, quẽ in ipsa ineffabili & incõmutabili trinitate ueneramur, accipit. Potest autẽ & aliter intelligi, ut spiritũ dei, uitalem creaturã, qua uniuersus uisibilis mũdus atq; omnia corporea continẽtur & mouentur, intelligamus: cui deus omnipotẽs tribuit uim quandã sibi seruiendi ad operandũ in ijs quę gignũtur. Qui spiritus cũ sit omni corpore æthereo melior, quia omnẽ uisibilem creaturã omnis inuisibilis creatura antecedit, nõ absurde spiritus dei dicitur. Quid enim nõ est deᵉ exijs quę condit, cum etiã de ipsa terra dictũ sit: Domini est terra & plenitudo eius: & illud uniuersali cõplexione quod scriptũ est: Quoniã tua sunt omnia domine qui animas amas. Sed tunc potest iste spiritus sic intelligi, si quod dictũ est: In principio fecit deus cœlũ & terrã, tantũ de uisibili creatura dictum sentiamus, ut super materiã rerũ uisibiliũ, in exordio fabricatiõis corũ superferreᵉ inuisibilis spiritus: q tamẽ etiã ipse creatura esset, id est, nõ deus sed à deo facta atq; instituta natura. Si aũt uniuersæ creaturę, id est, intellectualis et animalis & corporalis materia crediᵉ illo aquæ uocabulo enunciata, nullo modo hoc loco spiritus dei potest, nisi ille incõmutabilis & sanctus intelligi, qui fereba tur super materiã omniũ rerũ quas fecit & condidit deus. Tertia opinio de hoc spiritu oriri potest, ut credaᵉ spiritus nomine, aeris elementũ enũciatũ: ut ita quatuor elemẽta insinuata sint, quib. mũdus iste uisibilis surgit, cœlũ scilicet & terra & aqua & aer, Nõ quia iam erãt distincta & ordinata, sed quia in illius materię q̃uis informi cõfusione, tamen exortura præsignabanᵉ, quę informis cõfusio tenebrarũ & abysi nomine cõmendata est. Sed quælibet sentẽtiarũ istarũ uera sit, omniũ rerũ quæ ortę sunt, quæ uidenᵉ, & quæ nõ uidentur, nõ quantũ ad uitia quæ cõtra naturã sunt, sed quantũ ad ipsas naturas attinet, deũ esse autorem & conditorẽ credẽdũ est. Nullamq; omnino esse creaturã quæ nõ ab ipso initiũ perfectionemq; habeat generis et subsistãtiæ suę. Et dixit deus: Fiat lux, & facta est lux. Deũ dixisse, fiat lux, non uoce de pulmonib. ædita, nec lingua & dẽtibus accipere debemus. Carnaliũ sunt istę cogitatiões, secundum aũt carnẽ sapere mors est. Sed ineffabiliter dictum est, fiat lux. Vtrũ autẽ hoc quod dictũ est, filio unigenito dictũ est, an idipsum quod dictum est, filius unigenitus est, quod dictũ dei uerbũ dicitur per quod facta sunt omnia, quæri potest: dũ tamẽ illa absit impietas, ut uerbũ dei unigenitum filiũ quasi uocem prolatã, sicut à nobis fit, esse credamus. Verbũ autẽ dei per quod facta sunt omnia, nec cœpit esse, nec desinet, sed sine inchoatione natũ patri cœternũ est. Quare hoc quod dictũ est, fiat lux, si & cœpit & desitit dici, magis filio dictum est hoc uerbũ, q̃ ipsum est filius: Et tamen etiã hoc ineffabiliter. Nec carnalis imago subrepat in animũ, & intellectũ pium spiritalẽ contorbet, quia & incipere aliquid & desinere in natura dei si proprie accipiaᵉ, temeraria & præceps opinio est: carnalibus tamẽ & paruulis, nõ tanq̃ in ea mansuris, sed tanq̃ inde surrecturis humanissime cõcedẽda est. Quicquid tamẽ incipere & desinere deus diciᵉ, nullo modo in ipsius natura, sed in eius creatura quæ illi miris modis obtẽperat, intelligendũ est. Et dixit deus, Fiat lux: Vtrũ ea lux quę his carnalib. oculis patet, an aliqua occulta quã nobis per hoc corpus uidere non datũ est: Et si occulta, utrũ corporea quæ per locorũ spacia tenditur fortasse in sublimib. partibus mũdi: an incorporea qualis in anima est, ad quã uitãdi &

Similitudo de spiritu super aquas

Ecclī. 43

Psal. 23

Sap. 11

Gen. 1

Fiat lux. Cap. V

Lux in anima

& appetendi refertur examen à sensib. corporis, qua nõ carent etiã animæ bestiarũ? An ea quæ superior ratiocinãdo apparet, ex qua incipit omne quod creatũ est? Quamlibet enim lucẽ significet, factã tamẽ & creatã debemus accipere, nõ illam qua fulget ipsa dei sapiẽtia quæ nõ creata est sed nata, ne sine luce deus fuisse putetur priusquã istã de qua nũc agitur condidisset. De hac enim sicut ipsa uerba satis docẽt, hoc cõmendaᵉ quod facta sit, Et dixit, inquit, Fiat lux, & facta est lux. Alia est lux de deo natura, & alia lux quam fecit deus: natura de deo lux est ipsa dei sapiẽtia, facta uero lux est quælibet mutabilis siue corporea siue incorporea. Mouere autẽ solet, quomõ lux corporea esse potuerit anteq̃ cœlũ esset & cœli luminaria, quæ post istã exponunᵉ: quasi uero facile hoc ab homine ꝓcipi possit, aut oĩno ullo modo possit, utrũ sit aliqua lux prẽter cœlũ quę tamen spacijs locorũ distincta atq; diffusa sit, mũdumq; amplectaᵉ. Sed cũ liceat hic & incorporeã lucẽ intelligere, si nõ uisibilem tantũ creaturã in hoc libro, sed omnẽ creaturã expositã dicimus, quid opus est in hac cõtrouersia remorariᵉ & fortasse quod quęrũt homines, quãdo angeli facti sunt, ipsi significanᵉ hac luce, breuissime quidẽ, sed tamẽ cõuenientissime & decentissime. Et uidit lucẽ, quia bona est. Ista sentẽtia nõ quasi insoliti beneuolentiã, sed approbationẽ operis significare oportet intelligi. Quid enim cõueniẽtius de deo dicitur, quantum inter homines dici potest, q̃ cũ ita ponitur, dixit, factum est, placuit: ita ut in eo ꝙ dixit, impleũ eius intelligatur: in eo ꝙ factũ est, potentia: in eo ꝙ placuit benignitas, sicut ineffabilia per hominẽ hominibus, ita ut omnibus prodessent, dici debuerunt. Et diuisit deus inter lucẽ & tenebras. Hinc intelligi licet quãta diuini operis facilitate ista dicanᵉ effecta. Nõ enim quisquã est qui sic æstimet lucẽ factam ut esset confusa cũ tenebris, & ob hoc postea separationis indigeret: sed eoipso quo lux facta est, cõfecuta est etiã diuisio inter lucem & tenebras. Quę enim societas lucis cũ tenebris? Deus ergo diuisit inter lucẽ & tenebras, ga lucẽ fecit, cuius absentia tenebrę uocanᵉ. Interest autẽ inter lucẽ & tenebras, sicut interest inter uestimentũ & nuditatẽ, aut plenũ & inane, & similia. Iam quot modis possit intelligi lux supra dictum est, quibus cõtrariæ priuationes possunt tenebræ nominari. Alia est enim lux quæ uideᵉ his oculis corporeis etiã ipsa corporea, ut solis & lunæ & stellarũ, & si quid huiusmodi est, cui cõtrariæ sunt tenebrę, cum aliquis locus ea luce caret. Alia aũt lux est uita sentiẽs, & ualens discernere quę ꝓ corpa ad animę iudiciũ referunᵉ, id est, alba & nigra, canora & rauca, suaue olẽtia & putẽtia, dulcia & amara, calida & frigida, & cętera huiusmodi. Alia est ẽ lux quę sentiᵉ oculis, alia qua p oculos agitur ut sentiaᵉ. Illa enim in corpore, hęc aũt cuius per corpus ea quæ sentit ꝓcipiat, inanimata tamẽ est. Huic cõtrariæ sunt tenebrę insensibilitas quædã, uel si melius insensualitas dicitur, id est, nõ sentire, cuius inferantur quæ sentiri possent, si esset in illa uita lux ista unde sentitur. Neq; hoc cũ ministeria desunt corporis, sicut in cæcis aut surdis. Nã in istorũ animis est ista lux de qua nũc agimus, sed instrumẽta corporis desunt. Neq; illo modo quomõ in silẽtio uox nõ audiᵉ, cum & ista lux est in anima, & assunt corporis instrumẽta, sed nihil quod sentiatur infertur. Nõ ergo qui ijs causis nõ sentit, caret ista luce. Sed cũ talis potentia nõ est in anima, quæ iam nec anima dici solet, sed tantũ uita, qualis perhibeᵉ esse uitis & arboris, & quarũcunq; stirpiũ: si tamẽ eas uel talem habere ꝓsaderi ullo modo potest, quas nõnulli nimis errãtes hæretici, nõ solum sentire per corpus, id est, uidere, audire, & calorẽ ignemq; discernere, sed etiã intelligere rationẽ & cogitationes nostras nosse arbitrãtur. Sed de his alia quæstio est. Insensibilitas ergo tenebræ huius lucis quicquid sentitur, cũ ipsam uim sentiẽdi non habet uita quælibet: conueniẽter aũt lucẽ hanc dici cõcedit, quisquis cõcedit rectę dici lucẽ, qua res quæq; manifesta est. Cum aũt dicimus manifestũ est hoc canorũ esse, manifestũ est hoc dulce esse, manifestum est hoc frigidũ esse, & quod forte huius generis ꝓ corporales sensus attingimus, hæc lux qua ista manifesta sunt, utique intus in anima est, q̃uis per corpus inferãtur quæ ita sentiũtur. Tertium lucis genus in creaturis intelligi potest, quo ratiocinamur. Huic cõtrarię tenebrę sunt irrationabilitas, sicut sunt animæ bestiarũ. Siue ergo lucem ętherea, siue sensualem, cuius animalia participãt, siue rationalẽ quã angeli & homines habent, à deo factam primitus in rerũ natura, hac sentẽtia uult intelligi, diuisisse deũ inter lucẽ & tenebras, eoipso quo lux facta est oportet accipi, ꝙ aliud est lux, aliud illæ priuationes lucis quas in contrarijs tenebris ordinauit deus. Nõ enim deũ fecisse tenebras dictum est, quoniã species ipsas deus fecit, nõ priuationes quę ad nihilũ pertinẽt, unde ab artifice deo facta sunt omnia: quas tamẽ ab eo ordinatas intelligimus, cũ dicitur: Et diuisit deus inter lucẽ & tenebras, ne uel ipsæ priuationes nõ haberent ordinẽ suum, deo cuncta regẽte atq; administrãte. Sicut in cantando interpositiones silentiorũ certis moderatisq; interuallis, quãuis uocũ priuationes sint, bene tamẽ ordinanᵉ ab ijs qui cantare sciũt, & suauitati uniuersæ cantilenæ aliquid cõferũt. Et umbræ in picturis eminentiora quæq; distinguũt, ac non specie, sed ordine placent. Nam & uitiorũ nostrorum nõ est autor deus: sed tamẽ ordinator est, cum eo loco peccatores cõstituit, & ea perpeti cogit quę merentur. Ad hoc ualet ꝙ oues ponuntur ad dexterã, hædi autem ad sinistram. Quædam ergo & facit deus & ordinat, quædam uero tantum ordinat. Iustos & facit & ordinat: peccatores autem inquantum peccatores sunt nõ facit, sed ordinat tãtum. Quippe cum illos ad dexterã, illos ad sinistrã cõstituit, & quòd in ignem æternũ iubet ire, ad meritorum ordinẽ ualet: ita species naturasq; ipsas & facit & ordinat, Priuationes autẽ specierũ defectusq; naturarum non facit, sed ordinat tantũ.

Fiat lux

Lux rationis

Matth. 25

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dixit itaq; Fiat lux, Et facta est lux. Nō dixit, fiāt tenebræ, & factæ sunt tenebræ. Horū ergo unum A fecit, alterū non fecit: utrunq; tamē ordinauit, cū diuidit deus inter lucē & tenebras. Ita & ipso faciente pulchra sunt singula, & ipso ordināte pulchra sunt omnia. Et uocauit deus lucē diem, & tenebras uocauit noctem. Cum & lux nomen sit alicuius rei, & dies rursum, & tenebræ & nox utrumq; sit nomē, utrumq; ita dici oportuit, nomina rebus imposita esse, ut illa res cui nomē impositum est, utiq; alio quoq; nomine, nō enim aliter poterat enumerare. Et ita dictū est: Vocauit deus lucem, diē: ut indifferēter etiā dici cōuerse posset, Vocauit deus diem lucē, & uocauit noctem tenebras. Quid ei respondebimus si quis à nobis ita quærit, luci nomē impositū est dies, an diei nomē impositū est lux, quia hæc duo utiq; inquantū ad B res significādas articulata uoce enunciātur, nomina sunt. Hoc modo etiā de alijs duobus quæri potest, tenebris nomē impositū est nox, an nocti impositum est nomē tenebræ? Et quidē ut scriptura describit, manifestū est, lucis nomē dictū esse diē, & tenebrarū nomē dictum esse noctē. Quia cum diceret deus, fecit lucem, & diuisit inter lucem & tenebras: nondū de uocabulis agebatur: postea adhibita sunt uocabula, dies & nox, cū & illa sine dubio uocabula sint, lux & tenebræ, res aliquas significātia, sicut dies & nox. Ergo hoc ita accipiendū est, quia enūciari aliter nō posset res quę nomē accepit, nisi aliquo nomine. An potius ista uocatio accipiēda est ipsa distinctio? Nō enim omnis lux dies, aut omnes tenebræ nox. Sed lux & tene C bræ certis inter se uicib. ordinatæ atq; distinctæ, diei & noctis nominib. appellantur. Omne quippe uocabulum ad distinctionē ualet. Vnde etiam nomē q̄ rem notet, appellatū est quasi notamen. Notet autē, id est, distinguat & doctitanter ad discernendū adiuuet. Fortasse ergo ipsum diuisisse inter lucē & tenebras, hoc est uocasse lucē diem, & tenebras noctem, ut hoc sit ordinasse ista quod uocasse. An ista uocabula significare nobis uolunt, quā lucem dixerit, & quas tenebras? Tanq; diceret, Fecit deus lucem et diuisit inter lucē & tenebras, lucem autē dico diē, & tenebras dico noctem: ne aliquā aliam lucem intelligas, quæ nō sit dies, & ne aliquas alias tenebras intelligas, quæ nō sint nox. Nā si omnis lux dies posset intelligi, D & omnes tenebræ noctis nomine censerentur, fortasse nō opus esset dicere, Et uocauit deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem. Item quęri potest, quē diem dicat, et quam noctem. Si istum diē uult accipi quē solis ortus inchoat & claudit occasus, & istam noctem quæ à solis occasu usq; in ortū tenditur, non inuenio quomodo esse potuerint antequā cœli luminaria facta essent. An ipsa spacia horarū & temporum, etiā sine discrimine fulgoris atq; umbræ, iam ita uocari potuerūt? Et quomodo in illā lucem rationalē, si hæc significata est, aut sensualem cadit hæc uicissitudo quę nomine diei & noctis significat? an nō secūdū quod euenit, sed secundū quod potest euenire, ista insinuata sunt, quia & rationi potest error succedere, & sensui quædā stoliditas? Et facta est uespera, & factum est mane dies unus: non eodem modo nūc appellatur dies quo cum diceretur, Et uocauit deus lucē diē: sed eo modo quo dicimus, uerbi gratia, xxx. dies habere mēsem. Hic enim nomine diei noctes quoq; includimus: superius autem ita dictus est dies, ut à nocte seiungeret. Itaq; cū illa opera diei per lucē gesta insinuaretur, consequenter factam dicitur esse uesperā, & factū esse mane diem unū: ut scilicet sit unus dies à cœpto die usq; ad cœptū diem, id est, à mane usq; ad mane, quales dies annumeratis, ut dixi, noctibus appellamus. Sed quomodo facta est uespera, & factum est mane? An tāta mora temporis fecit lucē deus, & diuisit inter lucē & tenebras, quāta mora tenditur dies lucēs, id est, nō annumerata nocte? Et ubi est quod scriptū est: Subest enim tibi cum uoles posse, si opus est deo productione tēporis ut aliquid proficiat? An omnia quidē tanquā in arte atq; ratione perfecta sunt deo, non in productione tēporis, sed in ipsa uī qua illa etiā res quas nō stare sed trāsire cernimus, stabiliter efficit? Nō enim & in sermone nostro cū uerba alia trāseant, & alia succedāt, credibile est ita fieri in ipsa arte, qua operāte stabiliter artificiosa occurrit oratio. Quanquā ergo sine productione temporis faciat deus cui subest posse cū uolet, ipse tamen naturæ temporales, motus suos temporaliter peragunt. Ita ergo fortasse dictū est: & facta est uespera, & factum est mane dies unus: sicut ratiōe prospicit, ita fieri debere aut posse, nō ita ut fit temporalib. tractibus, Nā in ipsa ratione operationē cōtēplatus est in spiritu sancto, qui dixit: Qui manet inæternū creauit omnia simul. Sed cōmodissime in illo libro quasi morarū per interualla factarum à deo rerum digesta narratio est, ut ipsa dispositio, quæ ab infirmioríb. animis cōtemplatione stabili uideri nō poterat, per huiusmodi ordinē sermonis exposita quasi istis oculis cerneretur. Et dixit deus: Fiat firmamentū in medio aquę, & sit diuidens inter aquam & aquā. Et sic factum est. Et fecit deus firmamentū & diuisit inter aquam quę erat sub firmamēto, & inter aquā quæ erat supra firmamentū. Vtrum aquæ tales sint supra firmamentum quales sub firmamento istæ uisibiles: an quia illam aquā uidetur significare supra quā spiritus ferebatur, & eā intelligebamus esse ipsam mundi materiā, hæc etiam hoc loco firmamento interposito discreta credēda est, ut inferior sit materia corporalis, superior animalis? hoc enim firmamentū dicit, quod cœlū postea uocauit. Cœlesti autem corpore nihil est in corporibus melius, Alia quippe corpora cœlestia, alia terrestria. Et utiq; cœlestia meliora, quorum naturā quicquid transit, nescio quēadmodū iam corpus possit uocari. Sed est fortasse uis quædā subiecta rationi, qua ratiōe deus ueritasq; cognoscit: quæ natura, quia formabilis est uirtute atq; prudētia, cuius uigore cohibeē eius fluctuatio atq; cōstringiē, & obiectio quasi materialis apparet, recte aqua diuinitus

Lux, dies, tenebræ, nox. Cap. VI

Explicatio obscuri dict. Cap. VII

Eccles. 18

Diuisio aquarum. VIII

tus appellata est, nō locorū spacio, sed merito naturæ in corpore cœli incorporei ambitum exce- A dēs. Et quoniā cœlū firmamentū uocauit, nō absurde intelligitur quicquid infra æthereū cœlum est, in quo pacata atq; firmata sunt omnia, mutabilius esse & dissolubilius. Quod genus corporalis materiæ ante acceptā speciē distinctionemq; formarū, à qua firmamentū nominatū est, fuerūt qui crederent has uisibiles aquas & frigidas superficiem cœli superamplecti. Et documentū habere conati sunt de tarditate stellæ unius de septē uagātibus, quæ superior cæteris & à Grecis φαέθων dicitur, & xxx. annis peragit signiferū circulū, ut ob hoc tarda sit, quia est frigidis aquis uicinior, quæ supra cœlū sunt. Quæ opinio nescio quēadmodū posit apud eos defendi q̄ subtilissime ista quæsierūt. Nihil aūt horū temere affirmandū, sed B caute omnia modesteq; sunt tractāda. Et dixit deus: Fiat firmamentū in medio aquæ & sit diuidēs inter aquā & aquā, & sic factum est. Postq; dixit, sic factum est: quid opus erat rursum addere, Et fecit deus firmamētum, & diuisit inter aquā quæ erat sub firmamēto, & aquā quæ erat supra firmamentū? Nam cum dixisset superius, Et dixit deus, fiat lux, & facta est lux: non addidit rursum, & fecit deus lucē: hic aūt postea q̄ dixit deus, fiat & sic factum est: additum est, & fecit deus. An hinc appareret nō oportere lucē illā intelligi corporalē, ne eā aliqua creatura interposita fecisse deus uideatur? Deum aūt trinitatē dico: hoc uero firmamētum cœli, quia corporeū est, per incorporeā creaturā C accepisse speciē formamq; creditur, ut prius incorporeæ naturę rationabiliter à ueritate impressum sit quod corporaliter imprimeret, ut cœli fieret firmamentū, Et ideo positū est, & dixit deus, fiat, & sic factū est: in ipsa rationali natura prius facta est fortasse unde imprimeretur corpori species.

Cum aūt additū est, Et fecit deus firmamentū, & diuisit inter aquā quæ erat sub firmamento, & aquā quæ erat supra firmamentū, & ipsa corporatio in illa materia ut corpus cœli fieret significatur. An forte uarietatis causa ut textus sermōis in fastidiū nō ueniret, & supra nō est positū quod infra positū est, & nō oportet scrupulose omnia rimari: Eligat quis quod potest, tantū ne aliquid temere atq; incognitū pro cognito asserat: memineritq; se hominē de diuinis operib. quantū permit D titur querere. Et uocauit deus firmamentū cœlū: quod de uocatiōe superius tractatū est, hic quoq; cōsiderari potest, Nō enim omne firmamentum cœlū est. Et uidit deus q̄ bonū est. Et de hoc superius quomodo tractatum est, retractaretur, nisi q̄ non eundē ordinē uideo. Nam superius, Et uidit deus lucē quia bona est, et post deinde subiicitur: Diuisit deus inter lucem & tenebras, & uocauit deus lucē diem, & tenebras uocauit noctem: Hic aūt postquā factum enarratū est, quod factū dicebatur, & posteaq; uocatū est firmamentū cœlum, tum dicitur, Et uidit deus quia bonū. Quod si nō fastidij euitādi gratia ita narratū est, illud certe intelligere cogimur quod dictum est, Et fecit deus omnia simul. Quare em̄ primo ibi uidit, quia bonum est, & postea nomē imposuit: hic aūt primo nomē imposuit, et postea uidit quia bonū est? nisi quia illa differentia significat, morarū interualla non esse in operatione dei, q̄uis in ipsis inueniat operibus. Secundū autē morarū interuallū prius aliquid & postea efficitur, sine quibus narratio factorū nō potest esse, q̄uis sine his deus ista efficere potuerit. Et facta est uespera & factū est mane dies secundus. Iam hinc superius tractatū est, & easdē rationes hic quoq; ualere arbitror. Et dixit deus: Congregētur aquæ quæ sub cœlo sunt in congregationē unam, & appareat arida, & sic factum est. Hinc probabilius credi potest aquam dictā esse superius, sicut arbitrabamur, ipsam mūdi materiā. Nam si uniuersum aqua oppletū erat, unde uel quò potuit cōgregari? Si enim quandā confusionē materialem aquæ nomine appellauerat, hęc cōgregatio † appellāda est ipsa formatio, ut talis esset aquæ species, qualē nunc esse cernimus. Et ipsum appareat arida, quod positū est, terræ formatio intelligi potest, ut hāc haberet speciē terra quā cernimus, Inuisibilis enim & incōposita dicta erat, cū adhuc materiæ species deesset. Dixit ergo deus: Congregetur aqua quæ sub cœlo est: id est in formā redigat materies corporalis, ut aqua ista sit quā sentimus, in cōgregationē unā. Vis ipsa formæ commendatur nomine unitatis, hoc est enim uere formari, in unū aliquid redigi, quoniā summe unū est omnis formæ principiū. Et appareat arida: id est speciē uisibilem accipiat, atq; à cōfusione distinctā. Et bene aqua cōgregatur ut appareat arida, id est cohibeē quod fluitet mare, ut quod obscurū est illustretur. Et sic factū est. Etiā hoc fortasse in rationib. intellectualis naturæ prius factum est, ut postea quod dicitur: Et congregata est aqua in congregationē unā, & apparuit arida: nō superfluò additū uideatur, cum iam dictū esset, Et sic factū est: sed ut post rationalem et incorporeā operationē intelligeremus etiā corporalem secutā. Et uocauit deus aridā terrā, Congregationē aquæ, mare uocauit. Adhuc nobiscū facit illa causa uocabulorū: nō enim omnis aqua, mare: aut omne aridū terra. Ergo quę aqua esset, & quæ arida, uocabulis segregandū fuit. Ipsam autē distinctionē atq; formationē fuisse uocationē dei, nō absurde adhuc intelligi potest. Et uidit deus quia bonū est: Et hic ipse ordo seruatus est, quare huic etiā illa, quæ modo tractata sunt, cōferātur. Et dixit deus: Germinet terra herbā pabuli, ferentē semen secundū genus suum & similitudinē: & lignū fructiferum faciens fructū, cuius semen sit in se secundū suam similitudinē. Postquā facta sunt terra & mare, & uocata & approbata, quod sæpe diximus nō morarū interualis accipiendū esse, ne ineffabilem operātis dei facultatē tarditas aliqua cōsequatur, non statim sicut duobus diebus precedentib. subiicitur, Facta est uespera, & factū est mane dies tertius. Sed adiungit alia operatio, Vt germinet terra herbā pabuli ferentē semen secundū genus suū & similitu

Congregatio aquarū. X

† alias accipienda

Germinet terra herbam. Cap. XI

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinem: & lignũ fructiferũ faciẽs fructum, cuius semen sit in se secundũ suã similitudinẽ. Quod de luce illa & firmamẽto & aquis & arida dictũ non est: nõ enim habet lux successiõis propaginẽ, aut cœlũ de alio cœlo nascit, aut terra aut mare alia maria & alias terras gignũt, quæ succedãt. Hic ergo dicendũ fuit, Ferentẽ semen secundum genus suũ & similitudinẽ, & cuius semen sit in se secundum suã similitudinẽ, ubi similitudo nascẽtiũ præteritis similitudinẽ seruat. Hæc aũt omnia ita supra terrã sunt, ut ipsi terræ radicitus cohæreãt, & ei cõtinuent, & rursum quodãmodo separent: ꝓpterea huius naturæ significationẽ in ista narratione seruatã arbitror, quia et eodẽ die facta sunt, quo terra apparuit, & tamẽ iterũ dixit deus ut terra germinaret: & iterũ dictũ est, & sic factũ est. Deinde secundũ superiorẽ regulã, posttã dictum est sic factũ est, subiũgitur ipsa executio, Et dedit terra herbã pabuli, ferentẽ semen secũdũ genus suũ, & lignũ fructiferũ faciẽs fructũ, cuius semẽ in se secundũ suam similitudinẽ. Et iterũ dicit: Vidit deus quia bonũ est: itaq; & uno die ista iungũtur: et iteratis dei uerbis distinguunt ab inuicẽ. Quod de terra & mari ꝓpterea puto nõ esse factũ, quia magis harũ rerũ est discernẽda natura, quæ cum oriãtur & occidãt, seminis successione propagãtur. An quia terra & mare simul fieri potuerint, nõ solũ in rationib. creaturæ spiritalis, ubi simul omnia facta sunt, sed etiã in ipsa corporali motiõe: arbores uero & quæq; stirpes nasci non possent, nisi terra in qua germinarẽt, præcessisset: ꝓpterea & repetendũ erat iussum dei, ut & facta significarent distãtia, tamẽ nõ alio die faciẽda, ꝓpter qd radicib. terræ affigunt & cõtinuãtur. Sed quæri potest, cur istis deus nõ imposuerit nomina. An prætermissum est, quia multitudo eorum nõ sinebat? Verũ hęc quæstio melius postea cõsiderabit, cũ animaduertemus alia, quæ non uocauit deus, sicut uocauit lucẽ & cœlũ & terrã & mare. Et factũ est uespera, & factũ est mane dies tertius. Et dixit deus: Fiant luminaria in firmamẽto cœli, ut luceãt super terrã, & diuidãt inter diẽ & noctẽ, et sint in signis & tẽporibus, & in diebus & annis: & sint in splendorẽ in firmamẽto cœli, ut luceant sup terrã. Quarto die luminaria facta sunt, de quibus dicit, Et sint in diebus. Quid ergo uolũt tres dies trãsacti sine luminaribus? Aut cur ista erũt in diebus, si etiã sine istis dies esse potuerũt? An quia euidẽtius productio illa tẽporis & morarũ interuallum motu istorũ luminariũ distingui ab hominibus potest? An ista dierũ & noctiũ enumeratio ad distinctionẽ ualet inter illam naturã, quæ facta nõ est, & eas quæ factæ sunt: ut mane nominarẽtur propter earũ speciẽ factarũ, uespera uero propter priuationẽ: quæ quantũ attinet ad illũ à quo facta sunt, speciosa atq; formosa sunt: quantũ autem in ipsis est, possunt deficere, quia de nihilo facta sunt: & inquantũ nõ deficiũt, nõ est eorũ materiæ quę ex nihilo est, sed eius qui summe est, & illa facit esse in genere et ordine suo? Et dixit deus, Fiant in firmamẽto cœli luminaria ut luceãt; utrũ de fixis tantũ dictum est syderibus, an etiã de uagis? Sed duo luminaria maius & minus inter uaga sydera numerant: quomodo ergo facta sunt omnia, cũ singulos suos uel globos uel circulos uaga singula quæq; possideant? An quoniã in scripturis & cœlos multos legimus & cœlũ, sicuti in hoc loco, cũ dicitur firmamentũ cœlũ, intelligendum est omnẽ istam ætheream machinã dici, quę omnia substãtia cõtinet, sub qua puri & trãquilli aeris serenitas uiget, sub qua itẽ iste aer turbulentus & procellosus agitatur? Vt luceant super terram, & diuidãt inter diẽ & noctem. Nónne iam deus diuiserat inter lucẽ & tenebras, & uocauerat lucẽ diem, & tenebras uocauerat noctem? Ex quo apparet eũ inter diẽ & noctẽ diuisisse, Quid sibi nunc uult, quod dicit de luminaribus, Et diuidant inter diem & noctem? An ita nũc fit ista diuisio per luminaria, ut hominibus nota sit etiã solis carnalibus oculis ad rerũ istarum contẽplationem utẽtibus? Ita uero deus eã fecit ante circuitum luminariũ, ut uideri nisi à paucis sano spiritu & serena ratione nõ possit? An inter aliũ diem & aliã noctem diuisit deus, id est inter speciẽ, quã imprimebat illi informitati: & informitatẽ, quæ adhuc formãda restabat? Alius uero est iste dies, & alia nox, quorũ uoluẽte cœlo uicissitudo animaduertit, quę fieri nõ posset, nisi solis ortu & occasu. Et sint in signis & tẽporibus, & in diebus & in annis. Videt mihi hoc quod dixit, In signis: plenũ fecisse illud quod dixit, Et in tẽporib⁹: ne aliud acciperent signa, & aliud tẽpora. Hæc enim nũc dixit tẽpora, quæ interuallorũ distinctione æternitatẽ incõmutabilẽ supra se manere significant: ut signũ, id est quasi uestigiũ æternitatis tempus appareat. Itẽ cum adiũgit, Et in dieb. & in annis: ostẽdit quę dixerit tẽpora, ut dies fiãt cõuersione fixorũ syderũ: anni uero manifesti, cũ sol significẽrum circulũ peragit: obscuriores autẽ, cũ id unũquodq; uagorũ syderũ in suis orbibus facit. Non enim dixit, & mẽsibus, quia fortasse mẽsis annus est lunæ: sicut xij. lunæ anni, annus est eius syderis quod φαίνοντα Græci uocant, & xxx solis anni, annus est eius syderis quod φαινὸν dicitur. Et fortasse ita cũ omnia sydera ad idẽ redierint, annus magnus peragitur, de quo multi multa dixerũt. An in signis dixit, quibus certũ iter significat nauigãdi: in temporib. autẽ, uelut est uernũ tempus & æstas & autumnus & hyems, quia & ista circũactu syderũ uariant, suasq; uices atq; ordinẽ seruãt: in diebus aũt et in annis, sicut expositũ iam est accipiẽdũ: Et sint in splẽdore & in firmamẽto cœli, ut luceãt super terrã: Cur putamus esse repetitum? An quẽadmodũ est de stirpibus ut ferãt semen, & sit in eis semen secundũ genus suũ, et similitudinẽ: ita ecõtrario dictum est de luminaribus, Fiant & sint, id est fiant, & non gignant, sed ipsa sint, & sic factũ est? Ordo ille seruat, Et fecit deus duo luminaria, Luminare maius initiũ diei, & luminare minus initiũ noctis, & stellas. Quid dicat initiũ diei, & initiũ noctis, mox apparebit. Et stellas uero ꝙ addidit, utrũ pertineãt ad initiũ noctis, an

Fiãt luminaria. Cap. XII

Signa dierum & temporũ. Cap. XIII

Annus magnus, quẽ uulgo Platonia uocant

an nõ, ambiguũ est. Quidam aũt uolunt hic significari lunã plenã esse primitus factã, quod plena luna initio noctis assurgit, id est mox post solis occasum. Sed illud absurdũ est, ut non à prima, sed à sexta decima uel quintadecima numerãdi sumamus exordiũ. Nec illud moueat ꝙ pfectũ fieri deberit luminare quod factũ est, Omni emẽ die pfecta est, sed eius pfectio ab hominib. nõ uidet, nisi cũ ex cõtraria parte soli opposita fuerit, Nã etiã cum illo cõstituta, quoniã sub illo est, uidet finiri. Sed etiã tũc plena est, quia ex alia parte illustrat, nec uideri potest ab ijs qui subter sunt, id est terrã incolunt. Quod nõ paucis uerbis, sed subtilibus dissertionibus & quarundã figurarũ uisibiliũ demonstratione doceri potest. Et posuit illa deus in firmamẽto cœli ut luceãt super terrã. Quomodo dixit, fiant in firmamẽto: & quomodo nũc dicit, fecit deus luminaria et posuit in firmamẽto: quasi extra sint facta, & post ibi posita, cũ iam dictũ sit ut ibi fierẽt? An hinc etiã atq; etiã significat, non ita deũ fecisse ut homines solent, sed ita narrat ut hominib. potuit, scilicet ut apud homines aliud sit fecit, aliud posuit: apud deũ autẽ utrũq; idẽ sit qui faciẽdo ponit, et ponẽdo facit? Et pręsint diei ac nocti & diuidant inter diẽ & noctẽ. Dictũ erat initiũ diei, & initiũ noctis, quod hic exponit, dicẽdo, præsint diei, & nocti. Ergo initiũ illud, principatũ intelligere debemus, quia & in die nihil est inter illa quę uident sole excellẽtius, et in nocte nihil luna uel stellis. Vnde etiã illa ambiguitas iam nõ moueat, & credamus stellas sic positas, ut ad initiũ noctis, id est principatũ pertineant. Et uidit deus quia bonũ est. Idẽ ordo seruat: Memineri/mus sanè ꝙ etiã ista deus nõ uocauerit, cũ dici potuerit, Et uocauit deus luminaria sydera: quia nõ omne luminare sydus est. Et facta est uespa, & factũ est mane dies quartus. Si dies istos cõsideres, quos ortus solis occasusq; distinguit, nõ iste quartus, sed fortasse primus est dies: ut eo tẽpore putemus ortũ esse solem quo factus est, & donec cętera sydera fierẽt occidisse. Sed qui intelligit & solem alibi esse, cũ apud nos nox est, & noctẽ alibi esse, cũ sol apud nos est, dierũ istorũ enumerationem sublimius indagabit. Et dixit deus: Eiciãt aquę reptilia animarũ uiuarũ, et uolatilia uolãtia super terrã sub firmamẽto cœli: & sic factũ est. Eaquę natãtia sunt animalia reptilia sunt appellata, quia pedib. nõ ambulãt. An ga sunt alia quæ sub aqua in terra repũt? An sunt pẽnatain aquis, sicut pisces squamas habẽt, uel alij qui nõ habẽt, sed tamen pẽnis nituntur? Qui utrũ inter uolatilia hoc loco numerãdi sint, dubitari potest. Nã & ipsa uolatilia car aquis tribuerit, nõ aeri, nõnulla quæstio est. Nõ em has aues tantũ accipe possumus, quibus aquę familiares sunt, quales mergi & anates et quęcũq; huiusmodi. Nã si de his tantũ dixisset, nõ prętermitteret alio loco de alijs auib. dicere, inter quas nõnullę usq; adeo ab aquis remotę sunt, ut ne bibãt quidẽ. Nisi forte istũ aerẽ terris contiguũ, quoniã se humidũ etiã serenissimis noctib. rore testat, aquã uocauit, qui & in nubẽ cogit. Nubes aũt aqua est, ꝙd omnes sentiunt, quib. cõtingit in mõtib. inter nubila, uel etiã in cãpis inter nebulas ãbulare. In hoc ꝙppe aere uolare aues dicunt. Nã in illo sublimiore atq; puriore, q uere aer ab omnib. appellatus est, nequeũt: nõ em earũ põdus tenuitate sua sustinet. In illo aũt, neq; nubes concrescere asserunt, neq; aliquid ꝓcellosum existere. Quippe ubi uẽtus adeo nullus est, ut in uertice Olympi mõtis, qui spatia huius humidi aeris excedere dicit, quędã literę in puluere solere fieri phibeant, & post annũ integrę atq; illæsæ inueniri ab ijs qui soleniter memoratũ montẽ ascẽdebant. Quapropter nõ absurde existimari põt firmamẽtũ cœli, in diuinis scripturis usq; ad hęc spatia uocari, ut et ille aer trãquillissimus & syncerissimus ad firmamẽtum ptinere credat. Hoc em nomine firmamẽti, ipsa trãquillitas & magna pars rerũ significari põt. Vnde etiã illud dici plurib. locis in Psalmis existimo: Et ueritas tua usq; ad nubes. Nihil est em firmius & serenius ueritate, Nubes aũt sub ista synceriss̃imi aeris regiõe cõcrescũt, quod quãq; figurate dictũ accipiat, ex his tamẽ reb. scriptũ est quę habẽt ad hęc quandã similitudinẽ, ut corporea creatura cõstãtior et purior quę à summitate cœli usq; ad nubes est, ueritatis figurã recte habere uideat: id est, usq; ad aerẽ caliginosũ et, pcellosum et humidũ. Ergo uolatilia uolãtia sup terrã sub firmamento cœli, cõueniẽter sunt aquis attributa, quia nõ incõueniẽter aer iste aqua nominat. Hinc etiã intelligi dat de aere nihil dictũ esse, quõ uel quãdo sit factꝰ: quia iste aer noie aquarũ tenet, ille aũt nomine firmamẽti, atq; ita nullũ elementũ prętermissum est. Sed fortasse quis dicat. Si eo ꝙd dictũ est: Congregẽt aqua: intelligimus aquã esse factã ex illa cõfusione materię, hanc aũt cõgregationẽ mare appellauit, quõ ibi possumus hũc aerẽ intelligere factũ, quod mare nõ dicitur, etiã si aqua dici potest? Quamobrẽ mihi uidet in eo quod dictũ est, appareat arida: non solũ speciẽ terrę, sed etiã huius aeris crassioris esse insinuatã. Per hũc em terra illuminat, ut pspicua nobis sit. In uno ergo uerbo quo dictũ est, appareat: intima sunt omnia, sine quibus apparere nõ potest, id est & species eius, & nudatio ab aquis, et aeris suffusio, per quẽ in ea nomẽ à supiore mũdi parte trãsmittit. An potius in eo ꝙd scriptũ est, Congregẽt aquas: species huius aeris cõmendat? quia cũ iste aer cõdensat, hanc aquã uidet efficere: Coactionẽ itaq; in densitatẽ, congregationẽ aquę fortasse appellauit, ut mare fieret: ut id quod nõ congregatũ, id est nõ spissatũ superfert, aqua sit, quæ aues uolantes possit sustinere, utriq; nomini accõmodata, ut uocari possit & aqua subtilior, & aer crassior. Sed quãdo quęrit, cur sit iste factus: non dicit. An forte uerũ est ꝙ quidã uolunt, humidis exhalatiõib. maris et terrę has auras effici, ita crassiores aere illo supiore ac liquido, ut gestãdis uolatilibus auiũ sint accõmodatę? Ita porrò teneriores ijs aquis, quib. corpus abluit, ut earũ cõparatione siccę atq; aerię sentiant. Et quia de terra & mari iam dictũ erat, quid opus erat dicere de exhalationib. earũ, id est aquis auiũ, cum illum aerẽ purissimũ et trãquillissimũ firmamento attributũ

Obiectio

Responsio

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellexeris? Nã neq; de fontib. & fluminibus dictum est quõ facta sint. Qui em̃ scrupulosius ista quærũt & disserũt, æthereo suplapsu de mari dulcem inuisibiliter dicũt extrahi uaporẽ, his uidelicet ascẽsionibus, quas nullo modo sentire possumus: inde cõglobari nubes: atq; ita terrã imbrib. madefactã antris occultioríb. instillare atq; insudare tantũ, quãtum coactũ & p diuersos tramites lapsum erũpat in fontes, siue paruos, siue gignendis fluminib. idoneos. Cuius rei documenta esse uolunt, q̃ marinarũ aquarũ decoctarũ uapor, sinuato coopculo exceptus humorẽ dulcẽ gustãtibus exhibet. Et omníb. fere manifestũ est, diminutos fontes inopiã sentire pluuiarũ. Attestat & diuina historia, cũ Helias tẽpore ariditatis imbrem posceret: iussit em̃ cũ ipse oraret ut puer su⁹ ad mare attẽderet: unde cũ uideret oriri perparuã nubeculã, pluuiã ei solicito adesse nunciauit, qua mox etiã fugiens irrigatus est. Et Dauid dicit: Dñe qui aduocas aquã maris, et effundis eam sup faciẽ terræ: Quapropter mari nominato, de alijs aquis supflue diceret: siue istis roriferis, q̃ tenuitate auras uolãtib. auibus prębẽt, siue fontiũ ac fluminũ: si & illę exhalationib. fiũt. & istę reciprocis imbribus, quos terra sorbet, emanãt. Eijciãt aquę reptília animarũ uiuarũ. Cur additũ est uiuarũ? An possunt esse animę, nisi uiuãt? An istã manifestiorem uitã cõmendare uoluit, quę ineſt animalibus sentiẽtib. quoniã stipites ea carẽt? Et uolatília uolantia super terrã sub firmamẽto cœli. Si uolatília nõ uolant in illo purissimo aere, ubi nulla nubila oriunt̃, hinc manifestũ est ad firmamentũ eũ pertinere, quia sub firmamento cœli dictũ est uolatília uolare super terrã. Et sic factũ est. Ordo ille seruatur. Ideoq; subiũgit sicut in cæteris, excepta luce quę prior facta est. Et fecit deus cetos magnos, & omnẽ animam animaliũ repentiũ, quæ eiecerunt aquę secundũ genus eorũ, & omne uolatile pennatũ secundũ genus suũ. Meminerimus sane, secundũ suum genus, de ijs creaturis dici, quę semínali, ppagine reparant̃: nam de herbis iam hoc, et de arboríb. dictũ est. Et omnẽ uolatile pennatum. Cur additũ est pennatum? An potest esse uolatile quod pẽnas nõ habeat? Sed si potest, nũquid hoc genus fecit deus, quãdoquidẽ nõ inuenit̃ ut sit factum? an omnino potest quicq̃ uolare sine pẽnis? Nã & uesptiliones, et locustæ, & muscę, et si quid huiusmodi est quod plumis careat, pẽnis non caret: sed pennatũ additũ est, ne solas aues intelligeremus, quoniã pisces pẽnati sunt, & sup terrã uolant infra aquas: ideo nõ dictũ est aues, sed uolãtia generaliter, & uolatile pẽnatũ. Et uidit deus quia bonũ est: Et hic sicut in cęteris locis intelligendũ. Et benedixit ea dicẽs, Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, & uolatília multiplicẽtur super terrã. Benedictionẽ ad fœcunditatẽ ualere uoluit, quę in successione prolis apparet, ut ea benedictiõe, qua infirma & mortalia creata sunt, genus suũ nascẽdo custodiãt. Sed cum etiam stirpes nascẽdo teneãt similitudinẽ prętereuntiũ, cur eas nõ benedixit? An quia sensu carẽt, qui rationi uicinus est? Nõ enim uacat fortasse q̃ secũda persona utiq; deus in benedicẽdo, ut hac animãtia compellet quodãmodo tanq; audiẽtia dicẽdo, Crescite & multiplicamini, & implete aquas maris: nec tamen in eadẽ persona usq; ad finẽ benedictionis uenit̃: sequit̃ enim, Et uolatília multiplicent̃ super terrã. Nisi forte hoc ipso significatur, sensum animantiũ nõ adeo uicinũ esse rationi, ut forte possit accipe cõpellantẽ, sicut quę intelligũt, atq; uti ratione possunt. & factũ est sic. Hic planè quiuis tardus iam euigilare debet, ut intelligat qualesisti dies enumerent̃: cũ em̃ certos seminũ numeros de animantib. dederit, seruãtes miram certo ordine cõstantiã, ut certo dierũ numero pro suo quoque genere & cõcepta utero gerãt, & ædita oua calefaciãt: cuius naturę institutio dei sapiẽtia cõseruatur, quę tendit à fine usq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter: quõ uno die potuerũt cõcipere & utero grauescere, & parta fouere atq; nutrire, & implere aquas maris, et multiplicari sup terrã? Ita em̃ subiungit̃, & sic factũ est: ante uesperę aduentũ. Sed nimirũ cum dicit facta est uespera, materiã informem cõmemorat: cũ dicit, factũ est mane, speciẽ quæ ipsa operatione impressa est materiæ: mane enim post operationẽ trãsactũ diem cõcludit. Nõ tamẽ dixit deus, fiat uespera, fiat mane: cõmemoratio est enim rerũ actarum breuissima, significata per uesperã et mane materia et specie, quæ utiq; deũ fecisse iam dictũ erat, cũ ipsum defectũ tamen, id est, cũ de specie ad materiã et ad nihilũ intẽdit, si hoc noctis nomine recte insinuatũ putamus, non dixit factũ, sed tantũ ordinatũ à deo, cũ ait superius, Diuisit deus inter lucẽ & tenebras: ut uesperæ uocabulo significet̃ informis materia, quę quãuis ex nihilo facta est, est tamẽ et habet capacitatẽ specierũ atq; formarũ. Accipiẽtiã potest tenebrarũ nomine ipsum omnino nihilum, quod nõ fecit deus, & unde fecit quęcũq; facere pro sua ineffabili bonitate dignatus est, cum sit omnipotẽs, qui etiã de nihilo tãta fecit. Et facta est uespa, & factũ est mane dies quintus. Hic post quã dixerat, & sic factũ est: non subdidit sicuti solet executionẽ, quasi iterũ facta sint, iam em̃ dictũ erat. Nec ea benedictione quę ad gignendã prolẽ ptinet aliqua noua natura fabricabat̃, sed quæ facta erãt per successionẽ cõseruabant̃. Et ideo nec illud dictũ est. Et uidit deus quia bonũ est: Iam em̃ res ipsa placuerat, quę tantũ seruãda erat in fœtibus. Nihil hic itaq; repetitũ est, nisi quod ait, Et factũ est sic. Statimq; subiectũ de uespa et mane, quibus nominatis, trãsacta opera informi materia et specie quę imponit̃, significari dictũ est. Nisi forte aliquid melius atq; sublimius occurrerit quęrẽtibus. Et dixit deus. Eijciat terra animã uiuã secũdum suũ genus, quadrupedũ, & serpentiũ, & bestiarũ terrę secundũ genus, & pecora secundũ genus. Et de solita cõclusione qua dicit̃, Et factũ est: sicut superius tractatũ est, cõsideranda & accipiẽda sunt. Cũ autẽ in Latina lingua nomine bestiarum omne irrationale animal generaliter significetur, hic tamẽ distinguendæ sunt species, ut quadrupedes accipiamus omnia iumẽta: serpentes, omnia repẽtia: bestias uel feras, omnia quadrupedia

Volatilia reptilia. XV

Sensus rationi uicinus

C

Gen.1

Bestia

dia índomita: pecora uero quadrupedia, quæ nõ operãdo adiuuãt, sed dant aliquẽ fructũ pascẽtib.

Die secũdus. XVI Et fecit deus bestias terræ secũdũ genus, & pecora secundũ genus, & omnia serpẽtia terræ secũdum genus. Hæc iteratio quod dictũ est, Et fecit

Pecora deus: cum iam dictũ esset, & factũ est sic: secundũ priorẽ regulam cõsidereret. Sane hic pecorũ nomine omnia puto significata esse quadrupedia quæ sub cura hominũ uiuunt. Et uidit deus quia bonũ est: solite accipiendũ. Et dixit deus, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Et hic animaduertẽda quædã, & cõiunctio, & discretio animantiũ. Nã eodẽ die factũ hominẽ quo bestias: sunt em̃ simul omnia terrena animãtia: & tamẽ propter excellentiã rationis, secundũ quã ad imaginẽ dei et similitudinẽ efficitur homo, separatim de illo dicitur, postquã de cæteris terrenis animãtibus solide cõclusum est, dicendo, Et uidit deus quia bonũ est. Cõsiderandũ etiã illud quod in cæteris nõ dixit deus, faciamus: ut hoc quoq; modo uoluerit spiritussanctus humanę naturę insinuare prestantiã. Cui autẽ nunc dictũ est, faciamus: nisi

Ioan.1 cui dicebat̃ in cęteris, fiat? Omnia em̃ per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Sed quid putamus aliter dictũ esse, fiat, nisi ut ipse faceret iussu patris: & aliter, faciamus, nisi ut ambo pariter facerẽt? An omnia quę facit pater, per filiũ facit: & ideo nũc Faciamus dictũ est, ut ipsi homini, ppter quẽ scriptura ipsa facta est, ita in seipso demõstraret, ea quę filius dicẽte patre facit, etiã ipsum patrẽ facere: ut quod in cæteris dicebat̃, fiat et factũ est, hic exponat̃, non separatim fuisse dictionẽ, & C separatim effectionẽ, sed utrũq; simul cũ hic dicit̃, faciamus: Et dixit deus, Faciamus hominẽ ad imaginẽ et similitudinẽ nostrã. Omnis imago similis est ei cuius imago est: nec tamẽ omne quod simile est alicui, etiã imago est eius: sicut in speculo uel pictura, quia imagines sunt, etiã similes sunt: tamẽ si alter ex altero natus nõ est, nullus eorum

Quid sit imago imago alterius dici potest. Imago em̃ tunc est, cũ de aliquo exprimit̃, Cur ergo cũ dictum esset, ad imaginẽ: additum est, & similitudinẽ: quasi possit esse imago dissimilis? Sufficeret ergo ad imaginẽ dicere. An aliud est simile, aliud similitudo, sicut aliud est castus, aliud est castitas, aliud fortis, aliud fortitudo: ut quemadmodum quæcũq; sunt fortia, fortitudine sunt fortia, & quęcũq; casta, castitate sunt casta: ita quęcũq; sunt similia similitudine sint similia? Nõ autẽ imago nostra satis proprie dicit̃ similitudo nostra esse, cũ tamẽ proprie dicat̃ similis nobis esse, ut ibi sit ea similitudo qua similia sunt quęcũq; similia, ubi est et castitas, qua casta sunt, quęcũq; sunt casta. Castitas autẽ nullius participatiõe casta est, sed eius participatiõe sunt casta, quęcũq; casta sunt. Quæ utiq; in deo est, ubi est etiã illa sapiẽtia quæ nõ participãdo sapiẽs est, sed cuius participatione sapiẽs est anima quęcũq;

Similitudo sapiẽs est. Quapropter etiã similitudo dei, p quã facta sunt omnia, ppriẽ dicit̃ similitudo, quia nõ participatiõe alicuius similitudinis similis est, sed ipsa prima similitudo, cuius participatiõe similia sunt quęcũq; per illam fecit deus. Expositio ergo fortasse est, cum additũ esset, ad imaginẽ: ut ostenderet eam quæ imago dicta est, non ita similẽ esse deo, quasi alicuius similitudinis participantẽ, sed hanc ipsam esse similitudinẽ, cuius participarent omnia quę dicunt̃ esse similia. Sicut ibi est & castitas, cuius participatiõe castæ sunt animæ, & sapientia, cuius participatione sapiẽtes sunt animę, & pulchritudo, cuius participatiõe pulchra sunt quęcũq; pulchra sunt. Si em̃ tantũ similitudinẽ diceret, nõ significaret ab ipso esse genitã: si aũt tantũmodo imaginẽ diceret, significaret ab ipso quidem genitã: sed non significaret ita similẽ, ut non tantũ similis, sed ipsa similitudo esset. Vt aũt nihil castius ipsa castitate, & nihil sapientius ipsa sapiẽtia, & nihil pulchrius ipsa pulchritudine: ita nihil similius ipsa similitudine dici, aut cogitari, aut esse omnino potest. Vnde intelligit̃ ita patri esse similẽ similitudinẽ suam, ut eius naturã plenissime perfectissimeq; impleat. Quantũ autẽ ad speciẽ rebus imponẽdam ualeat dei similitudo, per quã facta sunt omnia, quanquã humanas cogitatiões altissime superet, licet tamen utcũq; arbitrari: si cõsideremus omnẽ naturã, siue quæ sentiẽtibus, siue quę rationãtibus occurrerit, similibus inter se partibus seruare unitatis effigiẽ. Nam ex sapiẽtia dei sapiẽtes uocant̃ animę rationales, & ulterius hoc nomẽ non porrigit̃: nam neq; ulla pecora, & multo minus arbores, aut ignẽ, uel aerẽ, uel aquã, uel terrã sapientẽ possumus dicere, quanq; per ipsam dei sapientiã sint etiã omnia hæc inquãtum sunt. At uero similes inter se lapides dicimus et animalia & homines et angelos. Iam uero in singulis rebus, & terrã, eo quod similes inter se habeat partes suas, fieri ut terra sit: et aquã qualibet quoque parte similem esse cęteris partibus, nec aliter aquã esse potuisse, & quãtumlibet aeris, si cætero esset dissimile, nullo pacto aerem esse potuisse: & ignis lucis suæ particulam, eo quod nõ sit dissimilis reliquis partibus, fieri, ut sit quod nõ est: ita de unoquoq; p lapidum uel arborũ, uel corpore cuius libet animãtis discerni et intelligi potest: quod nõ solũ cũ alijs sui generis rebus, sed in seipsis singulis nõ essent, nisi partes inter se similes haberẽt. Et *Pulchritudo* tãto est pulchrius corpus quãto similioríb. inter se partibus suis constat. Iam porrò animarũ, non solũ aliarũ cũ alijs amicitia similib. moribus consit, sed etiã in unaquaq; anima similes actiões atq; uirtutes, sine quib. cõstantia esse nõ potest, beatã uitã indicãt. Similia uero omnia hæc, non aũt ipsam similitudinẽ possumus dicere. Quapropter si *Vniuersitas* rebus inter se similib. uniuersitas cõstat, ut singulę sint quicquid sunt, et omnes ipsam uniuersitatẽ cõpleant, quã deus & condidit & gubernat: per similitudinẽ eius profecto qua cõdidit omnia supereminenter atq; incõmutabiliter & incõtaminabiliter talia facta sunt: ut similibus inter se partibus pulchra sint, ad ipsam tamẽ similitudinẽ omnia non facta, sed sola substãtia rationalis: quare omnia per ipsam, sed ad ipsam nõ nisi anima. Rationalis itaq; substantia & per ipsam facta est, & ad ipsam: nõ em̃ est ulla natura interposita: quãdoquidẽ mẽs humana, quod nõ sentit, nisi cũ *Mens* purissima

B

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

purissima & beatissima est, nulli cohæret nisi ipsi
ueritati, quę similitudo & imago patris & sapien A
tia dicit. Recte igit secūdū hoc quod interius &
principale hominis est, id est secundū mentē acci
pit, Faciamus hominē ad imaginē et similitudinē
nostrā. Ex illo em quod in homine principatū te
net, quod eū distīgit à beluis, totus est homo ęsti
mandus. Cętera in eo quāquā in suo genere pul
chra sint, tamē cū pecoribꝫ cōmunia sunt, ac p hoc
in homine paruipēdenda. Nisi forte ꝙ ad intuen
dum cœlū figura humani corporis erecta est, ua
let aliquid etiā ut corp⁹ ipsum ad similitudinē dei
factū credat, ut quemadmodū à patre illa similitu
do nō auertit, ita corpus humanū à cœlo nō sit a
uersum, sicut aliorū corpora animaliū auersa sūt,
quia prona in aluū, pternunt. Sed tamē hoc non
oīno accipiendū est, nam corpus nostrū à cœlo B
plurimū differt: in illa uero similitudine quę filius
est, nō potest quicquā esse dissimile illi cui similis
est. Quoniā similia quęcūꝫ alia sunt, inter se etiā
dissimilia ex aliqua parte sunt: ipsa uero similitu
do nō est aliqua ex parte dissimilis. Pater tamē pa
ter est, nec filius aliud est ꝙ filius: Quia & cū dicit
similitudo patris, quancꝫ ostēdat nullā interueni
re dissimilitudinē, nō tamē solus est pater, sed ha
bet similitudinē. Et dixit deus, Faciamus hominē
ad imaginē & similitudinē nostrā. Satis quidem
quę supius dicta sunt, secūdū id exponūt hęc uer
ba scripturę, in quib. legimus dixisse deū, Facia
mus hominē ad imaginē et similitudinē nostrā, ut
similitudo dei, ad quā factus est homo, ipsum dei
uerbū, hoc est unigenitus filius accipi possit: non C
utiꝫ ut ipse sit eadē imago & similitudo æqualis
patri. Est tamē et homo imago dei, sicut aptissime
ostēdit Apostolus dicēs, Vir quidē nō debet ue
lare caput, cū sit imago & gloria dei. Sed hęc ima
go ad imaginē dei facta nō est ęqualis & coæter
na illi cuius imago est, nec esset etiā si nunꝫ omni
no peccasset. Ille aūt sensus est potius in his diui
nis uerbis eligēdus, ut ideo nō dictū intelligamus
singulariter, sed pluraliter, Faciamus hominē ad
imaginē & similitudinē nostrā: quia nō ad solius
patris, aut solius filij, aut solius spūssancti, sed ad
ipsius trinitatis imaginē factus est homo: quę trini
tas ita est trinitas, ut unus de⁹ sit: ita est unus de⁹,
ut trinitas sit. Nō em ait filio loquēs. Faciam⁹ ho
minē ad imaginē tuā, aut ad imaginē meā, sed plu
raliter ait, ad imaginē et similitudinē nostrā: à qua
pluralitate spiritūssanctum separare quis audeat?
Quę pluralitas, quoniā nō tres dīj, sed unus est de
us, ideo intelligēdū est postea scripturā singulari
ter intulisse atꝫ dixisse, Et fecit deus hominē ad i
maginē dei: ut nō sic accipiat, tanꝫ deus pater ad
imaginē dei, hoc est filij sui: aliocꝫ quō uerū est,
quod dictū est, ad imaginē nostrā, si ad filij solius
imaginē factus est homo? Ac p hoc quia uerū est
quod ait deus, ad imaginē nostrā: ita dictū est, Fe
cit deus hominē ad imaginē dei: tanꝫ dicerēt ad
imaginē suā, ꝺd est ipsa trinitas. Nōnulli aūt pu
tāt ideo nō repetitā similitudinē, neꝙ dictū. Et fe
cit de⁹ hominē ad imaginē & similitudinē dei, ga
tūc tantūmodo ad imaginē. Similitudo aūt illi po
stea seruabat in resurrectiōe mortuorū: quasi pos
sit esse imago aliqua, in qua similitudo non sit. Si
enim omnino similis non est, proculdubio nec i
mago est. Veruntamē ut non sola ratione id age
re uideamur, & autoritas Iacobi apostoli adhibē *Iacobi 3*
da est, qui cū de lingua hominis loquerēt, ait, In
ipsa benedicimus deū, & in ipsa maledicimus ho
mines, qui ad similitudinem dei facti sunt.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM LIBER I

In scriptura quid considerandū. Cap. I

OMNIS diuina scriptura bipertita est, secundū id quod dominus significat, dicens, scribam eruditū in regno dei similē esse patrifamiliās proferēti de thesauro suo noua & uetera, quæ duo etiā testamenta dicunt. In D libris aūt omnib. sanctis intueri oportet, quæ ibi æterna intimēt, quæ facta narrētur, quæ futura prænuncient, quæ agēda præcipiant uel moneā tur. In narratione ergo rerū factarū quęrit utrum omnia secūdū figuratū tantūmodo intellectū accipiant, an etiā secūdū fidē rerū gestarū asserēda, et defendēda sint: nā nō esse accipienda figuraliter, nullus Christian⁹ dicere audebit, attēdēs Aposto
1 Cor. 10 lū dicentē, Omnia aūt hęc in figura cōtingebāt il
Gen. 2 lis: Et illud ꝺd in Genesi scriptū est, Erūt duo i car
Eph. 5 ne una, magnū sacramētū cōmēdantē in Christo & in ecclesia. Si ergo utroꝙ mō illa scriptura scru tāda est, quęram⁹ quō dictū est præter allegoricā significationē, In principio fecit deus cœlū & ter rā: utrū in principio tēporis: an quia primo omni um facta sint: an in principio, quod est uerbū dei unigenitus filius: et quō possit ostēdi deū sine ulla sui cōmutatione opari mutabilia & tēporalia: & quid significet nomine cœli et terrę, utrū spirita lis corpalisꝙ creatura cœli et terrę uocabulū ac cepit, an tantūmodo corporalis: ut in hoc libro de spirituali tacuisse intelligat. atꝙ ita dixisse cœlū & terrā, ut omnē creaturā corporeā supiorē atꝙ infe riorē significare uoluerit: an utriuscꝙ informis ma teria dicta est, cœlū et terra: spiritalis uidelicet ui ta, sicuti esse pōt in se nō cōuersa ad creatorē? Ta li em conuersione format atꝙ perficit, si autē non cōuertat, informis est: corporalis aūt si possit intel ligi p priuationē omis corporeę qualitatis, quę ap paret in materia formata, cū iam sunt species cor porū, siue uisu, siue alio quolibet sensu corporis p ceptibiles. An cœlū intelligēdū est creatura spiri talis ab exordio quo facta est pfecta illa & beata semp: terra uero corpalis materies adhuc impfe cta: quia terra, ingt, erat inuisibilis & incōposita, et tenebrę erāt sup abyssum: quibus uerbis uidet informitatē significare substātiæ corporalis? An utriuscꝙ

utriuscꝙ informitas his etiā posterioribus uerbis
significat. Corporalis quidē eo quod dictum est, A
Terra erat inuisibilis incōposita: Spiritalis aūt eo
quod dictū est, Tenebræ erant super abyssum: ut
trāsacto uerbo, tenebrosam abyssum intelligam⁹
naturā uitæ informē, nisi conuertat ad creatorē:
quo solo modo formari potest, ut non sit abyssus:
& illuminari, ut nō sit tenebrosa. Et quomodo di
ctū est, Tenebrę erāt super abyssum: an quia non
erat lux? Quę si esset, utiꝙ superesset, & tanꝫ su
perfunderet. Quod tunc sit in creatura spiritali,
cū conuertit ad incōmutabile atꝙ incōparabile
a. II lumē, quod deus est. Et quomodo dixit deus,
Fiat lux: utrū tēporaliter, an in uerbi æternitate?
Et si tēporaliter, utiꝙ mutabiliter, quō ergo pos
sit intelligi hoc dicere deus, nisi per creaturā? Ipse
quippe est incōmutabilis. Et si per creaturā dixit B
deus, fiat lux: quō est prima creatura lux si erat iā
creatura, per quā deus diceret, fiat lux? An nō est
prima creatura lux, quia iam dictū erat, In princi
pio fecit deus cœlū & terrā: & poterat per cœle
stem creaturā uox fieri tēporaliter atꝙ mutabili
ter, qua diceret, fiat lux? Quod si ita est, corpora
lis lux facta est ista, quā corporeis oculis cernim⁹,
dicēte deo p creaturā spiritalē, quā deus iam fece
rat, cū in principio fecit cœlū et terrā, Fiat lux: eo
modo quo per talis creaturæ interiorē & occultū
motū diuinit⁹ dici potuit, fiat lux. An etiā corpo
raliter sonuit uox dicētis dei, Fiat lux: sicut corpo
Matth. 3 raliter sonuit uox dicētis dei, Tu es filius me⁹ dile
ctus, et hoc p creaturā corporalē quā fecerat de⁹,
cū in principio fecit cœlū et terrā, anteꝙ fieret lux C
quæ in hac sonante uoce facta est. Et si ita est, qua
lingua sonuit ista uox dicēte deo, Fiat lux: ga nō
dum erat linguarū diuersitas, quę postea facta est
in ædificatiōe turris post diluuiū? Quæna lingua
erat una & sola, qua deus locutus est, Fiat lux: &
quis erat quē oportebat audire atꝙ intelligere, ad
quē uox huiusmodi, pferret? An hæc absurda car
nalisꝙ cogitatio atꝙ suspitio est? Quid ergo dici
mus? An id ꝺd in sono uocis intelligit, cū dicit,
Fiat lux, nō aūt ipse corporeus sonus, hic bene ac
cipit esse uox dei? Et utrū hoc ipsum ad naturā p
tineat uerbi eius, de quo dicit, In principio erat
uerbū, & uerbū erat apud deū, & de⁹ erat uerbū?
Cū em de illo dicit, Omnia p ipsum facta sunt: satis
ostēdit et lux p ipsum facta, cū dixit deus, fiat lux. D
Quod si ita est, ęternū est quod dixit de⁹, fiat lux:
quia uerbū dei deus apud deū, filius unicus dei,
patri coęternus est: ꝙuis deo hoc in ęterno uerbo
dicēte creatura tēporalis facta sit. Cum em uerba
sint tēporis, cū dicim⁹ quādo & aliquādo, ęternū
tamē est in uerbo dei, quādo fieri debeat aliquid:
& tūc fit quādo fieri debuisse in illo uerbo est, in
quo nō est quādo & aliquādo, quoniā illud totū
a. III uerbū æternū est. Et quid est lux ipsa quę facta
est, utrū spiritale ꝺd an corporale? Si em spiritale,
potest ipsa esse prima creatura iam hoc dicto pfe
cta, quę primo cœlū appellata est, cū dictū est, In
principio fecit deus cœlū et terrā: ut ꝙ dixit deus
fiat lux, et facta est lux, eā reuocāte ad se creatore,
cōuersio eius facta atꝙ illuminata intelligatur. Et
cur ita dictū est, In principio fecit deus cœlum et
terrā: & nō dictū est, In principio dixit deus, Fiat
cœlū & terra, & facta sunt cœlū & terra: sicut de
luce narrat, Dixit deus, Fiat lux, & facta est lux?
Vtrū prius uniuersaliter nomine cœli & terrę cō
prehēdendū erat et cōmendandū quod fecit de⁹:
& deinde p partes exequendū, quō fecit, cū p
singula dicit, Dixit deus: id est quia p uerbū suū
fecit quicqd fecit? An cū primū fiebat informi *Principium Cap. IIII*
tas materię siue spiritalis siue corporalis, nō erat
dicendū, dixit deus fiat: quia formā uerbi semper
patri cohęrētis, quo sempiterne dicit deus omia,
neꝙ sono uocis neꝙ cogitatiōe tempora sonorū
uoluente, sed coęterna sibi luce à se genitę sapien
tiæ, nō imitat impfectio, cū dissimilis ab eo quod
summe ac primitus est, informitate quadam tēdit
ad nihilū: sed tūc imitat uerbi formā semper atꝙ
incōmutabiliter patri cohęrentē, cum & ipsa pro
sui generis cōuersione ad id quod uere ac semper
est, id est ad creatorē suę substātię, formā capit, et
fit pfecta creatura: ut in eo quod scriptura narrat,
dixit deus fiat: intelligam⁹ dei dictū incorporeū,
in natura uerbi eius coæterni reuocātis ad se im
perfectionē creaturę: ut nō sit informis, sed forme
tur secūdum singula, quæ per ordinē exequit. In
qua cōuersione et formatiōe, quia pro suo modo
imitat deū uerbū, hoc est dei filiū semper patri co
hęrentem, plena similitudine & essentia pari, qua
ipse & pater unū sunt: nō aūt imitat hāc uerbi for
mam, si auersa à creatore, informis & imperfecta
remaneat: propterea filij cōmemoratio nō ita fit
quia uerbū, sed etiā quia principiū est, cū dicit,
In principio fecit deus cœlū & terrā. exordium
quippe creaturę insinuatur adhuc in informitate
impfectionis: fit aūt filij cōmemoratio, quod etiā
uerbū est, eo quod scriptum est, dixit deus fiat: ut
per id quod principiū est, insinuet exordiū crea
turæ existētis ab illo adhuc imperfectę: per id aūt
quod uerbū est, insinuet pfectionē creaturę reuo
catę ad eū, ut formaret inhęrēdo creatori, & pro
suo genere imitādo formā sempiterne atꝙ incō
mutabiliter inhęrentē patri, à quo statim hoc est
quod ille. Nō em habet informē uitā uerbū fi *Verbū sapientia, Cap. V*
lius, cui nō solū hoc est esse quod uiuere, sed etiā
hoc est ei uiuere, quod est sapiēter & beate uiue
re. Creatura uero quāquā spiritalis & intellectua
lis uel rationalis quæ uidet esse illi uerbo propin
quior, potest habere informē uitā: quia sicut non
hoc est ei esse ꝺd uiuere, ita nec hoc uiuere quod
sapiēter uiuere ac beate uiuere. Auersa em à sapiē
tia incōmutabili, stulte ac misere uiuit, quę infor
mitas ei⁹ est. Format aūt cōuersa ad incōmutabi
le lumē sapiētię uerbū dei: à quo em existit ut sit,
utiꝙ uiuat, ad illū conuertit ut sapiēter ac beate ui
uat. Principiū quippe creaturæ intellectualis est
ęterna sapiētia, quod principiū manēs in se incō
mutabiliter, nullo mō cessat occulta inspiratione
uocatiōis loqui ei creaturę, cui principiū est, ut cō
uertat ad id ex quo est, ꝺd aliter formata ac pfe
cta esse nō possit. Ideoꝙ interrogat⁹ dns qs esset,
respon

Universidad de Deusto
Biblioteca

respõdit, Principium qui & loquor uobis. Quod autẽ filius loquit̃, pater loquit̃: quia patre loquente dicit̃ uerbũ quod filius est, æterno more, si more dicendũ est, loquẽte deo uerbũ coæternũ. Inest enim deo benignitas summa & sancta & iusta, & quidam non ex indigẽtia, sed ex beneficentia ueniens amor in opera sua. Propterea priusquã scriberetur, Dixit deus, fiat lux: præcessit scriptura dicens. Et spiritus dei ferebaꝫ sup aquã: quia siue aquæ nomine appellare uoluit totã corporalẽ materiã, ut eo modo insinuaret unde facta & formata sint omnia quę in suis generib. iam dignoscere possumus, appellans aquã quia ex humida natura uidem⁹ omnia in terra p̃ speeies uarias formari atq; cõcrescere: siue spiritalẽ uitã quandã ante formã conuersionis qualĩ fluitantẽ: superferebaꝫ utiq; spũs dei, quia subiacebat scilicet bonæ uolũtati creatoris, quicquid illud erat quod formandũ perficiendũq; inchoauerat: ut dicente deo in uerbo suo, fiat lux: in bona uoluntate, hoc est in bene placito eius, pro modulo sui generis maneret q̃d factũ est. Et ideo rectũ est quod placuerit deo, scriptura dicẽte, Et facta est lux, & uidit deus lucem
Trinitas VI quia bona est. Et quemadmodũ in ipso exordio inchoatę creaturæ, quę cœli & terræ nomine propter id quod de illa perficiẽdum erat cõmemorata est, trinitas insinuaꝫ creatoris: nam dicente scriptura, In principio fecit deus cœlum & terrã: intelligimus patrẽ in dei nomine, et filiũ in principij nomine, qui nõ patris, sed per seipsum creatę primitus ac potissimũ spiritali creaturæ, & cõsequẽter etiã uniuersæ creaturæ principiũ est: dicẽte autem scriptura, Et spiritus dei superferebaꝫ super aquas: cõpletam cõmemorationẽ trinitatis agnoscimus: ita & in cõuersione atq; perfectiõe creaturæ, ut rerũ species digerant̃, eadẽ trinitas insinuatur: uerbũ dei scilicet, et uerbi generator, cũ dicit̃, dixit deus: & sancta bonitas, in qua deo placet qc quid ei pro suę naturę modulo perfectũ placet, cũ
Spiritus dei Cap. VII dicit̃, Vidit deus quia bonũ est. Sed cur cõmemorata prius quãuis imperfecta creatura, postea cõmemoraꝫ spiritus dei: prius dicente scriptura, Terra autẽ erat inuisibilis & incõposita, & tenebrę erãt super faciẽ abyssi: ac deinde inferr̃, Et spiritus dei superferebaꝫ super aquã? An quoniã egenus atq; indigus amor ita diligit, ut rebus quas diligit, subiiciaꝫ: propterea cũ cõmemoraret imperfecta creatura, spiritus dei, in quo eius sancta beneuolẽtia dilectioq; intelligit̃, superferri dictus est, ne faciẽdo opera sua p̃ indigẽtiæ necessitatem potius q̃m per abundantiã benefic̃tiæ deus ama-
1 Cor. 12 re putaret̃? Cuius rei memor Apostolus dicturus
Eph. 3 de charitate, supereminentẽ uiam demõstraturũ se ait. Et in alio loco, Supereminentẽ, inquit, sciẽtię charitatẽ Christi. Cum ergo sic oporteret insinuare spiritũ dei, ut superferri diceret̃, cõmodius factũ est ut prius insinuaret̃ aliquid inchoatũ, cui superferri diceret̃: non autẽ loco, sed omnia supan-
Amor dei erga creaturas Cap. VIII te ac præcellente potẽtia. Ita etiã rebus ex illa inchoatiõe pfectis atq; formatis, Vidit deus quia bonũ est: placuit em̃ quod factũ est, in ea benignitate qua placuit ut fieret. Duo quippe sunt, ꝓpter quę amat deus creaturã suam, ut sit, et ut maneat. Vt ergo esset quod maneret, spiritus dei superferebaꝫ sup aquã: ut aũt maneret, uidit deus quia bona est. Et quod de luce dictũ est, hoc & de omnib. manent em̃ quædã supgressa omnẽ uolubilitatẽ temporalẽ in amplissima sanctitate sub deo: quędam uero secundũ sui tẽporis modos, dum p̃ decessionẽ successionẽq; rerũ seculorũ pulchritudo cõtexit̃. Quod ergo dixit deus, fiat lux, et facta est lux: in aliquo die dixit, an ante omnẽ diem? Si em̃ uerbo sibi coæterno dixit, hoc utiq; intẽporaliter dixit: si uero tẽporaliter dixit, nõ uerbo sibi coæterno sed per aliquã dixit creaturã temporalẽ: ac per hoc nõ erit prima creatura lux, quia iam erat creatura per quã tẽporaliter diceret̃, fiat lux: atq; illud ante omnẽ diem fecisse intelligit̃, quod dictũ est, In principio fecit deus cœlũ & terrã: ut cœli nomine intelligaꝫ spiritalis iam facta & formata creatura, tanq̃ cœlũ cœli hui⁹, quod in corporalib. summũ est. Secũdo enim die factũ est firmamentũ. quod rursus cœlũ appellauit, terręaũt nomine inuisibilia & incõpolite ac tenebrosæ abyssi, imperfectio corporalis substãtiæ significata est, unde tẽporalia illa fierẽt, quorũ prima esset lux. Quõ aũt per creaturã illam, quã fecit ante tẽpora, dici potuit tẽporaliter, fiat lux, inuenire difficile est. Sono em̃ uocis nõ intelligimus dictũ: nã quicqd tale est corporeũ est. An ex illa imperfectio ne subst̃ãtię corporalis fecit aliquã uocẽ corpoream, per quã sonaret, Fiat lux? Ergo aliquod uocale corpus ante lucẽ creatũ atq; formatũ est. Sed si ita est, iam erat tẽpus per quod uox curreret, sonorũq; spatia sibi succedẽtia præterirẽt. Quod si iam erat tẽpus anteq̃ fieret lux, in quo tẽpore fieret uox, qua sonaret, fiat lux, ad quẽ diem pertinebat illud tẽpus? Vnus em̃ dies idemq; primus ille numerari incipit, quo facta est lux. An ad ipsum diẽ pertinet totũ spaciũ tẽporis, & quod factũ est uocale corpus, p̃ quod sonaret, Fiat lux, & quod facta est ipsa lux? Sed omnis talis uox propter audientis corporalẽ sensum à loquẽte ꝓferr̃, ita em̃ factũ est, ut pcusso aere sentiaꝫ. Nũquid itaq; talẽ habebat auditũ illud quicquid erat inuisibile & incõpositũ, cui sic deus personaret ac diceret, fiat lux? Abscedat itaq; hęc ab animo cogitãtis absurditas. Vtrũ ergo spiritalis motus, sed tamẽ tẽporalis erat, quo dictũ intelligimus, fiat lux: expressius ab æterno deo per uerbũ coæternum in creatura spiritali, quã iam fecerat, cum dictũ est, In principio fecit deus cœlũ & terrã: id est in illo cœlo cœli? An et ista locutio nõ tantũ sine aliquo sono, sed etiã sine ullo tẽporali motu spiritalis creaturæ, in eius mẽte atq; ratiõe fixa quodãmodo à uerbo patri coæterno, & quodãmodo impressa intelligit̃, secundũ quã moueret̃, & ad speciẽ cõuerteret̃ inferior illa tenebrosa imp̃fectio naturæ corporeę, & fieret lux? Sed multũ est ac difficillimũ capere, quomodo dicaꝫ deo non tẽporaliter iubẽte, neq; id tẽporaliter audiẽte creatura, quæ cõtemplatione ueritatis omnia tẽpora excedit, sed intellectua

liter sibimet impressas ab incõmutabili dei sapiẽtia ratiões tanq̃ intelligibiles locutiões in ea quę infra sunt trãsmittẽte, fieri tẽporales motus in rebus temporalib. uel formãdis uel administrãdis. Si aũt lux, quę primũ dicta est ut fiat, et facta est, etiam primatum creaturæ tenere intelligenda est, ipsa est intellectualis uita: quæ nisi ad creatorem illuminanda cõuerteret̃, fluitaret informiter. Cũ aũt cõuersa et illuminata est, factũ est quod in uerbo dei dictũ est, fiat lux. Verũtamẽ quemadmodum sine tẽpore dictũ est, quia in uerbũ patri coæternũ non cadit tẽpus, utrũ ita etiã sine tẽpore factũ sit, quisquam forsitan quærat. Sed quõ potest hoc intelligi, cũ facta luce & diuisa à tenebris, & inditis diei nocti sq; uocabulis, dicat scriptura, Facta est uespera, et factũ est mane dies unus. Vnde uideꝫ illud opus dei factũ per spatiũ diei, quo peracto ad uesperũ uentũ est, q̃d est initiũ noctis. Itẽq; peracto nocturno spatio cõpletus est totus dies, ut mane fieret in alterũ diẽ, in quo die deus aliud cõsequenter operareꝫ. Imo uero idipsum permirabile est, cũ deus nullo spatio syllabarum æterna uerbi sui ratiõe dixerit, fiat lux: cur tanta mora facta sit lux, donec diei spatiũ præteriret & uespera fieret̃? An forte cito quidẽ lux facta est, sed mora diurni tẽporis in eo cõsumi potuit, cũ discerneret̃ à tenebris, atq; utrunq; discretũ suis uocabulis signaret̃? Mirũ si & hoc uel tãta mora fieri potuit à deo, quãta dicit̃ à nobis. Discretio quippe lucis et tenebrarũ in ipso utiq; opere, cũ lux fieret, cõsecuta est: nõ em̃ lux esse potuit, nisi discerneret̃ a tenebris. Quod aũt uocauit deus lucẽ diem, & tenebras noctẽ, quãta mora fieri poterat, etiã si hoc syllabatim per sonũ uocis egisset, nisi quãta & à nobis dicit̃, lux uocet̃ dies, & tenebræ uocent̃ nox: nisi forte quis ita desipiat, ut quia sup omnia magnus est deus, putet ore dei ꝓlatas, quãuis paucissimas syllabas per totũ diei spatiũ potuisse distendi. Huc accedit, quia uerbo sibi coæterno, id est in cõmutabilis sapiẽtię internis ęternisq; ratiõibus, nõ corporali sono uocis uocauit deus lucẽ diẽ, & tenebras noctẽ. Rursum em̃ quęrit̃, si uerbis quibus utimur uocauit, qua lingua uocauerit, & q̃d opus erat sonis trãseũtib. ubi cuiusq; nõ erat corporalis ullus auditus? & nõ inuenit̃. An dicendũ est, q̃ cũ cito peractũ esset hoc opus dei, tãdiu stetit lux nõ succedẽte nocte, donec diurnũ spatium peragereꝫ: & tãdiu mansit nox luci succedẽs, donec spatiũ nocturni tẽporis preteriret, et mane fieret diei sequẽtis, uno primoq; die trãsacto? Sed si hoc dixero, uereor ne deridear, & ab ijs qui certissime cognouerunt, & ab ijs qui possunt facillime aduertere, quod eo tẽpore quo nox apud nos est, eas partes mũdi p̃sentia lucis illustret, per quas sol ab occasu in ortũ redit, ac per hoc omnib. xxiiij horis non deesse per circuitũ gyri totius, alibi diem, alibi noctẽ. Nũquid nam ergo in parte aliqua posituri sumus deũ ubi ei uespa fieret, cum ab ea
Eccles 1 parte in aliã partẽ lux abscederet? Nã & in libro qui appellaꝫ Ecclesiastes, ita scriptũ est: Et oritur sol & occidit, & in locũ suũ ducit̃, hoc est, in eũ lo cũ unde ortus est. Sequit̃ em̃, & dicit ipse: Oriens illuc uadit ad Austrũ, & circuit ad Aquilonẽ. Australis ergo pars cũ habet solẽ, nobis dies est: cũ aũt ad Aquilonis partẽ circumiens prouehit̃, nobis nox est: non tamẽ in alia parte nõ est dies ubi p̃sentia solis est: nisi forte poeticis figmẽtis cor inclinandũ est, ut credamus solẽmari se immergere, atq; inde lotum ex alia parte mane surgere. Quanq̃ si ita esset, abyssus ipsa p̃sentia solis illustrareꝫ, atq; ibi esset dies. Posset enim & aquas illuminare, quãdo ab eis nõ posset extingui. Sed hoc mõstruosum est suspicari. Quid quod etiam sol nondum erat? Quapropter si spiritalis lux primo die facta est, nũquid nam occidit ut ei succederet nox? Si aũt corporalis, quænam illa lux est, quã post occasum solis uidere nõ possumus, quia nec luna erat adhuc nec aliquę stellę? Aut si semper in ea parte cœli est, in qua sol, ut non sit solis lux, sed quasi comes eius, eidẽ ita cõiuncta, ut discerni dignosciq; nõ possit, ad eandẽ rediꝫ difficultatẽ soluendæ huius quęstiõis: quia & ista lux eodem modo quo sol tanq̃ comes eius ab occasu in ortũ circumiens redit, & est in alia parte mundi, quo tẽpore pars ista in qua sumus, tenebrescit in noctẽ. Ex quo cogit, quod absit, in una parte credere deũ fuisse, quã partẽ lux ista desereret, ut posset ei uespa fieri. An forte in ea parte lucẽ fecerat, in qua faciur? erat hominẽ: & ideo cũ ab ipsa parte lux decessisset, uespera facta dicit̃, etiã cũ in alia parte lux illa esset quę inde discesserat, mane exoriturę peracto circuitu. Vt quid ergo factus est sol in potestatẽ diei, qui luceret sup terrã, si lux illa diei faciẽdo sufficerat, quę dies etiã uocata est? An illa prior regiones supiores à terra lõginquas illustrabat, ut sentiri nõ posset in terris: atq; ita oportebat solẽ fieri per quẽ dies inferioribus mundi partibus appareret̃? Potest & hoc dici, auctũ esse fulgorẽ diei sole addito, ut per illã lucẽ minus fulgens dies q̃ nũc est fuisse credaꝫ. Etiã hoc à quodam dictũ scio, primum naturã lucis inductam in opere creatoris, cũ dictũ est, Fiat lux, & facta est lux: postea uero cũ de luminaribus dicitur, quid ex ipsa luce factũ sit, fuisse cõmemoratũ ordine diẽrũ, quo uisum est creatori cũcta esse faciẽda: quæ natura lucis quo trãsierit facta uespera, ut uicissim nox perageret̃, nec ille dixit, nec facile inueniri posse arbitror. Neq; enim extinctam esse credendum est, ut nocturnę tenebrę succederent, & rursus accensam ut mane fieret, anteq̃ hoc solis officio gereret̃, quod à quarto die cœpisse fieri eadẽ scriptura testaꝫ. Quod anteq̃ fieret, quo circuitu sibi potuerint tres dies noctesq; succedere, lucis quæ primo facta est permanente natura, si lux corporalis tũc facta & intelligẽda est, & inuenire & explicare difficile est. Nisi forte molem terrenam & aquosam anteq̃ esset ab alterutro utrunq; discretũ, quod tertio die factũ scribitur, tenebras deũ appellasse quis dixerit, propter crassiorẽ corpulentiã quã lux penetrare nõ poterat, uel, ꝓpter obscurissimã umbrã tantæ molis, quã necesse est ut ex altera parte habeat corpus, si ex alia parte

Primæ lucis exortus sol. Cap. XI

Successio diei noctisq;. XII

Universidad de Deusto
Biblioteca

lux fuerit. Ad quẽ locum enim cuius libet corporis moles lucẽ peruenire non sinit, in eo loco umbra est: quoniã locus carẽs ea luce qua illustrare- A
tur, nisi impediret corpus oppositũ, hoc totum est quod umbra dicit. Quę si pro mole corporis tam magna fuerit, ut occupet spatiũ terræ, quantũ ex altera parte dies occupet, nox uocat. Neq; enim omnes tenebræ nox. Nam & in spelũcis amplis, in quarũ abdita lux irrũpere per oppositã molem nõ sinit, sunt utiq; tenebrę, quia lux nõ est ibi, totũq; spatiũ illud locus est carens luce: nec tamẽ tales tenebrę acceperũt uocabulum noctis, sed illæ quę in eam partẽ terrę succedunt, unde remouet dies. sicut nõ omnis lux dies appellat: nã & lunæ lux est & syderũ & lucernarũ & coruscationũ, & quarũcunq; rerũ ita fulgentiũ, sed illa lux appella
tur dies, cui nox præcedenti recedẽtiq; succedit. B
Sed si primaria lux illa undiq; terræ molem circũfusa cõtexerat, siue staret, siue circuiret, non erat ex qua parte admitteret noctẽ sibi succedere, qa nusquã ipsa discedebat, ut ei faceret locũ. An ex una parte facta est, ut ipsam circumiens, etiã noctem ex alia parte cõsequẽter circumire ꝓmitte-
Cõgregatio aquarum ret? Cũ em̃ totam terrã adhuc aqua tegeret, nihil impediebat ut aquosa & globosa moles ex una parte faceret diẽ lucis præsentia, ex alia noctẽ lucis absentia, quę in eam partẽ succederet à tẽpore uespertino, ex qua lux in aliã declinaret. Quo ergo cõgregatę sunt aquę, si totã terrã prius occupauerant: illę scilicet quę detractę sunt, ut terra nudare
tur, in quã partẽ cõgregatę sunt? Si enim erat aliquid terrę nudũ, quo cõgregarẽtur, iam appare- C
bat arida, nec totũ abyssus occupabat? Si aũt totum texerãt, quis erat locus quo colligerentur ut terrę ariditas appareret? Nũquid nam in altũ cõgregatę sunt, sicut fit cũ ad uẽtilandũ in area messis trita surrigit, & cõgesta in aggerẽ nudat locũ, quẽ diffusa cõtexerat? Quis hoc dixerit, cum uideat usq; quaq; campos maris ęqualiter fusos, qui etiã cũ aquę fluctuantes quidã uelut mõtes erigũtur, sedatis rursus tẽpestatib. cõplanant. Et si qua littora nudant latius, nõ potest dici nulla esse alia terrarũ spatia, quo accedat id quod aliunde decedit, unde in eum locũ ex quo recesserat iterũ accedat. Cũ aũt totã omnino terrã undosa natura coo-
2 sen. dist. 14 c. sequitur, dixit deus congregentur piret, quò cederet ut nudaret aliquas partes? An forte rarior aqua uelut nebula terras tegebat, quę D
cõgregatione spissata est, ut ex multis eas partib. in quibus arida posset apparere, nudaret? Quanquam & terra longe lateq; subsidens, potuit alias partes prębere cõcauas, quibus cõfluentes et corruẽtes aquę reciperent, & appareret arida ex his partibus, unde humor abscederet. Nõ est aũt informis omnimodo materies, ubi etiam nebulosa
Creatio aquæ et terræ. XIII species apparuerit. Et ideo quęri adhuc potest, quãdo deus istas cõspicuas aquarũ terrarũq; species qualitatesq; creauerit: in nullo enim sex dierum hoc inuenit. Itaq; si hoc ante omnẽ diẽ fecit, sicut ante istorũ primorũ dierũ cõmemorationẽ scriptũ est, In principio fecit deus cœlũ et terrã: ut in terrę uocabulo intelligamus iam formatã ter-
renã speciẽ suprfusis aquis ista iam uisibili specie
suigeneris declaratis: ut in eo quod sequit scriptu-
ra dicẽs, Terra aũt erat inuisibilis & incõposita, & tenebrę erãt sup abyssum, & spiritus dei supferebat sup aquas: nullã opinemur informitatẽ materię, sed terrã et aquã sine luce, quę nondũ erat facta, suis iam notissimis qualitatib. cõditas: ut ideo terra inuisibilis dicta intelligat, q̃ aquis cooperta nõ posset uideri, etiã si esset q̃ posset uidere: Ideo uero incõposita, quia nõdum à mari distincta & cincta à littoribꝰ. & suis fœtib. animalibusq; decorata, Si ergo ita est, cur istæ species, quæ, pculdubio corporales sunt, ante oẽm diẽ factæ sunt? Cur
nõ scriptũ est, Dixit deꝰ, Fiat terra, & facta est terra? Itẽ, Dixit deus, Fiat aqua, et facta est aqua? uel
utrũq; cõmuniter, si una q̃si lege loci infimi cõti-
nent, Dixit deꝰ, Fiat terra et aqua, et sic factũ est. *Materia quo lib. XIIII*

Cur nõ dictũ est, cũ hoc factũ esset, Vidit deꝰ q̃ bonũ est. Hęc em̃ cõsideratio suasit, quoniã manifestũ est omne mutabile ex aliqua informitate formari: simulq; illud et catholica fides prescribit, et certissima ratio docet nullarũ naturarũ materiã esse potuisse, nisi ab omniũ rerũ non solũ formatarũ, sed etiã formabiliũ inchoatore deo atq; creatore, de qua etiã dicit ei quędã scriptura, Qui fecisti mundũ ex materia informi: hanc materiã illis uerbis, quibus pro spiritali prudentia tardiorib. etiã lectorib. uel auditoribus congrueret fuisse cõmoratã, quibus ante dierũ enumerationẽ dictum est, In principio fecit deus cœlũ & terrã &c. donec diceret, Et dixit deus, ut deinceps formatarũ
rerũ ordo cõsequeret. Nõ quia informis mate- *An materia præcedat formam. XV*
ria formatis rebus tẽpore prior est, cũ sit utrunq; simul cõcreatũ, & unde factũ est, & quod factum est. Sicut enim uox materia est uerborũ, uerba uero formatã uocẽ indicant: non aũt qui loquit, prius emittit informem uocẽ, quam possit postea colligere, atq; in uerba formare: ita creator deus non priorẽ tẽpore fecit informẽ materiã, & eã postea per ordinẽ quarũcunq; naturarũ quasi secũda cõsideratione formauit, formatã quippe creauit materiã: Sed quia illud unde fit aliquid, etsi nõ tẽpore, tamẽ quadã origine prius est, q̃ illud quod inde fit, potuit diuidere scriptura loquendi tẽporibus, quod deus faciẽdi tẽporibus nõ diuisit. Si enim quęrat, utrũ uocẽ de uerbis an de uoce uerba faciamus, nõ facile quisquã ita tardo ingenio reperit, q̃ nõ potius uerba fieri de uoce respõdeat. Ita q̃uis utrũq; simul qui loquit faciat, quid unde faciat naturali attẽtione satis apparet. Quamobrem cũ simul utrũq; deus fecerit, et materiã quam formauit, & res in quas eam formauit, & utrũq; ab scriptura dici oportuerit, nec simul utrũq; dici potuerit, prius illud unde aliquid factũ est, quàm illud quod inde factũ est, dici debuisse quis dubitet? Quia etiã cũ dicimus materiã et formã, utrũq; simul esse intelligim̃, nec utrũq; simul possumus enũciare. Sicut aũt in breuitate tẽporis contingit cum duo ista uerba proferimus, ut alterũ ante alterũ proferamus: ita in prolixitate narrationis alterũ altero prius narrandũ fuit, quamuis utrunq;

ut dictũ est, simul fecerit deus: ut quod sola origine prius est in faciẽdo, etiam tempore prius sit in A
narrãdo: quia duę res quarũ etiã altera nullo modo prior est, nominari simul nõ possunt, quãto minus simul narrari. Nõ itaq; dubitandũ est ita esse istam informẽ materiam propè nihil, ut nõ sit facta nisi à deo, & rebus quę de illa factæ sunt simul concreata sit. Sed si credibiliter dicit eam significari illis uerbis: Terra autem erat inuisibilis & incõposita, & tenebrę erant sup abyssum, et spũs dei supferebat sup aquã: ut excepto quod ibi positũ est, de spiritu dei, cætera quidẽ rerũ uisibiliũ uocabula, sed ad illam informitatẽ, ut tardioribꝰ poterat, insinuandã dicta intelligamus: quia hæc duo elemẽta, id est, terra & aqua, ad aliquid faciẽdum operantiũ manibus tractabiliora sunt cæteris, & ideo cõgruentius istis nominibus illa insi- B
nuabat informitas. Si hoc ergo, ꝓbabiliter dicitur, nõ erat aliqua formata moles, quã lux ex una parte illustrans ex altera faceret tenebras, unde posset nox die discedẽte succedere. Emissionẽ uero cõtractionẽq; lucis illius si uelimus diẽ noctẽq; intelligere, nec causam uidemus cur ita fieret. Nõ em̃ iam erãt animalia, quibus hęc uicissitudo saluberiter exhibereť, et quibus postmodũ exortis per circuitũ solis cernimus exhiberi: nec ullũ occurrit exemplũ, quo istam emissionẽ cõtractionẽq; lucis, ut diei noctisq; uicissitudines fierẽt, ꝓbare possimus. Iactus enim radiorũ ex oculis nostris, cuiusdã lucis euidens est iactus, & cõtrahi potest cũ acrẽ qui est oculis nostris proximus intuemur, et emitti cũ ad eandẽ rectitudinẽ quę sunt longe po- C
sita attendimus. Nec sanè cum cõtrahitur omnino cernere quę lõge sunt desinit, sed certe obscurius q̃ cum in ea obtutus emittit: sed tamẽ ea lux quę in sensu uidẽtis est, tã exigua uidet, ut nisi adiuuemur extranea luce, nihil uidere possim̃, quoniã ab ea nõ potest discerni: quo igit exemplo demõstrari possit emissio in diẽ, & cõtractio lucis in noctẽ, sicut dixi, repire difficile est. Si aũt spiritalis lux facta est, cũ dixit deus, Fiat lux, & facta est lux: nõ illa uera patri coęterna intelligẽda est, per quã facta sunt omnia, & quę illuminat omnẽ hominem: sed illa de qua dici potuit, Prior omnium creata est sapiẽtia. Cũ enim æterna illa & incommutabilis, quæ nõ est facta sed genita sapiẽtia, in
spirituales atq; rationales creaturas, sicut in ani- D
mas sanctas se transfert, ut illuminatę lucere possint, fit in eis quędã luculẽtæ ratiõis affectio, quæ potest accipi facta lux, cũ diceret deus, Fiat lux: si iã erat creatura spiritalis, quę nomine cœli significata est, in eo quod scriptũ est, In principio fecit deus cœlũ & terrã: non corporeũ cœlũ, sed incorporeũ, cœlis corporeis, hoc est sup omne corpus, nõ locorũ gradibus, sed naturę sublimitate prępositũ. Quo aũt modo simul fieri potuit, & quod illuminaret, & ipsa illuminatio, ac diuerso tẽpore narrãda fuerit, pauloante diximus, cũ de materia tractaremus. Sed huic luci succedentẽ noctẽ, ut uespera fieret, quo pacto intellecturi sumus? A tenebris uero qualibus talis lux diuidi potuit, di-
cente scriptura: Et diuisit deus inter lucẽ ac tenebras? nũquid iam erãt peccatores & stulti decidẽtes à lumine ueritatis, inter quos et in eadem luce ꝓmanentes diuideret deus tanquã inter lucẽ ac tenebras, lucẽ uocans diẽ, ac tenebras noctẽ: et ostẽderet se nõ operatorẽ peccatorũ, sed ordinatorẽ distribuendorũ meritorũ? An hic dies totius temporis nomẽ est, & omnia uolumina seculorũ hoc uocabulo includit, ideoq; non dictus est primus, sed unus dies? Et facta est enim uespa, et factũ est, inquit, mane dies unus: ut per hoc quod facta est uespa, peccatũ ratiõalis creaturę, quod aũt factũ mane, renouatio eius significata uideat. Sed hæc allegoriæ, pphetię disputatio est, quã nõ isto sermone suscepimus: Instituimus em̃ de scripturis nũc loqui secũdũ proprietatẽ rerũ gestarũ, non secundũ ęnigmata figurarũ. Ergo ad rationẽ factarum cõditarũq; naturarũ, quõ inuenimus uesperam & mane in luce spiritali? An diuisio quidẽ lucis à tenebris, distinctio est iam rei formatę ab informi, appellatio uero diei et noctis, insinuatio distributionis est: qua significet nihil deũ inordinatum relinquere, atq; ipsam informitatẽ per quam res de specie in speciẽ modo quodã trãseũdo mutant, nõ esse indispositã: neq; defectus neq; profectus creaturę, quib. sibimet tẽporalia quęq; succedũt, sine supplemẽto esse decoris uniuersi? Nox enim inordinatę sunt tenebrę. Propterea uero cũ facta esset lux dictũ est, Vidit deus lucẽ quia bona est: cũ hoc posset post omnia eiusdẽ diei dicere, id est ut cũ cœlum explicasset, Dixit deus, fiat
lux, & facta est lux: Et diuisit deus inter lucẽ & te- C
nebras: Et uocauit deus lucẽ diẽ, et tenebras uocauit noctẽ: tũc diceret, Et uidit deus quia bonũ est: & deinceps annecteret, Et facta est uespa, et factũ est mane: sicut in aliis operibus facit quibus uocabula imponit. Hic ergo nõ ita fecit, qm̃ à formatare ad hoc distincta est illa informitas, ut nõ in ea fi-
nis esset, sed adhuc formãda restaret p creaturas cęteras iam corporales. Itaq; si posteaquã distincta essent illa diuisione & uocabulis, tũc diceret: Vidit deus quia bonũ est: hęc facta accipere mus significare, quib. iam in suo genere nihil esset addendũ. Quia uero lucẽ solam ita pfecerat: Vidit deus, inquit, lucẽ, quia bona est, & diuisiõe ac nominib. discreuit à tenebris. Neq; tũc dixit: Vidit deus quia bonũ est, ad hoc em̃ erat informitas illa
discreta, ut adhuc inde alia formarent? Nanq; ista nox quę nobis est notissima, facit em̃ eam sup terras solis circuitus, quãdo p luminariũ distributionem à die diuidit, post ipsam diuisionẽ diei & noctis dicit: Vidit deus quia bonũ est: Non em̃ hæc nox informis aliqua substãtia erat, unde adhuc alia formarent, sed spatiũ loci plenũ aere, carens lumine diurno, cui utiq; nocti iã nihil addẽdũ esset in genere suo, quo esset speciosior siue distinctior. Vespa aũt in toto illo triduo, anteq; fierent luminaria cõsummati opis terminus, nõ absurde fortasse intelligit, mane uero tanq; futurę operationis significatio. Sed ante omnia meminerimus *Qõ deus operatur. XVIII*
unde iam multa diximus, nõ tẽporalib. quasi ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi sui aut corporis motibus operari deū, sicut operaſ homo uel angelus, sed æternis atq; incōmutabilibus & ſtabilibus rationib. coæterni ſibi uerbi ſui, et quodā, ut ita dixerim, flatu pariter coæterni ſanctiſpiritus ſui. Nam & illud quod per Græcam & Latinā linguā dictū eſt, de ſpiritu dei quia ſuperferebaſ ſup aquas, ſecūdū Syræ linguæ intellectū quę uicina eſt Hebreę, nam hoc à quodā docto Chriſtiano Syro ferē expoſitū, nō ſuperferebaſ, ſed fouebat potius intelligi phibeē. Nec ſicut fouenē tumores aut uulnera in corpore aquis uel frigidis uel calore cōgruo tēperatis, ſed ſicut oua fouenē ab alitibus, ubi calor ille materni corporis etiā formādis pullis quodāmodo adminiculatur, p quendā in ſuo genere dilectiōis affectū. Nō itaq; per ſingulos dies iſtorū operū diuinorū tanquā temporales uoces dei carnaliter cogitemus: Nō enim ad hoc ipſa dei ſapientia noſtra infirmitate ſuſcepta uenit ad colligendos ſub alas ſuas filios Hieruſalē, quēadmodū gallina pullos ſuos, ut ſemp paruuli ſimus, ſed ut malitia infantes, mēte pueri eſſe deſinamus. Et in rebus obſcuris atq; à noſtris oculis remotiſſimis, ſi qua inde ſcripta etiā diuina legerim⁹, quę poſſint ſalua fide qua imbuimur, aliis atq; aliis parere ſentētijs, in nullā earum nos præcipiti affirmatiōe ita p̄icjamus, ut ſi forte diligētius diſcuſſa ueritas eā recte labefactauerit corruamus: nō pro ſentētia diuinarum ſcripturarū, ſed pro noſtra ita dimicantes, ut eam uelimus ſcripturarū eſſe quę noſtra eſt, cū potius eā quę ſcripturarū eſt noſtram eſſe uelle debeamus.

Opiniones ueræ falſæq; Cap. XIX

Ponamus eī in eo, quod ſcriptū eſt: Dixit de⁹, fiat lux, et facta eſt lux: aliā ſenſiſſe lucē corporalē factā, & aliam ſpiritalē eſſe lucē in creatura ſpirituali: quod noſtra fides nō dubitat eſſe ante lucem corporalē cœleſtē, aut etiā ſup cœlū uel ante cœlum, cui ſuccedere nox potuerit, tādiu nō eſt contra fidē, donec ueritate certiſſima refellaē. Quod ſi factū fuerit, non hoc habebat diuina ſcriptura, ſed hoc ſenſerat humana ignorātia. Si aūt hoc uerū eſſe certa ratio demonſtrauerit, adhuc incertū erit, utrū hoc in illis uerbis ſanctorū librorū ſcriptor ſentiri uoluerit, an aliquid aliud non minus uerū. Quod ſi cętera cōtextio ſermōis nō hoc eū uoluiſſe, p̄bauerit, nō ideo falſum erit aliud quod ipſe intelligi uoluit, ſed & uerū & quod utilius cognoſcaē. Si autē contextio ſcripturę hoc uoluiſſe intelligi ſcriptorē nō repugnauerit, adhuc reſtabit quęrere utrū & aliud nō potuerit. Quod ſi & aliud potuiſſe inuenerim⁹, incertū erit quid nam eorū ille uoluerit: aut utrūq; ſentiri uoluiſſe, nō incōueniēter crediē, ſi utriuſq; ſentētię certa circunſtantia ſuffragaē. Plerūq; enim accidit ut aliquid de terra, de cœlo, de cęteris huius mūdi elemētis, de motu & cōuerſione uel etiā magnitudine et interuallis ſyderū, de certis defectib. ſolis et lunę, de circuitib. annorū & temporū, de naturis animaliū, fruticū, lapidū, atq; huiuſmodi cæteris, etiam nō Chriſtianus ita nouerit, ut certiſſima ratione uel experiētia teneat. Turpe aūt eſt nimis & pniciоſiſſim ac maxime cauendū, ut Chriſtianū de his rebus quaſi ſecundū Chriſtianas literas loquentem, ita delirare quilibet infidelis audiat, ut (quēadmodū dicit) toto cœlo errare cōſpiciens, riſum tenere uix poſſit: & nō tam moleſtū eſt q̄ errās homo deridereē, ſed q̄ autores noſtri ab eis qui foris ſunt talia ſenſiſſe credūtur, & cū magno eorū exitio de quorū ſalute ſatagimus, tanq̄ indocti reprehēdunē atq; reſpuunē. Cū eī quēq; de numero Chriſtianorū in ea re quā optime norūt errare deprehēderint, & uanā ſententiā ſuā de noſtris libris aſſerere, quo pacto illis libris crediturī ſunt de reſurrectione mortuorū, & de ſpe uitæ ęternę regnoq; cœlorū, quādo de his rebus quas iam experiri uel indubitatis numeris percipe potuerūt, fallaciter putauerint eſſe cōſcriptos? Quid enim moleſtiæ triſtitiæq; ingerāt prudētibus fratrib. temerariį p̄ſumptores, ſatis dici nō poteſt, cum ſi quādo de praua & falſa opiniōe ſua reprehēdi et cōuinci cœperint ab eis qui noſtrorū librorū auctoritate nō tenenē, ad defendendū id quod leuiſſima temeritate & aptiſſima falſitate dixerunt, eoſdem libros ſanctos unde id probēt, p̄ferre conātur, uel etiā memoriter quæ ad teſtimoniū ualere arbitranē, multa inde uerba p̄nunciant, nō intelligētes neq; quę loquunē, neq; de quib. affirmāt.

Temeritas asserendi uitanda Cap. XX

Ad hoc eī cōſiderandū & obſeruādum, librū Geneſeos multipliciter quantū potui enucleaui, p̄tulię ſententias de uerbis ad exercitationē noſtrā obſcure poſitis, nō aliquid unū temere affirmans cū præiudicio alterius expoſitiōis fortaſſe melioris, ut p modulo ſuo eligat quiſq; quod capere poſſit: ubi aūt qd intelligere non poteſt, ſcripturę dei det honorē, ſibi timorē. Sed cū tam multis exitibus uerba ſcripturę quæ tractauimus exponanē, cohibeāt ſe tandē qui literis inflati ſecularibus hęc ita poſita, ut omnia pia corda nutriāt, uelut impitū atq; impolitū aliquid exagitant, ſine pēnis in terra reptātes, & uolaturarū auiū nidos irridētes. Periculoſius aūt errant quidam infirmi fratres, qui cū iſtos impios de cœleſtiū corporū numeris, uel de quibuslibet elementorum mūdi huius queſtiōibus ſubtiliter & copioſe diſſerere audiūt, euaneſcūt, & eos ſibi cū ſuſpirio p̄ponētes, & magnos putantes, ſaluberrimæ pietatis libros cū faſtidio repetūt, & quos dulciter haurire deberēt, uix patiēter attingūt, à ſegetis aſperitate abhorrētes, & ſpinarū floribus inhiantes. Nō eī uacant uidere q̄ ſuauis eſt dominus, nec in ſabbato eſuriūt, atq; ideo pigri ſunt, poteſtate à domino ſabbati accepta, uellere ſpicas, & tādiu uerſare manibus, cōtritasq; purgare donec ad eſcā perueniāt. Dicet aliq̄s, quid tu tāta tritura diſcepta tionis huius, quid granorū exuiſti, quid euentilaſti? Cur propemodū in queſtionib. adhuc latēt omnia? Affirma aliquid eorū quę multa poſſe intelligi diſputaſti: Cui reſpōdeo, ad eū ipſum me cibū ſuauiter peruenīſſe, quod didici nō hærere homini in reſpōdendo ſecundū fidem, quod reſpondendū eſt hominib. qui calūniari libris noſtræ ſalutis affectāt: ut quicq̄d ipſi de natura rerū ueracibus documentis demōſtrare potuerint, oſtendamus

In reprehenſo. xxi.

mus noſtris literis non eſſe cōtrarium. Quicquid autē de quibuslibet ſuis uoluminibus his noſtris literis, id eſt, Catholicę fidei contrariū, p̄tulerint, aut aliqua etiā facultate oſtēdamus, aut nulla dubitatione credamus eſſe falſiſſimū: atq; ita teneamus mediatorē noſtrū, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ atq; ſcięti⁊ abſcōditi, ut neq; falſę philoſophiæ loquacitate ſeducamur, neq; falſæ religionis ſuperſtitione terreamur. Et cum diuinos libros legimus in tāta multitudine uerorū intelliguum, qui de paucis uerbis eruunē, et ſanitate catholicę fidei muniuntur, id potiſſimum eligamus quod certū apparuerit eum ſenſiſſe quē legimus. Si autē hoc latet, id certe quod circunſtantia ſcripturę nō impedit, & cū ſana fide cōcordat. Si aūt & ſcripturæ circūſtantia pertractari ac diſcuti nō poteſt, ſaltē id ſolum quod fides ſana præſcribit. Aliud eſt enim quid potiſſimum ſcriptor ſenſerit nō dignoſcere, aliud autē à regula pietatis errare. Si utrunq; uitetur, perfecte ſe habet fructus legētis: Si uero utrūq; uitari non poteſt, etiā ſi uoluntas ſcriptoris incerta ſit, ſanæ fidei congruā non inutile eſt tenuiſſe ſententiam.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM
LIBER II

T dixit deus: Fiat firmamētū in medio aquarū, & ſit diuidēs inter aquā & aquam: Et ſic factū eſt. Et fecit deus firmamentū, & diuiſit deus inter aquā quæ erat infra firmamentū, & inter aquā quę erat ſupra firmamētum: Et uocauit deus firmamentū cœlū, & uidit deus quia bonum eſt, et facta eſt ueſpera, et factū eſt mane dies ſecundus. De uerbo dei, quo dixit: Fiat firmamētum &c. & de placito eius quo uidit quia bonum eſt, & de ueſpera & mane, nō opus eſt hic iterum ſimiliterq; diſſerere, atq; ita deinceps quotieſcūq; iſta reperiunē, ſecundū ſuperiorē inquiſitionē interim cōſiderāda eſſe admonemus. Vtrū aūt nūc illud cœlum fiat quod excedit aeris omnia ſpatia, eiusq; omnē altitudinē, ubi etiam luminaria ſtellæq; conſtituunē quarto die, an ipſe aer uocēē firmamentū, quęri merito poteſt. Multi enim aſſerunt iſtarū aquarū naturam ſuper ſyderū cœlum eſſe nō poſſe, quod ſic habeant ordinatū pondus ſuum, ut uel ſuper terrā fluitent, uel in aere terris proximo uaporaliter ferantē. Nec quiſquam iſtos debet ita refellere, ut dicat ſecundū omnipotentiā dei, cui cūcta poſſibilia ſunt, oportere nos credere, aquas etiā tam graues q̄ nouimus atq; ſentimus, cœleſti corpori in quo ſunt ſydera ſuperfuſas. Nunc eī quemadmodū deus inſtituerit naturas rerum, ſecundū ſcripturas eius nos conuenit quærere, nō quid in eis uel ex eis ad miraculū potentiæ ſuæ uelit operari. Neq; enim ſi uellet deus ſub aqua oleum aliquādo manere, non fieret: nō ex eo tamen olei natura nobis eſſet incognita, q̄d ita facta ſit, ut appetendo ſuum locū, etiam ſi ſub terfuſa fuerit perrumpat aquas, eiſq; ſe ſuperpoſitam collocet. Nunc ergo quęrimus, utrum conditor rerum qui omnia in mēſura & numero & pōdere diſpoſuit, nō unum locū proprium ponderi aquarū circa terram tribuerit, ſed & ſuper cœlū quod ultra limitē aeris circunfuſum atq; ſolidatū eſt. Quod qui negant eſſe credendū, de ponderibus elementorū argumentanē, negantes ullo modo ita deſuper quaſi quodam pauimento ſolidatum eſſe cœlum, ut poſſit aquarū pondera ſuſtinere, quia talis ſoliditas niſi terris eſſe non poſſit, & quicquid tale eſt, non cœlū ſed terra ſit. Nō enim tantum locis, ſed etiā qualitatibus proprijs elemēta diſtinguūtur, ut pro qualitatibus proprijs etiā loca propria ſortirenē: Aqua ſcilicet ſuper terrā, quæ etiam ſi ſub terra ſtat aut labiē, ſicut in antris cauernisq; abditis, non tamen ea terræ parte quā ſupra, ſed ea quam infra ſe habet, continēt. Nam ſi ex parte ſuperiori fuerit pars ulla terrę delapſa, nō manet ſuper aquā, ſed ea perrupta demergiē & pergit ad terrā, quo ueniens conquieſcit, tanquam in loco ſuo, ut ſupra ſit aqua, ſubtus autem terra. Vnde cognoſcit quod etiā ſuper aquas cū eſſet, non ipſis aquis portabaē, ſed compage terrę tenebaē, ſicut ſeſe habēt cameræ ſpeluncarū. Hic occurrit admonere cauendum errorem, quem in libro primo cauendum admonuimus, Ne forte quia ſcriptū eſt in Pſalmis: Fūdauit terrā ſuper aquas: arbitretur aliquis noſtrū, aduerſus iſtos de ponderibus elementorū ſubtiliter diſſerētes, iſto teſtimonio ſcripturarū eſſe renitendū: quia illi nō retenti autoritate literarū noſtrarū, & neſcientes quemadmodū dictū ſit libros ſanctos facilius irridebūt, q̄ illud repudiabunt, quod uel certis rationibus perceperūt, uel experimentis manifeſtiſſimis probauerūt. Illud nanq; in Pſalmis, aut figurate dictū recte accipi poteſt: ut quoniam cœli & terrę nomine ſępe in eccleſia ſpiritales carnalesq; ſignificanē, cœlos oſtēderit pertinere ad ſerenam intelligentiā ueritatis, dicens: Qui fecit cœlos in intelligentia: terrā uero ad fidē ſimplicē paruulorum, nō fabuloſis opinionibus incertā atq; fallacem, ſed Prophetica & Euāgelica prędicatiōe firmiſſimā, quę per baptiſmū ſolidaē, & ideo ſubiecerit, dicens: Fūdauit terrā ſuper aquā. Aut ſi ad literā quiſquā cogit intelligi, non incongruenter uel ſublimia terrarū ſiue cōtinentiū ſiue inſularū accipiūtur quę ſupiora ſunt aquis: uel ipſa tegmina ſpeluncarū, quæ ſuper aquas pendula ſolidate firmata ſunt. Quocirca nec ad literā quiſq; poteſt ſic intelligere, quod dictū eſt, Fūdauit terram ſuper aquā: ut aquarum pondus terreno ponderi ſupportādo naturali ordine quaſi ſubiectū eſſe arbitreē. Aerē uero aquis eſſe ſuperiorem, quam uis propter ampliora ſui ſpatia etiam aridā contegat, hinc intelligiē, quod nullū uas ab ore impreſſum repleri aquis poteſt: unde ſatis indicat aeris naturā locū petere ſuperiorem: uidetur enim uas inane, ſed aere plenū probatur, cum ore imò in aquam deprimiē, quia enim ſuperiori parte nō inuenit emigrādi locū, nec deorſum uerſus irruptis

Psal. 135

Aer terra ſuperior. II

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquis subter eas ire natura sinit, plenitudine sua repellit eas, & in uas nō permittit intrare. Cū aūt A uas ita collocat ut os non habeat deorsum, sed in latus inclinatū, intrat aqua inferius, exeunte aere superius. Itemq; si uasis erecti os pateat in cœlū, cū infūdis aquā, euadit aer sursum uersus ex alijs partib. quà nō infundis, et fit locus aquę deorsum uersus intrandi. Quod si ui maiore uas deprimit, ut uel ex latere uel desuper aquę repēte influāt, et undiq; os uasis obtegant, disrūpit eas aer sursum nitēs, ut eis ad ima locū faciat: et ipsa diruptio singultus uasorū est, dum partib. fugit, quia totus tā cito nō potest exire, ppter illius oris angustias. Ita si aer super aquas ire cogit, etiā confluētes eas dissecat, cū exilientis impetu eius impulsæ ebulliunt, & eū bullis crepantibus emittūt in sua properantē, atq; illis ad ima deducendis aditū dantē. B Si aut̄ sub aquas ire cogat ex uase, ut illo cedēte uas ab ore in ima presso repleri uelis, facilius undis undiq; uersum cooperit, quàm per os eius ab inferiore parte intrādi gutta exigua repiat locū.

Ignis superior aere. Cap. III

Iam uero ignē ad superna emicantē etiam ipsius aeris naturā uelle transcēdere, quis nō sentiat, quando quidē si ardentē faculam capite deorsum quisq; teneat, nihilominus flammæ crinis ad superiora cōtendit? Sed quoniam circunfusi ac superfusi aeris præpollenti cōstipatione subinde ignis extinguit, & in eius qualitatem per eius abūdantiam superatus, subinde cōmutat ac uertit, ad uniuersam eius altitudinē transiliendā non potest perdurare. Itaq; super aerē purus ignis esse dicit cœlū, unde etiam sydera atq; luminaria facta cōsta̅t, illius uidelicet ignęę lucis in eas formas quas in cœlo cernimus conglobata disposita q; natura: ac per hoc sicut terrarū ponderibus et aer et aqua cedit, ut ad terrā peruenīat, sic aquarū ponderi et ipse aer cedit, ut uel ad terrā uel ad aquā pueniat. Vnde intelligi uolunt, hoc modo necesse fuisse, ut aer quoq; si quis eius particulā in spatijs illis sublimibus cœli posset dimittere, pōdere suo caderet, donec ad aerea subter spatia peruenīret. Quapropter colligūt multo minus esse posse aquis iupra illud igneū cœlū aliq̄d loci, cū illic aer multo

Aquæ sup cœlum. Cap. IIII

aquis leuior manere nō possit. Talibus eorum disputationib. cedēs, laudabiliter conatus est quidam demōstrare aquas super cœlos, ut ex ipsis uisibilibus cōspicuisq; naturis assereret scripturę fidē. Et prius quidē quod facillimū fuit, ostendit & hunc aerem cœlum appellari, non solum sermone cōmuni, secundū quē dicimus serenū uel nubilum cœlū, sed etiā nostrarū ipsarum cōsuetudine scripturarū, cum dicunt uolatilia cœli, cum aues

Matth. 16

in hoc aere manifestū sit uolare. Et dominus cum de nubib. loqueret: Faciē, inquit, cœli potestis, p̄bare. Nubes aūt etiā per proximū terris aerē cōglobari sæpe cernimus, cum per decliuia iugorū ita recumbunt, ut plerunq; excedantur etiā cacuminibus mōtium. Cū ergo probasset & hūc aerē cœlū dici, nulla alia causa etiam firmamentū appellatum uoluit existimari, nisi quia interuallum eius diuidit inter quosdam uapores aquarum, &

Pluuia

istas aquas quæ corpulentius in terris fluitant. Et nubes quippe, sicut experti sunt qui inter eas in mōtib. ambulauerūt, cōgregatione & congloba tione minutissimarū guttarū talem speciē reddūt: quę si spissantur amplius, ut cōiungātur in unam grandē plures guttæ minimæ, non eam patit aer apud se teneri, sed eius pōderi ad ima dat locū, & hæc est pluuia. Ergo ex aere, qui est inter uapores humidos, unde superius nubila cōglobantur, & maria subterfusa, ostēdere ille uoluit esse cœlū inter aquā & aquā. Hanc ergo diligentiā consideratiōnēq; laude dignissimā iudico. Quod em̄ dixit, neq; cōtra fidē est, & in promptu posito documēto credi potest. Quanq; possit uideri, nō impedire propria pōdera elementorū, quomodo etiā super illud sublime cœlū possint esse aquæ per illas minutias, per quas etiā super hoc spatiū aeris esse potuerūt: qui quāuis grauior & inferior summo cœlo subiaceat, pculdubio leuior est aquis, & tamen ut sup eū sint uapores illi, nullo pōdere, phibent̄. Sic ergo & sup illud cœlū potest minutiorib⁹ guttis leuior halitus humoris extēdi, qui pōdere cadere nō cogat. Ipsi quippe subtilissima ratione persuadēt, nullū esse quamlibet exiguū corpusculum in quo diuisio finiatur, sed infinite omnia diuidi: quia omnis pars corporis corpus est, & omne corp⁹ habeat necesse est dimidiū quātitatis suę: ac per hoc si potest aqua sicut uidemus ad tantas guttarū minutias puenire, ut super istū aerem uaporaliter ferat, qui natura leuior est aquis: cur nō possit & super illud leuius cœlū minutiorib. guttis et leuiorib. immanare uaporib⁹? Quidam etiam nostri, istos negantes ppter pondera elementorū aquas esse posse super cœlū sydereū, de ipsorū syderū qualitatib. & meatibus cōuincere molīunt. Iidem nāq; asserūt stellam quā Saturni appellant esse frigidissimam, eamq; per annos triginta signiferū peragere circulū, eo quod supio re ac p hoc ampliore ambitu gradit. Nam sol eundem circulū per annū cōplet, & luna per mēsem, tāto, ut dicūt, breuius, quāto inferius, ut spatio loci spatiū temporis cōgruat. Quærit itaq; ab eis, unde illa stella sit frigida, quę ardētior esse deberet, quāto sublimiore cœlo rapit. Nam proculdubio cū rotūda moles circulari motu agit, interiora eius tardius eunt, exteriora celerius ut maiora

Saturnus quare frigidus. V

spatia cū breuiorib. ad eosdē gyros pariter occurrāt: quę aūt celerius utiq; feruētius. Proinde morata stella magis debuit calida esse q̄ frigida: quāuis em̄ suo motu, quoniā grāde spatiū est, triginta annis totū ambitū pmeet, tamen cœli motu in cōtrariū rotata uelocī⁹, q̄d quotidie necesse est patiat, quoniā sicut dicūt, cœli singulæ cōuersiones, dies singulos explicāt, calorē maiorē debuit cœlo cōcitatiore cōcipere. Nimirū ergo eā frigidam facit aquarū super cœlum cōstitutarum illa uicinitas, quā nolūt credere, qui hęc quę breuiter dixi, de motu cœli & syderum disputant. His quidam nostri cōiecturis agunt aduersus eos qui nolunt aquas sup cœlos credere, & uolūt eam stellā esse frigidā, quę iuxta summū cœlū circuit: ut ex

hoc

hoc cogantur aquarū naturā credere, nō iam illic uaporali tenuitate, sed glaciali soliditate pēdere. A Quoquomodo aūt & qualeslibet aquæ ibi sint, esse eas ibi minime dubitemus: maior est quippe scripturæ huius autoritas, cui omnis humani ingenij capacitas. Sed animaduersum est à quibusdā, quod nec ego dissimulandū puto, nō frustra cū dixisset deus: Fiat firmamentū in medio aquarum, & sit diuisio inter aquā & aquā: parū uisum esse subiūgere, & sic est factum, nisi adderet, & fecit deus firmamentū, & diuisit deus inter aquam quæ erat super firmamentum, & inter aquā quæ erat sub firmamēto: quod quidam sic intelligunt, ut personam patris declaratam esse dicant, in eo quod scriptū est, & dixit deus, Fiat firmamētū in medio aquarū, & sit diuisio inter aquā & aquā: & sic factum est. Ac deinde ut intelligat filius fecisse B quod à patre dictum est ut fieret, arbitrantur esse subnexū, & fecit deus firmamētū, & diuisit deus, &c. Sed cū antea legitur, & sic factum est: à quo intelligimus factū? Si à filio, quid opus erat iam dicere, & fecit deus, & quæ sequunt̄? Si aūt quod scriptū est, et sic factum est: à patre intellexerimus factū, non iā pater dicit & filius facit: & potest aliquid pater facere sine filio, ut deinde filius non hoc, sed aliud similiter faciat, quod est contra Catholicā fidem. Si aut̄ illud de quo dicit̄, & sic factum est, hoc idē fit cū itidē dicitur, & fecit deus: quid prohibet eundē intelligere facere quod dixit, qui dixit ut fieret? An etiā excepto eo quod dictum est, & sic factum est, tantūmodo in his uerbis, quib. dicitur, & dixit deus, fiat: & postea dici C tur, & fecit deus: patris & filij persona uolūt intelligi? Sed queri adhuc potest, utrū quasi iussisse filio patrē debeamus accipere in eo quod scriptū est, & dixit deus, fiat? Sed cur scriptura non curauit ostēdere etiā personā spiritussancti? An ita trinitas intelligitur, & dixit deus: Fiat, et fecit deus, & uidit deus quia bonū est? Sed nō cōuenit unitati trinitatis, ut filius quasi iussus fecisse intelligatur, spiritus aūt sanctus nullo sibi iubēte libere uidisse bonū esse quod factū est. Quibus em̄ uerbis iuberet filio pater ut faceret, cū ipse sit principale uerbū patris, per quod facta sunt omnia? An eoipso quod scriptū est, fiat firmamentū, hæc ipsa dictio uerbū est patris, unigenitus filius, in quo sunt

omnia quæ creatur etiā anteq; creent̄, & quicqd D in illo est, uita est, & uita utiq; creatura, quia quicquid per eū factū est in ipso uita est, & uita utique creatrix, sub illo autē creatura. Aliter ergo in illo sunt ea quæ per illū facta sunt, quia regit & continet ea: aliter aūt in illo sunt ea quę ipse est. Ipse em̄ uita est, quę ita in illo est ut ipse sit, quoniā ipsa uita est lux hominū. Quia ergo nihil creari posset siue ante tēpora, quod quidē nō est creatori coæternū, siue ab exordio tēporū, siue in aliquo tēpore, cuius creādi ratio, si tamē ratio recte dicit̄, nō in dei uerbo patri coæterno coæterna uita uiueret: ppterea scriptura priusquā insinuet unāquāq; creaturā ex ordine quo conditā dicit, respicit ad dei uerbum, prius ponēs, & dixit deus, fiat illud.

Non enim inuenit ullā causam rei creādæ, quā in uerbo dei nō inuenit creari debuisse. Non ergo deus totiēs dixit, fiat illa uel illa creatura, quotiēs in hoc libro repetit̄, & dixit deus. Vnum quippe uerbū ille genuit in quo dixit omnia priusquā facta sunt singula: Sed eloquiū scribētis descēdens ad paruulorū capacitatē, dū insinuat singillatim genera creaturarū, p singula respicit uniuscuiusq; generis ęternā rationē in uerbo dei. Nec illa repetita, ille tamē repetit, & dixit deus. Si enim uellet prius dicere, factū est firmamentū in medio aquarū, ut esset diuisio inter aquā & aquā: si quis ab eo quæreret, quomō factum esset, recte respōderet, Dixit deus, fiat: id est in uerbo dei patris æterno erat ut fieret. Inde ergo incipit narrare unūquodq; factū, quod etiā post facti narrationē quærenti quomō factū sit in reddēda ratione respōdere deberet. Cū ergo audimus, & dixit deus, fiat: intelligimus q̄ in uerbo dei erat ut fieret: Cū uero audimus, & sic est factum: intelligimus factā creaturā nō excessisse præscriptos in uerbo dei terminos generis sui. Cū uero audimus, & uidit deus quia bonū est: intelligimus in benignitate spirit⁹ eius, nō quasi cognitū posteaq; factū est placuisse, sed potius in ea bonitate placuisse ut maneret factū, ubi placebat ut fieret. Ac per hoc manet adhuc causa requirēdi, cur posteaq; dixit, & sic est factū: ubi perfectio operis iam indicat, addidit, & fecit deus: cū eo ipso, quod ait, & dixit deus, fiat illud, & sic est factū: iam intelligat id deū dixisse in uerbo suo, et factū esse per uerbū eius, atq; ibi iam nō solū patris, sed etiā filij posit apparere p̄sona. Nā si propter ostēdendā filij personā repetit̄ ac dicit̄, & fecit deus: nūquid ergo nō per filiū congregauit aquā tertio die ut appareret arida, quia ibi nō dicit̄, & fecit deus cōgregari aquā, aut congregauit deus aquās? Sed tamē etiā ibi posteaq; dixit, & factum est sic: tūc repetiuit, dicēs: et cōgregata est aqua quæ est sub cœlo. Nūquid etiā lux nō per filium facta est, ubi prorsus nullo modo repetiuit? Potuit em̄ & illic ita dicere, & dixit deus, fiat lux, & sic est factū: & fecit deus lucē, & uidit quia bona est: aut certe sicut in aquarū congregatiōe, ut nō diceret, & fecit deus, sed tamē iterū repetereret: Et dixit deus, fiat lux, & sic est factum, & facta est lux, & uidit de⁹ lucē quia bona est. Sed nullo modo repetēs posteaq; proposuit, & dixit deus, fiat lux: nihil aliud intulit nisi & facta est lux, ac deinceps de placita luce & diuisa à tenebris, & utroq; appellato nominib. suis, sine ulla repetitione narrauit. Quid sibi ergo uult in cæteris illa repetitio? An eo modo demonstrat primo die quo lux facta est, cōditionē spiritalis & intellectualis creaturæ lucis appellatiōe intimari? In qua natura intelligunt̄ omnes angeli sancti atq; uirtutes: & ppterea nō repetiuit factum posteaquā dixit, facta est lux, quia nō primo cognouit rationalis creatura conformationē suā, ac deinde formata est: sed in ipsa sua cōformatiōe cognouit, hoc est illustratione ueritatis ad quā cōuersa formata est: cætera uero quę infra sunt ita creātur ut prius fiant in

Cur additum, fecit deus. Cap. VII

Cur eadem repetantur. Cap. VIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognitione rationalis creaturę, ac deinde in genere suo. Quapropter lucis cōditio prius est in uerbo dei secundū rationē qua condita est, hoc est in coæterna patris sapientia: ac deinde in ipsa lucis cōditione secundū naturā qua cōdita est, illic nō facta sed genita, hic uero facta, quia ex informita te formata: & ideo dixit deus, fiat lux, & facta est lux: ut quod ibi erat in uerbo dei, hic esset in opere. Cōditio uero cœli prius erat in uerbo dei secūdum genitā sapientiā: deinde facta est in creatura spiritali, hoc est in cognitione angelorū secūdum creatā in illis sapiētiā: deinde ꝙ cœlū factum est, ut esset etiā ipsa cœli creatura in genere proprio: Sic & discretio uel species aquarū atq; terrarū, sic naturæ lignorū & herbarū, sic luminaria cœli, sic animantia orta ex aquis ac terra. Neq; enim sicut pecora solo sensu corporis uidēt angeli hæc sensibilia, si quo sensu tali utunt: agnoscunt ea potius, quæ melius nouerūt interius in ipso dei uerbo, à quo illuminātur ut sapiēter uiuāt: cū sit in eis lux quæ primo facta est, si lucē spiritalē in illo die factam intelligamus. Quēadmodū ergo ratio qua creatura cōditur, prior est in uerbo dei ꝙ ipsa creatura quæ cōditur: sic & eiusdē rationis cognitio prius sit in creatura intellectuali, quæ peccato tenebrata non est, ac deinde ipsa cognitio creaturę postea in genere proprio. Neq; enim sicut nos ad percipiendā sapientiā proficiebāt angeli, ut inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta cōspicerēt, qui ex quo facti sunt, ipsa uerbi ęternitate sancta & pia contēplatione perfruunt: atq; inde ista despicientes, secundū id quod intus uidēt, uel recte facta approbāt, uel peccata improbāt. Necmirum est ꝙ sanctis angelis suis in prima lucis cōditiōe formatis prius deus ostēdebat quod erat deinceps creaturus. Neq; em̄ intellectū dei nossent,
Rom. 11 nisi quantū ipse mōstrasset. Quis em̄ cognouit intellectū domini, aut quis cōsiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso ergo discebāt angeli, cū in eis fieret cognitio creaturæ deinceps faciēdæ, ac deinde fieret in genere proprio. Quapropter iā luce facta, in qua intelligimus ab æterna luce formatā rationalē creaturam, cū in cęteris creādis rebus audimus, & dixit deus, fiat: intelligamus ad æternitatē uerbi dei recurrentem scripturæ intentionē. Cum uero audi D
mus, et sic est factum: intelligamus in creatura intellectuali factam cognitionē ratiōis, quæ in uerbo dei est, cōdēdæ creaturę: ut in ea natura prius quodāmodo facta sit, quæ anteriore quodā motu in ipso dei uerbo prior faciendā esse cognouit: ut postremo cum audimus repeti ac dici, quod fecit deus, iā intelligamus in suo genere fieri ipsam creaturā. Porrò cum audimus: Et uidit deus quia bonū est: intelligam⁹ benignitati dei placuisse quod factū est, ut pro modo suī generis maneret, quod placuit ut fieret, cū spiritus dei superferebatur su-
Figura cœli. per aquā. Quæri etiā solet quæ forma & figu-
Cap. IX ra cœli esse credenda sit secundum scripturas nostras. Multi enim multum disputant de ijs rebus, quas maiore prudentia nostri autores omiserūt, ad beatā uitam nō profuturas discētibus, & occupantes quod peius est multū precīosa, & rebus salubrib. impendēda temporū spatia. Quid em̄ ad me pertinet, utrū cœlū sicut sphæra undiq; cōcludat terrā in media mundi mole libratā, an eam ex una parte desuper uelut discus operiat? Sed quia de fide agitur scripturarū, ꝓpter illā causam quā nō semel cōmemorauī: ne quisq; eloquia diuina nō intelligēs, cū de his rebus tale aliquid uel inuenerit in libris nostris, uel ex illis audierit quod præceptis assertionib. aduersari uideatur, nullo modo eis cætera utilia monētibus, uel narrantibus, uel prænunciātib. credat: breuiter dicendū est, de figura cœli hoc sciisse autores nostros quod ueritas habet, sed spiritū dei qui per ipsos loquebat nolusse ista docere homines nulli saluti ꝓfutura. Sed ait aliquis, quomō non est cōtrariū ijs qui figurā sphæræ cœlo tribuunt, quod scriptū est in libris nostris: Qui extendit cœlū sicut pellem? Sit sanè contrariū, si falsum est quod illi dicunt: hoc enim uerū est quod diuina dicit autoritas, potius ꝙ illud quod humana infirmitas cōijcit. Sed si forte illud talibus illi documētis probare potuerint, ut dubitari inde nō debeat, demōstrandū est hoc quod apud nos est de pelle dictum, ueris illis rationib. nō esse contrariū: alioquin contrariū erit etiā ipsis in alio loco scripturis nostris, ubi cœlū dicitur uelut camera esse suspēsum. Quid enim tā diuersum & sibimet aduersum, ꝙ planæ pellis extensio, & cameræ curua cōuexio? Quòd si oportet, sicut oportet, hæc duo sic intelligere, ut cōcordare utrunq; nec sibimet repugnare inueniat: ita oportet etiā utrumlibet horū illis nō aduersari disputationibus, si eas forte ueras certa ratio declarauerit, quibus doceē cœlū sphæræ figura undiq; esse cōuexum, si tamē probaē. Et illa quidē apud nos camerę similitudo, etiā secundū literam accepta, nō impedit eos qui sphærā dicūt. Bene quippe creditur secundū eam partē quæ super nos est de cœli figura scripturam loqui uoluisse. Si ergo sphęra nō est, ex una parte camera est, ex qua parte cœlum terrā contegit: si autē sphæra est, undiq; camera est. Sed illud quod de pelle dictū est, magis urget, ne non sphæræ quod humanū est forte commentū, sed ipsi nostræ cameræ aduersum sit,
Cap. 15 Quid autē hic allegorice senserim, cōfessionū nostrarū liber tertius decimus habet. Siue igit̄ ita ut ibi posui, siue aliquo alio modo intelligendum sit cœlū sicut pellis extentū, propter molestos & nimios exactores expositionis ad literā, hoc dico, quod sicut arbitror omniū sensib. patet: utrunq; enim fortasse & pellis et camera figurate intelligi potest, utrūq; autē ad literā quomō possit, uidendū est. Si enim camera nō solū curua, sed etiā plana recte dicit: profecto & pellis nō solū in planū, uerumetiā in rotundum sinū extenditur. Nam & uter sicut & uesica pellis est. De motu etiā cœli, An mobile sit firmamentum. Cap. X nōnulli fratres quæstionē mouent, utrum steterit an moueatur: quia si mouetur, inquiūt, quomodo firmamentū est? Si autē stat, quomodo sydera quæ in illo

in illo fixa creduntur, ab Oriēte usq; ad Occidentem circumeunt, septēntrionalib. breuiores gyros iuxta cardinē peragentibus, ut cœlum, si est alius nobis occultus cardo ex alio uertice, sicut sphęra, si autē nullus alius cardo est, uelut discus rotari uideatur? Quibus respōdeo, multū subtilib. & laboriosis rationib. ista perquiri, ut uere percipiatur utrū ita an nō ita sit: quibus ineundis atq; tractandis, nec mihi iā tēpus est, nec illis esse debet, quos ad salutem suā & sanctæ eccleſiæ necessariā utilitatē cupimus informari. Hoc sanè nouerint, nec nomē firmamenti cogere, ut stare cœlū putemus: Firmamentū enim nō propter stationē, sed propter firmitatē, aut propter inttrālgressibilē terminum superiorū & inferiorū aquarū uocatū intelligere licet: nec si ueritas cœlū stare persuaserit, impedire nos circuitu syderū ne hoc intelligere possimus: & ab ipsis quippe qui hoc curiosissime & ociosissime quæsierūt inuentū est, etiā cœlo non moto si sola sydera uerterētur, fieri potuisse oīa quę in ipsis syderū cōuersionib. animaduersa atq; cōprehensa sunt. Et dixit deus: Cōgregeē aqua
Segregatio aquarum. Cap. XI quæ sub cœlo est in congregationē unā, & appareat arida: & factum est ita, & cōgregata est aqua quæ sub cœlo est in congregationē unam, & apparuit arida: & uocauit deus aridam terrā, & cōgregationes aquarū uocauit mare, & uidit deus quia bonū est. Iam de hoc opere dei propter alterius rei quærendi necessitatē, in primo nostro uolumine satis tractauimus. Hic itaq; breuiter admonemus, ut quē forte nō mouet quærere, quando species aquarū terrarumq; creata sit, accipiat C
isto die non esse factū nisi ut secernerent hæc duo elemēta inferiora. Quē uero mouet cur in dieb. facta sit lux & cœlū, extra dies aūt uel ante omnes dies aqua & terra, & cur ad dei uerbū facta sint illa, dicēte deo fiat: hæc aūt dicēte quidē deo discreta, nō aūt deo dicēte facta inueniant: habet quod salua fide intelligat, scilicet id quod dictū est ante enumerationē dierū, terra erat inuisibilis & incōposita, cum cōmendaret scriptura cuiusmodi terram fecerat deus, quia prędixerat: In principio fecit deus cœlum & terrā: nihil aliud his uerbis ꝙ materiæ corporalis informitatē insinuare uoluisse, eligens eā usitatius appellare ꝙ obscurius. Si tamen tardo intellectui non subrepat ut matetiā et speciem, quia uerbis scriptura separat, conetur D
duo hæc etiā tempore separare, tanquā prius fuerit materia, & ei temporis interuallo interposito, postea sit addita species: cū deus hæc simul creauerit, materiamq; formatā instituerit, cuius informitatem usitato, ut dixi, uocabulo uel terræ uel aquæ scriptura prędixit. Terra enim & aqua etiā suis qualitatibus id existentia quod uidemus, tamen propter facilem corruptionē propinquiora sunt eidē informitati quàm cœlestia corpora. Et quoniam per enumerationē dierum iam ex informi quæq; formata numerātur, & ex ista corporali materia iā factum cœlū narrauerat, cuius multum distat species à terrenis, iā quod ex ea formādum in rerū infima parte restabat, uoluit sub his uerbis in rerū creandarū ordinē inserere, ut dicerētur, fiat: non acceptura ista residua informitate talem speciē, qualem acceperat cœlū, sed iam inferiorē & infirmiorē atq; informitati proximā: ut his potius uerbis, cū dicitur, congregentur aquæ & appareat arida, acceperint hæc duo species, prias istas notissimas nobisq; tractabiles, aqua mobilē, terra immobilē: & ideo de illa dictum est, cōgregetur: de hac, appareat: aqua enim est labiliter fluxa, terra stabiliter fixa. Et dixit deus: Ger-
Herbæ & lignafructifera. Cap. XII minet terra herbā pabuli, ferentē semen secundū genus & secundū similitudinē, & lignum fructiferū faciēs fructum, cuius semen sit in ipso secundum similitudinē suam super terrā: Et factum est sic. Et produxit terra herbā pabuli, semē habentē secundū genus suum, & secundū similitudinē, & lignū fructiferū faciēs fructū, cuius semen eius in B
eo sit secundū genus suum super terram. Et uidit deus quia bonū est, & facta est uespera, & factum est mane dies tertius. Hic moderamē ordinatoris aduertendū est, ut quoniā distincta quædā creatura est herbarū atq; lignorū ab specie terrarum & aquarū, ut in elemētis numerari nō possint, seorsum de illis diceret ut exirēt de terra, & seorsum illis redderētur illa solita, ut diceretur, Et factum est sic, ac deinde repeteretur quod factū est: seorsum quoq; indicaretur deū uidisse quia bonū est: tamē quia fixa radicibus, cōtinuātur terris & cōnectuntur, ista quoq; ad eundē diem pertinere uoluerit. Et dixit deus: Fiant luminaria in firma-
Luminaria die quarto. Cap. XIII mento cœli ut luceant super terrā in inchoationē diei & noctis, & ut diuidāt inter diē & noctem, & sint in signa & tempora & in dies & in annos, & sint in splendorē in firmamento cœli, ut luceāt super terrā: Et factum est sic. Et fecit deus duo luminaria magna, luminare maius in inchoationem diei, luminare minus in inchoationem noctis, & stellas: & posuit eas deus in firmamēto cœli, ut luceant super terrā, & ut sint in inchoationē diei & noctis, & ut diuidāt inter lucē & tenebras. Et uidit deus quia bonū est: Et facta est uespera, & factū est mane dies quartus. In hoc quarto die quærendum est, quid sibi uelit ista ordinatio, ut prius uel fierēt uel secernerentur aqua & terra, priusq; terra germinaret ꝙ in cœlo sydera fierent. Neq; enim possumus dicere electa esse quæq; meliora, quibus dierū series ita distingueret, ut finis & medium maxime ornatius emineret. Septem quippe dierū medius quartus est. Occurrit em̄ illud quia septimo die non est facta ulla creatura. An forte lux primi diei magis respōdet ad quietē diei septimi, ut eo modo cōcinentib. finibus iste ordo texatur, eminētibus de medio luminibus cœli. Sed si primus dies septimo cōcinit, debet ergo & secundus sexto cōcinere. Quid aūt simile habet firmamentū cœli cū homine facto ad imaginē dei? An quia cœlū totam superiorē mundi partem occupat, & homini in totā inferiorē potestas dominādi tributa est? Sed quid agimus de pecorib. & de bestijs, quas ipso die sexto in suo genere terra ꝓduxit? Quæ illis cū cœlo potest esse collatio? An

potius

Universidad de Deusto
Biblioteca

potius quoniã primũ facta intelligitur lucis nomine ſpiritalis creaturę formatio, conſequẽs erat ut corporalis quoq; creatura, id eſt mũdus iſte uiſibilis fieret: qui factus eſt biduo, ꝓpter duas partes ſuas maximas, quibus cõſtat uniuerſus mundus, cœlũ ſcilicet & terrã: ſecundũ hanc rationis collationẽ, qua et ipſa uniuerſa creatura ſpiritalis & corporalis, ſæpe cœlũ & terra nominatur: ita ut globus quoq; iſte turbulentioris aeris terrenæ parti deputeť: exhalationib. quippe humidis corporaſcit, ſi quid uero trãquilli aeris eſt ubi uẽtoſi atq; procelloſi motus nõ poſſunt exiſtere, ad cœleſtem partẽ pertineat. Poſt hãc uniuerſitatẽ moliſ corporeæ fabricatã, quæ uno loco tota eſt quo locatus eſt mũdus, conſequẽs erat ut impleretur partib. intra uniuerſum, quæ de loco in locũ congruis motibus agerenť, cuius generis herbæ atq; arbores nõ ſunt: Radicibus quippe iſta fixa ſunt terræ: & cuius habeãt motus incremẽtorũ ſuorũ, de locis tamẽ propriis nõ mouentur niſibus ſuis, ſed ubi fixa ſunt, illic alũtur & creſcũt: propterea magis pertinẽt ad terrã cuj ad genera rerũ quæ in aquis & terris mouenť. Quia ergo uiſibili mũdo cõſtituẽdo, hoc eſt cœlo & terræ, duo ſunt attributi dies, reſtat ut his mobilib. & uiſibilibus partib. quæ creatur intra illũ, tres dies reliqui deputenť. Et quia ſicut prius cœlũ factũ eſt, ita prius eſt ornandũ huiuſmodi partib. ſuis, quarto die fiũt ſydera, quibus ſuper terrã lucẽtib. habitatio quoq; illuſtretur inferior, ne habitatores eius in habitationẽ tenebroſam inducanť: & ideo quia infirma corpora inferiorũ habitatorũ, ſuccedente motib. quiete reparanť, factũ eſt ut circumeũte ſole, diei noctiſq; uiciſſitudine, ꝓpter uiciſſitudinẽ dormiendi & uigilandi potiretur: nox uero illa nõ inde cora remaneret, ſed lunæ ac ſyderũ luce, & ipſos cõſolaretur homines quibus plerũq; operãdi etiã eſt nocturna neceſsitas, & quibuſdã animalibus quæ lucẽ ſolis ferre nõ poſſunt ad ſufficientiã tẽperaretur. Illud aũt quod dictum eſt: Vt ſint in ligna & tẽpora, & in dies & in annos: quis nõ uideat cj obſcure poſitũ ſit quarto die cœpiſſe tempora, quaſi ſuperius triduũ ſine tẽpore præterire potuerit? Quis ergo animo penetret, quomõ illi tres dies trãſierint antequã inciperẽt tẽpora, quæ quarto die dicũtur incipere: uel utrũ omnino trãſierint dies illi? An circa ſpeciẽ factæ rei dies appellatus ſit, & circa priuationẽ nox, ut nondũ ſpecie formata materia nox dicta ſit, unde formãda erãt cętera: ſicut poteſt quãuis in rebus formatis, intelligi tamẽ in ipſa mutabilitate informitas materiæ: nõ enim ſpacijs uel locorũ quaſi remotior, uel tẽporũ quaſi anterior diſcerni poteſt? An potius in ipſa re facta atq; formata eadem mutabilitas, hoc eſt deficiendi, ut ita dixerim, poſsibilitas, nox appellata ſit, quia ineſt in rebus factis etiam ſi non mutentur, poſſe mutari? Veſpera autem et mane non, quaſi per tẽporis præteritionẽ & aduentum, ſed per quendam terminũ, quo intelligitur quouſq; ſit naturæ proprius modus, & unde ſit naturę alterius cõſequẽter exordiũ. An aliqua

Diſcrimina temporis. Cap. XIIII

alia ratio ſit horũ uerborũ diligentius ueſtigãda? Quis in tantum ſecretũ facile irrumpat, & quę ſigna dicat, cũ dicit de ſyderibus, & ſint in ſigna? Neq; enim illa dicit quæ obſeruare uanitatis eſt, ſed utiq; utilia & huius uitæ uſib. neceſſaria, quæ uel nautæ obſeruant in gubernando, uel omnes homines ad præuidẽdas aeris qualitates per æſtatem & hyemẽ, & autumnalem uernalemq; temperiem. Et nimirũ hæc uocat tẽpora, quæ per ſydera fiunt, non ſpacia morarũ, ſed uiciſſitudines affectionũ cœli huius. Nam ſi quis uel corporalis uel ſpiritalis motus cõditionẽ iſtorum luminariũ præceſſit, ut aliquid à futura expectatione ꝑ præſens in præteritũ traijceret, ſine tempore eſſe non potuit. Et quis obtineat nõ fuiſſe niſi ab exordio ſyderum cõditorũ? Sed certe horæ & dies & anni quos uſitate notamus, nõ fierent niſi motibus ſyderũ. Itaq; ſi hoc modo intelligamus tempora, dies & annos, ut tempora articulos quoſdã quos per horologia computamus, uel in cœlo notiſsimos, cum ab Oriente uſq; ad Meridianã altitudinem ſol inſurgit, atq; inde rurſus uſq; in Occidentẽ uergit, ut poſsit deinceps aduerti uel luna uel aliquod ſydus ab Oriẽte ſtatim per occaſum ſolis emergere: quod item cũ ad mediã cœli uenerit altitudinẽ, medium noctis indicet, tũc ſcilicet occaſurũ cum ſole redeunte fit mane: dies autem totos ſolis ab Oriente uſq; ad Occidentẽ circumitus: annos uero uel iſtos uſitatos ſolis anfractus, nõ cum ad Orientẽ quod quotidie facit, ſed cum ad eadẽ loca ſyderũ redit, quod nõ facit niſi peractis trecentis ſexagintaquinq; diebus & ſex horis, id eſt quadrante totius diei, quæ pars quater ducta, cogit interponi unũ diem, quem Romani biſſextũ uocant, ut ad eundẽ circumitũ redeatur: uel etiã maiores & occultiores annos: nã completis aliorũ ſyderũ ſpatijs, maiores anni fieri dicuntur. Si ergo ita intelligamus tempora, dies & annos, nemo dubitat hæc ſyderib. & luminaribus fieri. Ita enim poſitũ eſt, ut incertũ ſit utrũ ad omnia ſydera pertineat quod dictũ eſt: Sint in ſigna & tẽpora & in dies & in annos: an ſigna & tẽpora ad cætera, dies uero & anni ad ſolem tantũmodo. Qualis etiã luna facta ſit, multi loquaciſsime inquirũt, atq; utinã inquirẽtes loquãtur, ac nõ potius docere conãtes. Dicũt enim ideo plenam factam, quia nõ decebat, ut deus imperfectũ aliquid illo die faceret in ſyderibus quo ſcriptũ eſt, ꝙ facta ſint ſydera. Qui aũt reſiſtũt, dicunt: Ipſa ergo debuit prima luna dici, non quartadecima, quis eñ incipit ita enumerare? Ego aũt medius inter iſtos ita ſum, ut neutrũ aſſerã, ſed plane dicã, ſiue primã ſiue plenam lunã deus fecerit, feciſſe perfectam. Ipſarũ enim naturarũ eſt deus autor et cõditor. Omnis autẽ res quicquid progreſſu naturali per tẽpora cõgrua quodãmodo prodit atq; explicat, etiã ante cõtinebat occultũ, etſi non ſpecie uel mole corporis ſui, tamen ratione naturæ. Niſi forte arbor quæ per hyemẽ pomis uacua foliijſq; nudata eſt, tũc imperfecta dicẽda eſt: aut uero in primordijs etiã ſuis cũ adhuc nullũ fructum dediſſet

Luna. XV

dediſſet imperfecta erat illa natura. Quod nõ tantum de arbore, ſed nec de ipſo eius ſemine recte diceretur, ubi omnia quæ progreſſu tẽporis quodãmodo procedunt, modis inuiſibilibus latent: quanq; ſi aliquid deus imperfectũ feciſſe diceret, quod deinde ipſe perficeret, quid reprehenſionis haberet iſta ſentẽtia? Iure autem diſpliceret, ſi id quod ab illo inchoatũ eſſet, ab alio diceretur eſſe perfectũ. Qui ergo de terra nõ queruntur quã fecit deus, cũ in principio fecit deus cœlũ & terrã, quia inuiſibilis erat & incompoſita, & poſtea tertio die cõſpicua redditur atq; cõponitur, quid ſibi de luna tenebras facĩũt quęſtionũ? Aut ſi quod de terra dictũ eſt, non tẽporis interuallo, cũ ſimul deus res cõcreauerit, ſed narratiõis diſtributione intelligũt dictũ: cur in hoc quod etiã oculis uideri poteſt, nõ intuentur integrũ corpus habere lunã, & tota ſua rotunditate perfectum, etiã cum lumine corniculato, ſiue incipiẽs ad terras lucere, ſiue deſinẽs fulgere? Si ergo lumẽ in ea creſcit uel perficitur uel minuitur, non luminare ipſum, ſed illud quod accẽditur uariatur. Si aũt ex una ſphærulæ ſuæ parte ſemper lucet, ſed dum eam partẽ cõuertit ad terrã, donec totam conuertat, quod à prima uſq; quartamdecimã fit, creſcere uidetur, ſemper eſt plena, ſed terræ habitatoribus nõ ſemper apparet. Hæc eadẽ ratio eſt, & ſi ſolis radijs illuſtratur: Non enim poteſt etiã ſic cũ ſoli proxima eſt, niſi cornibus lucidis apparere: quia cætera pars quæ tota in orbem illuſtratur, nõ eſt ad terras ut uideri poſsit, niſi cum ſoli contraria eſt, ut totum terris appareat quod eius illuminať. Non deſunt tamẽ qui nõ eo ſe arbitrari dicũt, lunã primitus à deo quartãdecimã factã, quia plena facta credẽda eſt. Sed quia in ſcripturis dei uerba ſic habent, lunã factam in inchoationẽ noctis, tũc aũt in noctis exordio uideť cũ plena eſt. Aliàs uero & per diẽ incipit uideri ante plenitudinẽ, & in ꝓgreſſu noctis, tãto ampliore, quãto minuiť. Sed qui per inchoationẽ noctis nõ intelligit niſi principatũ, nã & hoc Græcum uerbũ magis indicat cũ dictũ eſt ἀρχλυ, et in Psalmis aperti? ſcriptũ eſt: Solẽ in poteſtatẽ diei, lunã & ſtellas in poteſtatẽ noctis: nõ cogiť à quartadecima numerare, & credere lunã factam primo eſſe, nõ primã. Quæri etiã ſolet, utrũ cœli luminaria iſta cõſpicua, id eſt ſol et luna & ſtellæ æqualiter fulgeãt, ſed ꝙ diuerſis interualliſ diſtẽt à terra, ꝓpterea diuerſa claritate magis minusq; noſtris oculis appareãt. Et de luna quidẽ qui hęc dicũt, nõ dubitãt minus eã lucere cj ſolẽ, à quo etiã perhibẽt eã illuſtrari. Multas aũt ſtellas uel æquales ſoli uel etiã maiores audẽt dicere, ſed longius poſitas paruas uideri. Et nobis quidẽ poteſt fortaſſe ſufficere, qui quoquo modo ſe iſtares habeat, ſcimus artifice deo cõdita ſydera: quanq; teneamus autoritate Apoſtolica dictũ: Alia gloria ſolis, alia gloria lunæ, & alia gloria ſtellarum: ſtella enim à ſtella differt in gloria. Sed quia poſſunt adhuc dicere, etiã ſi nõ reſiſtãt Apoſtolo, differũt quidẽ in gloria, ſed ad oculos terrenorum: aut quia hoc propter reſurgẽtium ſimilitudinem dicebat Apoſtolus, qui non utiq; ad oculos aliter erũt, & in ſe aliter: differũt quidẽ in ſeipſis ſydera in gloria, ſed tamẽ nõnulla ſunt etiã ſole maiora: ipſi uiderint quẽadmodũ ſoli tam magnũ tribuãt principatũ, ut eum radijs ſuis quaſdam ſtellas, & eas quidẽ principales, quibus amplius iſti cj cęteris ſupplicãt, & tenere dicãt, & retro agere à curſu, ꝓprio. Nõ enim fit ueriſimile, maiores aut etiã æquales uiolẽtia radiorũ eius poſſe ſuperari. Aut ſi ſuperiores ſignorũ ſtellas uel ſeptentrionũ maiores eſſe aſſerũt, quæ nihil tale à ſole patiunť, cur iſtas per ſigna circũeuntes amplius uenerantur? Cur eas ſignorũ dominas perhibẽt? Etſi enim regradationes illas ſyderũ, uel fortaſſe tarditates, nõ à ſole fieri quiſq; cõtendat, ſed alijs occultioribus cauſis: ſoli tamẽ iſtos in ſuis deliramẽtis, quibus uim fatorum à ueritate deuij ſuſpicanť, præcipuam tribuere poteſtatẽ ex libris eorũ certe manifeſtũ eſt. Sed dicãt quod uolunt de cœlo, alieni à patre qui eſt in cœlis. Nobis autẽ de interuallis & magnitudine ſyderũ ſubtilius aliquid quęrere, taliq; inquiſitioni rebus grauioribus & melioribus neceſſariũ tempus impẽdere, nec expedit nec cõgruit. Et melius credimus ea eſſe cæteris maiora luminaria, quæ ſancta ſcriptura ita cõmendat. Et fecit deus duo luminaria magna: quę tamen non ſunt æqualia. Nã conſequẽter dicit cũ ea cæteris præpoſuerit, inter ſeipſa differre. Ait eñ, lumina re maius in inchoationẽ diei, & luminare minus in inchoationẽ noctis. Certe eñ uel hoc cõcedãt oculis noſtris, ut ea manifeſtũ ſit amplius cæteris lucere ſuper terrã, nec diem clarere niſi luce ſolis, nec noctem tot ſtellis apparentib. ita lucere ſi luna deſit, quẽadmodũ præſentia illius illuſtratur.

Mathematici. Cap. XVII ἐξαπλάσματα.

De fatis autẽ ſyderũ qualeslibet eorum argutias, & quaſi de matheſi documẽtorũ experimenta, quæ illi apoteleſmata uocãt, omnino à noſtræ fidei ſanitate reſpuamus: talibus enim diſputationibus etiã orandi cauſas nobis auferre conãtur, & impia peruerſitate in malis factis quæ rectiſsime reprehendunť, ingerũt accuſandũ potius deũ autorem ſyderum cj hominũ ſcelera. Sed ꝙ animæ noſtræ nõ ſint natura corporib. nec quidem cœleſtibus ſubditæ, audiãt & Philoſophos ſuos: quia uero terrenis corporib. illa corpora ſuperiora nõ ad ea quæ ipſi tractant potentiora ſunt, uel hinc aliquãdo cognoſcãt, quia cũ multa corpora diuerſorũ generũ, uel animantiũ, uel herbarũ & arbuſtorũ, uno ſimul puncto tẽporis ſeminentur, unoq; puncto tẽporis innumerabiliter multa naſcantur, nõ tamen diuerſis, ſed etiã ijſdem terrarũ locis tãtæ ſunt uariętates in progreſsibus, in actibus & paſsionib. eorũ, ut uere iſti (ſicut dicit) perdãt ſydera, ſi iſta cõſiderent. Quid autẽ inſulſius & hebetius, cj cum iſtis rebus cõuincunť, dicere ad ſolos homines ſibi ſubijciendos fatalem ſtellarum pertinere rationẽ, in quibus tamen etiã ipſis de geminis cõuincuntur, quorũ diuerſe uiuẽtiũ, diuerſe fœliciũ uel infœlicium, diuerſeq; morientium, eaſdem plerũq; conſtellationes accipiunt? Quia etſi interfuit aliquid cũ de utero funderen-

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, in nõnullis tamẽ tantum interest, quãtum ab istis cõprehendi cõputatione non possit. Manus A sequẽtis Iacob dum nascerẽtur, inuẽta est pedem fratris præcedẽtis tenẽs, usq; adeo sic nati sunt ut quasi unus infans in duplũ prolixior nasci uidere tur. Horũ certe cõstellationes quas appellant, nul lo modo dispares esse potuerũt. Quid ergo uanius q̃ ut illas cõstellatiões intuẽs Mathematicus, ad eundẽ horoscopũ & ad eandẽ lunam, diceret unũ eorum à matre dilectũ, alterũ non dilectũ? Si enim aliud diceret, falsum, pfecto diceret. Si autẽ hoc diceret, uerũ quidẽ, sed nõ secundũ suorũ li brorũ ineptas cantiunculas diceret. Quòd si huic historiæ, quia de nostris profertur, nolũt credere, nunquid & naturã rerũ delere possunt? Cũ ergo se minime falli dicãt, si horã cõceptionis inuene rint, saltẽ sicut homines nõ dedignẽtur conceptũ B considerare geminorũ. Ideoq; fatendũ est, quãdo ab istis uera dicuntur, instinctu quodã occultissi mo dici, quẽ nescirẽtes humanæ mẽtes patiuntur. 2 sent. dist. 7 c. & licet. Quod cũ ad decipiẽdos homines fit, spirituũ se ductorũ operatio est: quib. quędã uera de tẽpora libus rebus nosse permittitur, partim quia subti lioris sensus acumine, partim quia corporib. sub tilioribus uigent, partim experiẽtia callidiore, p pter magnã longitudinẽ uitę, partim à sanctis an gelis quod ipsi ab omnipotẽte deo discunt etiam iussu eius sibi reuelantibus, qui merita humana occultissimæ iustitiæ synceritate distribuit. Ali quando autẽ ijdem nephãdi spiritus etiã quæ ipsi facturi sunt, uelut diuinãdo prædicunt. Quapro pter bono Christiano, siue Mathematici, siue qui C libet impie diuinãtiũ, maxime dicẽtes uera cauẽ di sunt, ne cõsortio dęmoniorũ animã deceptam, pacto quodã societatis irretiant. Solet etiã quę Luminaria an rectores ha beant. XVIII ri, utrũ cœli luminaria ista cõspicua corpora sola sint, an habeãt rectores quosdã spiritus suos: & si habẽt, utrũ ab eis etiã uitaliter inspirentur, sicut ani mantur carnes per animas animaliũ, an sola sine ulla permixtiõe præsentia. Quod licet in præsenti facile nõ possit cõprehẽdi, arbitror tamẽ in pro cessu tractandarũ scripturarũ opportuniora loca posse occurrere, ubi nobis de hac re secundũ san ctæ autoritatis regulas, & si nõ ostẽdere certũ ali quid, tamẽ credere licebit. Nunc autẽ seruata sem per moderatione piæ grauitatis, nihil credere de re obscura temere debemus, ne forte quod post D ea ueritas patefecerit, cui libris sanctis siue testa mẽti ueteris siue noui, nullo modo esse possit ad uersum, tũ propter amorẽ nostri erroris oderim? Nũc ad librũ operis nostri iam tertiũ trãseamus.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM LIBER III

Aer & aqua. Caput I

T DIXIT deus: Educant aquæ re
E ptilia animarũ uiuarũ, & uolatilia su
per terrã, & secundũ firmamentũ cœ
li. Et factum est sic: Et fecit deus cetos
magnos, & omne animal reptilium
quæ eduxerunt aquæ secundũ genus eorum. Et omne uolatile pennatũ secundũ genus suum. Et uidit deus quia bona sunt, et benedixit ea deus di cẽs: Crescite & multiplicamini, & replete aquas in mari, & uolatilia multiplicentur super terrã: & fa cta est uespa, & factũ est mane dies quintus. Nũc in inferiore parte mundi ea quę spiritu uitæ mo uentur fiũt, & primũ aquarũ, quod aeris qualita ti proximũ elementũ est: quia huic cœlo in quo sunt luminaria ita uicinus est aer, ut & ipse cœli nomẽ acceperit, sed nescio utrũ etiã firmamentũ possit uocari. Dicũtur autẽ cœli pluraliter in una eademq; re quæ dicit unum cœlũ. Nam cũ in hoc libro singulari numero dicat cœlũ quod diuidit inter aquas quæ supra, & easdem quæ infra sunt, in illo tamẽ Psalmo: Et aquæ, inquit, quæ sup cœ los sunt laudent nomẽ domini. Et cœlos cœlorũ si bene intelligamus, sydereos aereorũ tanq; supe riores inferiorum, & hos in eodẽ Psalmo accipi mus ubi dictũ est: Laudate eũ cœli cœlorum: satis apparet hunc aerẽ, non solũ cœlum, sed etiã cœ los dici: sicut dicuntur & terræ, nec aliud signifi catur q̃ illa quæ singulariter terra dicitur, quan do dicimus orbem terrarũ, & orbẽ terræ. Hos Cælos pariſſe aquis. Ca. II etiã aereos cœlos quondã perisse diluuio in qua Iude. 1 dam earũ quæ canonicæ appellãtur epistola legi mus. Neq; enim humida illa natura quæ ita con creuerat ut cubitis XV altissimorũ montiũ tran scenderet uertices, potuit ad sydera puenire. Sed quia huius aeris humidioris in quo aues uolitãt, uel tota uel propè tota spacia cõpleuerat, perisse qui fuerãt cœlos in illa epistola scribitur. Quod nescio quemadmodũ possit intelligi, nisi in aqua rum naturã pinguioris huius aeris qualitate con uersa: alioquin nõ perierũt tunc isti cœli, sed subli mius erecti sunt, cum locũ eorũ aqua occuparet. Itaq; facilius eos secundũ illius epistolæ autorita tẽ credimus perisse, & alios sicut ibi scribit repo sitos extenuatis uidelicet exhalatiõibus, q̃ sic ere ctos, ut eis superioris cœli natura loco suo cede ret. Oportebat itaq; ut in creãdis habitatorib. in ferioris huius mũdi partis, quæ sæpe terræ nomi ne tota cõmemorat, prius producerentur ex aquis animalia, postea uero de terra: q̃ ita sit aeri aqua similis, ut eius exhalationib. pingueſcere probe tur, ut & spiritũ procellę faciat, id est, uentũ, & nu bila cõtrahat, & possit uolatus auium sustinere. Quapropter etiã si uerũ dixit quidã secularium Po Lucanus lib. 2 Pharsalie etarũ: Nubes excedit Olympus, & pacẽ summa tenẽt: quia perhibet in Olympi uertice aer esse tã tenuis, ut neq; nubibus obũbretur, neq; turbetur uẽto, neq; sustẽtare alites possit, neq; ipsos qui for te ascẽderint homines, crassioris auræ spiritu ale re, sicut in isto aere cõsueuerũt: et tamẽ & ipse aer est, unde aquis uicina qualitate diffundit, & pro pterea ipse quoq; in humidã naturã conuersus di luuij tẽpore credit. Neq; enim arbitrandũ est ali quid de spacijs syderei cœli usurpasse, cũ omnes Cõmodius de mentorum. Cap. III etiã altissimos mõtes aqua trãscederit. Quanq; de cõuersione elemẽtorũ etiã inter ipsos qui hæc ociosa cura subtilissime pserutati sunt, nõ parua quæstio est. Alij enim dicũt omnia in omnia posse mutari

mutari atq; cõuerti. Alij uero esse aliquid omino propriũ singulis perhibẽt elemẽtis, quod in alte A rius elemẽti qualitatẽ nullo modo uertatur. Vn de fortassis suo loco si dominus uoluerit diligen tius disputabimus, nũc autẽ quod ad præsentẽ ser monẽ attinet, hic cõmemorãda existimaui, ut in telligamus seruatũ esse ordinẽ rerũ, quo prius o portuit aquarũ animalia q̃ terrarũ narrare crea ta. Nec ullo modo arbitrandũ est prætermissum esse in hac scriptura ullũ mundi huius elementũ, cum quatuor notissimis eum cõstare persuasum sit, quia uidetur hic cœlũ & aquam & terrã cõme morare, de aere autẽ tacere. Consuetudo quippe nostrarũ scripturarũ est, aut cœli, aut terræ nomi ne mundũ appellare, aut interdũ addere et mare. Aer itaq; uel ad cœlũ pertinere intelligitur, si qua sunt in eius superioribus partibus trãquillissima et B pacatissima spacia: uel ad terrã propter hunc tur bulentũ & caliginosum locũ, qui humida exhala tione pinguescit, q̃uis & ipse sæpius cœli nomi ne nũcupetur: ac per hoc nõ scriptũ est, Producãt aquæ reptilia animarũ uiuarũ, & producat aer uolatilia uolantia super terrã, sed utrũq; hoc ani mantiũ genus ex aquis producũm esse narratur. Quicquid ergo aquarũ siue labiliter undosum & fluidũ est, siue uaporabiliter tenuatũ atq; suspen sum, ut illud reptilib. animarũ uiuarũ, hoc uolati libus appareat distributũ, utrunq; tamẽ humidæ naturæ deputatur. Ideoq; sunt etiã qui subtilis sima cõsideratione quinq; istos manifestissimos corporis sensus secundũ quatuor usitata elemẽta ita distinguãt, ut oculos ad ignẽ, aures ad aerẽ di C cãt pertinere. Olfaciendi autẽ gustandiq; sensum naturæ humidę attribuũt: & olfactum quidẽ istis exhalationib. humidis quibus crassatur hoc spa tiũ in quo aues uolitant: gustum uero istis fluxibi libus & corpulẽtis humoribus. Nã quæcunq; in ore sapiunt ipsius oris humori cõmiscẽtur, ut sa piant, etiã si arida cũ acciperẽtur fuisse uideãtur. Ignis tamẽ omnia penetrat, ut motũ in eis faciat. Nã & humor priuatione caloris cõgelascit, & cũ possint frigescere cætera elemẽta, ignis frigesce re nõ potest: facilius quippe extinguitur ut ignis nõ sit q̃ frigidus maneat, aut sit alicuius frigidi cõ tactu tepidior. Tactus autẽ qui est quintus in sen sibus, terreno elemẽto magis congruit, proinde per totũ corpus animãtis, quod maxime ex terra D est, quęq; tacta sentiunt. Dicunt etiã nec uideri si ne igne posse aliquid, nec tangi sine terra. Ac per hoc elemẽta omnia in omnib. inesse, sed unũquod q̃ eorũ ex eo quod amplius habet accepisse uoca bulũ. Ideo autẽ caloris priuatione cum corpus ni mis frigescit obtundi sensum, quia motus pigre scit qui ex calore inest corpori, dum ignis aerem, & aer humida, & humor terrea quæq; afficit, sub tilioribus scilicet crassiora penetrãtibus. Quãto autem quidq; subtilius est in natura corporali, tã to est uicinius naturæ spiritali, cui⁹ longe distãte genere, quandoquidẽ illud corpus est, illud non est. Ac per hoc quoniã sentire non est corporis sed animę per corpus, licet acute disseratur secũ dum diuersitatem corporeorũ elemẽtorũ sensus esse corporis distributos, anima tamẽ cui sentiẽdi uis inest, cũ corporea nõ sit, per subtilius corpus agitat uigorẽ sentiẽdi. Inchoat itaq; motũ in om nibus sensibus à subtilitate ignis, sed nõ in omni bus ad idẽ peruenit. In uisu enim peruenit repres so calore usq; ad eius lucẽ. In auditu usq; ad liqui diorẽ aerẽ calore ignis penetrat. In olfactu autem transit aerẽ purũ, & peruenit usq; ad humidã ex halationẽ, unde crassior hæc aura subsistit. In gu stu autẽ trãsit & peruenit usq; ad humorẽ corpulẽ tiorẽ: quo etiã penetrato atq; traiecto, cũ ad terre nam grauitatẽ peruenit, tangendi ultimũ sensum agit. Nõ igitur ignorabat naturas elementorũ Ordo elemen torũ. Ca. VI eorumq; ordinẽ, qui cũ uisibiliũ quæ intrà mun dũ in elemẽtis natura mouẽtur conditionẽ intro duceret, prius cœlestia luminaria, deinde aquarũ animãtia, terrarũ autem postrema narrauit: nõ q̃ aerẽ prętermiserit, sed quod purissimi & quietis simi aeris ubi uolare aues nõ posse dicũtur, si qua sunt spacia cœlo superiori coniungũtur, & cœli nũcupatione in scripturis ad superiorẽ mũdi par tem pertinere intelligũtur: ut terræ nomine uni uersaliter hoc totũ significetur, ex quo incipit de orsum uersus, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tẽpestatis, & omes abyssi, donec perueniatur ad aridã, quæ proprio nomine terra dicit. Aer itaq; ille superior, siue quod ad cœlestẽ mũdi pertinet partẽ, siue quod nullũ habet uisibilẽ habitatorẽ, de qualibus nũc sermo narrantis est, neq; prætermissus est de cœlo nominato, neq; annumeratus est in creandis animalibus: iste uero inferior qui excipit exhalationes humidas maris ac terræ, & ad sustinẽdas aues quodãmodo crassat, nõ nisi ex aquis accipit animalia. Quod enim eius humidũ est, hoc portat alitũ corpora, quę ita nituntur pẽnis uolantes, quemadmodũ pisces quibusdã suis alis natãtes. Proinde sciẽter tanq; spiritus dei qui Aquarũ natu ra duplex. Cap. VII scribẽti aderat, ex aquis dicit producta uolatilia. Aquarũ enim natura bipartitũ locũ sortita est: in feriorẽ scilicet in unda labili, superiorem uero in aura flabili, Illum deputatũ natantibus, istum uo lantibus, Sicut huic elemẽto cõgruos duos etiã sensus animalib. datos uidemus, olfactũ explorã dis uaporibus, gustũ explorãdis liquoribus. Quod enim ad tactum aquas uentosq; sentimus, hoc est q̃ terra solida in omnib. admisceat elementis: sed in his crassioribus. sentitur amplius, ita ut iã tangẽ do contrectari ualeãt. Ideoq; & ista in duabus ma xime mũdi partibus generaliter cœli & terræ no mine cõplectũtur. Sicut ille psalmus ostẽdit, om Psd. 148 nia superiora ab illo principio enumerãs, Lauda te dominũ de cœlis: omniaq; inferiora ab alio prin cipio, Laudate dominũ de terra; ubi et spiritus tẽ pestatis & omnes abyssi nominant, & ignis iste qui urit tangentẽ, quia de terrenis & humidis hu moribus ita existit ut subinde uertat in aliud elemẽ tum. Et q̃uis naturę suę sursum nitẽdo indicet ap petitũ, in cœlestem tamẽ superiorẽ trãquillitatem nõ possit euadere, quia multo aere superatus & in eũ cõuersus extinguit: ac per hoc in ista rerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte corruptibiliore atq; pigriore turbulẽtis motibus agitatur ad temperandũ eius rigorẽ, & ad usus terrores q; mortaliũ. Quia ergo etiam tactu qui ad terrã proprie pertinet, sentiri possunt et fluctus undarũ & flatus aurarũ, ꝓpterea ipsa quoq; aquatiliũ animaliũ corpora & terrenis uescũtur, & maxime aues in terra etiã requiescunt, fœtus quoq; propagãt: pars enim humoris qui uaporaliter exhalatur, etiã super terras extẽditur. Ideoq; cũ dixisset scriptura, Educãt aquæ reptilia anima rum uiuarũ, & uolatilia inquit, super terrã: addidit sanè dicẽs, secundũ firmamentũ cœli, in quo potest aliquãto manifestius apparere illud quod antea uidebatur obscurũ. Non enim ait, in firmamẽto cœli, sicut de luminaribus, sed uolantia, inquit, super terrã, secundũ firmamentũ cœli: quia uidelicet hoc caliginosum & humidũ spacium in quo aues uolãt, illi spacio cõtiguũ est ubi uolare nõ possunt, quod iã merito trãquillitatis & quietis pertinet ad firmamentũ cœli. In cœlo ergo uolant aues, sed in isto, quod ille psalmus etiã terræ nomine includit: ꝓpter quod cœlũ uocãtur multis locis uolatilia cœli, nõ tamẽ in firmamẽto, sed secundũ firmamentũ. Animalia terrestria & aquatica. VIII Nõnulli putant propter sensus tarditatẽ animalia non animã uiuã, sed reptilia animarũ uiuarũ appellata: sed si propterea sic appellarentur, auibus daretur nomẽ animæ uiuæ. Cum uero & ipsa uolatilia dicta sunt sicut illa reptilia, ut subaudiatur animarũ uiuarum: fatendũ est, ut arbitror, ita dictũ, ac si diceret, quæ sunt in animab. uiuis reptilia et uolatilia: sicut dici posset ignobilia hominũ, ut intelligeremus, quicũq; sunt in hominibus ignobiles: quanq; enim sint & animalia terrestria quæ repunt super terrã, tamẽ ex multo maiore numero pedibus mouentur, & tã pauca fortassẽ in terris repũt, q; pauca in aquis gradiuntur. Nõnulli autem putauerũt propterea non animã uiuã, sed reptilia animarũ uiuarum pisces esse appellatos, ꝙ eis memoria nulla sit, uel aliqua uita uelut rationi uicinior. Sed fallit eos experiẽtia minor, Nam quidã scripserũt quæ animaduertere potuerũt in uiuarijs piscium multa miranda. Sed etiã si falsa scripserunt forte, memoriã tamẽ pisces habere certissimũ est, Quod ipse sum expertus, & experiant̃ qui possunt & uolunt. Nã fons quidã magnus Bullẽsium regionũ, ferè plenus est piscium. Solent aũt homines desuper intuẽtes eis aliquid iacere, quod sibi uel præripiãt confluentes, uel inter se diripiãt cõcertantes. Quo pacto assuefacti, deambulantib. super orã fontis hominibus, ipsi quoq; cum eis congregatim natãdo eunt & redeũt, expectãtes ut inde aliquid iactent quorũ præsentiã sentiunt. Non itaq; frustra mihi uidetur aquarum animalia sic appellata reptilia, quemadmodũ & aues uolatilia: nã si uel nulla memoria, uel sensus tardior, animę uiuæ nomẽ repulisset à piscibus, uolatilib. certe adhiberet̃, quorũ uita in oculis nostris est, memoratu garrula, & innidis construendis educãdisq; fœtibus solertissima. Nec ignoro, ita quosdã Philosophos sua cuiusq; elementi distribuisse animalia, ut terrena

Quòd quidã philosophi cuiq; elemẽto sua animalia distribuerũt. C. IX

esse dicerent, nõ tantum quæ in terra repunt atq; gradiuntur, sed aues etiã, quòd & ipsę in terra requiescãt, uolando fatigatæ. Aerea uero animalia dæmones esse, cœlestia deos, quorum quidẽ nos partim luminaria, partim angelos dicimus. Idẽ tamẽ aquis pisces & sui generis beluas attribuũt, ut nullũ elementũ suis animalib. uacet: quasi uero sub aquis terra nõ sit, aut probare possint pisces nõ in terra requiescere ad reparãdas natandi uires, sicut uolãdi aues. Et si forte rarius pisces id faciunt, ꝙ ad gestãda corpora sit unda q; aura ualidior, ita ut terrena quoq; animalia natãtia ferat, siue usu docta, ut homines, siue natura, ut quadrupedia uel serpẽtes. Aut si propterea non putant, quia nõ insunt pedes piscibus, nec phocę aquarũ sunt, nec colubri cochleæq; terrarum: nam & illę pedes habẽt, & hæc genera sine ullis pedibus, nõ dico, requiescunt in terra, sed ab ea uix aut nunq; recedũt. Dracones autẽ sine pedibus & in speluncis requiescere, & in aerẽ sustolli perhibẽtur: qui quanq; non facile noti sint, literæ tamẽ, non tantum nostræ, sed etiam gentiliũ nequaquã de istorum animantiũ genere tacuerũt. Quapropter etsi dæmones aerea sunt animalia, quoniã corporum aereorũ natura uigent: & propterea morte non dissoluũtur, quia præualet in eis elemẽtum, quod ad faciẽdum q; ad patiendũ est aptius: duobus subterpositis, aqua scilicet & terra, uno autẽ superpositio, id est, igne sydereo: distribuunt̃ enim elementa ad patiendum duo, humor & humus: ad faciendũ autem alia duo, aer & ignis. Si ergo hæc ita sunt, nõ impedit ista distinctio nostrã scripturã, quę nõ ex aere, sed ex aquis producta indicat uolatilia, quia subtilioris quidẽ & in auras exhalati atq; distenti, sed tamen humoris locus uolatilibus datus est. Aer autem à cõfinio luminosi cœli usq; ad aquarũ fluida, & nuda terrarũ pertenit. Nõ tamen totũ spaciũ eius exhalationes humidæ infuscãt, sed usq; ad eum finẽ, unde incipit etiã terra nominari, secundũ illum Psalmũ ubi dicitur: Laudate dominum de terra. Superior uero pars aeris, propter purã trãquillitatem, cœlo cui collimitat̃, cõmuni pace coniungit̃, & eius uocabulo nuncupat̃. In qua fortasis parte si fuerũt ante transgressionẽ suã, trãsgressores angeli cũ principe suo nũc diabolo, tunc archãgelo: nã nõnulli nostri, nõ eos putãt cœlestes uel supercœlestes angelos fuisse: nõ mirum si post peccatũ in hanc sunt detrusi caliginẽ, ubi tamẽ & aer sit, & humore tenui cõtexat̃, qui cõmotus uentos, & uehemẽtius cõcitatus etiã ignes & tonitrua, & cõtractus nubila, & cõspissatus pluuiã, & congelãtib. dẽsioribus nubilis niuẽ, & turbulẽtius cõgelãtib. dẽsioribus nubilis grãdinẽ, & distẽtus serenũ facit, occultis impressis & opere dei à summis ad infima uniuersa quę creauit administrãtis. Vnde & in illo Psalmo cũ cõmemorata essent, ignis, grãdo, nix, glacies, spiritus tẽpestatis: ne talia sine ꝓuidẽtia diuina fieri moueriq; putarent̃, cõtinuo subiecit, quę faciunt uerbũ eius. Si aũt trãsgressores illi antequ trãsgrederẽtur cœlestia corpora gerebãt, neq; hoc mirũ est

Dæmones, aer terra. Cap. X

Venti Tonitrua Nubes Pluuia Grando Serenitas

Psal. 148

est, si cõuersa sunt ex pœna in aereã qualitatẽ, ut iam posśint ab igne, id est, ab elemẽto naturæ superioris aliquid pati: nec aeris saltem spacia superiora atq; puriora, sed ista caliginosa tenere permissi sunt, qui eis pro suo genere quidã quasi carcer est, usq; ad tẽpus iudicij. Et si quid de his trãsgressoribus angelis diligẽtius requirendũ est, alius erit accõmodatior scripturæ locus. Proinde nũc quod satis est, si hæc spacia turbida & procellosa propter aeris naturã usq; ad undas terrasq; porrecta possunt aerea corpora sustinere, possunt & auium quæ producta sunt ex aquis, propter aquarum tenues halitus: qui scilicet eidẽ aeri iuxta undas & terras circumfuso, atq; ob hoc infimæ atq; terrenæ parti deputato, uaporaliter inserũtur & auras intexunt, quæ nocturnis rigoribus aggrauatæ sereno etiã rore distillant: si aũt uehemẽtius frigus est, etiã gelu candidius inalbescunt. Et dicit deus: Educat terra animã uiuã secundũ genus suum: quadrupedia & reptilia & bestias terræ secundũ genus suũ, & pecora secundũ genus suũ. Et factum est sic. Et fecit deus bestias terræ secundũ genus suum, & pecora secundũ genus, & omnia reptilia terræ secũdũ genus suũ. Et uidit deus quia bona sunt. Iam nũc consequẽs erat ut alterã partẽ, quæ proprie terra dicit̃, infimi huius loci, quę totum cũ omnibus abyssis & nebuloso aere uniuersaliter uocabulo terræ alibi scriptura complectit̃, ornaret animalib. suis. Et manifesta quidem sunt animaliũ genera, quę in uerbo dei terra produxit. Sed quia sæpe nomine pecorũ uel nomine bestiarũ animalia omnia rationis expertia solẽt intelligi, merito quæritur, quas nũc proprie bestias, & quę nũc pecora dicat. Et repẽtia quidẽ siue reptilia terrena, non est dubitandũ ꝙ omnes serpẽtes intelligi uoluit, quanq; & bestię dici possint, pecorũ autem nomẽ nõ usitate serpẽtib. conuenit. Rursum leonib. & pardis & tigridib. & lupis, & uulpibus, canibus etiã & similjs, atq; id genus cæteris usitate cõuenit uocabulum bestiarũ. Pecorũ autem nomẽ his animalibus accõmodatius aptari solet, quæ sunt in usu hominũ: siue aduuandis laboribus, ut boues & equi, & si qua talia: siue ad lanificiũ, uel ad uescendum, ut oues & sues. Quid ergo sunt quadrupedia? Quanq; eẽ hæc omnia prẽter quædã serpentia quatuor pedibus gradiant̃, nisi tamẽ hoc proprio nomine quędam uellet intelligi, non utiq; hic etiã quadrupedia nominaret, quãuis de his in repetitiõe tacuerit. An cerui & damulæ & onagri & apri, quia neq; illis bestijs ubi leones sunt cõiungi possunt, similes enim sunt illis pecoribus, neq; tamen sub humana cura sunt, proprie quadrupedia nũcupata sunt: quasi reliqua essent hæc animalia, quibus ista appellatio generalis quidẽ cũ multis propter numerũ pedum, sed tamẽ speciali significatione tribueretur? An quia ter dixit, secundum genus, tria quædã genera nos inuitat attendere? Primo, secundũ genus quadrupedia & reptilia, ubi arbitror significatũ quæ quadrupedia dixerit scilicet quæ in genere sunt reptiliũ, sicut sunt lacerti, stel-

liones, & si quid huiusmodi est. Ideoq; in repetitione quadrupedũ nomen nõ iterauit, quia reptiliũ uocabulo fortassẽ cõplexus est: unde ibi non simpliciter ait, reptilia, sed addidit, oẽia reptilia terræ. Ideo terræ, quia sunt & aquarũ, & ideo omnia ut illic intelligant̃ quæ quatuor etiã, pedib. nituntur, quę superius quadrupedũ nomine ꝓprie significata sunt. Bestias aũt de quibus item ait, secundũ genus, quicquid ore aut etiã unguibus sæuit, exceptis serpẽtibus. Pecora uero de quib. terẽtio ait, secundũ genus, quæ neutra ui lacerãt, sed aut cornibus, aut ne hoc quidẽ. Prædixi enim & quadrupedũ nomen q; late pateat, ipso pedũ numero facile agnosci, & nomine pecorũ uel bestiarum omne irrationale animal aliquãdo cõprehẽdi. Sed etiã ferarũ uocabulum solet in Latina lingua tantundẽ ualere: nõ ideo tamen negligenda fuit cõsideratio, quomodo possint hæc nomina, quæ non frustra in hoc scripturarum loco posita sunt, etiã speciali distinctiõe discerni, quod in usu loquendi quotidiano facile animaduerti possit.

Animalia terrestria & aquatica. VIII

Secundum genus. Ca. XII

Nõ frustra etiã lectorẽ mouet, utrũ ne pasśim & quasi fortuitu, an aliqua ratione dicatur, secundũ genus, tanq; fuerint & antea cũ prima creata narrẽtur: an genus eorũ in superioribus rationibus intelligendũ est utiq; spiritalibus, secundũ quas creantur inferius. Sed si ita esset, hoc de luce, hoc de cœlo, hoc de aquis & terris, hoc de cœli luminaribus dicereẽ. Quid enim eorũ est cuius nõ æterna & incõmutabilis ratio in ipsa dei sapientia uigeat, quæ attingit à fine usq; ad finẽ fortiter & disponit omnia suauiter? Incipit autem hoc dici de herbis & lignis, usq; ad hęc terrena animãtia. Nã & in eis quæ ex aquis creata sunt, quamuis in prima cõmemoratione dictum nõ sit, in illa tamẽ iteratione dictum est, Et fecit deus cetos magnos & omnẽ animã animaliũ reptiliũm, quæ eduxerunt aquæ secundũ genus eorũ, & omne uolatile pennatũ secundũ genus. An quia hęc ita exorta sunt, ut ex eis alia nascerẽtur, et originis formã successione seruarẽt, ideo dicuntur secundũ genus, ꝓpter propagationẽ prolis qua permãsura creabãtur? Sed cur de herbis & lignis non solũ dicitur, secundũ genus, uerumetiã secundũ similitudinẽ, cum & animalia siue aquarum, siue terrarũ secundum similitudinẽ suam generẽt? An quia genus sequitur similitudo, noluit eam ubique repetere. Nam & semen nõ ubiq; repetiuit, cũ tam herbis et lignis insit, quàm animalibus, etsi nõ omnibus. Obseruatũ est enim quædã ita nasci ex aquis uel terra, ut sexus eis nullus sit: & ideo semen eorum non sit in eis, sed in elemẽtis ex quibus oriuntur. Hoc est ergo secundũ genus, ubi & seminum uis & similitudo intelligitur succedentiũ decedentibus: quia nihil eorũ ita creatũ est, ut semel existeret, uel permansurũ, uel nullo succedente decessurum. Cur ergo et de homine nõ ita dictum est, Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostram, secundũ genus: cum & hominis propago manifesta sit? An quia non ita deus fecerat hominem ut moreretur, si præceptũ seruare uoluisset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ideo non erat necessarius decessori successor. Sed post peccatū comparatus est pecorib. insensatis, & similis factus est eis: ut iam filij seculi huius generēt & generētur, quo posset mortaliū genus seruata successione subsistere. Quid sibi uult ergo post hominē factum illa benedictio, Crescite & multiplicamini & implete terrā: quod utiq; fieri posset generādo? An nihil hinc temere dicēdum, donec ad eū scripturæ locū peruenīamus: ubi diligētius ista requirenda atq; tractāda sunt? Potest enim nunc fortasse sufficere propterea de homine nō dictum esse secūdū genus, quia unus fiebat, de quo etiā fœmina facta est. Non eīm multa genera hominū, sicut herbarū, lignorū, piscīū, uolatiliū, serpentiū, pecorum, bestiarum: ut sic dictū accipiamus, secundū genus, ac si diceretur generatim, ut inter se similia atq; ad unam originem seminis pertinentia distinguerētur à cęteris.

Benedictio animaliū. XIII Item quæritur, quid tantum aquarū animalia de creatore meruerint ut sola benedicerētur sicut homines? Nam & ipsa benedixit deus dicēs: Crescite & multiplicamini & implete aquas maris, & uolatilia multiplicētur super terrā. An in uno creaturæ genere dicendū fuit, ut in cæteris consequenter intelligeretur, quæ generationibus crescunt? Prius ergo diceretur in eo quod primū tale creatum est, in herba scilicet atq; ligno. An forte quæ nullū haberent propagādæ prolis affectū, ac sine ullo sensu generarent, indigna iudicauit illis benedictionis uerbis, Crescite & multiplicamini: ubi autē talis inesset affectus, ibi primū hoc dixit, ut in terrenis animalibus etiā non dictū in-

Officium gignendi telligeretur? Necessariū autem fuit hoc in homine repetere, ne quisquā diceret in officio gignendi filios ullum esse peccatum, sicut est in libidine, siue fornicandi, siue ipso cōiugio immoderatius

Insectorū origo. C. XIIII abutendi. Nōnulla etiā de minutissimis animalibus quæstio est, utrū in primis rerū mortaliū cōditionib. creata sint, an ex cōsequētib. rerū mortalium corruptionibus? Nam pleraq; eorū aut de uiuorū corporum uitijs, uel purgamētis, uel exhalationibus, aut cadauerū tabe gignuntur: quędam etiā de corruptione lignorum & herbarum, quædā de corruptionibus fructuū, quorū omniū non possumus recte dicere deum nō esse creatorem. Inest enim omnibus quoddā naturæ suī generis decus, sic ut in his maior sit admiratio bene considerantis, & laus uberior omnipotētis artificis: qui omnia in sapientia fecit, qui à fine usq; ad finem pertendens, & suauiter cuncta disponens, nec ea ipsa rerū nouissima quę pro suī generis ordine dissoluuntur, & quorum dissolutionē ex pœna nostræ mortalitatis horremus, relinquit informia: sed creat minima corpore, acuta sensu animantia: ut maiore attētione stupeamus agilitatē muscæ uolantis, quàm magnitudinē iumenti gradientis, ampliusq; miremur opera formicarum, quàm onera camelorū. Sed utrum in primis, ut dixi, rerū conditionibus, quæ isto sex dierū ordine creatæ narrantur, hæc quoq; minima instituta credamus, an postea consequentibus corruptibilium corporū solutionibus, hoc quæritur. Et potest quidē dici ea minutissima, quæ uel ex aquis, uel terris oriūtur tunc creata: in quibus etiam illa non absurde intelligūtur quæ nascūtur ex ijs quę terra germināte orta sunt. Et quia præesserāt cōditionē, non solum animalium, sed etiam luminarium. Et quia terræ continuantur per radicū connexionē, unde illo die quo apparuit arida, exorta sunt, ut potius ad supplementum habitationis, ęs ad numerum habitatorū pertinere intelligerentur. Cætera uero quæ de animaliū gignūtur corporibus, & maxime mortuorū, absurdissimū est dicere tūc creata, cum animalia ipsa creata sunt: nisi quia inerat iam in omnib. animatis corporibus uis quædam naturalis & quasi præseminata materia, & quodāmodo initiata primordia futurorum animaliū, quę de corruptionibus taliū corporum pro suo quæq; genere ac differētijs erant exortura, per administrationē ineffabilem omnia mouēte incōmutabili creatore. De generibus quoq; animaliū uenenosis & pernicios quęri solet, utrum post peccatū hominis ad uindictā creata sint: an potius cum iam creata essent innoxia, non nisi postea peccatoribus nocere cœperint? Neq; hoc mirū est, quandoquidē etiam temporibus huius uitæ laboriosæ atq; erumnosæ, cum ita sit nemo iustus ut perfectum se audeat dicere, fideliter attestante Apostolo dicēte: Nō quia iam acceperim aut etiā perfectus sim: Cumq; adhuc exercendæ atq; in infirmitate perficiēdæ uirtuti necessariæ sint tentationes & molestiæ corporales, eodē rursus Apostolo manifestante qui ait, in magnitudine reuelationū ne extolleretur, datum sibi esse stimulū carnis, angelum satanæ ut eū colaphizaret, rogatumq; à se dīm tertio ut discederet ab eo, respondisse sibi, Sufficit tibi gratia mea: Nam uirtus in infirmitate perficitur: tamē & sanctus Daniel inter leones saluus atq; intrepidus uixit, qui nō utiq; deo mentiēs in oratione, non tantum peccata populi suī, sed etiā sua fateret. Et in ipsius Apostoli manu mortifera uipera adhæsit, nec læsit. Potuerūt ergo ista etiā creata nihil nocere, si causa nō extitisset, uel terrendorū puniēdorumq; uitiorū, uel probādę perficiēdæq; uirtutis: quia & exępla sunt demōstrāda patiētię ad profectum cæterorū, & ipse sibi homo in tētationibus certius innotescit, & iuste salus illa perpetua quę turpiter amissa est per uoluntatē, fortiter recipit per dolorē. Dicet aliquis, Cur ergo inuicē bestiæ nocēt, quibus nec peccata ulla sunt, ut uindicta ista dicat, nec ullā recipiūt tali exercitatiōe uirtutē? Ideo nimirū, quia scilicet aliæ cibi sunt aliorū: nec recte possumus dicere, nō essent aliæ quibus aliæ uescerētur. Habēt enim omnia quandiu sunt, mēsuras, numeros & ordines suos, quæ cuncta merito cōsiderata laudant, nec sine occulta ꝓ suo genere moderatiōe pulchritudinis, tēporalis etiā, ex alio in aliud trāseundo mutant. Quod etsi stultos latet, sublucet proficiētibus, clarum perfectis est. Et certe omnib. talibus inferioris creaturæ motibus prębent homini salubres admonitiones

nes, ut uideat quantū sibi satagendū sit pro salute spiritali & sempiterna, qua omnib. irrationalibus animātib. antecellit, cū illa uideat à maximis elephantis usq; ad minimos uermiculos pro salute corporali & tēporali, quā pro suī generis inferiore ordinatione sortita sunt, siue resistēdo, siue cauendo agere quicquid ualēt: quod nō appareret nisi cum quædā refectionē corporis sui ex aliorū corporib. quęrūt, alia se uel repugnādi uiribꝰ, uel fugę prędio, uel latebrarū munimine tuentē: Nā & ipse corporis dolor in quolibet animante magna & mirabilis animæ uis est, quę illā cōpagem ineffabili permixtiōe uitaliter cōtinet, & in quandam suī moduli redigit unitatē, cū eam nō indifferenter, sed ut ita dicā, indignanter patiat corrumpi atq; dissolui. Illud etiā fortasse aliquem moueat, si animalia noxia uiuos homines aut pœna liter lædunt, aut salubritēr exercent, aut utiliter probāt, aut ignoranter docent, cur in escas suas dilacerant etiā corpora hominū mortuorū? Quasi uero quicquā interfit ad nostrā utilitatē, ista caro iam exanimis in naturę profunda secreta ꝑ quos trāsitus eat, unde mirabili omnipotētia creatoris reformāda rursus eruatur: quanquam & hinc fiat quædā prudentibus admonitio, ut se ita cōmendent fideli creatori, omnia maxima & minima occulto nutu administrāti, cui nostri etiā capilli numerati sunt, ne propter inanes curas exanimatorum corporū suorū ulla genera mortiū perhorrescāt, sed pię fortitudinis neruos ad omnia præparare nō dubitent. Talis etiā quæstio de spinis et tribulis solet oriri, & de quibusdā lignis infructuosis, uel cur uel quādo creata sint, cū deus dixerit, Producat terra herbā pabuli seminantē semē, & lignum fructiferū faciens fructum. Sed qui ita mouētur, nō intelligunt saltē de usitatis formulis humani iuris, quēadmodū appellet ususfructus. Vtilitas enim quædā fruentiū in fructus nomine cōsideratur. Quātæ autē sint utilitates, siue manifestæ, siue occultæ omniū quæ terra gignēs radicitus alit, & ipsi quædā intueant, & ab expertis cætera inquirāt. Et de spinis quidē ac tribulis absoluta potest esse responsio, quia post peccatū dictum est homini de terra: Spinas & tribulos pariet tibi. Nec tamē facile dicendū est tunc cœpisse ista oriri ex terra, Fortasis enim quoniā in ipsis quoq; generibus seminū multæ reperiunt utilitates, poterāt habere locū suū sine ulla pœna hominis. Sed ut in agris in quibus iā pœnaliter labora bat, etiā ista nascerent, hoc ad cumulū pœnę ualere credi potest, cū possent alibi nasci, uel ad auiū pecorumq; pastus, uel ad ipsorū hominū aliquos usus. Quanq; & ille sensus nō abhorret ab his uerbis, quo ita intelligit dictum, Spinas & tribulos pariet tibi: ut hæc etiā antea terra pariēs, non tamen homini pareret ad laborē, sed cuiusq; modi animalib. conuenientē cibū. Sūt enim quę his generibus, & mollioribus & aridiorib. cōmode sua uiterq; uescant. Tunc aūt cœperit ista homini parere ad erumnosum negociū, cū post peccatū cœpit in terra laborare, Non ꝙ aliis locis hæc antea nascerētur, & pōst in agris quos homo ad capiendas fruges coleret, sed & prius & postea in eisdē locis: prius tamē non homini, pōst aūt homini, ut hoc significetur quod additū est, tibi: quia nō est dictum fœminæ & tribulos pariet, sed pariet tibi: id est, ut tibi iam ista nasci incipiāt ad laborē, quę ad pastū tantūmodo aliis animalib. antea nascebant.

Homo ad imaginem dei. Cap. XIX Et dixit deus: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinē nostrā, & dominetur piscīū maris & uolatiliū cœli, & omniū pecorū, & omnis terræ, & omniū reptilium repentiū super terrā. Et fecit deus hominē, ad imaginē dei fecit eum: masculum & fœminā fecit eos, & benedixit eos deus dicēs: Crescite & multiplicamini, & implete terrā, & dominamini eius, & principamini piscium maris, & uolatiliū cœli, & omniū pecorū, & omnis terræ, & omniū reptiliū repentiū super terrā. Et dixit eis deus: Ecce dedi uobis omne pabulū seminale, seminās semen quod est super omnē terram, & omne lignū quod habet in se fructū seminis seminalis, uobis erit ad escā, & omnib. bestijs terræ, & omnib. uolatilibus cœli, & omni reptili repēti super terrā, quod habet in se spiritū uitę, & omne pabulū uiride in escā. Et factū est sic. Et uidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona ualde: & facta est uespera, & factum est mane dies sextus. Etiā atq; etiā de natura hominis pōst erit uberior cōsiderādi & diligētius disserēdi locus. Nunc tamē ut opera sex dierū nostra inquisitio pertractatioq; cōcludat, hoc primū breuiter dicimus, non indifferēter accipiendū quod in aliis operib. dicitur, Dixit deus, fiat. Hic aūt dixit deus: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā: ad insinuandū scilicet, ut ita dicā, pluralitatē personarū propter patrē & filium & spiritū sanctum. Quā tamē deitatis unitatē intelligendā, statim admonet dicens, Et fecit deus hominē ad imaginē dei: non quasi pater ad imaginē filij, aut filius ad imaginē patris, alioquin nō uere dictū est, ad imaginē nostram, si ad patris solius aut filij solius imaginē factus est homo. Sed ita dictum, fecit deus ad imaginem dei: tanquā diceretur, fecit deus ad imaginē suā. Cum autē nunc dicitur, ad imaginē dei: cum superius dictum sit, ad imaginē nostrā: significat quod nō id agat illa pluralitas personarū, ut plures deos uel dicamus uel credamus uel intelligamus: sed patrē & filiū & spiritū sanctum, propter quam trinitatē dictum est, ad imaginē nostram: unū accipiamus deū, propter quod dictum est, ad imaginē dei. Hic etiā illud nō est prætereundū, quia cum dixisset, ad imaginē nostrā: statim subiunxit, & habeat potestatem piscīū maris & uolatilium cœli & cæterorū animaliū rationis expertiū: ut uidelicet intelligamus in eo factum hominem ad imaginē dei, in quo irrationalib. animātibus antecellit. Id aūt est ipsa ratio, uel mens, uel intelligētia, uel si quo alio uocabulo commodius appellat. Vnde & Apostolus dicit, Renouamini spiritu mētis uestræ, & induite nouū hominē qui renouatur in agnitione dei, secūdū imaginē eius qui creauit eū: satis ostendens ubi sit homo creatus

2 sent. dist. 15 c. de quibusdā.

Animalia uenenosa. XV

Bestiarum iniuria ipsis displicentia. Cap. XVI

Imperiū datū homini. XX

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus ad imaginẽ dei,quia nõ corporeis liniamẽtis, sed quadã forma intelligibili mentis illuminatæ. A Ac per hoc ſicut in illa prima luce, ſi eo nomine recte intelligit facta lux intellectualis, particeps æternæ atq; incõmutabilis ſapiẽtiq; dei,non dictũ eſt,& ſic eſt factum,ut deinde repeteretur,et fecit deus:quia ſicut iã quantũ potuimus diſſeruimus, nõ fiebat cognitio aliqua uerbi dei in prima creatura,ut poſt eã cognitionẽ inferius creareť,quod in eo uerbo creabatur,ſed ipſa primo creabať lux in qua fieret cognitio uerbi dei per quod creabatur,atq; ipſa cognitio illi eſſet ab informitate ſua conuerti ad formantẽ deũ,& creari atq; formari: poſtea uero in cæteris creaturis dicit̃,& ſic eſt factũ:ubi ſignificať in illa luce,hoc eſt in intellectuali creatura prius facta uerbi cognitio, ac deinde cũ dicit̃,& fecit deus, ipſius creaturæ genus fieri B demonſtratur, quod in uerbo dei dictũ erat ut fieret:hoc & in hominis cõditione ſeruať. Dixit eñ deus,Faciamus hominẽ ad imaginẽ noſtrã:& cætera. Ac deinde nõ dicitur,& ſic eſt factũ:ſed iam ſubinferť,Et fecit deus hominẽ ad imaginẽ dei: quia & ipſa natura ſcilicet intellectualis eſt ſicut & illa lux,et,ꝓpterea hoc eſt ei fieri quod eſt agnoſcere uerbũ dei per quod fit. Nã ſi diceretur,et ſic eſt factũ,& poſtea ſubinferret̃,& fecit deus,quaſi prius factum intelligeretur in cognitione rationalis creaturæ,ac deinde in aliqua creatura quæ rationalis nõ eſſet. Quia uero & iſta creatura rationalis eſt,& ipſa eadẽ cognitiõe perfecta eſt. Sicut enim poſt lapſum peccati homo in agnitione dei renouať ſecundũ imaginẽ eius qui creauit eũ: ita C in ipſa agnitione creatus eſt anteq; delicto uetereſceret,unde rurſum in eadẽ agnitione renouare/tur. Quæ aũt nõ in ea cognitiõe creata ſunt: quia ſiue corpora ſiue irrationales animæ creabantur, primo facta eſt in creatura intellectuali cognitio eorũ à uerbo dei quod dictũ eſt ut fierẽt: propter quã cognitionẽ primo dicebať,& ſic eſt factũ: ut oſtẽderetur facta ipſa cognitio in ea natura quæ hoc in uerbo dei anteq; eſſet cognoſcere poterat: ac deinde fiebãt ipſæ corporales irratiõales creaturæ,,ꝓpter quod deinceps addebať,& fecit de⁹.

Immortalitas hominis. *Cap. XXI*

Quomodo autẽ homo immortalis factus ſit,& acceperit eſcã cum aliis animalibus herbã pabuli ferentẽ ſemen,& lignum fructiferũ & herbã uiridem,difficile eſt dicere. Si enim peccato mortalis D effectus eſt,utiq; ante peccatũ non indigebat talibus cibis. Neque enim poſſet illud corpus fame corrumpi. Nã & illud quod dictũ eſt, Creſcite & *Gen. 1* multiplicamini & implete terrã: quanq; niſi per concubitũ maris & fœminæ fieri nõ poſſe uideatur, unde hinc quoq; mortaliũ corporum extitit indiciũ: poteſt tamẽ dici alium modũ eſſe potuiſſe in corporibus immortalibus, ut ſolo piæ charitatis affectu nulla corruptionis cõcupiſcẽtia filij naſcerẽtur, nec mortuis parentib. ſucceſſuri, nec *2 ſen diſt. 20 c. de termino* ipſi morituri: donec terra immortalib. hominib. impleret̃, ac ſic inſtituto iuſto & ſancto populo, qualẽ poſt reſurrectionẽ futurũ credimus,naſcendi etiã modus fieret: poteſt quidẽ dici,& quomodo dicatur alia cõſideratio eſt. Sed nõ etiam hoc quiſquã dicere audebit,ciborum indigentiã quibus reficiebãtur, niſi mortalibus corporibus eſſe non poſſe. Nonnulli autem etiã hoc ſuſpicati *Homo interior. XXII* ſunt,nunc interiorem hominẽ factum, corpus autẽ hominis poſtea,cũ ait ſcriptura: Et finxit deus hominẽ de limo terræ: ut quod dictũ eſt, fecit: ad ſpiritũ pertineat: quod autem finxit: ad corpus. Nec attendunt maſculum & fœminã non niſi ſecundũ corpus fieri potuiſſe. Licet enim ſubtiliſſime differatur ipſam mentẽ hominis in qua factus eſt ad imaginẽ dei,quandam ſcilicet rationalẽ uitam,diſtribui in æternæ contemplationis ueritatem,& in quandã rerum temporaliũ adminiſtrationẽ,atq; ita fieri quaſi maſculum & fœminã,illa parte conſulente, hac obtemperãte: in hac tamen diſtributione nõ recte dicitur imago dei,niſi illud *Ubi nota cxxiii* quod inhęret contẽplandæ incõmutabili ueritati. In cuius rei figura Paulus apoſtolus uirũ tantũ *1. Cor. 11* dicit imaginẽ & gloriã dei: mulier autem, inquit, gloria uiri eſt. Ita quãuis hoc in duobus hominibus diuerſi ſexus exterius ſecundũ corpus figuratum ſit, quod etiã in una hominis interius mente intelligitur: tamen & fœmina quæ eſt corpore fœmina, renouať etiã ipſa in ſpiritu mẽtis ſuæ in agnitione dei ſecũdum imaginẽ eius qui creauit, ubi nõ eſt maſculus & fœmina. Sicut autẽ ab hac gratia renouatiõis,& reformatione imaginis dei non ſeparãtur fœminæ, quãuis in ſexu corporis earũ aliud figuratũ ſit,propter quod uir ſolus dicitur eſſe imago & gloria dei,Sic & in ipſa prima homo erat,habebat utiq; mentẽ ſuam eandemq; rationalem,ſecundũ quã ipſa quoq; facta eſt ad imaginem dei: ſed propter unitatem cõiunctionis, fecit deus,inquit, hominem ad imaginẽ dei. Ac ne *Gen. 1* quiſquã putaret ſolum ſpiritum hominis factum, quãuis ſecundũ ſolum ſpiritũ fieret ad imaginem dei, fecit illum, inquit, maſculũ & fœminã, ut iam etiã corpus factum intelligatur. Rurſum ne quiſquam arbitraretur ita factum,ut in homine ſingulari uterq; ſexus exprimeretur,ſicut interdum naſcũtur quos androgynos uocãt, oſtendit ſe ſingulare numerũ propter coniunctionis unitatẽ poſuiſſe. Et quod de uiro mulier facta eſt, ſicut poſt ea manifeſtabit̃,cũ id quod hic breuiter dictũ eſt diligẽtius cœperit explicari: & ideo pluralem numerũ continuo ſubiecit dicẽs: Fecit eos & benedixit eos. Sed ut iã dixi, diligẽtius in conſequenti ſcriptura de hominis creatiõe requiremus. Nũc *Fructus terræ Cap. XXIII* animaduertendum eſt,quod poſteaq; dixit,Et ſic factũ eſt: ſtatim ſubiecit,Et uidit deus omnia quę fecit,& ecce bona ualde: ubi intelligitur poteſtas & facultas ipſa data naturæ humanæ ſumẽdi ad eſcã pabulũ agri & fructus ligni. Ad hoc enim intulit,Et ſic eſt factum: quod ab illo loco inchoauerat,ubi ait: Et dixit deus, ecce dedi uobis pabulũ ſeminale: & cætera. Nã ſi ad omnia quæ ſupra dicta ſunt retulerimus quod ait,Et ſic eſt factũ: cõſequens erit ut cõſiteamur etiã creuiſſe illos iam & multiplicatos impleuiſſe terram in eodem ſexto die

die,quod eadẽ ſcriptura teſtante poſt multos annos factũ inuenimus. Quapropter cum data eſſet A hęc facultas edendi,& hoc deo dicente homo cognouiſſet,dicit̃,et ſic eſt factũ: in hoc utique quod deo dicẽte homo cognouit. Nam ſi id etiã tunc egiſſet,id eſt,in eſcã illa quę data ſunt etiã ueſcẽdo aſſumpſiſſet,ſeruareť illa cõſuetudo ſcripturæ,ut poſteaquã dictũ eſt,& ſic eſt factũ,quod ad expri mendã præcedentẽ cognitionẽ pertinet, deinde inferret etiã ipſa opatio, ac diceret̃,& acceperũt & ederũt. Poterat enim ita dici,etiã ſi non rurſus nominareť deus, Sicut in illo loco poſtea q̃ dictũ eſt, Cõgregeť aqua quę ſub cœlo eſt in cõgregationẽ unam & appareat arida: ſubinferť,& ſic eſt factũ. Ac deinde nõ dicit̃,et fecit deus: ſed tamen ita reperit̃,Et cõgregata eſt aqua in cõgregatio- *Ubi nota cxxiii* nes ſuas &c. Quod aũt nõ ſingillatim ut in cęte B ris etiam de humana creatura dixit,Et uidit deus quia bonũ eſt: ſed poſt hominẽ factũ, datamq; illi poteſtatẽ uel dominandi uel edendi,ſubintulit de omnib. Et uidit deus omnia quę fecit,& ecce bona ualde: merito quęri poteſt. Potuit enim primo reddi homini ſingillatim, q̃d ſingillatim cęteris quę antea facta ſunt redditũ eſt, tum demũ de omnib⁹ dici quę fecit deus,ecce bona ualde. An forte quia ſexto die perficiunt̃ omnia, propterea de omnib. dicendũ fuit,uidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona ualde: nõ ſingillatim de iſs quæ ipſo die facta ſunt? Cur ergo de pecoribus et beſtijs et reptilib. terræ dictũ eſt, quæ ad eundẽ diem ſextũ pertinẽt, niſi forte illa et ſingillatim in ſuo genere, & cũ cæteris uniuerſaliter dici bona meruerũt, et C homo factus ad imaginẽ dei, nõ niſi cũ cęteris hoc dici meruit? An quia perfectus nondũ erat, quia nõdũ erat in paradiſo cõſtitutus: quaſi uero poſt eaquã ibi cõſtitutus eſt, dictũ ſit quod hic prætermiſſum eſt? Quid ergo dicimus? An quia preſcibat deus hominẽ peccaturũ, nec in ſuæ imaginis perfectione manſurũ, non ſingillatim, ſed cũ cæteris eũ dicere uoluit bonũ, uelut intimãs quid eſſet futurũ? Quia cum ea quę facta ſunt in eo quod facta ſunt quantũ acceperunt, manent: ſicut uel illa quę nõ peccauerunt, uel illa quæ peccare nõ poſſunt: & ſingula bona ſunt, et in uniuerſo bona ualde ſunt. Nõ enim fruſtra eſt additũ, ualde, quia & corporis mẽbra etiã ſi ſingula pulchra ſunt, multo ſunt tamẽ in uniuerſi corporis cõpage omnia D pulchriora. Quia oculũ, uerbi gratia, placitũ atq; laudatũ, tamẽ ſi ſeparatũ à corpore uideremus, nõ diceremus tam pulchrũ q̃ in illa connexione mẽbrorum, cũ loco ſuo poſitus in uniuerſo corpore cerneret̃. Ea uero quę peccando amittunt decus propriũ, nullo tamẽ modo efficiũt, ut non etiã ipſa recte ordinata cũ toto atq; uniuerſo bona ſint. Homo igitur ante peccatũ & ſuo genere utiq; bonus erat: ſed ſcriptura prętermiſit hoc dicere, ut illud potius diceret quod futurũ aliquid prenũciaret. Non enim falſum de illo dictũ eſt. Qui eñ ſingillatim bonus eſt, magis utiq; cũ omnib. bonus eſt. Non aũt quando cũ omnibus bonus eſt, ſequitur ut etiam ſingillatim bonus ſit. Moderatum eſt itaq; ut diceretur, & quod in præſenti uerũ eſſet, & preſcientiam ſignificaret futuri. Deus enim naturarum optimus conditor, peccantium uero iuſtiſſimus ordinator eſt: ut etiam ſi qua ſingillatim fiunt delinquẽdo deformia, ſemper tamẽ cum eis uniuerſitas pulchra ſit. Sed iam ea quæ ſequũtur in ſequenti uolumine pertractemus.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM
LIBER IIII

T cõſummata ſunt cœlum & terra, & omnis ornatus eorum. Et cõſummauit deus in die ſexto opa ſua quæ E fecit, & requieuit deus in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, Et benedixit deus diem ſeptimum, & ſanctificauit eum, quia in ipſo requieuit ab omnib. operibus ſuis quæ inchoauit deus facere. Arduũ quidem atq; difficillimum eſt uiribus intentionis noſtrę, uoluntatẽ ſcriptoris in iſtis ſex diebus, mẽtis uiuacitate penetrare, utrum prẽterierint dies illi, & addito ſeptimo, nunc per uolumina temporũ, non re ſed nomine repetanť. In toto enim tempore multi dies ueniunt prẽteritis ſimiles, nullus autem idem redit. Vtrum ergo prẽterierint dies illi: an iſtis qui eorum uocabulis & numero cenſentur in temporũ ordine quotidie tranſcurrẽtibus, illi in ipſis rerũ conditionibus maneãt: ut non ſolum in illis tribus antequã fierent luminaria, ſed etiam in reliquis item tribus diei nomẽ intelligamus in ſpecie rei quæ creata eſt, noctẽq; eius priuationẽ uel defectum: uel ſi quo alio nomine melius ſignificatur, cum amittitur ſpecies aliqua mutatione, à forma ad informitatẽ declinante atque uergẽte: quę mutatio in omni creatura ſiue poſſibilitate ineſt etiam ſi deſit effectus, ſicut in cœleſtibus ſupioribus: ſiue ad implendã in infimis rebus pulchritudinẽ temporalem, per ordinatas uices quorũq; mutabilium deceſſionibus ſucceſſionibusq; peragitur, ſicut manifeſtũ eſt in rebus terrenis atq; mortalibus: ueſpera uero in omnibus perfectę cõditionis quaſi quidam terminus ſit, mane aũt incipientis exordium: omnis enim creata natura certis ſuis initijs & finibus continet̃: indagare difficile eſt. Sed ſiue hoc, ſiue illud, ſiue aliquid etiam tertiũ probabilius quod dicať poſſit inueniri, quod in progreſſu diſputationis forſitan apparebit, quẽadmodũ in illis diebus & nox & ueſpera & mane intelligať: non eſt tamẽ ab re, ut cõſideremus ſenarij numeri perfectionẽ in ipſa interiori natura numerorũ, quam mente intuentes ea quę ſenſibus etiã corporis adiacent numeramus, numeroſq; diſponimus. Inuenimus ergo ſena- *Senarius numerus. 14* rium numerũ primum eſſe perfectum ea ratione q̃ ſuis partibus cõpleatur, Sũt enim & alij numeri aliis cauſis ratiõibusq; perfecti. Proinde iſtũ ſenariũ ea ratiõe perfectũ dicimus q̃ ſuis partibus cõpleatur, talibus duntaxat partibus quæ multiplicatę poſſint cõſummare numerũ cuius partes

Dies ſex quomodo accipiẽdi. Cap. I

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt. Talis em̃ pars numeri dici potest quota sit,
Nam ternarius numerus potest dici pars, nõ tan A
tum senarij cuius dimidia est, sed omniũ amplio/
rum q̃ est ipse ternarius. Nã & quaternarij et qui
narij pars maior ternarius est: potest em̃ diuidi &
quaternarius in tria et unũ, et quinarius in tria &
duo: et septenarij & octonarij & nouenarij, & qc/
quid ultra est numerorũ, pars est ternarius, nõ ma
ior uel dimidia, sed minor. Nã septenarius quoq;
diuidi potest in tria & quatuor, & octonarius in
tria & quinq;, & nouenarius in tria & sex: sed nul
lius horũ potest dici ternarius quota sit pars, nisi
tantũ nouenarij, cuius pars tertia est sicut senarij
dimidia. Itaq; horum omniũ quos cõmemorau̇i,
nullus cõsummaẽ ex aliquot ternarijs nisi senari/
us & nouenarius, Nam ille cõstat ex duob. terna
rijs, iste aũt ex tribus. Senarius ergo numerus, ut B
dicere cœperã, partibus suis cõnumeratis & in
summã ductis, in se cõpleẽ. Alij nanq; sunt nume
ri quorũ partes simul ductę minorẽ summã faciũt,
alij uero ampliorẽ: certis uero interuallorũ ratio/
nibus pauciores inueniunt, qui suis partib. com/
pleant, quarũ summa nec citra insistat, nec ultra
excrescat, sed ad tantũ occurrat quantus est ipse
numerus cuius partes sunt. Horũ primus senari/
1 us est: Nã unius in numeris nullę partes sunt. Sic
em̃ dicit unũ in numeris quib. numeramus, ut nõ
habeat dimidiũ uel aliquã partẽ, sed uere ac pure
2 ac simpliciter unũ sit, Duorũ autẽ pars unũ est, &
3 est dimidia, nec ulla altera. Ternarius uero duas
habet: unã quę dici possit quota sit, quod est unũ,
nam tertia eius est: & aliam maiorẽ quæ nõ possit C
dici quota sit, id est duo: nec huius ergo partes cõ
putari possunt illę de quibus agimus, id est, quę di
4 ci possunt quotæ sint. Porrò quaternarius duas
habet tales: nã unũ quarta eius est, duo dimidia:
sed ambę in summã ductę, id est unũ & duo, simul
ternariũ faciũt, nõ quaternariũ, Non ergo eũ cõ/
plent partes suę, quia in summa minore consistũt.
5 Quinarius nõ habet talem nisi unã, id est, ipsum
unũ quę quinta pars eius est. Nam & duo quãuis
pars eius minor sit, & tria maior: neutra tamẽ ea
6 rum dici potest quota pars eius sit. Senarius uero
tres partes tales habet, sextam, tertiam, dimidiã:
sexta eius unũ est, tertia duo, dimidia tria. Hæ au
tem partes in summam ductę, id est, unum & duo
& tria, simul eundẽ consummant perficiũtq; sena D
7 rium. Iam septenarius non habet talem partẽ nisi
8 septimũ, quod est unũ. Octonarius tres, octauã,
quartam, dimidiã, id est, unũ duo & quatuor: sed
hæ simul ductæ septenariũ faciunt infra existen/
9 tem: nõ ergo cõplent eundem octonariũ, Noue/
narius duas habet, nonam quod est unum, & ter
tiam quod est tria: hę autẽ simul quaternariũ faci
10 unt lõge nouenario minorẽ. Denarius tres habet
tales partes, unũ decimam, duo quintã, quinq; di/
midiã, qui numeri simul ducti ad octonarium per
11 ueniunt, nõ ad denariũ. Vndenarius non habet
nisi solam undecimam, sicut septenarius solam se
ptimam, & quinarius solam quintam, & ternari/
us solã tertiã, & binarius solam dimidiã, quod in

omnibus unũ est. Duodenarius uero partib. suis 12
talibus simul ductis, non ipse cõsummatur, sed ex
cedit, ampliorẽ quippe duodenario numerum fa
ciũt. Nã usq; ad sexdecim perueniũt, habet enim
eas quinq;, duodecimã, sextam, quartã, tertiã, di/
midiã. Nam duodecima eius unũ est, sexta duo,
quarta tria, tertia quatuor, dimidia sex, unum au/
tem & duo & tria & quatuor & sex in summã du
cta sexdecim sunt. Et ne multis morer, in infinita
serie numerorũ plures numeri inueniunt, qui ta
les partes aut nõ habẽt nisi singulas, sicut ternari/
us et quinarius et cęteri eiusmodi, aut ita plures ha
bẽt tales partes, ut in unũ ductæ atq; in summã re
ductę uel citra insistãt, sicut est octonarius & noue
narius, & alij plurimi, uel ultra excedãt, sicut duo
decim, & duodeuiginti, & multi tales. Plures er/
go reperiunt quilibet horũ q̃ illi qui perfecti uo
cant, eo quod multis suis simul ductis talibus par
tibus compleant. Nam post senariũ duodetrigin/
ta inuenit, qui similiter suis talibus partib. cõstat:
habet enim eas quinq;, uicesimãoctauã, quartãde
cimã, septimã, quartã, dimidiã, id est unũ & duo
quatuor & septẽ & quatuordecim: quę simul du/
ctę eundẽ duodetricesimũ cõplent, fiunt enim ui/
gintiocto: & quãto magis numerorũ ordo proce
dit, tanto productiorib. pro rata proportiõe inter
uallis repiunt hi numeri, qui suis talibus partibus
in summã redactis ad seipsos occurrũt, dicũturq; Gen. 2
perfecti. Quorũ enim numerorum tales partes si/
mul ductæ non implent eosdem numeros quorũ
partes sunt, imperfecti appellantur: quorum au/
tem excedũt, plus q̃ perfecti appellant. Perfecto
ergo numero dierũ, hoc est senario, perfecit deus
opera sua quę fecit. Ita scriptũ est, Et consumma/
uit deus in die septimo opera sua quæ fecit. Ma/
gis autẽ in istũ numerũ intentus fio, cum conside
ro etiam ordinem operũ ipsorũ. Sicut enim idem
numerus gradatim partibus suis in trigonũ sur/
git, Nam ita se sequunt unum, duo, tria, ut nullus
alius interponi possit, quæ singulæ senarij partes
sunt quibus cõstat, unum sexta, duo tertia, tria di/
midia, Ita uno die facta est lux, duobus aũt sequẽ
tibus fabrica mũdi huius, uno superior pars, id est,
firmamentũ, altero inferior, id est mare & terra:
sed partem superiorẽ nullis alimentorũ corpora/
lium generibus impleuit, quia non ibi erat positu
rus corpora tali refectione indigẽtia: at inferiorẽ
quam sibi cõgruẽtibus animalib. ornaturus erat,
necessarijs eorũ indigentiæ cibis ante ditauit. Re
liquis ergo tribus diebus ea creata sunt, quę intra
mũdum, id est, intra istam uniuersitatẽ uisibilem
ex elementis omnibus factã, uisibilia suis & con/
gruis motibus agerentur: primo in firmamẽto lu
minaria, quia prius erat factũ firmamentũ: dein/
de in inferiore animãtia, sicut ordo ipse poscebat,
uno die aquarũ, alio terrarum: nec quisquam ita
demens est ut audeat dicere non potuisse deũ fa/
cere uno die cũcta si uellet: aut si uellet biduo, uno
die spiritalẽ creaturã, & alio corporalẽ: siue uno
die cœlũ cum omnib. pertinentibus, & alio terrã
cum omnib. quę in ea sunt, & omnino quãdo uel

let

let, quãdiu uellet, & quomodo uellet: quis est qui
dicat uolũtati eius aliquid potuisse resistere? Qua A
propter cũ eum legimus sex diebus omnia perfe/
cisse, & senariũ numerũ cõsiderantes, inuenimus
esse perfectũ, atq; ita creaturarũ ordinẽ currere,
ut etiã ipsarũ partiũ quibus iste numerus perfici/
tur, appareat quasi gradata distinctio: Venit e/
tiam illud in mentẽ quod alio loco scripturarũ ei
dicit, Omnia in mensura & numero & pondere
disposuisti: atq; ita cogitet anima quę potest, inuo
cato in auxiliũ deo & impertiente atq; inspirante
uires, utrũ hæc tria, mẽsura, numerus, pondus, in
quibus deũ disposuisse omnia scriptũ est, erãt ali/
cubi anteq̃ crearet uniuersa creatura, an etiã ipsa
creata sunt: & si erãt antea, ubi erãt. Neq; em̃ an
creaturã erat aliq̃d nisi creator. In ipso ergo erãt.
Sed quomodo? nam & ista quæ creata sunt, in i/ B
pso esse legimus: an illa sicut ipse, ista uero sicut
in illo à quo reguntur & gubernant? Et quomo
do illa ipse? Neq; enim deus mẽsura est, aut nume
rus, aut pondus, aut omnia ista. An secundum id
quod nouimus mensuram in eis quę metimur, &
numerũ in eis quę numeramus, & pondus in eis
quę appendimus? nõ est deus ista: secundũ id uero
q̃ mẽsura omni rei modũ prefigit, & numerus
omni rei speciẽ præbet, & pondus omnẽ rem ad
quietẽ ac stabilitatẽ trahit, ille primitus & ueraci/
ter & singulariter, ista est qui terminat omnia, &
format omnia, & ordinat omnia: nihilq; aliud di/
ctum intelligiẽ, quomodo per cor et linguã huma
nam dici potuit, omnia in mensura & numero & C
põdere disposuisti, nisi omnia in te disposuisti? Ma
gnũ est paucisq; concessum, excedere omnia quę
metiri possunt, ut uideaẽ mensura sine mẽsura, ex
cedere omnia quę numerari possunt, ut uideaẽ nu
merus sine numero, excedere omnia quę appen/
di possunt, ut uideaẽ pondus sine põdere. Neq;
em̃ mẽsura et numerus & põdus in lapidibus tan
tũmodo & lignis atq; huiusmodi molibus, et quã
tiscũq; corporalibus uel terrestribus uel cœlesti/
bus animaduerti & cogitari potest. Est etiã mẽsu
ra alsquid agendi, ne sit irreuocabilis & immode/
rata, pgressio, & est numerus & affectionũ animi
& uirtutũ, quo ab stultitię deformitate, ad sapien
tiæ formã decusq; colligiẽ: & est põdus uolũtatis
& amoris, ubi apparet quãti quidq; in appetẽdo,
fugiẽdo, præponẽdo, postponẽdoq; pẽdatur: sed D
hæc animorũ atq; mentiũ mẽsura alia mẽsura co
hibeẽ, & numerus alio numero formaẽ, & põdus
alio põdere rapiẽ. Mensura autẽ sine mensura est,
cui æquaẽ quod de illa est, nec aliũde ipsa est. Nu
merus sine numero est, quo formãtur omnia, nec
ipse formaẽ: põdus sine põdere est, quo referũtur
ut quiescãt, quorũ quies purũ gaudium est, nec il
lud tamen referẽ ad aliud: sed nomina mẽsurę &
numeri & põderis, quisquis nõ nisi uisibiliter no
uit, seruiliter nouit. Trãscendat itaq; omne quod
ita nouit, aut si nõdum potest, nec ipsis nominib.
hæreat, de quib. cogitare nisi sordide nõ potest:
tanto em̃ magis cuiq; ista in superiorib. cara sunt,
quãto ipse minus est in inferiorib. caro. Quod si

nõ uult aliquis ea uocabula quæ in rebus infimis
& abiectissimis didicit, trãsferre ad illa sublimia,
quibus intuẽdis mentẽ serenare conaẽ, nõ est ur/
gendus ut faciat. Dum em̃ hoc intelligatur quod
intelligendũ est, nõ magnopere curandũ est quid
uocet. Scire oportet tamẽ cuiusmodi similitudo
est inferiorũ ad superiora, Non enim aliter recte
hinc illuc ratio tendit & nititur. Iam uero si quis
quã dicit creatã esse mensurã & numerũ & pon/
dus, in quibus deũ omnia disposuisse scriptura te
staẽ, si in illis omnia disposuit, eadem ipsa ubi dis
posuit? Si in aliis, quomodo ergo omnia in ipsis,
quãdo ipsa in aliis? Nõ itaq; dubitandũ est illa es
se extra ea quę disposita sunt, in quib. omnia dis/
posita sunt. An forte putabimus ita esse dictum, Disposuisse in
omnia in mẽsura & numero & põdere disposui/ numero, mẽsu/
sti: ac si diceret, omnia sic disposuisti ut haberẽt et ra, põdere. V
mensuram & numerũ & põdus? Quia & si dice/
ret, omnia corpora in coloribus disposuisti: non
hinc esset cõsequẽs, ut ipsa dei sapiẽtia per quam
facta sunt omnia, colores in se prius habuisse in/
telligeretur quibus faceret corpora: sed ita accí/
peret, omnia corpora in coloribus disposuisti: ac
si diceret, omnia corpora sic disposuisti, ut habe/
rẽt colores. Quasi uero à creatore deo disposita in
colorib. corpora, id est ita disposita ut colorata es
sent, possit aliter intelligi, nisi aliqua ratio colorũ
singulis corporũ generib. distribuendorũ in ipsa
disponẽtis sapiẽtia fuisse intelligaẽ, & si color ibi
nõ appellaẽ: hoc est em̃ quod dixi, dũ res cogno/
scit, nõ esse de uocabulis laborãdũ. Fateamur er/
go ita dictũ esse, omnia in mẽsura & numero & põ
dere disposuisti: tanquã ita dictũ esset, ita disposi/
ta ut haberẽt proprias mẽsuras suas & propríos
numeros & ppriũ põdus, quę in eis p suũ cuiusq;
generis mutabilitate mutarentur, augmẽtis & di
minutionibus, multitudine & paucitate, leuitate
et grauitate, secundũ dispositioñ dei. Nũquid si/
cut ista mutanẽ, ita ipsum dei cõsiliũ in quo ea dis/
posuit mutabile dicimus? Auertat ipse tantã de/
mentiã. Cũ ergo hęc ita disponerenẽ ut haberẽt Quõ deus di/
mẽsuras & numeros & põdera sua, ubi ea cerne/ sposuerit om/
bat ipse disponẽs? Neq; em̃ extra seipsum cerne/ nia. Cap. VI
bat sicut cernimus oculis corpora: quę utiq; nõdũ
erant cũ disponerenẽ ut fierẽt. Nec intra seipsum
ista cernebat sicut animo cernim⁹ phãtasias cor/
porũ, quę nõ presto sunt oculis, sed ea quę uidem⁹ D
uel ex eis quę uidemus imaginando cogitamus.
Quo ergo modo ista cernebat ut ita disponeret?
Quo nisi eo quo sol⁹ potest? Verũetiã nos morta
les et peccatores, quorũ animas aggrauat corpo/
ra corruptibilia, et quorũ sensũ multa cogitãtẽ ter
rena deprimit habitatio, quanq; & si corda mũdis
sima & mẽtes simplicissimas gererem⁹, sanctisq;
angelis iã essem⁹ equales, nõ utiq; nobis ita esset
nota diuina substãtia sicut ipsa sibi. Tamẽ istã se
narij numeri pfectionẽ, nec extra nosipsos cerni/ Senarij nume/
mus, sicut oculis corpora, nec intra nosmetipsos ri perfectionẽ
quẽadmodũ corporũ phãtasias, & uisibiliũ imagi quomodo cer
nes rerũ, sed alio quodã lõge differẽti modo. Quã namus. VII
uis em̃ se obiectẽt mẽtis aspectui quasi corpusculo

rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum quędam simulachra, cũ senarij numeri compositio uel ordo uel partitio cogitat: tamẽ ualidior & prępotẽtior desuper ratio non eis annuit interius quę numeri uim cõtuetur, per quẽ cõtuitũ fidẽter dicit, id quod dicit unũ in numeris in nullas partes diuidi posse, nulla autẽ corpora nisi in partes innumerabiles diuidi, & facilius cœlũ & terrã transire quę secundũ senariũ numerũ fabricata sunt, q̃ effici posse ut senarius numerus non suis partibus cõpleat. Gratias itaq; creatori semper agat animus humanus, à quo ita creatus est, ut hoc possit uidere quod auiũ nulla, nulla bestiarũ, quę tamẽ nobiscũ uident & cœlũ, et terram, et luminaria, & mare, & aridã, & omnia quæ in eis sunt. Quamobrẽ non possumus dicere, ꝓpterea senariũ numerũ esse perfectũ, quia sex diebus perfecit deus omnia opera sua: sed propterea deũ sex diebus perfecisse opera sua, quia senarius numerus perfectus est. Itaq; etiã si ista nõ essent, perfectus ille esset: Nisi autẽ ille perfectus esset, ista secundũ eũ perfecta non fierent. Iam uero quod scriptũ est, requieuisse deũ in die septimo ab omnibus operibus suis quę fecit, et ideo eundẽ diem benedixisse & sanctificasse, quia in ipso requieuit ab omnibus operib. suis, ut quomodo possumus, quantum ab ipso fuerimus adiuti intellectu conemur attingere, prius de hoc carnales hominũ suspitiones à nostris mentibus abigamus. Nũquid enim dici aut credi fas est deum laborasse in operando, cũ ea quę supra scripta sunt condidit, quãdo dicebat Fiant, & fiebãt: Ita quippe nec homo laborat, si aliquid faciendum mox ut dixerit fiat. Quamuis enim humana uerba sonis adminicula ta ita, ꝓferanẽ ut sermo diuturnus fatiget, tamẽ cũ tam pauca sunt q̃ pauca legimus in eo quod scriptũ est, cũ dixit deus, fiat lux, fiat firmamẽtum, & cætera usq; in finẽ operũ quę sexto die cõsummauit, nimis absurdi deliramenti est, istum uel hominis nedũ dei laborẽ putare. An forte quis dixerit, dicendo quidẽ ut fierent, quę cõtinuo facta sunt, deum nõ laborasse, sed forte cogitando quid fieri debuisset: qua uelut cura liberatus rerũ perfectione requieuerit, & eo merito diem quo primo factus est ab hac animi intentione securus, benedicere & sanctificare uoluerit? Quod sapere multũ despere est, Rerũ enim condendarũ tam facultas q̃ facilitas incõparabilis atq; ineffabilis est apud deũ. Quid restat ut intelligamus, nisi forte creaturæ ratiõali in qua & hominẽ creauit, in seipso requiẽ præbuisse post eius perfectionẽ per donũ spiritus sancti, per quẽ diffundit charitas in cordibus nostris, ut illuc feramur appetitu desiderij, quo cũ peruenerimus requiescamus, id est nihil amplius regramus? Sicut em̃ recte dicit deus facere quicquid ipso in nobis operãte fecerimus: ita recte deus dicitur requiescere cum eius munere requiescimus. Hoc quidẽ recte intelligim⁹, quia & uerũ est, & nõ magna intẽtione indiget, ut uideamur ita dicere requiescere deũ, cum nos requiescere facit, sicut dicit cognoscere, cũ efficit ut cognoscamus. Neq; em̃ deus tẽporaliter cognoscit quod antea nõ nouerat, et tamẽ dicit ad Abrahã, Gen.22
A Nũc cognoui quoniam times deũ: ubi quid aliud accipimus, nisi nũc feci ut cognosceret? His locutionũ modis, cũ ea quę nõ accidunt deo, tanq̃ illi accidant loquimur, eũ facere agnoscimus ut nobis accidãt ea dũtaxat quę laudabilia sunt. Et hoc quantũ scripturarũ usus admittit, Neq; em̃ nos temere aliquid tale de deo dicere debemus, q̃d in scriptura eius nõ legimus. Et hoc locutiõis modo arbitror dictũ illud ab Apostolo, Nolite cõtristare spiritũ sanctum dei, in quo signati estis in die re Eph.4
demptiõis. Neq; em̃ ipsa spũs sancti, qua est quicquid ipse est, substãtia cõtristari potest, cũ habeat ęternã atq; incõmutabilẽ beatitudinẽ, magisq; sit ipsa ęterna et incõmutabilis beatitudo: Sed ga ita in sanctis habitat, ut eos impleat charitate qua ne
B cesse est ut homines ex tẽpore gaudeant, pfectu fidelitũ & bonis opibus, & ideo necesse est etiã contristẽ lapsu uel peccatis eorũ, de quorũ fide ac pietate gaudebãt, quę tristitia laudabilis est, quia uenit ex dilectiõe quã spũs sanctus infundit: propterea ipse spiritus dicit cõtristari ab eis qui sic agũt ut eorũ factis cõtristẽt sancti, nõ ob aliud nisi quia spiritũ sanctum habent, quo dono tam boni sunt ut eos mali mœstificent, hi maxime quos bonos fuisse siue nouerũt siue crediderũt, Quæ profecto tristitia non solum nõ culpanda, uerumetiã
Gal.4 præcipue laudanda atq; prædicãda est. Hoc genere locutionis rursus idem Apostolus mirabiliter usus est ubi ait, Nũc aũt cognoscentes deũ, immo cogniti ab eo. Neq; em̃ tũc eos cognouerat deus,
C præcognitos uidelicet ante cõstitutionẽ mundi; sed quia tũc ipsi eũ illi⁹ munere nõ suo merito uel facultate cognouerãt, maluit tropice loqui ut tũc ab illo cognitos diceret cũ eis cognoscẽdũ se prębstitit, & uerbũ corrigere, quasi hoc minus recte dixerit q̃d proprie dixerat, q̃ sinere ut hoc sibi arrogarent, se potuisse quod eis posse ille donauerat.

Quies dei ꝑ X

Hic ergo intellectus in eo quod positũ est, requieuisse deũ ab omnibus operib. suis quæ fecit ribus.
bona ualde, quia ipse nos facit requiescere cũ bona opera fecerim⁹, quibusdã forte suffecerit. Sed nos huius sentẽtię scripturarũ cõsideratiõe suscepta, urgemur quęrere quo nam modo & ipse requiescere potuerit, quãuis requie sua nobis insinuata spare admonuerit in se requiẽ nostrã futurã. Sicut enim ipse fecit cœlũ & terrã & ea quę in eis sunt: & omnia sexto die cõsummauit, nec in eis dici potest aliquid nos creasse illo donãte ut crearemus, & ideo dictũ esse, cõsummauit deus in die sexto opera sua quę fecit, quia ut à nobis consummarent ipse prębstitit: Ita & quod dictũ est, requieuit deus in die septimo ab omnib. operibus suis quę fecit, nõ utiq; nostrã requiẽ quã cõcedẽte ipso adepturi sumus, sed ipsius primitus intelligere debemus, qua in septimo die requieuit cõsummatis opibus, ut prius omnia quæ scripta sunt facta mõstrent, & deinde si opus est, etiã aliq̃d significasse doceant. Recte quippe dicit, sicut deus post opa sua bona requieuit, ita & nos post opera nostra bona requieturos. Sed ob hoc etiã recte flagitatur

tat, ut quemadmodũ disputatũ est de operib. dei, quę ipsius esse satis apparet, ita de requie dei satis
A disserat, quæ ꝓpria ipsius demõstret. Quapropter iustissima ratione cõpellimur indagare si ualeamus atq; eloqui, quõ utrunq; sit uerũ, & quod hic scriptũ est, in septimo die requieuisse deũ ab omnib. operibus suis quę fecit, & quod in Euãgelio dicit ipse per quẽ facta sunt omnia, Pater meus usq; nũc operat & ego operor. Eis em̃ hoc respondit, qui propter requiẽ dei scripturæ huius auctoritate antiquis cõmendatũ sabbatũ ab eo nõ obseruari querebant. Et dici quidẽ probabiliter potest, obseruandũ sabbatũ Iudæis fuisse præceptũ in umbra futuri: quæ spiritalem requiẽ figuraret, quã deus exemplo huius quietis suę fidelibus bona opera facientib. arcana significatione pollicebat. Cuius quietis & ipse dominus Christus, qui
B nõ nisi quando uoluit passus est, etiam sepultura sua mysteriũ cõfirmauit. Ideo quippe die sabbati requieuit in sepulchro, eũq; totũ diẽ habuit sanctę cuiusdã uacatiõis, postea q̃ sexto die, id est, para sceue, quẽ dicũt sextũ sabbati, cõsummauit omnia opera sua, cum de illo quę scripta sunt, in ipso cruGen.19 cis patibulo cõplerent. Nam & hoc uerbo usus est quando ait, Cõsummatũ est, & inclinato capite reddidit spiritũ. Quid ergo mirũ si deus istũ diẽ quo erat Christus in sepulchro quieturus, uolens etiã hoc modo prędicare, ab operib. suis in uno die requieuit, deinceps operaturus ordinẽ seculorum, ut & illud uere diceret, Pater meus usq; nũc
operat. Potest etiã intelligi deum requieuisse à
C cõdendis generibus creaturæ, quia ultra iam nõ cõdidit aliqua genera noua: deinceps autem usq; nunc & ultra operat eorundẽ generũ administrationẽ, quę tũc instituta sunt, nõ ut ipso saltẽ die septimo potẽtia eius à cœli & terræ, omniũq; rerum quas cõdiderat gubernatiõe cessaret, alioquin cõtinuo dilaberent. Creatoris nãq; potẽtia & omnipotẽtis atq; omnitenẽtis uirtus, causa subsistẽdi est omni creaturę: Quæ uirtus ab eis quę creata sunt regendis, si aliquãdo cessaret, simul & illorũ cessaret species, omnisq; natura cõcideret. Neq; em̃ sicut structurã ędifi cum fabricauerit quis absedit, atq; illo cessante atq; abscedẽte stat opus eius, ita mũdus uel ictu oculi stare poterit, si ei deus regimẽ sui subtraxerit. Proinde & quod dominus
D ait, Pater meus usq; nũc operat: cõtinuationẽ quã dam operis eius qua uniuersam creaturã cõtinet atq; administrat ostẽdit. Aliter em̃ posset intelligi si diceret, & nũc operat, ubi nõ esset necesse ut operis cõtinuationẽ accipemus: aliter aũt cogit intelligi cũ ait, usq; nũc, ex illo scilicet quo cũcta cũcõderet opatus est. Et quod scriptũ est de sapiẽtia eius, Pertingit à fine usq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter, de qua item scriptũ est, q̃ motus eius agilior celeriorq; sit omnib. motib⁹: satis apparet recte intuẽtibus, hũc ipsum incõparabilẽ et ineffabilẽ, & si possit intelligi, stabilẽ motũ suũ, rebus eã prębere suauiter disponendis, quo utiq; subtracto si ab hac operatione cessauerit, eas cõtinuo perituras. Et illud quod ait Apostolus cũ deũ Athenięsibus prędicaret, In illo uiuimus, mouemur & sumus, liquide cogitatũ quãtum humanas mẽs ualet, adiuuat hãc sentẽtiã qua credimus & dicimus deũ in ijs quæ creauit indesinẽter opari. Neq; enim tanq̃ substantia eius sic in illo sumus, quẽadmodũ dictũ est, quod habeat uitã in semetipso: sed utiq; cũ aliud sumus q̃ ipse, non ob aliud in illo sumus nisi quia id operat. Et hoc est opus eius quo cõtinet omnia, & quo eius sapiẽtia pertendit à fine usq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter, Per quã dispositionẽ in illo uiuimus, mouemur et sumus. Vnde colligit q̃ si hoc opus suũ rebus subtraxerit, nec uiuemus nec mouebimur nec erimus. Claret igit ne uno quidẽ die cessasse deũ ab ope regẽdi quę creauit, ne motus suos naturales quib. agunt atq; uegetant, ut omnino naturę sint, & in eo quod sunt, pro suo quoq; genere
B maneãt, illico amitteret, & esse aliquid omino desinerent, si eis subtraheret motus ille sapientiæ dei quo disponit omnia suauiter. Quapropter sic accipimus deũ requieuisse ab omnibus operibus suis quę fecit, ut iam nouã naturã ulterius nullã cõderet, nõ utiq; ut quod cõdiderat, cõtinere & guber 2 sent. dist. 15
nare cessaret. Vnde et illud uerũ est, quod in septi c. iam
mo die requieuit deus: & illud quod usq; nũc operat. Et opa quidẽ eius uidemus bona, quietẽ ue Sabbatum
ro eius post bona opa nostra uidebimus. Ob quã Cap. XIII
significandã mandauit Hebręo populo unũ diem obseruãdũ: quod tam carnaliter agebãt, ut eo die salutẽ nostrã dominũ uidẽtes operari criminarentur, ac sic eis de ope patris rectissime respõderet,
C cũ quo & ipse operabat equaliter, nõ solũ creaturę uniuersę administrationẽ, sed etiã ipsam nostrã salutẽ. Iam uero tẽpore gratiæ reuelatæ, obseruatio illa sabbati quę unius diei uacatiõe figurabat, ablata est ab obseruatione fidelium. In ea quippe Sabbatũ christianum
gratia perpetuũ sabbatũ iam obseruat, qui spe fruturę quietis operat quicquid boni operat, nec in ipsis bonis operibus suis quasi habẽs bonũ quod nõ acceperit, gloriat: Ita em̃ tanq̃ diem sabbati, hoc est dominicæ cessationis in sepultura suscipiens, atq; intelligẽs baptismi sacramẽtum, quiescit à pristinis operibus suis, ut iam in nouitate uitę ambulãs, deũ in se operari cognoscat, qui simul & operat & quiescit, et creaturæ præbẽs cõgruã gubernationẽ, & apud se habẽs æternã trãquilli- Dies quietis
D tatẽ. Deniq; ipse nec cũ creauit defessus, nec cũ sanctificatus
cessauit refectus est, sed nos uoluit per scripturã Cap. XIIII
suã ad quietis exhortari desideriũ, intimãdo nobis eũ diem se sanctificasse, in quo quieuit ab omnibus opibus suis. Nã nusquã omniũ sex dierũ quibus creata sunt omnia, legit aliquid sanctificasse, nec ante ipsos sex dies ubi scriptũ est, In principio fecit de⁹ cœlũ et terrã, additũ est, & sanctificauit: sed diẽ istũ in quo requieuit ab omnib. operibus suis quę fecit, sanctificare uoluit, tanquã & apud ipsum qui nihil in ope suo laborat, plus quies q̃ opatio ualeat. Hoc quidẽ in hominib. Euangeliũ nobis intimat, ubi saluator noster meliorẽ partẽ dicit Marię, quod sedẽs ad pedes eius requiescebat in uerbo eius, q̃ Marthæ, quãuis propter obsequium

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequium quo ei ministrabat circa multa occupatæ, & licet bonũ opus operãtis. Verũ hoc in deo A
quomodo sit uel intelligaẽ, difficile dictu est: etiã
si cogitatu aliquãtulũ attingi potest, cur deus sanctificauerit diẽ quietis suæ, qui nullũ sanctificauerit operis sui, nec ipsum sextũ quo & hominẽ fecit & cuncta perfecit. Ac primum ipsum requiescere dei quale sit, cuius humanę mentis acies assequi potest? Quod tamẽ nisi esset, hoc omnino ipsa scriptura nõ poneret. Dicã sanè quod sentio, hęc duo indubitata prędicabilia, nec deũ, uelut post laborẽ desideratũ ue negocij sui finẽ, tẽporali quadam requie delectatum: nec has literas autoritate tanta merito prœeminẽtes frustra falsoq; dixisse, quod deus ab omnibus operibus suis quæ fecit, septimo die requieuerit, eaq; causa eundem diem
Deus quomodo requieuerit. Cap. XV sanctificauerit. Nimirũ ergo quia uitiũ est & in- B
firmitas animæ, ita suis operibus delectari, ut potius in ipsis, quàm in se requiescat ab eis: cum procul dubio melius aliqd in illa sit quo ea facta sunt, quàm quę facta sunt: insinuaẽ nobis per hanc scripturã qua dicitur requieuisse ab omnibus operibus suis quę fecit, nullo opere suo sic delectatus, quasi faciẽdi eius eguerit, uel minor futurus nisi fecisset, uel beatior cũ fecisset. Quia enim ex illo ita est quicquid ex illo est, ut ei debeat q̃d est, ipse aũt nulli quod ex ipso est debeat quod beatus est, se rebus quas fecit diligẽdo prœposuit: nõ sanctificans diem quo ea faciẽda inchoauit, nec illũ quo ea perfecit, ne illis uel faciendis uel factis auctum eius gaudium uideret: sed eum quo ab ipsis in seipso requieuit. Et ipse quidem nũquã ista requie C
caruit, sed nobis eam per diem septimũ ostendit: hinc etiã significãs nõ percipi requiem suam nisi à perfectis, cũ ad eã intimandã nõ deputauit diẽ, nisi qui pfectionẽ rerum omniũ sequebaẽ. Nam qui semper est quietus, tũc nobis requieuit, cum
Quies dei in nobis. XVI se requieuisse mõstrauit. Illud quoq; attẽdendũ est, quod dei requiẽ qua de ipso beatus est, nobis insinuari oportebat: ut intelligamus quomodo dicatur requiescere in nobis, quod nõ dicit, nisi cũ in se requiẽ præstat & nobis. Requies igit dei recte intelligentibus ea est, qua nullius indiget bono: & ideo certa & nobis in illo est, qa & nos beatificamur bono quod ipse est, nõ ipse bono quod nos sum⁹. Nã & nos aliquod bonũ ab illo sumus qui fecit omnia bona ualde, in quib. fecit & nos. D
Porrò alia res bona præter ipsum nulla est quam ipse nõ fecit, ac per hoc nullo præter se alio bono eget, qui bono quod fecit nõ eget: hęc est eius requies ab omnib. operibus suis quę fecit. Quibus aũt bonis laudabiliter nõ egeret, si nulla fecisset? Nam etiã sic dici potest, nullis egens bonis, nõ à factis in seipso regescẽdo, uerũ omino nulla faciẽdo. Sed bona facere si nõ posset, nulla esset potentia, si aũt posset nec faceret, magna esset inuidẽtia, Quia ergo est omnipotẽs & bonus, omnia ualde bona fecit: quia uero seipso bono pfectus beatus est, à bonis quę fecit, in seipso requieuit, ea scilicet rege à qua nunq; recessit. Sed si diceret regeuisse a faciẽdis, nihil aliud q̃ nõ fecisse intelligeret.

Nisi autẽ diceretur requieuisse à factis, nõ eis egere quę fecit, minus cõmẽdaret. Quo itaq; die hoc cõmẽdari oportuisse, nisi septimo, intelligit quisquis senarij numeri perfectionẽ, de qua supra locuti sumus, perfectioni creaturę cõgruenter adhibitã recolit. Si em senario numero perficiẽda fuerat creatura sicuti perfecta est, ea qua requies dei erat nobis cõmendãda, qua demõstraret nec perfectis beatificari creaturis, procul dubio dies erat in hac cõmendatione sanctificãdus qui sequitur sextũ, quo erigeremur ad hãc requiẽ cõcupiscendã, ut & nos in illo requiescamus. Neq; em si *Hominis pia similitudo in deo. XVII*
militudo pia est, si uelimus ita similes esse deo, ut & nos ab operib. nostris requiescamus in nobis, sicut ipse requieuit in se ab operib. suis. In quodã quippe incõmutabili bono requiescere debem⁹, quod ille nobis est q nos fecit. Hæc erit igit summa minimeq; superba, & uere pia requies nostra: ut sicut ipse requieuit ab omnibus operibus suis, quia nõ ei opera sua, sed ipse sibi bonum est quo beatus est: ita & nos ab omnib. operibus, nõ tantũ nostris, uerũetiã ipsius nõ nisi in illo requietu-
ros nos esse speremus, idq; desideremus post bona opera nostra: quę in nobis agnoscimus illi⁹ potius esse q̃ nostra: ut etiã sic post bona opera sua ipse requiescat in nobis, cũ post bona opera quæ ab illo iustificati fecerimus, in se nobis requiẽ præstat. Magnũ est em nobis ab illo extitisse, sed magius erit in illo requieuisse, Sicut ipse nõ ideo beatus est quia hęc fecit, sed quia etiã factis nõ egẽs, in se potius q̃ in ipsis requieuit: unde non operis
sed quietis diẽ sanctificauit, quia nõ hęc faciẽdo, sed eis quæ fecit nõ egẽdo, se beatum intimauit. Quid ergo tã humile ac facile effatu, & quid tam sublime atq; arduũ cogitatu, q̃ deus requiescens ab omnib. operibus suis quæ fecit? Et ubi requiescẽs nisi in seipso, quia beatus nõ nisi seipso? Quãdo, nisi semper? In diebus aũt quib. rerũ quas cõdidit cõsummatio narraẽ, & ab eis quietis dei ordo distinguiẽ, quãdo nisi in septimo die, qui earũ sequitur perfectionẽ? A perfectis aũt requiescit, *Septimus dies uesperã quare non habeat. XVIII*
q nec perfectis eget quo beatior esse possit. Et q̃ apud illum quidẽ quieti eius, nec mane nec uespera est, quia nec aperit initio, nec claudit fine: perfectis autẽ operib. eius mane habet, & uesperã nõ habet: pfecta quippe creatura habet quoddã initiũ suæ cõuersionis ad quietẽ creatoris sui, sed illa non habet finẽ quasi terminũ perfectionis suæ, sicut ea quæ facta sunt: ac p hoc requies dei nõ ipsi deo, sed rerũ ab eo cõditarum perfectione inchoaẽ, ut in illo incipiat requiescere quod ab illo perficiẽ, & in eo habere mane: in suo enim genere tanq; uespera terminatum est. Sed in deo uespera habere iã nõ potest, quia nõ erit aliquid illa perfectiõe perfectius. In illis ergo diebus quibus omnia creabanẽ, uesperã terminũ cõditæ creaturę, mane aũt initiũ cõdendæ alterius accipiebamus: ac per hoc quinti diei uespera terminus est cõditę quinto die creaturę: mane aũt quod post ipsam uesperã factum est, initiũ est condendæ sexto die creaturę, qua cõdita tanq; eius terminus facta est uespe-

uespera. Et quia nihil aliud cõdendũ restiterat, ita post illam uesperã mane factũ est, ut nõ esset initiũ A
cõdendæ alterius creaturę, sed initiũ quietis uniuersę creaturæ in requie creatoris. Neq; enim cœlum & terra & omnia quę in eis sunt, uniuersa sci licet spiritalis corporalisq; creatura in se ipsa manet, sed utiq; in illo de quo dictũ est, In illo enim ui
Act. 17 uimus, mouemur & sumus: quia etsi una quæque pars potest esse in toto cuius pars est, ipsum tamẽ totum nõ est nisi in illo à quo cõditum est. Et ideo non absurde intelligit sexto die completo post eius uesperã factum esse mane, non quo significaretur initiũ condendę alterius creaturę sicut in ceteris, sed quo significaret initiũ manendi & quiescẽdi totius quod conditũ est, in illius quiete qui condidit. Quæ quies dei nec initiũ habet nec ter
minum: creatura autẽ habet initium, sed non ha- B
bet terminũ, & ideo septimus dies eidem creaturę cœpit à mane, sed nullo uespere terminaẽ: nam si in cæteris diebus uespera & mane taliũ temporũ uices significant, qualia nũc per hæc quotidiana spatia peraguntur: non uideo quid prohibuerit & septimũ diem uespera, noctẽq; eiusdem mane cõcludere, ut similiter diceret, & facta est uespa, & factũ est mane dies septimus: quandoquidẽ & ipse unus est dierũ, qui omnes septem sunt, quorum repetitione menses et anni & secula peragũtur: ut mane quod poneret post ueſperam septimi, hoc esset initium octaui diei, de quo iam deinceps silendũ fuit, quia idem primus est ad quẽ reditur, à quo rursus hebdomadis series ordiatur. Vnde probabilius est istos quidẽ septem dies il- C
lorũ nominibus & numero alios atq; sibimet succedentes currendo temporalia peragere spatia: illos autẽ primos sex dies inexperta nobis atq; inusitata specie in ipsis rerũ conditionibus explicatos: in quibus & uespera et mane, sicut ipsa lux et tenebræ, id est, dies & nox, nõ eam uicissitudinẽ præbuerũt quam præbent isti per solis circuitus: quod certe de illis tribus fateri cogimur, qui ante cõdita luminaria cõmemorati atq; numerati sũt. Ac per hoc qualiscũq; in eis uespera & mane fuerit, nullo tamen modo opinãdũ est, eo mane quod post sexti diei uesperam factũ est, initiũ accepisse requiem dei, ne tẽporale aliquod bonũ illi æternitati & incõmutabilitati accidisse uanitate temeraria suspicemur: sed illam quidẽ requiẽ dei qua in D
seipso requiescit, eoq; bono beatus est quod ipse sibi est, nec initiũ eidem ipsi habere nec terminũ: cõsummatę aũt creaturę habere initiũ, eandẽ requiẽ dei. Quoniã rei cuiusq; perfectio, nõ tam in uniuerso cuius pars est, q̃ in eo à quo est, in quo & ipsum uniuersum est, pro sui generis modulo stabiliẽ ut quiescat, id est, ut sui mometi ordinẽ teneat. Ac per hoc ipsa uniuersitas creaturę quę sex diebus cõsummata est, aliud habet in sua natura, aliud in ordine quo in deo est, non sicut deus, sed tamen ita ut ei quies proprię stabilitatis nõ sit, nisi in illius quiete qui nihil præter se appetit, quo adepto requiescat, Et ideo dum ipse manet in se, quicquid ex illo est retorquet ad se: ut omnis creatura in se habeat naturę suæ terminum, quo nõ sit quod ipse est: in illo aũt quietis locum, quo seruet quod ipsa est. Scio quod nõ, ꝓprie dixerim locũ, nã ꝓprie dicit in spatijs quæ corporib. occupant: sed qa et ipsa corpora nõ manẽt in loco, nisi quò sui põderis tanq; appetitu peruenĩũt, ut eo cõperto requiescãt, ideo nõ incõgruenter à corporalib. ad spiritalia uerbũ transferẽ, ut dicaẽ locus, cum res ipsa plurimũ distet. Initiũ ergo creaturę in gete creatoris illo mane significatũ arbitror quod factum est post uesperam sexti diei: nõ enim posset in illo nisi perfecta requiescere: proinde sexto die cõsummatis omnib. factaq; uespa factũ est & mane, quo incipet cõsummata creatura in illo à quo facta est requiescere: quo initio deũ etiã in seipso requiescentẽ, ubi & ipsa requiesceret inuenit, tãto stabilius atq; firmius, quanto ipsa illius nõ ille huius eguit ad quietẽ suã. Sed quoniã quicquid erit uniuersa creatura quibuslibet mutatiõib. sui nõ utiq; nihil erit, ideo creatura uniuersa in creatore suo semp manebit, ac per hoc post illud mane nulla deinceps uespa fuit: hoc diximus ut intelligaẽ, cur septimus dies in quo requieuit deus ab omnib. opibus suis mane habuerit post uesperã sexti, uesperã uero nõ habuerit. Est aliud quod *Alia ratio de uespera septimi dies. XIX*
de hac re magis proprie atq; melius possit quantũ existimo intelligi, sed aliquãto difficilius explicari, ut nõ creaturę, sed etiã sibi requies septimi diei mane habuerit sine uespera, id est initiũ sine termino. Si em ita diceret, requeuit deus in die septimo, nec adderet, ab omnib. opibus suis quæ fecit, frustra huius quietis initiũ quęreremus. Nõ em incipit deus requescere, cuius requies sine initio, sine termino sempiterna est. Sed quoniã ab omnib. operibus suis quę fecit eis nõ egẽdo, requieuit, intelligit requies quidẽ dei nec cœpta nec terminata: requies aũt eius ab omnibus operibus suis quę fecit, ex eo cœpta est ex quo illa pfecit. Neq; em ab operibus suis nõ egẽdo requieuisset, priusquã essent quibus nec pfectis eguisset: & quia eis omnino nunq; eguit, nec ista beatitudo qua nõ eis egeat tanq; proficiẽdo perficiet, ideo septimo diei nulla uespera accessit. Sed planè queri potest di *Dies septimus*
gnaq; cõsideratione mouet, quõ intelligaẽ in sei- *Cap. XX*
pso deus requieuisse ab omnib. operibus suis quę fecit: cũ scriptũ sit, Et requieuit deus in die septimo. Non enim dictũ est, in seipso: sed in die septimo. Quid est ergo dies septimus, utrũ creatura est aliqua, an tẽporis tantũmodo spatium? Sed etiã tẽporis spatiũ creaturæ tẽporali concreatum est, ac per hoc & ipsum sine dubio creatura est. Neq; enim ulla tempora uel sunt uel esse potuerũt, uel poterũt, quorũ deus non sit creator, ac per hoc et ipsum septimũ diem si tẽpus est quis creauit nisi omniũ temporũ creator? Sed illi sex dies cũ quibus uel in quibus creaturis creati sint, supior scriptura sanctę sermo indicat. Quocirca in his diebus septẽ, quorũ species nota nobis est, qui re qui dẽ ipsa prętereũt, sed alijs succedẽtib. nomina sua quodãmodo tradũt, ut illi sex dies nominenẽ, no uimus eorũ primi quãdo creati sunt: septimũ aũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

diem qui nomine sabbati nūcupaſ, quando deus creauerit nō uidemus. In ipſo quippe die nō fecit A aliquid, imò ab eis quę ſex dieb⁹ fecerat, in eodē ſeptimo requieuit. Quō ergo requieuit in die quā nō creauit? Aut quō cū poſt ſex dies cōtinuo creauit, cū ſexto die cōſummauerit oīa quę creauit, nec aliquid ſeptimo die creauerit, ſed in eo potius ab omnib. quę creauerat requieuerit? An unū tā tum diē creauit deus, ut eius repetitiōe multi qui diſcunt dies pręterirēt atq; trāſcurrerēt? nec opus erat ut ſeptimū diē crearet quo requieuit, quia illi us quē creauerat ſeptima repetitio hūc utiq; facie bat. Lucē quippe de qua ſcriptū eſt, Et dixit deus, Gen. 1 fiat lux, et facta eſt lux, diſcreuit à tenebris, eamq; uocauit diē, & tenebras uocauit noctē. Tūc itaq; deus diē fecit, cuius repetitionē ſcriptura appel lat ſecundū diē, deinde tertiū, et uſq; ad ſextū, quo B cōſummauerit deus opa ſua: atq; inde illius diei primitus creati, repetitio ſeptimi diei nomē acce pit, in quo requieuit deus: ac p hoc nulla creatura eſt ſeptimus dies, niſi eadē ipſa ſepties rediēs, quę cōdita eſt quādo uocauit deus lucē diem, & tene De luce quæ fuit ante lumi naria. XXI bras uocauit noctē. Rurſus ergo ad eā queſtio nē relabimur de qua in primo libro exiſſe uideba mur, ut itē queramus quō circūire potuerit lux ad exhibendā diurnā nocturnāq; uicißitudinē, nō ſo lum anteq; cœli luminaria, ſed anteq; ipſum cœlū quod firmamentū appellatū eſt factū eſſet, anteq; deniq; ulla ſpecies terrę uel maris, quę circuitū lu cis admitteret, ſequente nocte unde illa tranſiſſet. Cui⁹ queſtiōis difficultate cōpulſi, auſi ſumus di ſceptationē noſtrā quaſi ad hāc terminare ſenten C tiā: ut diceremus illā lucē quæ primitus facta eſt, cōformationē eſſe creaturę ſpiritalis: noctē uero adhuc formandā in reliquis operib. rerū materiē, quę fuerat inſtituta cū in principio fecit deus cœ lū & terrā, anteq; uerbo faceret diē in quo requie uit. Sed nūc diei ſeptimi cōſideratione cōmoniti, facilius eſt ut nos ignorare fateamur, quod remo tū eſt à ſenſib. noſtris: quo nā modo lux illa quę di es appellata eſt, uel circuitu ſuo uel cōtractiōe & emiſſione ſi corporalis eſt, uices diurnas nocturnasq; pegerit: uel ſi ſpiritalis eſt, cōdendis creatu ris oīb. preſentata ſit, ſuaq; ipſa preſentia diē, no ctē uero abſentia, ueſperā initio abſentię, mane ini tio preſentię fecerit: q; ut re apta cōtra diuinę ſcri pturę uerba conemur, dicēdo aliū eſſe diem ſepti D mū q; illius diei quē fecit deus ſeptimā repetitio nem: alioquin aut nō creauit deus ſeptimū diem, aut aliquid creauit poſt illos ſex dies, id eſt, ipſum diē ſeptimū, falſumq; erit quod ſcriptū eſt, in ſex xto die cōſummaſſe omnia opa ſua, et in ſeptimo die requieuiſſe ab omnib. operibus ſuis. Quod u tiq; quoniā falſū eſſe nō poteſt, reſtat ut præſentia lucis illius quā diē deus fecit, p omnia opera eius repetita ſit, quoties dies nominatus eſt, & in ipſo ſeptimo in quo requeuit ab opibus ſuis. Sed quo Lux ſpiritalis Cap. XXII niā lux corporalis anteq; fieret cœlū quod firma mētū uocat, in quo etiā luminaria facta ſunt, quo circuitu uel quo, proceſſu & receſſu uices diei et no ctis exhibere potuerit nō inuenimus, iſtā queſtio, nē relinquere nō debemus ſine aliqua noſtrę pro latione ſententię: ut ſi lux iſta quæ primitus creata eſt, nō corporalis ſed ſpiritalis eſt, ſicut poſt tene bras facta eſt, ubi intelligit̄ à ſua quadā informita te ad creatorē cōuerſa atq; formata: ita et poſt ue ſperā fiat mane, cū poſt cognitionē ſuę, pprię natu rę, qua nō eſt q̄d deus, refert ſe ad laudandā lucē quod ipſe deus eſt, cuius contēplatiōe format̄. Et quia cęterę creaturę quæ infra ipſam fiūt, ſine co gnitiōe eius nō fiūt, ppterea nimirū idē dies ubiq; repetit̄: ut eius repetitiōe fiāt tot dies, quotiens di ſtinguunt̄ rerū genera creatarū, pfectione ſenarij numeri terminādа: ut ueſpa primi diei ſit etiā ſui cognitiōe, nō ſe eſſe quod deus eſt: mane aūt poſt ueſperā hāc quo cōcludit̄ dies unus, et inchoat̄ ſe cūdus, cōuerſio ſit eius, qua id quod creata eſt, ad laudē referat creatoris, et pcipiat de uerbo dei co B gnitionē creaturę quę poſt ipſam fit, hoc eſt firma mēti: quod in eius cognitione fit prius cū dicit̄, et ſic eſt factum: deinde in natura ipſius firmamēti, quod cōdit̄ cū addit̄ poſtea, iam dicto, Et ſic eſt fa ctū, Et fecit deus firmamentū. Deinde fit ueſpa il lius lucis, cū ipſum firmamentū, non in uerbo dei ſicut ante, ſed in ipſa eius natura cognoſcit. Quæ cognitio quoniā minor eſt, recte ueſpæ nomine ſi gnificat̄, poſt quā fit mane quo cōcludit̄ ſecūdus dies et incipit tertius: in quo itidē mane cōuerſio eſt lucis huius, id eſt, diei huius ad laudandū deū q; opatus ſit firmamentū, & pcipienda de uerbo eius cognitionē creaturę quę cōdenda eſt poſt fir mamētū. Ac p hoc cū dicit deus, Cōgregent aquæ quę eſt ſub cœlo in collectionē unā et appareat ari da, cognoſcit hoc illa lux in uerbo dei quo id dict tur: et ideo ſequit̄, et ſic eſt factū, hoc eſt in eius co gnitiōe ex uerbo dei: deinde cū addit̄, et cōgrega taeſt aqua et cętera, cū iā dictū eſſet, et ſic factū eſt, in ſuo genere ipſa creatura fit: quę itē cū in ſuo ge nere facta cognoſcit̄, ab ea luce quę iam in uerbo dei faciēdā cognouerat, fit tertio ueſpera: & inde hoc modo cętera uſq; ad mane & poſt ueſperā ſe xti diei. Multū quippe intereſt inter cognitionē Cognitio rerū in uerbo dei rei cuiuſq; in uerbo dei, & cognitionē in natura ei Cap. XXIII ius, ut illud merito ad diē ptineat, hoc ad ueſperā. In cōparatiōe em̄ lucis illi⁹ quę in uerbo dei cōſpi cit̄, omīs cognitio qua creatura quālibet in ſeipſa nouim⁹, nō immerito nox dici poteſt: quæ rurſus tantū differt ab errore uel ignorātia eorū, qui nec creaturā ipſam ſciūt, ut in eius cōparatione nō in cōgrue dicat̄ dies, Sicut ipſa uita fidelium quę in hac carne atq; in hoc ſeculo ducit̄, in cōparatione uitæ infidelis atq; impiæ, nō irrationabiliter lux Eph. 5 & dies appellat̄, dicēte Apoſtolo, Fuiſtis em̄ ali Rom. 13 quādo tenebrę, nunc aūt lux in dño: & illud, Abiį ciamus opera tenebrarū, & induamus nos arma lucis, ſic ut in die honeſte ambulemus. Qui tamē dies niſi rurſus in cōparatiōe illius diei, quo æqua les āgelis facti uidebim⁹ deū ſicuti eſt, ipſe quoq; nox eſſet, non hic, pphetię lucerna indigeremus. 2 Pet. 1 Vnde Apoſtolus Petrus dicit, Habem⁹ certiorē propheticū ſermonē, cui bene facitis intēdentes, ſicut lucernę lucēti in obſcuro loco, donec dieſcas

Angelo XXIII ceſcat, & lucifer oriat̄ in cordibus ueſtris. Qua propter cū ſancti angeli quibus poſt reſurrectio A nem coęquabimur, ſi uiam quę nobis Chriſtus fa ctus eſt uſq; in finē tenuerimus, ſemper uideāt fa ciem dei, uerboq; eius unigenito filio ſicut patri æqualis eſt perfruātur, in quibus prima omnium creata eſt ſapientia: proculdubio uniuerſam crea turam in qua ipſi ſunt principaliter cōditi, in ipſo uerbo dei prius nouerunt, in quo ſunt omniū etiā quę tēporaliter facta ſunt ęternę rationes, tanquā in eo per quod facta ſunt omnia: ac deinde in ipſa creatura, quā ſic nouerūt tanquam infra deſpiciē tes, eamq; referentes ad illius laudem, in cuius in cōmutabili ueritate rationes ſecundū quas facta eſt, principaliter uident. Ibi ergo tanquā per diē, unde & concordiſſima unitas eorū eiuſdē ueritā tis participatiōe dies eſt primitus creatus: hic au B tem tanq; p ueſperā, ſed cōtinuo fit mane. Quod in omnibus ſex diebus animaduerti poteſt, quia nō remanet angelica ſcięntia in eo quod creatū eſt, quin hoc cōtinuo referat ad eiuſdē laudē atq; cla ritatē, in quo id non factū eſſe, ſed faciendū fuiſſe cognoſcitur, in qua ueritate ſtando dies eſt, Nam ſi uel ad ſeipſam natura angelica cōuerteret̄, ſecq; amplius delectaret̄ q; illo cuius participatiōe bea ta eſt, intumeſcens ſuperbia caderet ſicut diabo lus: de quo ſuo loco loquendū eſt, cum de ſerpen te hominis ſeductore ſermo debitus flagitabitur.

Quia ergo angeli creaturam in ea ipſa creatura ſic ſciūt, ut ei ſciętię electione ac dilectione prępo nant, q; eam ſciūt in ueritate p quā facta ſunt om nia, participes eius effecti: ideo per omnes ſex di C es nō nominat̄ nox, ſed poſt ueſperā & mane di es unus. Itē poſt ueſperā & mane dies ſecundus, deinde poſt ueſperā & mane dies tertius: ac ſic uſq; ad mane ſexti diei, unde incipit ſeptim⁹ quie tis dei, quāuis cū ſuis noctibus, dies tamen nō no ctes narrant̄. Tūc enim nox ad diem pertinet, nō dies ad noctem, cum ſublimes & ſancti angeli id quod creaturam in ipſa creatura nouerūt, referūt ad illius honorē & amorē, in quo æternas ratio nes quibus creata eſt cōtemplant̄: eaq; cōcordiſ ſima cōtemplatiōe ſunt unus dies quē fecit domi nus, cui conſungit̄ Eccleſia de hac peregrinatio ne liberata, ut & nos exultemus & iocūdemur in eo. Huius ergo diei, cuius & ueſpera & mane ſecundū ſupradictam rationē accipi poteſt, ſexta D repetitione cōſummata eſt uniuerſa creatura, ſa biq; eſt mane quo finiret̄ ſextus dies, & unde in ciperet ſeptimus ueſperā nō habiturus, quia dei requies non eſt creatura: quæ cū per dies cęteros cōderet̄, aliter in ſeipſa facta cognoſcebat̄, q; in il lo in cuius ueritate faciēda uidebat̄, cuius cogni tionis quaſi decolor ſpecies ueſperā faciebat. Nō itaq; iam forma ipſius opis dies, & terminus ue ſpera, et alteri⁹ opis initiū mane, in hac rerū cōdi tarū narratiōe debet intelligi: ne cogamur cōtra ſcripturā dicere, pręter ſex dies conditā diei ſepti mi creaturā, aut ipſum diē ſeptimū nulla eſſe crea turā: ſed dies ille quē fecit de⁹ p opa eius ipſe repe tit̄, nō circuitu corporali, ſed cognitiōe ſpiritali, cū beata illa ſocietas angelorū & primitus cōtem plat̄ in uerbo dei quod dixit deus, fiat: atque ideo prius in eius cognitione fit cū dicitur, & ſic eſt fa ctum: & poſtea rem ipſam factā, in ea ipſa cogno ſcit, quod ſignificat̄ facta ueſpa: & eam deinde co gnitionē rei factæ ad illius ueritatis laudē refert, ubi rationē uiderat faciēdę, quod ſignificat̄ facto mane. Ac ſic p omnes illos dies unus eſt dies, nō iſtorū dierum cōſuetudine intelligēdus, quos ui demus ſolis circuitu determinari atq; numerari: ſed alio quodā modo, à quo et illi tres dies, qui an te cōditionē iſtorū luminariū cōmemorati ſunt, alieni eſſe nō poſſunt. Is enim modus nō uſq; ad diem quartum, ut inde iam iſtos uſitatos cogitare mus, ſed uſq; ad ſextum ſeptimūq; perductus eſt: ut lōge aliter accipiēdus ſit dies & nox, inter quę duo diuiſit deus: et aliter iſte dies et nox, inter quę dixit ut diuidant luminaria quę creauit, cum ait, & diuidant inter diem et noctē: tunc em̄ hunc diē cōdidit cum cōdidit ſolem, cuius præſentia eun dem exhibet diem: ille aūt dies primitus cōditus iam triduum peregerat, cum hæc luminaria illius diei quarta repetitiōe creata ſunt. Quapropter Repetitio die rū. XXVII quoniā illū diem uel illos dies qui eius repetitio ne numerati ſunt, in hac noſtra mortalitate terre na experiri ac ſentire non poſſumus, & ſi quid ad eos intelligendos conari poſſumus, nō debemus temeritatiā præcipitare ſententiā, tanquā de his ali ud ſentiri cōgruentius probabiliusq; non poſſit: iſtos ſeptē dies qui pro illis agūt hebdomadam, cuius curſu et recurſu tępora rapiunt̄, in qua dies unus eſt, à ſolis ortu uſq; in ortū circumitus, ſic il lorū uicē quandā exhibere credamus, ut nō eos il lis ſimiles, ſed multū impares minime dubitem⁹.

Nec quiſquā arbitret̄ illud quod dixi de luce Illud de luce ſpiritali & de cōdito die ſpiritali & angelica crea et die ſpiritali, tura, & de cōtemplatiōe quā habet in uerbo dei, quō accipien & de cognitiōe qua in ſeipſa creatura cognoſci dū. XXVIII tur: eiusq; relatione ad laudem incōmutabilis ue ritatis, ubi prius ratio uidebat̄ rei faciēdę, quę co gnita eſt facta, non iam proprie ſed quaſi figurate atq; allegorice cōuenire ad intelligendū diem & ueſperā & mane. Sed aliter quidem q; in hac con ſuetudine quotidianę lucis hui⁹ et corporalis: nō tamen tanquā hic proprie, ibi figurate. Vbi enim melior & certior lux, ibi uerior etiā dies: cur ergo nō tam uerior ueſpera & uerius mane? Nam ſi in iſtis diebus habet quandā declinationē ſuā lux in occaſum, quā ueſpę nomine nūcupamus, et ad or tum iterū reditū, quod mane dicimus, cur & illic ueſperā nō dicamus, cū à cōtemplatione creato ris creatura deſpicit̄, et mane cū à cognitiōe crea turæ in laudē creatoris aſſurgitur? Neq; enim & Chriſtus ſic dicit̄ lux, quō dicit̄ lapis, ſed illud, p prie, hoc utiq; figurate. Quiſq; ergo nō eam quā p noſtro modulo uel indagare uel putare potui mus, ſed aliā requirit in illorū dierū enumeratio ne ſententiā, quę nō in prophetia figurate, ſed in hac creaturarū cōditione proprie meliusq; poſſit intelligi, quęrat et diuinitus adiutus inueniat. Fie ri em̄ poteſt ut etiā ego aliam his diuinę ſcripturę

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerbis cõgruentiorẽ fortassis inueniã. Neq; enim ita hanc confirmo ut aliam quę præponẽda sit, in A ueniri nõ posse cõtendam: sicut cõfirmo requiem dei scripturã sanctam, nõ quasi post lassitudinem uel curę molestiã nobis insinuare uoluisse. Quãobrem potest aliquis fortasse mecum disputando certare, ut dicat sublimiũ cœlorũ angelos non alternatim cõtueri, primo rationes creaturarũ incõmutabiliter in uerbi dei incõmutabili ueritate, ac deinde ipsas creaturas, & tertio earũ etiam in seipsis cognitionẽ ad laudem referre creatoris, sed eorũ mentem mirabili facilitate hęc omnia simul posse. Nunquid tamẽ dicet, aut si quisquã dixerit audiendus est, illam cœlestem in angelorum milibus ciuitatẽ, aut non cõtemplari creatoris æternitatem, aut mutabilitatẽ ignorare creaturę, aut ex eius quoq; inferiore quadam cognitiõe non laudare creatorẽ? Simul hoc totũ possint, simul hoc totũ faciãt: possunt tamen & faciunt. Simul ergo habent & diẽ & uesperam & mane. Neq; enim uerendũ est, ne forte qui est idoneus iam illa sentire, ideo nõ putet hoc ibi posse fieri, quia in his diebus qui solis huius circuitu peraguntur fieri nõ potest. Et hoc quidem nõ potest eisdẽ partib. terræ: uniuersum aũt mundũ quis non uideat, si attendere uelit, & diem ubi sol est, et noctem ubi nõ est, et uesperam unde discedit, & mane quo accedit simul habere? Sed nos planè in terris hęc omnia simul habere nõ possumus: nec ideo tamẽ istã terrenam cõditionẽ, lucisq; corporeę temporalẽ localemq; circuitũ illi patriæ spirituali coæquare debemus, ubi semp est dies in contẽplatione incommutabilis ueritatis, semper uespa in cognitiõe in seipsa creaturę, semp mane etiã ex hac cognitiõe in laude creatoris. Quia nõ ibi abscessu lucis superioris, sed inferioris cognitionis distinctiõe fit uespera: nec mane tanq̃ nocti ignorãtię sciẽtia matutina succedat, sed quod uespertinã etiã cognitionem in gloriã cõditoris attollat. Deniq; & ille nõ ẽt nõ nominata, uespę, inquit, & mane & meridie enarrabo & annunciabo, & exaudies uocem meã. Hic fortasse per tẽporũ uices, sed tamẽ quãtum puto, significãs quid sine tẽporũ uicibus peragereť in patria, cui eius peregrinatio suspirabat.

Sed nũquid si nunc iam simul ista omnia gerit atq; habet angelica illa societas, et unitas diei quę primitus cõdidit deus, tũc etiam cũ hæc cõderen tur simul hęc habuit? Nónne per omnes sex dies, cũ ea quę per singulos deo cõdere placuit, conderenť, primo hęc accipiebat in uerbo dei: ut in eius notitia primitus fierẽt cũ dicebať, & sic est factũ: deinde cũ facta essent in sua ꝓpria natura qua sũt deoq; placuissent quia bona sunt, tũc itidẽ ea cognoscebat alia quadã inferiore cognitiõe, quę nomine uespę significata est: ac deinde facta uespera fiebat mane, cũ de suo deus opere laudareť, & alterius creaturę quę deinceps faciẽda erat, ex dei uerbo notitia priusquã fieret acciperetť: Nõ ergo tũc simul omnia, & dies & uespa & mane, sed singillatim per ordinẽ quem scriptura cõmemorat.

An etiã tũc simul omnia: quia nõ secundũ tem porũ moras, sicut fiunt dies isti cũ oriť sol & occidit quotidie sol, & in locũ suũ redit ut rursus oriatur: sed secundũ potentiã spiritalẽ mentis angelicæ, cũcta quæ uoluerit simul notitia facillima cõprehendentẽ: Nec ideo tamẽ sine ordine quo & apparet cõnexio pręcedentiũ consequẽtiũq; causarũ. Neq; enim cognitio fieri potest, nisi cognoscenda prędant, quę item priora sunt in uerbo, per q̃d facta sunt omnia, q̃ in ijs quę facta sunt omnibus. Mẽs itaq; humana prius hęc quę facta sunt per sensus corporis experiť, eorũq; notitiã pro infirmitatis humanę modulo capit: & deinde quærit eorũ causas, si quo modo possit ad eas peruenire principaliter atq; incõmutabiliter manẽtes in uerbo dei, ac sic inuisibilia eius per ea quæ facta sunt intellecta conspicere. Quod quãta tarditate ac difficultate agat, & quãta tẽporis mora, ꝓpter corpus corruptibile quod aggrauat animã, etiam quę feruẽtissimo studio rapiť, ut instanter ac pseuerãter hoc agat, quis ignorat? Mens uero angelica pura charitate inhærens uerbo dei, postea q̃ illo ordine creata est, ut prędederet cætera, prius ea uidit in uerbo dei facienda q̃ facta sunt: ac lic prius in eius fiebant cognitione, cum deus diceret ut fierẽt, q̃ in sua propria natura: quæ itidem facta in eisipsis etiã cognouit, minore utiq; notitia quę uespera dicta est. Quam notitiam sane prędedebant quę fiebant, quia prædedit cognitione quicquid cognosci potest, Nisi em̃ prius sit quod cognoscať, cognosci nõ potest. Post hæc si eo modo sibi placeret, ut amplius seipsa quàm creatore suo delectareť, nõ fieret mane, id est, de sua cognitione in laudẽ creatoris nõ assurgeret. Cum uero factũ est, faciendũ erat aliud & cognoscendũ deo dicẽte, fiat: ut prius itidẽ fieret in cognitione mẽtis angelicæ, & posset rursus dici, & lic factũ est: ac deinde in natura ꝓpria, ubi subsequente uespera noscereťur. Ac per hoc etiam si nulla hic mora rũ temporaliũ sint interualla, prędedit tamẽ ratio cõdendæ creaturæ in uerbo dei, cũ dixit, fiat lux: & secuta est ipsa lux qua angelica mens formata est, atq; in sua natura facta est, non autem alibi sequebatur ut fieret: & ideo non prius dictũ est, & sic est factũ, & postea dictũ, fecit deus lucẽ: sed cõtinuo post uerbũ dei facta est lux, adhæsitq; creãti luci lux creata, uidens illam, & se in illa, id est, ratione qua facta est. Vidit etiam se in se, id est, distante quod factũ est ab eo qui fecit. Et ideo cum placuisset deo factũ uidẽti quia bonũ est, & diuisa esset lux à tenebris, & uocata lux dies, & tenebrę nox: facta est et uespera, quia necessaria erat et ista cognitio, qua distingueret à creatore creatura, aliter in se ipsa cognita q̃ in illo: atq; inde mane, & aliud prędognoscẽdũ erat, quod fuerat uerbo dei faciendũ, prius in cognitione mẽtis angelicę, deinde in natura ipsius firmamẽti, Et ideo dixit deus, fiat firmamentũ: & sic est factum in cognitiõe creaturæ spiritalis, hoc prius q̃ fieret in eoipso prænoscẽtis. Deinde fecit deus firmamentũ, iam utiq; ipsam firmamenti naturã, cuius minor esset tanq̃ uesptina cognitio: ac sic usq; ad omniũ operum

Contẽplatio angelorum Cap. XXIX

Perfecta angelorum scientia Cap. XXX

Psal. 54

Quõ nata angelorũ sciẽtia Cap. XXXI

Mens angelica. XXXII

Rom. 1

rum finẽ, et usq; ad requiẽ dei, quę nõ habet uesperam: quia nõ est facta sicut creatura, ut posset etiã A ipsius geminari cognitio, tanq̃ prior & maior in uerbo dei sicut in die, & posterior ac minor in seipsa sicut in uespera. Sed si omnia mens simul angelica potest, quę singillatim per ordinẽ cõnexarũ causarũ sermo distinguit, nũquid etiam quę fiebant, uelut ipsum firmamentũ, uelut aquarũ congregatio, speciesq; terrarũ nudata, uelut fruticũ & arborũ germinatio, luminariũ & syderum cõfirmatio, aquatilia terrestriaq; animãtia simul omnia facta sunt? an etiã per interualla temporũ secundũ prędinitos dies? An forte non sicut ea secũdum motus eorũ naturales nũc experimur, ita etiam cũ primitus instituta sunt cogitare debemus, sed secundũ mirabilẽ atq; ineffabilẽ uirtutẽ sapiẽtiæ dei, quæ attingit à fine usq; ad finem fortiter, B & disponit omnia suauiter? Neq; enim et ipsa gradibus attingit, aut tanquã gressib. peruenit. Quapropter q̃ facilis ei efficacissimus motus est, tam facile deus condidit omnia, quę per illum sunt cõdita: ut hoc quod nunc temporalibus interuallis ea moueri uidemus ad peragenda quæ suo cuiq; generi cõpetunt, ex illis insitis rationibus ueniat, quas tanquã seminaliter sparsit deus in icto condendi, cũ dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt. Non itaq; tarde instituũ est, ut essent tarda quę tarda sunt: nec ea mora condita sunt secula, qua trãscurrũt. Hos enim numeros tempora peragunt, quos cũ crearenť, non temporaliter acceperũt: alioquin si rerũ naturales motiões, dierũq; istorũ, quos nouimus, usitata spatia, cum hæc pri C mitus uerbo dei facta sunt cogitemus, nõ uno die opus erat, sed pluribus: ut ea quæ radicibus pullulant, terramq; uestiunt, subter primitus germinarent: deinde certo numero dierũ pro suo quoq; genere in auras erumperent, etiam si hoc usq; fieret, quod de creata natura eorũ die uno, id est, tertio factũ scriptura narrauit. Deinde quot diebus opus erat, ut aues uolarent, si à suis primordijs existentes, ad plumas & pennas per naturæ suæ numeros puenerũt? An forte oua tantũ creata erãt, cũ quinto die dictũ est, quod eiecerint aquæ omne uolatile pennatũ secundum suum genus? Aut si ꝓpterea recte hoc dici potuit, quia in illo humore ouorũ iam erant omnia quæ per numeros certos dierũ coalescũt, & explicantur quodãmodo, D quia inerãt iam ipsę numerosę rationes incorporaliter corporeis rebus intextę: cur nõ et ante oua idipsum recte dici potuerit, cum iam eædẽ rationes in elemẽto humido fierẽt, quibus alites p tem porales sui cuiusq; generis moras oriri & perfici possent? De quo enim creatore scriptura ista narrauit, quod sex diebus cõsummauerit omnia opera sua, de illo alibi nõ utiq; dissonanter scriptum Eccli 18 est, quod creauerit omnia simul. Ac p hoc & istos dies sex uel septẽ, uel potius unũ sexies septiẽsue repetitũ simul fecit, qui fecit omnia simul. Quid ergo opus erat sex diestam distincte dispositeq; narrare? Quia scilicet ij qui nõ possunt uidere q̃d dictũ est, Creauit omnia simul: nisi cũ eis sermo tardius incedat, ad id quò eos ducit, puenire nõ possunt. Quomodo ergo diximus sexies repetitã lucis illius prędentiã per angelicã cognitionẽ à uespera ad mane, cũ ipsa tria simul, id est & diẽ & uesperã & mane semel ei habere suffecerit: cũ simul uniuersam creaturã sicut simul facta est, & in primis atq; incõmutabilib. rationibus, per quas condita est, contẽplareť propter diẽ, & in eius ipsius natura cognosceret propter uespерã, & creatorẽ ex ipsa etiã inferiore cognitiõe propter mane laudareť? Aut quomodo prędebat mane, ut in uerbo cognosceret quid esset deo postea faciẽdum, idipsum etiã cõsequẽter uespe cognitura, si prius et posterius nihil factũ est, quia simul omnia facta sunt? Imò uero et prius atq; posterius per sex dies quę cõmemorata sunt facta sunt, & simul omnia facta sunt: quia & hæc scriptura, quæ per memoratos dies narrat opera dei, & illa quę simul eũ dicit fecisse omnia, uerax est: & utraq; una est, quia uno spiritu ueritatis inspirãte cõscripta est. Sed in his rebus, in quib. quid prius sit uel posterius, interualla tẽporũ non demõstrant, quãuis utrũq; dici possit, id est, & simul, & prius & posterius, facilius tamẽ intelligiť quod dicitur simul, q̃ quod prius atq; posterius: uelut cũ solem intuemur orientem, certe manifestũ est, quod ad eũ acies nostra peruenire nõ posset, nisi trãsiret totũ aeris cœlicq; spatiũ, quod inter nos & ipsum est: hoc aũt cuius longinqtatis sit, quis existimare sufficiat? Nec ut que peruenireť eadem acies uel radius oculorum nostrorũ ad transeundũ aerẽ, qui est super mare, nisi prius transisset eum, qui est super terram, in qualibet mediterranea regione simus, ab eo loco ubi sum⁹ usq; ad littus maris. Deinde si ad eandẽ lineã cõtuitus nostri adhuc post mare terrę adiacent, eũ quoq; aerem qui super illas transmarinas terras est, transire acies nostra non potest, nisi prius peracto spatio aeris illius, qui sup mare quod prius occurrit, extendiť: faciamus iam post illas transmarinas terras non nisi Oceanũ remanere: nũquid & aerẽ qui super Oceanum diffunditur, potest trãsire acies nostra, nisi prius trãsierit quic quid aeris citra Oceanũ super terram est? Oceani autem magnitudo incõparabilis perhibetur, sed quantacunq; sit, prius oportet aerẽ, qui supra est, transeant radij oculorũ nostrorũ: & postea quicquid ultra est, tum demum ad solem perueniant quẽ uidemus. Num igitur quia totiens hic diximus pri⁹ & postea, ideo nõ simul omnia uno ictu trãsit noster obtutus? Si enim clausis oculis faciẽ cõtra uidendũ solem ponamus, nõne mox ut eos aperuerim⁹, ibi potius aciem nostrã nos inueniſse, q̃ illuc eam perduxisse putabimus, ita ut nec ipsi oculi prius aperti fuisse uideanť, q̃ illo quo intenderẽt puenissent? Et certe iste corporeæ lucis est radius emicans ex oculis nostris, & tam longe posita tanta celeritate cõstringens, ut existimari cõpararicq; nõ possit. Nępe hic & illa omnia tam ampla immẽsaq; spatia simul uno ictu transiri manifestũ est, & quid prius posteriusq; transeat, nihilominus certũ est. Merito resurrectiõis nostræ

Omnia facta esse simul XXXIII

Cognitio rerũ acceptã ab angelis XXXIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

celeritatẽ cũ exprimere uellet Apostolus, in ictu oculi dixit fieri. Neq; enim aliquid in rerum corporearũ motibus uel ictibus potest celerius inueniri. Quod si oculorũ carnaliũ acies celeritate tantum potest, quid mentis acies uel humanę, quãto magis angelicę? Quid iam de ipsius summę dei sapientiæ celeritate dicaẽ, quę attingit ubiq; propter suam mundiciã, & nihil inquinatũ in eam incurrit? In his ergo quę simul facta sunt, nemo uidet quid prius posteriusue fieri debuerit, nisi in illa sapientia, per quã facta sunt oĩa per ordinẽ simul.

Ordo præsentiæ & scientiæ XXXV

Dies ergo ille, quẽ deus primitus fecit, si spiritalis rationalisq; creatura est, id est, angelorũ supercœlestiũ atq; uirtutũ, præsentatus est omnib. operibus dei hoc ordine præsentię, quo ordine scientiæ, qua in uerbo dei facienda prænosceret, & in creatura facta cognosceret, nõ per interuallorum temporaliũ moras, sed prius & posterius habens in cõnexione creaturarũ, in efficacia uero creatoris omnia simul. Sic eñ fecit quę futura essent, ut nõ temporaliter faceret tẽporalia, sed ab eo facta currerẽt tempora. Ac per hoc isti dies septẽ, quos lux corporis cœlestis circũeundo explicat atq; replicat, secundũ quandã umbrã significationis admonent nos quęrere illos dies, in quibus lux creata spiritalis oĩb. operibus dei per senariã numeri perfectionẽ præsentari potuerit: atq; inde septimã requiẽ dei mane habere, uesperã nõ habere: ut nõ sit hoc deo requieuisse in die septimo, tanq; ipso die septimo eguerit ad requiẽ suã, sed quod in cõspectu angelorũ suorũ requieuerit ab omnibus operibus suis quæ fecit: nõ utiq; nisi in seipso qui factus nõ est: id est, ut creatura eius angelica, quæ cognoscẽdis omnibus operibus eius in ipso & in illis, tanq; dies cũ uespera præsentata est, nihil post omnia ualde bona opera eius melius cognosceret, q; illum ab omnibus in seipso requiescere, nullo eorum egentem quo sit beatior.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM
LIBER V

Vnus dies repetitus septies
Caput I

HIC est liber creaturę cœli et terrę, cũ factus est dies, fecit deus cœlũ & terram, & omne uiride agri anteq; esset super terrã, et omne fœnũ agri antequã exortũ esset: nõ enim pluerat super terrã deus, & homo nõ erat qui operaret terram: fons autem ascendebat de terra, & irrigabat omnẽ faciem terræ. Nũc certe firmior fit illa sententia, qua intelligiẽ unum diem fecisse deũ, unde iam illi sex uel septẽ dies unius huius repetitione numerari potuerũt: quãdoquidẽ apertius sancta scriptura iam dicit, cõcludens quodammodo cũcta quæ ab initio usq; ad hũc locũ dixerat, atq; infert, Hic est liber creaturæ uel facturę cœli & terræ, cum factus est dies. Neq; enim quisq; dicturus est cœlum & terrã hic ita cõmemorata, sicut dictum erat anteq; conditus insinuaret dies. In principio fecit deus cœlum et terram: Illud enim si eo modo intelligitur, ut aliquid deus fecerit sine die, priusquã faceret diem, qua ratiõe id possit accipi, suo loco dixi, quod dicẽdũ putaui, nulli intercludens melius intelligendi licentiam. Nunc autem hic est, inquit, liber creaturę cœli & terrę, eum factus est dies: satis, ut opinor, ostendens, nõ hic se ita cõmemorasse cœlum & terrã, sicut in principio antequã fieret dies, cum tenebræ essent super abyssum: sed quomodo factũ est cœlũ & terra, cũ factus est dies id est, iam formatis atque distinctis partibus & generibus rerũ, quibus uniuersa creatura disposita atq; cõposita, reddidit hãc speciem quæ mũdus uocaẽ. Illud hic ergo cœlum cõmoratũ est, quod cum creasset deus, firmamentũ uocauit cũ omnibus quæ in illo sunt: & ea terra, quæ cũ abyssо imũ obtinet locũ cum omnib. quę in ea sunt. Sequiẽ eñ & adiungit, Fecit deus cœlum et terram, ut cœli & terrę nomine præmisso, antequã factum diem cõmemoraret, & repetito cum cõmemorasset, non sinat suspicari ita se nũc cœlum et terram nominasse, sicut in principio antequam esset creatus dies. Sic enim uerba contexuit, Hic est liber creaturę cœli & terrę, cũ factus est dies, fecit deus cœlũ & terram: ut si quisquam uelit sic intelligere quod supius positũ est, Liber creaturę cœli & terræ: quemadmodũ dictum est, In principio fecit deus cœlum & terrã, priusquã cõderet diem: quia prius et hic cõmemorata sunt cœlũ & terra, & postea factus dies: corrigaẽ subsequentibus uerbis: quia & post cõmemoratũ factum diem rursus cœli & terræ nomen adiũctum est: quanquã & hoc quod positũ est, cum, & sic adiunctum, factus est dies, cuiuis contentioso extorqueat alium esse intellectum nõ posse. Si enim ita esset interpositũ, ut diceret, Hic est liber creaturæ cœli & terræ, factus est dies, fecit deus cœlum & terram: quisquã forte arbitraret librum creaturæ cœli & terræ sic appellatũ, quomodo appellatum est, In principio fecit deus cœlum et terrã ante cõditũ diem: ac deinde subiunctũ, factus est dies: sicut ibi postea narratũ est, quod deus fecerit diẽ: inde cõtinuo rursus dictũ. Fecit deus cœlũ & terram: tanq; si iam hęc facta sint post conditũ diem. Sed quia ita interpositũ est ut diceret, cum factus est dies: siue hoc superioribus uerbis connectas, ut sit una sententia, Hic est liber creaturæ cœli & terræ cum factus est dies: siue inferioribus, ut itidem hoc modo sit plena sententia, cum factus est dies, fecit deus cœlum & terrã: proculdubio cogit eo modo se intelligi cœlũ & terram cõmemorasse, quomodo facta sunt, cũ factus est dies. Deinde cũ dictũ esset, Fecit deus cœlum & terram: additum est, & omne uiride agri: quę certe manifestum est tertio die facta: unde liquidius apparet eundẽ illũ esse unũ diem quẽ fecit deus, quo repetito, factus est & secũdus et tertius, & cæteri usq; ad septimũ diẽ. Cũ autẽ nomine cœli & terræ usitato more scripturarũ nunc uniuersam creaturam uoluerit accipi, quæri potest cur addiderit, & omne uiride agri: quod mihi uideẽ ideo posuisse, ut significantius intimaret quẽ diẽ cõmendauerit, quod ait,

Viride agri cur additũ sit

ait, cũ factus est dies. Cito enim quisquã putaret hunc diem lucis corporeæ commendatũ, quo circũeunte nobis uicissitudo diurni nocturniq; temporis exhibeẽ. Sed cũ creaturarũ conditarũ ordinẽ recolimus, & inuenimus omne uiride agri tertio die creatũ, anteq; sol fieret, qui quarto die factus est, cuius præsentia dies iste quotidianus usitatusq; peragit: quãdo audimus, Cum factus est dies, fecit deus cœlũ et terrã, & omne uiride agri: admonemur de ipso die cogitare, quẽ siue corporalẽ nescio qua luce nobis incognita, siue spiritalẽ in societate unitatis angelicæ, nõ tamẽ qualẽ hic nouimus, intellectu inuestigare conemur. Illud etiã non ab re fuerit intueri, q; cum posset dicere, Hic est liber creaturæ cœli & terræ, cũ fecit deus cœlũ & terrã: ut in cœlo & in terra intelligerem⁹ quicq; in eis est: sicut loqui diuina scriptura consueuit, ut nomine cœli & terrę sæpissime, interdũ addito & maris, uniuersam insinuet creaturã: aliquãdo adiungẽs & dicens, & quæ sunt in eis: & quicquid horũ diceret, ibi intelligeremus: & diẽ, siue quẽ primitus cõdidit, siue istũ quẽ præsentia solis facit: nõ ita dixit, sed interposuit diẽ dicens, Cũ factus est dies. Nec ita locutus est ut diceret: Hic est liber creaturæ diei & cœli & terræ: tanq; hoc ordine, quo facta narrantur ista. Nec ita, Hic est liber creaturæ cœli & terrę, cũ factus est dies, & cœlũ & terra, cũ fecit deus cœlũ & terrã, et omne uiride agri. Nec ita, Hic est liber creaturæ, cũ fecit deus diẽ, & cœlũ & terrã, & omne uiride agri. Hos eñ magis locutiõis modos loquẽdi consuetudo poscebat, sed ait: Hic est liber creaturæ cœli & terrę, cũ factus est dies, fecit deus cœlũ & terrã, & omne uiride agri: tanq; illud insinuãs, cũ factus est dies, tũc fecisse deũ cœlũ & terrã, & omne uiride agri. Porrò autẽ superior narratio factũ diẽ primitus indicat, eumq; unũ diẽ deputat, post quẽ secũdũ annumerat, quo factũ est firmamẽtũ: & tertiũ, quo species terræ marisq; digestæ sunt, & lignũ atq; herbã terra produxit. An forte hoc illud est, quod in libro superiore moliebamur ostẽdere, simul deũ fecisse omnia: quãdoquidẽ narrationis illa cõtextio cũ sex dierũ ordine cũcta creata & cõsummata memorasset, nũc ad unũ diẽ omnia redigũtur nomine cœli & terræ, adiũcto etiã fruticũ genere? Nimirũ propter quod supra diximus, ut si fortasis ex hac nostra cõsuetudine intelligereẽ dies, corrigeret lector, cũ recoleret uiri de agri ante istum solarẽ diem deũ dixisse ut terra produceret. Ita iam nõ ex alio scripturæ sanctæ libro proferẽ testimoniũ, q; omnia simul deus creauerit, sed uicina testificatio paginæ consequentis & ex hac re nos admonet, dicẽs: Cum factus est dies, fecit deus cœlũ & terrã, & oĩe uiride agri: ut istum diẽ septies intelligas repetitũ, ut fierent septẽ dies. Et cum audis tũc facta oĩa, cũ factus est dies, illam senariã uel septenariã repetitionem sine interuallis morarum spaciorumq; temporalium factã, si possis apprehẽdas: si autem nõ possis, hæc relinquas conspiciẽda ualentibus: tu autem cum scriptura nõ deserẽte infirmitatẽ tuam, & materno incessu tecũ tardius ambulante profectus: quæ sic loquitur, ut altitudine superbos irrideat, pfunditate attẽtos terreat, ueritate magnos pascat, affabilitate paruulos nutriat. Quid sibi ergo uult etiã quod sequiẽ, nam ita sermo cõtexitur, Cum factus est dies, fecit deus cœlũ & terrã & omne uiride agri antequã esset super terrã, & omne fœnũ agri antequã exortum esset. Quid est ergo? Nonne quærendũ est ubi ea fecerit anteq; essent super terrã, & antequã exorta sunt? Quis enim non procliuius crederet tunc ea deũ fecisse, cũ exorta sunt, nisi admoneretur diuino eloquio, ista deum fecisse antequã exorirentur: ut si ubi facta sint, inuenire nõ possit, credat tamẽ ante facta q; exorta, quisquis huic scripturæ pie credit, impie quippe non credit. Quid ergo dicemus? An, quod nõnulli putauerũt, in ipso uerbo dei facta omnia antequã exorirẽtur in terra? Sed si hoc modo facta sunt, nõ cum factus est dies, sed antequã fieret dies, facta sunt: aperte autẽ scriptura dicit, Cum factus est dies, fecit deus cœlum et terrã, & omne uiride agri anteq; esset super terrã, & omne fœnũ antequã exoriretur. Si ergo cum factus est dies, non utiq; antequã fieret dies: ac per hoc nõ in uerbo, quod patri coeternũ est anteq; dies, antequã omnino aliquid fieret, sed cum factus est dies: nã illa quæ in uerbo dei ante omnẽ creaturã sunt, nõ utiq; facta sunt, hæc aũt facta sunt cum factus est dies, sicut scripturæ uerba declarant. Sed tamẽ anteq; essent super terrã, & anteq; exorirẽtur, quod de uiridibus & fœno agri dictũ est. Vbi ergo? An in ipsa terra causaliter et rationaliter, sicut in seminib. iam sunt omnia antequã euoluãt quodãmodo atq; explicẽt incrementa & species suas per numeros temporũ? Sed ista semina quæ uidemus, iam super terrã sunt, iã exorta sunt. an non erãt supra terrã, sed infra terrã: et ideo anteq; exorta sunt, facta sunt, quia tũc exorta sunt, cũ semina germinarũt, & accessu incrementorũ in auras eruperũt, quod per moras temporũ nũc fieri uidemus suo cuiq; generi distributas? Num ergo semina tũc facta sunt, cũ factus est dies, & in ipsis erat omne uiride agri, & omne fœnũ, nondũ ea specie qua sunt super terram iam exorta, sed ea in qua sunt in rationib. seminũ? Semina ergo primũ terra produxit. Sed nõ ita scriptura loquebatur, cum diceret, Et produxit terra herbã pabuli, uel herbam fœni seminantẽ semẽ secundũ genus, & secundũ similitudinẽ, & lignũ fructuosum faciẽs fructũ, cuius semen in se secundũ genus super terram. His enim uerbis magis apparet, semina esse exorta ex herbis & lignis: non autẽ illa ex seminibus, sed ex terra, præsertim quia & ipsa uerba dei sic se habẽt. Non enim ait: Germinent semina in terra herbã fœni, et lignũ fructuosum, sed ait: Germinet terra herbã fœni seminantẽ semẽ, ut semen ex herba, nõ herbam insinuaret ex semine. Et sic est factum, & produxit terra: id est, prius sic est factum in cognitiõe illius diei, & produxit terra iã ut hoc fieret etiã in ipsa creatura quæ condita est. Quomodo ergo antequam essent super terrã, &

Ordo creationis ex cõtextu sermonis. Cap. IIII

Gen. 1. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

antequã exoriretur: quasi aliud eis fuerit fieri cũ
cœlo & terra, quãdo factus est dies ille inusitatus A
atq; incognitus nobis, quẽ primũ deus fecit: aliud
autẽ exoriri super terrã, quod non fit nisi per hos
dies, quos circuitus solis facit per tẽporũ moras
suo cuiq; generi accommodatas? Quod si ita est,
diesq; illa societas atq; unitas supercœlestiũ ange
lorũ atq; uirtutũ est, proculdubio longe aliter no
ta est angelis creatura dei, aliter nobis: excepto
quod eã in uerbo dei nouerũt, p quod facta sunt
omnia, etiã in seipsa dico lõge aliter notã eis esse
q̃ nobis. Illis enim primordialiter, ut ita dicam,
uel originaliter, sicut eam deus primitus cõdidit,
& post eam cõditionẽ à suis operibus requieuit,
non condẽdo aliquid amplius: nobis autẽ secun
dum rerũ antea conditarũ administrationẽ iã per
ordines temporũ, secundum quã deus iam illis re B
bus per senariã perfectionẽ cõsummatis, usq; mo
do operat. Causaliter ergo tũc dictum est produ
xisse terrã herbam & lignũ, id est producẽdi acce
pisse uirtutẽ. In ea quippe iam tanq̃ in radicibus,
ut ita dixerim, temporũ facta erant, quæ per tẽpo
ra futura erant: nã utiq; postea plantauit deus pa
radisum iuxta Orientẽ, et eiecit ibi de terra omne
lignũ speciosum ad aspectum, & bonũ ad escam.
Nec tamẽ dicẽdũ est eũ aliquid tũc addidisse crea
turæ, quod ante nõ fecerat, quod uelut illi perfe
ctioni, qua omnia bona ualde sexto die cõsumma
uit, post esset addendũ. Sed quia iã omnes naturę
fruticũ atq; lignorũ in prima cõditione factæ fue
rãt, à qua cõditione deus requieuit, mouẽs dein
de administransq; per temporales cursus illa ipsa C
quæ cõdidit, & à quibus cõditis requieuit, nõ so
lum tũc plãtauit paradisum, sed etiam nũc omnia
quæ nascunt. Quis enim alius etiã nũc ista creat,
nisi qui usq; nũc operat? Sed creat hæc modo ex
ijs quę iam sunt: tunc autẽ ab illo, cũ omnino nulla
essent, creata sunt, cũ factus est dies ille, qui etiam
ipse omino erat spiritalis uidelicet atq; intellectua
Tempus, Motus, Materia informis et formabilis. Cap. V lis creatura. Factæ itaq; creaturę motib. cœpe
runt currere tẽpora: unde etiã ante creaturã fru
stra tẽpora requirunt, quasi possint inueniri ante
creaturã tempora. Motus enim si nullus esset uel
spiritalis uel corporalis creaturæ, quo p præsens
præteritis futura succederẽt, nullũ esset tẽpus om
nino. Moueri autẽ creatura nõ utiq; posset si non
esset. Potius ergo tẽpus à creatura, q̃ creatura cœ D
pit à tẽpore, utrunq; autẽ ex deo. Ex ipso enim, &
per ipsum, & in ipso sunt omnia. Nec sic accipiat
q̃ dictũ est, tẽpus à creatura cœpit, quasi tempus
creatura nõ sit, cum sit creaturæ motus ex alio in
aliud, cõsequentib. rebus secũdũ ordinationẽ ad
ministrãtis dei cuncta quæ creauit. Quapropter
cum primã conditionẽ creaturarũ cogitamus, à
quibus operibus suis deus in die septimo requie
uit: nec illos dies sicut istos solares, nec ipsam ope
rationẽ ita cogitare debemus, quẽadmodũ nunc
aliquid deus operatur in tẽpore: sed quẽadmodũ
operatus est unde incíperẽt tẽpora, quẽadmodũ
operatus est omnia simul, præstãs eis etiã ordinẽ,
nõ interuallis temporũ, sed connexione causarũ:
ut ea quę simul facta sunt, senario quoq; illius diei
numero præsentato perficerentur. Nõ itaq; tẽpora
li sed causali ordine prius facta est informis for
mabilisq; materies, & spiritalis, & corporalis de
qua fieret qd' faciẽdũ esset, cũ & ipsa priusquã in
stituta est, nõ fuisset: nec instituta est, nisi ab illo u
tiq; summo deo & uero, ex quo sunt omnia: quæ
siue cœli & terræ nomine significata est, quæ in
principio fecit de⁹ ante unũ illũ diẽ quẽ cõdidit,
propterea iam sic appellata, quia inde facta sunt
cœlũ & terra, siue nomine terræ inuisibilis & in
cõpositæ, atq; abysi tenebrosæ, ut iã in primo li
bro tractatũ est. In his uero quæ iã ex informita
te formata sunt, euidẽtiusq; appellanẽ creata uel
facta uel cõdita, primũ factus est dies. Oportebat
enim ut primatũ creaturæ obtineret illa natura,
quæ creaturã per creatorẽ, non creatorẽ per crea B
turã posset agnoscere. Secũdo firmamentũ unde
corporeus incípit mundus. Tertio species maris
& terræ, atq; in terra potẽtialiter, ut ita dicã, natu
ra herbarũ atq; lignorũ. Sic enim terra ad dei uer
bum ea produxit anteq̃ exorta essent, accipiens
omnes numeros eorũ quos per tẽpora exercret
secundũ suum genus. Deinde posteaq̃ hęc uelut
habitatio rerũ cõdita est, quarto die luminaria &
sydera creata sunt, ut prius pars mũdi superior, re
bus quæ intra mundũ mouenẽ uisibilib. ornare
tur. Quinto aquarũ natura, quia cœlo aeriq; con
iungitur, produxit ad dei uerbũ indigenas suos,
omnia scilicet natatilia & uolatilia, & hæc poten
tialiter in numeris qui per cõgruos temporũ mo
tus exererenẽ. Sexto terrestria similiter animalia C
tanquã ex ultimo elemẽto mũdi ultima nihilomi
nus potẽtialiter, quorũ numeros tẽpus postea ui
sibiliter explicaret. Hunc omnẽ ordinẽ creaturæ
ordinatæ dies ille cognouit: & per hãc cognitio
nem sexies quodãmodo præsentatus tanquã sex
dies exhibuit, cũ sit unus dies, ea quę facta sunt in
creatore primitus, & in ipsis cõsequenter agno
scẽs, nec in ipsis remanens, sed eorũ etiã cognitio
nẽ posteriorẽ ad dei referẽs dilectionẽ, uesperam
& mane & meridiẽ in omnib. præbuit, non per
moras temporũ, sed propter ordinem conditorũ.
Postremo quietis sui creatoris, qua in se requie
scit ab omnib. operibus suis, notitiã repræsentãs
in qua non habet uesperã, benedicí & sanctifica
ri ob hoc meruit. Vnde ipsum septenariũ nume D
rũ sancto spiritui quodãmodo dedicatũ, cõmen
dat scriptura, & nouit ecclesia. Hic est ergo liber
creaturæ cœli & terræ, qa in principio fecit deus
cœlũ & terrã, secũdũ materię quandã, ut ita dicã,
formabilitatẽ, quę cõsequẽter uerbo eius formã
da fuerat, præcedẽs formationẽ suã, nõ tempore
sed origine. Nam utiq; cum formaretur, primũ fa
ctus est dies: cũ factus est dies fecit deus cœlũ &
terrã & omne uiride agri anteq̃ esset super terrã,
& omne fœnũ agri antequã exoriretur, sicut tra
ctauimus: uel si quid liquidius & congruẽtius ui
deri & dici potuit. Quod autẽ sequit: Nõ enim
pluerat deus super terram, & homo non erat qui
operaretur terrã: quò pertineat & quid nobis insi
nuet

nuet, indagare difficile est. Tanquã ideo antequã
exortũ est, fecerit deus fœnũ agri, quia nondum A
pluerat super terrã. Si enim post pluuiã fœnũ fe
cisset deus, pluuia magis exortũ q̃ factum ab eo
uideret. Quid enim, quod post pluuiã exoritur,
ab alio fit nisi ab eodẽ deo? Cur autẽ non erat ho
mo qui operaretur terrã? Nónne iã sexto die fece
rat hominẽ & septimo die requieuerat ab omĩb.
operibus suis quę fecit? An hoc recapitulãdo cõ
memorat, quoniã quãdo fecit deus omne uiride
agri, & omne fœnũ, nondũ pluerat super terrã, &
nondum erat homo? Tertio quippe die fecit ista
deus, hominẽ autẽ sexto. Sed cũ fecit deus omne
uiride atq; omne fœnũ agri anteq̃ exortũ est sup
terrã, nõ solum homo nõ erat qui operaretur ter
ram, sed nec ipsum fœnũ erat super terram, quod
utiq; ante dicit factum q̃ exortũ. An ideo die ter B
tio fecit deus ista: quia nondũ erat homo qui ope
rando terrã faceret ea? Quasi uero tã multa ligna
& tam multa genera herbarũ, nõ sine ulla opera
hominũ nascãtur ex terra? An ob hoc utrunq; po
situm est, & quia nondum pluerat super terrã, &
quia nondũ erat homo qui operaretur terrã: ubi
enim opera humana nõ est, per pluuiã ista nascũ
tur. Sunt autẽ quædã quę etiã per pluuiã nõ nascũ
tur, nisi humana opera accedat. Ideo nũc utrunq;
adiutoriũ necessariũ est, ut cuncta nascantur, tũc
autẽ utrunq; defuit, ideo fecit deus hęc potẽtia uer
bi sui sine pluuia, sine opere humano. Nam etiam
nũc ipse facit, sed iam per pluuiã & hominũ ma
nus, q̃uis neq; qui plantat sit aliquid, neq; qui ri
gat, sed qui incrementũ dat deus. Quid est ergo C
quod adiũgit, Fons autẽ ascẽdebat de terra, & irri
gabat omnẽ faciẽ terræ? Ille quippe fons tãta lar
gitate manãs, sicut Nilus Aegypto, posset uniuer
sæ terræ esse, p pluuia. Quid itaq; pro magno cõ
mendatũ est, antequã plueret fecisse deum illa gi
gnentia, cum quantũ posset adiuuare pluuia, tan
tum fons irrigans terrã? Verum & si aliquid mi
nus, minora illa fortasse, nõ tamen nulla nascerен
tur. An hic etiã more suo scriptura tanquã infir
mis infirmiter loquitur, & tamen innuit aliquid
quod intelligat qui ualuerit? Nimirũ enim sicut
isto die paulo superius cõmemorato significauit
unũ diem factum à deo, & tũc deũ fecisse cœlum
& terrã, cum factus est dies: ut quomõ possemus
cogitaremus simul omnia deũ fecisse, q̃uis supe D
rior sex dierum enumeratio, uelut temporũ inter
ualla ostẽdisse uideretur: ita cũ dixisset, cum cœ
lo & terra deũ fecisse omne uiride agri anteq̃ es
set super terrã, & omne fœnũ agri anteq̃ exortũ
est, addidit, Nondũ enim pluerat deus super ter
tam, nec erat homo qui operaretur terrã: tanq̃ di
ceret, Nõ ea sic fecit deus, quẽadmodũ facit nũc
talia cum pluit & cum operãtur homines: Hæc e
nim iam per moras temporũ fiunt, quæ tunc non
erãt, cum fecit omnia simul, unde etiã tẽpora inci
perent. Quod autẽ sequitur, Fons autẽ ascẽde
bat de terra, & irrigabat omnẽ faciem terræ: hinc
iam, quantũ arbitror, intimatur quæ fiant secun
dum interualla temporũ ex prima illa cõditione
creaturarũ, ubi facta sunt omnia simul. Et recte ab
eo cœpit elemẽto, ex quo cuncta genera nascũtur
uel animaliũ, uel herbarũ atq; lignorũ, ut agant tẽ
porales numeros suos naturis proprijs distribu
tos. Omnia quippe primordia seminũ, siue unde *Semina rerum*
omnis caro, siue unde omnia frutecta gignũtur,
humida sunt, & ex humore concrescũt. Insunt au
tem in illis efficacissimi numeri, trahentes secum
sequaces potẽtias ex illis perfectis operibus dei,
à quib. in die septimo requieuit. Verũtamẽ quis
iste sit fons ad irrigandã omnẽ faciẽ terræ omnis
idoneus, merito quęritur. Si enim fuit, & obstructus
est uel siccatus, causa quærẽda est. Nũc enim ui
demus nullũ esse fontẽ quo irrigẽt omnis facies
terræ. Fortasis ergo peccatũ hominũ hãc etiam
pœnam cõmeruit, ut tãta illius fontis repressa lar
gitas facillimã terris auferret fœcunditatẽ, ut in B
colentium augeretur labor. Posset hoc q̃uis nul
la id scriptura narrauerit, affirmare humana suspi
tio, nisi illud occurreret quòd peccatũ hominum,
cui pœna laboris imposita est, post paradisi deli
tias extitit. Paradisus autẽ habebat prægrandẽ fõ
tem suum, de quo post diligẽtius suo loco loquen
dum est: ex cuius uno capite quatuor magna flu
mina & nota gentib. manare narrãtur. Vbi ergo
erat fons iste aut ista flumina, quãdo ille unus ma
ximus ascẽdebat de terra, et irrigabat omnẽ faciẽ
terræ? Certe enim tũc nõ Geon, qui dicit Nilus,
unus ex illis quatuor rigabat Aegyptũ quando
fons ascẽdebat de terra, & nõ Aegyptũ tantũ, sed
omnẽ faciẽ terræ satiabat. An primo deũ uoluisse
credẽdũ est, uno fonte maximo irrigare omnẽ ter
rã, ut illa quæ in ea principaliter cõditerat, acce
pto humoris adiutorio, iam etiã per tẽporalia spa
cia gignerent, pro suorũ generũ diuersitate etiã
diuersis numeris dierũ gignerent: & postea plãta
to paradiso represisse illũ fontẽ multisq; alijs fon
tibus, sicut iam nũc uidemus impleuisse terrã: de
paradisi autẽ uno fonte quatuor ingentia flumina
diuisisse, ut & terra cętera creaturarũ suarũ plena
generibus, congruos numeros suorum temporũ
agẽtibus, fõtes etiã suos haberet ac fluuios: & pa
radisus loco electiore plãtatus, quatuor illa flumi
na ex capite sui fontis emitteret: aut ex ipso uno
fonte paradisi multo largius exundãte, prius totã
rigasse terrã, atq; ad pariẽda per temporũ nume
ros genera, quę in ea sine interuallis tẽporũ crea
uerat, fœcundasse: ac postea represisse in eo loco
aquarũ eruptionẽ uastissimã, ut de diuersis p om
nem terrã capitibus fluminũ ac fontiũ iam mana
rent: ac deinde irrigatione illius fontis, non iam
uniuersam terrã rigãtis, sed memorabiles solos il
los quatuor fluuios emittẽtis, plãtasse paradisum
ubi hominẽ quẽ fecerat collocaret. Quia enim *Quæ scriptura complectatur.* VIII
non omnia scripta sunt, quemadmodũ post illam
primã rerũ conditionẽ tempora cucurrerint, seq̃
secutæ sint administrationes creaturarũ, quæ pri
mitus factæ, sextoq; illo die cõsummatæ sunt: sed
quantum satis iudicauit spiritus, qui inerat scri
benti, ea quæ non solum ad factarum rerum noti
tiam, sed etiam ad futurarum prefigurationẽ ua
lerent

Universidad de Deusto
Biblioteca

lerent: nescientes cõiectamus quid fieri potuerit, quod ille nõ nescíes prætermilit, tantũ id conantes pro modulo nostro, quantũ adiuuamur effice re, ne aliqua absurditas uel repugnãtia putet esse in scripturis sanctis, quæ opinionẽ lectoris offendat, & dum existimat fieri nõ potuisse, quæ facta esse scriptura commemorat, uel resiliat à fide, uel nõ accedat ad fidẽ. Proinde cum de isto fonte quærimus, quomõ id quod dictũ est, Ascẽdebat de terra & irrigabat omnẽ faciẽ terræ: nõ impossibile uideat. Si aũt ea quę diximus, impossibilia cuiquã uidentur, quęrat ipse aliud, quo tamẽ uerax ista scriptura mõstretur, quæ proculdubio uerax est, etiã si non mõstretur. Nã si argumẽtari uoluerit quo eã falsam esse cõuincat, aut ipse nulla uera de creaturarũ cõditione atq; administratione dicturus est: aut si uera dixerit, istam nõ intelligẽ do falsam putabit: uelut si contẽdat ideo non potuisse uno quãtolibet fonte omnẽ terræ faciẽ irrigari, quia si mõtes nõ irrigabat, non omnẽ terræ faciẽ irrigabat. Si etiã mõtes rigabat, nõ erat iam impartitio saging, sed diluuij inundatio: ꝙ si terra tũc sic erat, totũ mare erat & nondũ discreta erat arida. Cui respõdetur, quia hoc uicibus tẽporũm posset, sicut certo tẽpore per plana Aegypti Nilus restagnat, & alio tempore ad ripas suas redit: aut si iste nescio cuius ignotæ ac longinquæ partis mundi aquis & pruinis hyemalibus, anni uersaria creditur incrementa colligere, quid de Oceani alternis æstibus, quid de quibusdã littoribus, quę late nudant fluctib. uicissimq; operiũtur, dici potest: ut omittã quod de quorundã fontiũ mira uicissitudine perhibetur, certo annorũ interuallo sic eos inũdare, ut totã illam regionẽ rigent, qui alio tẽpore uix ex altis puteis ad potandum sufficientẽ præbent aquã? Cur ergo sit incredibile, si ex uno abysi capite alterna inũdatione fluente atq; refluẽte, tũc uniuersa terra rigata est? Quòd si ipsius abysi magnitudinẽ, ea parte excepta quod mare dicitur, & euidẽti amplitudine aquæ, maris fluctib. terras ambit, in ea sola parte quã recõditis sinibus terra cõtinet, unde se omnes fontes & omnes aquæ diuersis tractibus uenisq; distribuũt, & suis quisq; locis erũpunt, fontem uoluit appellare scriptura non fontes, ꝓpter naturæ unitatẽ: eumq; per innumerabiles uias antrorum atq; rimarũ ascendentẽ de terra & ubiq; dispertis quasi crinibus irrigantẽ omnẽ superficiem terræ, nõ continua specie tanq; maris aut stagni, sed sicut uidemus ire aquas per alueos fluminum flexusq; riuorũ, & eorũ excessu uicina perfundere: quis nõ accipiat nisi qui contentioso spiritu laborat? Potest quippe etiã ita dicta intelligi omnis terræ facies irrigata, quẽadmodũ dicitur, omnis uestis facies colorata, etiam si non continuatim sed maculatim fiat: præsertim quia tunc in nouitate terrarũ, etsi nõ omnia, plura tamẽ plana fuisse credibile est, quo latius possent erũpentia fluenta dispergi atq; distendi. Quapropter de istius fontis magnitudine uel multitudine: qui siue unam habuit alicunde eruptionẽ: siue propter aliquam in terræ occultis sinibus unitatẽ, unde omnes aquæ super terrã scaturirent, omniũ fontium magnorũ atq; paruorũ unus fons dictus est, per omnes dispertitiones suas ascẽdens de terra, & irrigãs omnem faciẽ terræ: siue etiam, quod est credibilius, quia nõ ait, unus fons ascẽdebat de terra, sed ait: Fons aũt ascẽdebat de terra: pro numero plurali posuit singularem: ut sic intelligamus fontes multos per uniuersam terrã loca uel regiones, ꝑprias irrigãtes, sicut dicit̃ miles, & multi intelliguntur, sicut dicta est locusta & rana in plagis quib. Aegyptij percussi sunt, cũ esset innumerabilis locustarũ numerus & ranarũ, Iam non diutius laboremus. Sed illud etiã atq; etiã cõsideremus, utrũ possit nobis per omnia cõstare sentẽtia qua dicebamus, aliter operatũ deum omnes creaturas prima cõditione, à quibus operib. in die septimo requieuit: aliter istã earũ administrationẽ qua usq; nũc operatur: id est, tũc omnia simul sine ullis tẽporaliũ morarum interuallis: nũc autẽ per tempora moras, quib. uidemus sydera moueri ab ortu ad occasum, cœlũ mutari ab æstate ad hyemẽ, germina certis dierũ momẽtis pullulare, grandescere, uirescere, arescere. Animalia quoq; statutis tẽporũ metis & curſibus, & cõcipi, & perfici, & nasci, & per ætates usq; in senium mortemq; decurrere, & cætera huiusmodi tẽporalia. Quis enim operat̃ ista nisi deus, etiã sine ullo tali suo motu? Nõ enim & ipsi accidit tẽpus. Inter illa ergo opera dei à quib. requieuit in die septimo, & ista quæ usq; nũc operat̃, quendã scriptura interponẽs sug narrationis articulũ, cõmẽdauit se illa explicasse, & cœpit iã ista cõtexere. Illorũ explicatorũ commẽdatio sic facta est, Hic est liber creaturę cœli et terræ, cũ factus est dies, fecit deus cœlũ & terrã, & omne uiride agri anteq; esset super terrã, & omne fœnũ agri anteq; exoriretur. Nõ enim pluerat deus super terrã, nec erat homo qui operaret terrã. Istorũ autem cõtextio sic cœpit. Fons autẽ ascendebat de terra, & irrigabat omnẽ faciẽ terræ. Ab hac cõmemoratione fontis huius, & deinceps ea quæ narrantur, per moras temporũ facta sunt, nõ omnia simul. Cũ ergo aliter se habeant omniũ creaturarũ rationes incõmutabiles in uerbo dei, aliter illa eius opera, à quib. in die septimo requieuit: aliter ista quæ ex illis usq; nũc operat̃: horũ triũ hoc quod extremũ posui, nobis utcũq; notũ est per corporis sensus, & huius cõsuetudinẽ uitæ. Duo uero illa remota à sensib. nostris, & ab usu cognitiõis humanæ, prius ex diuina auctoritate credẽda sunt: deinde ꝓ hæc quæ nota sunt, utcũq; noscẽda, quãto quisq; magis minus'ue potuerit, ꝓ suæ capacitatis modo diuinitus adiutus internis ęternisq; rationib. ut possit. De primis ergo illis diuinis incõmutabilib. æternisq; rationibus, quoniã ipsa dei sapiẽtia, per quã facta sunt omnia, priusquã fierẽt ea nouerat, sicut scriptura testat̃: In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deꝰ erat uerbũ, hoc erat in principio apud deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quis ergo tã sit demẽs, ut dicat nõ ea

Scriptura uerax. Cap. IX

Fons unus terrã rigãs, quomodo intelligendum.

Aliter deus operatus est primo, aliter nũc administrat omnia. Ca. XI

Opera dei. Cap. XII

Sapientia dei. Cap. XIII

ea deũ fecisse quæ nouerat? Porrò si nouerat, ubi nisi apud seipsum, apud quẽ uerbũ erat, per quod facta sunt omnia? Nã si extra seipsum ea nouerat, quis eũ docuerat? Quis emꝫ cognouit sensum domini, aut quis cõsiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuet̃ ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quanq; & ea quę se quuntur in Euãgelio, satis asserãt istam sententiã, adiũgit enim Euãgelista & dicit: Quod factũ est in illo uita est, & uita erat lux hominũ. Quia scilicet rationales mẽtes, in quo genere homo factus est ad imaginẽ dei, non habent uerã lucem suam, nisi ipsum uerbũ dei, per quod facta sunt omnia, cuius participes esse poterũt ab omni iniquitate & errore mundatæ. Non ergo ita pronunciari oportet, Quod factum est in illo uita est, ut subdistinguamus, quod factũ est in illo, & deinde inferamus, uita est. Quid enim nõ in illo factum est, cum cõmemoratis etiã multis creaturis, dicatur in Psalmo: Oꝫia in sapiẽtia fecisti. Dicat & Apostolus: Quoniã in ipso condita sunt omnia in cœlo & in terra, uisibilia & inuisibilia. Cõsequẽs ergo erit, si ita distinxerimus, ut & ipsa terra, & quęcunq; in ea sunt, uita sint. Quæ cũ absurde dicant̃ omnia uiuere, quanto absurdius ut etiã uita sint: præsertim quia distinguit de quali uita loquatur, cũ addit: Et uita erat lux hominũ. Sic ergo distinguendũ est, ut cũ dixerimus, quod factũ est, deinde inferamus, in illo uita est: nõ in se scilicet, hoc est in sua natura, qua factum est ut cõditio creaturaq; sit: sed in illo uita est, quia omnia quæ per ipsum facta sunt, nouerat antequã fierent. Ac ꝑ hoc in illo erat nõ sicut creatura quã fecit, sed sicut uita & lux hominũ, quod est ipsa sapiẽtia, & ipsum uerbũ unigenitus dei filius. Eo modo ergo in illo uita est quod factũ est, quomodo dictũ est: Sicut habet pater uitã in semetipso, sic dedit filio habere uitam in semetipso. Nec prætermittendũ est ꝙ emẽdatiores codices habẽt: Quod factum est, in illo uita erat: ut sic intelligatur, uita erat, quomõ in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ. Quod ergo factũ est, iam uita erat in illo, & uita nõ qualiscunq;: nã & pecora dicuntur uiuere, quæ frui nõ possunt participatione sapiẽtię: sed uita erat lux hominũ. Mẽtes quippe rationales purgatæ gratia eius, possunt peruenire ad eiusmodi uisionẽ, qua nec superius quicquã sit, nec beatius. Sed etiã si hoc legamus & intelligamus, quod factũ est in illo, uita est: manet ista sentẽtia, ut id quod per ipsum factum est, uita esse in illo intelligatur. In qua uita uidit omnia quãdo fecit: & sicut uidit ea, ita fecit: nõ præter seipsum uidẽs, sed in seipso, ita enumerauit omnia quæ fecit. Nec alia uisio ipsi⁹ & patris, sed una, sicut una substantia. Nã & in libro Iob ita ipsa sapiẽtia, per quã facta sunt omnia, prædicatur. Sapientia uero inquit, unde inuẽta est, uel quis sit locus scientię? Ignorat mortalis uiam eius, nec inuenietur in hominibus. Et paulopost: Audiuimus, inquit, eius gloriã, dominus commẽdauit uiã eius, & ipse nouit locũ eius. Ipse enim omne quod est sub cœlo perfecit, & nouit quæ sunt in terra, omnia quę fecit: uentorũ libramenta atq; mensuras quando fecit, sicut uidit enumerauit. His atq; huiusmodi testimoniis probatur ꝙ hæc omnia priusquã fierẽt, erãt in notitia faciẽtis. Et utiq; ibi meliora, ubi uerius, ubi æterna & incõmutabilia. Quanq; sufficere debeat ut quisq; nouerit uel inconcusse credat ꝙ deus hæc omnia fecerit: nõ opinor eũ esse tam excordem, ut deũ quæ nõ nouerat fecisse arbitretur. Porrò si nouerat ea priusquã faceret ea, profecto priusquã fierent apud illũ erãt eo modo nota quo sempiterne atq; incõmutabiliter uiuũt, & uita sunt: facta aũt eo modo, quo unaquęq; creatura in genere suo est. Quãuis ergo illa ęterna incõmutabilisq; natura, quod deus est, habens in se ut sit, sicut Moysi dictum est: Ego sum qui sum: lõge scilicet aliter ꝙ sunt ista quæ facta sunt: quoniã illud uere ac primitus est quod eodem modo semper est, nec solũ non cõmutatur, sed cõmutari omnino nõ potest: nihil horũ quæ fecit existẽs, & oꝫia primitus habẽs, sicut ipse est. Neq; enim ea faceret, nisi ea nosset antequã faceret, nec nosset nisi uideret, nec uideret nisi haberet, nec haberet ea quę nondũ facta erant, nisi quẽadmodũ est ipse nõ factus. Quãuis, inquã, illa substantia ineffabilis sit, nec dici utcũq; homini per hominẽ possit, nisi usurpatis quibusdã locorũ ac temporum uerbis, cũ sit ante omnia tempora & ante omnes locos: tamẽ propinquior nobis est qui fecit ꝙ multa quę facta sunt. In illo emꝫ uiuimus, mouemur, et sumus. Istorũ autem pleraq; remota sunt à mente nostra propter dissimilitudinẽ sui generis, quoniã corporalia sunt: nec idonea est ipsa mens nostra, in ipsis rationib. quibus facta sunt ea uidere apud deũ, ut per hoc sciamus quot & quãta qualiaq; sint, etiã si nõ ea uideamus per corporis sensus. Remota quippe sunt à sensib. corporis nostri, quoniã longe sunt, uel interpositis aut oppositis aliis, à nostro cõtuitu actuq; separant̃. Ex quo fit ut maior ad illa inueniẽda sit labor, ꝙ ad illũ à quo facta sunt, cũ sit incõparabili fœlicitate prestãtius illũ ex quãtulacunq; particula pia mẽte sentire, ꝙꝫ illa uniuersa cõprehendere. Vnde recte culpãtur in libro Sapiẽtiæ inquisitores huius seculi. Si emꝫ tantũ, inquit, potuerũt ualere, ut possent æstimare seculũ, quomodo eius dominũ non facilius inuenerũt? Ignota enim sunt fundamẽta terræ oculis nostris, & qui fundauit terrã, propinquat mẽti bus nostris. Iam nũc cõsideremus ea quæ fecit deus omnia simul, à quib. in die sexto cõsummatis, requieuit in septimo, postea cõsideraturi opera eius, in quib. usq; nunc operat̃. Ipse enim ante secula. A seculo aũt ea dicimus, ex quo cœpit seculũ, sicut ipsum mũdũ. In seculo aũt, sicut ea quę nascũtur in mũdo. Cũ ergo scriptura dixisset: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, paulo post ait: In mũdo erat, & mũdus ꝑ ipsum factus est. De hoc opere dei alio loco scriptũ est: Qui fecisti mũdũ de materia informi: hic mũdus plerũq; cœli & terræ nomine nuncupatur, si cut iã cõmemorauimus, quæ scriptura dicit deũ fecisse

Natura diuina. Ca. XVI

Exod. 3

Sapien. 13

Ante secula, à seculo, in seculo. XVIII

Universidad de Deusto. Biblioteca

feciſſe,cum factus eſt dies.De quibus uerbis iam quantū uiſum eſt diſputauimus,quēadmodū congruat cōditioni mūdi huius,& q sex diebus conſummatus eſt cū omnib. quæ in eo ſunt,& quòd tūc factus,cum factus eſt dies,ut & illud cōgruat quòd creauit omnia ſimul.

Multa nos latere. XVIII

Huius uniuerſæ dei creaturæ multa non nouimus: ſiue quæ in cœlis ſunt altius q ut noſter ſenſus ea poſsit attingere: ſiue quæ in regionibus terrarū ſunt fortaſsis inhabitabilibus:ſiue quæ deorſum latent, uel in ꝓfundo abyſsi, uel in occultis ſinib. terræ. Hæc igitur antequā fierent,utiq; non erant. Quomodo ergo deo nota erāt quæ non erāt? Et rurſus quomodo ea faceret quæ ſibi nota non erāt? Nō enim quicquam fecit ignorās. Nota ergo fecit,non facta cognouit. Proinde antequā fierent,& erant & non erāt. Erant in dei ſciētia, non erant in ſua natura: ac per hoc factus eſt dies ille, cui utroq; modo innoteſcerēt,& in deo & in ſeipſis. Illa uelut matutina ſiue diurna cognitione, hac uero uelut ueſpertina. Ipſi aūt deo non audeo dicere alio modo innotuiſſe, cum ea feciſſet,q illo quo ea nouerat ut faceret,apud quē non eſt cōmutatio, nec momēti obumbratio.

Angeli. Cap. XIX

Non ſanè propter inferiorū ſcientiam nūcijs indiget, quaſi per eos fiat ſciētior: ſed illo ſimplici ac mirabili modo nouit omnia ſtabiliter atq; incōmutabiliter. Habet autē nuncios propter nos & propter ipſos, quia illo modo deo parere & aſsiſtere,ut eū de inferioribus conſulāt, eiusq; ſupernis præceptis & iuſsis ut obtēperēt, bonū eſt eis in ordine propriæ naturę atq; ſubſtātiæ. Nuncij aūt Græce angeli dicūtur,quo nomine generali uniuerſa illa ſuperna ciuitas nūcupatur,quem primū diem conditū exiſtimamus. Nā nec illud eos latuit myſteriū regni cœlorū, quod opportuno tēpore reuelatū eſt pro ſalute noſtra, quo ex hac peregrinatione liberati,eorum cœtui coniungamur. Neq; hoc ignorarent, quādoquidē ipſum ſemē,quod opportuno tēpore aduenit, per ipſos diſpoſitū eſt in manu mediatoris, id eſt in eius poteſtate, qui dominus eorū eſt, & in forma dei, & in forma ſerui. Dicit item Apoſtolus: Mihi enim minimo omniū ſanctorū data eſt gratia hæc,annūciare in gentib. inueſtigabiles diuitias Chriſti,& illuminare quæ ſit diſpoſitio & diſpenſatio ſacramēti.quod fuit abſcōditū à ſeculis in deo, qui uniuerſa creauit, ut innoteſceret principibus et poteſtatib. in cœleſtibus per eccleſiam multiformis ſapiētia dei, ſecundū propoſitū ſeculorum,quā fecit in Chriſto Ieſu dño noſtro. Sic ergo fuit hoc abſcōditum à ſeculis in deo, ut tamen innoteſceret principibus & poteſtatib. in cœleſtibus per eccleſiā multiformis ſapiētia dei: quia ibi primitus eccleſia quò poſt reſurrectionē & iſta eccleſia congreganda eſt, ut ſimus æquales angelis dei. Illis ergo à ſeculis innotuit, quia omnis creatura nō ante ſecula,ſed à ſeculis. Ab ipſa enim exorta ſunt ſecula,et ipſa à ſeculis,quoniā initiū eius initiū ſeculorū eſt: unigenitus aūt ante ſecula,per quē facta ſunt ſecula. Ideoq; ex perſona Sapiētię: Ante ſecula, inquit, fundauit me, ut in ea faceret omnia, cui dictum eſt: Omnia in ſapientia feciſti.

Pſal. 103

Quod aūt non in deo tantum innoteſcit angelis, quod abſcōditū eſt, uerūetiā hic eis apparet, cum efficit atq; propalatur, idē Apoſtolus ita teſtis eſt:

1. Tim. 3

Et ſine dubio, inquit, magnū eſt pietatis ſacramētum, quod manifeſtatū eſt in carne, iuſtificatū eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatū eſt in gentibus, creditū eſt in mūdo, aſſumptū eſt in gloria. Et niſi fallor, mirū eſt ſi nō omnia quæ dicitur deus tanq; ad præſens tēpus cognoſcere, ideo dicitur, quia cognoſci facit, ſiue ab angelis, ſiue ab hominibus. Modus quippe iſte locutionis cū per efficiētē id quod efficit ſignificat, crebro eſt in ſcripturis ſanctis: maxime cū de deo aliquid dicitur, quod ei ad proprietatē locutionis nō conuenire præſidens mentibus noſtris ipſa ueritas clamat.

Deum adhuc operari. XX

Iam nūc ergo diſcernamus opera dei, quæ uſq; nūc operat, ab illis operibus à quibus in die ſepti mo requieuit. Sunt enim qui arbitrātur tantūmodo mundū ipſum factum à deo, cætera iā fieri ab ipſo mūdo, ſicut ille ordinauit & iuſsit, deū aūt ipſum nihil operari. Cōtra quos proferēt illa ſententia domini: Pater meus uſq; nūc operatur. Et ne quiſquā putaret apud ſe illū aliquid operari, non in hoc mūdo: Pater in me manens, inquit, facit opera ſua: & ſicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat,ſic & filius quos uult uiuificat: Deinde quia nō ſolū magna atq; præcipua, uerūetiā iſta terrena et extrema ipſe operatur, ita dicit Apoſtolus: Stulte tu quod ſeminas nō uiuificat, niſi prius moriatur. Et quid ſeminas? Nō corpus quod futurū eſt ſeminas, ſed nudū granū fere tritici, aut alicuius cæterorū: deus aūt dat illi corpus quomō uoluerit, & unicuiq; ſeminū propriū corpus. Sic ergo credamus, uel ſi poſſumus etiā intelligamus uſq; nūc operari deū, ut ſi conditis ab eo rebus operatio eius ſubtrahatur, intereāt. Sed plane ſi aliquā creaturā ſic eū nūc inſtituere putauerimus, ut genus eius primitiuæ cōditioni non inſeruerit, aperte cōtradicimus dicēti ſcripturæ, q conſummauerit omnia opera ſua in die ſexto. Secūdum illa enim genera rerū, quæ primū condidit, noua eū multa facere, quę tūc nō fecit, manifeſtum eſt. Nouum autē genus inſtituere credi recte nō poteſt, quoniā tūc omnia cōſummauit. Mouet itaq; occulta potētia uniuerſam creaturā ſuā, eoq; motu illa uerſata dū angeli iuſſa perficiūt, dum circūeunt ſydera, dū alternāt uenti, dum abyſſus aquarum lapſibus & diuerſis etiā per aerē congloba tionibus agitatur, dū uireta pullulāt ſuaq; ſemina euoluunt, dū animalia gignūtur, uarioq; appetitu proprias uitas agunt, dum iniqui iuſtos exercere permittūtur, explicat ſecula, quæ illi cum primū cōdita ſunt tanq; implicita indiderat: quę tamē in ſuos curſus nō explicarētur, ſi ea ille qui cōdidit, prouido motu adminiſtrare ceſſaret.

Omnia gubernari diuina prouidentia. Cap. XXI

Admoneri autē nos oportet iſs quæ in tēpore formantur atq; naſcuntur, quomodo iſta conſiderare debeamus. Nō enim fruſtra de ſapiētia ſcriptū eſt, quòd amatoribus ſuis oſtendit ſe in uijs hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis. Nec omnino audiendi

diendi ſunt, qui putauerūt ſublimes quidē mūdi partes, id eſt à cōfinio corpulentioris aeris huius & ſupra, diuina prouidētia gubernari: hanc autē imam partem terrenā & humidā, aeriſq; huius uicinioris, qui terrarū & aquarū exhalationib. humeſcit, in quo uēti nubesq; conſurgūt, caſibus potius & fortuitis motibus agitari. Cōtra hos loquitur Pſalmus, qui cū explicaſſet laudē cœleſtiū, ſe

Pſal. 148

etiā ad iſta inferiora cōuertit, dicēs: Laudate dominū de terra, dracones & omnes abyſſi: ignis, grādo, nix, glacies, ſpiritus tēpeſtatis, quæ faciūt uerbū eius. Nihil enim tā uidetur caſibus uolui, q omnes iſtæ procelloſæ ac turbulentæ qualitates, quibus cœli huius inferioris quod nō immerito etiā terræ nomine deputatū eſt, facies uariat & uertitur. Sed cū addidit, Quæ faciunt uerbum eius: ſatis oſtendit earū quoq; rerum ordinē diuino ſubditū imperio, latere nos potius q uniuerſi tatis deeſſe naturę. Quòd aūt ore ſuo Saluator dicit, unū paſſerem non cadere in terrā ſine dei uoluntate, & q fœnum agri poſt paululum mittendum in clibanū, ipſe tamē ueſtiat: nónne confirmat non ſolū totā iſtam mūdi partē rebus mortalibus & corruptibilib. deputatā, uerumetiā uiliſsimas eius abiectiſsimasq; particulas diuina prouidētia regi? Et certe iſti qui hoc negāt, nec ſanctis eloquijs tātæ autoritatis acquieſcūt, ſi in hac mūdi parte, quam putāt fortuitis motibus pertubari, potius q ſapiētia diuinę ſummitatis regi: & ut hoc quaſi probent, gemino abutūtur argumēto, uel quod ſupra commemorauī, de incōſtantia tempeſtatū, uel de felicitatibus atq; infelicitatibus hominū, quòd nō pro uitæ meritis accidunt: uiderent tantū ordinē, quantus in mēbris carnis cuiuslibet animantis apparet, non dico medicis, qui hęc propter ſuæ artis neceſsitatē diligēter patefacta et dinumerata rimati ſunt, ſed cuilibet mediocris cordis & cōſideratiōis homini: nónne clamarent, ne puncto quidē temporis deū, à quo eſt omnis mēſurarū modus, omnis paritas numerorū, omnis ordo ponderū, ab eius gubernatiōe ceſſare? Quid ergo abſurdius, quid inſulſius ſentiri poteſt, q̄ eam totā eſſe uacuam nutu & regimine prouidētiæ, cuius extrema & exigua uideas tāta diſpoſitione formari, ut aliquāto attētius cogitata ineffabilē incutiāt admirationis horrorē? Et cū animę natura corporis antecellat, quid eſt demētius q̄ putare nullū eſſe diuinæ prouidentiæ iudicium de moribus hominū, cum in eorū carne tanta eius ſolertię clareant & demonſtrētur indicia? Sed quia hæc minima in promptu ſunt ſenſib. noſtris, & ea facile inueſtigamus, elucet in eis ordo rerum: at illa quorū ordinē uidere nō poſſumus, inordinata arbitrātur qui eſſe nō putāt niſi quod uidere poſſunt, aut ſi putant, tale aliquid putant, quale uidere conſueuerunt. Nos aūt quorum greſſus, ne in illam peruerſitatē incidamus, eadē diuina prouidētia per ſanctam ſcripturā regit, ex ipſis quoq; operibus dei eodē adiuuāte indagare conemur, ubi hæc ſimul creauerit, cum à conſummatis ſuis operibus requieuit, quorū ſpecies per ordinē temporū uſq; nunc operatur. Conſideremus ergo cuiuslibet arboris pulchritudinē in robore, ramis, frōdibus, pomis: hęc ſpecies nō utiq; repēte tāta ac talis eſt exorta, ſed quo etiā ordine nouimus. Surrexit enim à radice, quam terræ primū germē infixit: atq; inde omnia illa formata & diſtincta creuerūt. Porrò illud germē ex ſemine: in ſemine ergo illa oīa fuerūt primitus, nō mole corporeæ magnitudinis, ſed ui potētiaq; cauſalitēr. Nā illa magnitudo, copia terrę humoris cōgeſta eſt. Sed illa in exiguo grano mirabiliori preſtātiorq; uis eſt, qua ualuit adiacēs humor cōmixtus terrę, tanq; materies uerti in ligni illius qualitatē, in ramorū diffuſionē, in foliorū uiriditatē ac figuram, in fructuū formas & opulentiā omniūq; ordinatiſsimā diſtinctionē. Quid enim ex arbore illa ſurgit aut pendet, quod non ex quodā occulto theſauro ſeminis illius extractū atq; depromptū eſt? At illud ſemen ex arbore, licet nō illa ſed altera, atq; illa rurſus ex altero ſemine. Aliquādo aūt & arbor ex arbore, cū ſurculus demitur atq; plantatur. Ergo & ſemen ex arbore, & arbor ex ſemine, & arbor ex arbore. Semen aūt ex ſemine nullo modo, niſi arbor interueniat prius. Arbor uero ex arbore etiā ſi ſemē nō interueniat. Alternis igit ſucceſsionibus alterū ex altero, ſed utrūq; ex terra, nec ex ipſis terra. Prior igit eorū parēs terra. Sic & animalia, poteſt incertū eſſe, utrū ex ipſis ſemina, an ipſa ex ſeminibus. Quodlibet tamē horū prius, ex terra certiſsimū eſt. Sicut aūt in ipſo grano inuiſibiliter erāt omnia ſimul quę ꝑ tempora in arborē ſurgerēt: ita & ipſe mūdus cogitādus eſt, cū deus ſimul omnia creauit, habuiſſe ſimul omnia quæ in illo cū illo facta ſunt, quādo factus eſt dies: non ſolū cœlū cum ſole & luna & ſyderibus, quorum ſpecies manet motu rotabili, & terra & abyſſus, quæ uelut incōſtantes motus patiunt, atq; inferius adiūcta partē alterā mūdo conferūt: ſed etiā illa quæ aqua & terra produxit potentialiter atq; cauſaliter priuſquā per tēporū moras ita exorirētur, quomō nobis iam nota ſunt in eis operib. quæ deus uſq; nūc operatur. Quæ cū ita ſint, hic eſt liber creaturæ cœli & terræ: cū factus eſt dies, fecit deus cœlū & terrā & omne uiride agri antequā eſſet ſuper terrā, & omne fœnū agri antecq; exortū eſt: non ſic quomō facit opere quo nūc uſq; operatur per pluuiā & hominū agri culturā. Ad hoc enim adiunctū eſt: Nō enim pluerat deus ſuper terrā, nec erat homo qui operarēt terrā: ſed illo modo quo creauit oīa ſimul, ſenariorioq; dierū numero cōſummauit, cū diem quē fecit eis quæ fecit ſexies præſentauit, nō alternante ſpatio temporaliter, ſed ordinata cognitione cauſaliter. A quibus operibus in die ſeptimo requieuit, etiam ſuam requiem eiuſdē diei notitiæ gaudioq; præbere dignatus: & ideo nō eum in quolibet opere ſuo, ſed in ſua requie benedixit & ſanctificauit. Vnde nullā ulterius creaturā inſtituēs, ſed ea quæ oīa ſimul fecit, adminiſtratorio actu gubernās & mouēs, ſine ceſſatione operat, ſimul & requieſcēs & operās, ſicut iā iſta tractata ſunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum operum eius quæ usq; nũc operatur, per uolumina temporũ explicandorũ, uelut exordiũ narrandi sumens, ait scriptura: Fons autẽ ascendebat de terra, & irrigabat omnẽ faciẽ terræ. De quo fonte quia diximus qd̃ dicendũ putauimus, ea quæ sequuntur ab alio cõsideremus exordio.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM LIBER VI

Homo quãdo fictus. Cap. I

T FINXIT deus hominẽ puluerẽ de terra, & insufflauit in faciẽ eius flatum uitæ, & factus est homo in animã uiuentẽ. Hic primo uidendũ est, utrũ ista recapitulatio sit, ut nunc dicatur quomodo factus sit homo quem sexto illo die factum legimus: an uero tunc quidẽ cũ fecit omnia simul, in his etiã latenter hominẽ fecit, sicut fœnũ terræ anteqũ esset exortũ: ut eo modo & ipse cum iam esset in secreto quodã naturæ aliter factus, sicut illa quæ simul creauit cũ factus est dies, accessu temporis etiã isto modo fieret, quo in hac perspicua forma uitam gerit, uel male uel bene: sicut fœnũ quod factũ est anteqũ exoriretur super terrã, accedẽte iam tẽpore & fontis illius irrigatione, exortũ est ut esset super terrã. Prius ergo secũdum recapitulationẽ id conemur accipere: fortasis quippe ita homo factus sit in die sexto, sicut dies ipse primitus factus est, sicut firmamentũ, sicut terra & mare. Neqũ em̃ hæc dicẽda sunt ante in quibusdã primordijs iã facta latuisse, ac deinde in hanc faciẽ qua mũdus extructus est, accessu tẽporis tanq̃ exorta claruisse: Sed ab exordio seculi cũ factus est dies, conditũ mundũ, in cuius elemẽtis simul sunt cõdita, quæ post accessu temporis exorirent̃, uel frutecta uel animalia quæq; secundũ genus suũ. Nã nec ipsa sydera credendum est in elemẽtis mũdi primitus facta atq; recõdita, accessu postea tẽporis extitisse, atq; in has enituisse formas quæ cœlitus fulgent, sed illo senario perfectionis numero creata simul omnia cũ factus est dies. Vtrũ ergo sic et homo ista iam specie qua in sua natura uiuit, & agit siue bonũ siue malũ, an & ipse in occulto sicut fœnũ agri anteq̃ exortũ est, ut hoc ei post esset accessu tẽporis exoriri quod de puluere factus est? Accipiamus ergo eũ sexto ipso die in hac pspicua uisibiliq; forma de limo factũ, sed tunc nõ cõmemoratũ quod nũc recapitulando insinuar̃, & uideamus utrũ nobiscũ ipsa scriptura cõcordet. Sic certe scriptũ est, cũ adhuc dicit sexti opera narrarent̃, Et dixit de⁹: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, & habeat potestatẽ piscium maris & uolatiliũ cœli, & omniũ pecorum, & omnis terræ, & omniũ repentium quæ repunt super terrã. Et fecit deus hominem, ad imaginẽ dei fecit eum, masculũ & fœminam fecit eos, & benedixit eos deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terrã, & dominamini eius, & habete potestatem piscium maris & uolatiliũ cœli, & omniũ pecorũ, & omnis terræ, & omniũ reptiliũ repentium super terrã. Iam ergo de limo formatus erat, & illi iã soporato mulier ex latere iam facta erat, sed hoc tũc cõmemoratũ nõ erat, quod nũc recapitulãdo cõmemoratũ est. Neqũ enim sexto die factus est masculus, & accessu temporis postea facta fœmina, sed fecit eũ, inquit, masculũ & fœminam fecit eos, & benedixit eos. Quomõ ergo iam homine in paradiso cõstituto mulier ei facta est? An & hoc prætermissum scriptura recoluit? Nã sexto illo die etiam paradisus plãtatus est, & ibi homo collocatus est, & soporatus est ut Eua formaret̃, & ea formata euigilauit, eiq; nomẽ imposuit. Sed hæc nisi per tẽporales moras fieri nõ possent. Nõ itaq; ita facta sunt, sicut creata sunt omnia simul. Quantãlibet enim homo cogitet facilitatẽ qua deus etiã hæc simul cum cæteris fecit, uerba certe hominis nouimus, nisi per tẽporales morulas emitti uoce non posse. Cũ ergo uerba hominis audimus, uel cũ animãtibus, uel cũ mulieri nomẽ imposuit, uel cũ secutus etiã dixit: Propter hoc relinquet homo patrẽ suũ & matrẽ suã, & cõiungẽt̃ uxori suæ, & erunt duo in carne una: q̃buslibet syllabis ista sonuerit, nec duę quæcũq; in his uerbis syllabę simul sonare potuerũt: quãto minus hæc omnia cum ijs quæ simul creata sunt simul fieri? Ac p̃ hoc aut & illa omnia nõ simul ab ipso summo exordio seculorũ, sed p̃ moras atq; interualla tẽporũ facta sunt, diesq; ille nõ spiritali sed corporali subst̃tia primũ cõditus, uel circuitu lucis nescio quomõ, uel emissione & cõtractione, mane ac uesperã faciebat: Aut si cõsideratis omnib. quæ superioribus sermonib. ptractata sunt, p̃babilis ratio persuasit, illũ diẽ spiritalem sublimiter ac primitus conditã lucẽ quãdam sapientẽ uocatũ esse diem, cuius p̃sentia per ordinatã cognitionẽ conditioni rerũ in numero senario præberetur: atq; huic sentẽtiæ scripturę uerba cõgruere quod ait postea: Cũ factus est dies, fecit deus cœlũ & terrã, & omne uiride agri anteq̃ esset super terrã, & omne fœnũ agri antequã oriret̃: attestari etiã quod alibi scriptũ est: Qui uiuit in æternũ creauit omnia simul: non est dubiũ hoc q̃ homo de limo terræ fact⁹ est, eiq; formata uxor ex latere, iam nõ ad conditionẽ qua simul omnia facta sunt p̃tinere, quib. perfectis requieuit deus, sed ad eã operationẽ quæ fit iã per uolumina seculorũ, qua usq; nunc operatur. Huc accedit q̃ ipsa etiã uerba quibus narrat̃ quomodo deus paradisum plãtauerit, in eoq; hominẽ quem fecerat collocauerit, ad eumq; adduxerit animalia quib. nomina imponeret, in quibus cũ adiutoriũ simile illi nõ fuisset inuentũ, tũc ei mulierẽ costa eius dectracta formauerit: satis nos admonẽt hæc non ad illã operationẽ dei p̃tinere, unde requieuit in die septimo, sed ad istam potius qua per tẽporũ cursus usq; nũc operatur. Cũ enim paradisus plãtaretur, ita narrat. Et plãtauit deus paradisum in Edẽ ad Orientẽ, & posuit ibi hominẽ quẽ finxerat. Et eiecit deus adhuc de terra omne lignum pulchrũ ad aspectum, & bonũ ad escam. Cum dicit ergo: Eiecit adhuc de terra omne lignũ pulchrum ad aspectum: manifestat utiq; q̃ aliter nunc eiecerit

Coniũctio maris & fœminæ. Cap. III

Creatio hominis. Cap. II

Genes. 1

Gen. 2

Gen. 2

Lignorũ productio.

rit de terra lignũ, aliter tunc cum tertio die produxit terra herbã pabuli, seminantem semẽ secundũ genus suum, & lignũ fructuosum secundũ suum genus. Hoc est enim, eiecit adhuc, super illud scilicet quod iam eiecerat: tũc utiq; potẽtialiter & causaliter in opere pertinẽte ad creãda omnia simul, à quibus consummatis in die septimo requieuit, nunc aũt uisibiliter in opere pertinẽte ad temporum cursum, sicut usq; nũc operat̃. Nisi forte quis dicat, nõ omne ligni genus tertio die creatũ, sed dilatũ aliquid quod sexto crearet̃, cum homo factus est atq; in paradiso cõstitutus. Sed quę sexto die creata sunt, apertissime scriptura declarat, anima uiua scilicet secundũ unũquodq; genus, quadrupedum, & repentiũ & bestiarũ, & ipse homo ad imaginẽ dei masculus & fœmina. Proinde potuit prætermittere quomõ sit homo factus, quem tamẽ ipso die factũ ipse narrauit, ut recapitulãdo postea quẽadmodũ etiã factus fuerit, intimaret, hoc est de terrę puluere, et mulier illi de latere: nõ tamẽ aliquod creaturæ genus prætermittere, uel in eo quod dixit deus, fiat, uel faciamus, uel in eo quod dicit̃, & sic est factũ, siue fecit deus. Aliogn frustra per singulos dies tã diligẽter distincta sunt omnia, si permixtionis dierũ potest ulla suspitio residere, ut cũ herba & lignũ diei tertio sit attributum, aliqua ligna etiã sexto die creata esse credamus, quæ in ipso sexto die scriptura tacuerit.

Vtrũ homo ante septimum diem uitæ potuerit.

Postremo quid respõdebimus de bestijs agri, & uolatilib. cœli, quæ adduxit deus ad Adã, ut uideret quid ea uocaret? Quod ita scriptũ est: Et dixit dominus deus, Non est bonũ esse hominẽ solũ, faciamus illi adiutoriũ secũdũ ipsum. Et finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri, & omnia uolatilia cœli, & adduxit illa ad Adã, ut uideret quid uocaret illa: Et omẽ quodcũq; illud uocauit Adã animã uiuã, hoc nomẽ est illius. Et uocauit Adã nomina omnib. pecoribus, & omnib. uolatilibus cœli, & omnibus bestijs agri. Adæ autẽ nõ est inuentus adiutor similis ipsi: Et iniecit deus mentis alienationẽ super Adam, & obdormiuit, & sumpsit unã de costis eius, & impleuit carnẽ in locum eius, & ædificauit dominus deus costã quã sumpsit de Adã in mulierẽ. Si ergo consequẽter, cum in pecorib. & bestijs agri & uolatilibus cœli non esset inuẽtũ adiutoriũ simile homini, fecit ei deus adiutoriũ simile de costa lateris eius: hoc autẽ factum est cum easdẽ bestias agri & uolatilia cœli adhuc de terra finxisset, & ad illũ adduxisset adhuc: quomõ sexto die factũ hoc potest intelligi, quãdoquidẽ illo die terra produxit animã uiuam secundũ uerbũ dei, uolatilia uero quinto die, produxerũt aquæ similiter secundũ uerbũ dei? Nõ itaq; hic diceretur, Et finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri, & omnia uolatilia cœli, nisi quia iam terra produxerat omnes bestias agri sexto die, & aqua omnia uolatilia cœli quinto die. Aliter ergo tũc, id est potẽtialiter atq; causaliter, sicut illi operi competebat, quo creauit omnia simul, à quibus in die septimo requieuit: aliter autẽ nunc, sicut ea uidemus quę per tẽporalia spacia creat, sicut usq; nunc operatur: Ac per hoc iam per istos notissimos lucis corporalis dies, qui circuitu solis fiũt, Eua facta est de latere uiri sui. Tũc enim deus adhuc finxit de terra bestias & uolatilia, in quibus cũ adiutoriũ simile ipsi Adã non esset inuentũ, illa formata est. In talibus ergo diebus etiã ipsum de limo finxit deus. Neqũ enim dicendum est, masculum quidẽ sexto die factum, fœminã uero posterioribus diebus, cũ ipso sexto die apertissime dictum sit, masculũ & fœminã fecit eos, & benedixit eos, & cætera quę de ambob⁹ & ad ambos dicunt̃. Aliter ergo tũc ambo, & nunc aliter ambo. Tũc scilicet secũdũ potentiã per uerbũ dei tanq̃ seminaliter mũdo inditã, cũ creauit omnia simul, à quib. in die septimo requieuit: ex quibus omnia suis quæq; temporib. iam per seculorũ ordinẽ fierent: nunc autem secundũ operationẽ p̃bẽdam temporib. qua usq; nũc operat̃: & oportebat iam tempore suo fieri Adã de limo terrę, eiusq; mulierem ex uirili latere. In qua distributione operũ dei partim ad illos dies inuisibiles pertinentiũ, in quib. creauit omnia simul: partim ad istos appositos, in quibus operat̃ quotidie quicquid ex illis tanq̃ inuolucris primordialib. in tẽpore euoluitur: si nõ importune atq; absurde scripturę uerba secuti sumus, quæ nos ad hæc distinguẽda duxerunt, cauendũ est ne propter ipsarũ rerũ aliquãto difficilẽ perceptionẽ, quam tardiores assequi nõ sufficiũt, putemur aliquid sentire ac dicere, quod scimus nos nec sentire nec dicere. Quanq̃ enim præcedẽtibus sermonib. quantũ potuerim, lectorem p̃struxerim, plures tamẽ arbitror caligare in his locis: & putare ita fuisse prius hominẽ in illo dei opere quo cũcta simul creata sunt, ut aliquã uitã duceret, & ut dei locutionẽ ad se directã, cũ dixit deus, Ecce dedi uobis omne pabulũ semine, discerneret, crederet, intelligeret. Nouerit ergo qui hoc putat, non hoc modo me sensisse neqũ dixisse: Sed rursus si dixero, nõ ita fuisse hominẽ in illa prima rerũ cõditione qua creauit de⁹ omnia simul, sicuti est nõ tantũ perfectę ætatis homo, sed ne infans quidẽ, nec tãtũ infans, sed ne puerperiũ quidẽ in utero matris, nec tantũ hoc, sed ne semẽ quidẽ uisibile hominis, putabit omnino nõ fuisse. Redeat ergo ad scripturã, inueniet sexto die hominẽ factum ad imaginẽ dei, factos aũt masculũ & fœminã. Itẽ querat quãdo facta sit fœmina, inueniet extra illos sex dies: tũc enim facta est, quãdo deus de terra finxit adhuc bestias agri & uolatilia cœli, nõ quãdo uolatilia produxerũt aquæ, & animã uiuã in qua bestiæ sunt, produxit terra: Tũc aũt factus est homo, et masculus & fœmina, ergo & tũc & postea. Neqũ em̃ tunc & nõ postea, aut uero postea & nõ tũc: nec alij postea, sed ijdẽ ipsi aliter tunc, aliter postea. Quæret ex me, quõ? Respõdebo, postea uisibiliter, sicut species humanæ constitutionis nota nobis est, nõ tamẽ parentibus generãtibus, sed ille de limo, illa de costa ei⁹: Quæret, tũc quomodo? Respondebo, inuisibiliter, potẽtialiter, causaliter, quomodo fiunt futura nõ facta. Hic forte non intelliget: Subtrahunt̃ em̃

Homo quãdo fictus. Ca. VI

Vtrũ serius ante diem uitæ potuerit. Cap. V

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei cuncta quæ nouerat,usq; ad ipsam seminũ corpulẽtiã. Neq; enim uel tale aliquid homo iã erat, A
cum in prima illa sex dierũ cõditione factus erat.
Datur quidẽ de seminibus ad hanc rẽ nõnulla si-
militudo,propter illa quæ in eis futura conserta
sunt,ueruntamẽ ante omnia uisibilia semina sunt
illæ causæ,sed nõ intelligit. Quid ergo faciã, nisi
quantũ possum salubriter moneã,ut scripturę dei
credat:& tunc hominẽ factum, quãdo deus cũ fa-
ctus est dies, fecit cœlũ & terrã, de quo alibi scri-
Eccli 18 ptura dicit:Qui uiuit in æternũ creauit omnia si-
mul:& tũc quãdo iam nõ simul,sed suis quæq; tẽ-
poribus creãs,finxit eũ de limo terræ, & ex eius
osse mulierẽ: cũ nec isto modo eos illo sexto die
factos,nec tamẽ eos illo sexto die nõ factos intel
Animæ quãdo ligere scriptura permittat. Forte ergo animæ
creatæ. VII eorum sexto die illo factæ erãt, ubi & ipsa imago B
dei recte intelligit in spiritu mẽtis eorũ,ut postea
corpora conformarẽtur? Sed neq; hoc credere ea
dẽ scriptura permittit. Primũ propter illã operũ
consummationẽ, quæ nõ uideo quomodo possit
intelligi,si defuit aliquid tũc non causaliter cõdi-
tũ, quod postea uisibiliter cõderet. Deinde quia
sexus ille masculi & fœminę,nisi in corporib.esse
nõ potest. Quòd si quisq; secundũ intellectum &
actionẽ tanq; utrũq; sexũ in una anima accipien-
dũ putauerit, quid faciet de his quę ad escã deus
ipso dedit die de lignorũ fructibus,quę nisi homi
ni habẽti corpus nõ utiq; cõgrua est? Nã etsi hanc
escã figurate accipere quisq; uoluerit, recedet à
proprietate rerũ gestarũ, quæ primitus in huius-
modi narrationib.omni obseruatiõe fundata est. C
Vox dei ad creaturas. Cap. VIII Quomodo ergo loquebat, inquit, eis qui non-
dum audiebãt nec intelligebãt, quia nec erãt qui
uerba perciperẽt? Possem respõdere sic illos allo
cutum deũ, quemadmodũ Christus nos nõdum
natos, etiã longe post futuros, nec tantũ nos, sed
etiã eos omnes qui futuri sunt post nos. Omnib.
Matth.28 cẽ dicebat quos suos futuros uidebat, Ecce ego
uobiscũ sum usq; in consummationẽ seculi: sicut
deo notus erat Propheta,cui dixit:Priusq; te for-
Heb.7 marẽ in utero noui te:sicut decimatus est Leui cũ
esset in lumbis Abrahæ: cur enim non ita & ipse
Abrahã in Adã,& ipse Adã in primis operibus
mũdi quæ deus creauit omnia simul? Sed uerba
dñi per os carnis eius, & uerba dei p ora Prophe
tarũ temporali corporis uoce proferũtur, & om- D
nibus syllabis suis congruas temporũ moras su-
munt atq; consumunt. Cũ uero deus dicebat,Fa-
ciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem no-
strã,& habeat potestatẽ piscium maris & uolati-
lium cœli,& omniũ pecorum,& omnis terræ,&
omniũ repentiũ quæ repunt super terrã: & ecce
dedi uobis omne pabulũ seminale, seminãs semẽ
quod est super omnẽ terram, & omne lignũ fru-
ctiferũ quod habet in se fructũ seminis seminalis,
quod erit uobis ad escã:ipse sermo eius ante om-
nẽ aeris sonũ,ante omnẽ carnis & nubis uocẽ, in
illa summa eius sapiẽtia per quã facta sunt omnia,
nõ quasi humanis aurib.instrepebat,sed rebus fa
ctis rerũ faciendarũ causas inserebat,& omnipo-

tenti potẽtia futura faciebat,hominemq; suo tem
pore formandũ,in temporũ tanq; semine uel tan
quam radice cõdebat, quãdo cõdebat omne un-
de inciperẽt secula,ab illo condita qui est ante se-
cula. Creaturæ quippe aliæ creaturas alias, quæ-
dam tẽpore,quædã causis præcedunt: ille aũt om
nia quæ fecit non solũ excellẽtia qua etiã causarũ
effector est, uerũetiã æternitate præcedit. Sed de
hoc opportunius deinde scripturarũ locis for
tasis plenius disserendũ est. Nunc de homine *Meritũ meno*
quod cœptũ est terminetur,ea moderatione ser- *natorum. IX*
uata,ut in profundo scripturę sensu magis præste
mus diligentiã requirendi, q̃ affirmandi temeri-
tatẽ. Quia enim nouerat Hieremiã deus prius q̃
eum formaret in utero,dubitare phas non est. A-
pertissime quippe dicit:Priusquam te formarem *Hiere.1*
in utero noui te. Vbi autẽ illum nosset anteq; ita
formasset,& si nostræ infirmitati assequi uel diffi
cile uel impossibile est: utrũ in aliquibus propin-
quioribus causis,sicut Leui in lũbis Abrahæ de-
cimatus est:an in ipso Adã in quo humanũ genus
tanq; radicaliter institutũ est: & in eo ipso utrum
iam cũ de limo formatus esset, an cum causaliter
in his operib. factus quæ creauit omnia simul: An
uero ante omnem potius creaturã, sicut elegit &
prædestinauit sanctos suos ante mũdi cõstitutio-
nem: An potius in omnib. præcedẽtibus causis,
siue quas cõmemorauimus,siue quas nõ cõmemora-
ui,priusquã in utero formaret: non arbitror scru
pulosius quæri oportere:dũmodo Hieremiã con
stet ex quo est in hac luce à parẽtibus æditus,ex il
lo egisse uitã propriã, qua grãdescẽs ætatis acces-
su,posset uiuere siue male siue bene, antea uero
nullo modo,nõ solũ priusquã in utero formaret,
sed nec iam ibi formatus anteq; natus. Neq; enim
habet ullam cunctationẽ illa Apostolica sentẽtia
de geminis in Rebeccę utero nondũ agentib. ali-
quid boni aut mali. Nec tamẽ frustra scriptũ est, *Psal.50*
nec infantẽ mundũ esse à peccato,cuius est unius
diei uita super terrã. Et illud in Psalmo:Ego in ini-
quitatib. cõceptus sum,& in peccatis mater mea
me in utero aluit. Et q̃ in Adam omnes moriunt,
in quo omnes peccauerũt. Nunc autẽ liquido te-
neamus, quælibet parentum merita trahi cẽtur in
prolem, quæcũq; gratia dei anteq; nascat quenq;
sanctificet,nec iniquitatẽ esse apud deũ,nec boni
mali ue agere quenq;,quod ad propriã personam
pertineat, anteq; natus est. Illamq; sententiã qua
nonnulli putãt alibi peccasse magis minusq; ani-
mas,& p diuersorũ meritis peccatorũ in diuersa
corpora esse detrusas, Apostolicæ non cõuenire
sentẽtiæ:cũ apertissime dictũ sit,nihil egisse nõdũ
natos, seu boni seu mali. Ac p hoc alia quæstio est
suo loco retractãda,quid de peccato primorũ pa-
rentũ, qui duo soli fuerũt, generis humani cõtra-
xerit uniuersa cõspersio. Nihil tamẽ talium meri-
torum habere potuisse hominẽ anteq; de terræ pul
uere fictus esset, anteq; suo tẽpore uiueret, nulla
quæstio est. Sicut enim Esau & Iacob, quos nõdũ
natos dixit Apostolus nihil egisse boni aut mali,
nõ possemus dicere traxisse aliquid meriti de pa-
rentibus

rentibus,si nec ipsi parẽtes egissent aliquid boni
aut mali:nec genus humanũ peccasse in Adam,si A
ipse nõ peccasset Adã:non aũt peccasset Adã,nisi
iam suo tẽpore uiueret, quo posset uiuere siue be
ne siue male:ita frustra peccatũ eius,seu recte fa-
ctum requiritur, cũ adhuc in rebus simul creatis
causaliter cõditus,nec uita ꝓpria iã uiuebat, nec
in parentib. sic uiuẽtibus erat. In illa enim prima
cõditione mũdi,cũ deus omnia simul creauit,ho-
mo factus est qui esset futurus,ratio creãdi homi-
nis,nõ actio creati. Sed hæc aliter in uerbo dei, *Quæstio re-*
ubi ista nõ facta sed æterna sunt. Aliter in elemen *solũta. Cap. X*
tis mũdi,ubi omnia simul facta futura sunt. Aliter
in rebus,quę secundũ causas simul creatas, nõ iã
simul sed suo quęq; tẽpore creant:in quibus Adã
iam formatus ex limo,& dei flatu animatus,sicut
fœnũ exortũ. Aliter in seminibus,in quib. rursus B
quasi primordiales causæ repetũtur: de rebus du
ctæ quæ secundũ causas quas primũ cõdidit exti
terãt,uelut herba ex terra,semẽ ex herba. In qui-
bus omnib. ea iã facta modos & actus sui tẽporis
acceperũt,quæ ex occultis atq; inuisibilib. ratio-
nibus, quæ in creatura causaliter latẽt,in manife
stas formas naturasq; ꝓdierũt. Sicut herba exor-
ta super terrã,& homo factus in animã uiuã,&cę
tera huiusmodi, siue frutecta siue animãtia,ad illã
operationẽ dei pertinẽtia quæ usq; nũc operatur.
Sed etiã ista secũ gerũt tanq; iterũ seipsa inuisibili
ter in occulta quadã ui generãdi, quã extraxerũt
de illis primordijs causarũ suarũ, in quibus crea-
to mũdo cũ factus est dies,anteq; in manifestã spe
ciem sui generis exorirent, inserta sunt. Si enim C
prima illa opera dei,cũ simul omnia creauit,in suo
modo perfecta nõ essent, ea ꝓculdubio post ad-
derent quæ illis perficiẽdis defuissent: ut quædã
uniuersitatis perfectio ex utrisq; constaret, singu
lis quasi semis:uelut alicuius totius partes essent,
quarũ cõiunctiõe ipsum totũ cuius partes fuerãt,
cõpleretur. Rursus si ita essent illa perfecta, sicut
perficiunt, cũ suis quæq; tẽporibus in manifestas
formas actusq; procreant: ꝓfecto aut nihil ex eis
postea per tẽpora fieret:aut hoc fieret q̃d ex istis
quæ suo quæq; iam tẽpore oriũtur,deus nõ cessat
operari. Nunc autẽ quia iam & cõsummata quo-
dammodo,& quodãmodo inchoata sunt,ea ipsa
quę cõsequẽtib.euoluẽda tẽporib.primitus deus
omnia simul creauit cũ faceret mundũ: cõsumma D
ta quidẽ,quoniã nihil habent illa in naturis pro-
prijs quibus suorũ temporũ cursus agũt,quod nõ
in istis causaliter factũ sit: inchoata uero,quoniã
quædã erãt quasi semina futurorũ,per seculi tra-
ctum ex occulto in manifestũ locis cõgruis exerẽ
da:ipsius etiã scripturæ uerba satis ad hoc admo-
nendũ insigniter uigẽt,si quis in eis euigilet. Nã
Gen.2 & cõsummata ea dicit & inchoata: Nisi enim cõ-
summata essent, nõ scriptũ esset: Et consummata
sunt cœlũ & terra,& omnis cõpositio illorũ:& cõ-
summauit deus in die sexto omnia opera sua quę
fecit:& requeuit deus in die septimo ab omnib.ope
ribus suis quę fecit:et benedixit deus diẽ septimũ
& sanctificauit eũ. Rursusq; nisi inchoata essent,

nõ ita sequereꝛ, quia illa die requieuit ab omnib.
operib. suis quæ inchoauit deus facere. Hic igit A
si quis inquirat, quõ consummauit & quomodo
inchoauit:neq; eñ alia cõsummauit, alia inchoa-
uit,sed eadẽ ipsa utiq; à quib.in die septimo requi
euit:ex ijs quę supra diximus clarum est. Cõsum-
masse quippe ista intelligimus deũ cũ creauit om
nia simul,ita ꝓfecte ut nihil ei adhuc in ordine tẽ-
porũ creãdũ esset, quod nõ hic ab eo iã in ordine
causarũ creatum esset. Inchoasse aũt, ut quod hic
præfixerat causis,pòst impleret effectis. Proinde
formauit deꝰ hoiem puluerẽ terrę,uel limũ terrę,
hoc est de puluere uel limo terrę:et inspirauit siue
insufflauit in eius faciem spiritũ uitæ,& factus est
homo in animã uiuã. Non tũc prędestinatus, hoc
enim ante seculũ in prescietia creatoris:neq; tunc
causaliter uel cõsummate inchoatus, uel inchoa-
te cõsummatus, hoc enim à seculo in rationibus
primordialibus, cũ simul omnia crearent:sed crea
tus in tẽpore suo, uisibiliter in corpore, inuisibili-
ter in anima,constãs ex anima & corpore. Iam *Modus creati*
ergo uideamus quomõ eum fecerit deus, primũ *di hominis.*
de terra corpus eius, post etiã de anima uidebim- *Cap. XII*
si quid ualebimus. Quòd enim manibus corpora
libus deus de limo finxerit hominẽ, nimiũ pueri-
lis cogitatio est,ita ut si hoc scriptura dixisset,ma
gis eũ qui scripsit trãslato uerbo usum credere de
beremus,q̃ deũ talibus mẽbrorũ liniamentis de-
terminatũ, qualia uidemus in corporib. nostris.
Dictũ est enim:Manus tua gentes disperdidit. Et *Psal.43*
eduxisti populũ tuũ in manu forti & brachio ex- *& 135*
celso:Sed pro potestate & uirtute dei positum hu
ius mẽbri nomen, quis usq; adeo desipit ut nõ in-
telligat? Nec illud audiendũ est,quod nõnulli pu
tant,ideo præcipuũ dei opus esse hominem, quia
cætera dixit & facta sunt, hunc aũt ipse fecit: sed
ideo potius,quia hunc ad imaginẽ suã fecit. Nam
illa quæ dixit & facta sunt, ideo sic scriptum est,
quia p uerbũ eius facta sunt,sicut per hominẽ ho
minibus dici potuit uerbis quæ tẽporaliter cogi-
tant & uoce proferũtur. Nõ sic autẽ loquit deus,
nisi cũ per corporalẽ creaturã loquitur, sicut A-
brahæ,licut Moysi,sicut per nubem de filio suo.
Ante uero omnẽ creaturã, ut esset ipsa creatura,
eo uerbo dictũ est,quod in principio erat deus a-
pud deũ:& quia omnia per ipsum facta sunt,& si-
ne ipso factũ est nihil,utiq; & homo per ipsum fa-
ctus est. Certe enim cœlũ uerbo fecit, quia dixit
& factũ est. Scriptũ est tamẽ: Et opera manuũ tua *Psal.101*
rum sunt cœli. Et de hoc imo quasi fundo mundi *Psal.94*
scriptũ est:Quoniã ipsius est mare & ipse fecit il-
lud,& aridã manus eius finxerũt. Nõ igitur hoc
in honorẽ hominis deputetur, uelut cætera deus
dixerit,& facta sint, hũc aũt ipse fecerit:aut uerbo
cætera,hunc autẽ manibus fecerit:Sed hoc excel
lit in homine, quia deus ad imaginẽ suã hominẽ
fecit, propter hoc q̃ ei dedit mentẽ intellectualẽ
qua præstat pecoribus,unde iam superiore loco
disseruimus. In quo honore positus, si nõ intelle-
xerit ut bene agat, eisdem ipsis pecoribus quibus
prælatus est cõparabitur. Sic etenim scriptũ est:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 48 Homo in honore positus nō intellexit, comparatus est pecorib. insensatis, & similis factus est eis. A Nam et pecora deus fecit, sed nō ad imaginē suā. Nec dicendū est, hominē ipse fecit, pecora uero iussit, & facta sunt: & hūc enim & illa per uerbū suū fecit, per quod facta sunt omnia. Sed quia idē uerbū & sapiētia & uirtus eius est, dicitur & manus eius nō uisibile membrū sed efficiēdi potentia. Nā & eadē scriptura quæ dicit, ꝙ deus hominem de limo terrę finxerit, dixit etiā quod bestias agri de terra finxerit, quādo eas cū uolatilib. cœli ad Adam adduxit, ut uideret quid ea uocaret. Sic enim scriptū est, Et finxit deus adhuc de terra omnes bestias. Si enim & hominē de terra & bestias de terra ipse formauit, quid habet homo excellētius in hac re, nisi ꝙ ipse ad imaginē dei creatus est? Nec tamen hoc secundū corpus, sed secū- B dum intellectum mentis, de quo post loquemur.

2 sent. dist. 16 c. quocirca Quanq; in ipso corpore habeat quandā proprietatem quę hoc indicet, ꝙ erecta statura factus est, ut hocipso admoneret, nō sibi terrena esse sectanda uelut pecora, quorum uoluptas omnis ex terra est, unde in aluū cuncta pecora prona atq; prostrata sunt. Congruit ergo & corpus eiusdē animæ rationali, nō secundū lineamēta figuras q; membrorū, sed potius secūdū id ꝙ in cœlū erectum est ad intuenda quæ in corpore ipsius mūdi superna sunt: sicut anima rationalis in ea debet erigi, quæ in spiritalibus natura maxime excellunt, ut quæ sursum sunt, sapiat, non quæ super terram. Sed

Quæ ætate aut statura cōditius fierit Adā. XIII quomodo fecit eū deus de limo terrę, utrū repēte in ætate perfecta, hoc est uirili atq; iuuenili, an si- C cut nunc usq; format in uteris matrū? Neq; enim alius hæc facit ꝙ ille qui dixit, Priusquā te formarem in utero noui te: ut illud tantū propriū habuerit Adam, quòd nō ex parētibus natus est, sed factus ex terra: eo tamē modo ut in hoc perficiēdo, & per ætates augendo hi temporū numeri cōplerentur, quos naturæ humani generis attributos uidemus. An potius hoc nō est requirēdū? Vtrū libet enim fecerit, hoc fecit quod deū & omnipotentem & sapientē posse ac facere cōgruebat. Ita enim certas temporum leges generibus qualitatibusq; rerū in manifestū ex abdito producēdis attribuit, ut eius uoluntas sit super omnia. Potētia quippe sua numeros creaturę dedit, nō ipsam potentiā eisdem numeris alligauit: Nā spiritus eius ita faciēdo mundo superferebatur, ut & facto su- D perferatur, nō corporalibus locis, sed excellentia potestatis. Quis enim nescit aquā concretā terrę, cum ad radices uitis uenerit, duci in saginā ligni illius: atq; in eo sumere qualitatē qua in uuā procedat paulatim erumpentē, atq; in ea grandescēte, uinū fiat, maturūq; dulcescat, quod adhuc fertuescat expressum, & quadā uetustate firmatū, ad usum bibēdi utilius iucūdiusq; perueniat? Num ideo dominus lignū quæsiuit aut terram, aut has temporū moras, cum aquā miro compendio contiuit in uinū, & tale uinum quod ebrius etiā conuiua laudaret? Nunquid adiutorio tēporis eguit conditor tēporis? Nonne certis dierum numeris suo cuiq; generi accōmodatis, omnis natura serpentiū coalescit, formatur, nascit, roboratur? Num expectati sunt hi dies, ut in draconē uirga cōuerteret de manu Moysi & Aaron? Nec ista cū fiunt contra naturā fiunt, nisi nobis quibus aliter naturæ cursus innotuit, nō aūt deo, cui hoc est natura quod fecerit. Quæri autē merito potest, causa- Rationes cau- sales creaturis inditæ. Cap. XIIII les illę rationes quas mūdo indidit, cū primū simul omnia creauit, quomō sint institutæ: Vtrum ut, quemadmodū uidemus, cuncta nascētia uel fruti cum uel animaliū in suis cōformationib. atq; incremētis, sua ꝓ diuersitate generū diuersa spacia peragerent temporū? An ut quemadmodū creditur factus Adā sine ullo progressu incrementorū uirili ætate cōtinuo cōformarentur? Sed cur non utrāq; illas credimus habuisse, ut hoc ex eis futurū esset quod factori placuisset? Si em̄ illo modo dixerimus, incipiet cōtra ipsas factū uideri, nō solum etiā illud de aqua uinū, sed & oīa miracula quę cōtra naturæ usitatū cursum fiūt. Si autē isto modo, multum erit absurdius ipsas istas quotidianas naturę formas et species cōtra illas primarias omniū nascentiū causales rationes suorū temporū peragere spacia. Restat ergo ut ad utrunq; modū habiles creatæ sint, siue ad istum quo usitatissime tēporalia trāscurrunt, siue ad illū quo rara et mirabilia fiunt, sicut deo facere placuerit quod tēporī cōgruat. Verūtamē sic factus est homo, quēad Quomodo fa- ctus primus homo. XV modū illæ primæ causæ habebāt ut fieret primus homo, quē non ex parētib. nasci qui nulli præcesserāt, sed de limo formari oportebat secundū catalē rationē in qua primitus factus erat. Nā si aliter factus est, nō eum deus in illorū sex dierū operibus fecerat: in quibus cū dicit factus, ipsam causam utiq; fecerat deus qua erat suo tēpore homo futurus, & secūdū quā fuerat ab illa faciēdus: qui simul & cōsummauerat has ꝓspicuas species, ꝓducēs inchoata, ꝓpter perfectionē causaliū rationum, & inchoauerat rationes causales fiendorū, mundo imprimēs cōsummanda propter ordinē temporū. Si ergo in illis primis rerū causis quas mūdo primitus creator inseruit, non tantū posuit ꝙ de limo formaturus erat hominē, sed etiā quē admodū formaturus, utrū sicut in matris utero, an in forma iuuenili, proculdubio sic fecit ut illic præfixerat. Neq; enim contra dispositionē suam faceret. Si autē uim tantum ibi posuit possibilitatis, ut homo fieret quoquo modo, ut & fieri posset, id est, ut ideo quoq; ibi esset, quia sic & sic posset: unum autem ipsum modum quo erat futurus in sua uoluntate seruauit, cum mūdi cōstitutionem contexuit: manifestum est etiā sic non factum esse hominē contra quod erat in illa prima cōditione causarū: quia ibi erat etiam sic fieri posse, quāuis nō ibi erat ita fieri necesse esse: hoc enim non erat in cōditione creaturę, sed in placito creatoris, cuius uoluntas rerū necessitas est. Nā & nos pro- 2 sen. dist. 17 cap. solet Ratio humana quousq; di quid comprehendat. XVI captu infirmitatis humanæ iā in ipsis rebus tēporе exortis possumus noscere, quid in cuiusq; natura sit quā experimēto percepimus, sed utrū etiam futurū sit ignoramus. Est quippe in natura huius, uerbi

uerbi gratia, iuuenis ut senescat, sed utrū hoc etiā sit in dei uolūtate: nescimus. Sed nec in natura esset, nisi in dei uolūtate prius fuisset, qui cōdidit omnia, et utiq; occulta ratio est senectutis in corpore iuuenili, uel iuuētutis in corpore puerili. Neq; enim oculis cernit sicut ipsa in puero pueritia, sicut iuuētus in iuuene: sed alia quadā notitia colligit inesse in natura quiddā latens, quo educantur in promptū numeri occulti, uel iuuentutis à pueritia, uel senectutis à iuuentute. Occulta est ergo ista ratio qua fit ut hoc esse possit, sed oculis, mēti aūt nō est occulta: utrū aūt hoc etiā necesse sit, omnino nescimus. Et illā quidē qua fit ut esse possit, in natura ipsius corporis nouim⁹: illam uero qua fit ut necesse sit, manifestū est illic non esse. Sed

Potētia dei XVII fortassis in mūdo est, ut necesse sit istū hominē senescere. Si aūt nec in mūdo est, in deo est: hoc aūt B necessario futurū est quod ille uult, & ea uere futura sunt quę ille præsciuit. Nā multa secundū inferiores causas futura sunt, sed si ita sunt, & in præscientia dei uere futura sunt: Si autē ibi aliter sunt, ita potius futura sunt, sicut ibi sunt, ubi quę præscit, falli non potest. Nam futura dicit senectus in iuuene, sed tamen futura nō est, si ante moriturus est: hoc aūt ita erit sicut se habēt aliæ causę, siue in mūdo cōtextę, siue in dei præscientia reseruatę. Nā secundū quasdā futurorū causas moriturus erat Ezechias, cui deus addidit quindecim annos ad uitā, id utiq; faciēs quod ante cōstitutionē mundi se facturū esse præsciebat, & in sua uolūtate seruabat. Nō ergo id fecit quod futurū nō erat: hoc em̄ magis erat futurū quod se facturū esse præsciebat. C Nec tamē illi anni additi recte dicerent, nisi aliqd adderet, quod se aliter in aliis causis habuerat: secundū aliquas igit causas inferiores iam uitam finierat: secundū illas aūt quæ sunt in uoluntate & præscientia dei, qui ex æternitate nouerat quid illo tēpore facturus erat, & hoc uere futurū erat, tunc erat finiturus uitā quādo finiuit uitam. Quia & si orāti cōcessum est, etiā sic eum oraturū ut tali oratioui cōcedi oporteret ille utiq; præsciebat, cuius præscientia falli nō poterat: & ideo q̄d præsciebat, necessario futurū erat. Quapropter si omniū futurorū causę mūdo sunt insitę, cū ille factus est dies quādo deꝰ creauit oīa simul, nō aliter Adā factus est, cū de limo terrę formatus est, sicut est credibilius iam ꝓfectę uirilitatis, q̄ erat in illis causis, D ubi deus hominē in sex dierū opibus fecit. Ibi em̄ erat nō solū ut ita fieri posset, uerumetiā ut ita eū fieri necesse esset. Tā em̄ nō fecit deus cōtra causam quā sine dubio uolens præstituit, q̄ cōtra uoluntatē suam non facit. Si autē non omnes causas in creatura primitus condita præfixit, sed aliquas in sua uolūtate seruauit, non sunt quidē illæ quas in sua uolūtate seruauit, ex istarū quas creauit necessitate pendentes: nō tamen possunt esse cōtrariæ quas in sua uolūtate seruauit, illis quas in sua uolūtate instituit: quia dei uolūtas nō potest sibi esse cōtraria. Istas ergo sic condidit, ut ex illis esse illud cuius causę sunt possit, sed nō necesse sit: illas aūt sic abscōdit, ut ex eis esse necesse sit hoc quod ex istis fecit ut esse possit. Solet item queri, utrū Quale corpus primi hominis A animale corpus prius homini formatū sit è limo, quale nūc habemus, an spiritale quale resurgētes habebimus? Quanquā enim hoc in illud mutabitur, seminat̄ enim corpus animale, surget corpus spiritale, tamē quid prius homini factū sit, deo disceptat̄, quia si animale factū est, non hoc recipiemus quod in illo ꝓdidimus, sed tāto melius, quāto ei spiritale animali prępondendū est, quādo erimus æquales angelis dei. Sed angeli possunt aliis ex iustitia pręponi, nunquid & domino? De quo tamē dictū est: Minorasti eum paulominus ab an- Psal. 8 gelis. Vnde, nisi, ꝓpter carnis infirmitatē quā sumpsit ex uirgine, formā serui accipiēs, in qua moriens nos à seruitute redimeret? Sed quid hinc diutius disseramus? Nō em̄ obscura est Apostoli sententia de hac re, qui cū uoluisset adhibere testimoniū quo ꝓbaret esse corpus animale, non tam de suo uel de cuiusquā hominis corpore quod in præsenti uidebat̄, q̄ de hocipso scripturæ huius loco recoluit & adhibuit, dicens: Si est corpus animale, est et spiritale. Sic etenim scriptū est: Factus est primus homo Adā in animā uiuentē, nouissimus Adā in spiritū uiuificātem. Sed non primū quod spiritale est, sed q̄d animale, postea spiritale: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales et terreni, et qualis cœlestis, tales et cœlestes. Et quomō induimus imaginē terreni, induamur & imaginē eius qui de cœlo est. Quid ad hoc dici potest? Imaginē ergo cœlestis hominis nūc ex fide portamus habituri in resurrectione quod credimus, imaginē aūt terreni hominis ab ipso exordio humanę generationis induimus. Hic occurrit alia quęstio, quō Quō renouemur si nō ad hoc per Christū renouamur quod in Adā prius eramus? Quanq; enim multa nō in pristinū, sed in melius renouent̄, ab inferiore tamē statu q̄ quo erant antea renouant̄. Vnde ergo ille filius mortuus erat et reuixit, perierat et inuentus est? Vnde illi proferr̄ stola prima, si non immortalitatē recipit quā ꝓdidit in Adam? Quomodo aūt ꝓdidit immortalitatē si corpus habuit animale? Neq; em̄ animale corpus sed spiritale erit, cū corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatē. Nōnulli his angustijs coarctati: ut & illa constet sententia qua exemplū de animali corpore hinc datū est, ut dicerēt: Factus est primus homo Adam in animā uiuentē, nouissimus Adam in spiritū uiuificantē: & ista renouatio receptioq; immortalitatis, non absurde dicat̄ in pristinum futura, in illud scilicet quod Adam ꝓdidit: putauerūt prius quidem hominē fuisse corporis animalis, sed dum in paradiso cōstitutus est, eū fuisse mutatū, sicut nos quoq; resurrectiōe mutabimur. Hoc quidē liber Geneseos nō cōmemorat. Sed ut possint utraque testimonia scripturarū cōsentire inter se, siue illud q̄d de animali corpore dictū est, siue illa quę de renouatiōe nostra plurima in sanctis literis reperiunt̄, hoc tanq; necessario cōsequi crediderūt. Sed si Paradisus spiritalis. XXI ita est, frustra conamur paradisū & illas arbores

Universidad de Deusto
Biblioteca

earũq; fructus præter figuratã significationẽ pri-
us accipe ad rerũ gestarũ proprietatẽ. Quis enim A
credat iam illius modi cibos ex arborũ pomis, im
mortalibus & spiritalib. corporibus necessarios
esse potuisse? Veruntamẽ si aliud nõ potest inue-
niri, melius eligimus paradisum spiritaliter intel-
ligere, q̃ uel putare nõ renouari hominẽ, cum to-
ties hoc scriptura cõmemorat, uel eũ existimare
recipere, quod nõ ostendit amisisse. Huc accedit,
quod et ipsa mors hominis, quã eũ peccato cõme
ruisse, multa diuina testimonia colloquũtur, indi-
cat eũ sine morte futurũ fuisse nisi peccasset. Quo
modo ergo sine morte mortalis, aut quõ nõ mor-
Corpus Ade talis si corpus animale? Vnde quidam nõ eum
Cap. XXII mortẽ corporis peccato meruisse arbitrãtur, sed
mortẽ animę quam fecit iniquitas. Nam credunt
eũ propter corpus animale exiturũ fuisse de hoc B
corpore, ad requiẽ scilicet quam nũc habent san-
cti qui iam dormierũt, & in fine seculi eadẽ mem
bra immortaliter recepturi: ut uidelicet mors cor
poris nõ de peccato accidisse uideatur, sed natu-
raliter, ut animaliũ cæterorũ. Verũ his rursus A-
Rom. 8 postolus occurrit & dicit: Corpus quidẽ mortuũ
est propter peccatũ, spiritus aũt uita est propter iu
stitiã. Si aũt spiritus eius qui suscitauit Christum
à mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christũ
à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra
per inhabitantẽ spiritũ eius in uobis. Ac per hoc
mors etiã corporis de peccato est. Si ergo nõ pec
casset Adã, nec corpore morere: ideoq; immor-
tale haberet & corpus. Quõ ergo immortale si a-
Figurate an propric accipiendus est paradisus. Cap. XXIII nimale? Sed rursus nõ uident qui eius corpus in C
paradiso mutatũ putant ut ex animali fieret spiri-
tale, nihil impedire si nõ peccasset, ut post paradi-
si uitã si iuste obedienterq; uixisset, acciperet eandẽ
corporis mutationẽ in uita æterna ubi iam cibis
corporalib. nõ egeret. Quid ergo necesse est pro-
pter hoc iam cogi figurate nõ, ꝓprie paradisum in
telligere, quia non posset mori corpus nisi pecca-
to? Verũ est quidẽ quod nõ morere, etiã corpo-
re, nisi peccasset. Aperte quippe dicit Apostolus,
corpus mortuum propter peccatũ: animale tamẽ
posset esse ante peccatũ, & post uitam iustitiæ cũ
Corpus animale. XXIIII deus uellet fieri spiritale. Quomodo ergo, in-
quiunt, renouari dicimur, si nõ hoc recipimus q̃d
perdidit primus homo in quo omnes moriũtur?
Hoc plane recipimus secũdum quendã mõdum. D
Non itaq; immortalitatem spiritalis corporis re-
cipimus quam nõdum habuit homo, sed recipi-
mus iustitiam, ex qua per peccatum lapsus est ho
mo. Renouabimur ergo à uetustate peccati, non
in pristinũ corpus animale in quo fuit Adã: sed in
melius, id est in corpus spiritale, cũ efficiemur æ-
quales angelis dei, apti cœlesti habitationi, ubi e-
sca quę corrũpitur nõ egebimus. Renouabimur
ergo spiritu mentis nostræ secundũ imaginẽ eius
qui creauit nos, quã peccando Adam ꝓdidit. Re
nouabimur aũt etiam carne, cũ hoc corruptibile
induet incorruptionem: ut sit spiritale corpus, in
quod nondũ mutatus sed mutãdus erat Adã, nisi
mortẽ etiã corporis animalis peccãdo meruisset.

Denicq; non ait Apostolus, corpus quidẽ mortale *Rom. 8*
propter peccatũ, sed corpus mortuũ propter pec
catũ. Illud quippe ante peccatũ, & mortale se- *Corpus idem mortale et immortale. Cap. XXV*
cundũ aliam, & immortale secũdũ aliam causam
dici poterat: id est mortale, quia poterat mori, im
mortale quippe, quia poterat nõ mori. Aliud est
enim nõ posse mori, sicut quasdã naturas immor
tales creauit deus: aliud est autẽ posse non mori,
secundũ quẽ modũ primus creatus est homo im-
mortalis: quod ei præstabat de ligno uitæ, non de
cõstitutione naturę: à quo ligno separatus est cum
peccasset, ut posset mori, qui nisi peccasset posset
nõ mori. Mortalis ergo erat cõditione corporis
animalis, immortalis aũt beneficio conditoris. Si
em corp⁹ animale, utiq; mortale: quia et mori po-
terat; quãuis & immortale ideo, quia & nõ mori
poterat. Neq; em immortale quod mori omnino
nõ possit, erit nisi spiritale, quod nobis futurũ in
resurrectione promittit: Ac per hoc illud anima-
le et ob hoc mortale, quod ꝓpter iustitiã spiritale
fieret: et ob hoc mortale omnimodo factũ est ꝓpter
peccatũ, nõ mortale, quod & antea erat, sed mor
tuum, quod posset nõ fieri si homo nõ peccasset.
Corpus Ade & nostrum differunt. XXVI
Quomodo ergo corpus nostrũ dicit Aposto-
lus mortuũ, cum adhuc de uiuentib. loquerer, nisi
quia iam ipsa conditio moriendi ex peccato parẽ
tum hęsit in prole? Animale est enim & hoc cor-
pus sicut et primi hominis fuit, sed hoc iam in ip-
so animalis genere multo est deterius: habet enim
necessitatẽ moriendi, quod illud nõ habuit. Quã
uis em restabat adhuc ut immutaret, et spiritale fa
ctũ plenã immortalitatẽ percipet, ubi cibo corru
ptibili nõ egeret: tamẽ si iuste uiueret homo, & in
spiritalẽ habitudinẽ corpus eius mutaret, nõ iret
in mortẽ. In nobis aũt etiã iuste uiuẽtibus corpus
moriturũ est, propter quã necessitatẽ ex illius pri
mi hominis peccato ueniẽtem, non mortale sed *1 Cor. 15*
mortuũ corpus nostrũ dixit Apostolus, quia om- *Eph. 4*
nes in Adã morimur. Itẽ dicit, Sicut est ueritas in
Iesu deponere nos secundũ priorẽ conuersatio-
nem hominẽ ueterem eum qui corrumpit secun-
dum concupiscentias deceptionis, hoc est, factus
Adam per peccatũ. Vide ergo quid sequat: Re-
nouamini autẽ spiritu mẽtis uestrę, & induite no
uũ hominẽ qui secundũ deum creatus est, in iusti
tia & sanctitate ueritatis. Ecce quod ꝓdidit Adã *Stola data Ade. XXVII*
per peccatũ. In hoc ergo renouamur secũdum
id quod amisit Adã, id est secundũ spiritũ mentis
nostræ. Secũdũ aũt corpus quod seminat̃ anima-
le, & resurget spiritale, in melius renouabimur,
quod nondũ fuit in Adam. Dicit itẽ Apostolus,
Expoliãtes uos ueterẽ hominẽ cum actibus suis,
induite nouum qui renouat̃ in agnitionem dei se *1 retra. c. 24*
cundũ imaginẽ eius qui creauit eum. Hanc ima-
ginem in spiritu mentis impressam ꝓdidit Adam
per peccatũ, quam recipimus per gratiã iustitiæ:
nõ spiritale atq; immortale corpus in quo ille nõ
dum fuit, & in quo erũt omnes sancti resurgẽtes
à mortuis. Hoc enim primũ est illius meriti q̃d a-
misit. Proinde illa stola prima, aut ipsa iustitia est,
unde lapsus est: aut si indumẽtum corporalis im-
morta-

mortalitatis significat, etiam hãc ille sic amisit, cũ
propter peccatũ ad eam puenire nõ potuit. Dicit A
enim & amisisse uxorẽ et amisisse honorẽ, qui spe
ratũ nõ accepit, illo à quo sperabat offenso. Se-
cundũ hanc ergo sententiã corpus animale habuit
Gen. ad Adã. cap. XVIII Adam, nõ tantũ ante paradisum, sed etiã in para-
diso cõstitutus: quãuis in interiore homine fuerit
spiritalis, secundũ imaginẽ eius qui creauit eum:
quod amisit peccãdo, meruitq; etiã corporis mor
tem qui nõ peccãdo mereret & in corpus spirita-
le cõmutationẽ. Nam si & interius animaliter ui
xit, nõ possum⁹ dici ad hoc ipsius renouari. Qui-
bus em dicit, Renouamini spiritu mentis uestræ:
hoc eis dicit ut spiritales fiãt. Quod si ille nec ipsa
mẽte fuit, quomodo nos renouamur ad id quod
nunc̃ fuit Apostoli autẽ & omnes iusti animale
utiq; corpus habebãt, sed tamen spiritaliter intus B
uiuebãt, renouati scilicet in agnitione dei secun-
dum imaginẽ eius qui creauit eos: nõ ideo tamen
peccare nõ poterãt si consentirẽt iniquitati. Nam
Gal. 5 et spiritales posse cadere in tentatiõe peccati, ostẽ
dit Apostolus ubi ait, Fratres, si pręoccupat⁹ fue
rit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis,
instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intẽdens
teipsum ne & tu tenteris. Hoc dixi ne cuiquã im-
possibile uideat̃ q̃ peccauit Adã, si spiritalis erat
mente, quãuis animalis esset corpore. Quæ cũ ita
sint, nihil tamen adhuc prępropere cõfirmamus,
sed expectamus potius, utrũ etiam cętera scriptu
Anima CXIX ra hunc intellectũ nõ impediat. Sequitur enim
quęstio de anima ualde difficilis, in qua multi la-
borauerunt, nobisq; ubi laboremus reliquerunt, C
Siue enim quia non omniũ omnia legere potui,
qui de hac re secundũ scripturarũ nostrarum ueri
tatẽ ad aliq̃d liquidũ minimeq; dubium peruenie-
re potuerũt: siue quia tanta quæstio est, ut etiã qui
eam ueraciter soluũt, nõ facile intelligant̃ à talib.
qualis ipse sum: fateor neminem adhuc mihi per-
suasisse, quod sic habeam de anima, ut nihil ampli
us quærendũ putem: Vtrũ autẽ nũc certũ aliquid
inueturus sim, & iam definiturus, ignoro. Quod
autẽ potuero, si conatũ meũ dominus adiuuerit,
sequenti uolumine explicare conabor.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM
LIBER VII

T finxit deus hominẽ puluerẽ de ter
ra, et flauit in faciẽ eius flatũ uitæ, &
E facto⁹ est homo in animã uiuẽtẽ. Hæc
uerba scripturę nobis et in principio
superioris libri cõsiderãda ꝓposuim⁹,
& de ipso homine facto maximeq; de eius corpo-
re quantũ satis duximus, quod secũdũ scripturas
uisum est disseruimus. Sed quia de anima huma-
na nõ parua quęstio est, ad hũc eam librũ differen
dam putauimus, nescientes quantũ nos dns adiu-
turus esset, recte loqui cupidos, illud tamẽ scientes
nisi quantũ ipse adiuuaret, recte non esse locutu-
tos. Recte est autẽ ueraciter atq; cõgruẽter, nihil
audaciter refellendo, nihil temere affirmãdo, dũ
adhuc dubiũ est, uerũ falsumue sit, siue fidei siue
sciẽtię Christianę: quod aũt doceri potest, uel re-
rũ ratiõe aptissima, uel scripturarũ autoritate cer
tissima, sine cunctatione asserẽdo. Ac primũ illud
uideamus quod scriptũ est, Flauit uel sufflauit in
faciẽ eius flatũ uitæ. Nõnulli em codices habent,
spirauit uel inspirauit in faciẽ eius. Sed cũ Græci
habeãt ἐνεφύσησεν, nõ dubitat̃ flauit uel sufflauit *ἐνεφύσησεν ad uerbum inspirauit*
esse dicendũ. Quærebamus autẽ in superiori sermo
ne de manib. dei, cũ homo de limo formatus cogi
taret. Quid ergo nũc dicendũ est in eo quod scri-
ptũ est, sufflauit de⁹, nisi quia sicut nõ manib. cor
poreis finxit, ita nec faucib. labijs q̃ sufflauit? Ve
runtamẽ hoc uerbo scriptura in quęstiõe difficilli
ma plurimũ nos quantũ opinor adiuuat. Nam *Anima nõ esse naturæ eiusdẽ cum deo.* II
cũ quidã ex hoc uerbo crediderint aliquid esse a-
nimã de ipsa substãtia dei, id est, eiusdẽ naturę cu-
ius ille est, hoc ideo putantes, quia cũ homo suf-
flat, aliquid de seipso ejicit in flatu: hinc potius ad
monẽdi sumus hãc inimicã fidei catholicę repro-
bare sententiã. Nos em credimus dei naturã atq;
substantiã quę in trinitate credit̃ à multis, intelli-
git̃ à paucis, omnino esse incõmutabilẽ. Porro au
tem animę naturã uel in deterius uel in melius cõ
mutari posse quis ambigit? Ac p hoc sacrilega o-
pinio est, eã & deum credere unius esse substãtię.
Quid enim hoc modo aliud q̃ et ille cõmutabilis
credit̃? Credendũ itaq; est & intelligendũ, neq; ul
lo modo dubitandũ, q̃d recta fides habet, animã
sic esse à deo tanq; rem quã fecerit, nõ tanq; de na
tura cuius est ipse, siue genuerit, siue quoquo mo
do ꝓtulerit. Et quõ inquiũt scriptũ est, Suffla- *Flatus in faciẽ Cap. III*
uit in faciẽ eius, et factus est homo in animã uiuã,
si nõ anima dei pars est uel dei omnino substãtia?
Imò uero ex hoc uerbo satis apparet ita non esse:
cũ em homo sufflat, anima utiq; ipsa subiacentẽ si
bi naturã corporis mouet, & de illa non de seipsa
flatũ facit. Nisi isti forte tam tardi sunt, ut nesciãt
isto uocabulo halitu quẽ de hoc aere circũfuso du
cimus & reddimus, fieri etiã flatũ cũ uoluũtate suf-
flamus. Quod si etiã nõ ex hoc aere q̃ forinsecus
adiacet accepto & reddito, sed ex ipsi⁹ nostri cor
poris natura qua cõstat, sufflãdo aliq̃d efficerem⁹,
nõ est eadẽ natura corporis et animę, quod et ipsi
utiq; cõsentiũt. Quapropter etiã sic aliud est ani-
D mę substãtia quę corpus regit & mouet: aliud fla-
tus quẽ regẽdo uel mouẽdo facit de corpore sibi
subdito, nõ de seipsa cui corpus est subditũ. Cum
itaq; lõge quidẽ incõparabili modo, sed tamẽ ani
ma regat subditũ corp⁹, et deus subditã creaturã,
cur nõ potius intelligat̃ de subiectã sibi creatura
fecisse deus animã in eo quod sufflasse dictus sit:
quãdoquidẽ ipsa anima quãuis corpori suo nõ ita
dominet̃ ut deus uniuersitati quã cõdidit, tamẽ e-
ius motu nõ de sua substãtia flatũ facit? Possemus
quidẽ dicere nec ipsum dei flatũ esse animã homi
nis, sed deũ sufflãdo fecisse animã in hoie. Sed ne
putent̃ meliora quę fecit uerbo, q̃ q̃d fecit flatu,
qa et in nobis meli⁹ est uerbũ q̃ flatus: nihil est in-
terim secũdũ supradictã rationẽ, cur animã ipsam
dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei flatũ dicere dubitemus, dum intelligatur non esse dei natura atque substãtia, sed hoc ipsum esse sufflare quod est flatũ facere, hoc est animã face-
Esa. 57 re. Cui sententię cõgruit quod per Esaiã dicit deus: Spiritus enim à me ꝓcedet, & flatum omnem ego feci. Nam non quemlibet flatũ corporeũ dicere, sequẽtia docẽt. Cũ enim dixisset, omnem flatũ ego feci: & propter peccatũ, inquit, pusillũ quid cõtristaui eum & percussi eũ. Quid ergo dicit flatum nisi animã, quæ propter peccatũ percussa & cõtristata est? Quid igit̃ est, omnẽ flatũ ego feci:
Vnde flatus in facie. Cap. IIII nisi omnem animam ego feci? Si ergo deum diceremus tanꝯ corporei mũdi huius animam, cui mũdus ipse esset tanꝯ corpus ipsius animãtis, recte non eum diceremus sufflando fecisse animam hominis, nisi corpoream de isto aere subiacente sibi ex corpore suo: non tamen quod fecisset de- B disset̃ꝯ sufflando, de seipso dedisse putare debemus, sed ita de sibi subiecto aere corporis sui, sicut anima de huiusmodi re similiter adiacẽte sibi, hoc est de corpore, nõ de seipsa flatũ facit. Nũc uero quia nõ tantũmodo mũdi corpus deo esse subditum dicimus, sed illum esse supra omnẽ creaturam siue corporalem siue spiritalẽ, nec de seipso nec de corporeis elementis credendus est animã fecisse sufflando. Vtrũ autẽ ex eo quod omni-
An anima ex nihilo. V no nõ erat, id est, ex nihilo: an ex aliqua re quæ iã ab illo facta spiritaliter erat, sed anima nõdũ erat, merito queri potest. Si enim deum adhuc aliquid ex nihilo creare nõ credimus, posteaquã creauit omnia simul, & ob hoc cõsummatis omnib. operib⁹ requieuisse credimus quę inchoauit facere, C ut quicqd deinde faceret, ex his faceret, nõ ideo quemadmodũ intelligamus adhuc eũ ex nihilo animas facere. An dicendũ est eũ in illis quidẽ ꝏperibus primorũ sex dierũ feciss̃e illũ diem occultũ, ac si hoc potius credi oportet spiritalẽ atꝯ intellectualem naturã, scilicet unitatis angelicę et mũdi, id est, cœlũ & terrã: atꝯ in illis iam extantib. naturis rationes creasse futurarũ aliarum naturarũ, nõ ipsas naturas: alioqn si iam ibi creatę essent sicut erãt futurę, non adhuc essent futurę. Quod si ita est, nondũ erat in cõditis rebus animę humanę ulla natura, & tũc esse cœpit cũ eam deus sufflando fecit atꝯ indidit homini. Sed nõ ideo quęstio sublata est, qua quęrit̃ adhuc, utrũ eam naturã quę anima dicit̃, & antea nõ erat, ex nihilo creauerit: D tanꝯ ipse flatus eius nõ ex aliqua subst̃ãtia subiacente factus sit, sicut de flatu dicebamus quem facit anima de corpore suo, sed omnino ex nihilo tũc factus sit flatus cũ deus flare uoluit, idemqꝫ flatus hominis anima factus sit. An uero iam erat aliquid spiritale, quãuis hoc quicquid erat, nõdum animę natura erat, atꝯ ex hoc factus sit flatus dei quę natura esset animę, sicut nec corporis humani natura iam erat, anteꝯ deus eam de limo terræ uel puluere formasset. Nõ enim caro anima erat
An materia aliqua spiritalis fuerit animæ. Cap. VI puluis aut limus, sed tamen aliquid erat unde illa fieret quę nõdum erat. Nũc ergo credibile est in primis illis sex dierũ operibus deũ condidisse, nõ solũ futuri corporis humani causalem rationẽ, ue rũ etiã materiẽ de qua fieret, id est, terrã de cuius A limo uel puluere fingeret̃: animę aũt solam ibi cõ didisse rationẽ secundũ quã fieret, non etiã quandam pro suo genere materiã de qua fieret? Si em̃ quiddã incõmutabile esset anima, nullo modo eius quasi materiẽ quęrere deberemus. Nunc aũt mutabilitas eius satis indicat eã interim uitijs atꝯ fallacijs deformẽ reddi, formari aũt uirtutibus ueritatisꝯ doctrina: sed in sua iam natura qua est anima, sicut etiã caro in sua natura qua iam caro est, & salute decorat̃, & morbis uulneribusꝯ fœdat̃. Sed sicut hæc excepto quod iam caro est, in qua natura uel proficit ut pulchra, uel deficit ut deformis sit, habuit etiã materiẽ, id est, terrã, de qua fieret, ut omnino caro esset: sic fortasse potuit & anima anteꝯ eaipsa natura fieret quę anima dicit̃, cuius uel pulchritudo uirtus, uel deformitas uitium B est, habere aliquã materiã pro suo genere spiritalem, quę nondũ esset anima: sicut terra de qua caro facta est, iam erat aliquid, quãuis nõ erat caro. Sed em̃ iam terra implebat mũdi infimã partem, anteꝯ de illa corpus hominis fieret, cõferens uniuerso totũ suum: ut etiã si nulla ex ea caro fieret animantis cuiusquã, specie tamẽ sua mũdi fabricã molẽꝯ cõpleret, secundũ quã dicit̃ mũdus cœlũ & terra. At uero illa spiritalis materies si fuit *Qualis materia illa anime. Cap. VII*
Ysa. 48 illa anima fieret, uel si est ulla unde animæ fiũt, quid ipsa est, q̃d nomẽ, quã speciẽ, quẽ usum
Psal. 73 in rebus cõditis tenet? Viuit an nõ? Si uiuit, quid agit? qd cõfert uniuersitatis effectibus? Beatã ne uitã gerit, an miserã, an neutrã? Viuificat aliquid, anab hoc etiã opere uacat, & in quodã secreto uniuersitatis otiosa requiescit, sine uigili sensu motuꝯ uitali? Si enim nulla prorsus adhuc uita erat, quomodo esset uitę futurę quędã incorporea nec uiua materies? Aut falsum est, aut nimis later. Si aũt iam uiuebat nec beate nec misere: quomodo rationalis erat? Quod si tũc rationalis facta est, cum ex illa materie natura humanę animæ facta est, irrationalis ergo uita materies erat animę rationalis, id est, humanę? Quid ergo inter illã pecorisꝯ distabat? An rationalis erat iam possibilitate, non dum facultate? Si em̃ uidemus infantilẽ animã, iã utiqꝫ hominis animã, nondũ cœpisse uti ratione, & tamẽ eam rationalẽ iam dicimus, cur nõ creda tur sic in illa materie de qua facta est anima, quię tum fuisse motũ etiã sentiendi, sicut in ista infanti
An materia illa uita fuerit beata. VIII li quę iam certe anima est hominis, quietus est ad huc motus ratiocinãdi. Nam si iam beata erat uita de qua facta est hominis anima, deterius ergo facta est: et ideo nõ iam illa materies huius, sed illius ista defluxio est. Nã materies aliqua cũ formatur præsertim à deo, in melius sine dubitatiõe format̃. Sed etiã si cuiusꝯ in aliqua beatitudine facẽ ꝓ à deo uitę defluxio anima humana posset intelligi, nec sic credenda erat esse cœpisse in aliquo actu meritorũ suorũ, nisi ex quo ꝓpriã cœpit agere uitã, dũ anima facta est animãs carnẽ, & eius sensibus uelut nũcijs utens, atꝯ in seipsa se uiuere sentiens sua uoluntate, intellectu, memoria. Si em̃ est aliquid unde istã defluxionẽ formatæ carni deus inspi-

inspiraret, tanꝯ sufflando animã faciens, idemqꝫ beatũ est, nullo modo mouet̃ aut mutat̃, aut amit A tit aliquid cum hoc ab eo defluit unde anima fit.

Nõ est enim corpus ut tanꝯ exhalando minua
IX tur. Si aũt anima irrationalis, materies est quodã modo de qua fit anima rationalis, id est, humana, rursus quęrit̃ etiã ipsa irrationalis unde fiat, quia & ipsam nõ facit nisi creator omniũ naturarũ. An illa de materie corporalis? Cur nõ ergo et ista? Nisi forte quod uelut gradatim fieri cõcedit̃, cõpendio posse deũ facere quisꝯ negabit. Proinde quę libet adhibeat̃ interpositio, si corpus est materies animę irratiõalis, et anima irratiõalis est materies animę rationalis, ꝓcul dubio corpus est materies animę ratiõalis. Quod neminẽ unquã scio ausum esse sentire, nisi qui & ipsam animã non nisi in genere alicuius corporis ponit. Deinde cauendum B est, ne quędã translatio animę fieri à pecore in hominẽ posse credat̃, quod ueritati fideiꝯ catholicę omnino contrariũ est, si cõcesserimus irrationalẽ animã uelut materiã subiacere, unde ratiõalis anima fiat. Sic em̃ fiet, ut si hęc in melius cõmutata fuerit hominis, illa quoqꝫ in deterius cõmutata sit pecoris. De quo ludibrio quorũdã Philosophorũ etiã eorũ posteri erubuerunt, nec eos hoc sensisse, sed non recte intellectos esse dixerũt. Et credo ita esse, uelut si quisꝯ etiã de scripturis nostris hoc sentiat ubi dictũ est, Homo in honore posit⁹ nõ intelexit, cõparatus est pecoribꝫ insensatis, & similis factus est eis. Aut ubi itẽ legit̃, Ne tradideris domine bestijs animã cõfitentẽ tibi. Neqꝫ enim non omnes hæretici scripturas catholicas legunt, nec C ob aliud sunt hæretici, nisi ꝙ eas nõ recte intelligẽtes, suas falsas opiniones contra earum ueritatẽ peruicaciter asserũt. Sed quoquo modo se habeat uel nõ habeat opinio Philosophorũ de reuolutionib. animarũ, catholicæ tamẽ fidei nõ cõuenit credere animas pecorũ in homines, aut homiꝫ nũ in pecora trãsmigrare. Fieri sanè homines uitæ genere pecoribus similes, & ipsæ res humanæ
X clamãt, & scripturę testant̃. Vnde est illud q̃d cõmemoraui, Homo in honore posit⁹ nõ intellexit, cõparatus est iumẽtis insensatis, & similis factus est eis. Sed in hac uita utiqꝫ, nõ post mortẽ. Proinde uel talibus bestijs nolebat in potestatẽ dari animã suã qui dicebat, Ne tradideris bestijs animam confitentẽ tibi: quales cauẽdos dominus signifi- D cat, ubi dicit eos indutos uestitu ouiũ, intus aũt esse lupos rapaces: uel ipsi diabolo & angelis eius: nam & ille dictus est & leo & draco. Quid em̃ afferũt argumẽti Philosophi, qui putãt animas hominũ in pecora, uel pecorũ in homines post mortem posse trãsferri? Hoc certe quod morũ similitudo ad id trahat, uelut auaros in formicas, rapaces in miluos, sæuos ac superbos in leones, sectatores immundæ uoluptatis in sues: & si qua similia. Hęc quippe asserũt, nec attendũt per hãc rationẽ nullo modo fieri posse, ut pecoris anima post mortem in hominẽ trãseat. Nullo modo em̃ pecus si milior erit homini ꝓ porco, & cũ mãsuescũt leones, canibus uel etiã ouibus fiũt similiores ꝓ hominib. Cũ igit̃ à pecorũ moribus pecora nõ recedunt, & quę aliquantulũ cæteris dissimilia fiũt, si miliora sunt tamẽ suo generi ꝓ humano longeqꝫ plus ab hominib. ꝓ à pecoribus differũt, nunquã erũt hominũ animę istę si ea quæ similiora sint trahũt. Si aũt hoc argumẽtum falsum est, quomodo erit illa uera opinio, quãdoquidẽ nihil aliud afferũt, quo etiã si nõ uera, saltẽ uerisimilis habeatur. Vnde, ꝓ liuius & ipse crediderim, quod etiã eorum posteri sectatores, illos homines qui hoc primitus in suis libris posuerũt, in hac uita potius in telligi uoluisse, quadã puerilitate morũ ac turpitudine homines pecorũ fieri similes, ac sic quodam modo in pecora cõmutari, ut hoc dedecore obiecto, eos à cupiditatũ prauitate reuocarẽt. Nam *Trãsformationes corporum Cap. XI* illa quę ferunt̃ accidisse, ut quidã quali recordarẽ tur, quod in quorundã animaliũ corporibus fuerint, aut falsa narrant̃, aut ludificatiõib. dæmonũ hoc in eorũ animis factũ est. Si em̃ cõtingit in somnijs, ut fallaci memoria quali recordet̃ se homo fuisse quod nõ fuit, aut egisse quod non egit: quid mirũ si quodã dei iusto occultoꝫ iudicio, sinunt̃ dæmones in cordibus etiã uigilantiũ tale aliquid posse? Manichęi aũt qui se Christianos, uel putãt, uel putari uolũt, in hac opinatiõe trãslationis uel reuolutionis animarũ eo sunt illis gentiũ Philosophis, uelut si quisꝯ alijs uani homines hoc putẽt, deteriores & detestabiliores, quod illi animę naturã à dei natura discernũt: isti autẽ cũ aliud nihil dicant esse animã ꝓ ipsam dei substantiã, atꝯ id omnino quod deus est, nõ trepidãt eam tã turpiter cõmutabilẽ dicere, ut nullũ sit herbæ seu uermiculi genus, ubi eam nõ esse permixtã, uel quo reuolui nõ posse, mirabili opinent̃ insania: Qui tamẽ si remotis ab animo suo rerũ obscurissimarũ quæstionibus, quas carnali corde uersantes, necesse est ut in opiniões falsas, noxias, monstrosasꝯ labant̃ et ꝓ uoluant̃, unũ illud firmissime teneãt, quod omni animę rationali sine ullius disputationis ambagibus naturaliter & ueraciter insitũ est, esse omnino incõmutabilẽ & incorruptibilẽ deũ, tota eorũ mille formis fabula repẽte dilabit̃, quã in suis uanis ac sacrilegis mentibus, nõ nisi de dei turpissima mutabilitate finxerũt. Nõ est igit̃ materies animæ humanę, nec anima irratiõalis. Quid est *Non est ex corporeo elemẽto anima. XII* ergo unde anima flatu dei facta est? An corpus aliquod erat terrenũ quidẽ & humidũ? Nullo modo: hinc em̃ potius caro facta est. Nunquid aliud est limus ꝙ terra humida? Nec humore sola anima facta credenda est, quasi caro de terra, & anima de aqua. Nimis em̃ absurdũ est, inde factã putare animã hominis, unde facta est caro piscis & uolucris. Ergo fortassis ex aere. Huic em̃ elemẽto etiã flatus cõpetit, sed noster, nõ dei. Vnde supra diximus, hoc potuisse cõgruẽter putari, si animã mũdi tanquã unius maximi animantis deũ credere mus, ut ita eã flauerit de aere corporis sui, sicut flat nostra de sui. Cũ uero deũ esse cõstet supra omne mũdi corpus, & supra omnem spiritũ quem creauit, incõparabili omino distãtia, quomodo id recte dici potest? An forte quãto magis deus uniuersæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersæ suæ creaturæ præsens est omnipotẽtia singulari, tãto magis potuit ex aere flatũ facere, quæ anima hominis esset: Sed cũ anima nõ sit corporea, quicquid aũt ex mũdi corporeis elemẽtis fit, corporeũ esse necesse est, in quib. mũdi elemẽtis etiã aer iste cõnumerat, nec si de puri illius cœlestisq; ignis elemento facta anima diceret, credi oporteret. Omne quippe corpus in omne corpus posse mutari, nõ defuerũt qui assererent. Corpus aũt aliquod siue terrenũ siue cœleste, conuerti in animã, fieriq; naturã incorporeã, nec quenquam sensisse scio, nec fides hoc habet. Deinde si non est cõtemnendũ quod medici, nõ tantũ dicũt, uerum etiã probare se affirmant, quãuis omnis caro terrenã soliditatẽ in promptu gerat, habet tamen in se & aeris aliquid quod in pulmonib. cõtineat, & à corde per uenas quas arterias uocant diffunditur: & ignis non solum feruidã qualitatẽ, cuius sedes in iecore et in cerebro est, uerumetiã luculẽtam quã uelut eliquari ac subuolare ostendunt in excelsum cerebri locũ tanquam in cœlũ corporis nostri: unde & radij emicant oculorũ, & de cuius medio uelut centro quodã, non solum ad oculos, sed etiã ad sensus cæteros tenues fistulæ deducuntur ad aures scilicet, ad nares, ad palatũ, propter audiendũ, olfaciendũ, atq; gustandũ: ipsumq; tangendi sensum qui per totũ corpus est, ab eodẽ cerebro dirigi dicũt per medullam ceruicis, & eam quę continet ossibus, quibus dorsi spina conseritur, ut inde se tenuissimi quidã riuuli, qui tangẽdi sensum faciũt, per cũcta membra diffundant. Cum igit his quasi nũciis accipiat anima quicquid eam corporaliũ nõ latet: ipsa uero usq; adeo aliud quid dam sit, ut cũ uult intelligere, uel diuina uel deũ, uel omnino etiã seipsam suasq; considerare uirtutes, ut aliquid ueri certiq; cõprehendat, ab hac ipsorũ quoq; oculorũ luce se auertat: eamq; ad hoc negociũ, non tantũ nullo adiumẽto, uerũetiã nõnullo impedimento, esse sentiẽs, se in obtutũ mẽtis attollat: quõ ex eo genere aliquid est, cũ eiusdem generis summum nõ sit nisi lumen quod ex oculis emicat: quo illa non adiuuat nisi ad corporeas formas coloresq; sentiendos: habetq; ipsa innumerabilia longe dissimilia cũcto generi corporũ, quæ nõ nisi intellectu atq; ratione conspiciat, quo nullius carnis sensus aspirat. Quapropter non est quidẽ humanę animæ natura, nec de terra, nec de aqua, nec de aere, nec de igne quolibet: sed tamẽ crassioris corporis sui materiã, hoc est humidam quandã terram, quę in carnis uersa est qualitatẽ, per subtiliorẽ naturã corporis administrat, id est, per lucẽ & aerẽ. Nullus enim sine his duob. uel sensus in corpore est, uel ab anima spontaneus corporis motus. Sicut aũt prius esse debet nosse q̃ facere, ita prius est sentire q̃ mouere. Anima ergo quoniã res est incorporea, corpus q̃d incorporeo uicinũ est, sicuti est ignis, uel potius lux & aer, primitus agit: & p hęc cętera quę crassiora sũt corporis, sicuti humor & terra, unde carnis corpulentia solidat, quę magis sunt ad patiẽdum subdita, q̃ prędita ad faciendũ. Non mihi ergo uideẽ dictũ, factus est homo in animã uiuã, nisi quia sentire cœpit in corpore, quod est animæ uiuentisq; carnis certissimũ indiciũ. Nam mouent & arbusta, nõ tantũ ui extrinsecus impellente, ueluti cũ uentis agitant, sed illo motu quo intrinsecus agit, quicquid ad incrementũ speciẽq; arboris pertinet, quo ducit succus in radicẽ, uertiturq; in ea quibus cõstat herbę natura uel ligni: nihil enim horũ sine interno motu. Sed iste motus nõ est spõtaneus, qualis ille qui sensui copulat ad corporis administratiouẽ, sicut in omniũ animaliũ genere quã uocat scriptura animã uiuam. Nam & nobis nisi inesset etiã ille motus, nec crescerent nostra corpora, nec ungues capillosq; producerent. Sed si hoc solũ esset in nobis sine sensu motuq; illo spõtaneo, nõ diceret homo factus in animã uiuã. Proinde quoniã pars cerebri anterior, unde sensus omnes distribuunt, ad frontem collocata est, atq; in facie sunt ipsa uelut organa sentiendi, excepto tangẽdi sensu qui per totũ corpus diffunditur: qui tamen etiã ipse ab eadẽ anteriori parte cerebri ostendit habere uiã suam, quæ retrorsus per uertice atq; ceruice ad medullam spinæ de qua loquebamur paulo ante, deducit: unde habet utiq; sensum in tangendo & facies sicut totum corpus, exceptis sensibus uidendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, qui in sola facie prælocati sunt: ideo scriptũ arbitror, quod in faciẽ deus sufflauerit homini flatũ uitę, cũ factus est in animam uiuã. Anterior quippe pars posteriori merito preponit, quia & ista ducit, illa sequit, & ab ista sensus, ab illa motus est, sicut consiliũ præcedit actionem. Et quoniã corporalis motus qui sensum sequit sine interuallis tẽporũ nullus est, agere aũt interualla temporũ spõtaneo motu nisi per adiutoriũ memorię nõ ualemus, ideo tres tanq̃ uestriculi cerebri demõstrant. Vnus anterior ad faciẽ, à quo sensus omnis: alter posterior ad ceruicem, à quo motus omnis: tertius inter utrũq;, in quo memoriã uigere demõstrant: ne cũ sensum motus sequitur, nõ connectat homo quod faciendũ est, si fuerit quod facit oblitus. Hęc illi certis indicijs probata esse dicũt: quãdo & ipsæ partes aliquo affectæ morbo uel uitio, cũ defecissent officia uel sentiendi uel mouẽdi mẽbra, uel motus corporis reminiscẽdi, satis quid ualerẽt singulę declararunt, eisq; adhibita curatio cui rei reparandæ profecerit exploratũ est. Sed anima in istis tanq̃ in organis agit, nihil horũ est ipsa, sed uiuificat & regit omnia, & p hęc corpori cõsulit & huic uitę, in qua factus est homo in animam uiuam. Vnde ergo sit ipsa, id est, de qua uelut materie deus hũc flatũ fecerit quæ anima dicit, dum quęrit, nihil corporeum debet occurrere. Sicut em̃ deus omnẽ creaturam, sic anima omnem corporeã creaturam natura dignitate pręcellit. Per lucẽ tamen & aerem quę in ipso quoq; mundo pręcellentia sunt corpora, magisq; habẽt faciendi præstantiã q̃ patiendi corpulentiã, sicut humor et terra, tanq̃ per ea quę spiritui similiora sunt corpus administrat. Nũciat enim aliquid lux corporea. Cui aũt nunciat, non hoc

Medicorũ sententia de corpore humano Cap. XIII

Anima incorporea. XV

Animam non esse ex elementis. XIIII

Cur dictũ sit, factus est homo in animam uiuam. XVI

Pars cerebri anterior unde sensus organa go sensum Cap. XVI

Tres ventriculi cerebri Cap. XVII

Anima præstantia. XIX

hoc est quod illa: & hęc est anima cui nunciat nõ illa quæ nunciat. Et cũ afflictiones corporis molestę sentit, actionẽ suã qua illi regendo adest, turbato eius temperamẽto impediri offendit, & hęc offensio dolor uocat: & aer qui neruis infusus est, paret uolũtati ut membra moueat, nõ aũt ipse uoluntas est. Et illa pars media motũ membrorũ nũciat, ut memorata teneant, non ipsa memoria est. Denicq; dum hęc eius tanq̃ ministeria uitio quolibet seu perturbatiõe omni modo deficiũt, desistentibus nũcijs sentiẽdi & ministris mouẽdi, tanq̃ nõ habens cur adsit, abscedit. Si aũt non ita deficiũt ut in morte assolet, turbat eius intẽtio tanq̃ conãtis redintegrare labẽtia nec ualentis. Et in quibus turbat, inde cognoscit quæ pars ministeriorum in causa sit, ut si potuerit, medicina succurrat.

Nãq; aliud esse ipsam, aliud hęc eius corporalia ministeria, uel uasa, uel organa, uel si qd aptius dici possunt, hinc euidẽter elucet, q̃ plerũq; se uehemẽti cogitatiõis intẽtione auertit ab omnibus, ut pręoculis patentib. rectecq; ualentib. multa posita nesciat, & si maior intẽtio est, dum ambulabat repente subsistat, auertẽs utiq; imperandi riutũ à ministerio motionis qua pedes agebant. Si aũt non tanta est cogitatiõis intẽtio, ut figat ambulantem loco, sed tamẽ tanta est ut partẽ illam cerebri mediam nunciantẽ corporis motus nõ uacet aduertere, obliuiscit aliquando, & unde ueniat, & quò eat, & trãsit imprudens uillã quò tendebat, natura sui corporis sana, sed sua ui in aliud auocata. Quapropter istas corporei cœli corporeas quasdam particulas, id est, lucis & aeris, quę primę excipiũt nutus animę uiuificatis, eo quod incorporeæ naturę, ꝓpinquiores sunt q̃ humor et terra, ut ad earũ, pximũ ministeriũ tota molesa administret, utrũ deus de hoc circũfuso & supfuso cœlo corpori uiuẽti miscuerit aut adiũxerit, an & ipsas de limo sicut carnẽ fecerit, non est ad rem pertinens quęstio. Omne qppe corpus in omne corpus mutari posse credibile est, quodlibet aũt corpus mutari posse in animã, credere absurdũ est. Quam obrẽ nec illud audiendũ est quod quidã putauerũt, quintũ quoddã esse corpus unde sit anima: q̃d nec terra, nec aqua sit, nec aer, nec ignis, siue iste turbulẽtior atq; terrenus, siue ille cœlestis, purus & lucidus: sed nescio quid aliud quod careat usitato nomine, sed tamẽ corpus sit. Si enim qui hoc sentiũt hoc dicũt corpus quod & nos, id est naturã quãlibet, lõgitudine, latitudine, altitudine, spatium loci occupantẽ, nec; est anima, nec; facta inde credenda est. Quicquid enim tale est ut multa nõ dicam, in quacũq; sui parte lineis diuidi uel circũscribi potest. Quod anima si patereꝰ, nullo modo nosse posset tales lineas, quæ per longũ secari nõ queũt, quales in corpore nõ posse inueniri nihilominus nouit. Nec ipsa sibi tale aliquid occurrit, cũ se nescire nõ possit, etiam quãdo se ut cognoscat inquirit. Cũ em̃ se quærit, nouit quod se quęrat, q̃ nosse nõ posset, si se non nosset. Nec; enim aliũde se quęrit q̃ à seipsa. Cũ ergo quęrentem se nouit, se utiq; nouit, & omnę q̃d nouit tota nouit: cũ itaq; se quærentẽ nouit, tota se nouit, ergo & totã nouit: nec; enim aliquid aliud, sed se ipsam tota nouit. Quid ergo adhuc se quærit, si quęrentem se nouit? Nec; em̃ si nesciret se, posset quęrentẽ se scire se, sed hoc in præsenti. Quod autem de se quærit, quid antea fuerit, uel quid futura sit quęrit. Desinat ergo nũc interim suspicari se esse corpus, quia si aliquid tale esset, talẽ se nosset, quę magis se nouit q̃ cœlum & terrã, quę per sui corporis oculos nouit. Omitto dicere, quia illud eius quod etiã pecora habere intelliguntur, uel cœli uolatilia cũ habitacula sua seu nidos repetunt, quo capiunt imagines omniũ rerũ corporalium, nullo modo cuiquã corpori simile est: et utiq; hoc potius corpori simile esse deberet, ubi corporearum rerũ similitudines cõtinent. At si hoc corpus non est, quia certũ est eas similitudines corporũ illic nõ solum memoriter detineri, uerũetiam innumerabiles pro arbitrio figurari, quanto minus alia qualibet ui sua corpori esse anima similis potest? Si aũt corpus esse dicũt alia qualibet notiõe, omne quod est, id est, omnẽ naturam atq; substantiam, nõ quidẽ admittẽda est ista locutio, ne nõ inueniamus quõ loquentes ea quę corpora nõ sunt à corporibus distinguamus. Non tamẽ nimis est de nomine laborandũ. Nam & nos dicimus, quic quid anima est, nõ esse horũ quatuor notissimorũ elementorũ quæ manifesta sunt corpora, sed nec; hoc esse quod deus est. Quid sit autẽ, nõ dicit melius q̃ anima uel spiritus uitę. Ideo enim additur, uitæ, quia & iste aer plerũq; dicit spiritus. Quanquam & animã eũdem aerẽ appellauerũt: ut iam nõ possit inueniri nomẽ quo proprie distinguat ista natura quæ nec corpus nec deus est, nec uita sine sensu, qualis potest credi in arboribus, nec uita sine rationali mẽte, qualis est in pecorib. sed uita nũc minor q̃ angelorũ, & futura quod angelorũ, si ex præcepto sui creatoris hic uixerit. Vnde sit autẽ, id est de qua uelut materia facta sit, uel de qua uelut perfecta beataq; natura defluxerit, uel utrũ omnino ex nihilo facta sit, etiã si dubitatur & quęrit: illud tamen minime dubitandũ est, & si aliq̃d antea fuit à deo factũ esse quod fuit, & eam nunc à deo factã, ut anima uiua sit: aut enim nihil fuit, aut hoc quod est nõ fuit. Sed illam partẽ qua quęrebam⁹ quasi eius materiẽ, unde facta sit, iam satis tractauimus. Nũc si omnino nõ fuit, quæ rendum est quõ possit intelligi q̃ causalis eius ratio fuisse dicebat in primis sex dierum operibus dei, quando fecit deus hominẽ ad imaginẽ suam, quod nisi secundũ animã non recte intelligit. Verendũ est autem ne cũ dicimus non ipsas tunc naturas atq; substantias quę futurę fuerãt deũ creasse, dum crearet omnia simul, sed earum futurarũ causales quasdã rationes, putemur inania quędã dicere. Quę sunt aũt iste causales rationes secundum quas posset iam dici deus fecisse hominẽ ad imaginẽ suam, cuius corpus nondũ de limo finxerat, cui nondũ animã afflando fecerat? Et corporis quidẽ humani etiam si fuerit aliqua occulta ratio qua futurũ erat ut formaret, erat & materies

Anima incorporea. XXI

Causalis ratio anime. XXII

Universidad de Deusto
Biblioteca

de qua formaret, id est, terra, in qua uideri potest illa ratio uelut in semine latuisse: animę aũt faciẽ- A
dę, id est, flatus faciẽdi, qui esset anima hominis, quæ ibi ratio causalis primitus cõdita est, cũ dice-
Gen. 1 ret deus: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã: quod nisi secũdũ animã recte intelligi nõ potest, si nulla erat natura unde cõderet. Si enim hęc ratio in deo erat, non in creatura, nõdum ergo erat cõdita: quõ ergo dictũ est, fecit deus hominẽ ad imaginẽ dei? Si autẽ iam in creatura erat, hoc est, in ijs quę simul omnia creauerat deus, in qua creatura erat? Vtrũ spiritali, an corporali? Si spirituali, agebat ne aliquid in corporibus mũdi, seu cœlestibus seu terrestribus: an in ea erat hæc uacãs anteq̃ homo in sua natura, ppria cõderet: sicut in ipso homine iam propriã ducente uitam latenter ocioseq̃ inest ratio generãdi, quę nõ B
operaꝛ nisi per concubitũ atq̃ conceptũ? An illa creatura spiritalis in qua latenter erat hæc ratio, nihil agebat sui opis? Et ut quid creata erat? An ut cõtineret rationẽ futurę animę humanę, uel futurarũ animarũ, tanq̃ in seipsis esse non possent, sed in aliqua creatura propria uita iam uiuente: sicut generãdi ratio nõ potest esse nisi in aliquibus iam existẽtibus perfectisq̃ naturis? Parẽs ergo animę instituta est aliqua creatura spiritalis, in qua sit ratio futurę animę, quę nõ inde existat nisi cũ eam deus homini inspirandã facit. Neq̃ emẽ & ex homine fœtũ uel seminis uel ipsius iã prolis creat & format nisi deus per sapientiã attingentẽ ubiq̃ ,ppter suã munditiã, ita ut nihil inquinatũ in eam incurrat, dum pertendit à fine usq̃ ad finem forti- C
ter, et disponit omnia suauiter. Sed nescio quẽadmodũ possit intelligi, ad hoc tãtum creatã nescio quam creaturã spiritalem quę in dei conditionib. per illos sex dies factis nõ cõmemoraret, cũ deus hominẽ sexto die fecisse dictus est, quẽ nondũ in propria natura fecerat, sed adhuc ratione causali in illa creatura quę cõmemorata nõ est. Magis enim debuit ipsa cõmemorari quæ sic cõsummata erat, ut nõ adhuc esset secundũ suę causę prędente rationẽ faciẽda. An forte in illius diei na- *Animæ origo quæritur. Ca. XXIII*
tura quẽ primitus cõdidit, si spiritus intellectualis dies ille recte accipiꝛ, hanc faciẽdę animæ causalẽ rationẽ deus inseruit, cũ sexto die fecit hominem ad imaginẽ suam: causam scilicet rationemq̃ præfigens, secundũ quam eũ post illos septẽ dies D
faceret, ut uidelicet corporis eius causalẽ rationẽ in natura terrę, animæ autem in natura illius diei creasse credaꝛ? Sed quid aliud dicitur cum hoc dicitur, nisi angelicum spiritum quasi parẽtem esse animæ humanę, si sic in illo est animę humanę crendæ præcondita ratio, sicut in homine futurę, prolis suæ: ut corporũ quidem humanorũ parentes homines sint, animarũ aũt angeli, creator uero & animarũ et corporum deus: sed corporũ ex hominib⁹, animarũ ex angelis: aut prioris corporis ex terra, & prioris animę ex angelica natura, ubi rationes eorũ causales præfixerat, quãdo primitus fecit hominẽ in ijs quæ simul omnia creauit: deinceps uero iam homines ex hominibus, corpus ex corpore, animam ex anima? Durũ est hoc, angeli aut angelorũ filiam dicere esse animã, sed multo durius cœli corporei, quãto magis ergo maris & terrę? Multo minus igiꝛ in aliqua corporali creatura, causalis animę ratio præcondita est, cũ faceret deus hominẽ ad imaginẽ suã anteq̃ eum suo tempore de limo formatũ flatu animaret, si absurde creditur animam causaliter in natura angelica cõdidisse. Illud ergo uideamus, utrũ forlitã uerum esse possit, quod certe humanę opinioni tolerabilius mihi uideꝛ, deum in illis primis operibus quę simul omnia creauit, animã etiã humanã creasse, quã suo tẽpore mẽbris ex limo formati corporis inspiraret, cuius corporis in illis simul cõditis rebus, rationẽ creasset causaliter, secundũ quã fieret cũ faciendũ esset corpus humanũ. Nã neq̃ illud quod dictũ est, ad imaginẽ suam, nisi in anima: neq̃ illud quod dictũ est, masculũ & fœminã, nisi in corpore recte intelligimus. Credaꝛ ergo si nulla scripturarũ auctoritas seu ueritatis ratio contradicit, hominẽ ita factum sexto die, ut corporis quidẽ humani ratio causalis in elementis mundi, anima uero iam ipsa creareꝛ, sicut primitus cõditus est dies, & creata lateret in opibus dei, donec eam suo tẽpore sufflãdo, hoc est inspirãdo forma to ex limo corpori insereret. Sed hic rursus nõ spernẽda oriꝛ quæstio. Si enim iam facta erat anima et latebat, ubi ei posset esse melius? q̃ ibi? Quid ergo fuit causæ ut anima innocẽter uiuens inferetur uitæ huius carni, in qua peccãdo ipsum qui eam creauit offenderet, unde eam merito sequere tur laboris erũna damnationisq̃ cruciatus? An illud dicendũ est, q̃ ad corpus administrandum uoluntate ,ppria fuerit inclinata, in qua uita corporis quoniã & iuste & inique uiui potest, quod elegerit hoc haberet, uel præmiũ de iustitia, uel de iniquitate suppliciũ, ut nec illi Apostolicę sententię sit cõtrariũ, qua dicit, nondũ natos nihil egisse bo ni seu mali? Illa qppe inclinatio uolũtatis ad corpus, nondũ est actio uel iustitię uel iniquitatis, de qua ratio reddenda est in iudicio dei, recepturo unicuiq̃ secundũ ea quę per corpus gessit siue bonum siue malũ. Cur ergo nõ iam & illud credaꝛ, quod dei nutu ad corpus uenerit: ubi si uellet secundũ præceptũ eius agere, mercedẽ acciꝑet uitæ æternę, atq̃ angelorũ societatẽ: si aũt contẽneret, pœnas iustissimas lueret, siue laboris diuturni, siue ignis eterni? An quia hoc ipsum deo uolẽti obtemperasse, iam utiq̃ actio bona extiterit, et sit cõtrariũ nondũ natos nihil egisse, uel boni uel mali?

Quę si ita sunt, fatebimur etiã non in eo rerũ genere animam primitus creatã, ut esset præscia futuri operis sui, uel iusti uel iniqui. Nimis quippe incredibile est, eam potuisse, ppria uolũtate inclinari ad corporis uitã, si se ita in quibusdã peccaturam præsciret, ut iuste supplicio perpetuo puniretur. Iuste sanè creator laudatur in omnib. quæ fecit omnia bona ualde. Neq̃ enim ex ijs tantũ laudandus est quibus præscientiam dedit, cum recte laudeꝛ etiã quia pecora creauit, quibus est natura humana præstãtior etiã in ipsis peccãtib. Natura

Anima creata latuit. Cap. XXIIII

An compossit ama ad corpus hũanum. Cap. XXVII

Anima carni inserta XXV

An fuerit præscia futuri animæ. XXVI

ra quippe hominis ex deo est, non iniquitas, qua se ipse inuoluit male utẽdo libero arbitrio: quod A
tamẽ si nõ haberet, in natura rerũ minus excelleret. Cogitandus quippe est homo iuste uiuẽs etiã nõ præscius futurorũ, & ibi uidendũ est, excellẽtia uolũtatis bonę q̃ non impediaꝛ ad recte uiuẽdum & deo placendũ, quod ignarus futuri uiuit ex fide. Huiusmodi ergo creaturam quisquis esse nollet in rebus, cõtradicit dei bonitati. Quisquis aũt pœnas eam nõ uult luere pro peccatis, inimicus est æquitati. Sed si ad hoc fit anima ut mittatur in corpus, quęri potest utrũ si noluerit cõpelaꝛ. Sed melius crediꝛ hoc naturaliter uelle, id est, in ea natura creari ut uelit, sicut naturale nobis est uelle uiuere: male autẽ uiuere non est iam naturæ sed puerse uoluntatis, quam iuste pœna subsequitur. Fruſtra ergo iam quęritur, ex qua ueluti ma- B
terie facta sit anima, si recte intelligi potest in primis illis operibus facta, cũ factus est dies. Sicut enim illa quę nõ erant facta facta sunt, sic & hęc in ter illa. Quod si et materies aliqua formabilis fuit, & corporalis & spiritalis, non tamẽ et ipsa instituta nisi à deo, ex quo sunt omnia, quę quidẽ formationẽ suã nõ tẽpore sed origine præcederet, sicut uox cantũ: & quid nisi de materia spirituali facta anima cõgruentius crediꝛ? Si aũt aliquis nõ uult eam existimare factã, nisi cũ iam formato corpori est inspirata, uideat quid respõdeat cum quęriꝛ unde facta sit, Aut em ex nihilo dicturus est deum aliquid fecisse uel facere post illã cõsummationẽ operũ suorũ: & debet intueri quõ explicet sexto die factũ hominẽ ad imaginẽ dei, quod nisi secun- C
dum animã recte intelligi nõ potest, id est, in qua natura causalis ratio facta fuerit eius rei quæ non dum fuit. Aut nõ de nihilo, sed de aliquo iam existente factã dicet animã: & laborabit inquirẽdo, quę nã illa natura sit, an corporalis an spiritalis, secundũ eas quæstiões quas supius uersauimus: manente illa quoq̃ molestia, ut adhuc quæraꝛ in qua subsũtãtia creaturarũ in sex diebus primitus cõditarũ, causalẽ illam rationẽ fecerit animæ: quã nõdum uel de nihilo uel de aliquo fecerat. Quam si eo modo deuitare uoluerit, ut dicat sexto die etiã de limo factũ esse hominẽ, sed hoc recapitulando postea cõmemoratũ: uideat de muliere qd dicat, quia masculũ & fœminã dixit fecit eos, & bene- D
dixit eos. Quod si & ipsam eo die factã esse de uiri osse respõderit, attẽdat quomodo asserat sexto die facta uolatilia, quæ adducta sunt ad Adã, cũ scriptura omne genus uolatiliũ quinto die creatũ ex aquis insinuet. Item sexto die & ligna facta quę in paradiso plantata sunt, cũ eadem scriptura hoc creaturæ genus tertio diei tribuerit. Ipsa etiã uerba cõsideret quid sit, Eiecit adhuc de terra omne lignũ pulchrũ ad aspectũ, & bonũ ad escam: tanq̃ illa quę tertio die terra eiecerat, non erant pulchra ad aspectũ & bona ad escam, cũ in his essent opib. quę fecit deus omia bona ualde. Quid sit etiã, Finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri & omnia uolatilia cœli: tanquam illa nõ fuerint omnia quæ primo producta erant, uel potius ante, producta erant nulla. Neq̃ enim dictum est, et finxit deus adhuc de terra cæteras bestias agri, & cętera uolatilia cœli, quasi quę min⁹ uel terra sexto, uel aqua qnto die ,produxerit: sed omes bestias, inquit, & omia uolatilia. Nec nõ & illud cogitet, quemadmodũ deus & sex dieb. fecerit omia, primo ipsum diem, secundo firmamentũ, tertio speciem maris & terrę, atq̃ ex terra herbam et lignũ, quarto luminaria & sydera, qnto aquarũ animalia, sexto terrę: & postea dicaꝛ, Cũ factus est dies, fecit deus cœlũ & terrã & omne uiride agri: quãdoquidẽ cum factus est dies, non fecit nisi ipsum diem. Quomõ etiã omne uiride agri fecerit antequã esset super terrã, & fœnum omne antequam exoriretur. Tunc enim factum cum exortũ est, non antequã exoriretur, quis non diceret, nisi scripturæ uerba reuocarent? Meminerit etiam scriptũ esse. Qui uiuit inæternum, creauit omnia simul: & uideat quẽadmodũ simul creata dici possint, quorũ creatio spatijs tẽporalibus distat, nõ horarũ tantum, sed etiã dierũ. Curet quoq̃ ostẽdere quomodo utrunq̃ sit uerũ quod contrariũ uideri potest: & deũ in die septimo ab omnib. operibus suis requieuisse, quod Geneseos liber dicit: & usq̃ nũc eũ operari, quod dominus dicit. Respiciat etiam quæ dicta sunt cõsummata, quomodo eadẽ dicta sint inchoata. His enim omnibus diuinæ scripturæ testimonijs, quã esse ueracẽ nemo dubitat nisi infidelis aut impius, ad illam sententiam ducti sumus, ut diceremus deum ab exordio seculi primũ simul omnia creauisse, quędã cõditis iam ipsis naturis, quædã præcõditis causis: sic ut nõ solũ præsentia, uerũetiã futura fecerit omnia potẽs, & ab eis factis requieuerit, & eorum deinceps administratione atq̃ regimine crearet etiã ordines tẽporum & temporaliũ: qui & cõsummauerit ea propter omniũ generũ terminationẽ, & inchoauerit propter seculorũ propagationẽ, ut propter consummata requiesceret, ,ppter inchoata usq̃ nunc operetur. Sed si possunt hæc melius intelligi, non solũ nõ resisto, uerumetiã faueo. Nũc tamẽ de anima quã deus inspirauit homini sufflando in eius faciẽ, nihil cõfirmo, nisi quia ex deo sic est, ut nõ sit subsũtia dei, & sic incorporea, ut nõ sit corpus sed spiritus, nõ de subsũtia dei genit⁹, nec de subsũtia dei, ,pcedẽs, sed factus à deo. Nec ita factus ut in eius naturã natura ulla corporis uel irrationalis animę uerteretur, ac per hoc de nihilo: & q̃ sit immortalis secundũ quendã uitę modũ, quem nullo modo potest amittere: secundũ quandã uero mutabilitatem qua potest uel deterior uel melior fieri, ut nõ immerito etiã mortalis possit intelligi, quoniã uerã immortalitatẽ solus ille habet, de quo proprie dictũ est: Qui solus habet immortalitatẽ. Cætera quæ in hoc libro disceptando locutus sum, ad hoc ualeant legenti, ut aut nouerit quẽadmodũ sine affirmãdi temeritate quærenda sint, quæ nõ aperte scriptura loquiꝛ: aut si ei quærẽdi modus iste nõ placet, quẽadmodũ ipse quęsierim sciat, ut si me potest docere nõ abnuat, si autẽ nõ potest, à quo ambo discam⁹, mecũ requirat.

Eccl. 18

Gen. 2

1 Tim. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM
LIBER VIII

Paradisus Caput I

T plãtauit deus paradisum in Eden ad Orientem, & posuit ibi hominẽ quem finxit. Non ignoro de paradiso multos multa dixisse, tres tamẽ de hac re quasi generales sunt sentẽtiæ. Vna eorum qui tantũmodo corporaliter paradisum intelligi uolunt. Alia eorum qui spiritaliter tantũ. Tertia eorum, qui utroq; modo paradisum accipiũt, alias corporaliter, alias autẽ spiritaliter. Breuiter ergo ut dicam, tertiã mihi fateor placere sententiã. Secundũ hanc suscepi nũc loqui de paradiso, quod dominus donare dignabit, ut homo factus è limo, quod utiq; corpus humanum est, in paradiso corporali collocatus intelligat: ut quem admodũ ipse Adam, et si aliquid aliud significat secundũ id quod eum formã futuri dixit esse Apostolus, homo tamen in natura propria expressus accipit, qui uixit certo numero annorũ, & ꝓpagata numerosa prole mortuus est, sicut moriũtur cæteri homines, & si nõ sicut cæteri ex parentibus natus, sed sicut primitus oportebat ex terra factus est: ita & paradisus, in quo eum collocauit deus, nihil aliud q̃ loc⁹ quidã intelligat, terra scilicet ubi habitaret homo terrenus. Narratio quippe in his libris nõ genus locutionis figuratarũ rerum est, sicut in Cãtico canticorũ: sed omnino gestarũ est, sicut in regnorum libris & huiusmodi cæteris. Sed quia illic ea dicunt quę uitæ humanę usus notissimus habet, nõ difficile, imò promptissime primitus accipiunt ad literam, ut deinde ex illis quid etiam futurorũ res ipsæ gestæ significauerint exculpatur. Hic autẽ quia ea dicũtur quæ usitato naturæ cursu intuentibus nõ occurrãt, non lunt ea quidam proprie, sed figurate dicta intelligi: atq; ex illo loco uolunt incipere historiã, id est, rerũ proprie gestarũ narrationem, ex quo dimissi de paradiso Adam & Eua cõuenerũt atq; genuerunt: quasi uero usitatũ nobis sit, uel quod tot annos uixerũt, uel quod Enoch trãslatus est, uel q̃d grãdæua & sterilis peperit, & cætera huiusmodi. Sed alia est, inquiũt, narratio factorũ mirabilium, alia institutarum creaturarũ. Illic enim ea ipsa insolita ostendũt, alios esse tãquã naturales modos rerũ, alios miraculorũ quæ magnalia nominantur: hic autẽ ipsa insinuat institutio naturarũ. Quibus respõdetur, sed ideo insolita & ipsa, quia prima: Nam quid tam sine exemplo, & sine pari facto in rerum mundanarũ cõstitutione q̃ mũdus? Nunquid ideo credendũ nõ est deũ fecisse mũdũ, quia iam nõ facit mũdos, aut nõ fecisse solẽ, quia iam nõ facit soles? Et hoc quidẽ nõ de paradiso, sed de ipso hoie ꝓmotus debuit respõdere. Nunc uero cũ ipsum sic credant à deo factum, sicut alius nullus factus est: cur paradisum nolũt ita factũ credere, quemadmodũ nunc uident syluas fieri? Ad eos quippe loquor qui autoritatẽ harũ literarũ sequũtur, Eorũ enim quidã nõ proprie sed figurate paradisum intelligi uolũt: Nã qui omnino aduersant his literis, alias cũ eis atq; aliter egimus: quãquam & hęc in hoc ipso opere nostro quantũ ualemus ita defendamus ad literã, ut qui nõ rationabiliter moti, ꝓpter animũ peruicacem uel hebetẽ, credere ista detrectant, nullã tamen inueniant rationẽ unde falsa esse conuincant. Verũ isti nostri qui fidẽ habẽt his diuinis libris, & nolũt paradisum ad proprietatẽ literę intelligi, locũ scilicet amœnissimũ fructuosis nemoribus opacatũ, eundẽq; magnũ & magno fonte fœcundũ, cũ uideãt nullam humana opera tot ac tãta uireta syluescere occulto opere dei, miror quemadmodũ credunt ipsum hominẽ ista factũ, quemadmodũ nunquam uiderũt. Aut si & ipse figurate intelligendus est, quis genuit Cain & Abel & Seth? An & ipsi figurate tantũ fuerunt, nõ etiam homines ex hominib. nati? De ꝓximo ergo attendant istam præsumptionem quo tẽdat, & conent nobiscũ cũcta primitus quæ gesta narrant in expressione ꝓprietatis accipere. Quis em̃ eis postea nõ faueat intelligẽtibus, quid ista etiã figurata significatione cõmoneãt, siue ipsarũ spiritaliũ naturarũ uel affectionum, siue rerũ etiã futurarũ? Sane si nullo modo possent salua fide ueritatis ea quę corporaliter hic nominata sunt, corporaliter etiã accipi, quid aliud remaneret, nisi ut ea potius figurate dicta intelligeremus, q̃ scriptura sanctã impie culparemus? Porrò aũt si nõ solũ nõ impediunt, uerũetiam solidius asserũt diuini eloquij narrationẽ, hæc etiã corporaliter intellecta: nemo erit, ut opinor, tam infideliter pertinax, qui cũ ea secũdũ regulã fidei exposita ꝓprie uiderit, malit in pristina remanere sententia, si forte illi uisa fuerãt non nisi figurate posse accipi. Nã & ego cõtra Manichæos qui has literas ueteris testamẽti nõ aliter q̃ oportet accipiendo errãt, sed omnino nõ accipiẽdo et detestãdo blasphemãt, duos cõscripsi libros recẽti tẽpore cõuersionis meę, cito uolens eorũ cõfutare deliramẽta, uel erigere intentionẽ ad quęrendã in literis quas oderũt Christianã & Euangelicã fidẽ. Et quia nõ mihi tũc occurrebant omnia quemadmodũ proprie possent accipi, magisq; nõ posse accipi uidebant, aut uix posse aut difficile, ne retardarer, quid figurate significarent ea quę ad literã nõ potui inuenire quãta ualui breuitate & perspicuitate explicaui, ne uel multa lectione uel disputationis obscuritate deterriti, in manus ea sumere non curarent. Memor tamen quid maxime uoluerim nec potuerim, ut nõ figurate sed ꝓprie primitus cũcta intelligerent, nec omnino desperans etiã sic posse intelligi, idipsum in prima parte secũdi libri ita posui. Sane, inquam, quisquis uoluerit omnia quæ dicta sunt secũdum literã accipere, id est, non aliter intelligere q̃ litera sonat, & potest euitare blasphemias, & omnia congruentia fidei catholicæ prædicare, nõ solũ ei nõ est inuidendũ, sed ꝓcipuus multumq; laudabilis intellector habendus est: Si aũt nullus exitus datur, ut pie & digne deo quæ scripta sunt intelligant, nisi figurate atq; in ænigmatibus proposita ista credamus, habentes

A diuersus Manichæos ꝓpriecientes uetus testamentũ. li

bentes autoritatẽ Apostolicã, à quibus tam multa de libris ueteris testamenti soluuntur ænigmata, modũ quẽ intẽdimus teneamus, adiuuãte illo qui nos petere quęrere & pulsare adhortat: et omnes istas figuras rerũ secũdũ catholicã fidem, siue quæ ad Historiã siue quę ad prophetiã pertinent explicem⁹, nõ præiudicãtes meliori diligẽtioriq; tractatui, siue per nos, siue per alios, quibus dominus reuelare dignatur. Hæc tũc dixi. Nũc autem quia uoluit dominus ut ea diligentius intuẽs atq; cõsiderans, nõ frustra quantũ opinor existimarẽ etiam per me posse secundũ ꝓpriã, nõ secundũ allegoricã locutionẽ hęc scripta esse mõstrari, sicut ea quę supius uoluimus ostendere, sic etiã quæ sequunt de paradiso perscrutemur. Plantauit ergo deus paradisum in delitijs, hoc est em̃ in Eden, ad Orientẽ, & posuit ibi hominẽ quem finxerat. Sic em̃ scriptũ est, quia sic factũ est. Deinde recapitulat, ut hoc ipsum quod breuiter posuit ostendat quemadmodũ factũ sit, hoc est, quemadmodũ paradisum deus plantauerit, & illic hominẽ quẽ finxerat cõstituerit. Sic em̃ sequit, Et eiecit adhuc deus de terra omne lignũ pulchrũ ad aspectum, et bonũ ad escam. Non dixit, & eiecit de terra deus aliud lignũ uel cæterũ lignũ: sed eiecit, inquit, de terra omne lignũ pulchrũ ad aspectũ & bonũ ad escam. Iam ergo tunc ꝓduxerat terra omne lignũ & pulchrũ ad aspectũ, & bonũ ad escam, hoc est tertio die. Nã sexto die dixerat, Ecce dedi uobis omne pabulũ seminale, seminans semen quod est super omnẽ terrã, & omne lignũ fructiferũ, quod habet in se fructũ seminis seminalis, quod erit uobis ad escã. Nũ ergo aliud eis tũc dedit, aliud nũc dare uoluit? Nõ opinor, sed cum ex his generib. sint ista ligna instituta in paradiso, quæ iam terra tertio die produxerat, adhuc ea ꝓduxit in tempore suo: quia tũc scilicet quod scriptũ est, ea ꝓduxit se terrã, causaliter factũ erat in terra: hoc est, quia tunc ea ꝓducendi uirtutẽ latenter acceperat, qua uirtute fit ut etiã nũc talia terra progignat in manifesto atq; in tempore suo. Verbo ergo dei sexto die dicẽtis, Ecce dedi uobis omne pabulũ semina le seminãs semen quod est super omnẽ terram, & cętera, nõ sonabili uel tẽporali uoce prolata uerba sunt, sed sicut in eius uerbo est creandi potentia. Dici autẽ hominib. quod sine tẽporalibus sonis deus dixerit, nõ nisi per temporales sonos potuit: futurũ em̃ erat ut homo iam de limo formatus, & flatu eius animatus, & quicquid ex illo humani generis extitisset, uterẽ eis ad escam quę super terrã exoritura erant ex illa uirtute generãdi quã terra iam acceperat. Cuius futuri causales rationes in creatura condens, tanq̃ iam extitissent, loquebat interna atq; intima ueritate, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, sed spiritus eius scribenti hoc utiq; reuelauit. Illud plane quod sequit, Et lignũ uitę in medio paradisi, & lignũ scię tiæ dignoscendi bonũ & malum: diligentius considerandũ est, ne cogat in allegoriã, ut non ista ligna fuerint, sed aliud aliquid nomine ligni significent. Dictum est enim de sapientia, Lignũ uitę est omnib. amplectentibus eam. Verũtamen cum sit Hierusalem ęterna in cœlis, etiam in terra ciuitas qua illa significarẽt, condita est: & Sara & Agar quãuis duo testamenta significarent, erant tamen etiam quędã mulieres duæ: & cũ Christus per ligni passionem fluento spiritali nos irriget, erat tamen & petra quæ aquã sitienti populo ligno percussa manauit, de qua diceret, Petra aũt erat Christus: aliud q̃ erant illa omnia significauerunt, sed tamen etiã ipsa corporaliter fuerunt. Et quando à narrante cõmemorata sunt, non erat illa figurata locutio, sed earum rerũ expressa narratio, quarũ erat figurata pręcessio. Erat ergo & lignum uitę, quemadmodũ petra Christus: nec sine mysterijs rerũ spiritaliũ corporaliter præsentatis uoluit hominem deus in paradiso uiuere. Erat ei ergo in ligni cęteris alimentũ, in illo autem sacramẽtum, quid significans nisi sapientiã de qua dictum est, Lignũ uitæ est amplectentibus eam: quemadmodum de Christo diceret, Petra manans est sitientibus eam? Recte quippe appellatur quod ad eum significandũ præcessit. Ipse est ouis quæ immolatur in Pascha, tamen & illud non tantũ dicendo figurabatur, sed etiã faciendo. Neq; enim ouis illa non erat ouis, planè ouis erat, & occidebat & manducabat: & tamen eo uero facto, aliud etiam quiddam figurabatur, nõ sicut ille uitulus sagina tus, qui minimo filio reuertẽti in epulas cęsus est. Ibi quippe ipsa narratio figurarũ est, non rerũ figurata significatio gestarum. Non enim hoc Euãgelista sed dominus ipse narrauit. Euangelista uero hoc dominũ narrasse narrauit. Proinde quod narrauit Euangelista etiam factũ est, dominũ scilicet talia locutũ fuisse: ipsius domini narratio parabola fuit, de qua nunquã exigitur, ut etiam ad literam facta monstrentur quæ sermone proferuntur. Christus autem est & lapis unctus a Iacob, & lapis reprobatus ab ędificantibus, qui factus est in caput anguli. Sed illud etiam in rebus gestis factũ est, hoc aũt tantũ in figuris prædictũ. Illud qp pe scriptor narrauit rerum præteritarũ, hoc prænunciator tantummodo futurarum. Sic & sapientia, id est, ipse Christus, lignum uitæ est in paradiso spiritali, quò misit de cruce latronem. Certũ est autem quod eam significaret lignũ uitæ, etiam in paradiso corporali, quia hoc illa scriptura dixit, quæ res suis temporib. gestas narrãs, & hominem corporaliter factũ, & in corpore uiuentẽ ibi cõstitutum esse narrauit. Aut si quisquã putat animas cum à corpore excesserint, locis corporaliter uisibilibus cõtineri, cum sint sine corpore, asserat sententiã suam. Nõ deerunt qui sic faueãt, ut illũ etiam diuitem sitientẽ in loco utiq; corporali fuisse contendant, ipsamq; animã omnino esse corpoream propter arentem linguã & stillã aquę de Lazari digito cõcupitam, pronunciare nõ dubitẽt, cũ quibus ego de tam magna quæstione nulla temeritate cõfligo. Melius est enim dubitare de occultis, q̃ litigare de incertis. Illum quippe diuitẽ in ardore pœnarũ, & illum pauperẽ in refrigerio gaudiorũ intelligendos esse nõ dubito. Sed quo-

Plantauit li. ii. Cap. III

Nõ temere asseuerandũ. V

4 sen. dist. 50 c. si quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sinus Abrahæ

modo intelligenda sit illa flāma inferni, ille sinus Abrahæ, illa lingua diuitis, ille digitus pauperis, A illa sitis tormenti, illa stilla refrigerij, uix fortasse à mansuete quærētibus, à cōtentioſe aūt certātibus nunquā inuenīt. Cito sanè respondendum est, ne nos profunda ista quæstio, & multis sermonibus indigēs tardet. Si corporalibus locis animę continent, etiam exutę corporibus, potuit ille latro in eum introduci paradisum, ubi fuerat corpus primi hominis: ut aptiore scripturarū loco, si ulla necessitas flagitauerit, etiā de hac re quid uel quęramus uel arbitremur utcūq; promamus. Nūc uero quod sapientia non sit corpus, & ideo, nec lignū, nec dubito nec dubitari à quoquam puto: potuisse aūt per lignū, id est, corporeā creaturā tanquā sacramento quodā significari sapientiā in paradiso corporali, ille credendū nō existimat, qui uel tā B multa in scripturis rerū spiritaliū corporalia sacramenta non uidet: uel hominē primū cum eiusmodi aliquo sacramēto uiuere nō debuisse cōtendit: cū Apostolus dicat etiā hoc quod de muliere dixit, quā ei factā esse de latere credimus, ,ppter hoc relinquet homo patrē & matrem, & adhęrebit uxori suę, & erunt duo in carne una, sacramentum magnū esse in Christo & in Ecclesia. Mirū est autem & uix ferendū, quemadmodum uelint homines paradisum figurate dictū, & nolint etiā figurate factū. Quod si cōcedunt sicut de Agar et Sara, sicut de Ismael & Isaac, hæc quoq; & facta, & tamen etiā figurata: cur non admittunt etiam lignū uitę, & uere aliquod lignū fuisse, & tamen sapientiam figurasse, non uideo. Illud quoq; addo, quan C quā corporalem cibum, talem tamen illam arbo-

2 sen. dist. 19 c. ideo

rem præstitisse, quo corpus hominis sanitate stabili firmaretur, non sicut ex alio cibo, sed nōnulla inspiratione salubritatis occulta. Profecto enim licet usitatus panis, aliquid tamē amplius habuit,

Collyride pane subcinericio, quem alio nomine ἐγκρυφίαν uocant

cuius una collyride hominē deus ab indigētia famis dierū quadraginta spatio uendicauit. An forte credere dubitamus, per alicuius arboris cibū cuiusdā altioris significationis gratiā homini deū præstitisse, ne corpus eius uel infirmitate uel ętate in deterius mutarēt, aut in occasum etiā labererēt: qui ipsi cibo humano præstitit tam mirabilē statum, ut in fictilibus uasculis farina & oleū deficiētes reficerent, nec deficerēt? Iam hic de genere cō tentioſorum quisq; existat, et dicat deum in terris D nostris miracula talia facere debuisse, in paradiso autē nō debuisse: quasi uero nō uel de puluere hominē uel de latere uiri mulierē, maius ibi miraculum fecerit, q̄ quod hic mortuos suscitauit. Se

Lignum scientiæ boni et mali. Cap. VI

quis ut uideamus de ligno scientiæ dignoscendi bonū & malū. Prorsus & hoc lignū erat uisibile ac corporale, sicut arbores cæterę. Quod ergo lignū esset, nō est dubitandū: sed cur hoc nomē acceperit, requirendū. Mihi autem etiā atque etiam cōsideranti dici non potest quantum placeat illa sentētia, non fuisse illam arborē cibo noxiam: neque enim qui fecerat oīa bona ualde, in paradiso instituerat aliquid mali: sed malū fuisse homini trāsgressionem præcepti. Oportebat aūt ut homo sub domino deo positus alicūde prohiberet, ut ei

Inobedientia

pmerendi dominū suum uirtus esset ipsa obediētia, quā possum uerissime dicere solam esse uirtutem omni creaturæ rationali agēti sub dei potestate, primūq; esse & maximū uitiū tumoris, ad ruinam sua potestate uelle uti, cuius uitij nomen est inobediētia. Nō esset ergo unde se homo dīm habere cogitaret atq; sentiret, nisi aliquid ei iuberetur. Arbor itaq; illa nō erat mala, sed appellata est sciētiæ dignoscēdi bonū & malū, quia si post prohibitionē ex illa homo ederet, in illa erat prœcepti futura trāsgressio, in qua homo per experimentū pœnæ disceret, quid interesset inter obedientiæ bonū & inobediētię malū. Proinde & hoc non in figura dictū, sed quoddā uere lignū accipiendum est, cui non de fructu uel pomo quod inde nasceret, sed ex ipsa re nomen impositum est, quæ illo

Quatuor flumina. Ca. VII

cōtra uetitū tacto fuerat secutura. Flumen autem exijt de Eden quod irrigabat paradisum, & inde diuisum est in quatuor partes. Ex his uni nomen Phison, hoc est quod circumit totā terrā Euilath, ubi est aurū: aurū autem terræ illius bonū, & ibi est Carbūculus & lapis Prasinus. Et nomē flumini secundo Geon, Hoc est quod circumit totā terram Aethiopię. Flumen autē tertium Tigris, hoc quod fluit cōtra Assyrios, Flumen aūt quartum Euphrates. De his aūt fluminibus quid amplius satagam cōfirmare quod uera sint flumina, nec figurate dicta quę non sint, quasi tantūmodo aliquid nomina ipsa significent, cum regionibus per quas fluūt, notissima sint, & omnib. fere gētibus diffamata? Quinimmo ex his quoniā cōstat ea prorsus esse: nā duobus eorū nomina uetustas

Tyberis grimm Albula Nilus Ganges

mutauit, sicut Tyberis dicit fluuius qui prius Albula uocabat: Geon quippe ipse est qui nūc dicit Nilus, Phison autē ille dicebatur, quem nūc Gangem appellāt, duo uera cætera Tigris & Euphrates antiqua etiā nomina tenuerunt: nos admoneri oportet, cętera quoq; primitus ad proprietatē literę accipere, non in eis figuratam locutionē putare, sed res ipsas quæ ita narrantur & esse, & aliquid etiam figurare: nō quia non posset parabola locutionis assumere aliquid de re quā nō proprie quoq; esse cōstaret, sicut de illo dominus loquitur qui descēdebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones: quis non sentiat & planè uideat esse parabolā, locutionēq; illam totam esse figuratam? uerū duę ciuitates quę ibi nominatę sunt hoc dicēq; in locis proprijs demonstrant. Sed hoc modo acciperemus & quatuor hæc flumina, si cætera quę de paradiso narrant, nō proprie sed figurate accipere ulla necessitas cogeret. At nūc cū primitus proprie res ipsas intelligere ratio nulla prohibeat, cur nō potius autoritatē scripturę simpliciter sequimur in narratiōe rerū gestarū res uere gestas prius intelligētes, tum demū quicqd aliud significāt perscrutātes? An eo mouebimur, quod de his fluminibus dicit, aliorū esse fontes nōtos, aliorū autē prorsus incognitos, & ideo non posse accipi ad literā, quod ex uno paradisi flumine diuidunt: cū potius credendū sit, quoniā locus ipse para

paradisi à cognitione hominū est remotissimus, inde quatuor aquarū partes diuidi, sicut fidelissi- A ma scriptura testat: sed ea flumina quorū fontes noti esse dicunt, alicubi isse sub terras, & post tractus prolixarū regionum locis alijs erupisse, ubi tanq; in suis fontibus nota esse ꝓhibentur? Nam hoc solere nonnullas aquas facere quis ignorat? Sed ibi hoc scit, ubi nō diu sub terris currūt. Exibat ergo flumen de Eden, id est, de loco delitiarū, & irrigabat paradisum, id est, ligna oīa pulchra

Agricultura paradisi. cap. VIII

atq; fructuosa, quę omnē terrā regionis illius opacabant. Et sumpsit dominus deus hominē quē fecit, & posuit eum in paradiso, ut operaret & custodiret: Et præcepit dominus deus Adæ dicens, Ab omni ligno quod est in paradiso escam edes, de ligno autē cognoscēdi bonum & malum, non manducabitis de illo. Quo die aūt ederitis ab eo, B morte moriemini. Cū superi⁹ breuiter dixerit deū plātasse paradisum, & cōstituisse ibi hominē quē finxerat, recapitulauit ut narraret quō sit paradisus cōstitutus. Nunc ergo & illud recapitulando cōmemorauit, quō ibi deus posuerit hominē quē fecit. Videamus itaq; quid sit quod dictum est, ut operaret & custodiret. Nunquid forte agriculturam dominus uoluit operari primum hominem? An nō est credibile quod eum ante peccatū damnauerit ad laborem? Ita sanè arbitraremur, nisi uideremus cum tanta uoluptate animi agricolare quosdā, ut eis magna pœna sit inde ad aliud auocari. Quicquid ergo delitiarū habet agricultura, tūc utiq; longe ampli- rat quando nihil accidebat aduersi, uel terra uel cœlo. Non enim erat la- C boris afflictio sed exhilaratio uolūtatis, cū ea quę deus creauerat, humani operis adiutorio lętius feraciusq; puenirēt, unde creator ipse uberius laudaret, qui animæ in corpore animali cōstitutæ rationem dedisset operandi ac facultatem, quātum animo uolenti satis esset, non quantum inuitū indigentia corporis cogeret. Quod enim maius mirabiliusq; spectaculū est, aut ubi magis cū rerum natura humana ratio quodāmodo loqui potest, q̄ cum positis seminibus, plantatis surculis, transla-

Operatio animæ

tis arbusculis, insitis malleolis, tanq; interrogat quæq; uis radicis & germinis quid posit quidue nō posit: unde posit, unde nō posit: quid in ea ualeat numerorū inuisibilis interiorq; potentia, quid extrinsecus adhibita diligētia: inq; ipsa cōsi- D deratione perspicere, quia neq; qui plantat est aliquid neq; qui rigat, sed qui incrementū dat deus: quia & illud operis quod accedit extrinsecus, p illū accedit quē nihilominus creauit, & quē regit

Operatio dei. IX

atq; ordinat inuisibiliter deus? Hinc iā in ipsum mundū, uelut in quandā magnā arborē rerū, oculus cogitatiōis attollit, atq; in ipso quoq; gemina operatio prouidētię reperitur, partim naturalis, partim uolūtaria. Naturalis quidē p occultā dei administrationē, quæ etiā lignis & herbis dat incrementū, uoluntaria uero per angelorū opera et hominū. Secundū illam primā cœlestia superius ordinari inferiusq; terrestria, luminaria syderaq; fulgere, diei noctisq; uices agitari, aquis terrā sun

datam interlui atq; circumlui, aerem altius superfundi, arbusta & animalia concipi & nasci, crescere & senescere, occidere, & quicquid aliud in rebus interiore naturaliq; motu geritur. In hac aūt altera signa dari, doceri & discere, agros coli, societates administrari, artes exerceri: & quęq; alia siue in superna societate agūtur, siue in hac terrena atq; mortali, ita ut bonis consulatur & per nescietes malos: inq; ipso homine eandē geminam prouidētiæ uigere potentiā. Primo erga corpus naturale, scilicet eo motu quo fit, quo crescit, quo senescit. Volūtariū uero quo illi ad uictum, tegumentū, curationēq; consulitur. Similiter erga animā naturaliter agitur ut uiuat, ut sentiat, uolunta rie uero ut discat, ut cōsentiat. Sicut aūt in arbore id agit agricultura forinsecus, ut illud proficiat quod geritur intrinsecus: sic in homine secūdum corpus, ei quod intrinsecus agit natura, seruit extrinsecus medicina. Itemq; secundū animā, ut natura beatificet intrinsecus, doctrina ministratur extrinsecus. Quod autē ad arborē colendi negligētia, hoc ad corpus medēdi incuria, hoc ad animam discēdi segnitia. Et quod ad arborē humor inutilis, hoc ad corpus uictus exitiabilis, hoc ad animā persuasio iniquitatis. Deus itaq; super omnia, qui cōdidit omnia, & regit omnia, omnes naturas bonus creat, omnes uoluntates iustus ordinat. Quid ergo abhorret à uero, si credamus hominē ita in paradiso constitutū, ut operaret agricultura, nō labore seruili, sed honesta animi uoluptate? Quid enim hoc opere innocētius uacantibus, & quid plenius magna cōsideratione prudētibus? Vt custodiret autē quid? An ipsum para- *Custodire paradisum & operari.* X disum? Cōtra quos? Nullus certe uicinus metuebatur inuasor, nullus limitis perturbator, nullus fur, nullus aggressor. Quomō ergo intellecturi sumus corporalem paradisum potuisse ab homine corporaliter custodiri? Sed neq; scriptura dixit, ut operaret & custodiret paradisum: dixit autē ut operaret & custodiret. Quanq; si de Græco diligētius ad uerbū exprimat, ita scriptū est: Et accepit dominus deus hominē quē fecit, & posuit eū in paradiso operari eū & custodire: Sed utrum ipsum hominē posuit operari, hoc eī sensit qui interpretatus est, ut operaret. An eundē paradisum operari, id est, ut homo paradisum operaret, ambigue sonat: et uidet magis exigere locutio, ut nō dicat, operaretur paradisum, sed in paradiso. Veruntamē ne forte sic dictū sit, ut operaret paradisum, sicut superius dictū est, Nec erat homo qui operaretur terrā: eadē quippe locutio est operari terrā, quę operari paradisum: ambiguā sententiā ad utrūq; tractemus. Si enim nō est necesse ut accipiamus paradisum custodire, sed in paradiso, q̄d ergo in paradiso custodiret? Nā quid operari in paradiso, iā ut uisum est disseruimus. An ut q̄d operaret in terra p agricolturā, in seipso custodiret per disciplinā, id est, ut sicut ei ager obtēperaret colēti se, ita & ipse præcipiēti dño suo, ut sumpto præcepto obediētiæ, fructū nō spinas inobediētiæ redderet? Denicq; quoniam similitudinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

à se culti paradisi in seipso custodire subditus no-
luit, similẽ sibi agrũ dãnatus accepit: Spinas, in- A
quit, & tribulos pariet tibi. Quòd si & illud intel-
ligamus, ut paradisum operaret̃, & paradisum cu
stodiret, operari quidẽ paradisum posset, sicut su-
pra diximus per agriculturã, custodire aũt nõ ad-
uersus improbos aut inimicos qui nulli erant, sed
fortasis aduersus bestias. Quomõ istud, aut qua
re? Nũquid eñ bestiæ iã in hominẽ sæuiebãt, q̃
nisi peccato nõ fieret? Ipse quippe bestijs omnib.
ad se adductis, sicut post cõmemoratur, nomina
imposuit. Ipse etiã sexto die lege uerbi dei cũ om
nibus cõmunes cibos accepit. Aut si erat iã quod
timeretur in bestijs, quo nã pacto posset unus ho-
mo illũ munire paradisum? Neq; enim exiguus
locus erat, quẽ tantus fons irrigabat. Custodire
quidẽ ille deberet, si posset paradisum tali & tãta B
materia cõmunire, ut eò serpẽs nõ posset intrare.
Sed mirum si priusquã cõmuniret, omnes serpen
tes inde posset excludere. Proinde intellectũ an-
te oculos cur prętermittimus? Positus est quippe
homo in paradiso ut operaret̃ eundẽ paradisum,
sicut supra disputatum est, per agriculturã non la-
boriosam sed delitiosam, & mentẽ prudentis ma
gna atq; utilia cõmonentẽ: custodiret autem eun
dẽ paradisum ipsi sibi, ne aliquid admitteret, qua-
re inde mereretur expelli. Deniq; accepit & præ-
ceptũ, ut sit per quod sibi custodiat paradisum, id
est, quo cõseruato nõ inde proijciat̃. Recte enim
quisq; dicitur nõ custodisse rem suã, qui sic egit ut
amitteret eam, etiã si alteri salua sit, qui eã uel in-
uenit uel accipere meruit. Est alius in his uerbis
C
sensus, quẽ puto non immerito præponendũ, ut
ipsum hominẽ operaretur deus & custodiret. Si-
cut enim operatur homo terrã, non ut eam faciat
esse terrã, sed ut cultã atq; fructuosam: sic deus ho
minẽ multo magis quẽ ipse creauit ut homo sit,
eum ipse operatur ut iustus sit, si homo ab illo per
superbiã non abscedat: hoc est enim apostatare à
Eccl.10 deo, quod initiũ superbiæ scriptura dicit: Initiũ,
inquit, supbiæ hominis apostatare à deo. Quia er
go deus est incõmutabile bonũ, homo aũt & se-
cundũ animã & secũdũ corpus mutabilis res est,
nisi ad incõmutabile bonũ quod est deus conuer
sus substiterit, formari ut iustus beatusq; sit non
potest. Ac per hoc deus idem qui creat hominẽ
ut homo sit, ipse operatur hominẽ atq; custodit, D
ut etiã bonus beatusq; sit. Quapropter qua locu-
tione dicitur homo operari terrã, quæ sam terra
erat, ut ornata atq; fœcunda sit: ea locutione dici-
tur deus operari hominẽ qui iam homo erat, ut
pius sapiẽsq; sit, eumq; custodire, q̃ homo sua po
testate in se, q̃ illius supra se delectatus, domina-
tionemq; eius contemnẽs tutus esse non posset.

Cur addita post, dictio dominus. Ca. XI

Proinde nullo modo uacare arbitror, sed nos ali
quid & magnũ aliquid admonere, q̃ ab ipso diui
ni libri huius exordio, in quo ita cœptus est, In
principio fecit deus cœlũ & terrã, usq; ad hunc lo
cum, nusquã positũ est dominus deus, sed tantũ-
modo deus. Nunc uero ubi ad id uentũ est, ut ho-
minẽ in paradiso constitueret, eumq; per præce-
ptũ operaretur & custodiret, ita scriptura locuta
est, Et sumpsit dominus deus hominẽ quẽ fecit, Gen.2
& posuit eũ in paradiso operari eũ & custodire:
non quòd supradictarũ creaturarũ dominus non
esset deus, sed quia hoc nec propter angelos, nec
propter alia quæ creata sunt, sed propter hominẽ
scribebatur ad eum admonendũ quantũ ei expe-
diat habere dominũ deũ, hoc est sub eius domina
tione obediẽter uiuere, q̃ licẽtiose abuti propria
potestate: nusquam hoc prius ponere uoluit, nisi
ubi peruentũ est ad eũ in paradisum collocandũ,
operandũ & custodiẽdũ, ut nõ diceret sicut & cæ
tera omnia superius, Et sumpsit deus hominẽ quẽ
fecit: sed diceret, Et sumpsit dñs deus hoiem quẽ
fecit, & posuit eũ in paradiso operari eũ, ut iustus
esset, & custodire, ut tutus esset, ipsa utiq; domina
tione sua, quæ nõ est illi sed nobis utilis. Ille quip-
pe nostra seruitute nõ indiget, nos uero domina-
tiõe illius indigemus, ut operet̃ & custodiat nos:
& ideo uerus & solus est dominus, quia nõ illi ad
suã, sed ad nostrã utilitatẽ salutemq; seruimus. Nã
si nobis indigeret eoipso nõ uerus dñs esset, cum
per nos eius adiuuaret̃ necessitas, sub qua & ipse
seruiret. Merito et ille in Psalmo, Dixi, inquit, do Psal.15
mino, deus meus es tu, quoniã bonorũ meorũ nõ
eges. Nec ita sentiendũ est quod diximus nos illi
ad utilitatẽ nostram salutemq; seruire, tanq̃ aliud
aliquid ab illo expectemus q̃ eũ ipsum qui sum-
ma utilitas et salus nostra est. Sic enim eum gratis
secundũ illam uocẽ diligimus. Mihi autẽ adhære
re deo bonũ est. Neq; enim tale aliquid est ho- *Hominẽ nihil*
mo factus, ut deserente eo qui fecit, possit aliquid *posse sine deo.*
agere bene tanq̃ ex seipso: sed tota eius actio bo- *Cap. XII*
na est cõuerti ad eum à quo factus est, & ab eo iu-
stus, pius, sapiẽs beatusq; semper fieri: nõ fieri &
recedere, sicut à corporis medico sanari & abire:
quia medicus corporis operarius fuit extrinse-
cus, seruiẽs naturæ intrinsecus operãti sub deo,
qui operatur omnẽ salutẽ gemino illo opere, pui
dentiæ, de quo supra locuti sumus. Nõ ergo ita se
debet homo ad dominũ cõuertere, ut cũ ab eo fa
ctus fuerit iustus abscedat, sed ita ut ab illo semp
fiat. Eo quippe ipso cũ ab illo nõ discedit, eius ip-
se præsentia iustificat̃ & illuminatur, & beatifica
tur, operãte & custodiẽte deo dũ obediẽti subie-
ctoq; dominatur. Neq; enim ut dicebamus, sicut
operatur homo terrã, ut culta atq; fœcũda sit, qui
cũ fuerit operatus, abscedit, relinquẽs eã uel ara-
tam uel satam uel rigatã, uel si quid aliud manẽte
opere quod factum est, cum operator abscesserit,
ita deus operatur hominẽ iustum, id est, iustificã-
do eum, ut si abscesserit, maneat in absente quod
fecit: sed potius sicut aer præsente lumine non fa-
ctus est lucidus, sed fit: quia si factus esset, non fie-
ret, sed etiã absente lumine lucidus maneret: sic
homo deo sibi præsente illuminatur, absente aũt
cõtinuo tenebratur, à quo nõ locorũ interuallis,
sed uoluntatis auersione discedit̃. Ille itaq; ope- *Discessus à deo.*
retur hominẽ bonũ atq; custodiat qui incõmuta-
biliter bonus est: semp ab illo fieri, semperq; per-
fici debemus inhærentes ei, & in ea conuersione
quæ

quæ ad illũ est permanẽtes, de quo dicit̃, Mihi au
Psal.72 tẽ adhærere deo bonũ est. Et cui dicit̃: Fortitudi- A
Psal.58 nem meã ad te custodiã. Ipsius eñ sumus figmen-
tũ, nõ tantũ ad hoc ut homines simus, sed ad hoc
etiã ut boni simus. Nã & Apostolus cũ fidelibus
ab impietate cõuersis, gratiã qua salui facti sumus
Ephe.2 cõmendaret. Gratia eñ, inquit, salui facti estis per
fidem, & hoc nõ ex uobis, sed dei donũ est, nõ ex
operib⁹, ne forte quis extollat̃. Ipsius enim sumus
figmentũ creati in Christo Iesu in operib. bonis
quę præparauit deus ut in illis ambulemus. Et ali
Philip.2 bi cũ dixisset: Cũ timore & tremore uestrã ipsorũ
salutẽ operamini: ne sibi putarẽt tribuendũ tanq̃
ipsi se facerẽt bonos & iustos, continuo subiecit,
Deus enim est qui operat̃ in nobis. Sumpsit ergo
dñs deus hominẽ quẽ fecit, & posuit eũ in paradi
so operari eum, hoc est, operari in eo & custodire B
eũ. Et præcepit dñs deus Adæ dicẽs, ab omni li
gno q̃d est in paradiso edes ad escã, de ligno autẽ
cognoscẽdi bonũ et malũ nõ mãducabitis de illo,
qua die autẽ ederitis ab eo, morte moriemini. Si
aliquid mali esset lignũ illud unde, phibuit homi-
nẽ deus, eius ipsius mali natura uenenatus uide-
ret̃ ad mortẽ. Quia uero ligna omnia in paradiso
bona plãtauerat, qui fecit omnia bona ualde, nec
ulla ibi natura mali erat, quia nusq̃ est mali ulla
natura: quod diligẽtius si dñs uoluerit dissĕrem⁹,
cum de illo serpẽte dicere ceperimus: ab eo ligno
quod malũ nõ erat, phibitus est, ut ipsa p se præce
pti cõseruatio bonũ illi esset, & trãsgressio malũ.
Nec potuit melius & diligẽtius cõmẽdari quan-
tum malũ sit sola inobediẽtia, cũ ideo reus iniqui C
tatis factus est homo, quia eã rẽ tetigit cõtra pro-
hibitionẽ, quã si non, phibitus tetigisset, nõ utiq;
peccasset. Nã qui dicit, uerbi gratia, noli tangere
hãc herbã, si forte uenenosa est, mortemq; prenũ-
ciat, si tetigerit, sequit̃ quidẽ mors cõtemptorem
præcepti, sed etiã si nemo, phibuisset, atq; ille teti-
gisset, nihil ominus utiq; moreret̃. Illa quippe res
cõtraria saluti uitæq; eius esset, siue inde uetaret̃
siue nõ uetaretur. Item cũ quisq; prohibet eã rem
tãgi, quæ nõ quidẽ tangẽti, sed illi qui prohibuit
obesset uelut si quisquã in alienã pecuniã missĕt
manum, prohibitus ab eo cuius erat pecunia illa:
ideo eilet prohibito peccatũ, quia prohibẽti pote
rat esse dãnosum. Cũ uero illud tangit̃ quod nec
tangẽti obesset si nõ prohiberet̃, nec cuiquã alteri D
quãlibet tãgeretur, quare prohibitũ est, nisi ut ip-
sius per se bonũ obediẽtiæ, & ipsius p se malũ ino
bediẽtiæ mõstraret̃? Deniq; à peccãte nihil aliud
appetitũ est, nisi nõ esse sub dominatiõe dei, quã-
do illud admissum est, in quo ne admitteretur, so-
la deberet iusio dominãtis attẽdi. Quæ si sola at-
tenderetur, quid aliud q̃ dei uoluntas attẽderet̃?
quid aliud q̃ dei uoluntas amaretur? quid aliud
q̃ dei uoluntas humanę uolũtati præponeretur?
Dominus quidẽ cur iusserit uiderit, faciendũ est
à seruiẽte quod iusserit, & tunc forte uidendũ est à
promerẽte cur iusserit. Sed tamẽ ut causam iusio
nis huius nõ diutius requiramus, si hæc ipsa ma
gna est utilitas homini q̃ deo seruit, iubẽdo deus
utile facit quicquid iubere uoluerit, de quo me-
tuendũ non est, ne iubere quod inutile est possit.

Voluntas hominis reputans deo. Cap. XIIII

Nec fieri potest ut uolũtas propria non grandi
ruinæ põdere super hominẽ cadat, si eam uolũta-
ti superioris extollẽdo præponat. Hoc expertus
est homo contẽnens præceptũ dei, & hoc experi-
mẽto didicit, quid interest inter bonũ & malũ: bo
num scilicet obediẽtiæ, malum autẽ inobediẽtiæ,
id est, superbiæ & cõtumaciæ, peruersæ imitatio
nis dei & noxiæ libertatis. Hoc autẽ in quo ligno
accidere potuit, ex ipsa re ut iã supra dictũ est, no
men accepit. Malũ enim nisi experimẽto nõ senti
remus, quia nullũ esset si nõ fecissemus. Neq; eñ
ulla natura mali est, sed amissio boni hoc nomen
accepit. Bonũ quippe incõmutabile deus est, ho-
mo aũt quantũ ad eius naturã in qua eũ deus con
didit pertinet, bonũ est quidẽ, sed non incõmuta-
bile ut deus. Mutabile aũt bonũ quod est post in-
cõmutabile bonũ, melius bonũ fit cũ bono incõ-
mutabili adhęserit, amãdo atq; seruiẽdo rationali
& ppria uolũtate. Ideo quippe & hoc magni bo-
ni natura est, quia et hoc accepit, ut posset summi
boni adhærere naturę. Quod si noluerit, bono se
priuat, & hoc ei malũ est, unde per iustitiã dei etiã
cruciatus cõsequit̃. Quid enim tam iniquũ, q̃ ut
bene sit desertori boni? Neq; ullo modo fieri po-
test ut ita sit: sed aliquãdo amissi superioris boni
nõ sentiẽ malũ, cum habetur quod amatũ est infe
rius bonũ. Sed diuina iustitia est, ut qui uoluntate
amisit q̃d' amare debuit, amittat cũ dolore quod
amauit, dum naturarũ creator ubiq; laudet̃. Ad-
huc enim est bonũ, quod dolet amissum bonũ: nã
nisi aliquod bonũ remãsisset in natura, nullus bo-
ni amissi dolor esset in pœna. Cui autẽ sine mali
experimento placeat bonũ, id est, ut anteq; boni
amissionẽ sentiat, eligat tenere ne amittat, super
omẽs homines prędicãdus est. Sed hoc nisi cuius-
dã singularis laudis esset, nõ illi puero tribueret̃,
qui ex genere Israel factus Emanuel nobiscũ de- *Christus mediator*
us, reconciliauit nos deo, hominũ & dei homo me
diator, uerbũ apud deũ, caro apud nos, uerbũ ca-
ro inter deũ & nos. De illo quippe Propheta di- *Esaiæ 7*
cit: Priusquã sciat puer bonũ aut malũ, cõtemnet
malitiã ut eligat bonũ. Quomõ quod nescit aut
contẽnit aut eligit: nisi quia hæc duo sciunt̃ aliter
per prudentiã boni, aliter p experiẽtiã mali? Per
prudentiã boni malũ scitur, & si nõ sentitur. Te-
netur enim bonũ, ne amissione eius sentiat̃ malũ.
Item per experientiã mali scitur bonũ, quoniam
quid amiserit sentit, cui de bono amisso male fue
rit. Priusquã sciret ergo puer per experientiã, aut
bonũ quo careret, aut malũ quod boni amissione
sentiret, contempsit malũ ut eligeret bonũ, id est,
noluit amittere quod habebat, ne sentiret amittẽ-
do quod amittere nõ debebat. Singulare exẽplũ
obediẽtiæ, quippe qui nõ uenit facere uolũtatem
suã, sed eius uoluntatẽ à quo missus est: non sicut
ille qui elegit facere uoluntatẽ suã, non eius à quo
factus est. Merito sicut per unius inobedientiam
peccatores cõstituti sunt multi, ita per unius obe-
diẽtiã iusti cõstituũtur multi: quia sicut in Adã
omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuifi
cabũtur. Fruſtra aũt nõnulli acute obtuſi ſunt, A
cũ requirũt quomodo potuerit appellari lignũ di
gnoſcẽtiæ boni & mali, anteq; in eo tranſgreſſus
eſſet homo præceptũ, atq; ipſa experiẽtia digno
ſceret quid intereſſet inter bonũ quod amiſit, &
malũ quod admiſit. Lignũ enim tale nomẽ acce
pit, ut eo ſecundũ prohibitionẽ nõ tacto cauereẽ,
quod eo cõtra ꝓhibitionẽ tacto ſentiretur. Neq;
enim quia inde cõtra præceptũ mãducauerunt,
ideo factum eſt illud lignũ dignoſcentiæ boni &
mali, ſed utiq; etiã ſi obedientes eſſent, & nihil in
de contra præceptũ uſurpaſſent, id recte uocare
tur, quod ibi eis accideret, ſi uſurpaſſent. Quẽad
modũ ſi uocareẽ arbor ſaturitatis, quod inde poſ
ſent homines ſaturari, nunquid ſi nemo acceſſiſ
ſet, ideo nomẽ illud eſſet incongruũ, quando quí B
dem cum accederẽt & ſaturarẽtur, tũc ꝓbarẽt q̃
hoc recte arbor illa uocaretur? Et quomõ, in
quiunt, intelligeret homo, quod ei dicebaẽ lignũ
dignoſcentiæ boni & mali, quãdo ipſum malum
quod eſſet omnino neſciebat? Hoc qui ſapiũt pa
rum attendunt, quẽadmodũ à contrarijs notis, ſic
pleraq; intelligãtur ignota, ut etiã uerba rerũ quę
nõ ſunt cũ in loquendo interponuntur, nullus ca
liget auditor. Hoc enim quod omnino nõ eſt, ni
hil uocatur: Et has duas ſyllabas nemo nõ intelli
git, qui Latine audit & loquitur. Vnde, niſi cum
ſenſus intueẽ id quod eſt, & eius priuatione quid
etiã non ſit agnoſcit? Sic & inane cum dicitur, in
tuendo corporis plenitudinẽ, priuationẽ eius tã
quam contrariã, quid dicatur inane intelligimus. C
Sicut audiẽdi ſenſũ nõ ſolũ de uocibus, uerũetiã
de ſilentio iudicamus, Sic ex uita quæ inerat ho
mini, poſſet eius cauere contrariũ, id eſt uitæ pri
uationẽ quæ mors uocatur: & ipſam cauſam qua
perderet quod amabat, id eſt quodlibet factũ ſuũ
quo fieret ut amitteret uitã, quibuslibet ſyllabis
appellareẽ: quẽadmodũ Latine cum dicitur pec
catũ uel malũ, ut tanq; ſignum eius intelligeret,
quod mẽte diſcerneret. Nos enim quomõ intelli
gimus cũ dicitur reſurrectio quam nunq; exper
ti ſumus, Nõnne quia ſentimus quid ſit uiuere, et
eius rei priuationẽ uocamus mortẽ, unde reditũ
ad id quod ſentimus reſurrectionẽ appellamus?
& ſi quo alio nomine in quacũq; lingua idipſum
appellaẽ, menti utiq; ſignũ inſinuatur in uoce lo D
quẽdo, quo ſonãte agnoſcat, quod etiã ſine ſigno
cogitaret. Mirũ eſt enim quẽadmodũ rerũ quas
habet amiſſionẽ, etiam inexpertã natura deuitet.
Quis eñ pecora docuit deuitationẽ mortis, niſi
ſenſus uitæ? Quis paruulũ puerũ adhærefcere ba
iulo ſuo, ſi eum fuerit ex alto iacere minitatus?
Quod ex quodã tẽpore incipit, ſed tamẽ antequã
aliquid huiuſmodi expertus ſit. Sic ergo illis pri
mis hominib. iã uita erat dulcis, quã profecto a
mittere deuitabãt: idq; ipſum quibuſcũq; modis
uel ſonis ſignificantẽ deũ intelligere poterãt: nec
aliter eis poſſet ꝑſuaderi peccatũ, niſi prius ꝑſua
dereẽ eos ex illo facto nõ eſſe morituros, id eſt il
lud quod habebãt et ſe habere gaudebãt nõ amiſ

Quomodo appellatũ lignũ ſcietiæ boni et mali. Ca. XV

2 Sen. diſt. 17 c. in hoc

Hominem potuiſſe intelligere periculũ ex præcepto contempto. XVI

ſuros, undẽ ſuo loco loquẽdũ eſt. Aduertãt itaq; ſi
quos mouet, quomõ potuerint intelligere inex
perta nominantẽ uel minãtem deũ: & uideãt nos
omniũ inexpertorũ nomina, non niſi ex cõtrarijs
quæ iam nouimus, ſi priuationũ ſunt, aut ex ſimi
libus, ſi ſpecierũ ſunt, ſine ullo æſtu dubitationis
agnoſcere. Niſi forte aliquẽ mouet quẽadmodũ 2 Sen. diſt. 22
loqui potuerint, uel loquentẽ intelligere, qui nõ ca. Illud
didicerãt uel creſcẽdo inter loquentes uel aliquo
magiſterio: quaſi magnũ fuerit deo loqui eos do
cere, quos ita fecerat, ut hoc poſſent etiã ab homi
nib. diſcere, ſi eſſent à quibus. Merito ſanè quę An utrũq; fa
ritur, utrũ hoc ꝓceptũ uiro tantũ dederit deus, ctum ſit præce
an etiã fœminę? Sed nondũ narratũ eſt quẽadmo ptum. XVII
dum facta ſit fœmina, An forte iam erat facta, ſed
hoc quẽadmodũ geſtũ ſit quod prius erat geſtũ,
poſtea recapitulãdo narratũ eſt? Verba enim ſcri
pturæ ſic ſe habent: Et præcepit dñs deus Adæ di Gen. 2
cens: nõ dixit, præcepit eis. Deinde ſequitur, Ab
omni ligno quod eſt in paradiſo eſcã edes: non di
xit, edetis. Deinde adiungit: De ligno aũt cogno
ſcẽdi bonũ & malũ, non mãducabitis de illo: Iam
hic tanq; ad ambos pluraliter loquitur, & plurali
ter præceptũ terminat dicẽs: Qua die aũt ederi
tis ab eo, morte moriemini. An ſciens q̃ ei factu
rus erat mulierẽ, ita præcepit ordinatiſſime, ut ꝑ
uirũ præceptũ domini ad fœminam perueniret?
Quã diſciplinã & in eccleſia ſeruat Apoſtolus di
cẽs: Si quid aũt diſcere uolũt, domi uiros ſuos in
terrogẽt. Itẽ quæri poteſt quomõ nũc deus lo- Quomõ deus
cutus ſit ad hominẽ quẽ fecit, iam certe ſenſu ac ſit locutus.
mẽte preditũ, ut audire & intelligere loquentẽ ua Cap. XVIII
leret? Neq; enim aliter præceptũ poſſet accipere,
quo trãſgreſſor eius eſſet, niſi hoc acceptũ intelli
geret. Quomõ ergo illi locutus eſt deus? utrũ in
tus in mẽte ſecundũ intellectũ, id eſt ut ſapiẽter in
telligeret uoluntatẽ ac præceptũ dei ſine ullis cor
poralib. ſonis uel corporaliũ ſimilitudinib. rerũ?
Sed nõ ſic exiſtimo primo homini locutũ deũ: ta
lia quippe ſcriptura narrat, ut poti⁹ credamus ſic
eſſe deũ locutũ homini in paradiſo, ſicut etiã poſt
ea locutus fuit patrib⁹, ſicut Abrahę, ſicut Moyſi,
id eſt in aliqua ſpecie corporali. Hinc eſt eñ q̃ au
dierũt eius uocẽ ambulãtis in paradiſo ad ueſpe
ram, & abſcõderũt ſe. Locus itaq; magnus neq; Quid ſentien
prętereundus proponitur, ut intueamur quantũ dum de deo.
poſſumus, quãtũ ipſe adiuuare et donare dignat, Cap. XIX
opus diuinæ ꝓidentiæ bipertitũ: quod ſuperius
cũ de agricultura loqueremur, tranſitoria quadã
occaſiõe perſtrinximus, ut inde iã inciperet legẽ
tis animus hoc aſſuefcere cõtueri, quod adiuuat
plurimũ ne quid indignũ de ipſa dei ſubſtãtia ſen
tiamus. Dicim⁹ itaq; ipſum ſummũ, uerũ, unũ ac
ſolũ deũ, patrẽ & filiũ & ſpiritũ ſanctũ, id eſt, deũ
uerbumq; eius & utriuſq; ſpiritũ, trinitatẽ ipſam,
neq; cõfuſam, neq; ſeparatã, deũ qui ſolus habet
immortalitatẽ, & lucẽ habitat inacceſsibilẽ, quẽ
nemo hominũ uidit, nec uidere poteſt, nec loco
rũ uel finito uel infinito ſpatio cõtineri, nec tẽpo
rũ uel finito uel infinito uolumine uariari. Neq;
eñ eſt in eius ſubſtãtia qua deus eſt, quod breuius
ſit

ſit in parte q̃ in toto, ſicut neceſſe eſt eſſe de iis
quę in locis ſunt: aut fuit in eius ſubſtãtia quod iã A
nõ eſt, uel erit quod nõdũ eſt, ſicut in naturis quæ
poſſunt tẽporis mutabilitatẽ pati. Hic ergo in
cõmutabili æternitate uiuẽs creauit omnia ſimul,
ex quibus currerẽt tempora, & implerẽtur loca,
tẽporalibusq; & localib. rerũ motibus ſecula uol
uerẽtur, In quibus rebus quædã ſpiritalia, quædã
corporalia cõdidit, formãs materiã quã nec alius
nec nullus, ſed omnino ipſe informẽ ac formabi
lem inſtituit, ut formationẽ ſuã nõ tẽpore ſed ori
gine præueniret. Spiritalem autẽ creaturã corpo
rali prepoſuit: q̃ ſpiritalis tantũmodo per tẽpora
mutari poſſet, corporalis aũt per tẽpora & loca.
Exẽpli enim gratia, per tẽpus mouet animus, uel
reminiſcẽdo quod oblitus erat, uel diſcẽdo quod
neſciebat, uel uolẽdo quod nolebat. Per loca aũt B
corpus, uel à terra in cœlũ, uel à cœlo in terrã, uel
ab Oriẽte in Occidentẽ, uel ſi quo alio ſimili mo
do. Omne autẽ quod mouẽ per locũ, non poteſt
niſi & per tẽpus ſimul moueri: At nõ omne quod
mouetur per tẽpus, neceſſe eſt etiã per locũ moue
ri. Sicut ergo ſubſtantiã quæ mouẽ per tẽpus &
locũ, præcedit ſubſtãtia quæ tantũ per tẽpus: ita
ipſam præcedit illa quę nec per locũ nec per tem
pus: ac per hoc ſicut per tẽpus & locũ mouet cor
pus, ipſe tantũ per tẽpus motus cõditus ſpiritus:
ita per tẽpus mouet conditũ ſpiritũ, ipſe nec per
tẽpus nec per locũ motus cõditor ſpiritus: ſed ſpi
ritus creatus mouet ſeipſum per tẽpus, & p tẽpus
ac per locũ corpus: ſpiritus aũt creator mouet ſe
ipſum ſine tẽpore ac loco, mouet conditũ ſpiritũ C
per tẽpus ſine loco, mouet corpus per tẽpus & lo
cum. Quocirca quiſquis intelligere conaẽ, quẽ
admodũ uere eternus & uere immortalis atq; in
cõmutabilis deus, ipſe nec per tẽpus nec per locũ
motus moueat tẽporaliter & localiter creaturam
ſuã, non eũ puto poſſe aſſequi: niſi prius intellexe
rit quemadmodũ anima, hoc eſt, ſpiritus creatus,
nõ per locũ ſed tantũ per tempus motus, moueat
corpus per tẽpus & locũ. Si enim quod in ſeipſo
agitur capere nondum poteſt, quãto minus illud
quod ſupra eſt? Affecta quippe anima carnalium
ſenſuũ cõſuetudine, etiã ſeipſam cũ corpore per
locũ moueri putat, dum id per locũ mouet. Quæ
ſi poſſet diligẽter inſpicere, tanq; cardines mem
brorũ corporis ſui, quemadmodũ articulatim di- D
ſpoſiti ſunt, à quibus initia motionũ nitatur: inue
niet ea quæ per ſpatia locorũ mouẽtur, niſi ab eis
quę loco fixa ſunt nõ moueri. Nõ enim mouetur
ſolus digitus, niſi fixa ſit palma, à cuius articulo
uelut immoto cardine moueatur: ſic tota palma
ab articulo cubiti, ſic cubitus ab articulo humeri,
ſic humerus ab ſcapula mouetur, ſtantibus utiq;
cardinib. quibus motio nitatur, ut per loci ſpatiũ
quod mouetur moueaẽ. Sic plantæ in talo eſt arti
culus, quo ſtãte moueaẽ: ſic cruris in genu, & to
tius pedis in coxa: & nullius mẽbri motus omni
no eſt quẽ uolũtas mouet, niſi ab aliquo articulari
cardine, quẽ motus eiuſdẽ uoluntatis primitus fi
git, ut ab eo quod loci ſpatio nõ mouẽ, agi ualeat

*ura ſpiri
y corpo
Ca. XX*

Deus ſemper quietus omnia tamen agens. Cap. XXIII

quod mouetur. Deniq; nec in ambulãdo pes leua
tur, niſi alius fixus totũ corpus ferat, donec ille q
motus eſt à loco unde fertur, ad locũ quò ferẽ, im
moto articulo ſui cardinis innitaẽ. Porrò ſi in cor
pore nullũ membrũ per locũ uolũtas mouet, niſi
ab eo mẽbri articulo quẽ non mouet, cum & illa
pars corporis quæ mouetur, & illa quæ fixa ſit ut
moueaẽ, corporeas habeãt quãtitates ſuas, quib.
occupẽt ſpatia locorũ ſuorum: quãto magis ipſe
animę nutus cui mẽbra deſeruiũt, ut quod placue
rit figatur, unde id quod mouendũ eſt innitaẽ: cũ
anima non ſit natura corporea, nec locali ſpatio
corpus impleat, ſicut aqua utrẽ ſiue ſpongiã: ſed
miris modis ipſo incorporeo nutu cõmixta ſit ui
uificãdo corpori, quo & imperat corpori quadã
intẽtione non mole: quanto magis, inquã, nutus
ipſe uolũtatis eius nõ per locum mouetur ut cor
pus per locũ moueat. quãdo totũ per partes mo
uet, nec aliquas loco mouet niſi per illas quas lo
co non mouet. Quod ſi intelligere difficile eſt, Quomõ deus
utrunq; credatur, & q̃ creatura ſpiritalis non per moueat, quo
locũ mota moueat corpus per locũ, & q̃ deus nõ modo anima.
per tempus motus moueat creaturã ſpiritalẽ per Cap. XXII
tempus. Quod ſi de anima quiſq; nõ uult hoc cre
dere, quod quidẽ ſine dubio nõ ſolũ crederet, ue
rumetiã intelligeret, ſi eã poſſet ſicuti eſt incorpo
reã cogitare. Cui enim nõ facile occurrat q̃ p lo
cum nõ moueaẽ quæ per loci ſpatia nõ diſtendiẽ:
quicquid aũt per loci ſpatia diſtẽditur corpus eſt:
ac per hoc cõſequẽs eſt, ut anima per locũ moue
ri nõ putetur, ſi corpus nõ eſſe credaẽ. Sed ut dice
re cœperã, ſi de anima hoc quiſq; nõ uult credere,
nõ nimis urgẽdus eſt. Subſtantiã uero dei niſi cre
dat nec per tẽpus nec p locũ moueri, nondũ perfe
cte incõmutabilẽ credit. Verũ quia omnino in Deus ſemper
cõmutabilis eſt illa natura trinitatis, & ob hoc ita quietus omnia
æterna, ut eẽ aliquid coæternũ eſſe nõ poſſit, ipſa tamen agens.
apud ſeipſam, et in ſeipſa ſine ullo tẽpore ac loco, Cap. XXIII
mouet tamẽ per tẽpus & locũ ſibi ſubditã creatu
ram, naturas creans bonitate, uolũtates ordinans
poteſtate: ut in naturis nulla ſit quæ nõ ab illo ſit,
in uolũtatib. aũt nulla bona ſit cui nõ præſit, nul
la mala ſit qua bene uti nõ poſſit. Sed quia nõ om
nibus naturis dedit uolũtatis arbitriũ, illæ autem
quib. dedit potẽtiores ac ſuperiores ſunt, illæ na
turæ quæ nõ habẽt uoluntatẽ, ſubditę ſint neceſ
ſe eſt illis quæ habẽt: & hoc ordinatiõe creatoris,
qui nunq; ita punit uoluntatẽ malã, ut naturæ pe
rimat dignitatẽ. Cum igitur omne corpus & om
nis anima irrationalis nõ habeat uoluntatis arbi
triũ, ſubdita iſta ſunt eis naturis quę prædituę ſunt
arbitrio uolũtatis, nec omnib. omia, ſed ſicut diſ
tribuit iuſtitia creatoris. Ergo dei prouidẽtia re
gẽs atq; adminiſtrãs uniuerſam creaturã, & natu
ras & uoluntates: naturas ut ſint, uolũtates aũt ut
nec infructuoſæ bonæ, nec impunitæ malæ ſint:
ſubdit primitus omia ſibi, deinde creaturã corpo
ralẽ creaturę ſpiritali, irrationalẽ rationali, terre
ſtrẽ cœleſti, fœmineã maſculinę, minus ualentem
ualẽtiori, indigentiorẽ copioſiori. In uolũtatibus
autem bonas ſibi, cęteras uero ipſis ſeruientibus
ſibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi:ut hoc patiatur uoluntas mala, quod ex iussu dei fecerit bona, siue per seipsam, siue per malã, in rebus dũtaxat quæ natura sunt etiã malis uolũtatibus subditæ, id est, in corporibus. Nã in seipsis malæ uolũtates habẽt interiorẽ pœnã suam, eandem ipsam iniquitatẽ suã. Ac per hoc sublimibus angelis deo subdite fruentibus, & deo beate seruiẽtibus, subdita est omnis natura corporea, omnis irrationalis uita, omnis uolũtas uel infirma uel praua, ut hoc de subditis uel cũ subditis agãt, quod naturæ ordo poscit in omnibus, iubẽte illo cui subiecta sunt omnia. Proinde illi in illo ueritatem incõmutabilẽ uident, & secũdũ eam suas dirigunt uolũtates. Fiũt ergo illi participes ẽternitatis, ueritatis, uoluntatẽ eius semper facientes sine tẽpore & loco. Mouẽtur aũt eius imperio etiam temporaliter, illo nõ temporaliter moto. Nec ita ut ab eius cõtemplatione resiliãt aut defluant: sed simul & illũ sine loco ac tẽpore contemplãtur, & eius in inferiorib. iussa perficiũt, mouẽtes se per tempus, corpus aũt per tẽpus & locũ, quantũ eorum cõgruit actioni: & ideo deus bipertito ꝓuidentiæ suæ opere præest uniuersæ creaturæ, naturis ut fiant, uoluntatibus autẽ ut sine suo iussu uel permissu nihil faciãt. Natura igitur uniuersitatis corporalis nõ adiuuatur extrinsecus corporaliter. Neq; enim est extra eam ullum corpus, aliõquin nõ esset uniuersitas: intrinsecus aũt adiuuatur incorporaliter, deo id agẽte ut omnino natura sit, quoniã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Partes uero eiusdẽ uniuersitatis & intrinsecus incorporaliter adiuuantẽ, uel potius fiunt ut naturę sint: & extrinsecꝰ corporaliter, quo se melius habeãt, sicut alimẽtis agricultura, medicina, & quæcunq; etiã ad ornatũ fiunt, ut non solũ saluæ ac fœcũdiores, uerumetiã decẽtiores sint. Spiritalis aũt creatura si perfecta atq; beata est, sicut angelorũ sanctorũ, quãtũ attinet ad seipsam quo sit, sapiensq; sit, nõ nili intrinsecus incorporaliter adiuuatur: intus ei quippe loquitur deus miro & ineffabili modo, neq; per scripturã corporalibus instrumẽtis affixam, neq; per uoces corporalib. aurib. insonãtes, neq; per corporũ similitudines, quales in spiritu imaginaliter fiũt, sicut in somnis uel aliquo excessu spiritus, quod Græce dicitẽ ecstasis, & nos eo uerbo iã utimur pro Latino: quia & hoc genus uisionũ ꝯuis interius fiat, ꝯ sunt ea quæ animo per sensus corporis nunciãtur: tamẽ quia simile est eis, ita ut cũ fit, discerni ab eis aut omnino nõ possit, aut certe uix & rarissime possit: & quia exterius est ꝯ illud quod in ipsa incõmutabili ueritate mẽs rationalis & intellectualis intuetur, eaq; luce de his omnibus iudicat: inter illa quę extrinsecus fiũt arbitror esse deputandũ. Creatura ergo spiritalis & intellectualis perfecta & beata qualis angelorũ est, sicut dixi, quantũ attinet ad seipsam quo sit, sapiensq; ac beata sit, nõ nisi intrinsecus adiuuatur ẽternitate, ueritate, charitate creatoris. Extrinsecus uero si adiuuari dicẽda est, eo fortasse solo adiuuatur ꝯ se inuicem uident, & de sua societate gaudẽt in deo, & ꝯ per-

Creatura corporea subdita angelis. Ca. XXIIII

Natura uniuersitatis. Cap. XXV

spectis etiã in eis ipsis omnibus creaturis, undiq; gratias agit laudatq; creatorẽ. Quod aũt attinet ad creaturæ angelicæ actionẽ, per quam uniuersarum rerũ generibus, maximeq; humano prouidẽtia dei prospicitur, ipsa extrinsecus adiuuat, & per illa uisa quę similia sunt corporalibus, & per ipsa corpora quæ angelicæ subiacẽt potestati. Quæ cũ ita sint, deus omnipotẽs et omnitenẽs, incõmutabili æternitate, ueritate, uoluntate semper idẽ, nõ per tẽpus nec per locum motus, mouet per tẽpus creaturã spiritalem, mouet etiã per tẽpus & locum creaturã corporalem, ut eo motu naturas quas intrinsecus subsistituit, etiã extrinsecus administret, & per uolũtates sibi subditas quas per tẽpus & corpora sibi atq; illis uolũtatibus subdita, quæ per tẽpus & locũ mouet eo tẽpore ac loco, cui ratio in ipso deo uita est sine tempore ac loco. Cũ ergo tale aliquid deus agit, nõ debemus opinari eius substantiã qua deus est, tẽporib. locisq; mutabilẽ, aut per tẽpora & loca mobilem, sed in opere diuinę ꝓuidẽtiæ ista cognoscere: nõ in illo opere quo naturas creat, sed in illo quo intrinsecus creatas etiã extrinsecus administrat: cũ sit ipse nullo locorũ uel interuallo uel spacio incõmutabili æternitate excellẽtiq; potẽtia, & interior omni re, quia in ipso sunt omnia, & exterior omni re, quia ipse est super omnia. Item nullo temporũ uel interuallo uel spatio incõmutabili ẽternitate & antiquior est omnib. quia ipse est ante oĩa, & nouior omnibus, quia idem ipse post omnia.

Deus semper idem administrat omnia. Cap. XXVI

Quapropter cũ audim⁹ scripturã dicentẽ, Et prę cepit dominus deus Adę dicens, Ab omni ligno quod est in paradiso esca edes, de ligno aũt cognoscẽdi bonũ & malũ, nõ mãducabitis de illo: Qua die aũt ederitis ab eo, morte moriemini: Si modũ quęrimus quomodo ista locutus sit deus, modus quidẽ ipse à nobis ꝓprie cõprehendi non potest: certissime tamẽ tenere debemus, deũ aut per suam substantiã loqui, aut per sibi subditã creaturã: sed per substantiã suã non loqui nisi ad creandas omnes naturas: ad spiritales uero atq; intellectuales non solũ creãdas, sed etiã illuminãdas: cũ iam possunt capere locutionẽ eius, qualis est in uerbo eius quod in principio erat apud deũ, et deus erat uerbũ, per quod facta sunt omnia. Illis aũt qui eã capere nõ possunt cum loquitur deus, nõ nisi per creaturã loquitur, aut tantũmodo spiritalem, siue in somnis, siue in ecstasi similitudine rerũ corporalium: aut etiã per ipsam corporalem, dum sensibus corporis uel aliqua species apparet uel insonãt uoces. Si ergo Adam talis erat ut posset capere illã locutionẽ dei, quam mẽtibus angelicis per suã præbet substantiã: non dubitandũ est ꝙ eius mentẽ per tempus mouerit miro & ineffabili modo, non motus ipse per tẽpus, eiq; utile ac salubre præceptũ ueritatis impresserit: ut quæq; trãsgressori pœna deberet, ea ipsa ineffabiliter ueritate mõstrauerit: sicut audiunt uel uidẽtur omnia bona præcepta in ipsa incõmutabili sapientia, quæ in animas sanctas se trãsfert ex aliquo tẽpore, cũ ipsius nullus sit motus in tẽpore. Si aũt ad eũ modum

Quomodo locutus sit deus Adæ. Ca. XXVII

dum Adã iustus erat, ut ei adhuc opus esset alterius creaturæ sanctioris & sapiẽtioris autoritas, per quã cognosceret dei uoluntatẽ atq; iussionẽ, sicut nobis Prophetæ, sicut ipsis angeli: cur ambigimus per aliquã huiusmodi creaturã ei esse locutum deũ talibus uocũ signis quæ intelligere posset: Illud enim quod postea scriptũ est, cũ peccassent eos audisse uocẽ domini dei ambulãtis in paradiso, quia nõ per ipsam dei substantiam, sed per subditã ei creaturã factum est, nullo modo dubitat qui fidem catholicã sapit. Ad hoc enim & aliquãto latius de hac re disserere uolui, quia nõnulli hæretici putant substantiã filij dei nullo assumpto corpore p seipsam esse uisibilẽ, & ideo antecꝫ ex uirgine corpus acciperet, ipsum uisum esse patribus opinant, tanꝫ de solo deo patre dictũ sit, Quẽ nemo hominũ uidit, nec uidere potest: quia filij⁹ uisus sit ante acceptã serui formã, etiã per ipsam substantiã suã. Quę impietas procul à catholicis mentib. repellẽda est. Sed de hoc pleni⁹ alias si dño placuerit disseremus. Nunc terminato isto uolumine, id quod sequitur, quõ sit mulier ex uiri sui latere creata, in consequentib. parandũ est.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM LIBER IX

T dixit dominus deus, Non bonum est hominẽ esse solũ, faciamus ei adiutorium secundũ ipsum. Et finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri, & omnia uolatilia cœli, & adduxit illa ad Adam, ut uideret quid uocaret illa: Et omne quodcunq; uocauit Adam illud animã uiuã, hoc est nomẽ eius. Et uocauit Adã nomina omnibus pecoribus & omnib. uolatilibus cœli, & omnib. bestijs agri. Ipsi autẽ Adam nõ est inuentus adiutor similis ei. Et immisit deus ecstasim in Adã, & obdormiuit: Et accepit unam costarũ eius, & adimpleuit carnem in loco eius: Et ædificauit dominus deus costam quã accepit de Adam in mulierem, et adduxit eã ad Adam: Et dixit Adam, Hoc nũc os ex ossibus mejs, & caro de carne mea: hęc uocabitur mulier, quoniã ex uiro suo sumpta est, Et propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ, et cõglutinabitur ad uxorẽ suam, & erũt duo in carne una. Si aliquid adiuuant lectorẽ, quæ libris superioribus cõsiderata atq; cõscripta sunt, nõ debemus in hoc diutius immorari, quod finxit adhuc deus de terra omnes bestias agri, & omnia uolatilia cœli: cur enim dictũ sit, adhuc, id est præter primam cõditionẽ creaturarũ sex diebus cõsummatam, in qua causaliter perfecta sunt oĩa simul & inchoata, ut deinde ad effectus suos causæ perducerentur, iã quantũ potuimus in precedentib. intimauimus. Et si quis hoc aliter enodandũ putat, tantũ diligẽter attẽdat illa omnia, quæ ut hoc sentiremus attẽdimus: & si probabiliorẽ inde potuerit enucleare sententiã, nõ solũ resistere nõ debemus, sed debemus etiã gratulari. Si quem aũt mouet quia non dixit, finxit deus adhuc de terra omnes bestias agri, & de aqua omnia uolatilia cœli: sed tanꝫ utraq; genera de terra finxerit, Et finxit, inquit, deus adhuc de terra oĩes bestias agri, & omnia uolatilia cœli: uideat duob. modis esse intelligendũ, Aut tacuisse nũc unde finxerit uolatilia cœli: quia & tacitũ posset occurrere, ut non de terra utrũq; accipiatur deũ finxisse, sed tantũmodo bestias agri: ut uolatilia cœli etiã tacente scriptura intelligamus unde finxerit, uelut qui sciamus in prima causaliũ rationũ cõditiõe ex aquis ea esse producta: Aut terrã uniuersaliter sic appellatã simul cum aquis, quemadmodũ appellata est in illo Psalmo, ubi cœlestiũ laudib. terminatis, ad terrã facta est cõuersio sermonis & dictũ, Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyssi, &c. Nec postea dictũ est, Laudate dũm de aquis: Ibi enim sunt oĩes abyssi, quæ tamẽ de terra laudant dominũ. Ibi etiã reptilia & uolatilia pẽnata, quæ nihilominus de terra laudãt dominũ. Secundum istam uniuersalẽ appellationẽ terræ, secundum quam etiã de toto mũdo dicitur, deus qui fecit cœlũ & terrã, siue de arida siue de aquis, quæcunq; creata sunt, de terra creata ueraciter intelligũtur. Nunc iam uideamus quomõ accipiendum sit quod dixit deus, Non est bonũ esse hominem solũ, faciamus ei adiutoriũ secundũ ipsum: utrũ temporaliter uocibus ac syllabis æditis hoc dixerit deus: an ipsa ratio cõmemorata est quę in uerbo dei principaliter erat, ut sic fœmina fieret: quã rationem suscipiebat etiã tũc scriptura cum diceret, Et dixit deus, fiat hoc aut illud, quãdo primitus omnia condebantur. An forte in mẽte ipsius hominis hoc dixit deus, sicut loquitur quibusdam seruis suis in ipsis seruis suis: Ex quo genere seruorũ eius erat etiã ille qui dixit in Psalmo: Audiam quid loquatur in me dominus deus. An aliqua de hac re ipsi homini in ipso homine per angelũ est facta reuelatio in similitudinib. uocũ corporalium, ꝯuis tacuerit scriptura utrũ in somnis an in ecstasi, ita enim fieri hæc solẽt, an aliquo modo, sicut reuelatur Prophetis: Vnde illud est, Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me. An per corporalẽ creaturã uox ipsa sonuerit, sicut de nube, Hic est filius meus dilectus. Quid ergo ex his omnib. factum sit, ad liquidũ comprehẽdere non ualemus: uerũtamen certissime teneamus dixisse hoc deum: & si corporali uoce uel tẽporaliter expressa similitudine corporis dixit, nõ eũ per substantiã suã, sed per aliquã imperio suo subditã dixisse creaturã, sicut in libro præcedente tractauimus. Nã uisus est deus postea sanctis uiris, aliàs capite albo sicut lana, aliàs inferiore parte corporis sicut aurichalcum, aliàs aliter atq; aliter: nõ tamen illas uisiones hominib. per substantiã quę ipse est, sed p subdita sibi quæ creauit, eũ prębuisse, & per similitudines formarũ uocumq; corporaliũ quod uoluit ostẽdisse ac dixisse, certissimũ est eis qui substantiã trinitatis incõmutabiliter æternam, nec per tempus nec per locũ moueri, & per tẽpus & per locũ mouere, uel fideliter credũt, uel etiã excellẽter intelligũt. Nõ ergo iam quęramus

Terre uocabulum

Quomodo locutus sit deus. Cap. II

Psal. 84

Zach. 2

Matth. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomõ iſtud dixit,ſed potius intelligamus quid dixerit. Adiutoriũ quippe homini ſecũdũ ipſum fuiſſe faciendũ, æterna ipſa ueritas habet per quã creata ſunt oĩa: & in illa hoc audit qui in ea poteſt cognoſcere quid quare creatũ ſit. Si autem quæritur,ad quã rem fieri oportuerit hoc adiutorium,nihil aliud probabiliter occurrit cũ propter filios procreãdos: ſicut adiutoriũ ſemini terra eſt, ut uirgultũ ex utroq; naſcatur: hoc enim & in prima rerũ conditione dictum erat, Maſculũ & fœminã fecit eos, & benedixit eos deus dicens, Creſcite & multiplicamini & implete terrã, & dominamini eius. Quæ ratio cõditionis & coniunctionis maſculi & fœminæ atq; benedictio, nec poſt peccatũ hominis pœnamq; defecit. Ipſa enim eſt ſecundũ quã nunc terra hominib. plena eſt domi nantibus eius. Quanq; enim iam emiſsi de paradiſo cõueniſſe & genuiſſe commemorentur: tamen nõ uideo quid prohibere potuerit, ut eſſent eis etiã in paradiſo honorabiles nuptiæ & thorus immaculatus: hoc deo præſtãte fideliter iuſteq; uicentibus, utq; obedienter ſanctecq; ſeruientibus, ut ſine ullo inquieto ardore libidinis, ſine ullo labore ac dolore pariẽdi, fœtus ex eorũ ſemine gigneretur: nõ ut moriẽtibus parentib. filij ſuccederent, ſed ut illis qui genuiſſent in aliquo formæ ſtatu manẽtibus, & ex ligno uitæ quod ibi plãtatũ eſt, corporalẽ uigorẽ ſumẽtibus, & illi qui gignerent ad eũdẽ perducerentur ſtatũ: donec certo numero impleto, ſi iuſte oĩes obediẽterq; uiuerẽt, tũc fieret illa cõmutatio, ut ſine ulla morte animalia corpora cõuerſa in aliã qualitatẽ, eo quod ad omnẽ nutũ regẽti ſpiritui deſeruirẽt, & ſolo ſpiritu uiui ſicãte ſine ullis alimentorũ corporalib. ſuſtẽtaculis uiuerẽt, ſpiritalia uocarẽtur. Potuit hoc fieri ſi nõ præcepti trãſgreſsio mortis ſupplicĩũ mereretur. Qui enim hoc fieri potuiſſe non credũt, nihil aliud cũ cõſuetudinẽ naturę iam poſt peccatũ pœnamq; humanã ſic currẽtis attendũt: non autẽ in eorũ genere nos eſſe debemus, qui nõ credũt niſi quod uidere conſueuerũt. Quis enim dubitet homini obedienter & pie uiuenti præſtare potuiſſe quod diximus, qui nõ dubitat ueſtibus Iſraelitarum impertitũ eſſe, quendã in ſuo genere ſtatũ, ut per annos quadraginta nulla uetuſtatis detrimẽta paterẽtur? Cur ergo nõ coierũt niſi cũ exĩſſent de paradiſo: cito reſpõderi poteſt, Quia mox creata muliere priuſquã coirent, facta eſt illa trãſgreſsio, cuius merito in mortẽ deſtinati, etiam de loco illius fœlicitatis exierũt: non enim ſcriptura tempus expreſsit, quantũ interfuerit inter eos factos, & ex eis natũ Cain. Poteſt etiã dici, quia nõdũ deus iuſſerat ut coirent, Cur enim nõ ad hanc rem diuina expectaret autoritas, ubi nulla cõcupiſcentia tanq; ſtimulis inobedientis carnis urgebat: Ideo autẽ hoc nõ iuſſerat deus, quia ſecundũ ſuam præſcientiã diſponebat omnia, in qua & eorum caſum proculdubio preſciebat, unde iã mortale genus propagãdũ eſſet humanũ. Aut ſi ad hoc adiutoriũ gignendi filios, nõ eſt facta mulier uiro, ad quod ergo adiutorium facta eſt? Si quia ſimul operarẽtur terrã, nondũ erat labor ut adiumento indigeret: & ſi opus eſſet, melius adiutorium maſculus fieret: hoc et de ſolatio dici poteſt, ſi ſolitudinis fortaſſe tedebat. Quãto enim cõgruentius ad cõuiuendũ & colloquendũ duo amici pariter q̃ uir & mulier habitarent? Quòd ſi oportebat aliũ iubendo, alium obſequẽdo pariter uiuere, ne cõtrariæ uoluntates pacem cohabitantium perturbarent: nec ad hoc retinendũ ordo defuiſſet, quo prior unus, alter poſterior, maxime ſi poſterior ex priore crearet? ſicut fœmina creata eſt. An aliquis dixerit de coſta hominis deũ fœminã tantũ, non etiã maſculum, ſi hoc uellet, facere potuiſſe? Quapropter non inuenio ad quod adiutoriũ facta ſit mulier uiro, ſi pariendi cauſa ſubtrahatur. Nam ſi parẽtes filijs ſuis cedere ex hac uita oportebat, ut ita omne humanũ genus per deceſsiones & ſucceſsiones certa numeroſitate impleret, potuerũt etiã homines genitis filijs, perfectaq; humani officij iuſtitia hinc ad meliora tranſferri, non per mortẽ, ſed per aliquã cõmutationẽ: aut illam ſummã, qua receptis corporib. fient ſancti ſicut angeli in cœlis: aut ſi illam dari nõ oportebat, niſi omnib. ſimul in ſeculi fine, aliquã inferiorem q̃ illa erit: quæ tamen haberet meliorẽ ſtatũ q̃ uel hoc corpus habet, uel illa etiam quæ primitus facta ſunt, uiri ex limo terræ, mulieris ex uiri carne. Neq; enim arbitrandũ eſt Heliã uel ſic eſſe iam ſicut erunt ſancti, quãdo peracto operis die, denariũ pariter accepturi ſunt: uel ſic, quẽadmodum ſunt homines, qui ex iſta uita nondũ emigrarunt, de qua ille tamen nõ morte, ſed trãſlatione migrauit. Iam itaq; aliquid melius habet quàm in hac uita poſſet: q̃uis nondũ habeat quod ex hac uita recte geſta in ſine habiturus eſt: pro nobis enim meliora prouiderunt, ne ſine nobis perfecti perficerẽtur? aut ſi quiſquã putat hoc Heliã merere nõ potuiſſe, ſi duxiſſet uxorẽ, filioſq; procreaſſet: creditur enim nõ habuiſſe, quia hoc ſcriptura non dixit, q̃uis & de cœlibatu eius nihil dixerit: quid de Enoch reſpondebit, qui filijs genitis deo placẽs non mortuus, ſed uiuus trãslatus eſt? Cur ergo & Adam & Eua, ſi iuſte uiuẽtes, caſte filios procreaſſent, nõ eis poſſent translatione nõ morte ſuccedẽtibus cedere? Nam ſi Enoch & Helias in Adã mortui, mortiſq; propaginẽ in carne geſtantes, quod debitũ ut ſoluant, creduntur etiã reditur ad hanc uitam, & quod tandiu dilatum eſt morituri, nunc tamẽ in alia uita ſunt: ubi ante reſurrectionẽ carnis, antequam animale corpus in ſpiritale mutetur, nec morbo nec ſenectute deficiunt: quanto iuſtius atq; probabilius primis illis hominibus præſtaretur, ſine ullo ſuo parẽtum ue peccato uiuentibus, ut in meliorẽ aliquẽ ſtatum filijs genitis cederent: unde ſeculo finito cum omni poſteritate ſanctorũ in angelicam formã, non per carnis mortẽ, ſed per dei uirtutem multo fœlicius mutarentur? Non itaq; uideo ad quod aliud adiutorium mulier facta ſit uiro, ſi generandi cauſa ſubtrahitur: quæ nihilominus quare ſubtrahatur ignoro. Vnde enim magnum magnicq;

Adiutorium propter ſoboſem. Cap. III

2 ſen. diſt. 20 cap. 1

2 ſen. diſt. 20 c. de termino

An adiutoriũ alia quàm ſoboſis cauſa. V

Quando conſenſi ſint primo. Cap. IIII

Quãdo ſuiſſet corporũ mutatio, ſi ad nõ peccaſſet. VI

Enoch

Helias

gnicq; honoris meritum apud deum fidelis & pia uirginitas habet, niſi quia iſto iam tẽpore cõtinẽdi ab amplexu, cũ ex omnib. gentibus ad implendũ ſanctorũ numerũ largiſsima ſuppetat copia, percipiẽdæ ſordidę uoluptatis libido nõ ſibi uendicat, quod iam ſufficiẽdæ prolis neceſsitudo nõ poſtulat? Deniq; utriuſq; ſexus infirmitas propẽdens in ruinã turpitudinis, recte excipit honeſtate nuptiarũ, ut quod ſanis poſsit eſſe officiũ, ſit ægrotis remediũ. Neq; enim quia incõtinentia malum eſt, ideo connubiũ, uel quo incõtinentes copulantur, nõ eſt bonũ: imò uero nõ propter illud malũ culpabile eſt hoc bonũ, ſed propter hoc bonum ueniale eſt illud malũ: quoniã id quod bonũ habent nuptiæ, & q̃ bonæ ſunt nuptię, peccatum eſſe nunquã poteſt. Hoc autẽ tripertitũ eſt, fides, proles, ſacramentũ: In fide attenditur ne præter uinculũ coniugale, cum altera uel altero concumbatur. In prole ut amãter ſuſcipiatur, benigne nutriatur, religioſe educetur. In ſacramẽto autem ut coniugiũ non ſeparetur, & dimiſſus aut dimiſſa nec cauſa prolis alteri cõiungatur. Hæc eſt tanq; regula nuptiarũ, qua uel naturę decoratur fecunditas, uel incontinentiæ regitur prauitas. Vnde quia ſatis diſſeruimus in eo libro, quẽ de bono cõiugali nuper ædidimus, ubi & cõtinentiã uidualem & excellentiã uirginalẽ pro ſuorũ graduum dignitate diſtinximus, diutius hic noſter ſtylus non eſt occupãdus. Nunc enim quærimus cui adiutorio mulier facta ſit uiro, ſi eis ad gignẽdos filios, miſceri ſibimet in paradiſo nõ licebat. Qui enim hoc ſentiũt, forte peccatũ eſſe omnẽ cõcubitum putant. Difficile eſt nanq; ut dũ peruerſe homines uitia deuitant, nõ in eorũ contraria perniciter currãt. Etenim ſicut exhorrẽs auaritiam, ſit profuſus: aut exhorrẽs luxuriã, ſit auarus: aut inquietus ſit, cuius pigritiã reprehẽderis: aut cuius inquietudinẽ, piger: aut qui reprehẽſus odiſſe cœperit audaciã ſuam, ad timiditatẽ fugit: aut qui timidus non eſſe conatur, tanquã abrupto uinculo ſit temerarius, dum nõ ratione, ſed opinione crimina metiuntur: ita dum neſciũt homines quid in adulterijs & fornicationib. diuino iure dãnetur, etiã cauſa procreandi coniugalem concubitũ deteſtantur. Quod qui nõ faciunt, ſed tamẽ fœcũditatem carnis propter ſucceſsionẽ mortalitatis diuinitus datã ſentiunt: nec ipſi putant primos illos homines potuiſſe concũbere, niſi propter peccatum quod admiſerãt morituri, gignendo requirerent ſucceſſores: nec attendũt, ſi recte potuerũt ſucceſſores queri morituris, multo rectius ſocios quæri potuiſſe uicturis. Impleta enim terra genere humano, recte proles nõ niſi quæ morientibus ſuccederet, quæreret: ut autẽ per duos homines terra impleretur, quomõ ipſi niſi gignẽdo officiũ ſocietatis implerent? An uero ita quis cæcus eſt mente, ut nõ cernat quãto terris ornamẽto ſit genus humanũ, etiam cum à paucis recte laudabiliterq; uiuatur: quantumq; ualeat ordo reipublicę, in cuiuſdã pacis terrenæ uinculũ coercens etiam peccatores? Neq; enim tantũ deprauati ſunt homines, ut non etiã tales pecoribus & uolatilibus antecellãt, quorũ tamen omniũ generibus hanc infimã mundi partẽ pro ſui loci ſorte decoratam, quẽ non cõſiderare delectet? Quis autẽ ita ſit excors, ut putet minus eam ornari potuiſſe, ſi iuſtis non moriẽtibus impleretur? Nã quia numeroſiſſima eſt ſuperna ciuitas angelorũ, ideo non recte cõnubio copularentur, niſi morerẽtur. Hãc quippe numeroſitatẽ perfectam etiã in reſurrectione ſanctorũ angelis ſociandã dominus præſciẽs ait: In reſurrectione neq; nubent neq; uxores ducẽt, nõ enim incipiẽt mori, ſed erunt æquales angelis dei: hic uero cũ implenda eſſet hominibus terra, & eam propter cognationis arctiorẽ neceſsitudinem, & unitatis uinculũ maxime commẽdandũ, ex uno oporteret impleri, propter quid aliud ſecundũ ipſum quæſitus eſt fœmineus ſexus adiutor, niſi ut ſerentẽ genus humanum natura muliebris tanquã terræ fœcunditas adiuuaret? Quãuis honeſtius meliuſq; credatur, ita fuiſſe tũc illorum hominũ corpus animale conſtitutorũ in paradiſo nondũ mortis lege damnatũ, ut non haberent appetitũ carnalis uoluptatis, qualẽ nunc habent iſta corpora, quæ iam ex mortis propagine ducta ſunt. Neq; enim nihil eſt in eis factum, cum de ligno prohibito ediſſent: quandoquidẽ deus non dixerit, Si ederitis, morte moriemini: ſed, Quo die ederitis, morte moriemini: ut hoc ipſum in eis illa faceret dies, quod Apoſtolus gemit dicens: Condelector legi dei ſecundũ interiorẽ hominẽ, uideo autẽ aliam legem in mẽbris meis, repugnantẽ legis mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrum. Non enim ſufficeret ei, ſi diceret, Quis me liberabit de hoc mortali corpore? ſed de corpore, inquit, mortis huius. Sicut etiã illud, Corpus quidẽ, inquit, mortuũ eſt propter peccatũ. Nec ibi ait mortale, ſed mortuũ, quãuis utiq; & mortale, quia moriturũ: Nõ ita credendũ eſt fuiſſe illa corpora, ſed licet animalia, nondũ ſpiritalia, non tamen mortua, id eſt, quæ neceſſe eſſet ut morerentur: quod eo die factum eſt, quo lignũ uetitum tetigerũt. Sicut in ipſis noſtris corporib. quædã pro ſuo modo ſanitas dicitur, quæ ſi perturbata ſic fuerit, ut letalis morbus iam uiſcera depaſcatur, quo inſpecto, medici mortẽ imminere pronunciẽt, mortale utiq; corpus etiam tunc dicitur, ſed aliter q̃ cum eſſet ſanũ, quãuis quandoq; ſine dubio moriturũ. Ita illi homines animalia quidẽ corpora gerẽtes, ſed non moritura niſi peccaſſent, acceptura autẽ angelicam formã, cœleſtemq; qualitatẽ, mox ubi præceptũ tranſgreſſi ſunt, eorũ mẽbris uelut aliqua ægritudo letalis mors ipſa concepta eſt: mutauitq; illã qualitatẽ qua corpori ſic dominabantur: ut nõ dicerent, Video aliã legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ: quia etſi nondum ſpiritale, ſed animale corpus erat, nondũ tamen erat mortis huius, de qua & cum qua nati ſumus. Quid enim aliud, non dicã nati, ſed omnino

Quædã futura fuiſſent corpora, ſi non fuiſſet peccatum. Cap. X

Rom. 7

Matth. 22

Rom. 8

Virginitas & nuptiæ. VII

Universidad de Deusto
Biblioteca

concepti, nisi ægritudinẽ quandã inchoauimus,
qua sumus sine dubio morituri: neq; enim tam ne A
cesse est eũ ipso morbo mori, qui hydropicus, uel
dysentericus, uel elephãtiosus factus fuerit, q̃ eũ
qui hoc corpus habere cœperit, in quo oĩes ho-
mines natura sunt filij iræ, quia hoc non fecit nisi
pœna peecati. Quę cũ ita sint, cur non credamus
illos homines ante peccatũ ita genitalib. mẽbris
ad procreãdos filios imperare potuisse, sicut cęte
ris, quæ in quolibet opere anima sine ulla mole-
stia, & quali pruritu uoluptatis mouet? Si enim
creator omnipotẽs ineffabiliterq; laudandus, qui
& in minimis suis operib. magnus est, apibus do
nauit, ut sic operẽtur generationẽ filiorũ, quẽad-
modũ ceræ speciẽ liquoremq; mellis: cur incredi-
bile uideatur primis hominibus talia fecisse cor-
pora, ut si nõ peccassent, & morbũ quẽdam, quo B
morerẽtur, continuo cõcepissent, eo nutu impera
rent mẽbris quibus fœtus exoritur, quo pedibus
cum ambulatur, ut neq; cum ardore seminaretur,
neq; cum dolore pareretur. Nunc uero transgre-
diẽdo præceptũ, motũ legis illius, quæ repugnat
legi mẽtis, in membris conceptæ mortis habere
meruerũt, quem nuptiæ ordinãt, continẽtia cohi
bet & refrenat, ut quemadmodũ de peccato fa-
ctum est supplicĩũ, sic de supplicio fiat meritum.

Fœmina qua sit facta forma. Cap. XI

Factam itaq; fœminã uiro de uiro, in eo sexu,
in ea forma & distinctione membrorũ, qua fœmi
næ notæ sunt, quæ peperit Cain & Abel, & om-
nes fratres eorũ, ex quibus oĩes homines nasce-
rentur, in quibus peperit etiã Seth, per quẽ uentum
est ad Abrahã & ad populum Israel, gentemq; o- C
mnibus iam notissimã gẽtibus, & per Noe filios
omnes gentes, quisquis dubitauerit, omnia cogit
nutare quæ credimus, longeq; à fideliũ mentibus
repellendus est. Cũ ergo quæritur ad quod adiu-
torium factus sit ille sexus uiro, diligẽter, quantũ
ualeo, cuncta cõsideranti, nõ nisi causa prolis oc-
currit, ut per eorũ stirpem terra implereť, sed nõ
eo modo procreatã quo nunc procreãtur homi-
nes, cum inest peccati lex in mẽbris repugnãs le-
gi mentis, etiã si per dei gratiã uirtute superatur:
hoc enim esse nõ potuisse credẽdũ est, nisi in cor-
pore mortis huius, quod corpus mortuũ est pro-
pter peccatũ. Et quid hac pœna iustius, quàm ut
non ad omnẽ nutum seruiat corpus, id est suus fa
mulus animæ, sicut domino suo detrectauit ipsa
seruire: siue utrunq; ex parentib. creet deus, cor-
pus ex corpore, animã ex anima: siue alio modo
faciat animas, non utiq; ad opus impossibile, nec
mercede parua: ut cũ anima pietate deo subdita,
legẽ istã peccati quæ est in mẽbris corporis mor-
tis huius, quã primus homo accepit in pœnã, ui-
cerit ipsa per gratiã, prẽmiũ cœleste percipiat ma
iore gloria, demonstrãs quanta sit laus obedien-
tiæ, quæ alienæ inobedientiæ pœnã potuit uirtu-

Animantia quare adducta ad Adã. XII

te superare. Sed quoniã cui adiutorio fœmina
facta sit uiro, satis, quantum existimo, requisitum
est, illud iam uideamus quare sit factũ, quòd ad-
ductæ sunt ad Adam omnes bestiæ agri, & om-
nia uolatilia cœli, ut eis nomina imponeret, atq;
ita uelut necessitas oriretur creandi ei fœminam ex
eius latere, cum inter illa animalia simile illi adiu
torium non fuisset inuentũ. Videtur enim mihi pro
pter aliquam significationẽ prophetícam factũ,
sed tamen factũ, ut re gesta confirmata, figuræ in-
terpretatio libera relinquaťur. Quid est enim hoc ip
sum quod uolatilibus, terrestribusq; animtãibus,
non etiam piscibus, atq; omnibus natatilibus A-
dam nomina imposuit? Si enim linguæ humanæ
cõsulant, sic appellanť hæc omnia, quemadmo-
dum eis homines loquẽdo nomina posuerũt. Nõ
solũ hęc quæ sunt in aquis & terris, uerumetiã ip
sa terra & aqua & cœlũ, & quæ uidẽtur in cœlo,
& quæ nõ uidentur, sed creduntur, pro diuersita
te linguarum gentiliũ, diuersis nominibus appel
lantur. Vnam sanè linguam primitus fuisse didi-
cimus, antequam superbia turris illius post dilu-
uium fabricatæ, in diuersos signorum sonos hu-
manã diuideret societatẽ. Quæcunq; autẽ illa lin
gua fuerit, quid attinet quęrere? Illa certe tũc lo-
quebať Adam, et in ea lingua si adhuc usq; perma
net, sunt illæ uoces articulatæ, quibus primus ho
mo animalibus terrestribus & uolatilib. nomina
imposuit. Non igiť ullo modo credibile est in ea-
dem lingua nomina piscium nõ ab homine, sed diui
nitus institutа, quæ deo dicẽte homo postea disce
ret. Quod si ita etiã factũ esset, quare ita factũ es-
set, „ cũ dubio mystica significatio resonaret. Sed
credendũ est paulatim cognitis piscium generibus,
nomina imposita: tũc autẽ cum pecora, & bestiæ,
et uolatilia ad hominem adducta sunt, ut eis ad se
cõgregatis, generatimq; distinctis, nomina impo
neret: quib. etiã ipsis paulatim, & multo citius q̃
piscibus, si hoc factũ non esset, posset nomina im-
ponere: quid fuit causæ, nisi ratio aliquid signifi-
candi, quod ad prænũciationẽ futurorũ ualeret?
Cui rei maxime ordo narratiõis huius inuigilat.
Deinde nunq̃d ignorabat deus nihil tale se creaſ
se in naturis animaliũ, quod simile adiutoriũ pos-
set esse homini? An opus erat ut hoc etiã ipse ho-
mo cognosceret, & eo cõmẽdatiorẽ haberet uxo
rem suã, q̃ in omni carne creata sub cœlo, & de
hoc aere sicut ipse uiuẽs uiuente, nihil eius simile
inuenerit? Mirũ si hoc scire nõ posset, nisi omnib.
ad se adductis atq; pspectis. Si eñ deo credebat,
posset hoc illi eo modo dicere, quõ & præceptum
dedit, quomõ & peccantẽ interrogauit atq; iudi-
cauit: Si aũt nõ credebat, pfecto neq; hoc scire po
terat, utrũ ad eũ omnia ille, cui non credebat, ad-
duxerit, an forte in aliquib. ab illo remotioribus
terræ partibus aliqua ei similia, quæ non demon
straret, absẽderit. Non itaq; arbitror dubitandũ
hoc alicuius propheticæ significationis gratia fa
ctum, sed tamẽ factũ. Neq; hoc opere suscepimus
prophetica ænigmata perscrutari, sed rerũ gesta-
rum fidem ad proprietatẽ, historiæ cõmendare:
ut quod impossibile uideri uanis atq; incredulis
potest, aut ipsi autoritati sanctæ scripturę uelut re
stificatiõe cõtraria repugnare, id, p meis uiribus,
quantũ deus adiuuat, disserẽdo demõstrem, neq;
impossibile esse neq; contrariũ. Quod autẽ possi-
bile

bile quidẽ apparet, nec habet ullam speciẽ repu-
gnantiæ, sed tamẽ quasi superfluũ, uel etiam stul- A
tum quibusdã uideri potest, hoc ipsum disputãdo
demonstrẽ, q̃ ideo tanquã rerum gestarũ natura-
li uel usitato ordine factum est, ut cordib. nostris
fidelissima sanctarum scripturarũ autoritate præ
lata, quia stultũ esse nõ potest, mysticũ esse creda-
tur, quãuis eius expositionẽ uel inquisitionẽ aut
alibi iam exhibuerimus, aut in tẽpus aliud diffe-
ramus. Quid ergo sibi uult etiam illud, q̃ mu-
lier uiro de latere facta est? Verũ esto propter ip-
sius coniunctionis uim cõmendandã, hoc ita fie-
ri oportuisse credamus, Nunquid etiã ut dormiẽ-
ti fieret, eadẽ ratio uel necessitas flagitabat, ut de-
niq; osse detracto, in cuius locũ caro suppleretur?
Nũ enim nõ potuit ipsa caro detrahi, ut inde con
gruentius, q̃ sit sexus infirmior, mulier formare- B
tur? An uero tam multis additis, costam deus ẽdi
ficare potuit in mulierẽ, & carnẽ pulpamúe non
potuit, qui de puluere ipsum hominẽ fecit? Aut si
iam costa fuerat detrahenda, cur nõ altera pro ea
costa reposita est? Cur etiã non dictum est, finxit
aut fecit, sicut in omnibus supra operibus: sed æ-
dificauit, inquit, dominus deus illam costam, nõ
tanquã corpus humanũ, sed tanquã domũ? Non
est itaq; dubitandũ quoniã hæc facta sunt, & stul-
ta esse nõ possunt, ob aliquid significandũ esse fa-
cta, fructũ futuri seculi ab ipso iam primordio ge-
neris humani deo præscio in ipsis suis operib. mi
sericorditer prædicante: ut certo tempore seruis
suis, siue per hominũ successiones, siue per suum
spiritum uel angelorũ ministeriũ reuelata atq; cõ- C
scripta & promittẽdis rebus futuris & recogno-
scendis impletis testimoniũ perhiberẽt: quod ma
gis magisq; in cõsequẽtibus apparebit. Videa
mus ergo quod isto opere suscepimus, nõ secun-
dum pręfigurationẽ rerum futurarũ, sed secundũ
rerum gestarũ non allegoricã sed propriã signifi-
cationem, quemadmodũ hæc accipi possunt. Et
finxit deus, inquit, adhuc de terra omnes bestias
agri, & omnia uolatilia cœli: unde iã quod uisum
est, & quantũ uisum est, disseruimus. Et adduxit
omnia ea ad Adam, ut uideret quid ea uocaret.
Quomodo hæc adduxerit deus ad Adam, ne car
naliter sapiamus, adiuuare nos debet quod de bi
pertito opere diuinæ prouidentiæ in libro supe-
riore tractauimus. Neq; enim sicut indagant atq; D
adigunt uenãtes aut aucupãtes ad retia, quæcũq;
animantia capiũt: ita hoc factum esse credendum
est: aut uox aliqua iussionis de nube facta est eis
uerbis, quæ rationales animæ audiẽtes, intellige
re atq; obedire assolent. Nõ enim hoc acceperũt
ut possint bestiæ uel aues, in suo tamẽ genere ob-
temperãt deo: non rationali uoluntatis arbitrio,
sed sicut mouet ille omnia temporibus opportu-
nis, nõ ipse tẽporaliter motus, per angelica mini-
steria: quæ capiũt in uerbo eius, quid quo tẽpore
fieri debeat: & illo nõ temporaliter moto, mouen
tur ipsa tẽporaliter, ut in ijs quę sibi subiecta sunt,
iussa eius efficiãt. Omnis enim anima uiua, nõ so
lum rationalis sicut in hominibus, uerũetiã irra-

tionalis sicut in pecoribus, & uolatilibus, & pisci
bus, uisis mouetur. Sed anima rationalis uolũta-
tis arbitrio uel cõsentit uisis uel non cõsentit: ir-
rationalis autẽ non habet hoc iudiciũ, pro suo ta-
men genere atq; natura uiso aliquo tacta propelli
tur. Nec in potestate illius animæ est, quæ illi uisa
ueniãt, siue in sensum corporis, siue in ipsum spiri
tum interius: quibus uisis, appetitus moueat cu-
iuslibet animãtis: ac sic cum ea uisa per angelorũ
obedientiã desuper ministrantur, peruenit iussio
dei nõ solũ ad homines, nec solũ ad aues & pecо-
ra, uerumetiã ad ea quæ sub aquis latẽt, sicut ad
cetum, qui glutiuit Ionã. Nec solũ ad ista maiora,
uerumetiã ad uermiculũ: nam & huic legimus di
uinitus iussum, ut radicẽ cucurbitæ roderet, sub
cuius umbraculo Propheta requieuerat. Si enim
homini donauit deus sic eũ instituens, ut etiã car-
nem peccati portãs, possit non solũ pecora & iu-
mẽta suis usibus subdita, nec tantũ domesticas a-
ues, sed etiã liberæ uolũtatis quaslibet etiã sæuas
feras & capere & mãsuetas facere, & eis mirabi-
liter imperare potẽtia rationis, nõ corporis: cũ ea
rum appetitus & dolores captãs, paulatimq; ille-
ctando, premẽdo, laxãdoq; moderans, agresti eas
exuit cõsuetudine, & tanq̃ humanis moribus in-
duit: quãto magis angeli hoc possunt, qui iussio
ne dei in ipsa eius, quã sempiterne intuentur, incõ
mutabili ueritate perspecta, mouẽtes se per tem-
pus & locũ, agilitate mirabili & iussa quibus mo-
ueantur, & appetitũ carnalis indigẽtiæ ualẽt effi-
cere omni animæ uiuæ, ut quò eam uenire opus
est, nescięs adducatur? Iam ergo uideamus, ip- *Formatio mu-*
sa mulieris formatio, quæ mystice etiã ædificatio *lieris per quẽ.*
dicta est, quẽadmodũ facta sit. Natura quippe mu *Cap. XV*
lieris creata est, q̃uis ex uirili, quę iam erat, nõ ali *2 sent. dist. 18*
quo motu iam existentiũ naturarum, Angeli aũt *c. solet*
nullã omnino possunt creare naturã: solus enim
unus cuiuslibet naturæ, seu magnæ seu minimæ,
creator est deus, id est, ipsa trinitas, pater & filius
& spiritussanctus. Aliter ergo quæriť, quẽadmo-
dum sit soporatus Adã, costaq; eius sine ullo dolo
ris sensu à corporis cõpage detracta sit. Hęc enim
fortasse dicanť potuisse per angelos fieri: forma-
re autẽ uel ædificare costam, ut mulier esset, usq;
adeo non potuit nisi deus, à quo uniuersa natura
subsistit, ut ne illud quidẽ carnis supplementũ in
corpore uiri, quod in illius costę succesit locum,
ab angelis factũ esse crediderim: sicut nec ipsum
hominẽ de terræ puluere: non q̃ nulla sit angelo-
rũ opera, ut aliquid creetur, sed nõ ideo creatores
sunt: quia nec agricolas creatores segetũ atq; ar-
borum dicimus. Nõ enim qui plantat est aliquid, *1. Cor. 3*
neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Ad
hoc incremẽtũ pertinet etiã in corpore humano,
q̃ osse dempto, locus carne suppletus est: illo sci-
licet opere dei, quo naturas substituit ut sint, quo
ipsos quoq; angelos creauit. Opus itaq; agricolæ
est, ut aquã ducat cum rigat: nõ aũt opus eius est,
ut aqua per decliuia prolabatur, sed illius qui om
nia in mẽsura & numero & põdere disposuit. Itẽ *Sap. 11*
opus agricolæ est ut surculus auellatur ex arbo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, terræq; mandetur: at non opus eius est ut succum imbibat, ut germen emittat, ut aliud eius so- A
lo figat, quo radicẽ stabiliat, aliud in auras promoueat quo robur nutriat, ramosq; diffundat: sed illius qui dat incrementũ. Medicus etiã ægro corpori alimentũ adhibet, & uulnerato medicamentum, Primum nõ de rebus quas creauit, sed quas creatas opere creatoris inuenit. Deinde cibũ uel potum præparare potuit & ministrare, & emplastrũ formare, & medicamẽta illico apponere: numetiã ex ijs quę adhibet, operari & creare uires uel carnẽ potest: Natura id agit interiore motu, nobisq; occultissimo. Cui tamẽ si deꝰ subtrahat operationẽ intimã, qua eã substituit & facit, continuo tanq; extincta nulla remanebit. Quapropter cũ deus uniuersam creaturã suã bipertito quodãmodo opere prouidẽtię, de quo in superiore libro lo- B
cuti sumus, & in naturalibus & in uolũtarijs motibus administret, creare naturã tam nullus angelus potest, q̃ nec seipsum. Voluntas uero angelica obedienter deo subdita, eiusq; executa iussionem, naturalibus motibus de rebus subiectis tanquam materiã ministrare, ut secundũ illas principales in uerbo dei nõ creatas, uel secundũ illas in primis sex dierũ operib. causaliter creatas rationes aliquid in tẽpore creetur, more agricolandi uel medẽdi potest. Quale itaq; ministeriũ deo exhibuerint angeli in illa mulieris formatione, quis audeat affirmare? Certissime tamẽ dixerim, supplementũ illud carnis in costę locũ, ipsiusq; fœminæ corpus & animã conformationẽq; membrorum, omnia uiscera, sensus omnes, & quicquid C
erat quo illa & creatura et homo & fœmina erat, nõ nisi in illo opere dei factum, quod deus nõ per angelos, sed per semetipsum operatus est, nec dimisit, sed ita continuãter operatur, ut nec ullarum aliarũ rerũ, nec ipsorũ angelorũ natura subsistat, si non operetur. Sed quoniã carnem animatã atq; sentientẽ, quantum naturã rerum pro humano captu experiri potuimus, non nouimus nasci nisi aut ex istis tanquã materialibus elemẽtis, hoc est ex aqua & terra: aut ex fructibus uel lignorũ fructibus, uel etiã ex carnibus animaliũ, sicut innumerabilia genera uermiũ siue reptiliũ, aut certe ex concubitu parentũ: nullam autẽ carnem natam scimus ex carne cuiuslibet animãtis, quę tam esset ei similis, ut sexu tantũ discerneretur, quæri- D
mus in rebus creationis huiusmodi similitudinẽ, qua mulier de uiri latere facta est, nec possumus inuenire: non ob aliud, nisi quia homines quẽadmodũ operẽtur in hac terra nouimus: quẽadmodum autem angeli in hoc mundo quodammodo agricolentur, nõ utiq; nouimus: nã profectò si remota hominũ industria fruticũ genus naturę cursus operaretur, nihil aliud nosse mus q̃ ex terra nasci arbores & herbas, & ex earũ seminibus ab eis itidem in terrã cadentibus. Nunquid innotesceret nobis quid ualeret insitio, ut alterius generis lignũ radice, ꝓpria, poma portaret aliena, & coalescant unitate iam suaꝰ? Hæc per agricolarũ opera didicimus, cum ipsi creatores arborum nullo-

Tarditas ingenij humani nõ assequitur opera dei. XVI

modo essent, sed naturæ cursum deo creãti suum quoddam officiũ ministeriumq; præberẽt: nequaquam enim quicquã per eorũ opera existeret, si hoc in dei opere intima naturæ ratio nõ haberet. Quid ergo mirũ, si hominẽ ex osse hominis factã non nouimus, quãdo creanti deo quemadmodũ angeli seruiãt ignoramus: qui nec arborẽ ex arboris surculo in robore alieno factã nosse possemus, si & ista deo creanti quemadmodũ agricolæ seruiãt, similiter nesciremus? Nullo modo tamẽ dubitamus & hominũ & arborũ non nisi deum esse creatorẽ, fideliterq; credimus factam fœminã ex uiro, nullo interueniẽte concubitu, etiã si forte costa hominis ministrata sit ꝑ angelos in opere creatoris: sicut fideliter credimus etiã uirum factũ ex fœmina nullo interueniẽte concubitu, cũ semen Abrahę dispositũ est per angelos in manu mediatoris. Vtrũq; infidelibus incredibile est: fidelibus autẽ cur ad rei gestæ proprietatẽ quod de Christo factum est, & tantũ ad figuratã significationẽ quod de Eua scriptũ est, credibile nõ uideaꝰ? An uero sine cuiusquã cõcubitu uir ex fœmina fieri potuit, fœmina ex uiro non potuit? Et uirginalis uterus unde uir fieret habebat, uirile aũt latus unde fœmina fieret nõ habebat: cũ hic dominus de famula nasceretur, ibi de seruo famula formaretur? Poterat & dominus carnẽ suã de costa uel de alio mẽbro uirginis creare. Sed qui posset ostẽdere in corpore suo hoc se iterũ fecisse quod factum est, utilius in matris corpore ostẽdit nihil pudẽdũ esse quod castũ est. Quòd si quæritur, quomõ se habeat causalis illa cõditio, in qua primũ hominem deus fecit ad imaginẽ ac similitudinẽ suam. Ibi quippe & hoc dictum est, masculũ & fœminã fecit eos: utrũ iam illa ratio quam mundi primis operibus indidit atq; cõcreauit deus, id habebat, ut secũdũ eam necesse esset ex uiri latere fœminã fieri? an hoc tantũ habebat ut fieri posset, ut autẽ ita fieri necesse esset nõ ibi iam cõditũ, sed in deo erat abscondituꝰ? Si hoc ergo quæritur, dicã quid mihi uideaꝰ sine affirmandi tẽmeritate, Quod tamen cum dixero, fortasse prudẽter ista cõsideran tes, quos iam Christiana fides imbuit, etiã si nunc primitus ista cognoscũt, non esse dubitandũ iudicabũt. Omnis ille naturę usitatissimus cursus habet quasdã naturales leges suas, secundũ quas & spiritus uitę qui creatus est, habet quosdã appetitus suos determinatos quodãmodo, quos etiã mala uolũtas nõ possit excedere, Et elementa mũdi huius corporei habẽt definitã uim qualitatemq; suã quid unumquodq; ualeat uel nõ ualeat, quid de quo fieri possit uel nõ possit. Ex his uelut primordijs rerũ, omnia quę gignunt̃ suo quoq; tẽpore exortus ꝓcessusq; sumũt, finesq; & decessiões sui cuiusq; generis, Vnde fit ut de grano tritici nõ nascaꝰ faba, uel de faba triticũ, uel de pecore homo, uel de homine pecus. Super hunc autẽ motũ cursumq; rerũ naturalem, potestas creatoris habet apud se posse de his omnibus facere aliud, q̃ eorũ quasi seminales rationes habẽt: non tamen id quod in eis posuit, ut de his fieri uel abscq; ipso

Causæ superiorum & inferiorum. C. XVII

posset, Neq; enim potẽtia tẽeraria, sed sapientię uirtute omnipotens est: & hoc de unaquaq; re in A
suo tẽpore facit, ꝺd ante in ea fecit ut posset? Alius ergo est rerum modus quod illa herba sic germinat, illa sic, illa ætas parit, illa non parit, homo loqui potest, pecus nõ potest. Horum & taliũ mo
dorũ rationes, nõ tantũ in deo sunt, sed ab illo etiam rebus creatis inditæ atq; concretæ. Vt autẽ lignum de terra excisum, aridũ, perpolitũ, sine radice ulla, sine terra & aqua repẽte floreat & fructũ gignat, ut per iuuentã sterilis fœmina in senectute pariat, ut asina loquaꝰ, & si quid eiusmodi est, dedit quidẽ naturis quas creauit, ut ex eis & hæc fieri possent. Neq; emꝫ ex eis uel ille faceret, quod ex eis fieri nõ posse ipse prefigeret, quoniã seipso nõ est nec ipse potẽtior. Veruntamen alio modo dedit, ut non hoc haberent in motu naturali, sed B
in eo quo ita creata essent, ut eorũ natura uoluntati potentiori amplius subiaceret. Habet ergo deus in seipso absc̃ditas quorũdam factorũ causas, quas rebus conditis nõ inseruit, easq; implet nõ illo opere, ꝓuidentiæ quo naturas substituit ut sint, sed illo quo eas administrat ut uoluerit quas ut uoluit cõdit, Ibi est & gratia per quã salui fiunt peccatores. Nam quod attinet ad naturã iniqua sua uoluntate deprauatam, recursum per semetipsum nõ habet, sed per dei gratiam qua adiuuaꝰ et instauraꝰ. Neq; enim desperandi sunt homines in illa sententia in qua scriptum est, Omnes qui ambulant in ea non reuertentẽ. Dictũ est enim secundum pondus iniquitatis suæ, ut quod reuertitur qui reuertiꝫ, non sibi tribuat, sed gratię dei, nõ C
ex opibus, ne forte extollaꝰ. Propterea mysteriũ gratię huius Apostolus absconditũ dixit, non in mundo, in quo sunt absconditę causales rationes omniũ rerum naturaliter orituraꝝ, sicut absc̃ditus erat Leui in lumbis Abrahę, quãdo & ipse decimatus est, sed in deo, qui uniuersa creauit. Quãobrem omnia etiã quæ ad hanc gratiã significandam, non naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt, eorum etiam absc̃ditę causę in deo fuerant: quorũ etiam summum erat, quod ita mulier facta est de latere uiri: & hoc dormientis: quę per ipsum firma facta est, tanquã eius osse firmata: ille autem propter ipsam infirmus, quia in locũ costę nõ costa sed caro suppleta est: non habuit hoc prima rerũ conditio, quando sexto die dictũ est, Ma D
sculum et fœminam fecit eos, ut fœmina omnino sic fieret: sed tantũ hoc habuit, quia et sic fieri posset, nec cõtra causas, quas uolũtate instituit, mutabili uoluntate aliquid fieret. Quid aũt fieret, ut omnino aliud futurũ non esset, absconditũ erat in deo, qui uniuersa creauit. Sed quoniã sic dixit absconditũ, ut innotesceret principibus & potestatibus in cœlestibus, per ecclesiã multiformis sapientia dei, ꝓbabiliter crediꝫ: sicut illud semen, cui promissum est, dispositũ est per angelos in manu mediatoris: sic omnia quæ ad ipsius seminis aduẽtum uel prænunciandũ uel annunciandum in rerum natura, præter usitatũ naturæ cursum mirabiliter facta sunt, ministrãtibus angelis esse facta: ut tamẽ ubiq; creator uel reparator creaturarum non sit, nisi qui plantatore et rigatore quolibet solus incrementũ dat deus. Ac per hoc etiam illa ecstasis, quam deus immisit in Adam, ut soporatus obdormiret, recte intelligiꝫ ad hoc immissa, ut & ipsius mens per ecstasim particeps fieret tanq; angelicæ curiæ, & intrans in sanctuariũ dei intelligeret nouissima. Deniq; euigilans tanq; prophetiæ plenus, cum ad se adductam costam, mulierẽ suam uideret, eructauit cõtinuo, quod magnum sacramentũ commendat Apostolus, Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: Hæc uocabiꝫ mulier, quoniã de uiro sumpta est: & propter hoc relinquet homo patrẽ suum & matrẽ, & adhęrebit uxori suæ, & erũt duo in carne una. Quæ uerba cũ primi hominis fuisse scriptura ipsa testatur, dominus tamẽ in Euãgelio deũ dixisse declarauit. Ait emꝫ, Nõ legistis, quia qui fecit ab initio masculũ et fœminã fecit eos, et dixit, Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhęrebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: ut hinc intelligeremus propter ecstasim quæ præcesserat in Adã, hoc eum diuinitus tanquam Prophetam dicere potuisse. Sed iam iste huius libri terminus placet, ut ea quæ sequuntur, ab alio exordio renouẽt intentionem legentium.

Ecstasis Adæ Cap. XIX

Gen. 2

Matt. 19

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM
LIBER X

Vnde anima mulieris Caput I

AM quidẽ ordo ipse uideꝫ exposcere, ut de peccato primi hominis disI
seramus: sed quia de carne mulieris, quẽadmodũ facta sit, scriptura narrauit, tacuit aũt de anima, multomagis nos fecit intẽtos, ut de hoc diligẽtius inquiramus: quonã modo refelli possint, siue nõ possint, qui credunt animã de anima hominis, sicut carnẽ de carne fieri, à parentib. in filios utriusq; rei trãsfusis seminibus. Hinc emꝫ primitus ad hoc mouentur, ut dicãt quod unã animam deus fecerit, sufflãdo in faciẽ hominis, quẽ de puluere finxerat, ut ex illa iam cæteræ crearẽtur animæ hominũ, sicut ex illius carne omnis etiã caro hominũ: quoniã primo Adam formatus est, deinde Eua: & ille quidẽ unde habuerit corpus, unde animã dictũ est, corD
pus uidelicet puluerẽ terrę, animã uero flatũ dei: At illa de illius latere cum facta dicatur, non dicitur quod eam deus flando similiter animauerit, tanquam utrũq; de illo dictum sit, qui iam fuerat animatus. Aut enim taceri oportuit, inquiũt, etiã de anima uiri, ut eam sicut possemus datã diuinitus, uel intelligeremus uel certe crederemus. Aut si hoc ꝓpterea scriptura nõ tacuit, ne animã quoq; sicut carnẽ hominis de terra factã esse putaremꝰ, debuit & de mulieris anima nõ taceri, ne putaretur ex traduce, si hoc uerũ nõ est. Quapropter ideo tacitũ est, inquiũt, quod in eius faciẽ flauerit deus, quia illud uerũ est quod & anima ex homine propagata est. Huic suspitiõi facile occurritur, Si enim

2 sent. dist. 18 cap. fi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propterea putāt animā mulieris ex anima uiri factam, quia non scriptū est quod in mulieris faciē A flauerit deus, cur credunt ex uiro animatā fœminam, quādo ne id quidē scriptū est? Vnde si deus omnes animas hominū nascentiū sicut primam fecit, propterea scriptura de alijs tacuit, quoniam posset quod in una factum cōmemoratū est, etiā de cæteris prudēter intelligi. Itaq; si oportuit nos per hāc scripturā de hac re aliquid admoneri, magis si aliquid aliud fiebat in fœmina quod in uiro factū non erat, ut ex carne animata eius anima duceret, nō sicut uiri eius aliūde corpus, aliūde anima: hoc ipsum q̄d alio modo fiebat, scriptura potius tacere nō debuit, ne hoc itidē factū putaremꝰ quod iam de illo didiceramus. Proinde quia non dixit ex anima uiri factā esse animā mulieris, conuenientius credit eoipso nos admonere uoluisse, B nihil hic aliud putare q̄ de uiri anima noueramꝰ, id est, similiter datam esse mulieri: cum præsertim esset euidentissimæ occasionis locus, ut si nō tunc quādo formata est, postea certe diceretur, ubi ait Gen.2 Adā, Hoc nūc os ex ossib. meis, & caro de carne mea. Quāto em̄ charius amātiusq; diceret, & anima mea? Nō tamen hinc tam magna quæstio iam soluta est, ut unum horū manifestū certūq; teneamus. Quamobrē primum uidendū est, utrum sacra scriptura libri huius ab eius exordio ptracta- *Repetitio superiorū librorum. Cap. II* ta hinc nos dubitare p̄mittat, ut nūc recte fortasse requiramus, aut quę nam sentētia potius eligēda sit, aut in rei huius incerto quemadmodū tenere debeamus. Certe em̄ sexto die fecit deus hominē ad imaginē suam, ubi etiam dictū est, Masculū & C fœminam fecit eos. Quorū illud superius ubi imago dei cōmemorata est, secundū animā, hoc autē ubi sexus differentia secundū carnem accipiebamus. Et quoniam tot ac tanta testimonia quæ ibi cōsiderata atq; tractata sunt, nos non sinebant eodem ipso sexto die, etiam formatū de limo hominem mulieremq; de latere eius accipere: sed hoc postea factum esse post illa primitus opera dei, in quibus creauit omnia simul: quæsiuimus quid de hominis anima crederemus: discussisq; omīb. disceptatiōis nostrę partibꝰ, illud credibilius uel tolerabilius dici uisum est, q̄d ipsa hominis anima in illis operib. facta est, corporis uero eius in mūdo corporeo tanq̄ in semine ratio: ne cogeremur cōtra uerba scripturę aut sexto die totū factū dice- D re, id est, de limo uirū, & de eius latere fœminam: aut in illis sex dierū operibus nullo modo esse factum hominē: aut corporis humani causalē rationem tantūmodo factam, animę aūt nullam, cū potius secundū ipsam sit homo ad imaginē dei: Aut certe & si non contra uerba scripturę apte posita, tamen dure atq; intolerabiliter diceremus: uel in ea creatura spirituali quæ ad hoc tantūmodo creata esset, factam fuisse animæ humanæ rationē, cū ipsa creatura in qua ista ratio facta diceretur, non cōmemoratur in operibus dei: uel in aliqua creatura quæ in illis cōmemoratur operibus, factā rationē animę, uelut in omnibus qui iam sunt facti, ratio latet generandorū filiorū: ac sic eam uel angelorū filiam, uel quod est intolerabilius alicuius elementi corporei filiam crederemus. Sed nūc *Origo animarum. Cap. III* si ob hoc mulier non de uiro, sed similiter ut ille à deo factā animā asserit accepisse, quia singulas singulis deus facit, nō erat facta in illis primis operibus anima fœminæ. Aut si generalis omniū animarum ratio facta fuerat, sicut in hominib. ratio gignendi, rediit ad illud durum ac molestū, ut uel angelorū, uel quod indignissimū est, cœli corporei, uel alicuius etiam inferioris elemēti filias animas hominū esse dicamus. Ac per hoc uidendū est, & si latet quid uerū sit, quid saltē tolerabilius dici possit: utrū hoc quod modo dixi: an illis primis dei operibus unam animā primi hominis factam, de cuius propagine omnes hominū animæ crearentur: an nouas subinde animas fieri, quarū nulla uel ratio facta præcesserit in primis illis sex dierū opibus dei. Horū autem trium duo priora nō repugnāt primis illis cōditionibus, ubi simul omnia creata sunt. Siue em̄ in aliqua creatura tam quam in parētę ratio animę facta sit, ut omnes animę ab illa generent, à deo autē creentur, quando singulis hominib. dantur sicut à parētibus corpora: siue nō ratio animæ uelut in parente ratio prolis, sed ipsa omnino cū factus est dies facta sit anima, sicut ipse dies, sicut cœlum & terra, & lumināria cœli: cōgruenter dictum est, Fecit deus hominem ad imaginē suam. Hoc uero tertiū quō nō repugnet ei sentētię, qua & sexto die factus accipit homo ad imaginē dei, & post diem septimū utiliter creatus, non tam facile uideri potest. Nouas quippe animas fieri, quæ nec; ipsæ nec; ratio earum tanquā in parente prolis sexto illo die facta sit, cum his operibus, à quibus cōsummatis et inchoatis, deus in die septimo requieuit, si dixerimus, cauendū est ne frustra tam diligēter scriptura cōmendet sex diebus consummasse deum omnia opera sua, quæ fecit bona ualde, si aliquas adhuc naturas fuerat creaturus, quas nec ipsas nec earū ibi rationes causaliter fecerit: nisi intelligat rationē quidē singillatim faciendarū animarū nascentibus quibusq; dandarū in seipso habere, nō in creatura aliqua condidisse. Sed quia non alterius generis creatura est anima, q̄ illius secūdum quam sexto die factus est homo ad imaginē dei, nō recte dicimus deum ea facere nunc, quæ tunc nō cōsummauit. Iam enim tunc animam fecerat, quales & nūc facit: & ideo nō aliquod nouū creaturæ genus nūc facit, quod tūc in suis cōsummatis operibus nō creauit: nec cōtra illas causales rationes rerū futurarū, quas uniuersitati tunc indidit, hæc eius operatio est: sed potius secūdū ipsas: quandoquidē corporibus humanis, quorū ex illis primis operibus propagatio cōtinuata successione protendit, tales cōgruit animas inseri, quales nūc facit atq; inserit. Quapropter iam nihil timentes, ne cōtra uerba libri huius, quæ de prima illa sex dierū conditione cōscripta sunt, quælibet harū trium sententiarū probabilitas uicerit, sentire uideamur, suscipiamus diligentiorē quæstionis huius pertractationē, quātum adiuuat deus: ne

ne forte fieri possit, ut si non liquidam, de qua dubitari ultra nō debeat, tamē certe acceptabilē de A hac re sententiā nāciscamur, ut eam tenere donec certū aliquid elucescat, nō sit absurdū. Quod si ne hoc quidem potuerimus, documentorū momentis undiq; pariterq; nutantibus, saltem nō uidebit nostra dubitatio laborē deuitasse quærendi, sed affirmandi temeritatē: ut me, si quis recte iam certus est, docere dignet: si quem uero nec diuini eloquij, nec perspicuæ rationis autoritas, sed sua præsumptio certū fecerit, dubitare mecum nō dignetur. Ac primum illud firmissime teneamus, animæ naturam nec in naturam corporis conuerti, ut quę iam fuit anima fiat corpus: nec in naturam animæ irrationalis, ut quæ fuit anima hominis, fiat pecoris: nec in naturā dei, ut quæ fuit anima, fiat quod est deus: atq; ita uicissim nec corpꝰ, nec B animā irrationalem, nec substantiā, quæ deus est, cōuerti & fieri animā humanam. Illud etiam non minus certū esse debet, animam non esse nisi creaturam dei. Quapropter si neq; de corpore, neq; de anima irrationali, neque de seipso deus animam hominis fecit, restat ut aut de nihilo eam faciat, aut de aliqua spiritali, tamē ratiōali creatura. Sed de nihilo fieri aliquid cōsummatis operibus, quibus creauit omnia simul, uiolentū est uelle monstrare: & utrū pspicuis documentis obtineri possit ignoro. Nec exigendū est à nobis, quod uel cōprehendere homo non ualet: uel si iam ualeat, mirum si psuadere cuiquā potest, nisi tali, qui etiam nullo homine docere conāte potest etiā ipse tale aliquid intelligere. Tutius est igit̄ de huiusmodi C rebus nō humanis agere cōfecturis, sed diuina testimonia pscrutari. Quod ergo ex angelis tanquam parētibus deus creet animas, nulla mihi de canonicis libris occurrit autoritas, Multo minus itaq; ex mundi corporeis elemētis: nisi forte illud mouet quod apud Ezechielem Prophetā, cū demonstrat resurrectio mortuorū redintegratis corporibus, ex quatuor uētis cœli aduocat spiritus, quo perflante uiuificenē ut surgant. Sic enim scriptū est, Et dixit mihi dominus: Propheta sup spiritū, propheta fili hominis & dic ad spiritū, Hæc Ezech.37 dicit dominus, A quatuor partibus uentorū cœli ueni & spira in mortuos hos & uiuāt. Et prophetaui sicut præcepit mihi dominus, & introiuit spiritus uitæ in eos, & reuixerunt & steterunt super D pedes suos cōgregatio multa ualde. Vbi mihi uidetur prophetice significatum, non ex illo tantū campo ubi res ipsa demonstrabat, sed ex toto orbe terrarū resurrecturos homines, & hoc per flatum quatuor mūdi partium fuisse figuratū. Neq; Gen.2.0 enim etiā flatus ille ex corpore domini, substātia erat spiritus sancti, quando sufflauit & ait, Accipite spiritū sanctum: sed utiq; significatū est, sic etiam ab ipso procedere spiritum sanctū, quomodo ab eius corpore flatus ille ꝓcesit. Sed quia mūdus non ita deo coaptatur ad unitatem personæ, sicut caro illa uerbo eius unigenito filio, nō possumus dicere ita esse animam de substantia dei, quemadmodū flatus ille à quatuor uentis de natura mundi factus est: sed tamen aliud eū fuisse, aliud significasse puto, quod exēplo flatus ex corpore domini procedentis recte intelligi potest: etiam si Ezechiel Propheta illo loco non resurrectionē carnis qualis proprie futura est, sed inopinatā desperati populi reparationē per spiritū domini qui replebit orbem terrarū, figurata reuelatione præuidit. *Sap.1*

Illud ergo iam uideamus, cui nam potius sen- *Opiniones de anima duæ VI* tentiæ diuina testimonia suffragentur: ei ne qua dicit animā unam deum fecisse, & dedisse primo homini unde cæteras faceret, sicut ex eius corpore cætera hominū corpora: an ei qua dicit singulas singulis facere, sicut illi unam, nō ex illa cæteras. Illud em̄ quod per Esaiam dicit: Omnē flatū *Esa.57* ego feci: cū hoc eum de anima dicere quę sequuntur satis ostēdant, ad utrūq; accipi potest. Nā siue ex una primi hominis anima, siue ex aliquo suo secreto, omnes, ꝑculdubio animas ipse fecit. Et illud quod scriptū est, Qui finxit singillatim corda *Psal.32* eorū, si nomine cordiū uoluerimus animas intelligere, neq; hoc repugnat cuiquā duorū de quibus nūc ambigimus, Siue em̄ ex una illa quā flauit in faciē primi hominis, ipse utiq; singulas fingit sicut etiā corpora: siue singulas uel fingat & mittat, uel in eisdē quibus miserit eas fingat: quanquā hoc nō mihi uideat dictū, nisi ex eo quod per gratiam nostrę animę ad imaginē dei renouatione formātur. Vnde dicit Apostolus, Gratia enim saluī fa- *Eph.2* ctī estis per fidem, & hoc nō ex uobis, sed donum dei est, non ex operibus, ne forte quis extollatur: Ipsius em̄ sumus figmentū creatū in Christo Iesu in operibus bonis. Non enim p hanc gratiā fidei corpora nostra creata uel ficta possumus intellige- re, sed sicut in Psalmo dictū est, Cor mundū crea *Psal.50* in me deus. Hinc etiam illud esse puto, Qui finxit spiritū hominis in ipso: tanquā aliud sit factā animam mittere, aliud in ipso homine facere, id est, reficere ac renouare: sed etiā hoc si non de gratia qua renouamur, sed de natura in qua nascimur intelligamus, ad utranq; sententiā duci potest: quia uel ex una illa primi hominis tanq̄ semen animæ attractū ipse fingit in homine ut uiuificet corpus: siue spiritū uitæ, nō ex illa propagine sed aliunde corpori infusum, ipse itidem fingit per mortales sensus carnis, ut fiat homo in animā uiuā. Illud *Sortiri animā bonā aut malam. Cap. VII* sanē de libro sapientiæ, ubi ait, Sortitus sum animam bonā, & cum essem magis bonus, ueni ad corpus incoinquinatū, diligentiorem considerationem flagitat, Magis enim uidetur attestari opinioni, qua non ex una propagari, sed desuper animæ uenire creduntē ad corpora: uerūtamen quid est, sortitus sum animā bonā? Quasi aut in illo animarū fonte, si ullus est, aliæ sint animæ bonę, aliæ nō bonæ, quę forte quadam exeant, quę nam cui homini tribuatur: aut alias deus ad horam conceptorū uel nascentiū faciat bonas, alias nō bonas, quarū quisq; habeat sortem, quæ acciderit. Mirū si hoc eos saltē adiuuat, qui credūt animas alibi factas, singillatim mitti à deo singulis quibusq; corporibus hominū: ac non illos potius, qui pro meritis operū, quę ante corpꝰ egerūt, in corpora mit-

tt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti animas dicũt. Secũdum quid enim aliæ bonæ, aliæ non bonę uenire ad corpora possunt putari, A nisi secundũ opera sua? Neq; enim secundũ naturam, in qua fiũt ab illo qui omnes naturas bonas facit. Sed absit ut cõtradicamus Apostolo, qui dicit nõdũ natos nihil egisse boni aut mali: unde cõfirmat nõ potuisse ex operib. dici, sed ex uocante, maior seruiet minori, cũ de geminis ageret adhuc in Rebeccæ utero cõstitutis. Sequestremus ergo paululũ hoc de libro sapientiæ testimoniũ: neque em negligẽdi sunt, seu errent seu uerũ sapiãt, qui hoc specialiter & singulariter de anima illa dictũ putant mediatoris dei & hominum hominis Iesu Christi. Quod, si necesse fuerit, quale sit postea cõsiderabimus, ut si Christo cõuenire nõ potuerit, quęramus quẽadmodũ id accipę debeam⁹ ne cõtra Apostolicã ueniamus fidẽ. putãtes habere ani B mas aliqua merita operũ suorũ, priusquã incipiũt in corporibus uiuere. Nũc illud uideamus quẽ admodum dictũ sit, Aufer spiritũ eorum, & deficiẽt, & in puluerẽ suũ reuertentẽ: Emitte spiritum tuũ, & creabunt, & renouabis faciem terræ. Pro illis enim qui arbitrant animas ex parentib. sicut corpora creari, hoc uidetur sonare, cum sic intelligat, ut spiritũ eorũ propterea dixerit, quod eum homines ex hominib. acceperint: qui cũ mortui fuerint, non eis poterit ab hominibus reddi ut resurgant, quia nõ rursus quemadmodũ quãdo nati sunt, à parẽtibus ducit, sed deus eũ reddet, qui resuscitat mortuos. Ac per hoc eundẽ spiritũ dixit eorũ cum moriunt, dei aũt cũ resurgũt: quod possunt illi qui non ex parentibus, sed deo mittẽ C te animas uenire asserunt, pro sua opinione sic intelligerent: ut eorũ dixerit spiritũ cũ moriunt, quia in eis erat, & ab eis exijt: dei autẽ cum resurgunt, quod ab ipso mittit. ab ipso reddit. Proinde hoc etiam testimoniũ neutris eorum aduersatur: ego uero arbitror melius intelligi hoc dictum de gratia dei, qua interius renouamur. Omniũ enim superborũ secundũ terrenum hominẽ uiuentiũ, & de sua uanitate præsumentiũ, quodãmodo aufertur spiritus proprius, cũ exuũt se ueterẽ hominẽ, & infirmant ut perficiant expulsa superbia, dicẽ

Psal. 102 Eccli 10 tes domino per humilem cõfessionem, Memẽto quia puluis sumus: quibus dictũ erat: Quid superbis terra & cinis? Per oculũ quippe fidei cõtuentes dei iustitiã, & nolentes cõstituere suam, semet D ipsos despiciũt, sicut Iob dicit, & distabescũt, et ę stimãt se terrã & cinerẽ: hoc em est, Et in puluerẽ suũ conuertentẽ. Accepto autẽ spiritu dei, dicunt,

Gal. 2 Viuo autẽ iam non ego, uiuit aũt in me Christus: Sic innouat facies terræ per noui testamenti gratiam numerositate sanctorum. Illud etiã quod

Quõ corpus, quo anima reuertatur. IX apud Ecclesiasten scriptum est, Et conuertat puluis in terrã sicut fuit, & spiritus reuertatur ad deum qui dedit eum: neutri sententiæ contra alterã suffragat, sed in utraq; consistit. Cum enim isti dixerint hinc probari non à parẽtibus, sed à deo animam dari, quod conuerso puluere in terrã suã, id est carne, quę de puluere facta est, reuertet spiritus ad deũ qui dedit illũ: Respõdent illi, Vtiq; ita est, Redit enim spiritus ad deum, qui eũ dedit homini primo, quãdo in eius faciem sufflauit, cõuerso puluere, id est humano corpore in terrã suam, unde primitus factũ est. Neq; em ad parẽtes erat spiritus rediturus, quanuis inde sit creatus ex illo uno, qui homini primo datus est: sicut nec ipsa caro posit mortẽ ad parẽtes reuertit, à quibus eã certe cõstat esse propagatã. Quemadmodũ ergo caro nõ redit ad homines ex quibus creata est, sed ad terrã unde primo homini formata est: ita & spiritus nõ redit ad homines à quibus trãsfusus est, sed ad deũ, à quo primę illi carni datus est. Quo testimonio sane satis admonemur ex nihilo deũ fecisse animã, quã primo homini dedit, non ex aliqua iã facta creatura, sicut corp⁹ ex terra: & ideo cũ redit, nõ habet quò redeat, nisi ad autorẽ qui eã dedit: nõ ad eam creaturã ex qua facta est, sicut corpus ad terrã. Nulla est em creatura ex qua facta est, quia ex nihilo facta est: ac p hoc ad factorẽ suũ redit quę redit, à quo ex nihilo facta est. Non em omnes redeũt, quoniã sũt de quibus dictũ, Spiritus ambulãs & nõ reuertẽs. Quocirca difficile est quidẽ omia de hac re scripturarũ sanctarũ testimonia colligere, quod & si fieri posit, ut nõ solum cõmemorentẽ, sed etiã pertractentẽ, in magnã sermonis longitudinẽ pergunt: Sed tamẽ nisi aliquid tam certũ proferatur, quàm certa proferuntur, quibus ostendit quod deus animã fecerit, uel ę eã primo homini dederit, quonã modo per diuini eloquij testimoniũ ista quæstio soluat ignoro. Si em scriptũ esset, ę similiter sufflauerit deus in faciẽ formatę mulieris, & facta fuerit in animã uiuã, iam quidem plurimum lucis accederet, qua cuiq; formatæ carni hominis nõ ex parẽtibus darí animã crederemus: adhuc tamẽ expectaretur quid proprie tenereẽ in prole, qui nobis modus usitatus est, hominis ex homine: Prima uero mulier aliter facta est, & ideo adhuc dici posset, animã ,ppterea nõ ex Adã diuinitus Euæ datã, quia nõ ex illo tanę proles orta est. Si aũt homini qui primus ex illis natus est cõmemoraret scriptura, nõ ex parentibus ductã, sed desuper animã datã, illud iã in cæteris etiã tacẽte scriptura oporteret intelligi. Nunc itaq; & illud cõsideremus utrũ neutrã confirmet sententiã, sed utriq; possit accõmodari, quod scriptũ est, Per unũ hominẽ peccatum in hũc mundũ intrauit, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertrãsiit, in quo omnes peccauerũt. Et paulopost, Sicut per unius delictũ in omes homines ad condẽnationẽ, ita & ę unius iustificationẽ in omnes homines ad iustificationẽ uitę. Sicut enim per inobedientiã unius hominis peccatores cõstituti sunt multi, ita & ę unius obedientiã iusti cõstituẽtur multi. Ex his enim uerbis Apostoli, qui defendũt animarũ propaginẽ, sententiã suam sic astruere moliuntur. Si secundũ solam carnẽ, inquiũt, potest intelligi peccatum uel peccator, nõ cogimur in his uerbis ex parẽtibus animã credere. Si autem quãuis per illecebrã carnis, non tamẽ peccat nisi anima, quomodo accipiendũ est quod dictũ est, in quo omnes peccauerunt

Spiritus hominis. Ca. VIII Psal. 103

Quæstio de anima mulieris difficilis. X

Peccatũ in sp corporis & animæ simul Cap. XI Rom. 5

runt, si nõ ex Adam etiã anima sicut caro propagata est? Aut quomodo per illius inobedientiam A peccatores cõstituti sunt multi, si tantũ secũdum carnẽ in illo, nõ etiam secundũ animã fuerũt? Cauendũ est em ne uel deus uideatur autor esse peccati, si dat animã carni, in qua eam peccare necesse sit: uel possit esse anima, præter ipsius Christi, cui liberãdæ à peccato nõ sit Christiana gratia necessaria, quia nõ peccauit in Adã, si omnes in eo peccasse secũdũ carnẽ tantũ quę de illo creata est, nõ etiam secũdũ animã dictũ est: quod usq; adeo contrarium est Ecclesiasticæ fidei, ut parentes ad percipiendã gratiã sancti baptismi etiam cũ parUulis atq; infantibus currãt: In quibus si hoc uinculũ peccati soluitur quod tantũmodo carnis, nõ etiam quod animę est, merito quæritur quid eis obesset si in illa ætate, de corpore sine baptismo exiB rent. Si enim per hoc sacramentũ corpori eorũ, et nõ etiã animę cõsuliẽ, deberẽt & mortui baptizari. At cũ uideamus hoc uniuersaliter Ecclesiã retinere, ut cũ uiuentibus currat, & uiuẽtibus succurrat, ne cũ mortui fuerint nihil possit fieri quod prosit: nõ uidemus quid aliud possit intelligi, nisi unũquenq; paruulũ non esse nisi Adam et corpore et anima, et ideo illi Christi gratiã necessariã. Aetas qppe illa in seipsa nihil egit uel boni uel mali. Proinde ibi anima innocẽtissima est, si ex Adam propagata non est: unde quomodo possit iuste ire in cõdemnationẽ si de corpore sine baptismo exierit, quisquis istam sentẽtiã de anima tenẽs potuerit demõstrare, mirandus est. Verissime quippe ac ueracissime scriptũ est, Caro cõcupiscit aduerC sus spiritũ, & spiritus aduersus carnem: sed tamẽ carnem sine anima cõcupiscere nihil posse puto, q̃d omis doctus & indoctus nõ dubitet: Ac p hoc ipsius cõcupiscẽtię carnalis causa nõ est in anima sola, sed multominus est in carne sola. Ex utroq; em fit: ex anima scilicet, ę sine illa delectatio nulla sentit: ex carne autẽ, quod sine illa carnalis delectatio nõ sentit. Carnem itaq; cõcupiscentẽ ad uersus spiritũ dicit Apostolus carnalem proculdubio delectationẽ, quã de carne & cũ carne spiritus habet aduersus delectationem quã solus habet. Solus quippe habet, nisi fallor, illud desiderium, non cũ carnis uoluptate, uel carnaliũ rerũ cupiditate commixtũ, quod desiderat & defecit anima in atria domini. Solus habet etiã illud de quo D ei dicit, Cõcupiscit sapientiã, serua mandatũ, & dominus præbet illam tibi. Nam cum spiritus imperat membris corporis, ut huic desiderio seruiant quo solus accendit: uelut cum assumit codex, cũ aliquid scribit, legitur, disputatur, auditur, cũ denicq; panis frangit esurienti, & cætera humanitatis ac misericordiæ præstant officia: obedientiam caro exhibet, nõ concupiscẽtiam mouet. His atq; huiusmodi bonis desiderijs quib⁹ sola anima cõcupiscit, cũ aduersat aliquid quod eãdem animã secundũ carnem delectat, tunc dicit caro cõcupiscere aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Sic enim dicta est caro in eo quod secundũ ipsam facit anima, cũ ait, Caro cõcupiscit; quemadmodum dictũ est, Auris audit, & oculus uidet. Quis A em nescit q̃ anima potius & per aurẽ audiat, & p oculũ uideat? Ita loquimur etiam, cum dicimus, manus tua subuenit homini, cũ aliquid porrecta manu dat quo cuiquã subueniat. Quod si de ipso etiã fidei oculo ad quẽ pertinet credere quæ per carnẽ non uidentẽ, dictũ est, Videbit omnis caro salutare dei: non utiq; nisi de anima qua uiuit caro: cũ etiam per ipsam carnem nostrã Christũ pie uidere, id est, formã qua indutus est propter nos, non pertineat ad concupiscentiã, sed ad ministeriũ carnis: ne forte aliqs ita uelit accipere, quod dictũ est, Videbit omnis caro salutare dei: quanto Luc. 3 congruentius dicit, caro concupiscere, quãdo anima non solũ carni animalem uitã præbet, uerũ etiam secundũ ipsam carnem aliquid cõcupiscit: quod in potestate non est ne cõcupiscat, quandiu inest peccatũ in membris, id est uiolenta quędam carnis illecebra in corpore mortis huius, ueniẽs de uindicta illius peccati unde ,ppaginẽ ducim⁹, secundũ quam omnes ante gratiam filij sunt iræ. Cõtra quod peccatũ militant sub gratia constituti, non ut non sit in eorũ corpore quandiu ita mortale est, ut & mortuũ iure dicat, sed ut nõ regnet. Non autem regnat, cum desideriis eius, id est his quę secundum carnẽ contra spiritum cõcupiscũtur, non obedit. Proinde Apostolus, Nũquid ait nõ sit peccatũ in uestro mortali corpore? Sciebat quippe inesse peccati delectationẽ, quam peccatũ uocat, deprauata scilicet ex prima trãsgressione natura: Sed non, inquit, regnet peccatũ in uestro mortali corpore ad obediẽdũ desideriis eius, nec exhibeatis mẽbra uestra arma iniquitatis pecato. Secundum hanc sententiã nec rem absurAn caro cõcupiscat sine anima. XIII dissimã dicimus, quod caro sine anima concupiscat: nec Manichæis cõsentimus, qui cũ uiderent nõ posse carnẽ sine anima cõcupiscere, aliã quandam animã suam ex alia natura deo contrariã carnem habere putauerunt unde cõcupiscat aduersus spiritũ. Nec alicui animæ nõ esse necessariam Christi gratiam dicere cogimur, cũ dicit nobis, Quid meruit anima infantis, unde illi pnicioſum sit non pcepto Christiani baptismi sacramẽto exPeccata puerorum ire de corpore, si nec propriũ aliq̃d peccatũ commisit, nec ex illa est quæ in Adã prima peccauit? Non em de pueris grandiusculis agimus, quibus quidem peccatũ proprium nolunt attribuere quidam, nisi ab anni quartidecimi articulo cũ pubescere cœperint. Quod merito crederemus, si nulla essent peccata nisi quę mẽbris genitalib. admittunt. Quis uero audeat affirmare, furta, mẽdacia, periuria, non esse peccata, nisi qui talia uult impune cõmittere? At his plena est puerilis ętas, quam uis in eis nõ ita ut in maioríb. punienda uideant, quod sperent annis accedentib. quibus ratio cõualescat, posse pręcepta salutaria melius intellige re, eisq; libẽtius obedire. Sed nũc de pueris nõ agimus, quorũ carnalem ac puerilẽ uoluptatẽ uel corporis uel animi si ueritas & æquitas oppugnauerint, quibus possunt uiríb. dictorũ atq; factorũ repugnãt, pro quã nisi p falsitate et iniquitate quę

suffragari

Universidad de Deusto
Biblioteca

suffragari uidebitur eis, uel ad percipiēda quæ alicIūt, uel ad uitāda quæ offendūt. De infantibus A loquimur, non quia nascūtur plerunq; de adulteriis, neq; enim in prauis morib. naturę dona culpanda sunt: aut propterea nō debuerūt germinari frumenta quod ea seuerit furantis manus: aut uero ipsis parentibus offutura sit iniquitas sua, si se ad deū cōuertendo correxerint, quanto minus

Infantes seruari baptismo filiis si recte uixerint. Sed illa ętas sic uehementē
Caput XIIII quæstionē mouet, cuius anima cum peccatū nullū habeat de proprio uolūtatis arbitrio, quęriť quomodo possit iustificari per illius unius hominis obedientiā, si per alterius unius inobedientiā rea nō est. Hæc uox eorū est, qui animas hominū ex hominibus parentibus creatas uolūt, non quidē nisi à creatore deo, sed sicut etiā corpora. Nō em

Hierre. 1 & hoc parentes creant, a c nō ille qui ait, Priusq; B te formarē in utero nouite. Quibus respondetur animas quidē corporibus hominū deū nouas sin gillatim dare, ad hoc ut in carne peccati de origināli peccato uenięte recte uiuendo, carnalesq; cō cupiscentias sub dei gratia subigendo, meritū cōparent, quo cū ipso corpore in melius trāsferant tempore resurrectiōis, & in Christo in æternū cum angelis uiuāt: Sed necesse esse ut cū mēbris terrenis atq; mortalib⁹, maximeq; de peccati carne, p pagatis, miro modo coaptātur, ut ea primitus uiuificare, post etiā ætatis accessu regere possint, tā quā oblīuione prægraueně: Quę si esset quodam modo indigestibilis, creatori tribueret. Cū uero paulatim ab huius oblīuionis torpore anima resipiscens possit cōuerti ad deū suū, eiusq; misericor C diam & ueritatē primo ipsa pietate conuersionis deinde seruandi præcepti eius perseuerantia pro mereri, quid ei obest illo uelut somno paululum immergi, unde paulatim euigilans in lucē intelligentiæ, propter quam rationalis anima facta est, potest per uoluntatē bonā eligere uitam bonam: quod quidē nō poterit nisi adiuuerit gratia dei p mediatorē. Hoc si neglexerit homo, nō tātum secundū carnē, uerumetiā secūdū spiritū erit Adā. Si aūt curauerit, erit Adam secundū carnem tantummodo, secundū spiritū autē recte uiuēs, illud etiā quod de Adam culpabili tractum est, mundatum à labe peccati recipere merebit illa cōmutatione quā sanctis resurrectio pollicet. Sed anteq; per ætatē possit secundū spiritum uiuere, necessa D rium habet mediatoris sacramentū: ut quod per eius fidem nōdum potest, per eorum qui eum diligunt fiat. Eius enim sacramento soluit etiā in ætate infantili originalis pœna peccati, à quo nisi adiutus, etiā iuuenis carnalē cōcupiscentiā nō domabit, nec ea subiugata æternæ uitæ meritū apprehendet, nisi eius dono quē promereri studet. Ideo uiuus oportet etiam infans baptizet, ne obsit ani mę societas carnis peccati, qua participata fit ut nihil possit anima infantis secūdū spiritū sapere.

Cur anima infantis non baptizati cōdemnetur. XV Ipsa quippe affectio grauat etiam corpore exutā, nisi cum in corpore est, per unicū sacrificiū ueri sacerdotis expietur. Quid ergo, ait aliquis, si hoc nō curauerint sui, uel infidelitate uel negligētia? Hoc quidem etiā de maioribus dici potest. Possunt enim uel repente emori, uel apud eos ægrotare, ubi eis quo baptizenē nemo subueniat. Sed illi, inquit, habēt etiam propria peccata quorū indigeant remissione, quæ si dimissa non fuerint, nemo eos recte dicet immerito plecti, pro ijs quæ in sua uita sua uoluntate cōmiserint. Illa uero anima cui quędā contagio tracta de carne peccati, si de illa prima anima peccatrice non creata est, nullo modo imputari potest: neq; em ullo peccato, sed natura qua sic facta est, & deo dāte carni data est: cur alienabiť ab æterna uita si baptizādo infanti nemo subueneritť An forte nihil oberitť Quid ergo, p dest ei cui subueniť, si nihil obest, cui nō subueniť? Hic pro sua causa quid respōdere possint, qui secūdū scripturas sanctas, uel quod apud eas inueniať, uel quod eis non aduersetť, conanť asserere animas nouas, non de parētibus tractas corporibus dari, nōdū me audisse, uel uspiā legisse fateor. Nō ideo sane absentiū negotiū deferendum est, si quid mihi quo adiuuari uideať, occurrerit. Possunt em adhuc dicere, deum præsciū, quomodo quæq; anima uictura esset, si diutius in corpore uiueret: eiq; p curare lauacri salutaris ministrationem, cuius futuram fuisse præuidet pietatē, cū ad annos fidei capaces ueniret, si nō eum oporteret propter aliquā occultā causam morte præueniri. Occultū itaq; est atq; ab humano, uel certe ab ingenio meo remotissimum, cur nascatur infans, uel cōtinuo uel cito moriturus. Sed hoc ita occultū est, ut neutros adiuuet, de quorū nūc sententijs disceptamus: Illa enim explosa opinione qua putant animę pro anteactæ uitę meritis in corpora detrudi, ut ea citius solui meruisse uideať, quæ nō multa peccauerat, ne cōtradicamus Apostolo, ni *Rom. 9* hil nondū natos boni uel mali egisse testāti: nec illi qui animæ traducē affirmāt, possunt pro se ostēdere, cur aliorū mors accelereť, retardeť aliorū: nec qui eas dari nouas uolūt singulas singulis. Occulta ergo ista causa est, & utrisq; pariter, quantū existimo, nec suffragať nec aduersatur. Proinde *De anima & baptismo infantium ipsius. XVI* qui de infantiū mortibus urgebanť, cur omnibus sit necessarium baptismi sacramentū, quorū animæ non ex illa ductę sunt cuius inobedientia peccatores cōstituti sunt multi: cū respondent peccatores quidē cōstitutos omnes secundū carnē, secundū animā uero nō nisi eos qui eo tempore male uixerūt, quo & bene potuissent: Omnes autem animas, hoc est infantiū, ideo habere necessarium baptismi sacramentū, sine quo ex hac uita etiā in illa ætate emigrare nō expedit, quia cōtagio peccati ex carne peccati qua obruitur anima, cū his inseriť membris, oberit ei post mortem, nisi cum adhuc in ipsa carne est, sacramēto mediatoris expieť: eiq; diuinitus hoc auxiliū procurari, quam deus prescijt si usq; ad annos fidei cōgruos hic uiueret pie fuisse uicturā, quā propter aliquid quod ipse nouit & nasci uoluit in corpore, & cito extra xit è corpore. Cū ergo hæc respōdent, quid eis cō tradici potest, nisi incertos nos eorū salutis fieri, qui hac uita bene gesta, in Ecclesiæ pace defuncti sunt

sunt: si nō solum secundū id quod quisq; uixit, uerumetiā secūdū id quod uicturus esset, si amplius A uiuere potuisset, quisq; iudicandus est: quādoquidem ualēt apud deū merita mala, non tantū prętritorū, sed futurorū etiam delictorū, à quorū reatu nec mors liberat, si anteq; fuerint cōmissa prouenerit, nec aliquid ei præstitū est, qui raptus est, ne malitia mutaret intellectū eius. Deus em præscius illius futuræ malitiæ, cur non eum secundū ipsam potius iudicaturus est: si morituræ animæ infantis ne obesset ei ex corpore peccati particípata colluuies, ideo subueniendum iudicauit per baptismū, quia præsciuit eam si uiueret, pie fideliterq; fuisse uicturā? An ideo potius refelli hoc inuentū potest, quia meū est: illi autē qui de hac sententia certos se esse cōfirmant, alia fortasse p ferūt uel testimonia scripturarū, uel documenta ratio- B num, quibus hāc auferant ambiguitatē: uel certe ostēdant nō esse cōtra id quod sentiūt illud Apostoli, quo gratiā qua salui efficimur magna intentione cōmendans, ait, Sicut in Adam omnes moriunť, sic & in Christo omnes uiuificabunť: Sicut *1 Cor. 15* per inobedientiā unius hominis peccatores cōstituti sunt multi, sic p obediētiā unius hominis iusti cōstituenť multi: Eosdēq; multos peccatores, non quibusdā exceptis, sed omnes intelligi uolens, superius ait de Adam, In quo omnes peccauerunt: unde utiq; infantiū animas nō posse secerni, & eo quod dictū est, omnes, & eo q̄d eis per baptismū subueniť, nō absurde credūt, qui animas ex uni⁹ traduce sapiūt, nisi aliqua manifesta et liquida uel ratione quę scripturis sanctis nō repugnet, uel ea C rum ipsarū scripturarū autoritate redarguantur.

Iam itaq; uideamus quantū susceptі huius operis necessitas patiť, quale etiā illud sit quod paulo *XVII* ante distulimus. Scriptū est em in libro sapiētiæ, Puer aūt eram ingeniosus, & sortitus sum animā bonā, & cū essem magis bonus, ueni ad corpus in coinquinatū. Cū enim uideať illos adiuuare hoc testimoniū, qui non ex parētibus creari, sed uenire ad corpus uel descendere deo mittente animas dicūt: rursus hoc impedit eorū sententiam, quod ait, Sortitus sum animā bonā: cū, p culdubio uel ex uno fonte manare quodammodo tanquā riuulos, uel pari natura fieri animas credunt, quas deus mittit in corpora: non autem alias bonas uel magis bonas, et alias nō bonas uel minus bonas. D Vnde em bonę aut magis bonę, seu nō bonæ, aut minus bonę animę, nisi uel moribus secundū liberū uolūtatis arbitriū, uel differētia tēperaturę corporū, dum aliæ magis aliæ minus grauanť corpore, quod corrūpit & aggrauat animā? Sed neque actio erat aliqua singularū quarumq; animarum, qua earum mores discernerenť antequā uenirent ad corpora: nec ex corpore minus grauante potuit iste dicere animā suam bonā, qui ait: Sortitus sum animā bonam, & cū essem magis bonus, ueni ad corpus incoinquinatū. Accessisse enim dixit bonitati, quia bonus erat, sortitus uidelicet animā bonā, ut etiā ad corpus incoinquinatū ueniret. Aliūde ergo bonus antequam ueniret ad corpus. Sed utiq; nō differentia morū, quia nullū antea uitæ gestę meritum: non differentia corporis, quia prius bonus q̄ ueniret ad corpus: Vnde igitur? Hoc aūt illis qui ex traduce animæ illius præuaricatricis animas creari asserūt, quāuis pro eis sonare nō uideatur, quod dictū est, Veni ad corpus: tamen in cæteris non incōgrue coaptatur: ut cū dixisset, Puer autē eram ingeniosus, idipsum explicās quibus causis ingeniosus esset, cōtinuo subiūgeret, Et sortitus sum animā bonam, uidelicet ex paterno ingenio uel corporali temperamēto. Deniq; cum essem, inquit, magis bonus, ueni ad corpus incoinquinatum: quod si maternū intelligat, ne hoc quidē quod dictū est, ueni ad corpus, huic opinioni refragabiť, cū ex anima & corpore paterno uenisse ad maternū corpus accipiť incoinquinatū: uidelicet uel à cruore mēstruo: dicunť enim ex hoc ingenia grauari: uel à cōtaminatione adulterina. Ita & hæc uerba libri huius, aut magis eis fauent qui animarū traducē loquunť, aut si & isti ea possunt pro se interpretari, inter utrosq; alternāt. Quæ si de domino secundū humanam quæ à uerbo assumpta est creaturam uelimus accipere, sunt quidem in eadem circūstantia *Anima Christi. XVIII* lectionis, quæ illi excellentię nō cōueniant: maxime illud, quia idem ipse qui hoc in eodē libro loquiť, aliquāto superius cum ista uerba de quibus nūc agimus diceret, cōfessus est se ex femine uiri in sanguine coagulatū: à quo nascēdi modo utiq; alienus est Virginis partus, quā nō ex semine uiri carnē cōcepisse Christi, null⁹ ambigit Christia nus. Sed quia in Psalmis, ubi ait: Foderūt manus *Psal. 21* meas et pedes meos, dinumerauerūt omnia ossa mea: Ipsi uero cōsiderauerūt & cōspexerūt me, diuiserūt sibi uestimenta mea, et super uestē meā miserūt sortē: quæ p prie illi uni congruūt: ibi etiā dixit: Deus deus meus respice in me, ut quid me dereliquisti, lōge à salute mea uerba delictorū meorum: quæ rursus ei nō cōueniūt, nisi transfiguranti in se corpus humilitatis nostræ, quoniā mēbra sumus corporis eius, Et quia in ipso Euāgelio, puer, p ficiebat ætate & sapientia: sic possunt etiā ista quæ circa hanc sententiā in libro sapientiæ leguntur, propter humilem formā serui, & unitatē corporis Ecclesiæ cū capite suo, eidem ipsi domino *Lucæ 2* coaptari. Quid ingeniosius illo puero, cuius in annis duodecim seniores sapientiā mirabantur? Et quid illa anima melius? Quæ etiam si uincant nō certando, sed probādo, qui animarū traducē affirmant: nō erit cōsequēs ut etiā ipsa ex illius prauaricatoris traduce uenisse credēda sit: ne per illius hominis inobedientiā etiā ipse peccator cōstituatur, p cuius unius obedientiā ab illo reatu liberati, iusti cōstituunť multi. Et q̄d incoinq̄natius illo utero Virginis, cui⁹ caro etiā si de peccati p pagatione uenit, nō tamē de peccati p pagine cōcepit, ut ne ipsum quidē corpus Christi ea lex seuerit in utero Mariæ, quæ in mēbris posita corporis mortis, repugnat legi mentis: quā sancti patres coniugati refrenātes, non quidē nisi quousq; licebat, in cōcubitū relaxauerunt, nec tamen tantummodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quouſq; licebat eius impetũ pertulerũt. Proinde corpus Chriſti quãuis ex carne fœminæ aſſumptum eſt, quæ de illa carnis peccati propagine cõcepta fuerat: tamẽ quia non ſic in ea cõceptũ eſt, quõ fuerat illa cõcepta, nec ipſa erat caro peccati, ſed ſimilitudo carnis peccati. Non enim accepit inde reatũ moriendi, qui apparet in motu carnis non uolũtario, quamuis uolũtate ſuperãdo, aduerſus quẽ ſpiritus cõcupiſcit: ſed accepit inde nõ quod cõtagioni præuaricationis, ſed qd exoluendæ indebitæ morti, & oſtẽdendæ promiſſę reſurrectioni ſufficeret: quorũ unũ nobis ad non timendũ, alterũ ad ſperandũ ualeret. Deniq; ſi à me quæratur, unde acceperit animã Ieſus Chriſtus, mallem quidẽ hinc audire meliores atq; doctiores, ſed tamẽ pro meo captu libentius reſponderim, nõ de Adam, q̃ de Adam. Si enim puluis aſſumptus ex terra in qua nullus hominũ fuerat operatus meruit diuinitus animari, quanto magis corpus aſſumptũ ex carne in qua itidẽ nullus hominũ fuerat operatus, ſortitũ eſt animã bonã, cũ illic erigeret caſurus, hic deſcẽderet leuaturus. Et fortaſſe ideo ait, Sortitus ſum animam bonam: ſi tamen hoc de illo oportet intelligi, quia ſolẽt quę ſorte danẽ diuinitus dari: aut quod fideliter dicendum eſt, ne uel illa anima aliquibus operib. præcedentibus ad tantũ apicem ſubuecta putaretur, ut cũ ea uerbum caro fieret, et habitaret in nobis, ad auferẽdam ſuſpitionẽ præcedentiũ meritorũ, ſortis nomen acceſsit. Eſt in epiſtola quæ inſcribitur ad Hebræos locus quidam diligẽti conſideratiõe dignisſimus. Cũ em̃ p Melchiſedech in quo huius rei futurę figura præcelleret diſcerneretur ſacerdotium Chriſti à ſacerdotio Leui: Videte ergo, inquit, qualis hic eſt cui & decimam partẽ Abraham dedit de primitijs patriarcha. Et ij quidẽ qui de filijs ſunt Leui ſacerdotiũ accipientes, mãdatum habent à decimis populi ſecundũ legem, hoc eſt à fratribus ſuis, quãuis & ipſi ex lumbis Abrahæ exierint. Qui aũt non eſt ex genere eorum, decimauit Abraham, & habentẽ promiſsionem benedixit. Sine ulla aũt contradictione qui minor eſt à maiore benedicit̃: & hic quidem decimas morientes homines accipiũt, ibi autẽ qui teſtificat̃ ſe uiuere, & ſicut oportet dicere, propter Abrahã & Leui accipiẽs decimã decimatus eſt: adhuc em̃ in lũbis patris ſui fuit. Si ergo etiã hoc ualet ad iſtam diſtantiã quantũ præemineat ſacerdotio Leuitico ſacerdotiũ Chriſti, quod ſacerdos Chriſtus per illum præfiguratus eſt, qui decimauit Abraham, in quo & ipſe Leui decimatus eſt, profecto Chriſtus ab eo non eſt decimatus. At ſi ꝓpterea decimatus eſt Leui, quia erat in lũbis Abrahę: et ꝓpterea nõ eſt decimatus Chriſtus, quia nõ erat in lumbis Abrahæ. Porrò autẽ ſi nõ ſecũdum animã, ſed tantũ ſecundũ carnem accipimus Leui fuiſſe in Abrahã, ibi erat et Chriſtus, quia et Chriſtus ſecundũ carnẽ ex ſemine eſt Abrahę, et ipſe itaq; decimatus eſt. Quid eſt ergo quod affertur, ꝓ magna differentia ſacerdotij Chriſti à ſacerdotio Leui, quod Leui decimatus eſt à Melchiſedech cũ eſſet in lumbis Abrahæ, ubi & Chriſtus erat, unde pariter decimati ſunt: niſi quia neceſſe eſt, intelligamus ſecundũ aliquẽ modũ ibi Chriſtũ nõ fuiſſe? Quis aũt neget eũ ſecundũ carnẽ ibi fuiſſe? Ergo ſecundũ animã ibi nõ fuit. Nõ eſt igitur anima Chriſti de traduce pręuaricatiõis Adę, alioquin etiã ipſa ibi fuiſſet. Hinc exiſtũt illi qui traducẽ animarũ defendũt, & dicũt cõfirmatam eſſe ſententiã ſuam, ſi Leui cõſtat etiã ſecundũ animam fuiſſe in lũbis Abrahæ, in quo eũ decimauit Melchiſedech, ut poſsit ab eo Chriſtus in iſta decimatione diſcerni: qui quoniã decimatus non eſt, & tamẽ in lumbis Abrahæ ſecũdũ carnẽ fuit, reſtat ut ſecũdũ animã ibi nõ fuerit, & ideo ſit cõſequẽs ut ibi Leui ſecundũ animã fuerit. Hoc ad me nõ multũ attinet, qui utrorũq; collationẽ adhuc audire ſum paratior, q̃ utrorũlibet iam cõfirmare ſententiã. Interim Chriſti animã ab origine huius traducis ꝓ hoc teſtimoniũ ſecernere uolui. Inueniẽt iſti qui eis ꝓ cæteris fortaſſe reſpõdeãt, & dicãt quod etiã me nõ parũ mouet, quãuis nullius hominis anima ſit in lumbis patris ſui, ſecundũ carnẽ tamen in lũbis Abrahæ conſtitutũ Leui decimatũ, & ibi cõſtitutũ ſecundũ carnẽ Chriſtũ nõ decimatũ. Secundũ rationem quippe illam ſeminalẽ ibi fuit Leui, qua ratione per cõcubitũ uẽturus erat in matrẽ, ſecundũ quam rationẽ nõ ibi erat Chriſti caro, quãuis ſecundũ ipſam ibi fuerit Mariæ caro. Quapropter nec Leui nec Chriſtus in lũbis Abrahę ſecundũ animã, ſecundũ carnem uero & Leui & Chriſtus: ſed Leui ſecundũ cõcupiſcentiã carnalem, Chriſtus autẽ ſecundũ ſolam ſubſtantiã corporalẽ. Cũ enim ſit in ſemine & uiſibilis corpulentia & inuiſibilis ratio, utrũq; cucurrit ex Abrahã uel etiã ex ipſo Adam uſq; ad corpus Mariæ, quia & ipſum eo modo cõceptum & exortũ eſt: Chriſtus autẽ uiſibilem carnis ſubſtantiam de carne Virginis ſumpſit, ratio uero cõceptionis eius nõ à ſemine uirili, ſed longe aliter ac deſuper uenit. Proinde ſecundũ hoc quod de matre accepit, etiã in lumbis Abrahæ fuit. Ille eſt igitur decimatus in Abrahã, qui licet ſecundũ carnem tantũ, ſic tamẽ fuit in lumbis eius, quẽadmodum in ſui patriſetiã ipſe Abrahã: id eſt qui ſic eſt natus de patre Abrahã, quẽadmodũ de ſuo patre natus eſt Abrahã: per legẽ ſcilicet in mẽbris repugnantem legi mentis & inuiſibilem cõcupiſcentiam, quãuis eam caſta & bona iura nuptiarũ nõ ſinãt ualere, niſi quantũ ex ea poſſunt generi ſubſtituendo, ꝓſpicere. Nõ autẽ & ille ibi decimatus eſt, cuius caro inde nõ feruorẽ uulneris, ſed materiam medicaminis traxit. Nam cum ipſa decimatio ad præfigurandã medicinã ꝓtinuerit, illud in Abrahę carne decimabat̃ quod curabat̃, nõ illud unde curabat̃. Eadẽ nanq; caro nõ Abrahæ tantum, ſed ipſius primi terreniq; hominis ſimul habebat & uulnus pręuaricatiõis & medicamẽtum uulneris. Vulnus pręuaricatiõis in lege mẽbrorũ repugnãte legi mẽtis, quæ per omnẽ inde propagatã carnẽ ſeminali ratiõe quaſi tranſcribit̃: Medicamentũ autem uulneris in eo quod inde ſine opere

Anima Chriſti non ex traduce Adam
Cap. XIX

An Chriſtus in lũbis Abrahæ ſecundũ animam XX

Sap. 6

3 ſen. diſt. 3 c. cum autem

ope cõcupiſcentiali in ſola materia corporali per diuinã cõceptionis formationiſq; rationẽ de uirgine aſſumptũ eſt, propter mortis ſine iniquitate cõſortiũ, & ſine falſitate reſurrectionis exemplũ. Quapropter ꝙ anima Chriſti nõ ſit ex traduce animę illius primę pręuaricatricis, puto ꝙ etiã ipſi qui animarũ traducẽ defendũt, conſentiãt. Per ſemen quippe cõcumbentis patris transfundi etiã ſemẽ animę uolũt, à quo genere cõceptiõis Chriſtus alienus eſt, & ꝙ in Abrahã ſi ſecundũ animã fuiſſet, etiã ipſe decimatus eſſet. Non eſſe aũt decimatũ ſcriptura teſtat̃, quæ hinc quoq; ſacerdotiũ eius à Leuitico ſacerdotio diſtinguit. An forte dicent, ſicut potuit ibi eſſe ſecundũ carnẽ & nõ decimari, cur nõ etiã ſecundũ animã ſine decimatione potuerit? Ad hoc reſpõdeẽ, Quia utiq; ſimpliciẽ animę ſubſtantiã incrementis augeri corporalibus nec illi putauerũt qui eam corpus exiſtimant, quorũ in parte ſunt maxime, qui eam ex parentib. creari opinanẽ. Proinde in corporis ſemine poteſt eſſe uis inuiſibilis, quæ incorporaliter numeros agit, nõ oculis ſed intellectu diſcernẽda ab ea corpulentia quæ uiſu tactuq; ſentit̃: & ipſa quãtitas corporis humani, quę utiq; modulũ ſeminis incõparabiliter excedit, ſatis oſtẽdit poſſe inde aliquid ſumi, quod nõ habeat illã uim ſeminalem, ſed tantũ corporalẽ ſubſtantiã, quę diuinitus nõ de ꝓpagine concũbentiũ in carnẽ Chriſti aſſumpta atq; formata eſt. Hoc autẽ de anima quis ualeat affirmare, ꝙ utrũq; habeat, & materiã ſeminis manifeſtã, & rationẽ ſeminis occultã? Sed qd laborẽ in re, quæ ꝓſuaderi uerbis hemini forſitan poteſt, niſi ſi tantũ ac tale ingeniũ ſit, quod poſſit loquẽtis prœuolare conatũ, nec totũ expectare à ſermone? Breuiter itaq; colligã, ſi potuit & de anima fieri, quod cũ de carne diceremus forſitã intellectũ ſit, ita eſt de traduce anima Chriſti, ut nõ ſecum labẽ præuaricatiõis attraxerit. Si autẽ ſine iſto reatu nõ poſſet inde eſſe, nõ eſt inde. Iã de cętera rũ animarũ aduẽtu, utrũ ex parentibus an deſuper ſit, uincãt qui poterũt. Ego adhuc inter utroſque ambigo et moueor, aliquãdo ſic, aliquãdo autem ſic, ſaluo eo dũtaxat, ut uel corpꝰ eſſe animã, uel aliquã corporeã qualitatẽ ſiue coaptationẽ, ſi ita dicẽda eſt, quã Græci harmoniã uocant, non credam, nec quolibet iſta garriente me crediturũ eſſe confidã, adiuuãte deo mentẽ meã. Eſt aliud teſtimoniũ nõ negligẽdũ, quod pro ſe poſſunt ꝓferre, qui uenire deſup animas credũt, dicẽte ipſo dño, Quod natũ eſt ex carne caro eſt, quod natũ eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. Quid hac, inquiũt, ſentẽtia determinatius, nõ poſſe ex carne animã naſci, & quid em̃ eſt aliud anima q̃ ſpũs uitæ creatus utiq; nõ creator? Cõtra quos illi alij: Quid em̃, inquiunt, nos aliud ſentimus, qui dicimus carnẽ ex carne, animã ex anima? Nam ex utroq; cõſtat homo, de quo utrũq; uenire ſentimus, carnẽ de carne operantis, ſpiritũ de ſpiritu cõcupiſcẽtis: ut in ne operantis, ſpiritũ de ſpiritu cõcupiſcẽtis: ut interim omittat quod illud dominus nõ de carnali generatiõe, ſed de ſpirituali regeneratiõe dicebat. His igit̃ quantũ pro tẽpore potuimus pertractatis, omia paria uel penè paria ex utroq; latere rationũ teſtimoniorũq; monumẽta ꝓnunciarẽ, niſi eorũ ſententia qui animas ex parẽtibus creari putãt, de baptiſmo paruulorũ prępoderaret. De quibus quid eis reſpõderi poſſit, nondũ mihi interim occurrit. Si quid forte poſtea deus dederit, ſi quã etiã ſcribẽdi cõceſſerit facultatẽ ſtudioſis taliũ nõ grauabor. Nũc tamẽ nõ eſſe contẽnendũ teſtimoniũ paruulorũ, ut quaſi refelli ſi ueritas contra eſt negligatur, ante denũcio. Aut em̃ de hac re nihil quęrẽdũ eſt, ut ſufficiat fidei noſtræ ſcire nos quo pie uiuẽdo uẽturi ſumus, & ſi neſciamus unde uenerimus: Aut ſi nõ impudẽter æſtuat anima rationalis, etiã hoc noſſe de ſeipſa, abſit puicacia contendendi, aſſit diligẽtia requirẽdi, humilitas petẽdi, pſeuerantia pulſandi: ut ſi nobis hoc expedire nouit, qui melius q̃ nos qd nobis expediat utiq; nouit, det etiã hoc, qui nouit dare bona data filijs ſuis. Cõſuetudo tamẽ matris Eccleſiæ in baptizãdis paruulis nequaq̃ ſpernẽda eſt, neq; ullo modo ſupflua deputãda, nec omnino credẽda niſi Apoſtolica eſſet traditio. Habet em̃ & illa parua ætas magnũ teſtimonij põdus, quę prima pro Chriſto meruit ſanguinẽ fundere. Admoneo ſane quantũ ualeo, ſi quos iſta præoccupauit opinio, ut animas ex parẽtibus credant, ꝓpagari, quantũ poſſunt ſeipſos cõſiderent, & interim ſapiant corpora nõ eſſe animas ſuas. Nulla em̃ ꝓpior natura eſt, qua diligẽter inſpecta poſſit etiã deꝰ qui ſupra omnẽ creaturã ſuam incõmutabilis ꝑmanet, incorporaliter cogitari, q̃ ea quę ad ipſius imaginem facta eſt: et nihil uicinius, aut fortaſſe nihil tã cõſequens, q̃ ut credito ꝙ anima corpus ſit, etiã deus corpus eſſe credat̃. Propter hoc em̃ corporalib. aſſuefacti & affecti ſenſibus, nolũt animam credere aliud eſſe q̃ corpus, ne ſi corpus nõ fuerit nihil ſit. Ac ꝓ hoc tãto magis timẽt etiã de deo credere ꝙ corpus nõ ſit, quãto magis timẽt deũ credere nihil eſſe. Ita em̃ ferunt̃ in phãtaſias uel phãtaſmata imaginũ, quę cogitatio de corporib. uerſat, ut his ſubtractis tanq̃ ꝓ inane pereundũ ſit reformidẽt: Ita neceſſe eſt ut & iuſtitiã & ſapientiã pingant quodãmodo in cordibus ſuis cũ formis & coloribus quas nõ poſſunt incorporeas cogitare. Nec tamẽ dicũt quãdo iuſtitia uel ſapiẽtia mouent̃, ut uel laudent eas, uel ſecũdum eas aliquid agãt, quẽ colorẽ, quã ſtaturam, quæ liniamẽta uel quales formas conſpexerint. Sed de his alias & multa iam diximus, & ſi deus uoluerit, ubi res uidebit̃ poſtulare, dicem⁹. Nũc quod dicere cœperamus, ſi de traduce animarũ à parentib. uel non dubitãt quidã quod ita ſit, uel dubitãt an ita ſit, animã tamẽ corpus eſſe nõ audeãt credere aut dicere: maxime, ꝓpter q̃d dixi, ne deũ quoq; ipſum nihil aliud opinenẽ eſſe q̃ corpus, etſi excellẽtiſſimũ, etſi naturę cuiuſdã, ꝓriæ cætera ſupgredientis, corpus tamẽ. Deniq; Tertullianus quia corpus eſſe animã credidit, nõ ob aliud niſi ꝙ eam in corporeã cogitare nõ potuit, & ideo timuit ne nihil eſſet ſi corpus nõ eſſet, nec de deo ualuit aliter ſapere: qui ſanè quoniã acutus eſt, interdũ contra

2 retra. ca. 33

Cõſuetudo Eccle.

Opinatores monentur Ca. XXIIII

Error Tertul liani de anima Cap. XXV

Universidad de Deusto
Biblioteca

opinionē suam uisa ueritate superaꝛ. Quid enim uerius dicere potuit ꝙ id ꝙd ait quodā loco, oīe corporale passibile est: Debuit ergo mutare sententiā, qua paulo supius dixerat etiā deū corpus esse. Neq; em̄ arbitror eū ita despuisse, ut etiā dei naturā passibilē crederet, ut iā Christus nō in carne tantū, neq; in carne et anima, sed in ipso uerbo ꝓ quod facta sunt oīa, passibilis & cōmutabilis esse credaꝛ, quod absit à corde Christiano. Itē cū animę etiā colorē daret aereū ac lucidū, uentū est ad sensus quib. eā mēbratim quasi corpꝰ instituere conatus est, & ait, Hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter unus, habens et ille oculos et aures suas quibꝰ populus deū audire & uidere deberat, habēs et cęteros artus ꝓ quos in cogitationib. utiꝫ, et in somnis fungiꝫ. Ecce quibus auribꝫ. et ꝙbus oculis debuit audire et uidere deū populus, quibus anima in somnis fungiꝫ: cū si ipsum Tertullianū quisꝫ uideret in somnis, nunꝫ se diceret ab eo uisum & cū eo locutū, quē uicissim ipse nō uidisset. Postremo si anima seipsam uidet in somnis, cū iacētib. utiꝫ uno in loco mēbris corporis sui, ipsa ꝓ uarias imagines euagaꝛ quas uidet, quis eā uidit aliquando in somnis aerei coloris ac lucidi, nisi forte ut cętera quę similiter falso uidet: Nam & hoc potest uidere, sed absit ut eam talē cū euigi lauerit credat: Alio ꝙn quādo se aliter uiderit, ꝙd magis crebrū est, aut mutata erat anima eius, aut nec tūc animę uideꝛ substātia, sed imago corporis incorporea, quæ miro modo sic in cogitatiōe formaꝛ. Quis em̄ Aethiops nō penè semper nigrū se uidet in somnis: aut si in alio colore se uidit, nō magis miratus est, si fuit cū illo memoriaꝛ. Aereo tamen colore ac lucido nescio utrū se unꝗ uidisset, si nunꝗ istū legisset uel audisset. Quid ꝙ ducūtur homines talibus uisis, et de scripturis nobis uolūt prędicribere, tale aliquid esse, nō animā, sed ipsum deū, qualis figuraliter sanctorū spiritib. demōstratus est, qualis etiā in sermone allegorico ponit. Si milia quippe sunt illa uisa talib. dictis: ac sic errāt cōstituētes in corde suo simulacra uanæ opinionis, nec intelligētes ita sanctos de suis uisis talib. iudicasse, qualiter iudicarēt si talia diuinitus in figuris dicta legerēt uel audirēt: sicut septē spicæ et septē boues, septē anni sunt: sicut linteū quatuor lineis alligatū, uelut discus plenus uariꝭ animalibus, orbis terrarū est cum omnib. gentibus: sic omnia cętera, & multo magis quę de rebus incorporeis, corporalib. significant nō rebus sed imaginib. Noluit tamē Tertullianus animā crescere substātia sicut corpus: asserēs etiam timoris sui causam ne etiā decrescere substātia dicaꝛ, inquit, atq; ita et defectura credaꝛ. Et tamē quia ꝓ corpus eam localiter tēdit, nō inuenit exitū incrementorū eius, quā uult de semine exiguo æquari corporis quātitati, & ait, Sed uis eius in quo naturalis peculia cōsita retinent, saluo substātię modulo, quo è primordio inflata est, paulatim cū carne ꝓducit in mēbris. Hoc forte nō intelligeremus, nisi adhibita similitudine eorū quę uidemus planū faceret quod dicebat, Cōstitue, inquit, certū pōdus auri uel argenti rudem adhuc massam: Collectus habitus est illi & futuro, interim minor, tamē cōtinens intra lineā moduli totū quod natura est auri uel argēti. Dehinc cū in laminā massa laxaꝛ, maior efficiꝛ initio suo, per dilatationē pōderis certi, nō per adiectionē, dū extendiꝛ, nō dum augeꝛ, et sic quoq; augeꝛ dū extendiꝛ. Licet em̄ et habitu augeri, cū statu nō licet. Tūc & splendor ipse plubet auri uel argēti, qui priꝰ fuerat quidē et in massa, sed obscurior, nō tamē nullus. Tunc & alīj atq; alīj habitus accedūt, ꝓ facilitate materiæ, qua duxerit eam qui agit, nihil cōferēs modulo nisi effigiē. Ita & animę incremēta reputāda, nō substātiua sed, puocatiua. Quis hūc crederet cū isto corde tam disertū esse potuisse? Sed tremenda ista sunt, nō ridenda. Ad hoc em̄ nunꝫ cogereꝛ, si aliquid cogitare posset, quod & sit & corpus nō sit. Quid aūt absurdius ꝙ putare massam cuiuspiā metalli ex aliqua parte crescere posse dum tundiꝛ, nisi de crescat ex altera: uel augeri latitudine nisi crassitudine minuaꝛ? Aut ullū esse corpus manēte naturæ suæ quantitate, ꝙd undiq; crescat nisi rarescat? Quō igiꝛ implebit anima ex illa stilla seminis magnitudinē corporis ꝙd animat, si & ipsa corpus est, cuius substātia nullo accessu crescat? Quō, inquā, implebit carnē quā uiuificat, nisi tāto rarior fuerit, quāto grandius quod animauerit? Timuit uidelicet, ne deficeret etiā minuendo si crescęret: & nō timuit ut deficeret rarescēdo cū nō crescęret. Sed quid amplius immorer, quādo & sermo ꝓgit in prolixiorē modū ꝙ petit terminādi necessitas, et sententia mea iam satis sit nota, uel quid certum teneā, uel unde adhuc dubitem, & quare dubitem: Proinde & hoc uolumen iam cōcludaꝛ, ut quę sequunꝫ deinde uideamus.

Substantiā animæ nō crescere, aut decrescere XXVI

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM
LIBER XI

Serpētis dolus & persuasio Caput I

T erant nudi Adam & mulier eius, et nō pudebat illos. Serpēs aūt erat prudentissimus omniū bestiarū quæ sunt sup terrā, quas fecit dñs deus. Et dixit serpens mulieri: Quid, quia dixit dñs deus, non edetis ab illo ligno paradisi? Et dixit mulier serpēti, A fructu ligni quod est in paradiso edemus, de fructu aūt ligni quod est in medio paradisi, dixit deus, nō edetis ex eo neq; tāgetis illud, ne moriamini. Et dixit serpens mulieri. Nō morte moriemini: Scit em̄ deus, quoniā qua die māducaueritis de eo, aperient uobis oculi, & eritis tanꝗ dij, sciētes bonū & malū. Et uidit mulier quia bonū est lignū ad escā, & quia placet oculis uidere, & decorū est cognoscere. Et sumēs de fructu eius edit, & dedit uiro suo secū, & ederūt, Et aperti sunt oculi amborū, & agnouerunt quia nudi erāt, & cōsuerūt folia fici, & fecerūt sibi cāpestria. Et audierūt uocē dñi dei deambulantis in paradiso ad uesperā, & abscōderunt se Adam & mulier eius à facie domini dei in medio ligni paradisi

radisi. Et uocauit dominus deus Adam, & dixit illi, Vbi es? Et dixit ei, Vocē tuā audiui deambulātis in paradiso, & timui, quia nudus sum, et abscōdi me. Et dixit illi: Quis nunciauit tibi quia nudus es, nisi à ligno quod præceperā tibi tantū ne ex eo māducares, ab eo edisti? Et dixit Adā: Mulier quā dedisti mecū, hæc mihi dedit de ligno, & edi. Et dixit dñs deus mulieri: Quid hoc fecisti? Et dixit mulier: Serpēs seduxit me, & manducaui. Et dixit dñs deus serpēti: Quia fecisti hoc, maledictus tu ab omnib. pecoribus, & ab omnib. bestijs quę sunt sup omnē terrā. Super pectus tuū & uentrē tuū ambulabis, & terrā edes omēs dies uitæ tuæ, Et inimicitias ponā inter te & inter mulierem, & inter semē tuum & semē eius: Ipsa tibi seruabit caput, & tu seruabis eius calcaneū. Et mulieri dixit: Multiplicās multiplicabo tristitias tuas & gemitū tuū. In tristitijs paries filios, & ad uirū tuū cōuersio tua, & ipse tui dominabiꝛ. Adæ autē dixit: Quia audisti uocē mulieris tuæ, & edisti de ligno de quo præceperā tibi de eo solo nō edere, maledicta terra in opibus tuis. In tristitijs edes illā omnes dies uitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi, & edes fœnū agri, In sudore uultus tui edes panē tuū, donec cōuertaris in terram ex qua sumptus es, quia terra es, & in terrā ibis. Et uocauit Adā nomē mulieris suæ Eua, id est Vita, quoniā hæc est mater omniū uiuentiū. Et fecit dominus deus Adā et mulieri eius tunicas pelliceas, et induit eos. Et dixit dominus deus: Ecce Adam factus est tanꝗ unus ex nobis in cognoscēdo bonū & malū. Et nūc ne aliquādo extēdat manū suā & sumat de ligno uitæ & edat & uiuat in æternū. Et dimisit illū dominus deus de paradiso uoluptatis operari terrā, ex qua sumptus est. Et eiecit Adā, et collocauit eū cōtra paradisum uoluptatis, et ordinauit Cherubim, et flammeā rōpheam quę uertiꝫ, custodire uiā ligni uitæ. Anteꝗ huius ꝓpositæ scripturę textū ex ordine ꝓtractemus, admonēdum arbitror quod iam me et alibi in hoc ope memini prelocutū, illud à nobis esse flagitandū, ut ad ꝓprietatē literę defendaꝛ, quod gestū narrat ipse qui scripsit. Si aūt in uerbis dei uel cuiusquā pſonę in officiū ꝓpheticū assumptę dicit aliquid ꝙd ad literā nisi absurde nō possit intelligi, ꝓculdubio figurate dictū ob aliquā significationē accipi debet, dictū tamē dubitare phas non est: hoc em̄ fide narratoris & pollicitatiōe expositoris exigitur. Erāt ergo ambo nudi: uerū est, omnino nuda erant corpora duorū hominū in paradiso cōuersantiū, nec pudebat eos. Quid enim puderet quā do nullam legē senserāt in mēbris suis repugnantem legi mentis suæ, quæ illos pœna peccati post perpetrationē preuaricatiōis secuta est, usurpāte inobediētia, phibitū, et iustitia puniētes cōmissum. Quod anteꝗ fieret, nudi erāt ut dictū est, et nō cōfundebant. Nullus erat motus in corpore cui uerecūdia deberet: nihil putabāt uelandū, quia nihil senserāt refrenādū, quēadmodū ꝓpagaturi filios iam antea disputatū est. Non tamen eo modo credendum est quo propagauerūt posteaꝗ crimen admissum prędicta ultio cōsecuta est: cū priusquā morerent, iam in corpore inobedientiū hominū iustissimo reciprocatu inobedientiū mēbrorū tumultū mors cōcepta uersaret: Nondū erant tales Adā & Eua, cū nudi essent & nō cōfundebātur.

Sapiētia seruis pentis II

Serpēs autē erat ibi prudentissimus quidē, sed omniū bestiarū quę erant super terram quas fecerat dns deus. Trāslato enim uerbo dictū est, prudētissimus, uel sicut plures Latini codices habēt, sapiētissimus, nō ꝓprio quo in bonū accipi solet sapiētia uel dei uel angelorū uel animę rationalis: tanquā si sapiētes apes etiā formicas ꝙ dicamus, ꝓpter opera uelut imitātia sapientiā. Quanquam iste serpēs non irrationali anima sua, sed alieno iā spiritu, id est diabolico, posset sapiētissimus dici omniū bestiarū. Quantūlibet em̄ prævaricatores angeli de supernis sedibus suæ peruersitatis & superbiæ merito deiecti sint, natura tamē excellētiores sunt omnib. bestijs, ꝓpter ratiōis eminentiam. Quid ergo mirū si suo instinctu diabolus iam implens serpentē, eiꝰ spiritū suū miscens, eo more quo uates dęmoniorū implere solet, sapientiſimū eum reddiderat omniū bestiarū secundū animam uiuā, irrationalēꝗ uiuentiū? Abusione quippe nominis ita sapiētia dicit in malo, quēadmodū in bono astutia: cū proprie magisꝗ ulitate in Latina dū taxat lingua sapiētes laudabiliter appellent: astuti autē male cordati intelligant. Vnde nōnulli, sicut in pleriſꝗ codicibus inuenimus, ad usum Latinæ locutionis, nō uerbum sed potius sententiam trāsferentes, astutiorē omnib. bestijs istū serpentē ꝙ sapientiorē dicere maluerūt. Quid autē habeat Hebręa, ꝓprietas, utrum illic in malo, nō abusiue sed, ꝓprie posint dici & intelligi sapientes, uiderint qui eam probe nouerūt. Nos tamē apte legimus alio scripturarū sanctarū loco, sapiētes ad malum nō ad bonū: Et dominus dicit sapiētiores esse filios seculi filijs lucis, ad cōsulendū sibimet in posterū, quamuis fraude nō iure. Nec sanè debemus opinari quod serpentē sibi per quem tentaret pſuaderetq; peccatū diabolus eligeret: sed cū esset in illo, ꝓpter puersam & inuidam uoluntatē decipiēdi cupiditas, non nisi per illud animal potuit ꝓ quod posse pmissus est. Nocēdi em̄ uoluntas potest esse à suo quoq; animo praua, nō est autē potestas nisi à deo, & hoc abdita altaq; iustitia, quoniā nō est iniquitas apud deū. Si ergo quęriꝫ, cur deus tētari pmiserit hominē quē tentatori cōsensurū esse prescibat, Altitudinē quidē cōsiliꝭ eius penetrare nō possum, & lōge supra uires meas hoc esse cōfiteor. Est ergo aliqua causa fortasis occultior, quę melioribus sanctioribusq; reseruaꝛ, illius gratia potius ꝙ meritis eorū: sed tamen quantū uel donat sape uel sinit dicere, nō mihi uideꝛ magnę laudis futurū fuisse hominē si, ꝓterea posset bene uiuere, quia nemo male uiuere suaderet: cū & in natura posse, & in potestate habeat uelle nō cōsentire suadenti, adiuuāte tamen illo qui supbis resistit, humilibus aūt dat gratiam. Cur itaq; tentari nō sineret quem consensurū esse ipse præsciebat altitudine quidē cōsiliꝭ eius, cū id

Serpētis dolus & persuasio Caput I

Diabolus in serpente. III

Tentatio bominis quare permissa. IIII

Vtilitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

facturus esset, ꝓpria uolũtate per culpã, & ordinã
dus esset illius ęquitate per pœnã: ut etiã sic ostenderet animę superbæ ad eruditionẽ futurorũ sanctorũ, ꝙ recte ipse uteretur animarũ uolũtatib. etiã malis, cũ ille puerse uterentur naturis bonis. Nec arbitrandũ est ꝙ esset hominẽ deiecturus iste tẽtator, nisi ꝓcessisset in anima hominis quædã elatio cõprimenda, ut ꝑ humiliationẽ peccati, ꝙ de se falso ꝓsumpserit discereꝫ. Verissime quippe dictũ est: Ante ruinã exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur. Et huius forte hominis uox est in Psalmo: Ego dixi in abũdantia mea, non mouebor in æternũ. Deinde iam exptus quid mali habeat superba ꝓsumptio, ꝓprię potestatis, & quid boni adiutoriũ gratię dei: Domine, inquit, in uolũtate tua præstitisti decori meo uirtutẽ: Auertisti aũt faciem tuã à me, & factus sum cõturbatus. Sed siue illud de hoc homine, siue de alio dictũ sit, extollẽti se tamẽ animę, & nimiũ tanꝙ de ꝓpria uirtute ꝓsidenti, etiã experimẽto pœnæ fuerat demonstrandũ, quoniã nõ bene se habeat facta natura si à faciẽte recesserit. Hinc enim etiã maxime cõmendatur, quale bonũ sit deus, quãdo nulli ab eo recedẽti bene est: quia et qui gaudent in mortiferis uoluptatib⁹, esse sine dolorũ timore nõ possunt: & qui omino malũ desertiõis suę maiore supbiæ stupore nõ sentiũt, alijs qui hæc discernere nouerũt, miseriores prorsus apparẽt: ut si noluerint recipere medicinã talia deuitãdi, ualeant ad exemplũ quo possunt talia deuitari. Sicut enim apostolus Iacob⁹ dicit: Vnusquisq; tentat à cõcupiscẽtia sua abstractus et illectus. Deinde cõcupiscẽtia cũ cõceperit parit peccatũ, peccatũ aũt cum cõsummatũ fuerit generat mortẽ. Vnde sanato supbię tumore resurgit, si uolũtas quę ante experimentũ defuit ut permanereꝫ cũ deo, saltẽ post experimẽtum assit ut redeatur ad deũ. Sic autem quidam mouentur de hac primi hominis tentatione, quod eam fieri permiserit deus, quasi nunc nõ uideãt uniuersum genus humanũ diaboli insidijs sine cessatiõe tẽtari. Cur et hoc ꝓmittit deus? An quia ꝓbatur et exercet uirtus, et est palma gloriosior nõ cõsensisse tentatũ, ꝙ nõ potuisse tẽtari: cũ etiam ipsi qui deserto creatore eũt post tentatorẽ, magis magisq; tentẽt eos qui in uerbo dei ꝑmanent, præbeantq; illis cõtra cupiditatẽ deuitationis exemplũ, & incutiant cõtra superbiã timorẽ pium? Vnde dicit Apostolus: Intendens teipsum ne & tu tenteris. Mirũ est enim quantũ ista humilitas qua subdimur creatori, ne tanꝙ eius adiutorio nõ egẽtes, de nostris uiribus ꝓsumamus, per scripturas omnes diuinas cura cõtinua omnib. cõmendatur. Cũ ergo etiã per iniustos iusti, ac ꝑ impios pij, ꝓficiunt, frustra dicitur: Nõ crearet deus quos præsciebat malos futuros? Cur enim nõ crearet quos præsciebat bonis ꝓfuturos, ut & utiles eorũ bonis uolũtatib. exercendis admonẽdisq; nascant, & iuste pro sua mala uolũtate puniant? Talem, inquiũt, faceret hominem, qui nollet omnino peccare. Ecce nos concedimus meliorẽ esse naturã quæ omnino peccatem. Cap. VII re nolit: cõcedant & ipsi nõ esse malam naturam,

Quare tentator hominẽ deiecerit. V

Prouerb. 16
Psal. 29

Iacobi 1

Quare iniqui esse permittantur. Cap. VI

Gal. 6

2 sen. dist. 23 cap. 1

Cur deus non ademerit peccandi uoluntatem. Cap. VII

quę sic facta est ut posset nõ peccare si uellet, & iustam esse sentẽtiã qua punita est quæ uolũtate nõ necessitate peccauit. Sicut ergo ratio uera docet meliorẽ esse naturã quã prorsus nihil delectat illicitũ: ita ratio uera uerius nihilominus docet etiã illã bonam esse, quę habet in potestate illicitã delectationem si extiterit ita cohibere, ut nõ solũ de cæteris licitis rectęq; factis, uerũetiã de ipsius prauę delectatiõis cohibitiõe lætetur. Cũ ergo hæc natura bona sit, illa melior, cur illam solam & nõ utranq; potius faceret deus? Ac ꝑ hoc qui parati erãt de illa sola deũ laudare, uberius eũ debent laudare de utraq;. Illa quippe est in sanctis angelis, hæc in sanctis hominib. Qui aũt sibi partes iniquitatis elegerũt, laudabilẽq; naturã culpabili uoluntate deprauarũt, num quia ꝓsciti sunt, ideo creari minime debuerũt? Habẽt enim et ipsi locũ suũ, quem in rebus impleant pro utilitate sanctorũ. Nã deus nec iustitia cuiusquã recti hominis eget, quãto minus iniquitate puersi. Quis aũt sobria cõsideratiõe dicat, melius nõ creari, quẽ præsciebat ex alterius iniqtate posse corrigi, ꝙ creari et etiã quẽ præsciebat ꝓ sua iniquitate debere dãnari? Hoc est enim dicere, melius nõ esse qui alterius malo bene utẽdo misericorditer coronaretur, ꝙ esse etiam malũ qui pro suo merito iuste puniretur. Cum enim ratio certa demõstrat duo quædã non æqualia bona, sed unum supius, alterũ inferius, non intelligunt tardi corde cũ dicũt, utrũq; tale esse, nihil se aliud dicere ꝙ, solum illud esse. Ac sic cum ęquare uolũt genera bonorum, numerũ minuunt, & immodẽrate augẽdo unum genus, alterum tollunt. Quis aũt hos audiret, si dicerẽt, quoniã excellẽtior sensus est uidendi ꝙ audiendi, quatuor oculi essent & aures nõ essent? Ita si excellentior est creatura illa rationalis, quæ sine ullius pœnæ cõparatiõe, sine ulla superbia deo subdita: aliqua uero in hominibus ita creata est, ut in se dei beneficiũ nõ possit agnoscere, nisi alterius uidendo supplicium, ut non altum sapiat, sed timeat, id est, nõ de se præsidat, sed cõfidat in deum: quis recte intelligẽs dicat, talis esse ista qualis illa, nec uideat se nihil aliud dicere ꝙ non esse ista, sed sola esse illa? Quod si inerudite atq; insipienter dicit, cur ergo non crearet deus etiam quos malos futuros esse præsciebat, uolens ostẽdere iram & demonstrare potentiam suam, & ob hoc sustinens in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordię quæ ꝓparauit in gloriã? Sic enim qui gloriatur nõ nisi in domino gloriatur, cum cognoscit non suum sed illius esse, non solum ut sit, uerumetiam ut nõ nisi ab alio bene sibi sit à quo habet ut sit. Nimis itaq; importune dicitur, Non essent quibus deus tantã beneficentiã misericordiæ suæ tribueret, si aliter esse nõ possent, nisi essent & hi in quibus uindictæ iustitiam demõstraret. Cur enim non utriq; potius essent, quando in utriusq; et boni tas dei & ęquitas iure prædicatur? At enim si deus uellet etiã isti boni essent. Quãto melius hoc deus uoluit, ut quod uellẽt essent: sed boni infructuose,

Bonorũ & malorum creatio Cap. VIII

Præscitia dei de malis. IX
2 sent. dist. 23 cap. 1

mali

mali autẽ impune, nõ essent, & in eoipso alijs utiles essent. Sed præsciebat quid eorũ factura esset uolũtas mala. Præsciebat sanè, & quia falli nõ potest eius præscitia, ideo nõ ipsius, sed eorũ est uoluntas mala. Cur ergo eos creauit, quos tales futuros esse præsciebat? Quia sicut præuidit quid mali essent facturi, sic etiã ꝓuidit de malis factis eorũ quid boni esset ipse facturus. Sic enim eos fecit, ut eis relinqueret unde & ipsi aliquid facerẽt, quo quicquid etiã culpabiliter eligerẽt, illũ de se laudabiliter operantẽ inuenirẽt. A se quippe habent uoluntatẽ malam, ab illo autẽ & naturã bonam, & iustam pœnã: sibi debitũ locũ, alijs exercitationis adminiculum & timoris exemplum.

Bonitas dei in malos. Cap. X

Sed posset, inquit, etiam ipsorũ uoluntatẽ in bonum cõuertere, quoniã omnipotẽs est. Posset plane. Cur ergo nõ fecit? Quia noluit. Cur noluerit, penes ipsum est. Debemus enim non plus sapere ꝙ oportet sapere. Puto autẽ pauloante satis nos ostẽdisse non parui boni esse rationalẽ creaturã, etiam istam quæ malorũ comparatione cauet malum. Quod genus bonæ creaturæ utiq; nõ esset, si omniũ malas uoluntates in bonũ deus cõuertisset, & nulli iniquitati pœnã debitam infligeret: ac sic nõ esset nisi solum illud genus quod nulla uel peccati uel supplicij malorũ comparatione profi ceret. Ita uelut aucta numerositate excellentioris generis, ipsorũ generũ bonorũ numerus minuetur. Ergo, inquiũt, est aliquid in operibus dei quod alterius malo indigeat quo proficiat ad bonũ? Ita ne obsurduerũt & excęcati sunt homines, nescio quo studio cõtentionis, ut nõ audiant uel uideãt quibusdã punitis, ꝙ plurimi corrigantur? Quis enim paganus, quis Iudæus, quis hęreticus nõ hoc in domo sua quotidie probet? Verũ cum uenitur ad disputationẽ inquisitionẽq; ueritatis, nolũt aduertere sensus suos homines, ex quo opere diuinę prouidẽtiæ in eos ueniat imponẽdę cõmotio disciplinę: ut si nõ corrigunt qui puniunt, eorũ tamẽ exẽplo cęteri metuãt, ualeatq; ad eorũ salutẽ iusta pernicies aliorũ. Nunquid enim malitiæ eorũ uel nequitiæ deus autor est, de quorũ iusta pœna cõsulit, quibus hoc modo cõsulendũ esse constituit? Non utiq;: sed cũ eos uitijs proprijs malos futuros esse præsciret, nõ eos tamẽ creare destitit, utilitati deputãs eorũ quos in hoc genere ita creauit, ut ad bonũ proficere, nisi malorũ cooperatione nõ possent. Si enim non essent, nulli rei utiq; ꝑ dessent. Parũ ne boni est actũ ut sint, qui certe illi generi utiles sunt: quod genus quisquis nõ uult ut sit: nihil aliud agit nisi ut ipse in eo non sit? Magna opera dñi exquisita in omnes uolũtates ei⁹: prouidet bonos futuros & creat: prouidet malos futuros & creat. Seipsum ad fruendũ præbẽs bonis, multa munerũ suorũ largiẽs & malis, misericorditer ignoscẽs, iuste ulciscens. Itemq; misericorditer ulciscẽs, iuste ignoscẽs: nihil metuens de cuiusquã malitia, nihil indigẽs de cuiusquã iustitia: nihil sibi cõsulẽs nec de operib. bonorũ, & bonis cõsulẽs etiã de pœnis malorũ. Cur ergo nõ ꝓmitteret tẽtari hominẽ illa tẽtatione, ꝓbandũ, cõ-

uincendũ, puniẽdũ, cũ superba cõcupiscẽtia propriæ potestatis quod cõceperat pareret, suoq; fœtu cõfunderetur, iustoq; supplicio à superbię atq; inobediẽtiæ malo posteros deterreret, quib. ea conscribẽda & annũcianda parabãtur? Si aũt quæritur, cur potissimũ per serpentẽ diabolus tẽtare permissus sit, iã hoc significãdi gratia factum esse quẽ non admoneat scriptura tãtæ autoritatis, tantis diuinitatis documentis agens in ꝓphetando, quãtis effectis iã mundus impletus est? Nõ ꝙ diabolus aliquid ad institutionẽ nostram significare uoluerit, sed cũ accedere ad tentandũ non posset nisi permissus, num per aliud posset nisi per quod permittebatur accedere? Quicquid igit serpẽs ille significauit, ei prouidẽtiæ tribuendum est, sub qua & ipse diabolus suã quidẽ habet cupiditatẽ nocendi, facultatẽ aũt non nisi quæ datur, uel ad subuertẽda ac perdẽda uasa iræ, uel ad humilianda siue probãda uasa misericordiæ. Natura itaq; serpentis unde sit nouimus: produxit enim terra in uerbo dei omnia pecora & bestias & serpentes: quæ uniuersa creatura habẽs in se animã uiuã irrationalẽ, uniuersæ rationali creaturæ siue bonæ siue malæ uoluntatis, lege diuini ordinis subdita est. Quid ergo mirũ si per serpentẽ mali quid agere permissus est diabolus, cũ dæmonia in porcos intrare Christus ipse permiserit? Magis de ipsa natura diaboli scrupulosius quæri solet, quã to tam quidã hæretici, offensi molestia malæ uolũtatis eius, alienare conant à creatura summi & ueri dei, & alterũ ei dare principiũ quod sit cõtra deũ. Nõ enim ualent intelligere, omne ꝺd est, inquantũ aliqua substãtia est, & bonũ esse, & nisi ab illo uero deo à quo omne bonũ est esse nõ posse: malã uero uoluntatẽ inordinate moueri, bona inferiora superioribus præponẽdo: atq; ita factũ esse ut rationalis creaturæ spiritus, sua potestate propter excellentiã delectatus, tumescereꝫ superbia, per quã caderet à beatitudine spiritalis paradisi, & inuidentia cõtabescereꝫ. In quo tamẽ bonũ est hoc ipsum quod uiuit & uiuificat corpus: siue aereũ sicut ipsius diaboli, uel dęmonũ spiritus: siue terrenũ, sicut hominis anima, cuiusuis etiã maligni atq; peruersi. Ita dum uolũt aliquid quod deus fecerit, ꝓpria uolũtate peccare, ipsius dei subsãtiã dicũt primo necessitate, & post inexpiabiliter uolũtate corruptã atq; peruersam. Sed de istorũ demẽtissimo errore aliàs iã diximus multa. In hoc aũt opere quęrendũ est secundũ sanctã scripturã, quid de diabolo dicendũ sit. Primo, utrũ ab initio ipsius mũdi sua potestate delectatus abstiterit ab illa societate & charitate qua beati sunt ãgeli qui fruũtur deo, an aliquo tẽpore in sancto cœtu fuerit angelorũ, etiã ipse pariter iustus, & pariter beatus. Nõnulli enim dicũt ipsum ei fuisse casum à supernis sedibus, ꝙ inuiderit homini facto ad imaginẽ dei. Porrò hæc inuidia sequitur superbiã, non præcedit: nõ enim causa superbiẽdi est inuidẽtia, sed causa inuidendi superbia. Cũ igit superbia sit amor excellẽtiæ ꝓpriæ, inuidia uero sit odiũ fœlicitatis alienæ, quid unde nascatur satis in promptu

Cur tentatio per serpentẽ. Cap. XII

In eos qui diabolo separatim potestatẽ quandam tribuunt. XIII

Causa ruinæ angelicæ. Cap. XIIII

2 sen. dist. 42 c. ex superbia

Superbia Inuidia

Universidad de Deusto
Biblioteca

est. Amãdo enim quisq; excellentiã suam, uel pa-
ribus inuidet ꝙ ei coęquãtur: uel inferioribus, ne A
sibi coæquent: uel superioribus, ꝙ eis nõ coęque
tur. Superbiẽdo igit̃ inuidus, nõ inuidẽdo quisq;
Superbia & cupiditas fontes malorum. superbus est. Merito initiũ omnis peccati su-
perbiam scriptura definiuit, dicens: Initiũ omnis
peccati superbia. Cui testimonio nõ incõuenien-
Cap. XV ter aptatur etiã illud quod Apostolus ait: Radix
1. Tim. 6 omniũ malorũ est auaritia: si auaritiã generalẽ in-
telligamus, qua quisq; appetit aliquid amplius q̃
oportet, propter excellentiã suã, & quẽdam pro-
priæ rei amorẽ: cui sapiẽter nomẽ Latina lingua
indidit, cũ appellauit priuatũ, quod potius à detri
mento q̃ ab incremẽto dictũ elucet. Omnis enim
priuatio minuit. Vnde itaq; uult eminere supbia,
inde in angustias egestatemq; cõtruditur, cum ex
cõmuni ad propriũ damnoso sui amore redigit̃. B
Specialis est autẽ auaritia, quæ usitatius appellat̃
amor pecuniæ. Cuius nomine Apostolus per spe
ciem genus significãs, uniuersalem auaritiã uole
bat intelligi dicẽdo: Radix omniũ malorũ est aua
ritia. Hinc enim & diabolus cecidit, qui utiq; nõ
amauit pecuniã sed propriam potestatẽ. Proinde
peruersus sui amor priuat sancta societate turgi-
dum spiritũ, eumq; coarctat miseria iã per iniqui
tatẽ satiari cupientẽ. Hinc alio loco cum dixisset,
Erũt em̃ homines seipsos amãtes: cõtinuo subie-
cit, amatores pecuniæ, ab illa generali auaritia cu-
ius superbia caput est, ad hãc specialẽ descendẽs
quæ ꝓpria hominũ est. Neq; enim essent etiã ho-
mines amatores pecuniæ, nisi eo se putarẽt excel
lentiores quo ditiores. Cui morbo cõtraria chari
tas nõ quærit quę sua sunt, id est, nõ priuata excel
lẽtia lætat̃. Merito ergo & nõ inflat̃. Hi duo amo
res, quorũ alter sanctus est, alter immũdus: alter
socialis, alter priuatus: alter cõmuni utilitati cõsu
lens, ꝓpter supernã societatẽ, alter etiã rem cõmu
nem in potestatẽ propriã redigens propter arro-
gantẽ dominationẽ: alter subditus, alter æmulus
deo: alter trãquillus, alter turbulẽtus: alter pacifi-
cus, alter seditiosus: alter ueritatẽ laudibus erran
tiũ pręferens, alter quoquo modo laudis auidus:
alter amicabilis, alter inuidus: alter hoc uolẽs ꝓ-
ximo quod sibi, alter subiscere proximũ sibi: alter
ꝓpter proximi utilitatẽ regens proximũ, alter ꝓ-
pter suã: præcesserũt in angelis, alter in bõis, alter
in malis, & distinxerũt cõditas in genere huma- D
Ciuitas bonorũ & malorũ no ciuitates duas, sub admirabili & ineffabili ꝓui
dentia dei, cũcta quæ creata sunt administrãtis &
ordinãtis, alterã iustorũ, alterã iniquorũ. Quarũ
etiã quadã temporali cõmixtione peragitur secu
lum, donec ultimo iudicio separẽtur: et altera cõ-
iuncta angelis bonis, in rege suo uitã cõsequatur
ęternã, altera cõiuncta angelis malis, in ignẽ cum
rege suo mittat̃ æternũ. De quibus duab. ciuitati
Diabolus homicida. XVI bus latius fortasse alio loco si dominus uoluerit
disseremus. Quãdo ergo deiecerit supbia dia-
bolũ, ut naturã suam bonã praua uolũtate peruer
teret, scriptura nõ dicit: ante tamẽ factũ fuisse, &
ex hac eũ homini inuidisse, ratio manifesta decla
rat. In prõptu est enim omnib. hoc intuẽtibus, nõ
ex inuidẽtia superbiam nasci, sed ex superbia po-
tius inuidẽtiã. Nec frustra putari potest ab initio *2 sent. dist. 5 c. put. autem.*
tẽporis diabolũ superbia cecidisse, nec fuisse ullũ
antea tẽpus quo cũ angelis sanctis pacatus uixe-
rit & beatus: sed ab ipso primordio creaturę à suo
creatore apostatasse, ut illud quod dñs ait: Ille ho *Ioan. 8*
micida fuit ab initio, et in ueritate nõ stetit: utrũq;
ab initio intelligamus, non solũ ꝙ homicida fuit,
uerumetiã quia in ueritate nõ stetit. Et homicida
quidem ab illo initio ex quo homo potuit occidi:
nõ aũt potuit occidere anteq; esset q occideretur.
Ab initio ergo homicida diabolus, quia ipse occi
dit hominẽ primũ, ante quẽ nullus hominũ fuit.
In ueritate aũt nõ stetit, & hoc ab initio ex quo ip
se creatus est, qui staret si stare uoluisset. Quo- *Præscitia angelorum. Cap. XVII*
modo em̃ duxisse uitã beatã inter beatos angelos
credi potest, qui futuri sui peccati atq; suppliciꝭ, id
est, desertiõis & ignis æterni si præscius non fuit,
merito quæritur cur nõ fuerit? Neq; em̃ sancti ange
li æternę suæ uitę ac beatitudinis incerti sunt. Nã
quõ beati si incerti? An dicimus hoc deũ diabolo
reuelare noluisse, cũ adhuc esset angelus bonus:
uel qd facturus, uel quid passurus esset: cęteris ue
ro hoc reuelasse q essent in æternũ in ei⁹ ueritate
mãsuri? Quod si ita est, ideo iã nõ æqualiter bea
tus, imò iã nec planè beatus fuit, quãdoquidẽ pla
nè beati de sua beatitudine certi sunt ut eã nullus
ꝓturbet metus. Quo aũt malo merito ita discerne
bat̃ à cęteris, ut ei deus nec ea quę ad ipsum ptine
rẽt, futura reuelaret? Nũquid ille pri⁹ ultor, q̃ iste
peccator? Absit. Neq; em̃ deus dãnat innocẽtes.
C An forte ex alio genere angelorũ fuit, quib. deus
nõ dedit uel de seipsis prescięntiã futurorũ: q quo-
nã modo beati possent esse, nõ uideo, quib. incer-
ta est ipsa sua beatitudo: nã & hoc quidã senserũt,
nõ fuisse diabolũ in illa sublimi natura angelorũ
quę supercœlestis est, sed in eorũ qui aliquãdo in-
ferius in mũdo facti sunt, & ꝓ sua officia distribu-
ti. Tales em̃ fortasse posset aliquid etiã illicitũ de-
lectare: quã tamẽ delectationẽ si peccare noluis-
sent libero arbitrio cohiberẽt: sicut homo, maxi-
me ille primus qui peccati pœnã nondũ habebat
in mẽbris, quãdoquidẽ & ipsa à sanctis uiris deo
subditis ꝓ eius gratiã pietate superarẽt. Porrò ista *An Adam & Eua præscierint casum suum. XVIII*
quæstio de beata uita, utrũ eã quisquã iam habę-
re dicẽdus sit, cui incertũ est utrũ secũ permãsura
sit, an ei miseria quãdoq; succedat, potest & de ip
so primo homine oriri. Nam si futuri sui peccati
prescius erat diuinæq; uindictæ, beatus esse unde
poterat? Ergo erat in paradiso nõ beatus. Si autẽ
nõ erat futuri peccati sui prescius: ergo ꝓ hãc igno
rantiã aut eiusdẽ beatitudinis incertus, et quomõ
iam uere beatus? aut falsa spe certus nõ scięntia, &
quõ non stultus? Sed tamẽ hominis adhuc in cor
pore animali cõstituti, cui obediẽter uiuẽti dandũ
adhuc esset angelorũ cõsortiũ, & mutatio corpo-
ris ex animali in spiritale, possum⁹ intelligere bea
tam uitã secundũ quẽdã modũ, etiã si nõ erat præ
scius futuri sui peccati. Neq; em̃ & illi præsciꝭ fue
rũt quib. Apostolus dicit, Vos qui spiritales estis *Gal. 6*
instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intẽdẽs te
ipsum

ipsum ne & tu tenteris. Nõ absurde tamẽ nec im-
probe dicimus, beatos iã fuisse hocipso ꝙ spirita- A
les essent, nõ corpore sed iustitia fidei, spe gaudẽ-
tes, in tribulatione patiẽtes. Quãto magis ergo et
ampliore modo beatus erat homo in paradiso an
te peccatũ, cuius incertus futuri sui casus, qui spe
ita gaudebat ꝓpter præmiũ futuræ cõmutatiõis,
ut nulla esset tribulatio cui tolerãdæ patiẽtia mili
taret. Quãuis enim nõ uana præsumptiõe de in-
certo certus uelut stultus, sed spe nõ infidelis, an-
tequã apprehenderet illã uitã, ubi certissimus ip-
sius æternę uitę suæ futurus esset, posset exultare,
quẽadmodũ scriptũ est, cũ tremore & exultatiõe,
multo abundãtius in paradiso q̃ sancti in his ter-
ris, beatus esset modo quodã inferiore q̃ in illa ui
ta æterna sanctorũ supcœlestiumq; angelorũ, nõ
Angelorum conditio. Ca. XIX tamẽ nullo. Dicere aũt de aliquib. angelis ꝙ in B
suo quodã genere beati esse possint, futurę suę ini
quitatis & dãnationis, uel certe perpetuæ salutis
incerti, quib. nec spes subesset, quod aliquãdo &
ipsi aliqua in melius mutatiõe certi de hac re futu
ri essent, uix ferenda præsumptio est: nisi forte &
hoc dicat̃, ita creatos istos angelos mũdanis mini
steriis distributos sub alijs superioribus. & beatio-
ribus, ut ꝓ recte gestis præposituris suis accipiãt
illã uitã beatã ac sublimiorẽ, de qua possint esse
certissimi, cui⁹ utiq; spe gaudẽtes possint nõ incõ
grue dici iã beati. Ex quorũ numero si diabolus
cecidit cũ sociis iniquitatis suę: simile hoc est ei ꝙ
cadũt à iustitia fidei etiã homines simili superbia
pręuaricati, uel seipsos seducẽtes, uel illi seductо-
ri cõsentiẽtes. Sed asserãt hæc duo genera bono- C
rũ angelorũ qui potuerint, unũ supercœlestiũ in
quibus nunq̃ fuit qui cadẽdo diabolus factus est:
alterũ aũt mundanorũ in quibus fuit: mihi aũt fa
teor unde hoc secundũ scripturas asserã, nõ inte-
rim occurrit, sed coarctatus quęstiõe illa qua quę
rit̃, utrũ sui casus præscius anteq̃ caderet fuerit,
ne suæ beatitudinis incertos esse uel aliquãdo fu-
isse angelos dicerẽ, nõ sine causa putaui posse dici
diabolũ ab ipso creaturę, hoc est ab ipso uel tẽpo-
ris uel suę cõditiõis initio cecidisse, nec aliquãdo
in ueritate stetisse. Vnde nõnulli eũ nõ in hanc
malitiã libero uolũtatis arbitrio esse deflexũ, sed
in hac omnino creatũ putant, cuius à domino deo
summo & uero naturarũ omnium creatore: adhi
Iob 40 bentq; testimoniũ de libro Iob, quoniã ibi scriptũ D
est cũ de illo sermo esset, Hoc est initiũ figmẽti do
mini quod fecit ut illudat̃ ab angelis eius. Cui sen
Psal. 103 tentiæ cõgruit quod in Psalmo scriptũ est: Draco
iste quẽ finxisti ad illudendũ ei: nisi ꝙ hic quẽ fin-
xisti dixit: nõ aũt sicut ibi, hoc est initiũ figmenti
domini: tanq̃ in initio eũ ita finxisset, ut malus, ut
inuidus, ut seductor, ut omnino diabolus esset, nõ
uolũtate deprauatus, sed ita creatus. Hæc opi-
nio quomõ nõ sit aduersa ei quod scriptũ est: Fe-
cit deus omnia bona ualde: ubi inuenitur diabo-
lus nõ propria uoluntate deprauatus, sed ab ipso
domino deo factus malus ualde. Quãuis conenẽ
ostẽdere ut insulse etiã uel inerudite asseratur, nõ
tantũ conditione prima, sed etiã nunc deprauatis
tot uoluntatibus: in summa tamẽ omnia quę crea
ta sunt, id est, uniuersam omnino creaturã bonã
esse ualde, nõ quo boni sint in ea mali, sed ꝙ nõ ef-
ficiãt malitia sua, ut sub dei administratoris impe
rio, uirtute, sapientia, & decus & ordo uniuersita
tis aliqua ex parte turbetur siue turpetur, cũ suis
quibusq; uolũtatibus etiã malis tribuant̃ certi &
cõgrui limites potestatũ & pondera meritorũ, ut
etiã cũ ipsis cõueniẽter iusteq; ordinatis uniuersi-
tas pulchra sit: tamẽ quia cuilibet occurrit & ue-
rũ est atq; manifestũ, iustitiæ ipsi esse cõtrariũ, ut
nullo precedẽte merito, hoc ipsum in quoquã de-
us dãnet quod in eo ipse creauit, certaq; & euidẽs
dãnatio diaboli & angelorũ eius ex Euãgelio re-
citatur, ubi se dicturũ dominus prenũciauit eis di
cẽs qui à sinistris sunt: Ite in ignẽ æternũ qui præ-
paratus est diabolo et angelis eius: nullo modo in
eo naturã quã deus creauit, sed malã propriã uo-
luntatẽ pœna ignis æterni plectendã esse creden-
dum est. Nec eius naturã esse significatã quod *Cur diabolum fecerit deus.*
dictũ est, Hoc est initiũ figmẽti domini quod fecit
ut illudat̃ ab angelis eius: sed uel corpus aereum *Cap. XXII*
quod tali uolũtati cõgruẽter aptauit, uel ipsam or
dinationẽ in qua eũ fecit etiã nolentẽ utilẽ bonis:
uel ꝙ præsciens eũ propria uoluntate malũ futu-
rum, fecit tamẽ, non abstinẽs bonitatẽ suã in præ
benda uita atq; substãtia futuræ etiã noxię uolun
tati, simul præuidens quãta de illo bona esset sua
mirabili bonitate ac potestate facturus. Initiũ aũt
figmẽti domini dictus est, quod fecit ut illudatur
ab angelis eius, nõ quia ipsum primitus cõdidit,
uel initio malũ cõdidit, sed quia cũ sciret eum ad
hoc propria uolũtate malum futurũ ut bonis no-
ceret, creauit eũ ad hoc ut de illo bonis ipse ꝓdes-
set: hoc est enim ut illudatur ab angelis, quoniam
sic illudit̃ cũ sanctis prosunt tẽtationes eius, qui-
bus eos deprauare conatur, ut malitia in qua ipse
esse uoluit, eo nolẽte sit utilis seruis dei, quia hoc
præuidẽs eũ finxit. Ideo initiũ aũt illudendũ, quia
& mali homines uasa eiusdẽ diaboli, & tanq̃ ca-
pitis corpus, quos nihilominus deus malos futu-
ros præuidẽs, creauit tamẽ ad utilitatẽ sanctorũ,
similiter illudunt̃, cum & ipsis nocere uolẽtibus,
præstatur sanctis ex eorũ cõparatione cautela, &
pia sub deo humilitatis & intelligentiæ gratia, &
exercitatio ad tolerãdos malos, & probatio ad di
ligẽdos inimicos. Sed ille est initiũ figmẽti quod
sic illuditur, quia præcedit istos & temporis anti-
quitate & principatu malitiæ. Hoc autem deus
per sanctos angelos facit illo opere prouidentiæ
quo creatas naturas administrat, subdẽs uidelicet
angelos malos angelis bonis, ut malorum impro
bitas, non quantum nititur, sed quantum sinitur
possit: nec tantum angelorum malorum, uerum
etiam & hominum donec etiam ista iustitia qua
uiuitur ex fide, quæ nunc patienter in homini-
bus exercetur, conuertatur in iudicium, ut pos-
sint & ipsi non solum duodecim tribus Israel, sed
etiam angelos iudicare. Quòd ergo putatur *Diabolum in ueritate nõ stetisse. XXIII*
nunquam diabolus in ueritate stetisse, nunquam
cum angelis beatam duxisse uitam, sed ab ipso
suæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

suæ cõditionis initio cecidisse, nõ sic accipiendũ est ut nõ propria uolũtate deprauatus, sed malus A à bono deo creatus puteť, alioquin non ab initio cecidisse diceret. Neq; enim cecidit si talis est factus: sed factus cõtinuo se à luce ueritatis auertit, superbia tumidus, & ꝓprię potestatis delectatione corruptus: unde beatæ atq; angelicæ uitæ dulcedinẽ nõ gustauit, quã non utiq; acceptã fastidiuit, sed nolẽdo accipere deseruit & amisit. Proinde nec sui casus præscius esse potuit, quæ sapiẽtia pietatis est fructus. Ille aũt cõtinuo impius, cõsequẽter & mẽte cæcus non ex eo quod acceperat cecidit, sed ex eo quod acciperet si subdi uoluisset deo: quod ꝓfecto quia noluit, & ab eo quod acceperat cecidit, & potestatẽ illius sub quo esse noluit nõ euasit: factumq; in illo est põdere meritorũ, ut nec iustitię possit lumine delectari, nec ab B
Vocabulũ diaboli. XXIIII eius sentẽtia liberari. Quod ergo per Esaiã prophetã in eũ dicitur, Quomõ cecidit de cœlo Lucifer mane oriẽs, contritus est in terrã qui mittebat ad omnes gẽtes. Tu aũt dixisti sensu tuo, In cœlũ ascendã, super sydera cœli ponã thronũ meum, sedebo in mõte excelso super mõtes excelsos qui sunt ad Aquilonẽ, ascendã super nubes, ero similis altissimo: nũc autẽ ad inferos descẽdes: & cętera: quæ in figura regis uelut Babylonis in diabolum dicta intelliguntˇ, plura in eius corpus conueniunt, quod etiã de humano genere cõgregat: & in eos maxime qui ei per superbiã cohærẽt, apostatãdo à mãdatis dei. Sicut eñ qui erat diabolus
Ioan. 6 homo dictus est, ut in Euangelio, Inimicus homo hoc fecit: ita qui homo erat diabolus dictus est, ut C
rursus in Euangelio, Nónne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Et sicut corpus Christi quod est ecclesia dicitˇ Christus, sicut illud est, Vos Abrahæ semẽ estis: cũ paulo superius dixisset, Abrahæ dictæ sunt promissiones &
1. Cor. 12 semini eius. Nõ dicit in seminib. tanq; in multis sed tanquã in uno, & semini tuo qui est Christus.
Corpus Christi Et iterũ: Sicut enim corpus unũ est & mẽbra habet multa, oñia autẽ mẽbra corporis cũ sint multa unũ est corpus, ita & Christus. Eo modo etiam
Corpus diaboli corpus diaboli, cui caput est diabolus, id est, ipsa impiorũ multitudo, maximeq; eorũ qui à Christo uel de ecclesia sicut de cœlo decidũt, dicitˇ diabolus, & in ipsum corpus figurate multa dicuntur, quæ non tam capiti q̃ corporis membris conue- D
niant. Itaq; Lucifer qui mane oriebatur et cecidit, potest intelligi apostatarum genus, uel à Christo uel ab ecclesia: quod ita conuertitur ad tenebras amissa luce quã portabat, quemadmodũ qui conuertuntur ad deũ, à tenebris ad lucẽ transeunt, id
Princeps Tyri diabolũ significat. Cap. XXV est, qui fuerũt tenebrę lux fiunt. Item in figura principis Tyri per Ezechielem prophetã in diabolum dicta intelliguntur, Tu es signaculũ similitudinis & corona decoris, in delitijs paradisi fuisti, oñi lapide precioso ornatus es: & cætera quæ non tam in ipsum principem nequitiæ quàm in corpus eius dicta conueniũt. Paradisus enim di-
Cantic. 4 cta est ecclesia, sicut in Canticocanticorũ legitur:
Paradisus ecclesia Hortus conclusus, fons signatus, puteus aquę uiuæ, paradisus cum fructu pomorum. Inde ceciderunt uel aperta et corporali separatione oẽs hæretici: uel occulta & spirituali, q̃uis in ea corporaliter esse uideãtur omnes cõuersi ad uomitũ suum,
2 Pet. 2 cum post remissionẽ omniũ peccatorum paululum ambulassent in uia iustitię, in quib. facta sunt posteriora deteriora prioribus, & quib. expediebat non cognoscere uiam iustitiæ, q̃ cognoscẽtibus retrorsum reflecti, tradito sibi sancto mandato. Hanc pessimam generationẽ dominus describit, cũ dicit spiritũ nequã exire ab homine, & cũ alijs septẽ redire, & in domo quam mundatã iam inuenerat inhabitare, ut sint nouissima hominis illius peiora prioribus. Tali enim generi hominũ quod iã factũ est corpus diaboli, possunt hæc uerba cõgruere, A die qua creatus es tu cũ cherub, id est, cũ sede dei, quæ interpretatur multiplicata
Psal. 5 sciẽtia: & posuit te in monte sancto suo, hoc est in ecclesia: Vnde est, Et exaudiuit me de monte sancto suo: Fuisti in medio lapidum flãmeorũ, id est, sanctorũ spiritu feruentiũ lapidum uiuorũ: ambulasti sine uitio, in dieb. tuis ex quo die creatus es tu, donec inuẽta sunt delicta tua in te. Possunt dili-
Ruursus per repetitionem de diaboli comitione. XXVI gentius ista tractari, ut fortasis ostendatur nõ solum & hũc intellectũ esse in his uerbis posse, sed omnino aliũ esse non posse. Verũ quia lõgum est & aliũ sermonẽ exigit eidem tantũ quæstioni deputatũ, nũc sufficiat ista cõplexio: aut ab initio creationis suæ diabolum à beatitudine, quã si uoluisset percepturus fuerat, impia superbia cecidisse: aut alios esse ãgelos inferioris ministerij in hoc mũdo, inter quos secundũ eorum quandã nõ prę-
sciam beatitudinẽ uixerat, & à quorum societate cũ sibi subditis angelis suis tanq; archãgelus ceciditˇ per superbiæ impietatẽ: sed hoc nullo modo asseri potest, illud mirum si potest. Aut certe ratio est requirẽda, quẽadmodũ oẽs sancti angeli, si inter illos aliquando pariter beatus cũ suis angelis diabolus uixit, nondũ habuerint etiã ipsi certam
2 Sent. dist. 6 ca. non enim. prescię perpetuæ felicitatis suæ, sed eã post casum eius acceperint. Aut quo merito ante suum peccatũ diabolus cũ socijs suis à cæteris angelis discretus fuerit, ut ipse sui casus futuri esset ignarus, illi aũt certi permãsionis suæ: dũ tamẽ & pec-
catores angelos minime dubitemus detrusos tanquã in carcerẽ caliginis huius aereæ circa terras, secundũ Apostolicã fidem in iudicio puniendos seruari: & in illa superna beatitudine sanctorũ angelorũ nõ esse incertam uitã æternã, nec nobis secundum dei misericordiã & gratiã & fidelissimã pollicitationẽ incertã futurã, cũ fuerimus eis post resurrectionẽ & istorũ mutationẽ corporũ copulati. Ad hãc enim spem uiuimus, & eius ꝓmissionis gratia recreamur. Quicquid aũt etiã de diabolo dici potest, cur eũ deus creauit cũ talẽ prescíret futurũ, & cur omnipotẽs eiº uoluntatẽ nõ cõuertit in bonũ, secundũ ea quæ disseruimus cũ de malis hominib. similiter quęreremus, siue intelligaˇ, siue credatur, siue quid melius inueniri potest inueniatur. Ab illo ergo cuius super omnia quæ creauit summa potestas est, ꝓ angelos suos à quibus
Tertio diabolo per serpẽtem. Ca. XXVII

bus illuditur diabolus, cũ & de ipsius maleuolentia cõsolãtur ecclesię dei, nõ est permissus tentare A
fœminã nisi ꝓ serpentẽ, nec uirũ nisi per fœminã: sed in serpẽte ipse locutus est, utens eo uelut organo, mouẽsq; eius naturã eo modo, quo modo uere ille mouere & moueri illa potuit, ad exprimendos uerborũ sonos & signa corporalia, ꝓ quę mulier suadentis intelligeret uoluntatẽ. In ipsa uero muliere quia illa rationalis creatura erat, quę motu suo posset uti ad uerba faciẽda, nõ ipse locutus est, sed eius operatio atq; persuasio, q̃uis occulto instinctu adiuuaret interius, q̃d exterius egerat ꝓ serpentẽ. Quod quidẽ si solo instinctu occultius ageret, sicut egit in Iuda ut traderet Christũ, posset efficere in animo supbo amore suæ potestatis inducto: sed sicut iã dixi, tentãdi uoluntatẽ habet diabolus: in potestate aũt nec ut faciat habet, nec B
quõ faciat. Quia ꝓmissus est ergo tẽtauit, & quomodo permissus est ita tẽtauit. Cui aũt generi hominũ prodesset quod faciebat, neq; sciebat, neq; uolebat, et eoipso illudebaˇ ab angelis. Nõ itaq; serpẽs uerborũ sonos intelligebat, ꝙ ex illo fiebãt ad mulierẽ. Neq; eñ conuersa credẽda est anima eius in naturã rationalẽ: quãdoquidẽ nec ipsi homines quorũ ratiõalis natura est, cũ dęmon in eis loquiť ea passione cui exorcista requiritur, sciunt quid loquanť. Quãto minus ille intelligeret uerborũ sonos, quos per eũ et ex eo diabolus illo modo faciebat, qui hominẽ loquentẽ nõ intelligeret, si eũ à diabolica passione immunis audiret. Nã & ꝙ putantur audire & intelligere serpentes uerba Marsorũ, ut eis incãtantib. prosiliãt plerũq; de la- C
tebris, etiã illic diabolica uis operať, ad cognoscẽdã ubiq; prouidentiã, quã rem cui rei naturali ordine subiiciat, & quid etiã uolũtatib. malis sapientissima potestate ꝑmittat, ut hoc magis habeat usus, serpẽtes moueri carminib. hominũ, q̃ ullum aliud genus animantiũ. Etiã hoc enim non parua testatio est, naturã primitus humanã serpentis seductã esse colloquio. Gaudẽt enim dęmones hãc sibi potestatẽ dari, ut ad incantationẽ hominũ serpẽtes moueãt, ut quolibet modo fallãt quos possunt, Hoc aũt permittuntur ad primi facti memoriã commendandã, ꝙ sit eis quædã cum hoc genere familiaritas. Porrò ipsum primũ factũ ad hoc permissum est, ut per naturã serpentis significare
tur generi hominũ, cui erudiẽdo hæc gesta cõscri D
bi oportebat, omnis diabolicæ tẽtationis similitudo, quod apparebit cũ in serpentẽ proferri cœperit diuina sentẽtia. Proinde prudẽtissimus omnium bestiarũ, hoc est astutissimus, ita dictus est
serpens propter astutiã diaboli qui in illo & de illo agebat dolum, quemadmodũ dicitur prudens uel astuta lingua, quã prudens uel astutus mouet ad aliquid prudẽter astuteq; suadendũ. Nõ enim est hæc uis seu uirtus mẽbri corporalis quod uocatur lingua, sed utiq; mẽtis quę utitur ea. Ita etiã dictus est stylus mendax scribarũ. Neq; enim esse mendacẽ pertinet nisi ad uiuẽtem atq; sentientẽ: sed stylus mẽdax dictus est, ꝙ per eũ mẽdax mendaciter operetur, quemadmodũ si & iste serpens mendax diceretur, ꝙ eo diabolus tanq; stilo mẽdaciter uteretur. Hoc ideo cõmendandũ putaui, ne quisquã existimans animãtia ratiõis expertia humanũ habere intellectum, uel in animal rationale repente mutari, seducatur in illam opinionẽ
2 sent. dist. 21 cap. 2 ridiculã & noxiam reuolutionis animarũ uel hominũ in bestias, uel in homines bestiarũ. Sic ergo locutus est serpẽs homini, sicut asina in qua sedebat Balaã locuta est homini, nisi ꝙ illud fuit opus diabolicũ hoc angelicũ. Habent enim quædã boni & mali angeli opera similia, Sicut Moyses &
Exo. 7 magi Pharaonis. Verũ in his etiã boni angeli potentiores sunt, nec mali angeli etiã talium operũ quicquã possunt, nisi ꝙ per bonos angelos permiserit deus, ut retribuatur unicuiq; secundum cor eius, uel secundũ gratiã dei, utrunq; iuste ac beni-
gne per altitudinẽ diuitiarũ sapientiæ & scientiæ
Verba tentato ris. XXX dei. Dixit ergo serpens mulieri. Quidˇ quia dixit deus, Nõ edetis ab omni ligno paradisi? Et dixit mulier serpenti: A fructu ligni quod est in paradiso edimus, de fructu aũt ligni quod est in medio paradisi dixit deus, nõ edetis ex eo, neq; cõtingetis illud ne moriamini. Ideo prius interrogauit serpens, & respõdit hæc mulier, ut prætiaricatio esset inexcusabilis, neq; ullo modo dici posset, id quod præceperat deus oblitã fuisse mulierẽ: quã-
quam & obliuio præcepti, maxime unius & tam *Obliuio præcepti.* necessarij, ad maximã culpam damnabilis negligentiæ pertineret: uerũtamen euidẽtior eius trãsgressio est cũ memoria retinetur, & tanq; in illo deus assistens presensq; contẽnitur. Vnde necessariũ fuit cum in Psalmo diceretur: Et memoria
Psal. 102 retinẽtibus mãdata eius, addere, ut faciãt ea. Multi enim retinẽt memoriã, ut contẽnant ea, præuaricatiõis maiore peccato, ubi obliuionis nulla est excusatio. Dixit ergo serpẽs mulieri: Non morte moriemini. Scit enim deus quoniã qua die mãdu-
caueritis de eo, adaperiẽtur uobis oculi, & eritis sicut dij cognoscẽtes bonũ & malũ. Quando his uerbis crederet mulier à bona atq; utili re diuinitus se fuisse prohibitos, nisi iã ineſſet mẽti amor illę proprię potestatis, & quædã de se superba præsumptio, quæ per illã tentationẽ fuerat cõuincenda & humiliãda, Deniq; uerbis nõ contẽta serpẽ-
2 sent. dist. 22. ca. 1 tis considerauit lignũ, uiditq; bonum ad escam & decorũ ad aspectum, & nõ credens posse inde semori, arbitror ꝙ putauerit deũ alicuius significatiõis causa dixisse, si mãducaueritis morte moriemini: atq; ideo sumpsit de fructu eius & mãducauit, & dedit etiã uiro suo secũ. Fortasis etiã cum uerbo suasorio, quod scriptura tacẽs intelligendũ reliquit. An forte nec suaderi iam opus erat uiro, quãdo illã eo cibo mortuã nõ esse cernebat? Er- *Quomodo ꝙ perti oculi. Cap. XXXI* go ederũt, & aperti sunt oculi amborũ. Quomodo nisi ad inuicẽ cõcupiscendũ ad peccati pœnã carnis ipsius morte cõceptã: ut iã esset corpus nõ animale tantũ, quod poterat, si obedientiã conseruarent, in meliorẽ spiritalemq; habitũ sine morte mutari: sed iam corpus mortis in quo lex in membris repugnaret legi mẽtis. Neq; eñ clausis oculis facti erãt & in paradiso delitiarũ cæci palpantesq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

tesq; oberrabãt,ut uetitum lignũ etiam nescientes attingerẽt,palpatesq; fructus prohibitos ignorãdo decerperẽt. Quomodo autẽ animalia & uolatilia adducta sunt ad Adã, ut uideret quid ea uocaret si nõ uidebat? Et quomõ ipsa mulier ad uirũ adducta est, quãdo facta est, ut de illa quã nõ uidebat diceret: Hoc nunc os de ossibus meis,& caro de carne mea : & cætera. Postremo quomõ uidit mulier quia bonũ est lignũ in escã, & quia placet oculis ad uidendũ,& decorũ est cognoscere, si eorum clausi erãt oculi? Nec tamen ideo propter unius uerbi translationẽ totũ figurate accipiendũ est. Viderit eñ quẽadmodũ dixerit serpẽs: Aperientur uobis oculi. Hoc enim eũ scriptor libri dixisse narrauit: in qua uero significatiõe uel sententia dixerit,lectori considerare permisit. Hoc autẽ quod scriptũ est: Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt quia nudi erant: ita scriptũ est,quẽadmodũ omnia quæ gesta narrantur,nec tamẽ ideo in allegoricã narrationẽ nos debẽt ducere. Neq; enim & Euangelista narrator dicta cuiusquã figurata ex eius persona inserebat, ac non ex persona sua quæ fuerant gesta narrabat, cũ diceret de illis duobus, quorũ unus erat Cleopas, q̃ cũ fregisset eis dominus panẽ, aperti sunt oculi eorũ,& cognouerũt eum quẽ per uiam nõ cognouerãt: non utiq; clausis oculis ambulantes, sed eũ cognoscere nõ ualentibus. Sicut ergo ibi, sic nec in isto loco narratio figurata est, cuius translato uerbo scriptura usa uideatur, ut apertos diceret oculos qui & antea patebãt. Apertos utiq; ad aliquid intuendum & cogitandũ, quod antea nunq; aduerterãt. Vbi enim ad transgrediendũ præceptũ audax curiositas mota est, auida experiri latẽtia, quidnã tacto uetito sequeretur, & noxia libertate habenas prohibitiõis rumpere delectata, probabilius existimans non esse mortẽ quam timuerãt secuturã. Tale quippe pomum credendũ est fuisse in illa arbore, cuius generis poma iam in alijs arboribus innoxia senserãt: unde magis crediderũt deũ posse peccantibus facile ignoscere, q̃ patiẽter tulerint nõ cognoscere, quid nã esset, uel cur eos inde cibum sumere uetuisset. Mox ut ergo præceptum trãsgressi sunt, intrinsecus gratia deserẽte omnino nudati,quam typho quodã & superbo amore suæ potestatis offenderãt,in sua mẽbra oculos iniecerunt, eaq; motu quem nõ nouerãt cõcupiuerũt. Ad hoc ergo aperti sunt oculi ad quod antea nõ patebãt, q̃uis ad alia paterẽt. Hæc mors ea die accidit qua factũ est quod deus uetuit. Amisso quippe statu mirabili, corpus ipsum cui status etiã de ligno uitæ uirtute mystica præbebat, per quẽ nec morbo tentari nec mutari ætate potuisset,ut hoc in eorũ carne, q̃uis adhuc animali, & in melius postea cõmutanda, iã tamen significaretur per escam ligni uitæ, quod ex ipso spiritali alimẽto sapiẽtiæ, cuius sacramentum illud lignũ erat,fit in bonis angelis per æternitatis participationẽ ut in deterius nõ mutẽtur. Hoc ergo amisso statu corpus eorũ duxit morbidã & mortiferam qualitatẽ,quæ inest etiã pecorũ carni, ac per hoc etiam eundẽ motum qui fit in pecoribus cõcubẽdi appetitus,ut succedãt nascẽtia moriẽtibus. Sed tamẽ etiã in ipsa pœna suæ generositatis uindex animæ rationalis bestialem motũ in mẽbris suæ carnis erubuit, eiq; incussit pudorẽ, non solũ quia hoc ibi sentiebat ubi nunquã antea tale aliquid senserat,uerumetiã q̃ ille pudendus motus de præcepti trãsgressione ueniebat. Ibi enim sensit qua prius gratia uestiretur, quãdo in sua nuditate nihil indecẽs patiebatur. Ibi cõpletũ est: Domine in uolũtate tua præstitisti decori meo uirtutem : Auertisti aũt faciẽ tuam à me, & factus sum cõturbatus. Deniq; illa cõturbatiõe ad folia ficulnea cucurrerũt, succinctoria cõsuerũt,& quia gloria deseruerãt, pudẽda texerũt. Nec arbitror eos cogitasse aliquid in illis foliis, quod talib. cõgrueret cõtegi iam mẽbra pruriẽtia, sed occulto instinctu ad hoc illa cõturbatione cõpulsi sunt, ut etiã talis pœnæ suæ significatio à nescientibus fieret, quæ peccatorẽ factum cõuinceret,& doceret scriptura lectorẽ. Et audierũt uocẽ dñi dei ambulãtis in paradiso ad uesperã. Ea quippe hora talẽ cõuenerat uisitare q̃ defecerãt à luce ueritatis. Fortassis eñ in alijs intrinsecus uel effabilib. uel ineffabilibus modis deus cũ illis antea loquebat, sicut etiã cum angelis loquitur ipsa incõmutabili ueritate, illustrãs mentes eorũ ubi est intellectus nosse simul quæcunq; etiã per tempora non fiunt simul. Forte, inquã, sic cũ eis loquebatur, etsi non tãta participatione diuinæ sapiẽtię quantã capiũt angeli: tamẽ pro humano modulo quantumlibet minus,sed ipso genere uisitationis & locutionis, fortassis etiã illo qui fit per creaturã, siue in ecstasi spiritus corporalib. imaginibus, siue ipsis sensib. corporis aliqua specie præsentata uel ad uidendũ uel ad audiendũ, sicut in angelis suis solet uideri deus uel sonare per nubẽ. Nunc tamẽ q̃ audierũt uocẽ dei ambulantis in paradiso ad uesperã, non nisi per creaturã uisibiliter factum est, ne substantia illa inuisibilis & ubiq; tota quæ est patris & filij & spiritussancti, corporalib. eorũ sensibus locali et tẽporali motu apparuisse credatur. Et absconderũt se Adã & mulier eius à facie domini in medio ligno quod est in paradiso. Cũ deus auertit intrinsecus faciẽ suã & fit homo cõturbatus: nõ miremur hæc fieri quæ similia sunt demẽtiæ per nimium pudorẽ ac timorẽ, illo quoq; occulto instinctu non quiescẽte, ut ea nescientes facerẽt quæ aliquid significarẽt quãdoq; scituris posteris, ꝓpter quos ista conscripta sunt. Et uocauit dñs deus Adam,& dixit illi, Vbi es? Increpãtis uox est, nõ ignorãtis. Et hoc sanè ad aliquã pertinet significationẽ: q̃ sicut præceptũ uiro datũ est per quẽ ueniret ad fœminã, ita uir prior interrogatur. Præceptũ enim à domino per uirũ usq; ad fœminã: peccatũ autem à diabolo per fœminã usq; ad uirum: hęc mysticis significationib. plena sunt, nõ id agẽtibus in quibus facta sunt, sed de his illud agente potẽtissima sapiẽtia dei. Non aũt nũc significata referamus, sed gesta defendimus. Respõdit ergo Adã. Vocẽ tuã audiui in paradiso & timui, quia nudus

Quãdo cõtracta mortalitas Ca. XXXII

Origo libidinis

Vox dei ambulantis. XXXIII

Quare interrogatus prius Adam. XXXIIII

nudus sum & abscondi me. Satis probabile est solere deũ per creaturã tali actioni congruam in forma humana primis illis hominib. apparere: quos tamẽ nunquã permisit aduertere nuditatẽ suam, eorũ intentionẽ in superna sustollens, nisi cũ post peccatũ pudendũ in mẽbris motum pœnali mẽbrorum lege sensissent. Sic ergo affecti sunt ut solent affici homines sub oculis hominũ, & talis affectio de peccati pœna erat, cũ latere uellent quẽ latere nihil potest,& ab eo carnem occultare qui cordis inspector est. Sed quid mirũ si superbi uolentes esse sicut dij, euanuerũt in cogitationibus suis,& obscuratũ est insipiens cor eorũ. Se quippe dixerũt esse sapientes in abundãtia sua, & illo auertente faciẽ stulti facti sunt. Quod enim iã ipsos pudebat erga seipsos, unde sibi & succinctoria fecerãt, multo uehementius ab illo etiã sic succincti uideri uerebãtur, qui tanq; familiari tẽperamẽto ad eos uidẽdos per creaturã uisibilem,uelut humanos oculos afferebat. Si enim propterea sic apparebat ut homines tanq; cũ homine loquerentur, quemadmodũ Abrahã ad quercũ Mambre, illa ipsa propè amicitia pudorẽ onerabat post peccatũ, quæ fiduciã dabat ante peccatũ: nec iam illam nuditatẽ audebant ostẽdere talibus oculis, quæ displicebat & suis. Dominus ergo uolens iam peccatores more iustitiæ interrogatos punire, amplius q̃s erat illa pœna de qua iã cogebãtur erubescere, quis nũciauit, inquit, tibi quia nudus es, nisi à ligno quod præceperam tibi tantũ ne ex eo mãducares ab eo edisti? Hinc enim mors cõcepta propter dei sentẽtiã qui sic fuerat cõminatus, fecit aduerti cõcupiscẽtialiter mẽbra: & ibi dicti sunt aperti oculi, & secutũ est q̃ puderẽt. Et dixit Adam. Mulier quã dedisti mecũ, hæc mihi dedit à ligno et edi. Nunq̃d dixit, peccaui? Superbia habet cõfusionis deformitatẽ, & nõ habet cõfessionis humilitatẽ. Ad hęc ista cõscripta sunt, quia & ipsæ interrogationes nimirũ ad hoc factæ sunt, ut & ueraciter & utiliter scriberẽt: quia si mẽdaciter, nõ utiq; utiliter: ut aduertamus quo morbo superbiæ laborẽt homines hodie, nõ nisi in creatorem conãtes referre si quid egerint mali, tamẽ sibi uelint tribui si quid egerint boni. Mulier, inq̃t, quã dedisti mecũ: id est, quã dedisti ut esset mecũ, hęc mihi dedit à ligno et edi: quasi ad hoc data sit, ut non ipsa potius obediret uiro, & ambo deo. Et dixit dominus deus mulieri: Quid hoc fecisti? Et dixit mulier : Serpens seduxit me & manducaui. Nec ista cõfitetur peccatũ, sed in alterũ refert, impari sexu, pari fastu. Ex his tamẽ nat? est, nec eos imitatus est, sed planè plurib. malis exercitatus, qui dicit, & dicet usq; ad terminũ seculi: Ego dixi domine miserere mei, sana animã meã quia peccaui tibi. Quãto melius sic et isti. Sed adhuc cerui ces peccatorũ nõ cõciderat dominus: Restabãt labores, dolores mortis, & omnis cõtritio seculi, & gratia dei qua tẽpore opportuno subuenit hominibus, quos afflictos docuit nõ de seipsis debere pręsumere. Serpẽs, inquit, seduxit me & mãducaui: quasi cuiusquã suasio, præcepto dei debuerit anteponi. Et dixit dñs deus serpẽti: Quia fecisti hoc, maledictus tu ab omnib. pecoribus, & ab omnib. bestijs quæ sunt sup terrã. Sup pectus tuũ & uentrẽ tuum ambulabis, & terrã edes omnes dies uitæ tuæ: & inimicitias ponã inter te & mulierẽ, & inter semẽ tuũ et semen illius. Ipsa tibi seruabit caput, & tu seruabis eius calcaneũ. Tota ista sententia figurata est, nec aliquid debet ei scriptoris fides narratiõisq; ueritas, nisi ne illã dictã fuisse dubitemus. Quod enim positũ est, Et dixit dominus deus serpẽti: uerba sola scribentis sunt, & hęc exigenda sunt per proprietatẽ. Hoc ergo uere est dictum serpẽti. Iã cætera uerba dei sunt, quę libero lectoris intellectui relinquunt, utrũ proprie an figurate accipi debeãt, sicut in exordio uoluminis huius nostri prælocuti sumus. Proinde q̃ serpẽs cur hoc fecerit nõ est interrogatus, potest uideri, q̃ nõ ipse utiq; id in sua natura & uoluntate fecerat: sed diabolus de illo & per illum & in illo fuerat operatus, qui iã ex peccato impietatis & superbiæ suæ igni destinatus fuerat sempiterno. Nunc ergo q̃ serpenti dicit̃, & ad eum qui per serpentẽ operatus est utiq; refertur, proculdubio figuratũ est: nã in his uerbis tẽtator ille describit̃, qualis generi humano futurus esset: quod genus humanũ propagari tũc cœpit, quãdo hæc in diabolum est tanq; in serpentẽ prolata sententia. Hæc itaq; uerba quomõ figuris expositis accipienda sint, & in illis duobus aduersum Manichæos ædítis libris de Genesi quantũ potuimus disseruimus: & si qd diligẽtius & congruẽtius alias potuerimus, deus aderit ut efficiamus. Nunc tamẽ nostra intẽtio, in aliud q̃s suscepimus, nullo exigẽte aduertẽda est.

Et mulieri dixit: Multiplicãs multiplicabo tristitias tuas & gemitũ tuũ: in tristitijs paries filios, & ad uirũ tuũ conuersio tua, & ipse tui dominabit. Hæc quoq; in mulierẽ, dei uerba, figurate ac prophetice multo cõmodius intelligunt̃: uerũtamen quia nondũ pepererat fœmina, nec dolor & gemitus pariẽtis, nisi ex corpore mortis, quę illa præcepti trãsgressione cõcepta est, animalib. quidem etiã tũc mẽbris, sed si homo nõ peccasset, nõ utiq; moriturus, & alio quodã statu feliciore uicturus, donec post uitã bene gestam in melius mutari mererẽtur, sicut iã supra plurib. locis insinuauimus refertur hæc pœna & ad proprietatem literæ: nisi quia id quod dictum est, Et ad uirũ tuũ conuersio tua, & ipse dominabitur tui, uidendũ est quẽadmodũ proprie posit accipi. Neq; eñ & ante peccatum, aliter factam fuisse decet credere mulierẽ, nisi ut uir ei dominaretur, & ad eũ ipsa seruiendo cõuerteretur. Sed recte accipi potest hãc seruitutem significatã, quæ cuiusdã cõditionis est potius q̃s dilectionis: ut etiã ipsa talis seruitus qua homines hominib. postea esse serui cœperũt, de pœna peccati reperiat̃ exorta. Dixit quidẽ Apostolus: Per charitatẽ seruite inuicẽ: sed nequaq̃s diceret, inuicem dominamini. Possunt itaq; cõiuges per charitatẽ seruire inuicẽ, sed mulierẽ nõ permittit Apostolus dominari in uirũ. Hoc eñ uiro potius dei sentẽtia detulit, & maritũ habere dominũ me

Luciferi & eius mĩe

Superbia

Locutio Adam. XXXV

Maledictio serpentis. XXXVI

Pœna mulieris. XXXVII

Gal. 5

Imperium mariti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruit mulieris nõ natura, sed culpa. Quod tamẽ ni-
si seruetur, depraua bitur amplius natura, & auge A
Labores Adã. bitur culpa. Dixit ergo ad uirũ eius, quia audi-
XXXVIII sti uocem mulieris tuæ, & edisti de ligno de quo
præceperam tibi de eo solo non edere, maledicta
terra in operibus tuis: in tristitijs edes illã omnes
dies uitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi,
& edes fœnum agri: in sudore faciei tuæ edes pa
nem tuum, donec cõuertaris in terrã ex qua sum-
ptus es, quia terra es & in terram ibis. Hos esse in
terra labores humani generis, quis ignorat? Et
quia nõ essent si felicitas quæ in paradiso fuerat
tenerẽt, nõ est utiq; dubitandũ, ac per hoc etiã, p-
prie uerba hæc primitus accipere ne pigeat. Ser-
uanda tamẽ est & expectãda significatio prophe
tiæ, quã maxime hic intuẽ dei loquẽtis intentio.
Neq; enim frustra & ipse Adã miro quodã instin B
ctu tunc uocauit nomẽ mulieris suæ Vitam, subij
ciens etiã, quoniã ista est mater omniũ uiuẽtium.
Nam & hęc non scriptoris narrãtis uel affirman-
tis, sed ipsius primi hominis uerba intelligenda
sunt, ut diceret, quoniã hęc est mater omniũ uiuẽ-
tium: tanq; nominis à se impositi causam inferẽs,
Tunicæ pelli- cur eam uocauerit Vitã. Et fecit dominus deus
ceæ. Adæ & mulieri eius tunicas pelliceas & induit
XXXIX eos. Et hoc significatiõis gratia factũ est, sed tamẽ
factum: sicut illa quæ significationis gratia dicta
sunt, sed tamẽ dicta sunt. Hoc enim, quod sæpe di
xi, nec me sæpius piget dicere, à narratore rerum
,pprie gestarũ exigendũ est, ut ea narret facta esse
quæ facta sunt, & dicta esse quæ dicta sunt. Sicut
aũt in factis quæritur quid factum sit & quid signifi C
cet: ita in uerbis quid dictũ sit & quid significet.
Siue eñ figurate siue ,pprie dictũ sit quod dictũ
esse narrat, dictum tamẽ esse nõ debet putari figu
ratũ. Et dixit deus: Ecce Adã factus est tanq̃ unus
ex nobis in cognoscendo bonũ & malũ. Quoniã
hoc, per quodlibet & quomodolibet dictum sit,
deus tamẽ dixit, nõ aliter intelligẽdũ est & quod
Ioan. 14 ait, unus ex nobis, nisi propter trinitatẽ numerus
pluralis accipiat: sicut dictũ erat, faciamus homi-
nẽ, sicut etiam dominus de se & de patre: Venie-
mus ad eũ & mãsionẽ apud eũ faciemus. Replica
tum est igit̃ in caput superbi quo exitu cõcupiue-
rit quod à serpẽte suggestũ est: Eritis sicut dñi. Ec-
ce, inquit, Adã factus est tanquã unus ex nobis.
Verba enim sunt hęc dei non tã huic insultãtis, q̃ D
cæteros ne ita superbiãt deterrẽtis, propter quos
ista cõscripta sunt. Factus est, inqt, tanq̃ unus ex
nobis in cognoscẽdo bonũ & malũ. Quid aliud
intelligendũ nisi exemplũ timoris incutiendi esse
,ppositũ, q̃ non solũ non fuerit factus, qualis fieri
uoluit, sed nec illud quod factus fuerat conserua-
Expulsio è pa radiso. XL uit. Et nũc, inquit deus, ne aliquãdo extendat
manũ, & sumat de ligno uitę & edat & uiuat in æ-
ternũ: et dimisit illũ dominus deus de paradiso uo
luptatis operari terram ex qua sumptus est. Supe
riora uerba dei sunt: hoc aũt factum propter ipsa
uerba secutũ est. Alienatus enim à uita, non solũ
quã fuerat si præceptũ seruasset cũ angelis acce-
pturus, sed ab illa etiam quã ducebat in paradiso,
felici quodã corporis statu, separari utiq; debuit
à ligno uitæ. Siue q̃ ex ipso illo subsisteret felix
ille ipse status corporis, ex re uisibili, uirtute inui-
sibili. Siue q̃ in eo esset sacramentũ uisibile inuisi
bilis sapiẽtiæ: alienãdus inde utiq; fuerat, uel iam
moriturus, uel etiam tanq̃ excõmunicatus, sicut Excommuni-
etiã in hoc paradiso, id est, ecclesia, solent à sacra- nicatio
mẽtis altaris uisibilibus homines discipli na eccle
siastica remoueri. Et eiecit Adã, & collocauit eũ
contra paradisum uoluptatis. Et hoc significandi
gratia factũ est, sed tamẽ factum, ut contra paradi
sum quo beata uita etiã spiritaliter significat, ha- 2 sent. dist. 29
bitaret peccator utiq; i miseria. Et ordinauit Che c. ne uero
rubim, & flammeã romphæã quæ uertit, custodi
re uiã ligni uitę. Hoc per cœlestes utiq; potestates
etiã in paradiso uisibili factũ esse credendũ est, ut
per angelicũ ministeriũ esset illic ignea quædam
custodia: nõ tamẽ frustra factũ esse, nisi quia ligni
ficat aliquid etiã de paradiso spiritali, nõ est utiq; Opiniones de
dubitandũ. Non tamẽ ignoro quibusdã esse ui tempore pœ-
sum festinatione præuertisse illos homines appe nitẽdæ scitiæ
titũ scientiæ boni & mali, & immaturo tempore boni & mali.
percipere uoluisse, quod eis dilatũ opportunius Cap. XLI
seruabatur: idq; egisse tentatorẽ, ut præoccupãdo
quod nondũ talibus congruebat, offenderẽt deũ,
& ab eius rei utilitate alienarent̃ excluſi atq; dam
nati, ad quã si suo tẽpore sicut deus uolebat acce-
derẽt, possent ea salubriter perfrui. Hoc si forte p
lignũ illud non ad proprietatẽ ut uerũ lignũ & ue
ra poma eius, sed ad figuram uelint accipere, ha-
beat exitũ aliquẽ rectæ fidei ueritatiq; probabilẽ.
Visum est eñ quibusdã, duos illos primos homi Cerimoniæ
nes nuptias suas fuisse furatos, & antè mixtos cõ nuptiales.
cubitu, q̃ eos qui creauerat copulasset. Quã rem
nomine ligni fuisse significatam, unde prohibiti
erãt, donec opportuno tẽpore iungerẽtur. Quasi
uero in ea ætate facti esse credẽdi sint, ut expectã-
da esset maturitas pubertatis: aut nõ illud tunc le
gitimũ esset, cum primũ fieri potuisset, cum autẽ
nõ potuisset, nõ utiq; fieret: nisi forte spõsa erat à
patre tradẽda, & expectanda erat uotorũ solẽni-
tas, & cõuiuij celebritas, & dotis æstimatio, & cõ-
scriptio tabularũ. Ridiculũ istud est, ,ppter quod
à rerum gestarũ proprietate discedat, quã suscepi
mus asserendã, & quantũ deus donare uoluit, af- Qui potuerit
seruimus. Illud magis mouet, si iam spiritalis Adam credere
erat Adã, quãuis mente non corpore, quomodo re serpenti.
credere potuerit quod per serpentem dictum est, Cap. XLII
ideo deum prohibuisse ne fructu ligni illius uesce
rẽtur, quia sciebat eos si fecissent futuros ut deos
propter dignoscentiã boni & mali, tanquam hoc
tantum bonũ creaturæ suæ creator inuiderit: hoc
mirũ si homo spiritali mẽte prædi tus credere po-
tuisset. An quia hoc credere ipse nõ posset, ,ppter
ea mulier addita est, quę paruí intellectus esset, &
adhuc fortasse secundũ sensum carnis, non secũ-
dum spiritũ mẽtis uiueret, & hoc est q̃ ei Apostо- 1. Cor. 11
lus non tribuit imaginẽ dei. Sic enim ait: Vir qui
dem nõ debet uelare caput, cum sit imago & glo
ria dei: mulier autem gloria uiri est. Non q̃ mens
fœminæ eandẽ imaginẽ capere nõ possit, cum in
illa

illa gratia nos dicat nec masculum esse nec fœmi
nã: Sed q̃ fortasis illa hoc nõdũ ꝓceperat quod A
sit in agnitiõe dei, et uiro regẽte ac dispẽsante pau
latim fuerat perceptura. Neq; enim frustra est il-
1. Timot. 2 lud quod Apostolus ait: Adã enim primus forma
tus est, deinde Eua: et Adã nõ est seductus, mulier
dist. 22 aũt seducta in prævaricatione facta est, id est, ut p
c. solet illã etiã uir prævaricaretur. Nã & ipsum dicit præ
Rom. 5 uaricatorẽ, ubi ait: In similitudinẽ prævaricatio-
nis Adæ qui est forma futuri. Seductum tamẽ ne
gat. Nã & interrogatus non ait: Mulier quã dedi
sti mecũ seduxit me, & manducaui: sed ipsa mihi,
inquit, dedit à ligno, & manducaui. Illa uero: Ser
Idololatria pẽs, inquit, seduxit me. Ita Salomõ uir tãtæ sapiẽ-
tiæ, nunquid nã credendũ est q̃ in simulachrorũ
cultu credidit esse aliquid utilitatis? sed mulierũ
amori ad hoc malũ trahẽti resistere nõ ualuit, fa B
ciẽs quod sciebat nõ esse faciendũ, ne suas quib.
deperibat atq; diffluebat mortiferas delitias con
dist. 22 tristaret. Ita & Adã, posteaquã de ligno prohibi-
c. ex quo to seducta mulier manducauit, eiq; dedit ut simul
ederẽt, noluit eã contristari, quam credebat posse
sine suo solatio cõtabescere, si ab eius alienaretur
animo, & omnino illa interire discordia. Nõ qui-
dem carnis uictus cõcupiscẽtia quã nondũ sensе-
rat in resistẽte lege membrorũ legi mẽtis suæ: sed
amicali quadã beneuolẽtia, qua plerũq; fit ut of-
fendat̃ deus, ne homo ex amico fiat inimicus: qd̃
eũ facere nõ debuisse, diuinæ sentẽtiæ iustus exi- C
tus indicauit. Ergo alio quodã modo etiã ipse de-
ceptus est, sed dolo illo serpentino quo mulier se
ducta est, nullo modo illũ arbitror potuisse sedu-
ci in illo modo quo illa potuit. Hãc aũt, ,pprie sedu
ctionẽ appellauit Apostolus, qua id quod suade-
batur cũ falsum esset, uerũ esse putatũ est, id est q̃
deus ideo lignũ illud tãgere ,phibuerit, q̃ sciebat
eos si tetigissent uelut deos futuros, tanq̃ eis diui
nitatem inuideret, qui eos homines fecerat. Sed
etiã si uirum propter aliquã mentis elationẽ, quæ
deum internorũ scrutatorẽ latere non poterat, so-
licitauit aliqua experiẽdi cupiditas, cum mulierẽ
uideret accepta illa esca non esse mortuam, secun
dum ea quæ superius tractauimus: nõ tamẽ eum
arbitror si iam spiritali mente prædi tus erat, ullo
modo credere potuisse, q̃ eos deus ab esca illius
ligni inuidẽdo uetuisset. Sed quid plura? Persua-
sum est illud peccatũ sicut ꝓsuaderi talib. posset: D
conscriptũ est autẽ sicut legi ab omnibus oporte
ret, etsi à paucis hæc intelligerẽtur sicut oportet.

D. AVRELII AVGVSTINI
DE GENESI AD LITERAM
LIBER XII

B exordio scripturæ sanctæ quæ in-
scribitur Genesis, donec homo pri-
A mus de paradiso dimissus est, unde-
cim libris siue asserẽdo atq; defenden
do quæ certa nobis sunt, siue inquirẽ-
do & ambigendo de incertis, quę potuimus & si-
cũt potuimus disseruimus atq; cõscripsimus, non

tam prescribẽtes de rebus obscuris unicuiq; quid
sentiat, q̃ nos docendos in quibus dubitauimus
ostendentes, temeritatemq; affirmandi amouen-
tes à lectore, ubi nõ ualuimus præbere sententiæ
firmitatem. Iste aũt duodecimus liber ea iam cu-
ra expeditus, qua nos pertractãdus textus sacra-
rum literarum occupabat, liberius atq; prolixius
uersabit de paradiso quæstionẽ: ne putemur eui-
tasse, quod uidetur Apostolus in tertio cœlo insi- 2 Cor. 12
nuare paradisum, ubi ait: Scio hominẽ in Christo
ante ãnos quatuordecim, siue in corpore nescio,
siue extra corpus nescio, deus scit, raptũ eiusmo-
di usq; in tertiũ cœlũ: & scio eiusmodi hominẽ si-
ue in corpore siue extra corpus, nescio, deus scit
quia raptus est in paradisum, & audiuit ineffabi-
lia uerba quę nõ licet homini loqui. In his uerbis
primũ quæri solet, quid dicat tertiũ cœlũ: deinde
utrũ illic intelligi uoluerit paradisum, an poste aq̃
raptus est in tertiũ cœlum, raptũ esse & in paradi-
sum, ubicunq; sit paradisus: nõ ut hoc fuerit rapi
in tertiũ cœlum quod in paradisum, sed prius in
tertiũ cœlum, & post inde in paradisum. Et hoc
sic ambiguũ est ut non mihi uideatur posse dissol
ui, nisi aliquis nõ ex præsentib. Apostoli uerbis,
sed ex alijs forte scripturarũ locis uel ratione per-
spicua, inueniat aliquid quo doceat siue in tertio
cœlo esse paradisum, siue nõ esse: cũ & ipsum ter-
tium cœlum quid sit nõ liquido appareat, utrum
in rebus corporalibus, an forte in spiritalibus in-
telligendum sit. Posset quidem dici non nisi in lo-
cum aliquem corporalem hominem rapi potuis- C
se cum corpore: sed quia & hoc ita posuit ut ne-
scire se dixerit, utrum in corpore, an extra corpus
raptus sit, quis audeat dicere se scire, quod se ne-
scire Apostolus dixit? Veruntamen si neq; spiri-
tus sine corpore ad loca corporalia rapi potest,
nec corpus ad spiritalia, hæc ipsa dubitatio eis diui
nitatem cogit intelligi, siquidem de seipso hæc eum
scripsisse nemo ambigit, tale fuisse illud quod ra-
ptus est, quod utrum corporale an spiritale esset,
dignosci discerniq; non posset. Cum enim uel Imagines in
in somnis uel in ecstasi corporum exprimuntur somno aut ec-
imagines, non discernuntur omnino à corpori- stasi. Cap. II
bus, nisi cum homo redditus sensibus corporis,
recognoscit se in illis fuisse imaginibus quas non
per sensum corporis hauriebat. Quis enim cum à
somno euigilauerit, non continuo sentiat imagi-
naria fuisse quę uidebat, quamuis cum ea uideret
dormiẽs à uigilantium corporalibus uisis discer-
nere non ualebat? Quanquã mihi accidisse scio,
& ob hoc etiã alijs accidere potuisse uel posse nõ
dubito, ut in somnis uidens in somnis me uidere
sentirem, illasq; imagines quæ ipsam nostrã con-
suetudinem ludificare consueuerunt, non esse ue
ra corpora, sed in somnis ea prẽsentari firmissime
etiã dormiens tenerem atq; sentirem. Hoc tamen
fallebar aliquando, q̃ amico meo quem similiter
in somnis uidebã, id ipsum persuadere conabar,
nõ esse illa corpora quæ uidebamus, sed esse ima
gines somniantiũ, cum & ipse utiq; inter illos sic
mihi appareret quomodo illa, Cui autem & hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicebam,neq; id uerum esse quod pariter loque-
remur,sed etiam ipsum tunc aliud aliquid uidere A
dormientē,& utrum ista ego uiderē omnino non
scire: uerum cū eidem ipsi persuadere moliebar
q̄ ipse nō esset,adducebar ex parte etiā ipsum pu
tare esse,cui profecto nō loquerer, si omnimodo
sic afficerer q̄ ipse non esset:Ita nō poterat, q̄uis
mirabiliter uigilās anima dormiētis,nisi duci ima
ginibus corporū, ac si corpora ipsa essent. In ec
stasi autē unum audire potui,& eum rusticanū ui
rum ualentē quod sentiebat exprimere,qui & ui
gilare se sciret et uidere quiddā non oculis corpo
reis, Nā ut eius uerbis utar,quantū recolere pos
sum, anima mea inquit, uidebat eum, non oculi
mei. Non tamē sciebat utrū corpus esset aut ima
go corporis. Non enim erat talis ut ista discerne
ret,ueruntamē simpliciter fidelis, ut eum sic audi B
rem,ac si illud quod se uidisse narrabat ipse uidis
Acto.1 sem. Ac per hoc si paradisum Paulus ita uidit ut
apparuit Petro ille discus submissus è cœlo,ut Io
Apoc.1 anni quicquid in Apocalypsi se uidisse cōscripsit,
Ezech.37 ut Ezechieli campus ille cū ossibus mortuorū,&
Esaiæ 6 illa eorum resurrectio,ut Esaiæ sedēs deus, in cō
spectu eius Seraphin, & ara unde carbo assum
ptus Prophetæ labia mundauit, manifestum est
eum ignorare potuisse, utrū in corpore an extra
Quid sit quod uiderit Pau lus. Cap. III corpus ea uiderit. Sed si extra corpus uisa sint,
& corpora nō fuerunt,adhuc quæri potest utrum
imagines corporū fuerint, an ea substantia quæ
nullam corporis similitudinē gerit, sicut deus, si
cut ipsa mens hominis uel intelligentia uel ratio,
sicut uirtutes,prudētia, iustitia, castitas, charitas, C
pietas, & quæcunq; aliæ sunt quas intelligendo
atq; cogitādo enumeramus, discernimus, defini
mus:non utiq; intuētes liniamenta earū uel colo
res,aut quomodo sonent,aut quid redoleant,aut
quid in ore sapiant, aut quid contrectantibus de
calore seu frigore,mollitudine seu duritia, lenita
te seu asperitate renuncient, sed alia quadā uisio
ne, alia luce, alia rerum euidentia, & ea lōge cæte
ris præstantiore atq; certiore. Rursus igitur ad ea
dem ipsa Apostoli uerba redeamus,& ut ea dili
gentius perscrutemur, hoc sine dubitatione pri
mitus constituto, multomagis atq; incōparabili
ter amplius Apostolum sciisse, quod de incorpo
rea corporeaq; natura nos ut sciamus utcunq; co
namur. Si ergo sciebat,spiritalia per corpus, cor- D
poralia extra corpus uideri omnino nō posse,cur
non per eaipsa quæ uidit quomodo etiā potuerit
uidere discernit? Si enim certus erat ille esse spiri
talia,cur nō consequēter extra corpus ea se uidis
se certus nihilominus erat? Si aūt corporalia esse
nouerat, non nisi per corpus uideri potuisse, cur
non etiā nouerat? unde ergo dubitat utrū in cor
pore an extra corpus ea uiderit, nisi forte ita etiā
dubitet, utrū illa corpora an similitudines corpo
rum fuerint? Prius itaq; uideamus quid sit in uer
borum istorū connexione unde nō dubitet, atq;
ita cum remanserit unde dubitet, fortasis ex his
de quibus non dubitat, quomodo etiā illud dubi
2.Cor.12 tet apparebit; Scio, inquit, hominem in Christo

ante annos xiiij, siue in corpore nescio, siue extra
corpus nescio, deus scit, raptum eiusmodi usq; in
tertiū cœlū. Scit ergo ante annos quatuordecim
in Christo raptum hominē usq; ad tertiū cœlum,
hoc omino nō dubitat, nec nos ergo dubitemus:
sed utrū in corpore an extra corpus, dubitat: un
de illo dubitante, quis nostrū certus esse audeat?
Num forte hinc etiā illud consequens erit,ut ter
tium cœlum fuisse dubitemus,quò raptum homi
nem dixit? Si enim res ipsa demōstrata est, tertiū
cœlum demōstratū est. Si autē imago aliqua cor
poraliū similis facta est,non erat illud tertium cœ
lum, sed illa ostensio sic ordinata est, ut uideretur
sibi ascendere primū cœlum, super quod uideret
alterū,quò rursus ascendēs iterum alterum uide
ret superius,quò cū peruenisset, posset dicere se
in tertiū cœlum raptū. Sed illud quod tertiū cœ
lum esset quò raptus est,neq; dubitauit,neq; dubi
tare nos uoluit. Ad hoc enim præmisit,scio: & in
de cœpit,ut id quod se scire Apostolus dicit,so
lus ille nō credat uerū esse qui nō credit Apostolo. Scit ergo hominē raptum esse usq; in tertiū
cœlum: proinde illud in quod raptus est uere ter
tium cœlū est; nō signū aliquod corporale,quod
cum ostēderetur Moysi, usq; adeo sentiebat aliud
esse ipsam dei substantiam, aliud uisibilem creatu
ram, in qua se deus humanis & corporalibus sen Exo.33
sibus præsentabat, ut diceret, Ostēde mihi temet
ipsum: nec aliqua imago rei corporalis, quam
cum Ioānes uideret in spiritu, quærebat quid es
set, eiq; respondebatur, uel ciuitas est, uel populi
sunt, uel aliquid aliud, cum uideret ille bestiā siue
mulierē, siue aquas, siue quid eiusmodi: Sed scio,
inquit, hominē raptum usq; in tertiū cœlū. Quòd
si spiritalem imaginē corporali similem cœlū ap
pellare uoluisset, sic erat etiā imago corporis eius
in qua illuc raptus ascēderat. Sic ergo & suū cor
pus appellaret, quamuis imaginē corporis, quo
modo illud cœlum, quāuis imaginē cœli: neq; cu
raret discernere quid sciret & quid nesciret, id est
quia sciret raptum usq; ad tertiū cœlum, nescīret
autem utrum in corpore an extra corpus, sed sim
pliciter narraret uisionē, earum rerū nominibus
appellans illa quę uidit, quarū erant similia. Nam
& nos dicimus cum somnia nostra narramus, uel
aliquam in eis reuelationē, uidi montem, uidi flu
uium, uidi tres homines, & si quid eiusmodi, ea
nomina tribuentes illis imaginibus, quæ habent
res ipsæ quarū similes erant: Apostolus autem il
lud, inquit, scio, illud nescio. At si utrunq; imagi
naliter apparuit, utrunq; pariter scitur pariter ue
nescitur. Si autē proprie cœlū, & ideo scitur, quo
modo potuit imaginaliter corpus illius hominis
appareret? Nam si cœlum corporeum uidebatur,
quare latebat utrū corporeis oculis uideretur? Si
aūt incertū erat, utrū oculis corporeis an spiritu
uideretur, & ideo dictum est, Siue in corpore siue
extra corpus, nescio: quomodo nō incertū erat et
illud, utrū uere cœlum corporeū uideret, an ima
ginaliter ostēderetur? Itemq; si substātia incorpo
rea uidebatur, nō in aliqua imagine corporis, sed
sicut

Quid fuerit cœlum tertiū. Cap. IIII

sicut uidetur iustitia, sapiētia, & si quid eiusmodi,
& hoc erat cœlum, id quoq; manifestū est, oculis A
huius corporis uideri aliquid tale nō posse: ac per
hoc si aliquid tale se uidisse sciebat, nō per corpus
se uidisse dubitare nō poterat. Scio, inquit, homi
nem in Christo ante annos quatuordecim, Hoc
scio, nemo dubitet qui mihi credit, sed utrū in cor
pore an extra corpus, nescio, deus scit. Quid er
go scis quod discernis ab eo quod nescis, ne cre
dentes fallanī: Raptū, inquit, eundē hominē usq;
in tertiū cœlū. At illud cœlū aut corpus erat, aut
spiritus? Si corpꝰ erat, & corporeis oculis uisum
est, cur illud cœlū esse scitur, & in corpore uisum
esse nescitur, Si aūt spiritus erat, aut corporis ima
ginē præbuit, & tam incertū est utrū corpus fue
rit, q̄ incertū est utrū in corpore uisum sit: aut sic
uisum est, quomodo uideī mēte sapientia sine ul- B
lis imaginibus corporū, & nihilominus certū est
uideri non potuisse per corpus: aut ergo utrunq;
certū est, aut utrunq; incertū: aut quomodo certū
quod uisum est: incertū autē per quod uisum est?
Manifestum est enim incorporeā naturā ab eo ui
deri nō potuisse per corpus, Corpora uero etiā si
possunt uideri sine corpore, nō utiq; sic uidentur
per corpus, sed longe ille dispar modus est si quis
est. Vnde mirū si posset Apostolum tanq; simili
modo fallere, aut ad dubitationē cogere, ut si cor
poreū cœlum incorporeis oculis uidit, incertū si
bi esse diceret utrū in corpore an extra corpus id
uiderit. Restat ergo fortasse ut quoniā mētiri nō
posset Apostolus, qui tāta cura egit ut discerne
ret quid sciret & quid nesciret, hocipsum eū igno C
rasse intelligamus, utrū quādo in tertiū cœlum ra
ptus est, in corpore fuerit, quomodo est anima in
corpore, cū corpus uiuere dicitur, siue uigilantis,
siue dormientis, siue in ecstasi à sensibus corporis
alienata: an omino de corpore exierit ut mortuū
corpus iaceret, donec peracta illa demōstratione
mēbris mortuis anima redderetur, & non quasi
dormiens euigilaret, aut ecstasi alienatus denuo
rediret in sensus, sed mortuus omnino reuiuisce
ret. Proinde quòd uidit raptus usq; in tertium cœ
lum, quod etiā se scire cōfirmat, proprie uidit nō
imaginaliter. Sed quia ipsa à corpore alienatio u
trum omnino mortuū corpus reliquerit, an secū
dum modum quendā uiuētis corporis ibi anima
fuerit, sed mens eius ad uidenda uel audienda in- D
effabilia illius uisionis arrepta sit, hoc incertum
erat, ideo forsitā dixit, Siue in corpore siue extra
corpus, nescio, deus scit. Quod autē non imagi
naliter sed proprie uidetur & nō per corpus uide
tur, hoc ea uisione uidetur quæ omnes cæteras su
perat. Harū species atq; differētias quantū me do
minus adiuuerit explicare curabo. Ecce in hoc
uno præcepto cū legitur: Diliges proximū tuum
tanquam teipsum, tria genera uisionū occurrūt.
Vnum per oculos, quibus ipsæ literæ uidentur:
alterū per spiritū hominis, quo proximus & ab
sens cogitatur: tertiū per contuitū mentis, quo ip
sa dilectio intellecta cōspicitur. In his tribus gene
ribus illud primū manifestū est omnibus: in hoc

Gene. VI

Matth. 22

enim uidetur cœlum & terra & omnia quę in eis
conspicua sunt oculis nostris. Nec illud alterum,
quo absentia corporalia cogitātur, insinuare diffi
cile est: ipsum quippe cœlum & terram, & ea quę
in eis uidere possumus, etiā in tenebris constituti
cogitamus: ubi nihil uidētes oculis corporis, ani
mo tamen corporales imagines intuemur: seu ue
ras, sicut ipsa corpora uidemus & memoria reti
nemus: seu fictas, sicut cogitatio imaginari potue
rit, Aliter enim cogitamus Carthaginē quàm no
uimus, aliter Alexandriā quā non nouimus. Ter
tiū uero illud, quo dilectio intellecta conspicitur,
eas res cōtinet quæ nō habent imagines sui simi
les, quæ nō sunt quod ipsę. Nam homo uel arbor
uel sol, & quæcunq; alia corpora, siue cœlestia si
ue terrestria, & præsentia uidentur in suis formis,
& absentia cogitātur imaginibus animo impres
sis, & faciunt duo genera uisorum, unū per corpo
ris sensus, alterū per spiritum quo illæ imagines
continentur. Dilectio autē nūquid aliter uidetur
præsens in specie qua est, & aliter absens in ali
qua imagine sui similis? Non utiq;, sed quantum
mente cerni potest, ab alio magis, ab alio minus
ipsa cernitur, Si autem aliquid corporalis imagi
nis cogitatur, nō ipsa cernitur. Hæc sunt tria ge
nera uisionū, de quibus & in superioribus libris
aliquid diximus sicut res postulare uidebatur, nō
tamen earum numerū cōmemorauimus: & nunc Cap. VII
breuiter eis insinuatis, quoniam suscepta quęstio
flagitat, ut de his aliquanto uberius disseramus,
debemus ea certis et cōgruis signare nominibus,
ne assidue circūloquendo moras faciamus. Pri
mū ergo appellemus corporale, quia per corpus
percipitur & corporis sensibus exhibetur. Secū
dum spiritale, quicquid enim corpus nō est, & ta
men aliquid est, iam rectè spiritus dicitur: & utiq;
nō est corpus, cuius corpori similis sit imago ab
sentis corporis, nec ille ipse obtutus quo cernit.
Tertiū uero intellectuale, ab intellectu, quia men
tale à mente, ipsa uocabuli nouitate nimis absur
dum est ut dicamus. Horum uocabulorū rationē
si subtilius reddā, & prolixior & perplexior ser
mo erit, cū hoc uel nulla, uel certe nō tanta neces
sitas exigat: satis est ergo scire corporale aliquid
uel proprie dici cū de corporibus agitur, uel etiā
translato uocabulo, sicut dictum est, quia in ipso
inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporali Coloss. 2
ter. Neq; enim diuinitas corpus est, sed quia sacra
menta ueteris testamēti appellat umbras futuri,
propter umbrarū comparationē corporaliter di
xit habitare in Christo plenitudinē diuinitatis: q̄
in illo impleātur omnia quæ in illis umbris figu
rata sunt, ac sic quodāmodo umbrarū illarum ip
se sit corpus, hoc est figurarum & significationū
illarum ipse sit ueritas. Sicut ergo ipsæ figuræ si
gnificatiue, translato utiq; uocabulo non proprie
dictæ sunt umbræ, ita & quod ait plenitudinē di
uinitatis corporaliter habitare, translato uerbo
usus est. Spiritale autem pluribus modis dicitur,
Nam & corpus quod futurū est in resurrectione
sanctorū, spiritale appellat Apostolus, ubi ait: Se

Visio corporalis, spiritalis, intellectualis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minatur corpus animale, resurget corpus spirita-
le: eo ꝙ miris modis ad omnẽ facilitatẽ & incor- A
ruptionẽ spiritui subdatur, & sine ulla indigentia
corporalium alimentorũ solo uiuificetur spiritu,
nõ ꝙ incorpoream substantiam sit habiturũ: neq;
enim & hoc corpus quale nunc habemus, animæ
habet substantiam, & hoc est quod anima, quia di-
Spiritus uocabulum πνεύμα ctum est animale. Itẽ spiritus dicitur, uel aer iste,
uel flatus eius, id est, motus eius, sicut dictum est:
Ignis, grãdo, nix, glacies, spiritus tempestatis. Di-
citur etiam spiritus anima, siue pecoris siue homi-
Eccls 3 nis, sicut scriptum est: Et quis scit, spiritus filiorũ
hominis si ascendat ipse sursum, & spiritus peco-
ris si descendat ipse deorsum in terram? Dicitur
spiritus & ipsa mens rationalis, ubi est quidã tan-
quam oculus animæ ad quem pertinet imago &
Ephes. 4 agnitio dei. Vnde dicit Apostolus: Renouamini B
spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominẽ
qui secundũ deum creatus est: Cum & alibi dicat
Colos. 3 de interiore homine, Qui renouatur in agnitio-
ne dei secundum imaginẽ eius qui creauit eum.
Item cum dixisset, Igitur ipse ego mente seruio le-
Rom. 7 gi dei, carne autem legi peccati: Alio loco eãdem
Gal. 5 sententiam cõmemorans: Caro, inquit, concupi-
scit aduersus spiritum, & spiritus aduersus car-
nem, ut non ea quæ uultis faciatis: quã dixit men-
tem, hanc etiam spiritum appellauit. Dicitur spi-
ritus etiam deus, sicut ait dominus in Euangelio:
Ioan. 4 Spiritus est deus, & eos qui adorant eum in spiri-
Differẽtia spiritus & mẽtis. tu & ueritate oportet adorare. Ex his omni-
bus modis quos cõmemorauimus quibus appel-
Cap. VIII latur spiritus, non traximus hoc uocabulum quo C
appellauimus spiritale hoc uisionis genus de quo
nũc agimus, sed ex illo uno modo quẽ inuenimus
in epistola ad Corinthios, quo spiritus à mẽte di-
stinguitur euidentissimo testimonio. Si enim ora
uero, inquit, lingua, spiritus meus orat, mens au-
tem mea infructuosa est. Cum ergo lingua intelli-
gatur hoc loco dicere obscuras & mysticas signi-
ficationes, à quibus si intellectũ mẽtis remoueas,
nemo ædificatur, audiẽdo quod nõ intelligit, Vn-
de etiam dicit, Qui enim loquitur lingua, nõ ho-
minibus loquitur sed deo: nemo enim audit, spiri-
tus autẽ loquitur mysteria: satis indicat eã se lin-
guam hoc loco appellare, ubi sunt significatiões
uelut imagines rerũ ac similitudines, quæ ut intel-
ligantur, indigent mentis intuitu. Cum autẽ non D
intelliguntur, in spiritu eas dicit esse, non in men-
te, Vnde apertius ait: Si benedixeris spiritu, quis
supplet locum idiotæ? Quomodo dicet amen su-
per tuam benedictionẽ, quãdoquidẽ nescit quid
dicas? Quia ergo etiam lingua, id est mẽbro cor-
poris quod mouemus in ore cũ loquimur, signa
utiq; rerum dantur, non res ipsæ proferũtur: pro-
pterea translato uerbo linguam appellauit quãli-
bet signorum prolationem priusquam intelligan-
tur: quo cum intellectus accesserit, qui mentis est
proprius, fit reuelatio uel agnitio, uel prophetia
uel doctrina. Proinde ait, Si uenero ad uos lin-
guis loquens, quid uobis prodero nisi loquar uo-
bis in reuelatione aut in agnitione aut in prophe-
tia aut in doctrina? id est cũ signis hoc est linguæ
accesserit intellectus, ut non spiritu tantum, sed
etiam mẽte agatur quod agitur. Proinde qui- *Prophetia, Cap. IX*
bus signa per aliquas rerum corporaliũ similitu-
dines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset
mentis officiũ, ut etiam intelligerentur, nondum
erat propheta, Magisq; propheta erat qui inter-
pretabatur quod alius uidisset cũ ipse qui uidisset.
Vnde apparet magis ad mentem pertinere pro-
phetiã, quàm ad istum spiritũ qui modo quodam
proprio uocatur spiritus, uis animæ quædã men-
te inferior, ubi corporalium rerum similitudines
exprimũtur. Itaq; magis Ioseph propheta, qui in- *Gen. 41*
tellexit quid significarẽt septem spicæ & septem
boues, quàm Pharao qui eas uidit in somnis. Il-
ius enim spiritus informatus est ut uideret, hu-
ius mens illuminata ut intelligeret: Ac per hoc in
illo erat lingua, in isto prophetia, quia in illo rerũ
imaginatio, in isto imaginationum interpretatio.
Minus ergo propheta qui rerum quæ significanẽ
sola ipsa signa in spiritu per rerũ corporaliũ ima-
gines uidet: & magis propheta qui solo earũ intel-
lectu præditus est: sed & maxime propheta, qui
utroq; præcellit, ut & uideat in spiritu corporaliũ
rerum significatiuas similitudines, & eas uiuaci- *Dan. 2*
tate mẽtis intelligat, sicut Danielis excellẽtia ten-
tata & probata, qui regi & somniũ quod uiderat
dixit, & quid significaret aperuit, Et ipsæ quippe
imagines corporales in spiritu eius expressæ sunt,
& earum intellectus reuelatus in mẽte. Ex hoc er-
go modo quo appellatur in ista distinctione spiri- *1. Cor. 14*
tus, secundũ quem dixit Apostolus, Orabo spiri-
tu orabo autem & mente, ut & signa rerũ forma-
rentur in spiritu, & eorum refulgeret intellectus
in mente, secundum hanc, inquã, distinctionem
spiritale nunc appellauimus tale genus uisorum,
quali etiam corporum absentium imagines cogi- *Intellectuale, Cap. X*
tamus. Intellectuale autem illud excellentius
quod mẽtis est proprium. Nec mihi occurrit om-
nino ita pluribus modis dici posse intellectum, si-
cut spiritum multis modis appellatum esse com-
perimus. Siue autẽ intellectuale dicamus siue in-
telligibile, hoc idem significamus. Quanquã nõ-
nihil interesse nõnulli uoluerunt, ut intelligibilis
sit res ipsa quæ solo intellectu percipi potest, intel-
lectualis autem mens quæ intelligit: sed esse ali-
quam rem quę solo intellectu cerni possit, ac non
etiam intelligat, magna & difficilis quæstio est:
Esse autem rem quæ intellectu percipiat, & non
etiam intellectu percipi possit, non arbitror quen
quam uel putare uel dicere: Mens quippe nõ ui-
detur nisi mente. Quia ergo uideri potest, intelli-
gibilis, quia & uidere, intellectualis est, secũdum
illam distinctionẽ. Quapropter sequestrata illa
difficillima quæstione, utrũ sit aliquid quod tan-
tum intelligatur nec intelligat, nunc intellectuale
& intelligibile sub eadem significatione appella-
mus. Tria igitur ista genera uisionum, corpora- *Exemplis utitur.*
le, spiritale & intellectuale, singillatim considerã-
da sunt, ut ab inferioribus ratio ad superiora cõsce-
dat. Iam quidẽ superius exemplũ proposuimus
quo

quo in una sententia omnia tria uideãtur genera.
Matth. 22 Cum enim legitur, Diliges proximum tuum tan- A
quam teipsum: corporaliter literæ uidentur, spirita-
liter proximus cogitatur, intellectualiter dilectio
conspicit. Sed & literæ absentes possunt spirituali-
ter cogitari, & proximus præsens potest corpora-
liter uideri: dilectio autẽ nec per substantiã suam
potest oculis corporis cerni, nec per imaginẽ cor-
pori similem spiritu cogitari, sed sola mẽte, id est
intellectu cognosci & percipi. Corporalis sanè ui-
sio nulli horũ generi præsidet, sed quod per eam
sentitur, illi spirituali tanquã præsidenti nunciatur.
Nam cũ aliquid oculis cernitur, cõtinuo fit ima-
go eius in spiritu, sed nõ dignoscitur facta, nisi cũ
ablatis oculis ab eo quod per oculos uidebamus,
imaginem eius in animo inuenerimus. Et siquidẽ
spiritus irrationalis est ueluti pecoris, huc usque B
oculi nũciant. Si aũt anima rationalis est, etiam in-
tellectui nunciatur, qui & spiritui præsidet, ut si il-
lud quod hauserunt oculi atq; id spiritui ut eius il-
lic imago fieret nunciauerũt, alicuius rei signum
est, aut intelligat cõtinuo quid significet, aut quæ-
ratur, quoniã nec intelligi nec requiri nisi officio
Dan. 5 mentis potest. Vidit rex Balthasar articulos ma-
nus scribentis in pariete, cõtinuoq; per corporis
sensum imago rei corporaliter factæ spiritui eius
impressa est, atq; ipso uiso facto ac preterito illa in
cogitatione permansit: uidebaẽ in spiritu, & non-
dum intelligebaẽ, nec tunc intellectum erat hoc
signũ cum corporaliter fieret, atq; oculis corpora-
libus appareret, iam tamẽ signum esse intelligeba-
tur, id habens ex mentis officio. Et quia require- C
baẽ quid significaret, etiam ipsam inquisitionẽ u-
tiq; mens agebat. Quo nõ cõperto Daniel acces-
sit, & spiritu prophetico mẽte illustrata, perturbato
48.10 regi quid illo signo portenderet aperuit, ipse po-
tius, ppheta per hoc genus uisionis, ꝺd mentis est
propriũ, ꝺp ille qui & signũ corporaliter factũ ui-
derat, et trãsacti eius imaginẽ in spiritu cogitãdo
cernebat, nec aliquid intellectu poterat, nisi nosse
signũ esse, et quid significaret inquirere. Vidit Pe-
trus in alienatione mentis uas quatuor lineis alli-
gatum submitti de cœlo plenũ uariis animalibus,
cum audiuit uocem, macta & manduca. Qui cũ
redditus sensibus de uisu disceptaret, ecce quos
Cornelius miserat, nunciauit ei spiritus dicẽs, Ec-
ce uiri quærũt te: sed surge descende & uade cum D
illis, quia ego misi eos. Qui cũ uenisset ad Corne-
liũ, quid in illa uisione intellexerit, ubi audierat,
Quæ deus mundauit, tu ne cõmunia dixeris: ipse
indicauit dicens, Sed mihi deus ostendit neminẽ
communẽ aut immũdum hominẽ dicere. Cum
ergo illum discũ uideret, alienatus à corporis sen-
sibus, & illas uoces, macta & manduca, & quæ
deus mundauit, tu cõmunia ne dixeris: in spiritu
audiebat. Redditus autẽ corporis sensibus, idip-
sum quod uisum atq; auditũ memoria tenuerat,
in eodẽ spiritu cogitãdo cernebat. Quę omnia nõ
corporalia, sed corporaliũ imagines erant, siue cũ
primũ in ipsa alienatione uisæ sunt, siue cũ postea
recordatæ atq; cogitatæ. Cũ uero disceptabaẽ &
requirebaẽ ut illa signa intelligerent, mentis erat
actio conãtis, sed deerat effectus donec nunciati
sunt qui uenerant à Cornelio: hac uero corporali
etiã accedẽte uisione, cũ & spiritus sanctus rursus
ei in spiritu diceret, Vade cũ eis, ubi & illud signũ
ostenderat & impresserat uoces, adiuta diuinitus
mens intellexit, quid illis signis omnib. ageretur.
His atq; huiusmodi rebus diligẽter consideratis,
satis apparet corporalem uisionẽ referri ad spiri-
talem, eãq; spiritalẽ referri ad intellectualẽ. Sed
cũ uigilantes, neq; mente à sensibus corporis alie- *Imaginatiões uigilãtiũ XII*
nata in uisione corporali sumus, discernimus ab
ea uisionẽ spiritalem qua corpora absentia imagi-
naliter cogitamus, siue memoriter recordantes
quę nouimus, siue quę nõ nouimus, et tamẽ sunt,
in ipsa spiritus cogitatiõe utcunq; formãtes, siue
quæ omnino nusq; sunt, pro arbitrio uel opinatio-
ne fingẽtes. Ab his omnibus ita discernimus illa
corporalia quæ uidemus, & in quib. præsentibus
sunt sensus corporis nostri, ut nõ dubitemus hæc
esse corpora, illas uero imagines corporũ. Cũ au-
tem uel nimia cogitatiõis intentiõe, uel aliqua ui
morbi, ut in phreneticis & per febrẽ accidere so-
let, uel cõmixtione cuiusquã alterius spiritus seu
mali seu boni, ita corporaliũ rerũ in spiritu expri-
muntur imagines, tanquam ipsis corporis sensi-
bus corpora præsentent, manẽte tamen etiam in
sensibus corporis intentione, sic uidentẽ quę in spi-
ritu fiunt imagines corporũ, quẽadmodũ corpo-
ra ipsa per corpus: ita ut simul cernaẽ & homo ali-
quis præsens oculis, et absens alius spiritu tanquã
oculis, Nam expti sumus sic affectos, & cũ eis lo-
cutos qui uere aderant, & cum eis qui nõ aderãt
tanquã adessent, Resipiscentes autem aliqui refe-
runt quod uidissent, aliqui nõ possunt, Sic eĩ & C
somnia quidam obliuiscũtur, quidã meminerũt.
Quando aũt penitus auertit atq; abripitur animi
intentio à sensibus corporis, tũc magis ecstasis di-
ci solet, Tunc omnino quæcũq; sint præsentia cor-
pora, etiã patentib. oculis non uidentur, nec ullæ
uoces prorsus audiunt: totus animi contuitus aut
in corporum imaginibus est per spiritalem, aut in
rebus incorporeis nulla corporis imagine figura-
tis per intellectualem uisionẽ. Sed cum spiritalis
uisio penitus alienato à sensibus corporis animo
imaginib. corporaliũ detinet, siue in somnis siue
in ecstasi, si nihil significãt quæ uidentẽ ipsius ani- D
mæ sunt imaginatiões, Sicut etiã uigilãtes et sani,
& nulla alienatiõe moti multorũ corporũ quę nõ
adsunt sensibus corporis cogitatiõe imagines uer-
sant, Verũ hoc interest, quod eas à præsentib. ue-
risq; corporibus cõstanti affectione discernũt. Si
autẽ aliquid significãt, siue dormientibus exhibe-
antur siue uigilantibus, cum & oculis uident pre-
sentia corpora, & absentium imagines cernũt spi-
ritu tanquã oculis præsto sint, siue illa quæ ecsta-
sis dicit alienato, prsus animo à sensib. corporis,
mirus modus est. Si cõmixtione alterius spiritus,
fieri potest ut ea quę ipse scit ꝑ huiusmodi imagi-
nes ei cui miscet ostẽdat, siue intelligẽti, siue ut ab
alio intellecta pandant. Si enim demõstrant hęc,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō utiq; à corpore demōstrari possunt, quid restat nisi ut aliquo spiritu demōstrentur? Nonnulli qui dem uolunt animā humanā habere uim quādam diuinationis in seipsa. Sed si ita est, cur nō semper potest, cum semper uelit? An quia non semper adiuuat ut possit? Cum ergo adiuuatur, nunquid à nullo aut à corpore ad hoc adiuuari potest? Proinde restat à spiritu adiuuetur. Deinde quomodo adiuuatur? utrū in corpore fit aliquid, ut inde quasi relaxetur & emicet eius intentio, quo in id ueniat ubi in seipsa uideat significātes similitudines quę ibi iam erant nec uidebant, sicut multa habemus & in memoria quæ non semp intuemur. An fiunt illic quæ ante nō fuerant, uel in aliquo spiritu sunt, quo illa erumpens & emergens ibi eas uideat? Sed si iam in illa erant quasi proprie, cur eas non etiam cōsequenter intelligit? Aliquādo em̄, imò plerunq; non intelligit. An sicut spiritus eius adiutus est ut eas in se uideret, ita & mens nisi adiuuet, ea quę habet spiritus intelligere nō potest? An forte nō corporea remouent, uel quasi relaxā tur impedimenta, ut suo impetu anima in ea quæ uidenda sunt exerat: sed ipsa prorsus in hæc assumitur, siue tantū spiritaliter cernenda, siue etiā intellectualiter cognoscenda? An aliquando in seipsa uidet ista: aliquando per alterius spiritus commixtionē? Quicquid horū est, temere affirmari non oportet. Illud tamen dubium esse non debet, corporales imagines quæ spiritu cernuntur non semper signa esse aliarum rerum, siue in uigilantibus siue in dormientibus, siue in ægrotantibus. Mirum est autem si aliquādo ecstasis fieri potest, ut non illæ corporalium rerum similitudines aliquid significent: non sanè mirum est si etiā dęmonium habentes aliquādo uera dicunt quę absunt à præsentium sensibus: quod certe nescio qua occulta mixtura eiusdem spiritus fit, ut tanquā unus sit patientis atq; uexantis. Cum autē spiritus bonus in hæc uisa humanum spiritū assumit aut rapit, nullo modo illas imagines signa rerum aliarū esse dubitādum est, & earum quas nosse utile est, dei em̄ munus est. Discretio sanè difficillima est, eum spiritus malignus quasi tranquillus agit, ac fine aliqua uexatione corporis assumpto humano spiritu dicit quod potest: quādo etiam uera dicit & utilia prædicat, transfigurās se sicut scriptū est, uelut in angelū lucis, ad hoc ut cum illi in manifestis bonis creditū fuerit, seducat ad sua. Hunc discerni non arbitror nisi dono illo de quo ait Apostolus, cum de diuersis dei munerib. loqueret, alij dijudicatio spirituū. Non enim magnū est, tūc eū dignoscere cū ad aliqua puenerit uel produxerit quæ sunt contra bonos mores uel regulā fidei: Tunc enim à multis discernitur. Illo autem dono in ipso primordio quo multis adhuc bonus apparet, cōtinuo dijudicatur an malus sit, Tamē & per corporalem uisionē et per imagines corporalium quæ demonstrantur in spiritu, & boni instruunt & mali fallūt, Intellectualis autē uisio non fallitur, Aut enim nō intelligit qui aliud opinatur q̄ est, aut si intelligit cōtinuo uerū est. Quid enim faciant oculi nō habent, cum simile corpus uiderint, quod ab alio discernere nō possint: aut quid faciat animi intentio cum spiritu facta fuerit corporis similitudo quā nō ualeat distinguere à corpore? Sed adhibeē intellectus quærens quid illa significent uel utile doceant: & aut inueniens ad fructū suum peruenit, aut non inueniens in disceptatiōe se tenet, ne aliqua pnicios̄a temeritate, p̄labatur in exitiabilem errorē. Iudicat autē sobrius intellectus diuinitus adiutus, quæ uel quanta sint, in quibus etiam aliud putare q̄ est non sit animæ pernicios̄um. Nec enim putantiū periculo, et nō potius exitio suo quisq; à bonis putatur bonus etiam si occultus sit malus, si in rebus ipsis, id est, in ipso bono quo fit quisq; bonus, non erret. Aut aliquid obest omnibus hominibus, q̄ cum dormiunt uera corpora esse arbitrant̄, quorum similitudines in somnis uidēt, Aut aliquid obfuit Petro, q̄ soluto se à uinculis, seq; angelo deducēte factū est repentino miraculo, ut putaret se uisum uidere. Vel cū illa ecstasi respōdit, nequaquam domine, quia nunquam manducaui omne cōmune & immundū, putans ea ipsa quæ in disco demōstrabant̄ tanq; uera animalia: hæc quādo aliter inuēta fuerint q̄ putata sunt cum uiderent̄, nō nos penitet ita nobis fuisse uisa, si nō arguatur uel infidelitas dura, uel opinatio uana siue sacrilega. Quapropter et cum uisis corporalibus diabolus fallit, nihil obest quod ludificant̄ oculi, si nō erratur in ueritate fidei, & intelligentiæ sanitate, quæ docet deus subiectos sibi, Aut si ludificet animā spiritali uisione imaginibus corporum, ut putet corpus esse quod nō est, nō aliquid obest animę, si pernicios̄æ suasioni nō consentiat. Vnde aliquando fit quæstio de cōsensionibus somniantiū, cū etiam concumbere sibi uident̄ uel contra propositū suum, uel contra etiā licitos mores. Quod nō cōtingit nisi cum ea quæ uigilantes etiam cogitamus, non complacito cōsensionis, sed sicut etiam talia propter aliquid loquimur, sic admouētur in somnis, & exprimunt̄ ut eis naturaliter etiā caro moueatur, & quod naturaliter colligit, per genitales uias emittat: sicut hoc ipsum dicere utiq; nō posset nisi etiā cogitarem. Porrò imagines rerū corporalium quas necessario cogitaui ut hoc dicerē, si tanta expressione præsentent̄ in somnis quanta præsentant̄ corpora uigilātibus, fieret illud quod sine peccato fieri à uigilāte nō posset. Quis enim uel cū loquitur, & postulante necessitate sermonis de suo cōcubitu aliquid dicit, possit nō cogitare quod dicit? Porrò ipsa phātasia quæ fit in cogitatiōe sermocinantis, cum ita expressa fuerit in uisione somniātis, ut inter illam & uerā cōmixtionem corporū nō discernat̄, cōtinuo mouet̄ caro, & sequit̄ quod eum motū sequi solet: cū hoc tam sine peccato fiat, q̄ sine peccato à uigilante dicit, quod ut diceret̄ sine dubio cogitatū est. Verumtamen propter animæ affectionem bonam quę desiderio meliore mūdata multas interficit cupiditates, quæ ad naturalem carnis motum non pertinent, quę casti uigilantes cohibēt & refrenāt, dormientes autem ideo non possunt, quia nō habent in potestate quæ admoueatur expressio corporalis imaginis, quę discerni nō possit à corpore. Propter illam ergo affectionem animę bonam, etiam in somnis quædam eius merita clarent. Nam etiā dormiens Salomon, sapientiā præposuit omnib. rebus, eamq; neglectis ceteris est precatus à domino. Et sicut scriptura testat̄, placuit hoc coram domino, nec distulit retributionē bonā pro desiderio bono. Quę cum ita sint, pertinet corporis sensus ad uisa corporalia, qui per quinq; quasi riuulos distanter ualentes distribuit: cū illud quod est subtilissimum in corpore, & ob hoc animæ uicinius q̄ cætera, id est, lux, primum per oculos sola diffunditur, emicatq; in radijs oculorum ad uisibilia contuenda: deinde mixtura quadam, primum cum aere puro, secūdo cum aere caliginoso atq; nebuloso, tertio cum corpulētiore humore, quarto cum terrena crassitudine, quinq; sensus cum ipso, ubi sola excellit, oculorū sensu efficit: sicut in libro quarto, itemq; in septimo disseruisse me recolo. Est autē hoc cœlum oculis conspicuum, unde luminaria & sydera effulgēt excellentius utique omnibus corporeis elementis, sicut oculorū sensus excellit in corpore. Quia uero spiritus omnis omni est corpore sine dubitatione præstantior, sequitur ut non loci positione, sed naturæ dignitate præstantior sit natura spiritalis isto corporeo cœlo: etiam illa ubi rerum corporaliū exprimunt̄ imagines. Hic existit quiddam mirabile, ut cum prior sit corpore spiritus, & posterior corporalis imago q̄ corpus, tamen quia illud quod tempore posterius est, fit in eo quod natura prius est, præstantior sit imago corporis in spiritu, q̄ ipsum corpus in substantia sua. Nec sanè putandum est facere aliquid corpus in spiritu, tanquā spiritus corpori facienti, materiæ uice subdat̄. Omni em̄ modo præstantior est qui facit, ea re de qua aliquid facit: neq; ullo modo spiritu præstantius est corpus, immo perspicuo modo spiritus corpore. quāuis ergo prius uideamus aliquod corpus quod antea non uideramus, atq; inde incipiat imago eius esse in spiritu nostro, quo illud cum absens fuerit recordemur: tamen eandē eius imaginem nō corpus in spiritu, sed ipse spiritus in seipso facit celeritate mirabili, quę ineffabiliter longe est à corporis tarditate: cui? imago mox ut oculis uisum fuerit, in spiritu uidentis nullius puncti temporis interpositione formatur. Itemq; in auditu, nisi auribus perceptę uocis imaginem cōtinuo spiritus in seipso formaret ac memoria retineret, ignorareē secunda syllaba utrū secūda esset, cum iam prima utiq; nulla esset, quæ percussa aure transiret: ac sic locutionis usus, omnis cantandi suauitas, omnis postremo in actibus nostris corporalis motus dilapsus occideret, neq; ullum, pgressum nāciscereē, si transactos corporis motus memoriter spiritus non teneret, quibus cōsequentes in agendo connecteret, Quos utiq; non tenet nisi imaginaliter à se factos in se. Ipsarum etiam futurarū motionum imagines preueniūt fines actuum nostrorū; quid enim agimus per corpus quod nō cogitando prę occupauerit spiritus, omniumq; uisibilium operū similitudines in seipso primitus uiderit, et quo dammodo dispositurit? Quæ spiritales corporalium similitudines in animo nostro, quēadmodum innotescant spiritibus etiam immundis, uel quid obstaculi patiatur anima nostra ex isto terreno corpore, ut eos inuicem in nostro spiritu uidere nequeamus, inuenire & explicare difficile est. Certissimis tamen indicijs apud nos cōstitit enūciatas à dæmonibus cogitationes hominū, qui tamen si uirtutū internam speciem possent in hominibus cernere, nō tentarent, Sicut illam in Iob nobilem ac mirabilem patientiā proculdubio si posset diabolus cernere, nollet à tentato utiq; superari. Cæterū alicubi lōge iam facta quod nunciant, quæ post aliquot dies uera esse firmentur, nō est mirandū. Possunt em̄ hoc efficere, nō solum acrimonia cernendi etiam corporali incōparabiliter præstantiore quàm nostra est, sed etiam ipsorum corporū longe utiq; subtiliorum mira uelocitate. Comperimus etiam in domo cōstitutū patiētem spiritū immundum, dicere solere quādo ad eū uenire cœpisset ex duodecim milibus presbyter, & per omnia loca itineris ubi esset, et q̄ propinquaret, & quādo ingrederet̄ & fundū & domū & cubiculū, donec in cōspectu eius astaret. Quæ omnia etsi nō oculis patiens ille cernebat, tamen nisi aliquo modo cerneret, nō tam ueraciter enūciaret. Erat autem iste febriens, & tanquam in phrenesi ista dicebat. Et forte reuera phreneticus erat, sed propter ista dæmoniū pati putabat̄. Nullum refectionis cibum accipiebat à suis, sed à solo presbytero, Resistebat etiam suis uiolēter q̄ ualebat, solo presbytero ueniente quiescebat, illi tantū subditus erat, & subdite respōdebat, Nec tamen eidem saltem presbytero illa cessit mentis alienatio siue dæmoniū, nisi cū sanus esset à febribus, sicut phrenetici sanari solent, nec aliquādo postea tale aliquid passus est. Nouimus etiam sine dubitatione phreneticū futuram mortē cuiusdam fœminæ prædixisse, nō sanè specie diuinādi, sed tanquam factū ac præteritum recolētem. Nam cum eius apud eum cōmemoratio fieret, mortua est, inquit, ego ea uidi efferri, hac cum eius corpore transierunt, cum illa incolumis uiueret. Post paucos aūt dies repente defuncta & per eū locū elata est, quà ille prædixerat. Fuit tunc apud nos puer, qui in exordio pubertatis dolorē acerrimū genitaliū patiebat̄, medicis nequaq̄ ualentibus quid illud esset agnoscere, nisi quod neruus ipse introrsum reconditus erat: ita ut nec præciso præputio quod immoderata longitudine ꝓpendebat, apparere potuerit, sed posteauix esset inuētus, Humor aūt uiscosus & acer exudās testes & inguina urebat. Sed acutū dolorē non continuū patiebat̄, & cū patiebat̄, eiulabat uehemēter cū iactatiōe mēbrorū mente saniss̄ima, sicut in cruciatibus corporaliū dolorū fieri solet. Deinde inter uoces suas abripiebat̄ ab omnib. sensibus, & iacebat patentib. oculis neminē circūstantiū uidens, ad nullam

An insit in anima uis diuinationis. Cap. XIII

Somnia Vera. Cap. XV

1 Cor. 12

Apparitiones spirituū XIIII

Perspicacia dæmonum & præscientia Cap. XVII

Phrenetici

Puer ægrotus

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam uellicationē se mouens. Post aliquantum eui gilans, nec iam dolēs, quæ uiderat indicabat. Tū interpositis paucis diebus eadem patiebatur. In omnibus sane uel penè omnib. uisionib. suis, duos se dicebat uidere, unū prouectioris ætatis, alterum puerū, à quibus ei dicebanť uel demonstrabanť quę se audisse et uidisse narrabat. Vidit quodam die chorū piorū psallentiū, lætantium in luce mirabili, & impiorū in tenebris diuersas & atrocissimas pœnas, illis ducentib. & ostendentibus, felicitatis aliorū, aliorūq; infelicitatis meritū insinuantibus. Hoc aūt uidit die dominico Paschę, cū per totā quadragesimā nihil doluisset, qui uix interuallo triduí antea patiebať. Viderat autem in ipso ingressu quadragesimæ illos promittētes sibi quod p quadraginta dies nullū sensurus esset dolorē, postea ipsi ei dederunt tanq; medicinale consiliū, ut ei præputij longitudo præcideret, quo facto diu nō doluit. Cum uero iterum similiter doleret, & similia uidere cœpisset, accepit ab eis rursus cōsiliū, ut in mare pubetenus intraret, ac post aliquantā moram inde discederet, promittentib. sane quod iam deinceps uehementē illum dolorē nō esset passurus, sed solius illius uiscosi humoris molestiam, atq; ita secutum est, Nec unquā talem aliquam postea passus est auersionē mentis à sensibus, nec tale aliquid uidit quale antea cū in medijs dolorib. & horrendis uocibus repēte obmutescens abriperet. Postea tamen medicis cætera curantibus & sanantibus non permansit in proposito sanctitatis.

Causæ uisionū Cap. XVIII

Istarum uisionū & diuinationum causas & modos uestigare si quis potest certo; comprehēdere, eum magis audire uellem q̄ de me expectari ut ipse disseram. Quid tamen putem ita ut nec docti me tanquā confirmantē deridеant, nec indocti tanquā docentem accipiāt, sed utriq; disceptantē & quærentē potius q̄ scientem, non occultabo. Ego uisa ista omnia uisis comparo somniantiū. Sicut enim aliquādo & hæc falsa, aliquando autē uera sunt, aliquando perturbata, aliquando tranquilla: ipsa autē uera aliquādo futuris omnino similia, uel aperte dicta, aliquando obscuris significatiōibus & quasi figuratis locutionibus prenunciata: sic etiam illa omnia. Sed amant homines inexperta mirari & causas insolitorū requirere, cū quotidiana plerunq; talia sæpe etiam latentioris originis nosse nō curent. Nam quemadmodū in uocibus, hoc est, signis quib. loquendo utimur, audito uerbo inusitato, quærunt primo quid sit hoc, & quid significet: quo cognito deinde quęrunt unde ita dictū sit, cū tam multa sine cura nesciāt quæ in usu sermonis habent, unde ita sint dicta: sic cū aliquid inusitatū in reb. accidерit, siue corporalibus siue spiritalibus, causas rationēq; solliciti inquirūt, & sibi reddi à doctoribus flagitāt. Soleo aūt cum me quisq; interrogat uerbi gratia, quid sit cautus, & respōdeo, prudēs uel acutus, nec ei sufficit, sed pergit quærere unde dictus sit cautus, uicissim referre & quærere unde dictus sit acutus, quod nihilominus utiq; ignorabat, sed quia usitatū nomē erat, patiēter eius originē nesciebat, Quod aūt nouū insonuit auribus, parū putat nosse quid significādo ualeat, nisi etiā unde dicať exquirat. Quisquis ergo ex me quærit unde uisa corporalib. similia in ecstasi appareant, quę raro accidit animę: uicissim quęro unde appareant dormiētib. quę quotidie sentit anima, & nemo istud multū curat inquirere. Quasi uero ideo mīº mira sit taliū natura uisorū, quia quotidiana est: aut ideo minus curāda, quia omniū est: aut si recte faciūt qui ista nō quærunt, nō rectius fecerint si nec in illa curiosi sint. Ego uero multo amplius admiror, multoq; maxime stupeo quāta celeritate ac facilitate in se anima fabricet imagines corporū, quæ per corporis oculos uiderit, q̄s somniantiū uel etiā in ecstasi uisiones. Quęcūque tamē illa natura uisorū est, ,,pculdubio corpus nō est. Hoc nosse cui nō sufficit, unde etiā exister, inquirat ab alijs, me ignorare confiteor. Illud plane exemplorum experimentis colligi datur, sicut corporū pallor, rubor, tremor, uel etiam morbus aliquando à corpore habet causas, aliquando ab anima, A corpore quidem, cū uel humor suffunditť, uel cibus uel aliquid aliud corpori infectū extrinsecus, Ab anima uero cū uel timore turbať, uel pudore cōfunditur, uel iraſciť, uel amat, uel si quid eiusmodi, nec immerito si id q̄d amat & regit etiā cū uehemētius mouеť, uehemētius exagitat: ita & ipsi animę ut in ea uisa pergat quæ nō ei per sensus corporis nunciaňť, sed per incorporalem substantiā, et ita p̄gat ut nō discernat utrū corpora sint an similitudines corporum, aliquādo à corpore accidit, aliquādo à spiritu. Et à corpore quidē: siue naturali uicissitudine ut sunt uisa somniantiū, dormire quippe à corpore est hominī: siue aliqua mala ualitudine sensibus pturbatis, ut cū à phreneticis simul & corpora uideňť, & uisa similia corporibus, tanq; et ipsa præ oculis assint: aut penitº intercluſis, sicut sæpe male affecti morbo aliquo ingraueſcēte presente corpore diu absentes, deinde hominibus redditi multa se uidisse dixerūt. A spiritu uero cū omnino sano atq; integro corpore in alienationē rapiunť: siue ita ut & per sensus corporis corpora uideāt, & in spiritu quędā similia quę à corporib. nō discernāt: siue penitus auertanť à sensib. corporis, & nihil per eos omnino sentiētes, illa spiritali uisione habitēt in similitudinibus corporū. Sed cū malus in hæc arripit spiritus aut dęmoniacos facit, aut arreptitios, aut falsos prophetas: Cum aūt bonus, fideles mysteria loquentes, aut accedente etiā intelligentia ueros, pphetas, aut ad tēpus quod p eos oportet ostēdi, uidentes atq; narrātes. Sed cū à corpore causa est ut talia uisa cernanť, nō ea corpus exhibet, neq; enim habet eam uim ut formet aliqd spiritale: sed sopito aut pturbato, aut etiā intercluso itinere intētionis à cerebro, quà dirigit sentiendi motus, anima ipsa quę motu, pprio cessare ab hoc opere nō potest, quia per corpus nō sinit, uel nō plene sinit corporalia sentire, uel ad corporalia uim suæ intentionis dirigere, spiritu corporalū similitudines agit, aut intueť obiectas. Et siquidem

Vnde nascantur uisiones Cap. XIX

Diuersitas uisionum. XX

quidē eas ipsa agit, phātasiæ tantū sunt, si aūt obiectas intueť, ostensiones sunt: Deniq; cū oculi dolent uel extincti sunt, quia nō est causa in sede cerebri, unde ipsa dirigit intētio sentiēdi, tamē fiunt huiusmodi uisiones, quāuis cernendis corporalibus obstaculū existat à corpore. Magis em cæci aliquid dormientes q̄ uigilātes uident: Dormientibus quippe in cerebro cōsopit uia sentiēdi quæ intentionē ad oculos ducit, ideoq; ipsa intentio in aliud auersa cernit uisa somniorū tanquā species corporales assint, ut sibi dormiēs uigilare uideať, & nō similia corporibus sed ipsa corpora intueri se putet: Cū aūt uigilant cęci, ducit per illa itinera intentio cernēdi, quę cū ad loca uenerit oculorū, nō exerit foras, sed ibi remanet, ut uigilare se sentiant, potiusq; esse in tenebris uigilādo etiā p diē, q̄ dormiendo siue per diem siue noctē. Nā & qui cæci nō sunt, pleriq; patētib. oculis dormiūt nihil per eos uidētes, sed nō ideo nihil uidentes cū spiritu cernāt uisa somniorū. Si aūt clausis oculis uigilent, neq; dormiētiū pręsto sunt uisionib. neque uigilantiū. Tantū tamē ualet q̄ usq; ad oculos eorum nec sopita nec pturbata nec intercluſa puenit à cerebro uia sentiēdi, & animę intentionē usque ad ipsas quāuis clausas fores corporis ducit, ut cogitenť quidē imagines corporum, sed nullo modo, p eis habeanť corporib. quæ p oculos sentiunť. Tantū interest ubi fiat impedimentū sentiēdi corporalia cū fit in corpore. Si em nō fit nisi in ipsis aditib. & quasi ianuis sensuū, uelut in oculis, in aurib. cęterisq; sensib. corporalibus, sola impedit pceptio corporaliū: nō aūt animę intentio in aliud sic auertit, ut, p corporalib. habeat imagines corporū. Si aūt causa est intus in cerebro unde diriguntť uię ad ea quę foris sunt sentiēda, ipsius intentionis uasa sopiunť uel turbanť uel intercludū tur, quibus nitit anima in ea quę foris sunt intuēda uel sentiēda. Quem uisum quoniā nō amittit, tanta expressione format similia, ut imagines corporaliū à corporalibus discernere nō ualens, utrū in illis an in istis sit nesciat: & cū scit, lōge alio modo sciat q̄ dum in cogitando uersantur, dum occurrūt similitudines corporū. Qui modus nisi ab exptis capi utcūq; nō potest. Hinc enim erat quod me dormiēs in somnis uidere sciebā: nec tamē illas corporaliū rerū similitudines quas uidebam, sic ab ipsis corporalib. discernebam, quemadmodum eas cogitātes etiā clausis oculis uel in tenebris cōstituti discernere solemus. Tantū ualet, ipsa animi intētio utrū perducať usq; ad sensus licet clausos, an in ipso cerebro, unde in hæc nitit, aliqua causa existēte in aliud auertať: ut quāuis aliquādo se nouerit nō corpora sed corporū similitudines cernere, uel minus erudita etiā ipsa esse corpora existimās, sentiat se non ea corpore, sed spiritu uidere, lōge sit tamē ab affectiōe qua suo corpori præsentať: unde se norūt & cæci uigilare, cū similitudines corporū cogitatas à corporib. quæ uidere non possunt certa notione discernūt. Cū autē sano corpore, nec somno sensibus cōsopitis, aliquo occulto operę spiritali in ea uisa quæ similia sunt corporalib. anima rapiť: non quia modus diuersus est, ideo est etiā diuersa natura uisorū, cū & in illis causis quæ de corpore existunt, sit utiq; differentia & aliquādo à cōtrario. Nam phreneticі nō dormiendo potius perturbatas habent sentiendi uias in capite, ut talia uideāt qualia somniātes uident, quorū dormiēdo auertit intētio à sensu uigilandi, & in ea uidenda conuertit. Cum ergo illud fiat nō dormiendo, hoc aūt dormiendo, nō tamē ea quæ uidenť ex alio genere sunt quàm ex natura spiritus, de quo uel in quo fiūt similitudines corporū. Ita quāuis diuersa sit causa intētionis alienatę, quādo sano corpore uigilantis occulta quadā ui spiritali anima rapiť, ut uice corporū expressas corporaliū rerum similitudines in spiritu uideat, eadem tamen est natura uisorū. Neque enim dici potest, cū causa in corpore est, tunc animam sine ulla præsensione futurorū ex seipsa uersare imagines corporū, sicut etiam cogitando eas solet. Cū uero in ea uidenda spiritus assumitur, diuinitus hæc demōstrari: quādoquidē aperte scriptura dicit, Effundam de spiritu meo super omnē carnem, & iuuenes uisa uidebūt, & senes somnia somniabūt, diuinæ operationi utrūq; tribuens. Et angelus domini apparuit Ioseph in somnis dicēs, Noli timere accipere Mariam cōiugem tuam. Et iterū, Tolle puerū & uade in Aegyptū. Itaque bono quidem spiritu assumi spiritum hominis ad has uidendas imagines, nisi aliquid significēt nō puto. Cum uero in corpore causa est ut in eas expressius intuendas humanus intendatur spiritus, nō semper aliquid significare credendum est: sed tunc significāt cum inspiranť à demonstrante spiritu, siue dormiēti, siue aliquid aliud ex corpore, ut à carnis sensibus alienareť patienti. Vigilantibus etiā neq; ullo morbo afflictis nec furore exagitatis, occulto quodam instinctu ingestas esse cogitatiōes quas promendo diuinarent, nō solum aliud agentes, sicut Caiphas pontifex propheta uit, cum eius intentio nō haberet uoluntatē prophetandi, uerūetiam id suscipientes ut diuinandi modo aliquid dicerēt, nouimus. Nam quidam iuuenes iocando ut fallerent ubi peregrini iter agebant, mathematicos se esse finxerunt, ignorantes omnino utrū duodecim signa dicerenť. Qui cum hospitē suū mirari cernerēt quæ dicebant, attesta ti esse uerissima, audacius in plura progressi sunt. At ille attestās, ad omnia mirabat. Postremo ab eis de filij salute quæsiuit, quem diu absentē desiderabat, & quod inopinate tardaret, ne quid ei accidisset solicitus erat. At illi non curantes quid post eorū absessum ueri cognosceret, dum tamē in presentia lætum hominē redderent, mox profecturi responderunt, saluū ac propinquantē, & eo ipso die quo hęc loquebanť, esse uenturū: neq; em metuebant, ne cum dies peractus esset, eos ille redarguendos postridie sequeret. Quid multa? Dū iam abire disponerent, ecce subito adhuc eis illic positis uenit. Item alius ante symphoniacū saltabat, ubi erant multa idola per quandam Paganorum solennitatē, non aliquo spiritu arreptus, sed imita-

Iohel. 2

Matth. 3

Occulto instinctu & casu factæ diuinationes. XXII

Ioan. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

imitatione ludicra arreptitios ęmulatus scientib. circunstantibus & spectatibus. Moris enim erat ut ante prandiū peractis sacrificijs agitatisq; phanaticis, si qui adolescētes post prandiū uellent eo more ludere, nullus prohiberet. Ille ergo inter saltandū facto sibi silentio, iocabundus, & ridente multitudine circūseptus, ea nocte quæ impendebat, in ea sylua, quæ iuxta erat, hominē à leone in teremptū īri, ad cuius cadauer spectandū, illucescente die cōfluxuram turbam, & illius solennitatis locū deserturā, prędixit. Et factum est, cum satis cunctis qui aderant in omnibus eius motibus claruisset, hoc eū ludendo & iocando nusquā per turbata uel alienata mente dixisse: ipso etiā tanto amplius mirante quod accidit, quāto magis nosset quo id animo atq; ore ptulerit. Quonā modo hæc uisa in spiritū hominis ueniāt: utrum ibi primitus formētūr, an formata ingerantur, & quadam cōiunctione cernant, ut sic hominib. angeli ostendant cogitationes suas, & corporaliū rerū similitudines, quas in suo spiritu futurorum cognitiōe præformāt, quemadmodū & ipsi nostras cogitationes, nō utiq; oculis, quia non corpore sed spiritu uident: uerū hoc interest, quod illi nostras, etiā si nolumus, nouerūt: nos aūt ipsorū, nisi ostēdant, nosse nō possumus: quia sic eas, ut opinor, habēt in potestate occultare spiritalibus modis, quēadmodū nos quibusdā interiectis obstaculis, nostra corpora ne aliorū oculis uideant, abscōdimus: et quid fiat in spiritu nostro, ut aliquando cernant tantūmodo significātes imagines, & utrū aliquid significent ignorent: aliquando autē aliquid significare sentiant, sed quid significēt nesciat: aliquādo uero tanq; plenior demōstratione anima humana & spiritu ipsas & mente quid significēt uideat, & scire difficillimū est, & si iam sciamus, differere atq; explicare operosissimum est. Quod autē nūc insinuare satis arbitror, certū est esse spiritalem quandam naturam in nobis, ubi corporalium rerū formant similitudines: siue cū aliquod corpus sensu corporis tangimus, & cōtinuo formaē eius similitudo in spiritu, memoriaq; recondit: siue cū absentia corpora iam nota cogitamus ut ex eis formet quidā spiritalis aspectus, quę iam erant in spiritu & anteq; ea cogitaremus: siue cū eorū corporū, quæ non nouimus, sed tamen esse non dubitamus, similitudines, nō ita ut sunt illa, sed ut occurrit intuemur: siue cū alia, quæ uel nō sunt, uel esse nesciuntur, pro arbitrio uel opinatione cogitamus: siue neq; id agētibus, neq; uolentibus nobis uarię formæ corporaliū similitudinū uersant in animo: siue cū aliqd corporaliter acturi, eaipsa disponim⁹, quę in illa actiōe futura sunt, & oīa cogitatiōe antecedimus: siue iam in ipso actu, uel cū loquimur, uel cū facimus, omnes corporales motus ut exeri possint præueniūtur similitudinibus suis intus in spiritu: neq; enim ulla uel breuissima syllaba in ordine suo nisi prospecta sonuisset: siue cū à dormiētib. somnia uidētur, uel nihil uel aliquid significātia: siue cū ualetudine corporali turbatis intrinsecus itinerib. sentiēdi, imagines corporū spiritus ueris corporib. ita miscet, ut internosci uel uix possint, uel omnino nō possint: & aut significēt aliquid, aut sine ulla significatione oboriantur: siue, prius ingraueſcēte aliquo morbo uel dolore corporis, & intercludēte intus uias, quibus animę, ut per carnē sentiret, exercebatur ac nitebat intētio, altius q; somno absentato spiritu, corporaliū rerum existunt aut monstrant imagines, uel significantes aliquid uel sine ulla significatiōe apparentes: siue nulla ex corpore causa existente, sed assumente atq; rapiēte aliquo spiritu tollit anima in huiusmodi uidendi similitudines corporū, miscēs eis uisa corporalia, cū simul etiā corporis sensibus utitur: siue ita spiritu assumente alienat ab omni corporis sensu, & auertitur, ut solis similitudinib. corporū spiritali uisione teneat, ubi nescio utrū possint aliqua nihil significātia uideri. Hęc igit natura spiritalis, in qua nō corpora, sed corporū similitudines exprimūtur, inferioris generis uisiones habet, q; illud mentis atq; intelligentiæ lumen, quo & ista inferiora dijudicant & ea cernunt, quę neq; sunt corpora, neq; ullas gerūt formas similes corporum, uelut ipsa mens & omnis animę affectio bona, cui cōtraria sunt eius uitia, quę recte culpant atq; damnant in hominib. Quo em alio modo ipse intellectus nisi intelligēdo cōspicit? Ita & charitas, gaudiū, pax, lōganimitas, benignitas, bonitas, fides, māsuetudo, cōtinentia, & cętera huiusmodi, quibus ppinquat deo: & ipse deus, ex quo omnia, per quē omnia, in quo omnia. Quanq; itaq; in eadē anima fiant uisiones siue quę sentiuntur per corpus, sicut hoc corporeū cœlū, terra, & quęcunq; in eis nota esse possunt, quemadmodū possunt: siue quę spiritu uident similia corporū, de quib⁹ multa iam diximus: siue cū mente intelliguntur, quæ nec corpora sunt, nec similitudines corporū, habent utique ordinē suum, & est aliud alio præcellentius. Præstantior est enim uisio spiritalis q; corporalis, & rursus præstantior intellectualis q; spiritalis. Corporalis em sine spiritali esse nō potest, quādoquidem momēto eodē quo corpus sensu corporis tangitur, fit etiā in animo tale aliquid: non quod hoc sit, sed quod simile sit: quod si nō fieret, nec sensus ille esset, quo ea quæ extrinsecus adiacēt, sentiuntur. Neq; em corpus sentit, sed anima per corpus, quo uelut nūcio utit ad formandū in seipsa quod extrinsecus nūciat. Nō potest itaq; fieri uisio corporalis, nisi etiā spiritalis simul fiat: sed nō discernit, nisi cū fuerit sensus ablatus à corpore: ut id q̄d per corpus uidebat, inueniat in spiritu. At uero spiritalis uisio etiā sine corporali fieri potest, cum absentiū corporū similitudines in spiritu apparēt, & fingunt multę, p arbitrio, uel prēter arbitriū demonstrant. Itē spiritalis uisio indiget intellectuali ut dijudicet, intellectualis aūt ista spiritali inferiore nō indiget: ac p hoc spiritali corporalis, intellectuali aūt utraq; subiecta est. Cum ergo legimus, Spiritalis omnia iudicat, ipse aūt à nemine dijudicat: nō secundū spiritū, à quo mēs discernit, sicut illud quod dictū est, Orabo spiritu, orabo & mente:

Formationes similitudinum in animo
Cap. XXIII

Visio spiritalis, intellectualis, corporalis. XXIIII

1 Cor. 2

1 Cor. 14

te: sed ex illa notione debemus accipe qua dictū est, Renouamini aūt spiritu mentis uestræ. Iam enim supra docuimus alio modo & ipsam mētem spiritū dici, secundū quā spiritalis omnia dijudicat. Quapropter nō absurde neq; incōuenienter arbitror spiritalē uisionē inter intellectualē et corporalē tanq; medietatē quandam obtinere. Puto enim non incōgruenter mediū dici, quod corpus quidē non est, sed simile est corpori, inter illud q̄d uere corpus est, & illud quod nec corp⁹ est, nec simile corpori. Illudit aūt anima similitudinibus rerū, nō earū uitio, sed opinionis suę, cū approbat quę similia sunt pro ijs quibus similia sunt, ab intelligētia deficiēs. Fallit ergo in uisione corporali cū in ipsis corporib. fieri putat q̄d fit in corporis sensibus. Sicut nauigantib. uident in terra moueri quæ stant, & intuētibus cœlū, stare sydera quæ mouent, & diuaricatis radijs oculorū, duas lucernæ species apparere, & in aqua remus infractus, & multa huiusmodi. Aut cū putat aliquid hoc esse, quod similiter coloratū est, uel similiter sonat, uel olet, uel sapit, uel tangit. Hinc enim & medicamentū aliquod ceratū coctūue in cacabo putat legumē, & sonitus transeūtis uehiculi putat ex tonitruo: & si nullis alijs sensibus exploret, sed soli adiaceat olfactui, citriū putat herba, quę uocatur apiaria, & cibus aliquo dulciculo succo affectus putat melle cōditus: & ignotus annulus cōrectatus in tenebris, putat aureus, cū sit ereus aut argēteus: aut cū repentinis inopinatisq; corporalibus uisis anima turbata uel in somnis uidere se putat, uel aliquo huiusmodi spiritali uiso affici: unde in omnibus corporalib. uisis, & aliorū sensuū contestatio, & maxime ipsius mētis atq; rationis adhibet, ut quod in hoc rerū genere uerū est, inueniat quantū inueniri potest. In uisione autē spiritali, id est, in corporū similitudinibus, quæ spiritu uidentur, fallit anima, cū ea quæ sic uidet, ipsa corpora esse arbitrat: uel q̄d sibi suspitiōe falsaq; coniectura finxerit, hoc etiā in corporib. putat, quæ nō uisa coniectat. At uero in illis intellectualib. uisis nō fallit: aut em intelligit & uerū est, aut si uerum non est, non intelligit: unde aliud est in his errare quę uidet, aliud ideo errare quia nō uidet. Qua propter cū rapit anima in ea uisa quę spiritu cernunt similia corporalibus, ita ut omnino à sensib. corporis auertatur amplius q̄ in somno solet, sed minus q̄ in morte: iam diuinæ admonitiōis est et adiutorij, ut se nō corpora, sed uisa corporū similia spiritaliter nouerit cernere, sicuti quæ in somnis uidere, etiā anteq; euigilent sciūt. Ibi si etiā uidenr futura, ita ut omnino futura noscant, quorū imagines præsentes uidenr, siue ipsa hominis mēte diuinitus adiuta, siue aliquo inter ipsa uisa quid significēt exponēte, sicut in Apocalypsi Ioannis exponebat, magna reuelatio est: etiam si forte ignoret ille cui hæc demōstrant, utrum ex corpore exierit, an adhuc sit in corpore, sed spiritu sensibus corporis alienato ista uideat: potest enim sic raptus id ignorare, si ei & hoc nō ostendat. Porro aūt si quēadmodū raptus est à sensibus corporis, ut esset in istis similitudinib. corporū, quæ spiritu uidenr: ita & ab ipsis rapiat, ut in illam quasi regionē intellectualiū uel intelligibiliū subuehatur, ibi sine ulla corporis similitudine pspicua ueritas cernit, nullis opinionū falsarū nebulis obfuscat. Ibi uirtutes animę nō sunt operosæ ac laboriosæ: neq; em opere temperātię libido frenat aut opere fortitudinis tolerant aduersa, aut opere iustitiæ iniqua puniunt, aut opere prudentiæ mala deuitant: Vna ibi et tota uirtus est amare quod uideas, et summa felicitas habere quod amas. Ibi enim beata uita in fonte suo bibit, unde aspgit aliquid huic humanę uitę, ut in tētationib. huius seculi, tēperanter, fortiter, iuste prudēterq; uiuatur. Propter illud quippe adipiscendū, ubi secura quies erit, & ineffabilis uisio ueritatis, labor suscipit, & cōtinēdi à uoluptate, & sustinēdi aduersitates, & subueniēdi indigētibus, & resistēdi decipiētibus. Ibi uidet claritas dñi, non per uisionē significantē: siue corporalē, sicut uisa est in mōte Sina: siue spiritalē, sicut uidit Esaias uel Ioānes in Apocalypsi: sed per speciē, nō per ænigmata, quātum ea capere mens humana potest, secundū assumentis dei gratiā, ut os ad os loquat ei, quē dignū tali deus colloquio fecerit: non os corporis, sed mentis. Sic intelligendū arbitror quod de Moyse scriptū est, Concupiuerat enim, ut in Exodo legimus, uidere deū: non utiq; sicut uiderat in mōte, nec sicut uidebat in taberna culo, sed in ea substātia qua deus est, nulla assumpta corporali creatura, quæ mortalis carnis sensib. præsentet: neq; in spiritu figuratis similitudinib. corporū: sed p speciem suā quantū eam capere creatura ratiōalis & intellectualis potest, seuocata ab omni corporis sensu, et ab omni significatiuo ęnigmate spiritus. Sic em scriptū est, Si ergo inueni gratiā in cōspectu tuo ostēde mihi temetipsum manifeste, ut uideam te: cū paulo supius legat locutus dominus ad Moysen facie ad faciē, sicut quis loquit ad amicū suū. Sētiebat ergo quid uidebat, & quod nō uidebat desiderabat. Nam & paulo post cū dixisset ei deus, Inuenisti gratiā in conspectu meo, & scio te præ oīb. Respōdit ei, Ostēde mihi claritatē tuā. Et tūc quidē respōsum accepit à dño figuratū, de quo nūc longū est disputare, quādo ei dixit, Nō poteris uidere faciē meam & uiuere. Nō enim uidebit homo faciem meam & uiuet. Deinde subiecit & ait illi, Ecce locus penes me est, & stabis sup petrā, statim ut trāliet mea maiestas, & ponā te in spelūca petræ, & tegam manū meā super te donec transeā, et auferā manū meam, et tūc uidebis posteriora mea: nam facies mea nō apparebit tibi. Nec tamē secuta scriptura hoc etiā corporaliter factū esse narrauit, satisq; per hoc demōstratū est figurate dictū esse in ecclesię significatione, Ipsa est em locus penes dominū, quia ecclesia est tēplū eius, & ipsa ædificata est sup petrā, & cætera quę ibi dicta sunt, eidem intelligētiæ cōgruunt. Nisi tamē cōcupitā & desideratam dei claritatem Moyses uidere meruisset, non in libro numerorū diceret deus ad Aaron, & Mariā fratres

Quomō Moyses uiderit deū
Ca. XXVII

Exo. 33

Numer. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius, Audite uerba mea, Si fuerit propheta inter uos domino, in uisione illi cognoscar, & in somnio loquar illi, nō ita quō famulus meus Moyses in tota domo mea fidelis est, Os ad os loquar ad illū in specie, & nō per ænigmata, & claritatē domini uidit. Neq; em̄ hoc secūdū substantiā corporis, quę carnis sensibus præsentat, intelligendum est: nam utiq; sic loquebat ad Moysen facie ad faciem, cōtra in cōtra: quando tamē dixit ei, Ostē de mihi temetipsum: & nunc etiam ad ipsos quos obiurgabat, & quibus Moysi meritum ita præferebat, sic loquebatur per creaturam corporalem præsentatā sensibus carnis. Illo ergo modo, in illa specie qua deus est, lōge ineffabiliter secretius & præsentius loquit̄ locutione ineffabili, ubi eū nemo uidens uiuet uita ista qua mortaliter uiuit̄ in istis sensibus corporis, Sed nisi ab hac uita quisq; B quodāmodo moriat̄, siue omnino exiēs de corpore, siue ita auersus & alienatus à carnalibus sensibus, ut merito nesciat, sicut Apostolus ait, utrū in corpore an extra corpus sit, cum in illam rapit̄ & subuehit̄ uisionē. Quapropter si hoc tertium uisionis genus, quod superius est, nō solū omni corporali, quo per corporis sensus corpora sentiunt̄, uerumetiam omni illo spiritali, quo similitudines corporū spiritu & nō mente cernunt̄, tertiū cœlū appellauit Apostolus: in hoc uidetur claritas dei, cui uidendæ corda mundantur, unde dictum est, Matth.5 Beati mūdo corde, quia ipsi deum uidebunt: non per aliquā corporaliter uel spiritaliter figuratam significationē tanq; per speculū in ænigmate, sed facie ad faciē: quod de Moyse dictū est, os ad os, per speciē scilicet, qua est deus quicquid est: quantuluncunq; eum mens, quæ nō est quod ipse, etiā ab omni corpore, & ab omni terrena labe mūdata, & ab omni corpore et similitudine corporis alienata & abrepta capere potest: à quo peregrinamur mortali & corruptibili onere grauati, quandiu per fidem ambulamus, nō per speciē, & cum hic iuste uiuimus. Cur autē non credamus, quod tāto Apostolo doctori gentiū, rapto usq; ad istam excellentissimā uisionē, uoluerit deus demōstrare uitā, in qua post hanc uitā uiuendū est in æternum: Et cur nō dicaī iste paradisus, excepto illo in quo corporaliter uixit Adam inter ligna nemorosa atq; fructuosa, quandoquidē & Ecclesia, quę nos cōgregat in charitatis sinu, paradisus dicta est D cū fructu pomorū: Sed hoc figurate dictū est, tanquā illo paradiso, ubi proprie fuit Adam, Ecclesia figurata sit per formā futuri. Quanq; diligentius considerātib. fortassis occurrat illo paradiso corporali, in quo Adam corporaliter fuit, & istam uitam sanctorū significatā, quæ nunc agit̄ in Ecclesia, & illā quæ post hanc erit in æternū: sicut Hierusalē quæ interpretat̄ uisio pacis, & tamē quędā terrena ciuitas demōstrat̄, quæ significat Hierusalem matrē nostram æternā in cœlis: siue in ijs qui spe salui facti sunt, & quod nō uidēt, sperātes per patientiā expectāt, secundū quos multi filij deseruntæ magis q̄ eius quę habet uirtū: siue in ipsis angelis sanctis per Ecclesiā multiformis sapientię dei,

Tertiū cœlum quid significet C4. XXVIII

cū quibus post hāc peregrinationē sine labore & A sine fine uiuendū est. Si aūt sic accipimus tertiū cœlū, quò Apostolus raptus est, ut quartū etiā, & aliquot ultra superius cœlos esse credamus, infra quos est hoc tertiū cœlū: sicut eos alij septē, alij octo, alij nouē uel etiā decē perhibēt: & in ipso uno quod dicit̄ firmamentū, multos gradatim esse cōfirmant: ac per hoc corporeos esse uel ratiocinantur uel opinātur, de quorū ratione siue opinione nūc differere longū est, Potest autē fieri ut etiā in spiritalibus uel intellectualibus multos quosdam gradus quisquā esse contendat, aut si possit ostendat, eosq; distinctos iuxta aliquē prouectū magis uel minus illustriū reuelationū. Sed utcūq; se ista habeāt, & accipiunt̄ ut libet ab alio sic, ab alio autem sic, ego uisorū uel uisionum præter ista tria genera, aut corpore, aut spiritu, aut mente, usque adhuc uel nosse uel docere nō possum. Sed quot & quantę singulorū generum sint differētiæ, ut in unoquoq; aliud alio gradatim superferat̄, ignorare me fateor. Sicut autē in ista luce corporea est cœlū, quod super terras suspicimus, unde lumina ria clarēt & sydera, quę corpora lōge sunt meliora terrestribus: sic in illo genere spiritali, in quo uident̄ corporū similitudines luce quadā incorporali ac sua, sunt quędā excellētia et merito diuina, quæ demōstrant angeli miris modis: utrū uisa sua facili quadā & præpotēti cōiunctione uel cōmixtione etiā nostra esse facientes, an scientes nescio quō nostrā in spiritu nostro informare uisionem, difficilis perceptu, & difficilior dictu res est. Sunt C autē alia uisa usitata humana, quæ siue ex ipso spiritu nostro multipliciter exist̄unt, siue ex corpore spiritui quodammodo suggerunt̄, sicut fuerimus affecti uel carne uel animo. Non solum enim uigilantes homines curas suas cogitando uersant in similitudinibus corporum, uerūetiam dormientes hoc fæpe somniant quo indigēt: nam & negocia sua gerunt ex animi cupiditate, & epulis poculisq; inhiātes insistūt, si forte esurientes sitientesq; dormierūt. Quæ omnia puto cōparata illis angelicis demōstrationib⁹, sic habēda, ac si in ista natura corporū terrena cœlestib. cōparent̄. Sic etiā *Virtutes in a nima XXXI* in illo genere intellectualiū uisorū alia sunt quę in ipsa anima uident̄, uelut uirtutes quib. uitia sunt cōtraria: siue pmansuræ ut pietas: siue utiles huic uitæ, & postea non futuræ, sicut fides qua credimus ea quæ nōdum uidemus: & spes qua futura cū patientia expectamus, & ipsa patiētia qua omnia toleramus aduersa, donec quo uolumus ueniamus. Istæ quippe & huiusmodi uirtutes, quæ nūc ꝓpter transigendā istam peregrinationē uallde necessariæ sunt, nō erunt in illa uita, ꝓpter quā adipiscendā sunt necessariæ, & tamē etiā ipsę intellectualiter uident̄: neq; enim aut corpora sunt, aut species habent similes corporum. Aliud autē *Lumen anime* est ipsum lumē, quo illustrat̄ anima, ut omnia uel in se uel in illo ueraciter intellecta cōspiciat: nam illud ipse deus est, hoc autē creatura: quāuis ratio nalis & intellectualis ad eius imaginē facta, quæ cum conat̄ lumen illud intueri, palpitat infirmitate, &

Cœli multi fo cundū quos dā. Cap. XXIX

a corpo/ ata, quò er. Cap. XXXII

Spiritalis vi sio quō accipi enda. XXX

te, & minus ualet. Inde est tamen quicquid intelligit sicut ualet. Cū ergo illuc rapit̄, & à carnalibus A subtracta sensibus, illi uisioni expressius præsentatur nō spatijs localibus, sed modo quodā suo, etiā supra se uidet illud, quo adiuta uidet quicquid etiam se intelligēdo uidet. Si aūt quæriť cū anima de corpore exierit, utrū ad aliqua loca corporalia ferat̄, an ad incorporalia corporalibus similia: an uero nec ad ipsa, sed ad illud quod et corporibus & similitudinibus corporū est excellentius: Cito quidem responderim, ad corporalia loca eam uel non ferri, nisi cum aliquo corpore, uel nō localiter ferri. Iam utrum habeat aliquod corpus, cū de hoc corpore exierit, ostēdat qui potest, ego aūt nō puto: spiritalem enim arbitror esse, nō corporalē. Ad spiritalia uero ꝓ meritis ferť, aut ad loca pœnalia similia corporib. Qualia sæpe de B monstrata sunt ijs qui rapti sunt à corporis sensibus, & mortuis similes iacuerūt, & infernales pœnas uiderūt, cum & ipsi in seipsis gererēt quandā similitudinē corporis sui, per quā possent ad illa ferri, & talia similitudinib. sensuū experiri. Neq; enim uideo cur habeat anima similitudinem corporis sui, cum iacēte sine sensu ipso corpore, non dū tamen penitus mortuo, uidet talia, qualia multi ex illa subductione uiuis redditi narrauerūt, & nō habeat cū perfecta morte penitus de corpore exierit. Aut ergo ad illa ferť pœnalia, aut ad alia itidē similia corporalibus, nec tamē pœnarū, sed quietis atq; gaudiorum. Neq; enim recte dici potest, uel illas falsas esse pœnas, uel illam falsam re C quiem atq; lætitiā: tunc enim hæc falsa sunt, quando per opinationis errorē alia pro alijs putantur. Nam Petrus nō solū cum discum illum uidebat, & in eo nō similitudines corporū, sed corpora putabat, in hoc utiq; fallebat̄: uerumetiā cū alio tempore ab angelo solutus, è uinculis ibat in corpore ambulans, & præsentatus corporalib. formis, & putabat se uisum uidere, nihilominus fallebatur: nam & illæ in disco erant spiritales formæ corporalibus similes: & ista corporalis expressio soluta de uinculis, ꝓpter miraculū spiritali similis erat. Fallebat̄ aūt anima in utriscq; non nisi cū alia pro alijs approbaret. Quāuis ergo nō sint corporalia, sed similia corporalibus, quibus animæ corpori/bus exutæ afficiunt̄, seu bene seu male, cū ipsę corporibus suis similes, sibimet appareāt: sunt tamen D & uera lętitia & uera molestia facta de substantia spiritali: nam & in somnis magni interest utrū in lætis an tristib. simus. Vnde quidā in rebus quas cōcupiuerāt constituti, se euigilasse doluerunt: & rursus grauibus terroribus atq; cruciatibus exagitati atq; uexati, cū expergefacti essent, dormire timuerunt, ne in eadem mala reuocarent̄. Et utiq; dubitandū non est, quod expressiora sint illa quæ inferna dicunt̄, atq; ob hoc uehementius sentiantur. Nam & qui subtracti sunt sensibus corporis, minus quidē q̄ si omnimodo morerent̄, sed tamē amplius q̄ si dormirent, expressiora se uidisse narrauerūt. q̄ si somnia narrauissent. Est ergo prorsus inferorū substātia, sed eam spiritalem arbitror

De inferis quæstio. Cap. XXXIII

esse, non corporalē. Nec audiendi sunt qui affirmant inferos in hac uita explicari, nec esse post mortem. Viderint enim quemadmodū poetica figmenta interpretentur, nos ab autoritate diuinarū scripturarū, quibus solis de hac re fides habenda est, recedere non debemus. Quanq; possimus ostendere illorū quoq; sapientes de inferorum substantia minime dubitasse, quæ post hanc uitā excipit animas mortuorū. Vnde autē sub ter *2 retra. c. 24* ris esse dicant̄ inferi, si corporalia loca nō sūt, Aut unde inferi appellant̄, si sub terris non sunt, merito quæritur. Animā uero non esse corpoream non me putare, sed planè scire audeo profiteri: tamen habere posse similitudinē corporis, et corporaliū *4 sen. di. 44* omnino membrorū quisquis negat, potest negare animam quę in somnis uidet, uel se ambulare, uel sedere, uel hac atq; illac egressu aut etiam uolatu ferri ac referri, quod sine quadam similitudine corporis nō fit. Proinde si hanc similitudinem etiā apud inferos gerit, nō corporalē sed corpori similē: ita etiā in locis uidet̄ esse nō corporalibus, sed corporaliū similibus, siue in requie, siue in doloribus. Quanquā & illud me nondum inuenisse cōfiteor, inferos appellatos, ubi iustorū animę requescunt. Et Christi quidē animā uenisse usq; ad ea loca, in quibus peccatores cruciant̄, ut eos solueret à tormentis, quos esse soluēdos occulta nobis sua iustitia iudicabat, non immerito creditur. *Act. 2* Quō enim aliter accipiendū sit quod dictum est, Quem deus suscitauit ex mortuis, solutis doloribus inferorū, quia nō poterat teneri ab eis: nō uideo, nisi ut quorundā dolores apud inferos eū solui esse accipiam⁹, ea potestate qua dominus est, cui omne genu flectit̄, cœlestiū, terrestriū, & infernorum, per quā potestatē etiam illis doloribus quos soluit, nō potuit teneri. Neq; enim Abraham, uel *Sinus Abrahæ* ille pauper in sinu eius, hoc est in secreto quietis eius, in doloribus erat, inter quorū requiē et illa infernī tormēta legimus magnū chaos firmatū: sed nec apud inferos esse dicti sunt. Contigit enim, inquit, mori inopē illum, & afferri ab angelis in sinū Abrahæ: mortuus est autem & diues, & sepultus est. Et cū apud inferos in tormentis esset, & cætera. Videmus itaq; inferorum mentionē nō esse factam in requie pauperis, sed in supplicio diuitis. Illud etiā quod Iacob dicit ad filios suos, Deduce *Gen. 44* tis senectutē meam cum tristitia ad inferos: uideť hoc magis timuisse, ne nimia tristitia sic perturbare tur, ut nō ad requiē beatorum iret, sed ad inferos peccatorū. Neq; enim paruū animę malum est tristitia, cum etiā Apostolus cuidam tam solicite timuerit, ne maiore tristitia absorberet̄. Proinde, *2 Cor. 2* ut dixi, nondū inueni, & adhuc quæro: nec mihi occurrit inferos alicubi in bono posuisse scripturam dūtaxat canonicam: Non autē in bono accipiendū, sinū Abrahæ, & illam requiē, quo ab angelis pius pauper ablatus est, nescio utrū quisquā possit audire: & ideo quomodo eū apud inferos credamus esse, non uideo. Verum hoc dum *Paradisi uocabulum. Cap.* quærimus, & aut inuenimus, aut nō inuenimus, urget nos lōgitudo libri huius eū aliquādo cōclu *XXXIIII*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere. Quapropter quoniã de paradiſo ſermonem inſtituimus, propter illud quod Apoſtolus ait, ſci A re ſe raptũ hominẽ uſq; in tertiũ cœlũ. neſcire autem ſiue in corpore ſiue extra corpus: & quia raptus eſt in paradiſum, & audiuit ineffabilia uerba, quę nõ licet homini loqui: non temere affirmamus, utrũ in tertio cœlo ſit paradiſus, an etiam in tertiũ cœlum, & inde rurſus in paradiſum raptus ſit. Si eñ, ꝓprie quidẽ eſt nemoroſus locus, trãſlato autẽ uerbo, omis etiã ſpiritalis quaſi regio, ubi animæ bene eſt, merito paradiſus dici poteſt, non ſolũ tertiũ cœlũ, quicquid illud eſt, quod profecto magnũ ſublimiterq; præclarum eſt, uerũetiam in ipſo homine lætitia quædam bonæ cõſcientię paradiſus eſt. Vnde & eccleſia in ſanctis temperanter & iuſte & pie uiuentibus paradiſus recte dicitur, pollens affluentia gratiarum, caſtiſq; delitijs: B quãdoquidẽ & in tribulatiõib. gloriat̃ de ipſa patiẽtia plurimũ gaudens, quia ſecundũ multitudinem dolorũ in corde conſolationes dei iocũdant animam eius. Quanto magis ergo poſt hanc uitã etiam ſinus ille Abrahę paradiſus dici poteſt, ubi iam nulla tẽtatio, ubi tãta requies poſt omnes dolores uitæ huius? Neq; enim & lux ibi nõ eſt propria quædã et ſui generis, et profecto magna, quã diues ille de tormẽtis et tenebris inferorũ, tam utiq; de longinquo cum magnũ chaos eſſet in medio, ſic tamẽ uidit ut ibi illum quondam contemptum pauperem agnoſceret. Quę ſi ita ſunt, ideo ſub terris dicunt̃ inferi uel credunt̃, quia cõgruẽter in ſpiritu per illas corporaliũ rerũ ſimilitudines ſic demonſtrant̃, ut quoniã defunctorũ aniC mæ inferis dignæ, carnis amore peccauerũt, hoc eis per illas corporaliũ rerum ſimilitudines exhibeat̃, quod ipſi carni mortuæ ſolet, ut ſub terrã recõdat̃. Deniq; inferi eo quod infra ſint, Latine appellant̃: ſicut autẽ ſecundũ corpus ſi ponderis ſui ordinẽm teneant, inferiora ſunt omnia grauiora, ita ſecundum ſpiritũ inferiora ſunt omnia triſtiἀίδης ra: Vnde & in Græca lingua origo nominis quo appellant̃ inferi, ex eo quod nihil ſuaue habeant, reſonare perhibetur. Nec ipſam tamen rerũ partem noſter ſaluator mortuus ꝓ nobis uiſitare cõtempſit, ut inde ſolueret quos eſſe ſoluendos ſecũdum diuinam ſecretamq; iuſtitiã ignorare nõ poLuc. 23 tuit. Quapropter animę illius latronis cui dixit, hodie mecũ eris in paradiſo: non utiq; inferos preſtitit ubi pœnæ ſunt peccatorũ: ſed aut illã requiem ſinus Abrahæ: non enim alicubi nõ eſt Chriſtus, cum ipſe ſit ſapientia dei attingens ubiq; propter ſuam mũditiam: aut illum paradiſum, ſiue intertio cœlo, ſiue ubicũq; alibi, quo poſt tertiũ cœ1 Cor. 12 lum eſt raptus Apoſtolus: ſi tamen non aliquid unum eſt diuerſis nominibus appellatũ, ubi ſunt animæ beatorũ. Si ergo cœlum primum recte accipimus, hoc oñe corporeũ generali nomine quicquid eſt ſuper aquas & terram: Secundũ autem in ſimilitudine corporali quod ſpiritu cernitur, ſicut illud unde animalibus plenus in ecſtaſi Petro diſcus ille ſubmiſſus eſt: Tertium uero quod mẽte conſpiciẽ ita ſecreta & remota & omnino abrepta à ſenſibus carnis atq; mũdata, ut ea quæ in illo cœlo ſunt, & ipſam dei ſubſtantiã uerbũq; deũ ꝓ quod facta ſunt omnia in charitate ſpirituſſancti ineffabiliter ualeat uidere & audire: non incõgruenter arbitramur, & illuc eſſe Apoſtolũ raptũ, & ibi fortaſſis eſſe paradiſum oñib. meliorẽ, & ſi dici oportet paradiſum paradiſorũ. Si eñ animę bonę lętitia in rebus bonis eſt in oñi creatura, quid ea lętitia præſtãtius quæ in uerbo dei eſt per ꝙd facta ſunt oñia? Sed ſi quẽ mouet, ꝙd opus ſit ſpiritibus defunctorũ corpora ſua in reſurrectione recipe, ſi poteſt eis etiam ſine corporibus ſumma illa beatitudo ꝓberi: difficilior quidem quæſtio eſt, quã ut pfecte poſſit hoc ſermone finiri. Sed tamen minime dubitãdũ eſt, & raptã hominis à carnis ſenſibus mentem, & poſt mortem ipſam carne depoſita, et tranſcẽſis etiã ſimilitudinib. corporaliũ, nõ ſic uidere poſſe incõmutabilẽ ſubſtantiã ut ſancti angeli uident: ſiue alia latentiore cauſa, ſiue ideo, quia ineſt ei naturalis quidã appetitus corpus adminiſtrãdi: quo appetitu retardat̃ quodãmodo ne tota intẽtione pergat in illud ſummũ cœlũ, quandiu nõ ſubeſt corpus cuius adminiſtratiõe appetitus ille cõquieſcat. Porrò aũt ſi tale ſit corpus cuius ſit difficilis & grauis adminiſtratio, ſicut hęc caro quę corrũpitur et aggrauat animã, de, ꝓpagine trãſgreſſiõis exiſtẽs, multo magis auertit̃ mens ab illa uiſione ſummi cœli: unde neceſſario abripiẽda erat ab eiuſdẽ carnis ſenſibus, ut ei quomodo capere poſſet illud oſtẽderet̃. Proinde cum hoc corpus iam non animale, ſed per futuram cõmutationẽ ſpiritale receperit angelis coæquata, perfectũ habebit naturæ ſuæ modũ, obediens & imperãs, uiuificata et uiuificãs, tam ineſfabili facilitate, ut ſit ei gloriæ quod ſarcinæ fuit.

Beatorum uſia poſt mortem xxxvi

Nimirũ enim erunt & tunc iſta tria genera uiſionum, ſed nulla falſitate aliud pro alio approbabitur, nec in corporalibus, nec in ſpiritalibus uiſis: multo minus in intellectualibus, quib. ita præſentatis et perſpicuis perfruetur, ut longe minore euidentia nunc nobis adiaceant iſtæ ſpecies corporales quas ſenſu carnis attingimus, & eis multi ita ſunt dediti, ut ſolas eſſe arbitrentur, & quicquid tale nõ eſt putant omnino non eſſe. Sapientes autẽ ita ſunt in his corporalibus uiſis, ut quãuis eis pręſentiora uideãtur, certiores ſint tamen D in illis quę pręter corporis ſpeciẽ pręterq; corporis ſimilitudinẽ intelligendo utcunq; perſpiciũt, quãuis ea nõ ualeant ita mente cõſpicere, ut hæc ſenſu corporis intuenẽ. Sancti uero angeli & his corporalib. iudicãdis atq; adminiſtrãdis pręſunt, nec eis tanq; pręſentiorib. familiarius inclinant: & eorum ſignificatiuas ſimilitudines in ſpiritu diſcernunt, & tanta potentia quodãmodo tractant, ut eas poſſint etiam hominũ ſpiritibus reuelãdo miſcere: & illam incõmutabilẽ ſubſtantiã creatoris ita cõſpiciũt, ut uiſione atq; amore & eam pręponant omnibus & ſecundũ eam iudicent de omnibus, & in eam dirigantur ut agantur, & ex ea dirigant quicquid agunt. Deniq; quamuis abrepto Apoſtolo à carnis ſenſibus in tertium cœlum & paradiſum

paradiſum: hoc ipſum certe defuit ad plenã perfectamq; cognitionem rerũ, quæ angelis ineſt, q A ſiue in corpore ſiue extra corpus eſſet, neſciebat. Hoc utiq; non deerit, cum receptis corporibus in reſurrectione mortuorũ corruptibile hoc induet̃ incorruptione, & mortale hoc induet̃ immortalitate. Omnia enim euidentia erunt ſine ulla falſitate, ſine ulla ignorãtia ſuis ordinibus diſtributa, & corporalia & ſpiritalia & intellectualia in natura integra & beatitate perfecta. Scio quidẽ nonnullos eorũ, qui ſcripturas ſanctas ante nos in fide catholica tractaſſe laudant̃, etiã ſic expoſuiſſe quod ait Apoſtolus, tertiũ cœlũ, ut corporalis & animalis & ſpiritalis hominis hic differẽtias accipi uellent, atq; ad illud incorporearũ rerũ genus excellenti euidentia contemplandũ eſſe Apoſtolum raptũ: quod genus etiã in hac uita ſpiritales homines præ cæteris rebus diligunt, eoq; perfrui cõcupiſcunt. Ego aũt cur maluerim ſpiritale & intellectuale dicere, quod illi fortaſſe animale & ſpiritale dixerũt, ut earundẽ rerum alia tantũmodo nomina ponerem, iam in primis huius libri partibus me diſſeruiſſe ſuffecerit: Quæ ſi rite pro modulo noſtro diſputauimus, aut ipſe ritalis lector hęc approbabit, aut etiã ut ſit ſpiritalis, adiuuante ſpiritu ſancto aliquid ex iſta lectione proficiet. Sed iam uniuerſum hoc opus, quod duodecim uoluminib. contineт, iſto tandem fine concludimus.

AD LECTOREM.

B Hoc opus quum nec epiſtola ſit, nec tractatus popularis, nuſquam tamen recenſeatur in libro Retractationum, ad hæc nec ſtylo nec ingenio referens Auguſtinum, non dubitauimus in nothorum claſſem referre. Habet & uocala quædam, de uulgo, ut opinor, hauſta ueluti cap. 7. Taxones et ſeſquiuolos animalia quædã appellat: ibidẽ commemorat lupos, porcos ſyluestres, & uulpes, quum hoc genus animantis nec in Hybernia dicatur inueniri, nec in Anglia, niſi forte importatum. In eodem acceſſum ac receſſum maris appellat Ledonẽ ac Malinam, idq; frequenter. Item cap. 24. Nagarbam appellat, quod in ſummo mari natat.

DE MIRABILIBVS SACRAE SCRIPTVRAE

LIBER PRIMVS.

VM omnipotentis dei auxilio de mirabilibus rerũ cupimus tractare ſermonem, unde repetendum aptius, et ſumendũ uidetur exordiũ, q̃ ab ipſo rerum omniũ creatore, de quo ſæpe ſcriptura atteſtatur dicens, Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia, quorum nõ eſt numerus. C Quorum omniũ mirabiliũ uelut principale quoddam fundamentũ inſtituit, quando omnes quas cõdidit creaturas ex nihilo fecit. Aeternus ergo & omnipotẽs creator rerũ, trinus & indiuiduus ſemper manens, ſine ullo potẽtiæ ſuæ detrimẽto, ſolus ſine tẽpore cũctas pręceſſit creaturas: ac deinde ut immenſam bonitatẽ ac potentiam & beneuolẽtiam, quas in ſe ſolo prius habuit, etiã per creaturas oſtenderet, ex informi materia, quam ipſe prius ex nihilo cõdidit, cunctarũ uiſibiliũ & inuiſibiliũ rerũ, hoc eſt ſenſibiliũ & inſenſibiliũ, intellectualiũ & intellectu carentiũ, ſpecies multiformes diuiſit. Quod ut libri Geneſeos autoritas cõfirmat, per ſeptẽ dierum alternationẽ effectum fuiſſe mõſtratur, ita ut in die ſexto cuncta cõſummaſſe quæ ad inſtitutionẽ & inſtructionem pertinent creaturæ, firmiſſime declareт. Sic enim ſcri- D Gen. 2 bitur, Et conſummauit deus omnia opera ſua in die ſexto, & benedixit diẽ ſeptimũ, quod in ipſo requieuit ab omnibus operibus ſuis. Ex quo intelligit̃, deum in die ſexto omnia perfeciſſe, ut in die ſeptimo nõ à labore, ſed ab opere uideat̃ ceſſaſſe. Sed quod dominus Ieſus Iudæis de ſabbati requie quærentib. reſpondit, Pater meus uſq; modo operat̃, & ego operor: illũ quidẽ die ſexto cuncta perfeciſſe & in ſeptimo requieuiſſe credimus, & uſq; modo operari nõ dubitamus. Sed quẽadmodum tunc cõſummaſſe & nunc operari idem deus intelligit̃, ſubtilius inueſtigatur. In die enim ſexto creaturæ naturas perfecit, quas gubernare etiam nũc non deſinit, Et in die ſeptimo requieuit ab opere creationis, qui nũquam ceſſat à gubernationis regimine. Tunc ergo creator nunc gubernator deus intelligendus eſt: Ac per hoc etiam ſi noui aliquid in creaturis exoriri uideamus, nõ creare ibi nouam naturã, ſed gubernare olim creatã deus putãdus eſt. Sed ita potẽs eſt in gubernatiõe creaturæ qui cõdidit, ut ueluti naturam nouã creare uideat̃, cum abditis naturę ſinibus, quod in illa latebat, depromit. Illa igitur inuſitata gubernatione, cum res per uoluntatẽ potẽtiam gubernatoris oſtendũt, quod per efficaciam quotidianæ adminiſtrationis nõ faciunt, in ſcripturis mirabilia memorant̃. Sed de his mirabilibus latius poſtmodũ, quãdo ad corũ loca uenerimus, diſſeremus. Hoc fixũ interim permaneat, ꝙ cõſummatis naturarũ creationibus, in die ſeptimo deus ab opere ſuo requieuit, & nũc poſtmodum per omne tẽpus à creaturæ totius gubernatione nõ ceſſat. Sed quãuis per ſex dierũ alternatiõnẽ, omnis inſtituta fuiſſe creatura perhibeat̃, nõ tamen hæc dierũ alternatio per ſpatiũ tẽporis intelligit̃, ſed in his operũ uiciſſitudo declarat̃. Poſt ea nãq; hiſtorię narrator diuiſit in ſermone, quod deus nõ diuiſit operis perfectiõe. Simul enim cũcta quæ cõdidit deus creauit, dum una uoluntate multiplicẽ omniũ ſpecierum uarietatẽ fieri diſpoſuit, in qua uoluntate una omnia ſimul ſine tẽpore eſſe fecit, quę ab ipſo ortu ſuo per tẽpus diſpenſare nõ deſinit. In hoc ergo rerũ omniũ conditionis principio, ſpiritualis creatura et inuiſibilis originaliter, & deinde ne quod interius erat hoc exterius nõ fieret, in dei operibus & corporalis & uiſibilis creatura eſſe cœpit: in qua utiq; principali rerum uniuerſarũ generaliq; diuiſione duas rationales

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiõales, unã in spiritali alterã in corporali instituit creator naturas, angelorũ uidelicet et hominum, quibus prout naturarũ differentia expetit, etiã habitationũ loca distinxit. Cœlũ nanq; angelis, terram hominibus præstitit. Quibus institutis, utriusq; naturæ peccatũ, angelorũ scilicet & hominũ consequit. Sed mãdati transgressionẽ quæ in hominibus facta erat, libri Geneseos historia narrat

Casus angelorum & hominis. Cap. II

Questionẽ uero non minimã intuentibus præstat, qua causa angelorũ delictum scripturæ testimonijs qualiter factũ est reticeat. Quãuis nanq; sub psona Babylonici regis illius angelicæ ruinæ uerba per Prophetã declarent dicentem, Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinẽ nubium, & ædificabo thronum meũ ad Aquilonem, & ero similis altissimo. Hæc de rege Babylõis historica expositiõe facilli me possunt intelligi, nisi forte figurali expositiõe de corpore ad caput uerba per allegoriã trãserãtur. Vnde assumpta questio in hoc non dissoluit, dum historialiter in ipso Euangelio causa ruinæ & sententia & uindicta nõ manifestat. Nisi forte ut cæteri existimant, originale illius peccatũ in se ductionẽ hominis per serpentem esse aliquis dicat, per quẽ & sententiã animaduersionis accepe rat, dicẽte domino, Maledictus tu inter omnia animantia & bestias terræ: super pectus tuũ gradieris, & terram comedes omnibus diebus uitæ tuę. Sed absit hoc, ut sentiamus angelũ posse suadere homini peccatũ in terra, nisi prius ipse peccaret in cœlo, dicente dño, Vidi satanã sicut fulgur de cœlo cadẽtẽ. Vnde em potuisset & ipse inuidere felicitati humanæ, nisi prius amisisset beatitudinẽ propriam: Nõ solum ergo peccatũ hominis præcessisse diabolica ruina credenda est, sed etiã perfectionem creaturarũ illarum quæ in die sexta facta est. Damnandis in nouissimo die domino pnunciante dicit, Discedite à me maledicti in ignẽ æternum, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Quando ergo præparatus est ille ignis nisi perfectione creaturarũ omniũ: nisi forte dicamus post sexti diei perfectionẽ deum aliquid creasse: quod absit, ne mẽdacem scripturam, imò nosmetipsos faciamus. Cui ergo carcer in illa creaturarũ conditione præparatus est, illius peccatũ originaliter illas creaturas præcesserit. Quoniã ut scriptura inquit, Ipse ab initio mẽdax est, & in ueritate nõ stetit. Restat ergo ut ruina angelica, qua causa à domino tacita est, exponamus, dum illum creaturarũ dei primũ angelum cecidisse nõ ambigamus. Angelicum uero uulnus uerus medicus qualiter factum sit, indicare noluit, dum illud postea curare nõ destinauit. Et qualiter sit electus p sententiã uindictæ, reticuit, quem per pœnitentiã nullo modo reuocauit. Peccatum uero hominis quomodo factũ fuerit, proferat: Ipsum nãq; quandoq; pmereri ueniã nõ desperat. Et qualiter electus sit homo, indicare deus maluit, quẽ ad statũ pristinũ in nouissimo iterũ reuocauit. Et quomodo animaduersionis sententiã accepit, nõ occultauit, à quo aliquãdo per clemẽtię suæ ueniã satisfactionẽ accipere nõ recusauit. Hãc ergo differẽtiã in hominib. & angelis Apostolus cõsiderãs, ait, Nõ em angelos, sed Abrahæ semen apprehendit deus. Cũ em creator clemẽs & misericors in summa illa & incõmutabili dei patris manens substãtia, in serui formã semetipsum exinanire uoluit, nõ angelicã naturã, sed humanã apprehẽdit. Sed in hoc quæstio nascitur, Cum deus angelis peccantib. nõ pepercit, & tamen peccãti homini per assumptionẽ humanę carnis ueniã relaxauit: quare ergo irremediabili uindicta summus angelus est percussus, cũ peccãs & mandatũ sui cõditoris homo trãsgrediens, uenialiter postmodũ ad pœnitentiã reuocatus sit, Ioanne, domino, & Petro clamantibus, Pœnitentiã agite, appropinquabit em regnũ cœlorũ. Angelus ergo in summo honoris sui ordine cõstitutus, immutationẽ ad excellẽtiorẽ statũ nõ habuit, nisi p contẽplationẽ sui creatoris cõfirmatus, in eo statu pmaneret ubi conditus fuit: & idcirco prolapsus, iterũ reuocari minime potuit, q de sublimissimo sui ordinis statu pruit: Homo uero adhuc in terra positus, generãdi officio destinatus, ciborũq; esui deputatus, immutationẽ in sublimiorẽ et meliorẽ, spiritalẽq; uitam sine morte reciperet, si quãdiu in hac cõuersatione posit esset in mãdati custodia pmaneret. Hũc antequã ad statũ ueniret sublimiorẽ, delictũ pręripuit, & ideo de inferiori illo suo ordine, id est, immortalitate sui corporis cõfestim ruit, dicẽte domino, Terra es, & in terrã ibis. Clemẽtia ergo cõditoris homo ad illã beatitudinẽ, ad quã peccans adhuc nõ puenit, per passionẽ dñi reuocat: qui sinde cecidisset sicut angelus, nunq; iterũ reuocaret: quoniã ad illũ ordinẽ, id est, immortalitatẽ sui corporis nunq; puenit iterũ, nisi peracta omniũ morte, illa beatitudo ad quã reuocamur, p resurrectionẽ restaureat. Nõ ad illum tamẽ ordinẽ, aut ad statũ unde primus homo ceciderat, sed ad aliũ sublimiorẽ, quẽ sperauit, restitutio fiet, dicẽte domino, Erũt sicut angeli dei in cœlo. Præterea quo que ad cumulũ diabolici peccati illud accedit, qd statim postquã peccauit, foueã desperationis incurrit. Si em de suo delicto habere ueniã nõ desperasset, nunq; consentienti sibi homini damnũ salutis suæ procuraret. Qui em de priori peccato habere ueniã desiderat, nullo modo augmentare aliud præparat. Per hanc ergo nõ solũ sibimetipsi fo ueam pditionis inuenit, sed etiã per se peccãti homini causa pditionis extitit. Hoc aũt ad leuiandũ hominis delictũ occurrit, quod nõ solũ per semet ipsum mãdati transgressionẽ nõ reperit, sed serpẽtinæ suasioni cõsensit, uerũtiam aliam creaturam rationabilẽ in dei offensam non induxit: ac p hoc facilius pœnitẽtiæ ianuam adinuenit apertã, quã qui nõ ingressus fuerit, damno perpetuæ uitę subiacebit. Qui uero per pœnitẽtiam peccata diluerit, angelicæ felicitatis consors in æternum erit.

Abel & Enoch. III

Vt autẽ ab ipso humani generis post peccatũ originale primordio homines quãdoq; pmereri ueniã deus ostẽderet, paucos hoies elegit quibus notitiã sue amicitiæ demonstraret: quos processu temporis

temporis paulatim plures usq; ad suæ præsentiæ uisitaret aduentũ, quousq; in aduẽtu suo omne genus humanũ per totũ orbẽ illuminaret. Ex quib. paucis primus Abel totius humanæ iustitię princeps, & secũdus post eũ Enoch insignissimus ante diluuiũ eligitur, quibus summa iustitię in initio ipso mũdi, & finei cõmittitur. Vnus enim statim in iustitiæ suæ initio, in ipso etiã mũdi principio, sanguinis sui tripudio coronatus, martyrio arripitur. Alter adhuc sine morte, in testimoniũ nouissimi temporis reseruatur. Sed huic Abel dñs Iesus Christus primatũ iustitiæ hominũ cõmisit, ita inquiẽs, A sãguine Abel iusti, usq; ad sanguinẽ Zacharię: in eo em q dicit, A sãguine Abel iusti usq; ad sanguinẽ Zacharię, & nõ addidit iusti, hæreditatẽ iustitię Abel tenere Zachariã ostẽdit. Sicut etiã in genealogia saluatoris scribitur, Iesse aũt genuit Dauid regẽ, Dauid aũt rex genuit Salomonẽ: cui nõ additur regẽ, cũ Salomon patris regno teneret maius imperiũ. Sed ex hoc intelligitur patris sui Dauid regnum Salomon hereditario iure possidere, & ad Dauid honorẽ regni plus pertinere, q primus & Abel in iustitia hominũ primatũ tenuit, eo quod primus in terra iustus fieri cœpit, Vnde quasi hæreditario iure patrũ succedũt. Sic omnes iusti, uestigia Abel in cũctis iustitiæ partibus capiũt. Sed ista inuestigatione recte incitatus aliquis fortasse interrogabit: Cur ergo, inquiẽs, dum Abel iustitiæ primatũ tenuit, nõ hũc deus sine morte ad testimoniũ nouissimi tẽporis reseruauit, ut in mũdi fine ipse doctor existeret ueritatis, qui in principio erat autor pfecti operis? Attamen huic respõsioni cõgrue obuiare poterit, qui iustitiã in tribus partibus cõstare nouit, Tota em iustitia hæc est, uirginitas, sacerdotium, & martyriũ. Quę triplex iustitia in Abel primo fuit, qui & munera deo placita obtulit, prosapiam generis in seculo non reliquit, & martyrij coronã sanguinis effusione promeruit. Si ergo lõgiori tempore ut Enoch Abel maneret, sine ulla dubitatione cõiugiũ iniret. Quippe qui in tẽpore illius legis uiueret quę dixit: Crescite & multiplicamini, et implete terrã: Et si illud mandatũ expleret, pro certo nequaquã uirgo esset: & si illũ deus sine morte seruaret, martyrij primatũ nequaquã acciperet. Recte ergo cõpetebat, ut qui primus in terra iustus eligitur, in eo totius iustitiæ forma seruaretur, cuiq; primo in hominibus post delictum gestare figuram concedit saluatoris, qui uirgo, & sacerdos, & martyr esse uidet. Enoch uero sine morte, per totius penè seculi tẽpus remotus ab hominũ conuersatione custoditur, ut in eo qualiter homines sinõ peccarẽt, generata prole cõmutarent in uitam spiritalẽ sine morte, ostẽderetur. Sed licet lõgo seruatus tẽpore adhuc uiuat: mortis tamẽ debitũ, quod omnes in Adã sumpsimus, uitare non poterit. Certe in hoc etiã illud occurrit, unde scribẽdi occasio sumpta uidet, quare quasi cõtra naturã extra humani æui metas huius uita tam lõgo admodũ tempore distenditur. Attamẽ in hoc nõ noua natura uni homini gignit: sed pristina & generalis omnium hominũ gubernatur. Institũ enim omni homini in prima cõditione Geneseos libri historiã considerãtibus esse apparet, ut nõ solum longo tẽpore, sed etiã perpetuo uiueret, nisi peccati aculeo mors naturæ metas exterminaret.

Diluuium. Cap. IIII

Inde, pcessu tẽporis hominib. post originale peccatũ per propria studia in dei offensam procedẽtibus, & in obliuionẽ sui cõditoris decidẽtibus, cũ per enorme peccatũ, grãdi corporis mole gigantes essent exorti, totius terrę facinus aquis diluere parat: & uiro perfecto in genere suo reperto, Noe uidelicet Lamech filio, mysteriũ consilij sui soli insinuat, eiq; arcã per longi tẽporis spatiũ fabricare cõmendat: ut uel ille per hoc factũ morte imminẽte cum domo sua liberaretur, uel uidẽtes imminẽs exitiũ pertimescẽtes ad delictorum pœnitudinẽ reuocarẽtur. Sed illo cõtumaciter & negligẽter iudicio cõtempto, ex insperato tempore deus offensus, ad cõmune totius orbis excidium, aquis uniuersa terræ spatia pariter obtexit: & exceptis quę arca clauserat, cũcta quę in terra tantũ uiuere possunt, homines & cętera animãtia ab ipso cœlo aqua cõducta deleuit. Sed uniuersa quæ in aquis uiuere possunt plaga illa nõ tetigit, terrena tantũ animalia mortificauit. Quo in loco astute quærẽtibus, ac solutione indigẽs quæstio subuenit. Quamobrẽ terrena animalia humanæ uindictæ plus quã aquatica succũbũt, quorũ nec plura peccaminũ gesta subueniũt. In peccato tamen primi hominis, terra de qua gustauerat, statim maledicitur. Per diuinũ nãq; oraculũ ita inferẽ, Maledicta terra in opere tuo, &c. Qua in re notãdũ, ipsa animalia, quæ maledictã terrã mãducauerũt, expertia maledictionis esse non posse, præsertim cum terra cũ suis animalib. maledicta erat. Iterũ ergo alia adhuc quęstio surgit, Quare deus etiam aquis in Adæ maledicto nõ maledixit? Cui facillime respõdetur, q non aquã cõtra interdictũ domini bibit, sed de terrę fructu homo comedit. Exceptis quoq; his rationib9, aquis à maledicto Adę deus pepercit, quoniã per aquam diluere maledictionẽ illam parauerat, quod in diluuio est factũ, & nunc per baptismũ indulgetur: nam in aqua & spiritu cuncta humana corporalia crimina simul & spiritalia purgãtur. Aquatilia enim maledicto uindictæ nõ succumbunt, quia in maledictionis participatione nõ sunt. Ac p hoc & dominus, cũ mortis humanæ maledictum resurgẽdo' deposuerat, non terrestriũ, sed aquatiliũ carnẽ animalium comedebat, cum ad cõfirmationẽ resurrectionis corã discipulis piscis assi partẽ & fauũ mellis accipiẽs mãducauit. De animalib. quoq; quę nec in terra tantũ, nec in aqua tantũ uiuere possunt, quęstio uertitur, quomõ diluuiũ euaserũt, quales sunt lutri, utuli marini, & multa animaliũ genera, quæ in aquis escarũ suarum uictum requirũt, sed in arena dormiũt, & nutriũtur & requiescũt. Si ergo arca includerentur, sine aquarũ adiumento uiuere non possent, & si extra arcã remanerẽt, aquis uniuersa tegentibus, ubi requiescerẽt quomodo haberent? De his ergo, ut supra dixi, quæ-

Animalia aquatica

Animalia ἀμφίβια. Cap. V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stio uertitur, Vtrũ per uirtutẽ suam utrãuis carũ
naturã, donec diluuiũ tranſiret, deus tẽperauit, ut A
aut humore tantũ, aut in arida tantũ illis tũc uita
eſſe potuerit. Sed qui Noe cum domo ſua per ar-
cam, non p uirtutẽ ſeruare uoluerat, qualiter hoc
per uirtutẽ cuſtodire uellet? An his alicubi ſcopu
lorũ aliqua refugia eſſe poterãt? Sed etiã illa quo-
modo ſubuenirẽt, dum omes montes, quibus xij.
cubitis altior fuit, aqua tegeret? An etiã in arcæ
tecto foris requies his eſſe aliqua ualebat, q̃ à tre-
centis cubitis lõgitudinis, & altitudinis triginta,
& latitudinis quinquaginta cubitis in unũ cubi-
tum undiq; contractũ latum et ſtabile ſpatiũ facie
bat, ut quod intus manẽtes, ſine periculo cõſerua
ret, etiã per profundi periculũ uagãtibus refugiũ
Eruptio aquarum. Cap. VI foret? De eruptione aquarũ diluuij ita refertur, B
Rupti ſunt omnes fontes abyſsi magnæ, & cata-
ractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia xl. die-
bus & xl. noctibus. Poſtea ſubinferẽ, Clauſi ſunt
fontes abyſsi, & prohibitæ ſunt pluuiæ de cœlo.
Huius rei difficultatẽ fixa ſentẽtia explanare, ſci-
entiæ noſtræ paruitate prohibemur, Verũtamen
in his magiſtrorũ quid intẽtio potuit excogitare,
indifferẽti ſermone proferamus, nulli ex diuerſis
opinionib. certiorẽ tribuentes autoritatẽ: de qui-
bus narrationibus, de ſingulis electionibus arbi-
triũ probandi ſeu reprobãdi concedimus liberta
tem. Fluuij enim de fontibus utrũ ante diluuium
fuerũt, inquiſitio proferẽ: de quibus nulla in prin
cipio creaturę certa definitio, utrũ facti an non fa
cti ſunt oſtẽditur, niſi q̃ fons unus aſcẽdẽs de ter-
ra, & diuiſus in quatuor capita, regiones irriga- C
bat. Niſi forte de illo fonte cæteros per totũ terrę
ſpatiũ ubiq; ebullire etiã tũc aliquis dicat, ꝓpter
quorũ omniũ ſingillatim aſsignationẽ originalis
illius magni fontis cõmemoratio ſufficeret. An
etiã ante diluuiũ non erãt, donec illa aquarũ abũ-
dantiſsima eruptione uniuerſorũ fontium uenæ,
ubi ante nõ fuerunt, quod etiã ſæpe nunc fieri cer
nimus, erumperẽt? Attamen nõ de fontib. terrę,
ſed de fontibus abyſsi dicitur, Et rupti ſunt fõtes
abyſsi. Sed hoc generaliter de fontib. poteſt ſen-
tiri. Vnde enim terra potuiſſet habere, niſi ſubia-
cẽte abyſſo per occultos meatus fontiũ uenas ſu-
ſciperet? Et idcirco abyſsi fontes etiã terrę fontes
poſſunt nominari. Sed qui hoc ita ſentiũt, quid di
cent in eo quod paulopoſt cõſummata xl. dierum D
inũdatione ſubinferẽ? Et clauſi ſunt fontes abyſsi
magnæ, & prohibitę ſunt pluuiæ de cœlo. Si fon
tes illi, qui nũc per terras fluunt, in diluuio aperti
ſunt, quomõ iterũ clauſi pronũciantur? niſi nõ o-
mnes fontes clauſos eſſe denuncient, præter eos
tantũmodo per quos exitus huius aditus admini
ſtrabatur. Verum etiã hoc pro tẽpore ſolũmodo
eſſe dictũ confirmãt. Fontes enim qui clauſi erãt,
cum illa inſolens eruptio prohiberẽ, poſtea aper
tos fuiſſe ſequens ratio pronunciat, dũ aquæ ibãt
& reuertebantur. Quò ergo reuertebanẽ, niſi un-
de uenerant? Per fontes igitur apertos aquę irru
perãt, qui poſt ut ceſſaret eruptio clauſi erãt. Sed
cum iterũ aqua reuocaretur, etiã fontes qui clauſi
fuerant reſerãtur: Aquæ enim quę clauſis ianuis
uenire non poterant, quomodo retro niſi apertis
aditibus reintrabant? De eo autem quod dicitur,
Et cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia: Gen. 7
non minori diligẽtia indigẽs, quæſtio diuerſis in-
quiſitorũ ſententijs uentilata dignoſcit. Quibuſ-
dam nanq; placet, ut iſtæ cataractæ in nubibus a-
pertæ fuiſſe putentur, quæ ſæpe cœli nomine per
ſcripturas diuinas nuncupãtur, quomodo eſt il-
lud: Et cœli dabũt imbrem, et terra dabit fructum Hiere. 14
ſuũ: &, Panẽ cœli dedit eis: &, Poſsint aues cœli
habitare: &, Volucres cœli nidos habent ubi re-
quieſcunt. Cataractas ergo in cœlo, in nubibus
uidelicet, ut pluuia ueniret, illi prædicti æſtimãt,
quẽadmodũ etiã nũc tale miniſterium per nubes fie
ri totus mũdus nõ ambigit. Sed tũc cataractas cœ
li apertas ſcriptura ſancta commemorat, q̃ ſolito
plus ingens effuſio pluuialis facta erat. Cæteri ue
ro iſtas cataractas in ſummo illo firmamento, q̃d
ut diuideret inter aquas & aquas, deus in princi-
pio fecerat, factas prius eſſe dicunt: qui dum illas
aquas factas ſupra firmamentũ poſuerat, ad tale
miniſterium præparaſſe dicunt: & in hac cõditione
& ſuperioris & inferioris aquę, ſacri baptiſmatis
miniſterium figurali expoſitione inſpiciunt, dũ per
cœleſtem pluuiã ſpiritũ ſanctũ, per abyſsi undã,
aquã baptiſmatis intelligunt: Vt ſicut aqua ſupe-
rior & inferior, primæ uitę mundi peccamina di
luit, ſic ſpiritus ſanctus & aqua, noſtrę uitę prioris
delicta remittat. Sed dum in hoc opere intellectũ
potius rerum geſtarũ, q̃ figuralẽ expoſitionẽ aſ-
ſumpſimus, quod ad rem præſentẽ pertinet, pro-
ſequamur. Hi ergo qui firmamẽti aquas ante di-
luuium uenire ponunt, etiã ante diluuiũ pluuias
in mũdo fuiſſe nõ æſtimãt, occaſione illius arcus,
qui poſt diluuiũ in nubibus eſt cõſtitutus, in hac
æſtimationẽ ducti, ex ipſarum creaturarũ natura
inueſtigantes, q̃ ſi ulla ſerena ante diluuiũ pluuia
fieret, iris, id eſt, arcus ille in nubibus ſerenis ap-
pareret, qui per ſolem ſemper & humectas sere-
nasq; nubes efficit, & nõ à ſole tantũ fieri, ſed etiã
per lunã aliquotiẽs in ſerenis nubib. uidetur. Po-
terat ergo ipſa mũdi nuper creati prima ætas ſine
ullis turbulẽti aeris immutationib. & pluuijs per
matutinũ & ueſpertinũ rorem fieri: ut in ipſa ſua
fortitudine ſicut homines longæuos & ſanitate
corporũ alacres habuerit, ita & mũdus ipſe nul-
lis adhuc ꝓturbationib. agitatus aptos naſcẽtib.
ferẽs fructus cõſiſteret, & à ſecũda ætate ſicut tur
bulentis motibus, ita turbidis rerũ tẽpeſtatib. ui-
uere & uigere inciperet. Quemadmodũ in terra
Aegypti etiã nunc nequaq̃ nubiũ imbribus, ſed
terræ ipſius ſudore & aeris cõmoditate, & Nili
fluminis incremẽtis fouetur. Sed hæc inueſtiga-
tio qualiter accipiẽda ſit pro certo, eruditi & Ca-
tholici uiri uideant. Item de receſſu aquarũ di- Acceſſus & re-
luuij quid docti & ingenioſi magiſtri ſentiũt, ſine ceſſus diluuij.
ulla noſtrę autoritatis præſumptione ꝓferamus: Cap. VII
ubi nodoſa quęſtio ſtudioſis mentibus oſtẽditur:
ſi aliquẽ locum uacuum reliquerãt, cum terrę ſpa
tium aquæ diluuij occupabãt, & ſi nullũ ſpatium
tale

tale habuerãt, quando receſſerãt quid implebãt?
De qua inquiſitione in illis aquis quæ de catara- A
ctis cœli defluxerunt, bina magiſtrorũ æſtimatio
eſt: Aut enim ut nõnulli æſtimãt, per eaſdẽ catara
ctas reuocãtur, & quẽadmodũ de mari aridæ nu-
bes lymphaticos imbres cõſueſcũt attrahere, ita
& ſuperni illius firmamẽti ſpatiũ, aquas quas emi
ſerat de nubib. poſſet reuocare. Aquæ em, inquit
ſcriptura, ibãt & reuertebanẽ. Quo ergo ibãt, niſi
unde uenerãt? Si ergo de excelſo illo firmamẽto
iuxta quorundã æſtimationẽ dixerimus, aquę de
ſuper fluxiſſent, & ſpatiũ quod occupabãt, dimi-
ſerũt, ſi illuc reuocatę ſunt, quid mirũ ſi eadẽ quæ
deſeruerãt ſpatia complebãt. Vel certe ſi de nubi
bus eadẽ nimborũ copia fuiſſe mõſtrata cõcedi-
tur, quid intelligẽtibus mẽtib. repugnat, ſi ad nu-
bes iterũ ipſæ retrorſum uerterẽtur, quẽadmodũ B
in quotidiana rerũ adminiſtratione fieri cerniẽ,
ut pluuia de nubibus emiſſa & reſumpta uideaẽ.
Cæterũ ij quoq; qui ante diluuiũ pluuiã eſſe non
permittunt, de receſſu aquarũ aliter ſentiunt. Ipſi
enim cũ aquarũ diffuſionẽ de firmamẽto factam
pronunciãt, in nubes tamẽ tantũmodo eas redire
confirmãt: & ſuperfluũ illud quod aqua deſuper
fluens præbuerat, etiã nũc per omne tẽpus turbu
lẽtos aeris motus, & hemiſphæras diuerſas in nu
bibus gignit, q̃ reciprocis immutationib. idẽ aer
nubiloſus nunc in inferiores partes mũdi, hoc eſt
terrã & mare dimittit, nunc de eiſdẽ, mari ſcilicet
& terra recolligit, quomõ in pectore humano ha
litus reciprocis mutationibus eodẽ modo quo di
mittitur, iterũ exigitur ut reſumatur. In his autẽ C
quãlibet diuerſis opinionibus & magiſtrorũ plu
ribus ambagibus, hoc animo fixum ſuſcipimus,
q̃ aquarum quodcunq; deſuper uenerat, ut terra
Gen. 8 aquis nudaretur, uẽtus lambebat. Sic em ſcribiẽ,
Immiſit dominus uentũ ſuper terrã, & diminutæ
ſunt aquæ. Vtrũ uero in nubes uentus lymphata
æquora collegerat, an illa ſuperni firmamẽti ſpa-
tiũ reſumpſerat, pro certo eruditi uiderint. Aquæ
aũt illæ quæ abyſsi fontib. diruptis largiter deflu
xerũt, per eaſdẽ uias unde uenerãt, rurſum dñico
iuſſu remeabãt. Sed adhuc nobis cõmunis quæ-
ſtio in his renaſciẽ, quæ in reliquis uelut curata ui
debaẽ: Si quãdo inundauerãt, aliquod ſpatium re
linquebãt, & ſi hoc non habuerãt, quãdo reuerſæ
ſunt quid implebãt? Cæteri hãc quęſtionẽ ita diſ- D
ſerunt, q̃ mare tũc dei iuſſu de ſuo modo conſue
to, per illorum fontiũ apertionẽ creſcere, & ultra
metas ſuas inũdatione inſolita p cũcta terræ ſpa-
tia tranſundare poterat, & in ſe iterũ q̃d amiſerat
reſumere, uel etiã in ſpatiũ terræ deportare, quod
ad inferiores aquas ptinebat, quę terra ſemper ſu
perpoſitas lymphas niſi de fontib. aſſumere, & in
ſemetipſam redigere cõſueſcit, quoniã nõ contra
cõſuetudinẽ uidemus etiã p paruas res in maius
creſcere: Nec cõtra naturã terræ eſt, ſuperpoſitos
humores ſemp cõſumere; præſertim cũ hæc deus
in poteſtate etiã ſanctis ſuis tribuit, quẽadmodũ
Helię & Heliſæo dedit in nubecula. Maria quoq;
extra terminos antiquos creſcere cõſueſcunt, &
terrarũ ſpatia diminuũt atq; preſcindũt, ſicut & ſe
nes noſtro adhuc tẽpore uiuẽtes, uidiſſe ſe confir
mãt. Vnde etiã inſulas quę ab initio cõditi orbis,
ut multi affirmãt, non fuerãt, proceſſu tẽporis fa-
ciũt, dum ꝓpinqua promõtoria marinis finibus à
cõtinẽti terra diuidũt. Per quod intelligitur, q̃ il-
læ feræ quę inſularũ orbib. includunẽ, nõ huma-
na diligẽtia deuectæ, ſed in illa diuiſione inſularũ
à cõtinẽti terra repertę eſſe probanẽ. Quis enim,
uerbigratia, lupos, ceruos & ſyluaticos porcos,
& uulpes, taxones & lepuſculos, & ſeſquiuolos
in Hiberniã deueheret? Vel qualiter tũc domeſti
cam manũ portantes ita effugerãt, ut omnia gene
ra hæc per ſyluas nũc oberrare uideanẽ? Sed nõ-
nulli autores genera hęc beſtiarũ & ferarũ anima
lium ipſam terrã gignere dicũt, qui hæc animalia
quæ in inſulis includunẽ, non ex arca, ſed ex ipſa
terra, p̃creata eſſe exiſtimãt. Hãc uero putationẽ
eorundẽ, quibus diximus de receſſu aquarũ dilu
uij, & ſi aliquis acceptã & ſufficientẽ eſſe credide
rit, noſtris tamẽ adhuc mentib. illa quæſtio inno-
uata reſidet. Quotidianis etenim inũdationib. & Maris fluxus
receſsibus Oceani, hęc ſemper quæſtio renaſciẽ: & reſluxus
Quẽadmodũ hanc inundationẽ unde uenit, aut
quo recedit neſcimus: ita etiã receſſum diluuij i-
gnoramus. Hęc nanq; quotidiana inũdatio bis in
die à tẽpore ad tempus, per horas xxiiij. ſemper
peragiẽ, & per alternatas hebdomadas Ledonis
& Malinæ uiciſsitudo comitaẽ: Sed Ledo ſex ho
ras inũdationis, & totidẽ receſſus habet: Malina
uero grãdis per quinq; horas ebullit, & per ſeptẽ
C horas littorũ dorſa retegit. Quæ tantã concordiã
cum luna oſtendit, ut antequã luna naſcatur, tri-
bus dieb. & duodecim horis ſemper incipiat, &
poſt naſcẽtis lunę principia alios tres dies & duo
decim horas cõſueſcit habere: ſimiliter et ante ple
niluniũ tribus diebus & duodecim horis incipit,
& poſt totidẽ temporis curſus ſui terminũ conſu-
mit. Sex uero uniuſcuiuſq; tẽporis Malinas Ve-
ris ſcilicet & æſtatis, autũni & hyemis, ſecũdum
lunarem ſupputationẽ, hoc eſt ſimul omes xxiiij.
unuſquiſq; cõmunis annus habet, exceptis uide-
licet emboliſmis, qui uigintiſex Malinas retinẽt:
& uniuſcuiuſq; de prædictis temporibus mediæ
duæ, uidelicet æquinoctiales, & aliæ quando uel
dies uel nox curſus ſui terminũ cõſumit, ſolito ua
lidior ac inũdatione altior fieri cõſueſcit. Interpo
ſitis uero ſpatijs iterũ tantundẽ ſemper Ledo in-
termittitur. Ac uero rationabilis huius perſeue-
rantiæ inũdatio, quò recedit, mẽtibus noſtris oc-
cultata eſt: nõ minorẽ profectum neſcientib. præ
parat ſciẽtia hominis. Nam qui uerã ſapientiã cu
pit, ad æternũ regnũ ubi nulla eſt ignorantia, feſti
nare contendat, & interim cum inſigni gentium
magiſtro dicat, Ex parte cognoſcimus, & ex par- 1. Cor. 13
te prophetamus. Etenim omnes res quas poſside
mus, ex parte uix nouimus. Terræ nãq; ſupficies
in qua laboramus, alimur, uiuimur, ſuſtentamur,
noſtris apparet obtutibus, ſed tamen quomõ illa
ſuſtẽtatur, adhuc ignoramus. Sol in miniſterium
noſtræ neceſsitatis per diem traditur, ſed qualem
in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nocte profectum exequitur, à nostra sciẽtia occultatur. Lunę duodecim diebus crescẽtis & totidẽ tẽporib. decrescẽtis, totius uicissitudinis causas quis intelligere sufficiet? Maris inũdantis tumores considerare permittimur, sed recedẽtis intelligentia priuamur. In nobis metipsis diẽ nostrę natiuitatis scimus & memoramur: diem mortis quãdo ueniet, cũ certe uentura sit, nescimus. Res etiã corporales quas uidemus ex parte tantũ cõsiderare possum⁹. Ex parte ergo cognoscimus quãdiu in hoc seculo sumus: Sed si ad illã lucẽ patris luminum uenerimus, nihil in creaturis erit quod nesciamus. At uero ut nostrũ sequamur propositũ in isto diluuij tã magno in dei creaturis miraculo, nihil cõtra naturã factũ esse ostẽditur: quoniã nihil quod deus in creaturarũ prima cõditiõe nõ fecerat, superinductũ esse uidet, nisi ꝙ solito abũdantior maris copia, & imbriũ ducta cõgregat. Nihil in his autoritate firmauerim, ut in defensione alicuius cõtentiosus sim: Sed si quid alteri⁹ ingenio forte meliori intelligẽtia horũ succurrerit, hoc meo ingeniolo forsitan cõplacebit. Ego eñ quod in hoc magistrorũ quorũcunq; eruditio cõtulit, literis his intimaui, in quib. si quid uitiosum, & minus sanæ intẽtionis apparet, non illorũ, sed mea titubauit intẽtio. *Cursus solis & lunæ. VIII* De terminis, de recursu solis & lunæ in diluuio, cuius famosa, plurimorũ mẽtes quæstio pulsat: nihil in luminariũ aut syderum cõsuetis ministrationib. diluuiũ cõmutasse, ipsius anni quo diluuiũ est factum, cursus manifestat. Noe enim secũdi decimo septimo die mensis cũ uniuersis quę ad eũ pertinebant, arcã intrauit. Post centũ quinquaginta dies mẽse septimo uicesimo septimo die mẽlis, in mõtib. Armeniæ eadẽ arca requieuit. Prima die decimi cacumina montiũ apparuerũt. Et prima die mẽsis primi, aquę minutę sunt. Atq; euoluto anni circulo, mẽse secundo, uicesima septima die mẽlis arefacta terra conspicit, qua die dñi iussu Noe cũ omi domo sua de arca egressus est. Ex quib. indicijs manifestissime ostẽditur, ꝙ in ijs quæ ad anni circulũ peragendũ ptinebãt, in luminariũ ministrationib. dierũ ac noctiũ plenitudine decursa, nihil decedere uidet. Si enim luminariũ solis scilicet & lunę cursus in aliquo titubaret, dierũ ac noctiũ primitus uicissitudo, & deinde totus anni circulus impeditus appareret: Dũ uero nullo modo turbatus in se ãni circulus reuertit, manifestũ est, ꝙ in anno præcedẽte *Confusio luminarũ, Ca. IX* luminariũ cursus nõ turbabat. Iã generali totius orbis purgatione p aquã deo gubernante pfecta, atq; aquis iterũ terra eodẽ iussu retecta, egressa de arca Noe solius tũc iusti, psapia, totius mũdi partes cõpletura, cito succreuit. Sed anteq; in omes terras essent diuisi, impia cũctorũ mẽtib. et superba cogitatio subrepsit, ut in cõmune magnificare nomẽ suũ, nõ dei creatoris, p excellẽtissimę turris ad cœlũ usq; ædificationẽ decernerẽt, et in memoria posteritatis p omnes postea generationes, gubernatiões, & totius seculi tẽpus indelebili cũctorũ præconio celebres forẽt. Sed hac temeritate & superba præsumptiõe rursus deus offensus, p totius generis cõmunẽ culpã indiuidua omniũ strage, quod in hominib. nuper erat expertus, præsertim cũ nullus repertus est iustus qui residuus esset, totã funditus gentẽ delere noluit. Verũtamẽ cũ illud usq; tẽpus esset unius linguæ cunctus populus, uniuersorum qui ad tale opus uenerãt, linquas in diuersa uerba diuisit, scilicet ut rectissimo iusti arbitri iudicio, qui alto superbię tumore mẽbra cõtempserãt, in fragilissimo substãtię suę mẽbro pœnã utiq; sermonis sentirẽt. Et hoc nõ in ipsis tantũ patrib. quod euenerat fiebat, sed p omes filiorũ propagines talis uindictæ cõditio pertrãsibat: ut qui æternã sibi posteritatis famã quęrerẽt, mansurã in illis posteritatibus ipsius præsumptionis per uniuersa uẽturi seculi tẽpora animaduersionẽ inuenirẽt. Post quoq; hãc linguarũ diuisionẽ dei dispẽsatione euenerat, ut diuinarũ scripturarũ mysteriũ, usq; ad maturũ tẽpus unius electi ex multis populis propriã linguã custodiret: donec præfinito tẽpore, quãdo uniuersis gẽtibus sacramentũ suæ dispẽsationis aperire uoluit, spiritum sanctũ de excelso linguarũ omniũ scientiã afferentẽ, eiusdẽ sacramẽti præordinatis ministris trãsmisit: qui dei magnalia ad illud usq; per unam linguã cãtauerat, uelut ad cõsecrationẽ omniũ linguarũ in ipso suo primo aduẽtu p apostolos prædicabat. Sic eñ illi quos de uniuersis gentibus uelut ad huius rei cõprobationẽ in Hierusalẽ tũc tẽporis collegerat deus, dicebant: Audiuimus eos linguis nostris loquẽtes magnalia dei. Sic Apostolica humilitas spiritu sancti munere colligebat, quod superbæ præsumptiõis & uanæ glorię cupido dispersorat. Linguas aũt illas septuaginta duas esse, plurimi autores cõsentiũt, quia in ædificatione turris illius in terra Sennaar, quę nũc est Babylon, tot patres cõgregatos fuisse dicunt. Vnde & dñs septuaginta duos discipulos, exceptis illis primarijs Apostolis, elegisse sermone Euãgelij refertur, p quos postea in omnes gẽtes idẽ Euangeliũ prædicaretur. In quorũ præfiguratione etiã ipse spiritus Moysi in septuaginta seniores distribuitur: & alijs duob. qui in castris resederãt, Heldad uidelicet & Medad, eius spiritus ꝓphetiæ donũ cõdonatur. Quorũ quasi hæreditarij successores, ad Ptolemæũ Philadelphũ Alexandriæ regem, à pontificib. Eleazaro scilicet & cæteris qui eodẽ tẽpore Iudæorũ populo & tẽplo præerãt, septuaginta sapientes, qui ex Israel stirpe descenderant missi sunt, & scripturas antiquæ legis in Græcũ eloquiũ transtulerũt. Harũ uero omniũ linguarũ nouũ testamẽti tempore, tribus linguis, Hebraicę utiq;, Græcæ & Latinæ, principatus cõmittitur, quia in eis crucis Christi titulus literis Hebraicis, Græcis & Latinis scriptus, Euãgelica autoritate perhibetur. At uero deus in hoc contra naturam humani eloquij quã olim disposuit nil diuidendo & cõfundẽdo linguas hominũ & sermones fecit, quando eadẽ loquelæ natura in hominib. permanet, nisi consuetudo diuersa deuiare ab alterutro linguas, nõ naturaliter, sed cõsuetudinarie docet. Latinus nãq; uel Græcus inter Barbaricos geni-

Linguæ Hebraica, Græca, Latina.

tus uel nutritus, barbarice loquitur: uersaq; uice, barbari filius à Græcis aut Latinis edoctus, uenusto sermone fatur. Ex quo intelligiẽ deum nõ naturã hominũ mutasse, nõ nouũ in eis aliquid cõdidisse, sed dicẽdi tantũ modos & formas in diuersis generib. diuisisse. Magno deinde tẽporis interuallo peracto, in cõfinio Arabiæ & Palestinæ, quinq; ciuitates positæ, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim, & Segor, fœcũdissimi soli habitatione, & rerũ omniũ abundãtia perfruẽtes, inconuenientis luxuriæ & cupidinis in cõtractione tritici cõuictæ, dominicæ uindictæ aditũ præbuerũt, ita ut imbrib. ignis & sulphuris superfusa tota cũ habitatorib. suis & animãtibus & urbibus regio flagrans arderet. Hoc nãq; modo cõueniebat, ut qui cõmuni studio deũ offenderũt, cõmunis uindictę impetu eodẽ perirẽt: & qui contra consuetudinẽ hominũ in turpis concupiscentiæ perpetratione exarserãt, contra consuetã hominũ mortẽ, nõ terrena uindicta, sed cœlestiũ ignium infusione arderent: & qui peccatũ suum nõ solũ faciẽdo, sed etiã prædicando palã fecerãt, infamem uitã famosa pœna consumerẽt, Quæ uindicta & hactenus eorundem terrã non deseruit, dum quali pœnæ qui talia agunt subiacebunt ostendit. Inter istas uero duas primarias in seculo pœnas, diluuij scilicet et Sodomitanã, talis differẽtia deprehẽditur, ꝙ una aqua terra, altera igni punita uideatur: una cœli rore & abyssi unda diluit, altera igneo imbre & sulphuris superfusione dãnatur. Anni una circulo unius permanẽte terra retegit, per alterã terra adhuc sine cessatiõe macerat. In una naturale sęclus in hominib. punitur, per alterã adinuẽtio concupiscẽtiæ cõtra consuetudinẽ facta uindicat. In ista uero Sodomitana pœna nil contra naturam deus facere cernit, cum desuper aereo ignito illo spatio, insoliti desiderij ardor inflammatur. De qua peccatorum plaga Loth dei seruus per angelos eruit, sed illius uxor ne retro respiceret iussa, dũ respiceret, in salis statuã solidatur, ut cuius uisus nõ erat immunis ex culpæ cõsortio, mortẽ ei fugere nõ posset, cuius propter iusti contuberniũ eruta sit de incẽdio. Sed dum hæc assumpsimus, ꝙ nihil in dei creatura contra naturã sit, sed insita natura semper in omnibus gubernetur, qualiter uxor Loth in salis statuã uertit cõtra humanã corporis naturã: In hac mutatione gubernationẽ salis naturæ in humano corpore esse nullus ambigit, qui lachrymarũ salsitudinẽ cõprobauit, quæ à turbato felle, ut dicunt medici, egrediẽtes, salis naturã quam in recõdito naturæ sinu cõcipiunt, de oculis flentes, etiã saporis cõprobatione ostendunt. Et nõ solũ in lachrymis, sed etiã in phlegmate, & tusi expresso sputo pectoris sapit, ꝙ salis natura per humanũ corpus inseratur. Potẽs ergo rerũ gubernator, cum totũ in partem uertere cupit, quod in modica parte latebat, per totũ infundit. Atq; hac ex causa, cum uxorẽ Loth in statuã salis uertere uoluit, pars illa tenuissima salis quæ carni inerat, totũ corpus infecit. Et ita factum est, ut qui sexto die omnes naturas cõstituere cõsum

Loth in sal salis. Gen. XI

mauit, nil ex aliqua natura in aliam congesit, sed unamquãq; in semetipsa gubernat quã in prima conditione cõstituebat. Eodem fere tempore Abrahę illius ex multitudine gentiũ in dei amicitiã electi, Sara sterilis uxor filiũ Isaac nomine iam nonagenaria peperit, cũ illam usq; ætatẽ per totũ uitæ suæ spatiũ sterilis fuit. Sed hoc ualde conueniebat, ut quoniã filius quẽ parturiebat ipsam figurã Christi, qui ex sola uirgine sine aliqua humanæ uoluptatis cupiditate nasceret, pertulit, illum nõ ætate qua solẽt fœminę parere, id est à duodecimo anno usq; ad quadragesimũnonũ annũ, sed ultra illius cõsuetudinis metas parturiret: ut scilicet ille infans nõ solũ ultra quinquagesimũ annũ desinẽte scilicet partus officio, sed etiã nonagesimo anno nascerẽt desinẽte uoluptatis desiderio. Et hoc ꝙuis cõtra cõsuetudinẽ, nõ tamẽ aduersus naturã factũ est: quoniã etsi cõtra cõsuetudinẽ est ut pariat anus, aduersus tamẽ naturã nõ est ut in utero fœminali nascatur quandoq; filius. Quo nascẽte filio et ablactato, ancilla Agar cũ filio suo Hismael, qui prior natus est, eiicit, quæ per desertum deficiẽte aqua, et siti moriẽte cũ puero uadẽs lachrymatur. Sed angelo eã compellãte & dicente, Exaudiuit dominus uocẽ pueri, aperti sunt oculi eius, & uidit puteũ in solitudine. De quo puteo ita referẽ, ut aut tũc erumpens e terra prodat, aut si ibi ante fuerit tũc Agar oculi ut uideret aperiũtur, quẽ ante nõ poterat uidere. Vt aũt appareret etiã hominib. ꝙ fidelis in dei amicitia per maneret Abrahã, filiũ suũ Isaac cũ esset iam adultus, offerre sibi in holocaustũ super unũ mõtium quẽ ei monstrauerat, deus precepit. Qui obediẽs ad locũ illum quẽ ostenderat ei deus, cito perrexit, & assumptũ filiũ iam iamq; immolare cœpit: sed clamãte angelo, filio suo quicq; mali ne faceret, iã inter uepres hærentẽ cornibus arietẽ uidit, quẽ angelo iubẽte holocaustum statim pro filio obtulit. Sed iste aries requirit unde in solitudine fuit: Vtrũ ut quidã asserũt, hunc in illa hora terra protulit, quomodo et in principio pecora gignit? An etiã, ne illud opus post diem sextũ condidisse deus de terra dicat, illum arietẽ detulisse angelũ aliunde credimus, quomodo & Philippũ angelus ab Eunucho trãstulit in Azotum, et ad Danielem in Babylonẽ Abacuk transtulisse ad lacũ leonum fertur angelus. Inde Isaac generãte filios Iacob & Esau, Iacob xij Patriarchas generante, decẽ fratres inuidẽtes Ioseph uendiderũt in Aegyptum: qui in terra peregrinationis & captiuitatis suæ salutẽ gentibus præstãs ad quas peruenit, totius regni Aegyptiorũ dispensationẽ, & dominium terrę Aegypti accepit, ita ut & patrẽ cũ omni domo sua in Aegyptũ inuitauerit: ubi cũ annis sedecim uixisset, die mortis iã instante, filiũ suum Ioseph adiurauit, ut ad sepulchrũ patrum suorũ in terrã repromissionis, in qua Abrahã & Isaac, cum Sara & Rebecca iacebant, ubi etiã Lia cõdita fuerat, illum deportaret. Quam adiurationem Ioseph opere compleuit: Patrum enim suorũ ad sepulchra paternũ corpus deduxit. Et tamen ille in

De Sara nona genaria pariente filium. Cap. XII

De puteo quẽ uidit Agar eiecta cum filio. Cap. XIII

De ariete quẽ Abraham obtulit pro filio. Cap. XIIII

Sepultura Iacob & Ioseph. Cap. XV

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Aegypto postea moriens, statim post mortem deuehi ad paternũ sepulchrũ noluit, sed in Aegy A
pto interim sepulturæ locũ suscepit, & postea de
ossibus suis pergenti de Aegypto populo mãda/
Gen. 50 uit, dicens: Efferte ossa mea uobiscũ hinc. Quare
ergo alter ad sepulchrũ Abraham in terrã repro/
missionis protinus portatur, alter adhuc in terra
Aegypti quãdoq; deportandus sepelitur? Iacob
nanq; nequaquã externæ gentis fœminis, nisi ijs
quæ de Mesopotamia secũ uenerãt miscebatur,
idcirco ad paternum sepulchrũ integro corpore
post mortẽ statim deuehit. Ioseph uero Assenez
Phutifaris sacerdotis Heliopoleos filiã uxorẽ ac/
cipiens, externo sanguini fuerat mixtus, & ideo
post mortẽ in extraneo terræ limo conditus est:
Quare ad terrã postmodũ repromissionis uehi uo
luit, dũ primitus in Aegypto cõditus fuit. Ioseph B
ergo ut uir propheticus, præuidit q; Aegyptiorũ
gens idololatriæ dedita, ipsum qui terrenæ muni
ficẽtiæ illis autor fuisset, & ipsos dẽ famis pericu/
lo liberasset, aliquãdo adorare uellet, quod & fe/
cerunt: Nam bouis simulacrũ iuxta sepulchrũ Io
seph statuerũt, eo q; bos uiro in agricultura coo/
perat. Qua etiã causa filij Israel cũ in deserto ido/
lum adorare uellent, non aliã aliquam statuã q; ui
tulum, id est bouẽ fecerũt: hac uel maxime causa,
q; ipse in Aegypto iuxta sepulchrũ Ioseph adora
retur. Ne ergo Ioseph Aegyptiorũ succumberet
idololatriæ, profectionẽ filiorũ Israel præuidens,
dixit: Visitatiõe uisitabit uos deus, & efferte ossa
mea hinc uobiscũ. Hanc ergo causam in hoc loco
posui, nõ q; inter mirabilia deputaretur, sed ne tã C
magnũ inter Abrahã & Moysen sine aliquo q;
Rubus ardẽs. cõmemoratione dignũ sit, spaciũ omitterẽ. Post
Cap. XVI mortẽ autẽ Ioseph, durissimę seruitutis iugo Ae/
gyptiorũ gens filios Israel cœpit opprimere, ita
ut mares eorũ paruulos, ne ultra modũ gens suc/
resceret, in flumine proijcere, & diuersa iuberet
morte mactare. Quo tempore Moyses Amræ fi/
lius, in illa tempestate generatus, Leuiticæ stirpis
uir in ultionẽ suæ gẽtis surrexit: Et uidẽs uirũ Ae
gyptium Israelitam opprimẽtẽ, occidit. Quæ res
ut Aegyptiorũ regi qualiter facta esset, innotuit,
ipse de Aegypto fugiens, per xl. annos in terra
Madian oues pascens exul fuit. Cui euoluto tem
pore promissionis, quæ facta est ad patres, minã/
ti per pascua gregẽ in monte Oreb rubus ardẽs, D
& igni suo non cõburi apparuit. Et cum talem ui
sionẽ explorare cuperet, cur rubus non cõbure/
Exod. 3 retur cũ arderet, dominus de medio rubi: Ego, in/
quit, sum dominus deus patrũ tuorum. In Aegy/
ptum mittã te, ut inde seruitutis iugo oppressum
soluas semen eorum. In hac horribili uisione, hoc
nostro operi primũ occurrit, quomõ ignis uide/
batur ardere, & tamẽ illud in quo arserat, nõ com
buri. Si ergo de ista materia ignis alimoniã sum/
perat, quare illud unde creuerat nõ cõsumebat?
Et si nõ de hac materia flamma quæ uidebat sur/
rexerat, ut in rubo ostẽderetur quid necesse erat?
Cuiusdã ergo uirgulti consuetudo fertur, quod
quãto plus arserit, nõ tantũ non consumitur, sed
ardẽdo purgatius redditur. De quo ligno s. Hie/
ronymus in explanatione altaris lignei, quod in
ciuitate per uisionẽ domini in Ezechiele ostendi/
tur, refert q; quasi lini colorẽ habeat, attamen de
huius nomine reticuit, cum illius naturã indica/
uit. Si ergo in illius arboris rubo ignis ille Moysi
ostensus arserat, quid mirũ si nequaquã illud cõ/
burebatur? Seruatur ergo in utroq; natura, igne
scilicet & arbore cõsideratis, dum & ignis natu/
raliter de arbore ardet, & arbor ardens igni natu
raliter nõ cõsumit. Certe in illo rubo nõ ille ignis
arboris inimicus uidebatur, sed potius ignis ille
ibi fuit, de quo dicitur: Qui facit angelos suos spi Psal. 103
ritus, et ministros suos ignẽ urentẽ. Ignis ergo in/
corporeus in rubo declaratur, qui dum corporali
homini ostensus est, necesse fuit ut aliqua corpo/ Manus lepro/
rea materia monstraretur. Deinde pergenti in sa sinui immis/
Aegyptum, bifariũ condonatur signũ, scilicet, ut sa. Ca. XVII
in tribus testibus, in se & in duobus signis cõsiste
ret uerbũ. Nam uirga quã Moyses adhuc ouium
pastor manu portauerat, cũ in terrã proijceret, ser
pens fiebat: Et manũ illius in propriũ sinum suum
missam, prima uice leprosam protulerat, & secũ
da uice in eundẽ sinũ cõuersa, sana apparebat, sed
in manu aut in ligno cõtra naturã esse aliquid fa/
ctum nõ apparet: Leprę enim sanitatẽ insitã ut al/
ternatim sæpe probat, carnis humanæ natura re/
tinet. Sed crebra talis mutatio, ut in eodẽ momẽ
to sana manus & lepra candẽs & rursum sana ap
pareret, miraculũ insignissimi signi intuẽtib. præ
bet. Virga igit in anguẽ uersa, & rursus serpẽs in
arborẽ mutatus, laborẽ naturę inquisitoribus pa C
rat. Nisi quia utrũq;, uirga scilicet & serpẽs, factũ Virga in ser/
esse manifeste docet ex terra. Quod ergo ex eadẽ pentem
materia oritur, gubernatoris dei potẽtia uicissim
in alterutrũ mutat. Sed si omnia quæ de terra facta
sunt, in alterutrũ mutari uicissim cõcedunt, hoc
est, ut animal in arborẽ, & panis in lapidẽ, homo
in uolucrẽ uerti posse cõcedatur, nihil ex his fir/
miter posit intra naturæ suæ terminos permane
re, et ridiculosis magorũ fabulationibus dicentiũ
in auiũ substantia maiores suos secula peruolas/
se, assensum præstare uidebimur: ac p hoc deũ in
his non gubernatorẽ sed mutatorẽ esse dicemus,
quod absit: nec illũ post primã naturarũ omnium
conditionẽ, aliud nouũ, quod nõ propria natura
retineat, facere credamus: Nihil enim sub sole no D
uum. Nec ualet quisquã dicere, Ecce hoc recens
est: Et ideo plurimi doctores, plus dicũt, illam uir/
gam uerã, quæ semp Moysi manibus cõprehẽsa
uirgultũ manebat, imaginarie tantũ in serpentis
formã aliquoties pro signo fuisse uersam, præser/
tim cum ad nullos usus nisi ad signi ostensionem
necessaria esset. Si enim uerus serpens fuisset, ser/
pens semper post signa maneret: etenim uera uir/
ga fuerat qua Moyses Aegyptũ plagis flagellare
cœperat, nunc; in serpentẽ mutata, semper uirga
permanserat. De qua mare diuiditur, & petræ in
Oreb & in Cades percutiũtur. Si ergo imagina/
rius serpẽs ille per signa tantum ostẽditur, cur co
ram Pharaone cæteri magorũ serpẽtes per eum
deuorantur

deuorantur? Cui obiectioni facile doctũ respõde
re poterunt, q; & ipsi serpẽtes qui per eum deuo/ A
rant, imaginarij fuerũt, & ideo diuini signi imagi
natio deuorare poterat quod per magorũ diabo/
licas incantationes imaginatũ fiebat. Iuxta ergo
hãc æstimationẽ nõ in naturã serpẽtis uirga uer/
titur, sed pro signo imaginarie cõmutatur. Nihil
enim in arboris natura quod facere serpentẽ pos/
sit, inuenitur: & idcirco nisi in hora signi, quę erat
uirga naturaliter serpẽs specialiter uidet. Per/
gens igitur in Aegyptũ Moyses, cum corã Pha/
raone ut sibi dñs imperauerat, signa faceret, &
dei sententiã, ut Israeliticũ populum dimitteret,
regi indicaret, & ipse rex dei præcepto nullo mo
do cõsentiret, & iubẽte domino decẽ plagis terrã
Aegypti flagellaret, primo percussũ in sanguinẽ
uertit aquas, ita ut omnes aquæ per totam Aegy B
ptũ mutatæ in sanguinẽ, animãtibus quæ in ipsis
erãt, mortẽ præstarẽt, & per interitũ sitis homini
bus pœnale facerẽt exitiũ. Hęc aũt primitus uin/
dicta Aegyptijs cũ rege suo cõueniẽter euenerat,
ut qui dei populi infantes in flumẽ iactare præce
perat, eiusdẽ fluminis aqua in sanguinẽ uersa, exi
tium bibẽtibus inferret, & nõ bibẽtibus pœnam
præstaret. At uero & hoc requirẽdũ est, quod ad
præsentis operis propositũ respicit, quomõ deus
naturæ gubernator naturaliter aquã in sanguinẽ
mutauit. Aqua igit cuncti liquoris materia, quo/
tidie per ipsarũ rerũ ministrationes in diuersa mu
tatur, dũ in uniuscuiusq; naturæ pastũ & refectio/
nem indesinẽter & naturaliter cõtrahit. Cũ enim
per uitis arborẽ infunditur, in uini saporẽ & colo C
rem mutatur. Et cũ oliuę ligni ad excelsas summi
tates ascẽdit, eadẽ aqua olei pinguedinẽ facit: &
cũ ab apibus in fauos cõgeritur, mellis dulcedinẽ
operatur: & cum per palmarũ robora digerit, da
ctylos gignit, & ad ficeræ suauitatẽ expressa per/
uenit: Et cũ in animaliũ diuersorũ pastum deputa
tur, in sanguinis substãtias diuersas per easdẽ car
nes distinguit. Nã & nutriẽdis fœtibus, albi colo
ris & suauissimæ dulcedinis in uberibus lac præ
parat, & per cũcta reliqua carnis mẽbra rubicun
dum sanguinis colorẽ fuscat. Multa sunt præter/
ea sanguinis genera per eandẽ carnẽ, quæ usq; ad
uigintitria physiologi dinumerãt, ex quibus uri/
nam, semẽ, fel nigrũ & rufũ, saliuas et lachrymas,
& cętera esse denũciant: hæc quotidianis admini D
strationib. naturæ suæ per res uarias aqua prępa
rat. Quid ergo capacib. mentibus obstat, si illud
quod per tẽpus lõgius facit, in momẽto p iussum
potẽtissimi gubernatoris naturaliter efficiat? A/
qua in sanguinẽ uersa, non cõtra naturã facit, sed
quod aljs rebus per tẽpus efficeret, iubẽte domi
no in semetipso protinus operatur. De cæteris
uero plagis quibus deus per Moysen, et Moyses
per Aaron, Pharaonẽ & terrã eius & seruos eius
castigauerat, nil excessisse terminos naturæ, ipsa
plagarũ simplex narratio manifestat: quoniã, etsi
tũc solito plures, semper tamen de aquis ranæ na
scuntur, & cynifes æstatis tẽpore calore solis de
puluere oriuntur, locustæ & muscæ solis feruore
solidatę undiq; conueniũt, & iumẽta diuersis cau
sis morte solita uitæ suæ terminũ peragũt: puluis
quoq; cõturbatus de terra sępe aerẽ serenũ obscu
rat, & ueficas & ulcera in hominib. & iumentis
infectus aer generat: grãdo etiã & fulgura de cõ/
gelantibus & uehemẽter turbatis nubibus ruũt,
& absentia lucis oculorũ obtutus quãdocũq; lux
recessit, tenebrę plus præpediunt: mors quoq; in
Adã seminata primitus, omnib. filijs eius domi/
natur, per quã tunc in Aegypto primogenita so/
boles cunctorũ arctius damnatur. Sed q;uis hæc
omnia in rerũ naturis insita erãt, Aegyptijs tamẽ
plagali cõditione, ad eorũ perfidiã cõpescendã, et
subito & plus solito accidẽrũt, quarũ ordo plaga
rum sicut in differentia rerũ, ita & ministrorũ cre
uit. Primæ nanq; ex omnibus tres plagæ per Aa/
ron efficiuntur. Qui primo cũ percussisset aquã,
in sanguinẽ statim uertitur. Et cum iterũ extẽdis/
set eandẽ uirgam super aquam, ranarũ inundatio
aquarũ repleuit terrã. Et cum tertio extẽdisset uir
gam super puluerẽ terræ, cynifes ebulliũt. Et per
Aaron istæ tres plagæ fiunt, & sequẽtes tres aliæ
per uerbũ Moysi ministrãtur. Nam illo iubente,
locustæ & muscæ ueniunt, & mors iumentorum
cõsequit. At uero tres aliæ nõ sermone tantũmo/
do imperãtur, sed per Moysi opus conuocantur.
Moyses enim sumptũ de camino puluerẽ in cœ/
lum sparsit, & ueficæ in hominib. & iumentis, &
ulcera manãtia, ut puluis in omni terra Aegypti
nascũtur. Et postea assumẽs uirgam in cœlũ extẽ/
dit, & grãdinis fulgurumq; insolens copia in ter/
ram ruit. Iterumq; idẽ Moyses eandẽ uirgã in cœ
lum direxit, & tribus diebus totidemq; noctibus
permanẽtes tenebras crassitudine palpabiles, &
admodũ ferales super terrã induxit. Vltima autẽ
plaga neq; per Moysen, neq; per Aaron accidit,
sed angelus domini per Aegyptũ trãsiens, cuncta
Aegyptiorũ primogenita deleuit. Quotiẽs ergo
de terra uindicta colligit, per Aarõ uelut inferio/
ris ordinis ministrũ: quę uero de uolatilib. & mor
te iumentorũ, quæ & ipsa uelut in terra uolãt, pœ
na cõtrahitur, per Moysi imperiũ agitur: Quãdo
aũt de supernis nubibus castigatio cõuocat, per
extensionẽ in altũ Mosaicæ manus conducit: At
uero quãdo humanæ mortis exitus à deo dispen
satur, nõ homini, sed angelo ministeriũ illud com
mittit: ut qui illud usq; tempus per rerũ quas pos/
sidebant flagella minus terrebantur, saltẽ per sue
insignissimę partis detrimentũ, cõmunem, quod
sequebatur, interitũ uererẽtur. Istarum quoq; mo
dus plagarũ undiq;, hoc est terra, aquis, animanti
bus, aere, igne, nubibus, cœlo & angelis cõuene/
rat, ut ostẽderetur, q; cõtra deo rebelles & contu/
maces sese pariter uniuersus orbis armat. Sicut
autẽ ijs quos deus punire uoluit, omnis creatura
irascit, sic & illis quibus auxiliũ præbuit, omnis
creatura suffragat. Etenim hos ambos populos
mare Rubrũ diuisit: ubi eorũ alteri totius pressu/
ræ finis, initiũ alteri cunctæ fœlicitatis fuit. Cũ Mare siccatũ.
dimissum, tot plagis attriti, Israeliticũ populum Cap. XX
Aegyptij à se exire cõpulissent, mala rursus pœni

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudine acti, cuncti cũ rege suo exercitus peragũt, ut quos dimiserãt, iterũ ad seruitutem retraherẽt. A Tum Israel in angusto maris Rubri sinu coarctato, Moyse uirgã super pelagus extẽdente, subito maris unda rubritidis diuiditur: & ingrediẽte populo pedibus siccis, hostibus succedẽtibus, uia dilatatur: immissoq; uẽto, per totã noctem deus mare diuisum, etiã in siccũ uertit, & inter ambos populos nubem, quæ diuideret, tenebrosam, & noctem ipsam illuminantẽ columnã, immisit: Nã & Pharaonis exercitus mare post Israel intrauit: Sed uni refugiũ, alteri laqueus fuit. Quapropter & illa nubes media Aegyptijs erat tenebrosa, ut per totã noctem præcedẽtib. cõiungi nõ ualerẽt: Israeli uero noctẽ ipsam illuminabat, ut ꝓfunda maris lucida uia incederẽt. Orto aũt diluculo, defensus utroq; periculo, hostiũ & pelagi, totus dei B populus euasit ad rura deserti, cũ totus sine saltẽ nuncio euadẽte exercitus Pharaonis tumẽtibus undis ad suas metas reuertẽtibus, concidit in glarea profundi. In hoc tam insigni in dei operibus miraculo, istud de præsenti actus nostri intẽtione exigitur, quomõ in siccato & recedẽti de littoribus mari, ratio cõseruatur. Sed ipsum nõ tã difficulter deo auxiliãte nos inuenire credimus, qui congelantibus undis stagnorũ dorsa glacie superstrata sæpissime cõsideramus. Quòd ergo uenti & desinente pluuiarũ turbine aeris inferiores partes gelu obtinẽte, in aquis sæpissime naturaliter efficitur, illud tũc dei iussũ per glacialem uentũ subito urgente pelago factũ fuisse cõprobatur. Sed sicut repẽte mare siccũ domino imperãte redditur, ita C eodẽ iubẽte liquefactum, in fluidas undas de sicco resoluit. De recessu uero illius quotidiana administratione, iã ante prædiximus, quia ꝑ Oceani maris æstuaria indesinenter fieri uidere solemus. Ex quo colligere possumus, ꝙ mare naturaliter quotidie deserit littora, nõ contra naturam, cuius longe aliter dissimili modo, deo tũc gubernante propria littora detexit. Considerãtes igi- *Canticũ Israelitarũ. XXI*
tur filij Israel ualidissimã potestatẽ quam in sui liberatione dominus fecit, Moyse præcinẽte consono carmine cãticũ domino uniuersi pariter decantabãt. Vbi enormi satis admiratiõe accidit dignũ miraculũ, ut cuncti pariter senes cum pueris, & omes ætates eodẽ inspirati flamine, uno quasi ex ore, nulla præmonitione edocti, easdẽ cõcinen- D ter literas decantarẽt in unũ. Sed naturæ inquisitor in hoc loco securus efficitur, ubi nõ consuetudine humani ingenij, sed diuino spiritu cãtorũ pectora et ora inspiranr. Sed in his tamẽ cantoribus nil idẽ spiritus cõtra naturã effecisse dignoscitur, in quib. per ora & linguas halitus & uox ad uerba mouer. Et quod per uerbũ & studiũ ipsi facere potuerunt, consonũ omnes carmen decantare in uno momẽto dominus illis donauit. Et qui paulo ante in profundo corã eis apparuerat, ipse postmodũ in tali cantico eorũ linguas & ingenia gu- *Aquæ edulcatæ. Ca. XXII*
bernabat. Inde per infœcundæ auium digressi solitudinis trium dierũ continuo fatigati labore, queruloſi ardore sitis, in Marath aquas amarissimas inuenerũt, quarũ salsitate prohibiti, suæ sitis solamen minime habere ualuerunt. Sed Moysi à domino lignũ ostẽditur, cuius tactu amara fluminis aqua indulcoratur, eiusq; dehinc dulci sapore populus sitis ardorẽ deposuit, quem illuc usq; incessabiliter feruor fatigauit. Sed qualiter naturæ inuestigator naturaliter esse factum approbabit, ꝙ amaræ aquę in momẽto ligni attactu protinus indulcantur? Cuius ergo naturæ, ut tãtæ dulcedinis lignũ fuisse uideretur, quo semel intincta fluminis unda amarissima, suauis & sapida fit? Etenim si fauũ mellis aliquis nũc in amarã undam iecerit, nónne potius fauus amarus ꝙ unda sapida erit? Ex quo intelligitur, nõ tunc lignũ cõtra naturam aquã effecisse dulcem, sed præcepto cõditoris & naturæ gubernatoris lymphã mutauit in saporem. Nam & uirga illa qua à Moyse mare Rubrum percutitur, & flumen & cœlum & terra flagellãtur, quãdo terra Aegypti diuersis plagis maceratur, nõ hanc in se naturæ uirtutẽ habuit, cum eam Moyses uel Aaron ad hæc faciẽda eleuauit, uel ut aquã fluminis in sanguinẽ uerteret, uel etiã cyniphes de puluere suscitaret, uel tenebras ducere de cœlo. Si enim aliquis præter Moysen, & nõ cum dei præcepto mare iterũ ex illa uirga percussisset, pro certo eius percussioni Tethys ne- *Tethys dea marina pro mari*
quaquã cederet: Et si iterũ aquas fortuitu percuteret, profecto illas nunquã in sanguinẽ mutaret. Sic & illam arborẽ per quã in Marath aqua salsa indulcatur, si in amarũ liquorẽ aliquis intingeret, & non idẽ deus ut primitus imperaret, ꝙ certo nõ illam salsuginẽ in suauem saporem cõmutaret. Vnde peruidendũ est, ꝙ nõ ideo deus hæc ligna, uel etiã de fornace puluerẽ in his mirabilib. interesse præceperat, ut aliquid in illis per eorum naturã uel administratiõnẽ effectum fuisse quis credat. Sed per hæc futurorũ mysteria præsignata esse instituit, ut quid in his nũc ecclesiæ proue- ctibus ista faciãt, sapiẽs doctor figurali expositione decernat. Dum aũt lignũ nihil in hoc naturaliter fecisse probauimus, restat nũc ut quomõ per naturã factum sit exponamus. Quodcunq; ergo per studiũ quãuis longi temporis in re aliqua inuenitur, nõ aliunde in eadẽ per industriã ex aliena natura cõducitur, sed cum in naturę abdito recessu occultatur, prius hoc perplexi tẽporis industria, & alterius naturę adiumẽtũ reddit: Et quod per humanũ seu etiam rerũ effectum longo cultu efficitur, hoc dei uoluntate cũ necesse habet ipsa natura operatur. Aquas igitur amaras, uel etiam *Aquæ quomõ dulcescant*
ipsas salsissimas in dulcẽ saporem uerti posse, frequẽter nautæ comprobãt, qui illas per humũ optimæ terræ infusas, & hoc artificio etiã indulcoratas, sæpe sitim temperãt. Nubes quoq; de marinis finibus uapores leuant salsi liquoris, sed easdẽ dulces quãdo pluunt, terrenis usibus ministrant, quoniã salsuginis uitiũ quod in semetipsis aquæ insitum capiunt, per infusionẽ terrę aut nubiũ deponũt. Similiter quoq; & dulces aquæ, cũ eas homines per marinorũ olerum cineres hauriũt, salsum & plus ꝙ Oceani saporẽ reddũt. Hanc ergo

immutationẽ insitam sibi naturaliter aquę habẽt, sed celerius per præceptũ conditoris illam ꝙ per A efficaciã humanę diligẽtiæ, & ipsarũ rerum ministrationẽ exhibẽt. Per alterius enim rei adiumentum humana diligẽtia, uel ipsa cuiusq; rei ministratio alicuius naturę superficiẽ mutat. Ipse uero creaturarum cõditor & gubernator, naturã occultã quæ per aliã rem manifestãda fieret, in re ipsa sola denudat. Sic & nunc amara aqua ut dulcedinẽ quã in occulto suæ naturæ cõtinuerat, per humũ aut nubẽ ab amaritudine purgata ostenderet, ita iussũ gubernatoris potẽtissimi naturã per se solã, *Manna. XXIII* absq; alterius rei iuuamine exhibet. Ingressi ergo solitudinẽ sexcenta fermè milia peditũ pugnatorũ, excepto purgamento exercitus, id est innumerabili & ꝑmiscuo uulgo quod de Aegypto cõscenderat, deus per annos xl manna, id est cœle- B stí pane saturauit. Deniq; de illo pane & Psalmi- *Psal. 77*
sta postmodũ cõmemorans, dixit: Panẽ cœli dedit eis, panẽ angelorũ mãducauit homo. Qui per noctem semper, excepta nocte sabbati, cum rore descẽdẽs, circa castrorũ locũ candorẽ niuis ostẽderet. Erat enim, inquit scriptura, quasi semen coriãdri, & coloris bdellij, albũ quasi nix. Hoc autẽ solis ortũ sufferre nõ poterat, sed continuo liquefiebat, cũ uersa uice collectũ et mola confractum, in condẽdis panibus ignis ardorẽ sustentabat. Et si quis in mane alterius diei residuũ aliquid ex eo relinqueret, uermibus scatebat. Cũ tamẽ Gomor mensura manna sanũ post longa postmodũ tempora plena arca reseruabat. In quo & mirabili & necessario tũc signo, exceptis ijs quæ ad figuralẽ C expositionẽ pertinẽt, studiosis mẽtib. subueniũt, quæ suę explanationis illuminationẽ domini adiutorio exigunt. Primũ enim, utrũ panis sit quæritur: Et quomõ panis angelorũ uocatur: Et si cibus ille nihil terrenæ naturæ habuisse describit, quomõ adhuc in terra positi, & uitijs carnalibus subiecti ex eo homines sustentanr? Panis enim in Psalmistæ prædicto uersiculo, ut diximus, cœlestis esse describit, qui de nubibus pariter cũ pluuia tribuitur: Quæ nubes ut ante iã diximus, per scripturas cœlorũ nomine uocitanr. Panis enim angelorũ cibus ille dicitur, nõ ꝙ illo angeli qui cibo nõ egent, saturenr, sed ꝙ per angelorũ ministeriũ tale officiũ, sicut lex & cætera populo præbebanr, quæ dispositа per angelos in manu media- D toris tribuit. Qualiter ergo homines qualescunq; sustẽtare potuisset, nisi terrenũ aliquid in sua substantia haberet? Sed unde nubibus mãna pluens terrenã substantiã habere mõstrabitur, Nisi forte aeris ipsius inferior pars, terrenã aliquã naturam retinere ostendatur? Quomodo enim auiũ uolantium corpora sufferre ualuisset, si nõ terrenæ soliditatis aliqd aer cõtineret? Quapropter illa substantia & nubes fultæ terræ ipsius natura, & in nues & grãdines congelascũt, qui penè duritiã lapidum cõtrahunt. Quid igitur hoc capacibus animis repugnat, si sicut nubes grãdinis lapillos concipiunt, sic & mãnæ grana gignere potuerũt, præsertim cum ad terrã ueniens, ueluti cum cognato rore, si illud sol ortus inueniret, quasi grãdo in terra liquescẽs deperiret? Atq; ita fieri poterit, ut mãna in terreni aeris huius partibus genitũ, terrenis hominib. præbuerit cibalem pastũ. Ista etem pars inferior aeris, terra etiã in scriptura diuina nominatur, dũ in cẽtesimo quadragesimooctauo Psalmo, Prophetali spiritu in domini creatoris laudẽ omnes creaturę incitanr. Sic nanq; consummatis his quæ ad superiorẽ ornatũ cœli pertinẽt, cũ ad partes aeris huius inferiores uenitur, taliter subinferr: Laudate dominũ de terra, &c. usq; quæ fa- *Psal. 148*
ciunt uerbũ eius. Ecce nunc crassiorẽ nubibus & uaporibus insertũ aerẽ, terrã Propheta nominauit, & anteq; ad inferioris terræ quæ postea subinfertur spatia perueniat. In illa ergo superiori parte terræ, ubi grãdo & nix gignit, nascebat mãna, & in cibũ inferioris terrę partis hominib. per angelos administrabat. Ex quo facile dignoscitur, nõ aliũde extra naturã quæ fisse, sed de terra deus uictum præparasse: non ꝙ deus quotidie illis panẽ illum communẽ etiã in deserto præstare non posset, sed ut homo pastus de nubib. sciret, quia nõ in solo pane uiuit, sed in omni uerbo quod de dei ore procedit, Sicut enim naturę imperauit ut homo saturaretur pane, ita etiã de omni quacũq; re, si ita illi iusserit, quomõ habebat & tũc de nubibus pluuiã uictum incolumẽ. Idẽ quoq; popu- *Aqua ex petra.* lus in deserto sitiẽs potamẽti refocillationẽ postu- *XXIIII*
lauit. Vnde Moyses princeps deo imperãte uirga percussa petra in Oreb, aquã de petra produxit. In hoc naturæ inuestigator in angustũ redigitur, quomõ aquæ natura in duro lapide occultar. De aqua uero in principio lapides factos, qualiter ignorat, qui crystalli naturã, niue per multum tẽporis cõgelante, in cõmutabilem lapidis duritiã procedere non ambigat: præsertim cũ glebas nõ de terræ ipsius humo, sed de fœni primitus incremẽto in summis arboríb. uel scopulis sæpe cõsideramus: In quibus iã lapillos per pluuiarũ infusionẽ & ipsius in fœni humũ motionẽ genitos inuenim⁹. Nõnullas quoq; terras argillosas trã- *Secundũ naturam aquæ uertitur in lapides*
fluentiũ aquarũ assueto cursu superfusas in duritiã lapidũ uidimus cõuersas: in quibus etiã durio res uelut antiquioris ætatis lapides, quos ipsa humus prius in se habuerat animaduertimus insertos. Qualiter iã nõnullis lapidib. quoq; cõcauos ostreos, quos quãdo mollis humus fuerat, interpositos habebat, ueluti sine naturali duritie nunc insertos uidemus. In cæteris quoq; quos lõgę admodũ ætatis mare ad terras proiecit, superpositæ more nagarbæ uidenr, quas non de maris glarea eleuatas, sed ex ipsa marini humoris qualitate, & eorũ extrema corporũ indurata cute admodũ esse cõcretas, ipsa cõsideratiõe probauimus. Plurima etiã marina reptilia testudinis cortaneis induuntur, in quibus durities plus ꝙ plurimorũ lapidum uidet. Ex quibus omnib. manifestis approbationibus, lapides ex aqua tantũ nũc, & nonnullos ex aqua & humo nũc genitos esse, doctus q̃q; nõ negat: Sicut & lachrymosi marmoris natura & cõsuetudo indicat: salis etiã natura de liquore

Universidad de Deusto
Biblioteca

in lapidis duritiã concreta uertitur, & iterũ in liquorẽ solui contueꝛ. Lapis quoq; ut Iob libri narrat historia, resolutus calore in æs cõuertiꝛ, quod nõ potest nisi prius in liquoris naturã moueatur. Præterea quoq; omne metallũ quantæcunq; duritiæ fuerit, cui liquidæ naturæ esse non pateat, igne resolutũ liquescit. Dum ergo ex aquę humore lapidũ naturã gigni cõprobatur, quid obstat si dei gubernatoris uolũtate lapis in aquã uersa uice mutetur, dum natura ad suã originẽ redire festinet, cum deus aquã de petra populo suo prębere iubeat? Post hęc quoq; Moysi cognatus, cuius Sephorã illius Moysi uxorẽ & duos filios eius detulerat, ocius ipsi in occursum Moyses p̃ desertum exire festinat: cuius cõsilio q̃uis gẽtilis, tamẽ cum ad castrorũ locũ uenitur, tribuni & cẽturiones, & quinquagenarij & decuriones in dei populo cõstituuntur. Sed de Moysi filijs quæstio nascitur, cur patris sui in ducatu populi hæredes non sunt, sacerdotio saltẽ priuantur, dũ per Psalmistã dicitur: Moyses & Aarõ in sacerdotib. eius. Hęc tamẽ quęstio rationẽ dando uincit, cũ filij Moysi de gentili matre peregrinatiõis causa generãtur. Sic etenim de Moyse cũ primogenitã genuisset referẽ, Et uocauit nomẽ eius Gersan, dicens, quia aduena fui in terra aliena. Interea inuitatus dei famine Moyses, xl dies ieiunauit, & liberato dei populo de Aegyptiorũ decẽ plagis, quinquagesimo die ex quo in Aegypto Pascha celebratũ est, decẽ mandatorũ legem de mõte Sinai in duabus lapideis tabulis detulit. Quas cũ offensus esset populi peccãtis piaculo, ad mõtis radices cõfregit. Restauratisq; totidẽ numeri eiusdẽ materię tabulis, rursus xl diebus ieiunus dei largitoris munere, eadem præcepta recipere meruit. Sed per hoc tẽpus cõtra consuetudinẽ humani moris, taliter, ut prædixi, nullo fatigatus inediæ labore, nullam terrenæ cõuersationis escam mãducauit, quoniã diuini sermonis cõsortio fultus, tam longã inediã sine esurie sustinere potuit. Præterea carnium concupiscẽtia infidelis populi pars flagrans murauit, & mãnæ cœlesti ollas carniũ Aegyptiorum præposuit. Sed & Moysi cũ esset intolerãda res uisa, dominus populũ, inquit, sanctifica crastino: Ego enim illos mẽse integro carnibus saturabo. Cui imbecillitate incitatus humana Moyses, sexcẽta millia respõdit peditũ pugnatorum, excepto innumerabili uulgo huius populi numerantur: nũquid boum & ouiũ immẽsa multitudo cædetur ad saturationẽ, aut innumerabilis turbæ pisces maris in unũ congregabunt? Et idcirco ut nihil de ijs quæ Moysi mẽs fragilis, utputa humana arripuit, in pastum populi cederet, uẽtus à domino egrediẽs, arreptas trãs mare coturnices, ad castrorum loca detulit, easq; duobus cubitis in aere uolãtes circa castrorũ loca, quantũ una die cõficere potest, ortygometrã inseruit: Quã populus colligens, mense integro, id est xxx. diebus comedit. Sed incredulos murmurationis ultio cõsequitur: Nam in illo loco priusquã populus egrederetur, qui cõcupierant, ira dominica mactati sepeliunt.

Filij Moysi. Cap. XXV

Ieiunij xl. die rum. XXVI

De populo carnes postulante in solitudine XXVII

ὀρτυγόμητρα genus coturnicis insigni magnitudine aliarum coturnicum dux

Certe in hoc nihil nouũ uel contra naturam à domino cõtribuitur, qui olim creaturã auiũ cõditã, & in abdito mundi quodã angulo recõditam, in necessitate populi sui præstare uidetur: Quãuis in libro Sapiẽtię scribitur: Nouã creaturã auium uiderũt: utiq; ostensam, non nuper creatã. Quod olim deus cum cæteris creaturis in principio cõdidit, hoc in tempore necessitatis plebi suæ ministrauit. Sed tum idcirco coturnices ad tale ministeriũ, quę prius cum mãna cõtributæ, nil aduersi edentibus contulerãt, ista uice iterum detulit, ne quisquã putaret, q̃ esca auiũ sine murmurationis culpa mortẽ populo præstitit: quoniã in hac uindicta sana cõscientia comedentes incolumes seruauit, & quãdo cũ manna data est, toti multitudini nihil incõmodi præbuit. Postmodum propter Aethiopissam uxorẽ eius, Aarõ & Maria cõtra Moysen insolẽtia uerba depromũt, quem omniũ qui tũc in terra morabãtur, mitissimũ hominum spiritussancti dona describũt. Sed cum tres tantũ illos in tabernaculũ uocasset, Aaron castigatus dei sermone, oleo unctionis à uindicta defendiꝛ, Mariæ uero lepręcãdore corpus lacerat, quapropter etiã extra castra manere præcipitur. Sed orãte pro ea Moyse, septimo die iterũ reuocatur sana. At uero Moysi de ista Aethiopissa coniuge, duplex magistrorũ inuenitur intẽtio. Vtrũm de Aethiopia cum esset in domo Pharaonis, de qua quadragenarius egrediꝛ, acceperit, quæ per multos peregrinationis dies illũ expectauit, an signorum tẽpore, cũ post peregrinationẽ in Aegyptũ reuersus est, Aethiopissam uxorẽ sibi iunxerat, quã de Aethiopia secum & per desertũ ducebat, quod æque de Sephora dicit q̃ Aethiopissa sit, quãdo ad Aquilonẽ maris rubri, ubi priꝰ Aethiopes fuerũt, Aethiopiã alterã esse in multis locis historiarũ scripturę describũt. De qua in Ecclesiastica historia scribit, q̃ ex parte Indiæ adhęret. Et in Chronicis canonicis Eusebij referẽ, q̃ Aethiopes ab Indo flumine cõsurgẽtes iuxta Aegyptũ cõsederũt. Ex quo intelligit, q̃ terra illa in qua primitus Aethiopes habitauerũt, Aethiopia dicta esse potuerit, ex qua Aethiopia si Moyses uxorẽ suã acceperat, ideo Aethiopissa dicta fuerat. Chore quoq; filiꝰ Isuar de tribu Leui, patruelis Moysi & Aarõ: & Dathan, et Abiron filij Eliab: & Hon, filius Pheleth de tribu Ruben, & prẽterea ducenti quinquaginta uiri, pceres synagogę, qui tẽpore cõsilij per nomina uocitabanꝰ, superciliosa sup̃biæ tumore cõtra Moysen & Aarõ steterũt. Etenim Chore uẽdicare sibi sacerdotiũ uoluerat, & reliqui alij de principatu populi cõtendebãt. Sed illũ qui ignẽ holocausti deo nõ præcipiẽte offerre appetiuit, holocausti tẽpore cœlestis ignis cũ his qui ad eum pertinebãt, absumpsit: & eos qui se in excelsum eleuantes dei ordinationi resistere cœperant, sub pedibus eorũ terra dehiscẽs, aperto ore in infernũ deglutiens, uorauit. In quibus manifeste ostẽditur, q̃ tantundẽ sensibiles & insensibiles creaturę dei dicto obediũt, dum quẽadmodũ uidentes celeriter cũ eius imperio ueniũt, ita & quę non

De Aethiopissa uxore Moysi, & leprosa murmuratrix cis Mariæ. Ca. XXVIII

Aethiopię duplex, Orientalis altera: altera Occidentalis

Chore & filiorum casus. Ca. XXIX

non uiuũt, uelut uiuẽtes quæ præcipiuntur peragunt. Sed q̃uis quasi uiuens terra illud uindictæ officiũ peragit, contra naturã tamẽ in illo nequaquã aliquid sit: uitã enim insensibilẽ terra habere indubitãter dignoscitur, per quã in se crescẽtia arborum & olerum fruteta moueri uidẽtur. Vnde quasi in uiuẽte carne palpitantes uenæ sanguinis discurrunt, ita etiã per terram uiuentiũ aquarũ rui profluunt: per quã uitam insensibilẽ deo imperante terra os suũ aperuit, quãdo hominũ peccatorũ quasi seruiẽs in ministerio uindictæ, taberna cula peccatorũ uorauit. Sequẽti itidẽ die totus populus contra Moysen & Aaron ut sanguinis reos cõsurrexit, eosq; in eorundẽ ultionẽ occidere uoluit. Sed hic uterq;, Moyses & Aarõ uidelicet, ad tabernaculũ dei diffugiũt, & iterũ in rebelli populo cœlestis flãma desæuit. Rursumq; Aaron imperãte Moyse, impleto altaris igne thuribulo foras in populũ uenit, & inter uiuos & mortuos digredientes uestigiũ uindicta nõ trãsiuit. Recto in utroq; moderamine effecto, ut qui cõtra iustos principes iracũdię igne intus exarserãt, foris iustissimæ uindictæ flãma cõflagrarent. Et qui in corde ꝓximorũ culpas uenialiter dimiserat, eius uestigio defensos ignis de cœlo missus urere nõ audebat. Illa aũt die xiiij. millia ignis ille consumpserat. Quos etiam rebellionis reatus grauius perurgebat: attamen cessante tumultu, ut singuli manifestius scirẽt, quẽ sibi dominus in sacerdotiũ eligeret, singulorũ ex duabus & decem tribubus principũ uirgas insertis nominib. Moyses postulauerat, & pro sorte Leuiticę tribus Aaron uirgã inserto nomine acceperat, quas in conspectu sub tabernaculi tecto una nocte recõdit. Crastino autem mane Aaron uirga gẽmulas amygdalini floris ostẽdit, quo patebat Aarõ præ omnib. in sacerdotiũ dominũ elegisse. Nec tamẽ in hoc cõtra naturã uirga mõstratur aliquid effecisse. Interiecto tẽpore dehinc populus sitiẽs in Cades deserti Sin, murmure graui cõtra Moysen & Aaron tumultuabat. Quæ res dũ ad dominũ per Moysen refertur, uirga percuti petra præcipit. Sed Moyses infidelis populi murmure permotus, etiam de præcepto domini fide titubauit, coramq; populo cũ Aaron bis petram percussit, largiterq; fluẽtes aquas sitiens populus bibit. Sed hac causa Moyses terrã promissiõis nõ intrauit. Semel in Oreb petra percutit, ubi tantũ populi infidelitas notatur. In Cades aũt deserti Sin saxũ bis cæsum pulsatur: ibi nanq; infidelitas in populo & in duce dignoscitur. Itidẽ murmurãte populo ignitos serpentes flatuq; adurẽtes in eum dominus immisit, quorũ flatu adustos plurimos murmuratorũ necauit. Cæteri aũt intereuntiũ pœna territi, & animo pœnitẽte ad satisfactionẽ inclinati, ad Moysen & ad dominũ clamauerũt, ut hęc ab eis plaga cessaret. Et idcirco flexus pœnitentiũ lachrymis dominus Moysi iubet, ut serpentẽ æneũ uirga in excelsum coram populo eleuaret. Quo facto statim serpẽs æneus erigit, & per illius aspectũ priorum serpentiũ uulnera curabãtur. Attamẽ quẽad modũ & de uirga diximus & arbore qua amara aqua indulcatur, non in serpẽte salus, sed in domini imperio tenebatur. Quicquid enim ipse præcepisset, illud tũc in populo salus esset. Sed historia pręcedentiũ rerũ figura, uirtus nũc in Christo & in ecclesia continetur. Balach filius Sephor cũ in terrã suã Israel uenisse cõperisset, nũcios misit ut Balaã hariolum inuitaret, ut populum Israel malediceret. Qui cũ sedens super asinã pergeret, & asina angelũ in angustijs stantẽ euaginato gladio uidẽs timuisset, ter cæsa demũ domino subsistit. Vnde amplius flagellata, humano more & sermone quasi querulosa ancilla loquit. Et illa loquẽte, statim Balaã oculi ut angelũ cerneret aperiũtur. In hoc admirabili signo q̃uis asina cõpetentia sibi uerba profatur, nõ tamẽ sua mente nec affectu suo loquit: sed dominus de quo dicitur, Et aperuit dominus os asinæ, sicut ad loquendũ os aperuit, ita etiam linguã & palatũ in uerba gubernauit. Asina emꝰ quid & quomõ diceret, & si aliquid diceret, omnino nesciebat, quoniã & homines qui alieno inflati spiritu loquuntur, & adhuc cũ loquunt quid dicũt nesciunt, & nihil ex eo recordãtur cũ resipiscũt: sed qui loquẽdi modos & in nubibus & in igne sæpe inuenit, & in ore muti animalis linguæ plectrũ in uerba gubernauit. Ex quo intelligimus nihil in natura asinę dñm cõmutasse, sed per aerẽ oris eius illa etiã ignorãte, Prophetæ ignorantiã cõpescuisse: quatenus dñi spiritus & si in se loqueretur, elatus in superbiã nõ esset, qui frequẽter & per res insensibiles, & brutũ & mutũ & subiectũ sibi animal eundẽ loqui comperisset: quoniã spiritus dei ubi uult spirat, etiã si uolũtati eius qui loquit minus cõueniat: sicut & Saul Prophetas occidere uolens, mala incitatus uolũtate uenerat, & tamẽ spiritu dñi arreptus, inter eos quos persequebat prophetabat. Vnde & ipse Balaã ad maledicendũ deductus, & illud uolens implere, non maledicere dei populo potuit, sed cõtra uoluntatẽ suã à domini spiritu coactus est benedicere. His ergo duab. causis Balaã uenire à dño permissus est, ut per mutũ animal eius insipiẽtia cõfutaretur, & aduẽtus Christi per Prophetã gentilẽ, qui futurus erat gentiũ saluator, in lege dei scriberetur. In omni populi Israel itinere colũna nubis per diem nunq; defuit, nec corã populo colũna ignis per noctem: ut in noctis frigore defensi, & à tenebris illuminati pergerent cum igne: & à calore solis protecti fuerũt in die sub nube. quẽ dominus custos Israel uere ꝓtegit, nec sol per diẽ nec unquã luna p noctem exurit. Quadragesimo anno egressionis filiorũ Israel de Aegypto, quadragesimasecũda mãsione in cãpestribus Moab sup Iordanẽ populus sedit, ubi Moyses Deuteronomiũ, hoc est iterationẽ legis prædicauit, & post cõstituto ꝑ se in ducatu populi Iesu filio Nun ex tribu Effraim, imperio diuino mõtẽ Gai trãsiuit, in montẽ Nebo solus ascẽdit, ubi cẽtesimo & uicesimo ætatis suę anno, nec motis dẽtibus, nec caligantibus oculis, integro corpore totius humani generis cõmune debitũ soluit. Dua-

Asina Balaam XXXIIII

Mosi sepultura quare ignota. XXXV

δευτερο νόμιον

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus autẽ cauſis, ut ſapiẽtes aiũt, mortis eius & ſepulchri nemo cõſcius erat, quatenus illam faciẽ A quæ cõſortio ſermonis domini rutilauerat, mortis mœrore repreſſam, nullus uideret. Et ne ſepulchrũ eius populus Iſrael, ſi cognouiſſet ubi eſſet, adoraret. Vnde & uirgã in qua ſigna fecerat, ut plurimi putãt, ne adoraretur ſecũ abſtulerat, quoniã & ſerpentẽ quẽ fecerat, filij Iſrael poſtmodũ adorabant. Omnis autem illius ætas in tres quadragenarias partes diuiditur. Quadraginta enim annis in Aegypto in domo Pharaonis ab infantia literas didicit. Quadraginta annis exul ab Aegypto in domo ſacerdotis Madian fuit. Et quadraginta annis per deſertum ducatũ populo præbuit. Certe & nos conſummatis his quæ de pentateucho hiſtorica narratione comprehẽdimus, primi libri finẽ de mirabilibus hic facere conue- B niat, ut ſecundus de Prophetia ſcilicet exceptus, ab Ieſu filio Nun & Iordane initium ſumat.

DE MIRABILIBVS SACRÆ ſcripturæ. Liber II

Ioſue ſucceſſor Moyſi. Ca. I

VM autem Moyſe egrediẽte, dei populi gubernationẽ Ieſus filius Nun ſuſcepiſſet, cõfortatus de ſermone dñi, de cãpeſtribus Moab ad Iordanis fluuiũ caſtra moueri iubet: ac deinde cũ arcæ teſtamẽti onere decorati reliquã plebẽ præcedẽtes ſacerdotes primas undas ingrederẽtur, ab illo loco ubi ſteterũt uſq; ad mare omnis flumi- *Iordanis ſiccatus* nis alueus aquis ſuis cõfeſtim nudat⁹, ſuperiorq; C aquarũ moles quæ de fontib. augebatur, ſurſum in aera montabat, quouſq; omnis Iſrael ſiccis pedibus alueũ fluminis tranſierat. In cuius miraculi teſtimonio xij. lapides quãtos duodecim uiri portare poterant, de ima glarea Iordanis portati ſunt in loca caſtrorũ, & totidem tãti ex his quos terra ſicca cõtinuerat, poſiti ſunt in eorum locũ. Certe & in hoc ſigno ꝓpoſiti operis noſtri cauſa requiritur, qualiter arcã domini fluuius naturaliter prę terire non permittit. Ita enim aliqua pars aquarũ quæ ad mare perrexit, naturę ſuę curſum conſuetum cõſequitur, dum altiora deſerens, per prona proprio more fluminis paulatim delabit. At uero humana induſtria alueos fluminũ nudatos legimus & audiuimus, quomõ Cyrus imperator p D ſiccũ exercitus ſuper Gyndem fluuiũ, qui ſecũdæ poſt Eufraten quãtitatis, illa expeditione qua Babyloniã expugnauit, dicitur eſſe caſtrametatus. Vbi chariſſimũ uirorũ & equitum, equitẽ tranſmeãdi fluminis audacia perſuaſum, rapacis aluei uortex demerſit. Quo facto, rex incredibiliter iracundię furore aduerſus fluuium permotus, uelut in ſenſibilem creaturam ulciſci ſtatuit. Ac immẽſum amnem perpeti anno totis uiribus in quatercentas ſexaginta foſſas diuiſit: nudatoq; alueo, meabilẽ uix genua tingẽtibus fœminis reliquit. Vnde eodẽ exercitu & rege eadem expeditione Babyloniã obſidẽte, excelliſsimo murorum obiectu ab expugnãdi molimine repulſi, ad Eufratis fluminis per fluctia ſuperiora uada cõuertũt. Illa aũt prędicta arte edocti, per alienum limitẽ diuertentes, per eius nudatũ alueũ Babylonis murum ſubintrãtes, urbẽ capiũt. Quod ergo humana induſtria laborioſo conamine potuit, hoc deus potẽtiæ ſuę uirtute facilius peregit. Sed forſitã quiſquã diſpariter reſpõdebit hoc factũ eſſe, dicẽs: Illic enim foſſuræ opus alueos aquarũ per humilio ra diuertit: hic uero ſtans aqua, nullo renitẽte ad aeris ſublimia cõſcẽdit. Sed & hoc nónne humana diligentia ſæpe efficit, & ab oppoſitis uallibus aquas in excelſum mõtare, & ad fõtes redire offenſas cõpellit? Quod uero homines uelut terreni, de terrena craſſa materia frequẽter faciũt, quo modo angeli tũc quorũ officijs hæc omnia mirabilia peragũtur, per aerẽ facere nõ potuerũt? cũ ſit naturale aeris opus & propriũ officiũ aquas retinere in nubibus, & ut docti indocticq; pariter norũt, quotidiana adminiſtratiõe retinet. Ita tũc deo iubẽte fluminis curſum ꝓhibuit, ut per illius fluenta arca dei & ſacerdotes trãſirent. Terrã igit repromiſſionis poſt lõgi laborẽ itineris ingreſſi, de fructib. Chananitidis regiõis populi turba comedit, & mãnæ de nubib. eſca miniſtrari deſinit. In hoc tam lõgo itinere admiratione dignũ accidit illud, q; per xl annos nullius ex omni populo calciamentũ aut ueſtis defecit. In quo dñs non naturã nouã in calciamẽtis & ueſtibus cõdidit, ſed olim conditã cõſeruauit. Inde Iordanis ripam egreſſis, Hiericho prima ex Chananitidis ciuitatibus occurrit. Quæ luſtrata circuitu dierũ ſeptẽ, quaſi arcæ dominicæ & exercitus expaueſcens aduentũ, cito corruit. In quo circuitu nullo armorũ ſuffragio uſus eſt uictor populus, ſed ad clamorẽ in gyro ſonãtẽ murus erat uſq; ad fundamenta dirutus. Vbi nihil extra naturã eſſe factum geſta res oſtẽdit. Siquidẽ & hoc terræmotib. eſſe factũ frequẽter ſcriptura denũciat. Quomõ & in famoſo illo terræmotu centũ Libyæ urbes corruerũt, & in terræmotu dominicæ paſſionis undecim in Thracia ſubuerſæ ſunt. Præterea quoq; quod humani actus efficacia cõgerit, hoc alterius deſtruẽtis uel etiã ſenectutis tẽpus cõſumit. Attamẽ hæc dicẽtes, nõ caſu accidiſſe murorũ Hierichо ruinã, oſtẽdimus. Sed nec cõtra naturã ſicut aliquid in miraculis factũ oſtẽdimus: hoc enim ſicut & cęte ra miniſtrari angelico opere deſignauimus, dei iuſſu effectũ fuiſſe nõ dubitamus. Poſt hęc quoq; Chananæorũ quinq; regib. in unũ cõgregatis ut pugnarent aduerſus filios Iſrael, cũ ex aduerſo miſcerenẽ cohortes, & uictoria in dei populi partem cõcederet, Ieſus filius Nun princeps populi Iſrael ſoli in medio die præcepit, ut ne ſe moueret, & lunę ubi fuerat ſtaret, donec ſe dei populus de inimicis uindicaret. Qđ & factũ eſt. Nã ſol duos dies in uno cõcluſit, & luna diei ſpatio nõ occurrit. In qua iuſſione nõ humani imperij autoritate luminaria requieſcũt, ſed dñi imperãtis ut ſtarent iuſſui obediũt. Nihil enim propter iubẽtis hominis uerbũ dei creaturæ faciũt, ſed quod dominus ſerui ſui orationi obediens præcepit, hoc faciunt.

Veſtes nõ deterite. Ca. II

De ſuperſtitione Hiericho. Cap. III

Terræmotus in Aphrica & Thracia

De ſtatione ſolis & lunæ. Cap. IIII

Sic

Sic enim perhibẽt, Sol ſtetit cõtra Gabaon, & luna ad uallẽ Hailon, obediẽte domino uoci homi- A nis. Ex quo intelligiẽ deum ſeruorũ ſuorũ precib. obedire, & ad eorũ neceſsitatẽ creaturas opportune gubernare. Hæc luminariũ mora nihil nouũ in natura cõmiſit, etſi in miniſterio aliquid nouũ aliquãdo natũ oſtẽdit. Sed & illa uarietas nihil in anni curſu & reliquorũ dierũ cõmouit, dum pariter ſol et luna unũquodq; in ſuo ordine requieuit. Si emi unum luminare curreret, dũ alterũ interim requieſceret, dierũ & menſiũ et annorũ aſſuetum curſum cõturbaret. Dũ aũt utrũq; morã hanc habuit, quaſi poſt cõſuetũ diem in occaſus ſui limitẽ prexit. Nõ emi q; ad belli illuminationẽ luna tunc in præſentia ſolis proficeret, ſtare imperaſſ: ſed ne quid incõgruo luminariũ meatu per unius quietẽ & alterius curſum deſtrueret. Sed quoniã & ma- B ris curſum lunari conuenientẽ eſſe in omnib. euidenter mõſtrauimus, & illũ tunc requieuiſſe, etſi ſcripturę uocibus reticeat, nónne ipſe illarũ rerum pronũciat obſeruabilis cõmeatus? Luna uero nõ tantũ in hac ſtatione requieuit, ſed & incrementi uel detrimẽti ſui interim conſuetudinẽ agere non potuit. Si emi dum ſtetit luna, licet ſtans ſua incrementa uel detrimẽta ageret, illud incrementũ lunare ultra ſolis curſum in cyclorũ ratiõib. aliquid turbaret. Dũ uero nihil in circuli in ſe reuertentis curſu dies illa ſolito lõgior prębuit, tũc manifeſtũ eſt, quod in illa ſupueniẽte ueſpera, unius diei incrementũ luna, ſicut quotidie ſolet, geſſit. Vt emi hoc manifeſtis approbationibus pateat, cyclorũ etiã ab initio conditi orbis recurſus in ſe breuiter C digeremus, quos ſemper poſt quingentos triginta duos annos ſole ut in principio & luna per omnia cõueniẽtib. nullis ſubueniẽtibus impedimentis in id unde cœperãt redire oſtẽdemus. Quinto nãq; cyclo à mũdi principio anno cẽteſimo quadragedecimo, generale totius mũdi diluuiũ ſub Noe uenit, qui poſt diluuiũ quadringẽteſimo decimo octauo anno defecit: & inde alius incipiẽs, id eſt ſextus, in octauo ætatis Abrahę anno finiẽ. Et nono eius anno ſeptimus incipiens, triceſimoquinto anno egreſſionis filiorũ Iſrael de Aegypto in quinquennio ante mortẽ Moyſi concludit. Poſt quẽ octauus, in quo eſt illud ſignũ in ſole & luna factũ, triceſimoſexto anno egreſſiõis Iſrael de Ae- D gypto incipiẽs, in triceſimũ primũ annũ Aſæ regis Iuda incidit, Cuius triceſimoſecũdo anno nonus exordiũ capiens, in quo & aliud ſignũ in ſole, Ezechię regis tẽpore, de quo paulo poſt dicem⁹, factũ legiẽ, cẽteſimooctauo anno poſt tẽpli reſtauratiõnẽ quæ ſub Dario facta eſt, ſui curſus ſpatiũ cõſummauit: donec decimus inde oriẽs nonageſimoſecũdo anno poſt paſſionẽ ſaluatoris Allia & Sparſa cõſulibus peractis curſibus cõſummatur. Poſt quẽ undecimus à conſulatu Paterni & Torquati ad noſtra uſq; tẽpora decurrẽs extremo anno Hibernienſiũ moriente Manichæo inter cæteros ſapientes peragiẽ. Et duodecimus nũc tertiũ annum agens ad futurorũ ſcientiam ſe præſtãs, à nobis qualem finẽ ſit habiturus ignoraſſ: quorum unuſquiſq; uniformi ſtatu, peractis quingentis triginta duobus annis in ſemetipſum, id eſt, in ſequẽtis initiũ reuoluiẽ, cõpletis uidelicet in unoquoq; ſolarib. octouicenis nonodecies, & in lunaribus decẽnouenalib. uigeſiesocties circulis. Poſt quos in lunari ſupputatione per communes duodecim & embolilmos ſeptẽ, per Ogdoadem & Hendecadẽ & incrementũ lunare, quod cõputantes ſaltum nominãt: & ſolari per quadrãtes & biſſextos diligẽter dinumeratos, demũ duobus lunarib. totidẽ dies habẽtibus, & per curſus ſui omnes lineas cõcordi ratiõe cõueniẽtibus, ueluti primus cõditi orbis annus innouaſſ. Dum ergo hi circulorũ totales recurſus in ſe congrue, et poſt illos cyclos quibus in ſole et luna mora uel reditus ſigna, quõ ſub Ieſu uel Ezechia factũ legitur, apparuiſſe deſcribiẽ, ſine ulla uarietate redeũt: manifeſte intelligitur, quod nõ mora illa aut reuerſio aliquid in luminariũ & temporũ aſſueto curſu præpeditũ uel inſolitũ reliquerũt: ſed quaſi per diem omnem in occaſus ſui, ut ſupra dixi, limitẽ currunt poſtquã illius ſolito longioris diei ſpatium peregerũt. Per quod uidetur quod nihil ad ſequentis noctis longitudinẽ temporis illa dies longa contulerit, cuius princeps pariter in die cũ ſole diei præpoſito una requieuit. Itaq; purgata funeſtis habitato- *De Gedeone et duobus ſignis Cap. V* ribus Chananitidis regione, in dei populi dedi- tionem ipſa à domino terra tribuiẽ. Qui poſtmodum pacis ocio reſolutus, in idolorũ terræ illius et reliquarum in circuitu nationũ cultũ peruagatur. Propter quod gentibus ſæpe, quorũ idola ipſe colebat, poteſtate à domino cõceſſa, mancipium ſeruire tribuitur. Sed captiuitatũ & ſeruitutum laborib. duriſsimis afflictus, frequẽter à deo per pœnitentiã ueniã precabatur: ad cuius libera tionẽ pœnitentiũ lachrymis ſedatus, ille iudices ſuſcitabat, qui de ſeruitutis iugo plebem eruentes, nequaquã potentiæ dominio, ſed arbitrorũ iure prębebant. Quorũ temporibus dum Madianitis ſeruiret populus, Gedeoni filio Ochaz cœleſtis nuncius apparuit, illumq; deſtructo idololatrię ritu, de plebis ſuæ liberatione commonuit. In cuius cõſpectu dum Gedeon oblationẽ cõponeret, deſuper carnis ius fundens, cœleſtis ignis holocauſtũ abſumpſit. Et iterum poſtulanti ſignũ ſiccitas in oĩ terra, & ros in ſolo uellere: & rurſum ſiccitas in ſolo uellere, et ros in oĩ terra fuit. Sed hęc quãuis ſociaſſ numero mirabiliũ, nihil tamẽ uelut nouũ oſtẽdere uideniẽ in miniſtratiõe rerũ: quoniã & cœleſtis ignis res terrenas, ut ſępe dixi mus & dicemus, frequẽter deuorat, et alternatim in mũdo per partes nubibus rorat. Sed tamẽ multa talia de mirabilibus ſcripturarũ ſubueniũt, quę etſi in rebus geſtis diligentẽ explanationẽ nõ exigunt, figurarũ tamẽ prędignatiõe in rerũ ſpiritaliũ intelligẽtia referta ſunt. Sed quoniã in opere iſto rerũ tantũmodo geſtarũ intellectũ proſequi diſponimus, hoc licet memorię cauſa ſtatim hiſtoriali ter numero mirabiliũ inſeremus. Quę etiã ſi ſępe fortuito caſu dei uolũtate in rebus ꝓuenerũt, terribilius tamẽ et celerius et certius et mirabilius in

Universidad de Deusto
Biblioteca

signi alicuius ostẽsione per domini imperium gubernata & ostẽsa fuerũt. Vnde cũ historialiter in holocausti hac cõcrematiõe, nõ terrestri igne sed cœlesti flamma hoc ostendebat, q̃ futurũ tũc bellum nõ humanis uiribus, sed cœlesti auxilio proficeret, & ros prius demõstrabat in solo uellere ostensus, q̃ diuina miseratio, quæ tũc in Israel fragili & molli populo fuerat, ignitas gentiũ iras sicut aqua ignẽ posit extinguere. Iterum cũ Philistæis seruiret Israelitica plebs, Manue filij Saruch de tribu Dan, sterili uxori primo, deinde ipsi Manue dei angelus prophetali habitu apparuit, eosq̃ de filio qui illis esset nascitur⁹, qualiter fieret educandus edocuit, quatenus ne unquã nouacula caput ipsius trãsiret, & sicerã et uinũ & omne q̃d inebriare potest nõ biberet. Cui cũ Manue nescies esse angelũ, prãdiũ uoluisset præbere, angelus inquit, De cibis tuis nõ comedã, sed dño si uis holocaustũ cõpone. Quod cũ Manue illo precipiente cõposuit, cũ igne holocausti coram eis statim angelus in cœlũ ascẽdit. Et hic terrestris holocausti ignis de terra in cœlũ ascendens demõstrauerat, quod per nascituri hominis fortitudinẽ deus populi liberationẽ præparauerat. Natus igitur Sampson, iuxtaq̃ imperiũ dñi nutritus, maximã fortitudinẽ in septẽ sui capitis crinibus habuit. Quod pro certo probatũ est, dum eisdẽ nudatus aliquando etiã uirtutẽ amisit. Nã cũ Dalilam in ualle Sorecti mulierẽ de regione Philistinorũ alienigenã adamaret, & illa pecuniã à Philistinis principib. quibus Sampson multa mala fecerat proditionis eiusdẽ mercedẽ accepisset, ipse poscenti fortitudinis suæ mysteria in capillorũ suorũ cõseruatione fieri indicauit. Et illa dormiẽtis in sinu suo uocato rasore, caput totõdit. Perductus q̃ Sãpson à Philisteis, oculis orbat⁹, molã manu uertebat, donec capilli illius ad priorẽ lõgitudinẽ creuerũt. Deinde Philisteis epulãtibus, ut inter epulas Sampson illuderet, adducit, & ipse puero regẽti gressus dixerat, ut se ad duas colũnas p̃duceret, quibus tota domus imminebat, quatenus sup illas ueluti lassus reclinaret. Quibus ambabus utraq̃ manu apprehẽsis, inuocato in auxiliũ deo totã domũ concussit. Quẽ cito corruens, tria Philistinorũ millia pariter cũ ipso Sãpsone ꝓstrauit. Sed naturas inuestigantibus, quæstionẽ nõ minimã incutit, quo modo totũ sensibile corpus in insensibili capillo motũ fortitudinis habuit: cuius damnum doloris sensum nequaq̃ intulit, cũ illum tonsor à reliquo corpore ferramẽti aculeo diuisit. De Sãpsone ergo priusquã nasceret, à dño præcipit, ut capillus illius nunquã ferri acumine uel alicuius aculei tõderet. Quãdiu igit in mãdati diuini custodia permanserat, spiritussancti munere maximã fortitudinẽ habebat. Vnde cũ muliebri p̃suasiõe præcepti dominici trãsgressionẽ adinuenit, etiã spirita le fortitudinis donũ quod habuerat, statim recessit. Non quia insensibili capillo ossiũ, & carnis & sanguinis, qui nihil ex his habet, uirtus inerat, sed mandati dominici obseruatio donũ fortitudinis obseruabat. Sed fortasse aliquis dicet, Quare ergo cũ capillis iterũ fortitudo illius succreuit, si nõ in capillis prius robur habuit? Attamẽ etiã hac uice, nõ tam in lõgo capillo amissam uirtutẽ recuperabat, q̃ donũ spiritale quod negligẽs amisit, afflictus pœnitẽtia crescẽtib. capillis paulatim imperabat: præsertim cũ in huius mãdati trãsgressiõe ex parte licet aliqua excusabat, quãuis suæ uirtutis Dalilæ petẽti mysteriũ dicere nõ negauit, non tamẽ se imperãte uel cõcedente uel cõsentiẽte tõdet. Vnde afflictus postea à deo impetrauit facilius, quod nõ sponte sed dormiẽs seductus amiserat. Inde post non multũ tẽporis, filijs Israel mãdatorũ transgressione deum offendentibus, incitata Philistinorũ agmina, ad bellandũ contra eos cõueniũt. Et filij Israel de se nihil confidentes, arcam testamẽti domini in exercitu suo in pugnam cõtra aduersarios cõducunt. Sed legis transgressores nequaquã legis arca tuet, uicto potius & deleto ex parte populo, ab alienigenis ipsa capitur. Qui uictoriæ munere lætantes, in terram suã eandem captã perducũt, & ueluti triumphi huius autorem iuxta Dagon deum suũ, arcam dei Israel in templo statuerũt. Sed primo die Dagon corã arca prostratus repertus, iterum in loco suo restituitur. Crastina uero fractus ad limẽ in centũ partes, capite & manibus, spina dorsi eius truncata reperitur: Quod fugere idololatriæ in aduẽtu domini cælegis cultũ monstrabat. Qui enim fugiũt, persequenti dorsum dant. Præterea quoq̃ tota Philistea fœda admodũ plaga percutitur: nam & extales eorũ foras prominebant, et ingens sordium et insolens copia per totã prouinciã diffundebatur. Cõueniẽter quippe dominus illis utrãq̃ pœnã parauerat, qualem rerũ ipsarũ cõueniẽs ratio exigebat: quatenus qui misera animalia diuino cultu uenerabãtur, p̃ miserrima animalia in aduẽtu dominicæ legis castigarent. Et qui tabernaculi dñi interiora, id est, arcã extra limites suos protraxere: hi interiorũ suorũ foras prominentiũ fœda affligerẽtur clade. Quapropter eam plaustro nouo impositã duabus fœtis uaccis uehendã, queq̃ iugũ antea nõ portauerãt, teneris domi uitulis mugientibus, ad fines suos redire arcã p̃miserũt. Quinq̃ mures & totidẽ anulos aureos indices plagarum suarũ, ne eam uacuã dimitterẽt, iuxta eã in capsella posuerunt. Sed in his multiplex figurarũ intelligẽtia latet, quæ ꝓprij operis industria, & tẽpore indiget & ocio. Iterumq̃ infinita Philistinorũ agmina quasi arenę maris innumerabilia, p̃ plana se terræ Israel effuderũt, quæ dñs Samuele orãte à facie filiorũ Israel ingẽti cœli fragore perterrebat, quatenus per hoc & Israel nõ propria uirtute uicisse intelligerẽt, & hostes dei protectionẽ et auxiliũ erga hũc esse populũ scirẽt. Itidẽ quoq̃ Samuele inuocãte dominũ, cum populus sibi regem peteret, & Saul filiũ Cis de tribu Beniamin in dei famine iussus Propheta ordinaret, dñs per pluuias & horribiles uoces intonuit, quib. plebs quę audierat, se dñm repulisse, ne regnaret sibi intelligeret: quos fragores per Samuelis iterum dominus deprecationẽ compescuit, postquã populi de

De Sampsonis fortitudine in capillis VI

Capta arca et restituta VII

Fragore cœli fugati hostes Cap. VIII

Rex primus Saul 12

de hac re pœnitudinẽ intus aspexit. Saul inuidię stimulo suscitat⁹, & malo spiritu sępe arreptus, cũ Dauid occidere uellet, & ipse Dauid tũc cum Samuele & cęterorũ prophetarũ cuneo, ꝓphetaret, misit Saul nũcios, et ipsum interficiẽdũ de medio Prophetarũ rapę iubet. Sed illos protinus ut uenieb̃at, spiritus qui in Prophetis loquebat, arripiebat. Ipse quoq̃ Saul quasi inuitũ famulis opus stricto arcu post eos exiẽs, cũ inter Prophetas uenerat, ꝓphetabat. Diximus aũt cũ de Balaã & asina eius disseruimus, quoniã spiritussancti uerba, nõ dicentiũ merito pensant, sed ipsius uolũtate ubicũq̃ uoluerit, ꝓferunt: per quod tamẽ proferenti um ea merita nõ in melius augent, si bona nõ habent opera, sicut in Balaã, & Saul, & Caipha pontifice. Vnde tales Prophętę in iudicio dicẽt, Nõne in tuo nomine prophetauimus? damnati dño respondebũt, & tamen æterni ignis consortiũ inter cęteros impios subibunt. At uero & hoc loco quidã estimãt, q̃d Saul nõ diuino spiritu, sed malo illo quo sępe arripiebat, per totũ illum diẽ, ꝓphetaret, donec Dauid etiã imminens mortis periculum, ipso suo spiritu arreptus, domini dispẽsatione euaderet. Sed qualiter hoc sentiri potest dum ita scribit, Et factus est sup eũ spiritus domini, & ambulãs, ꝓphetabat? Nisi forte sic in hoc loco accipiat, spiritus domini, quomodo & alio loco spiritus domini malus Saul arripiebat. Verũtamen ubicũq̃ sine additamento spiritus dei, uel spiritus domini, uel spiritus Christi, uel spirit⁹ Iesu, in scripturis sanctis inuenit, spiritussanctus esse à nullo sano sensu dubitat. Vbicũq̃ uero cũ additamẽto dicit esse spiritus domini malus, ut est in libro Samuelis, intelligit diabolus esse: qui domini ꝓpter ministeriũ, malus propter uitium dictus uidetur. Sæpe quoq̃ cũ singulariter spiritus tantũ, & non addito sanctus, aut dei, aut aliquid quodcunq̃ ex his quæ ad signandũ aut demõstrandũ spiritũsancti ptinent, deprehendit, contrarius spiritus qui est diabolus, aut subiectus quisque sibi ex his qui ministrãt dæmonibus, dignoscit. Post etiam in angustia cõstitutus hostili se premẽte impetu, cũ neq̃ per Prophetas, neq̃ per sacerdotes, neq̃ per somnia, petenti sibi dominus ullum respõsum daret, Saul rex ad pythonissam perrexit, ut ex mortuis aliquẽ sibi per suæ artis incantationes suscitaret. Quę cũ quęreret ex eo, quem mortuũ de somno cuperet resolui, ille sibi Samuelem uelle respõdit suscitari. Suscitat⁹ uero Samuel, Sauli quid ueniret prænũciat. Hac inquiẽs hora tu & filij tui mecũ eritis, sed & Israel tradã tecum in manũ inimicorũ eius. Qualiter ergo Samuel à pythonissa suscitari dicit, dum pythonissa dęmoniacis incantationibus & prestigijs uti uidetur? Et quomodo Saul qui in uiuẽtibus Prophetis dei respõsum nõ inuenit, resuscitatũ à morte Prophetã audire meruit? Vnde nõ hunc esse Samuelẽ illum Prophetam, per factũ facilius intelligit: sed diabolus qui se trãsfert in angelũ lucis, in phantasia Samuelis cõsideretur. Quod ex sermonib. eius recte digno scit, quoniam funesto Sauli dicebat, Tu & filij tui mecũ eritis. Etenim si uerus hic Samuel ostensus esset, nullo modo iniquũ regem consortẽ sui meriti post mortẽ diceret. Si ergo à pythonissa diabolus ostendit, quare Samuel in diuina scriptura dicit suscitatus? In multis sacræ scripturę locis imaginatis reb. uerarũ rerũ nomina ascribunt. Quomodo & predicta uirga in similitudinẽ serpẽtis imaginata, & phãtastica illa magorũ serpentiũ in Aegypto, & ille æneus in deserto serpẽs nominatur. Duo quoq̃ Cherubin, p̃ similitudine obũbrare, ꝓpiciatoriũ memorant. Quinq̃ mures, uel gnq̃ anuli de terra Philistijm in capsella cũ arca domini referunt, Duodecim boues sub mari æneo, et quatuordecim leones in throno Salomõis eburneo statuunt. Cherubin quoq̃ & palmę, & mala granata, & retia in tẽpli ędificio depicta describũtur, cũ hæc omnia nõ ipsa rerũ ueritate, sed, p̃ similitudine ista nomina recipiũt: ipsæ tamen scripturę sine ullo incertitudinis respectu quasi res ueras hęc nominatim ponũt. Phantasma igit Samuelis uelut ipse Samuel, ostẽsum, ꝓnũciat, sicut & in uisibus, ꝓphetarũ, & in Apocalypsi Ioãnis ostẽsi uiri, ꝓnũciant. Post modicũ deinde Dauid regnũ obtinẽte, arca testamẽti de domo Aminadab ad Hierusalẽ à rege & omni populo ꝓducit. Oza filius Aminadab sequẽs arcã, cũ illam uelut sustentans tangeret, subita morte ꝓcussus & suffocatus est. In quo facto temeritas cũ ipso Oza, qui cũ nõ esset de genere Aaron arcã tetigit, damnat, & totus populus qa caute in diuinis rebus agere deberet, admonet. Sed quidã aliq̃d præcedẽs peccatũ in Oza p̃ hãc culpã punitũ esse existimãt, quoniã sępe euenit, ut minores culpę præcedẽtiũ peccatorũ uindictã incutiãt. Quẽadmodũ cũ populus Israel peccasset cõmouit dñs ut Dauid nũeraret populũ, per q̃d accidit, ut plebs peccãs p̃ paruã regis culpã pœnã sustineret præcedẽtium delictorũ. Angelus eñ dñi lxx. uirorũ milia ex omni Israel usq̃ Bersabee occidit, et Hierosolymã urbẽ uelut delere ꝓposuit: nõ quod dñs ciuitatẽ quã nũc dispdidit delere uellet, sed ut ostẽsus in p̃cinctu uindictę ãgelus, dignã uidẽti regi pœnitẽtiã incuteret. Ex quo intelligit Dauid minorẽ culpã commisisse q̃ plebs, qui peccatũ suũ p̃ solã pœnitẽtiã deleuit: populi uero delictũ in autorib. suis mortis seueritatẽ ꝓmeruit. Et deinde cũ p̃ peccatũ Salomõis populi Israel regnũ unũ in duo diuisit, Hieroboã filius Nabath rex decẽ tribuũ in parte Aquilõis, metuẽs ne tẽpli quod erat in Hierusalẽ uisitatio rursum populũ Roboã filio Salomonis iũgeret, idola & altaria in Dan & in Bethel posuit. Sed in dedicatione altaris q̃d fuit in Bethel, uir de Iuda ut contra illud altare prophetaret, à domino mittit. Quo aduenięte duo terribilia signa ostendũtur. Nam & altare in duas partes statim in hora holocausti scindit, & regis ipsius arida manus siccat. Quæ duo signa rei & operi suo apte cõuenerunt, dum quid in ipso tũc rege sit factum euidẽter ostẽdunt. Aptũ enim uidebatur, ut qui dei cultũ qui illuc usq̃ in uno altari & tẽplo erat, diuisisset, ipse altare quod ipse sibimet fecerat, sic scissum diseca

ret

Quæstio

Exo. 25
1 Reg. 16

Casus Ozæ Cap. XII

Receptio populi, Cap. XIII

Dedicatio uitulorũ aureorum. XIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret. Et qui populi dei manũ ne domino suo oblationẽ & holocaustã immolaret aridam fecisset, in A
schismatico illo holocausto manus illius arida appareret. Præterea quoq; Achab filio Amri, in
Siccitas cœli Cap. XV citante eũ Iezabel uxore sua, plura agẽte scelera,
Helias Thesbites de Galaad in sermõe dei dixit,
Si ros & pluuia, nisi iuxta oris mei uerba his annis erũt: cuius oratione, phibita pluuia tribus annis & sex mẽsibus nõ pluit: quatenus qui deũ per
Omnis terra in scripturis mala in terra exacerbassent, cœli clemẽtia & aeris cõmoditate carerẽt. Verũ hæc plaga ut multi magistri putãt, tantũ terrã Israel castigauerat. Sed moris est scripturarũ, ut illam prouinciam de qua dicunt, omnẽ terram indifferẽter nominẽt, quod conueniẽter cum Helia postmodũ Achab sermone demonstratur. Cum eñ Heliã ipse uidisset, Tu
B quis es qui cõturbas populũ Israel? Achab dixis-
se refert. Cui respondens Helias, in Israel tantum modo culpã quæ hanc plagam incitauerat, fuisse denunciat. Non, inquit Helias, ego conturbo Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti legẽ domini, & seruis Baal. Quibus utriscq; dictionibus in Israel tantũmodo culpã & plagã cõueniẽntia uerborũ esse demõstrat. Si eteñ totũ mũdũ plaga illa flagellaret, nõ qui cõturbas Israel tantũ modo, sed qui cõturbas totũ orbẽ, Achab dixisset. In tẽpore autẽ siccitatis à domino Heliæ dicitur, ut in spelũca torrentis Carith se absconderet, ubi coruis ministrãtibus pane & carnib. & aqua torrentis illum satiaret, duplici scilicet occasione, quatenus & tempore famis haberet alimoniã, &
C persecutorũ auide se quærentiũ, rabidam effugeret iram. coruis uero ministrare Prophetæ præcipitur ut scilicet culpam quã in diluuio cõmiserat in terra, purgare auis illa uideretur: dum ut fidelis minister efficit Heliæ, qui negligẽs & fallax erat antea Noe. Præterea quoq; in hoc ministerio illud etiã ostendit, qualiter homo si nõ peccasset, etiã infructuosorũ animaliũ nũc ministeriis utere tur. Vnde uero eas carnes et panes ille coruus detulerit ipse uiderit qui tale officiũ cõmittebat. In quo tamen intuendũ est, ꝺd ex aliquorũ hominũ scientiũ aut nescientiũ industria, corui hęc accipe
Vidua Heliã pascẽs. XVI rẽt, qui coctos panes et carnes quaslibet qualiter cunq; præparabãt. Cumq; de torrente propter nimiã siccitatẽ aqua deficeret, ad uiduam in Sare
D ptam ut ibi pasceret, exire Heliã deus iubet. Quę cum eum in domo sua uictu quotidiano satiaret, familiariter receptum, lecythus olei, & farinę hydria, in quibus unius diei refectionem in aductu suo inuenerat, nõ minuta sunt, donec uisitauit dominus populũ suum. Et hoc accidit, nõ ꝙ inualida manus domini esset, ut etiã postquã torrentis unda defecisset, aquã illi cũ panib⁹ aliunde & carne donaret: Sed idcirco ad Sareptã Sidoniorũ saturandus Propheta mittit, ut per illum bona & fidelis uidua pasceret. Ne uero quẽ moueat, quod Sidoniorũ terra hanc eandẽ plagam pariter cum Israel perpessa erat, dum inde Iezabel pſecutrix prophetarũ, & totius uindictę & facinoris causa, Sidoniorum regis filia paternam originem duce bat. Certe etiã hoc signo non noua à domino, sed cõdita natura immodica, nõ modica substãtia gubernat, quomodo de calciamẽtis & Israel uestib. prædictũ memorat. Nam in cæteris prędictis omnibus miraculis nil naturæ rationẽ refugit, sicut ipse rerũ euentus frequenter ostẽdit. Huius uiduæ filius illo tempore quo Helias in domo eius morabatur, grauí ægritudine mortuus fuit. Sed hunc Helias oratione sua ad uitam iterum reuocauit, de quo tradũt Hebræi, quod ipse Ionas propheta postea fuerit, quem de uentre ceti glutientis, euolutis tribus diebus dominus absoluit, quia dominus qui inimicũ suum in quocũq; tuto loco potest occidere, seruum suum quem uult eruere, de qualicũq; angustia liberare ualet. At uero illa famosa quæstio, quæ de mortuis resuscitatis agit, usq; ad Lazarum à nobis reseruat. Euoluto autem tẽpore siccitatis, cum dominus super terram uellet pluuiam dare, prophetã Heliã in occursum regis Achab iussit exire, qui omnẽ Israel & idolorũ Prophetas quadringentos quinquaginta in montẽ Carmeli cõgregauit. Quibus cõgregatis, sanctus Helias duos boues, unũ domino, & alterũ Baal, per se & per Prophetas idolorũ mactari in holocaustũ rogauit, ut deus qui per ignẽ exaudierit, ipse totius populi deus sit. Quo impetrato, sacerdotes bouem suum prius occidẽtes, usq; ad meridiem tristes Baal ut per ignẽ consummeret holocaustũ, rogabãt. Sed Baal qui potius igni in potestatẽ traditus est, super holocaustũ ignem dare nõ poterat. Helias uero bouẽ suũ in frusta cõminuẽs, per mẽbra diuidens, super altare ꝺd constructũ fuerat, & quod ipse curauerat, tũc statuit. Eũq; aqua abũde superfudit, oranteq; illo, subito ignis de cœlo cecidit, quí bouem cum altari & lapidib. & aqua simul cõsumpsit, Ac deinde sacerdotes Baal in potestatẽ sibi traditos, in torrẽte Cison interfecit, et omnis populus deũ esse cõfessus credidit. In hoc etiã extra naturã ignis nequaquã aliquid fecit, qui desup aeris ignito spatio descendens, cũ dei gubernantis imperio, alimẽti sui materiã, quã in terra repererat, cõsumpsit. In supiore eñ illo spatio ignis naturã abundantius esse, etiã ignis in terra ardens pronũciat, qui ad superiora ubi est natura illius, ardẽter conscendere tẽtat. Sicut eñ aquę natura descẽdere semp ad inferiora, sic ignis propriũ est appetere excelsa: non tamen cõtra naturã suam etiam aqua sæpe in excelsa uidetur cõscendere: quod nõ substãtia sua quæ grauis est, per semetipsam, sed per aeris leuiorẽ naturam, qua aquarũ minutissimę guttę ad altiora aeris uaporaliter cõtrahunt, solet facere: quæ minutissimę guttę, ad aeris altiora fumali modo cõscẽdentes, cũ in densioribus nubibus in se cõueniũt, aeris natura supferri nõ possunt, sed uẽto agitãte grauiuscula mole ad terram dilabunt. Et si illas in nubib. priusq; lapsę fuerint gelu præripuerit, eas dem guttas cõcretas in grãdinum lapillos glacialiter solidatos frigoris rigor deducit: & si remissiores & nec dum densatas eas gelu inuenerit, niuem facit; & si has gelidũ frigus nõ perstrinxerit, aquæ

aquæ stillicidiũ liberũ, ad inferiores partes unde
Gen. 2 ierat redit. Sicut aqua aũt per semetipsam, nisi per A
aliam substantiã, ut ostendimus, non ascendit: sic & ignis nisi per aliam substantiam inferius se nõ descẽdit. Vnde cum & dominus super quinq; ciuitates de quibus in primo libro diximus, igneos imbres plueret, hoc idem per sulphur fiebat. quatenus & in sulphure ignis arderet, & per grauiorẽ sulphuris naturã idem ad terrã labereť. In hoc ergo loco ubi super altare ad holocaustũ ignis descẽdit, aut per aerẽ aut per sulphur descẽdit: quoniã ignis per semetipsum nõ potest descẽdere, nisi se alicui materię grauiori deus iusserit immiscere. Sacerdotes ergo idolorũ sine homicidij culpa Helías dei seruꝰ interfecit. Quippe qui erat in illa le-
Leui. 24 ge quę dicit, Blasphemũ nõ patieris uiuere: Nullus hominũ ergo idolũ colit, nisi dei blasphemus B
extiterit. Ac ꝓ hoc qui idololatrię cultores macta uerat, blasphemos & sacrilegos de terra purgabat. Et post hæc omnia, qui imbres à terrę pfusione trib. annis & sex mẽsibus orãdo, phibuerat, in modico tẽporis spatio eodẽ orationis suæ officio, sitiẽti terræ abũdantẽ pluuiã & placidã à deo impetrabat. Quę in terrã prius nequaq; ueniſſet, nisi
Helię XIX eam à cultorib. Baal occidendo mũdaret. Quos cũ Iezabel ab Helia interfectos esse cõperisset, illum de morte propria minacibus uerbis Prophetam terret, Vnde pgens in terram Iuda querulus Helias, in umbra iuniperi sedens obdormiuit, Quem angelus domini tangens de somno suscitauit, & pane & aqua esurientẽ saturans & sitientẽ refecit. Quo cibo refectus, in eius fortitudine qua C
draginta diebus & quadraginta noctibus nil comedens, usq; ad Oreb dei montẽ ambulauit. Vn de uerbi domini fruitus cõsortio, rursum in terrã Israel redijt. De isto uero pane & aqua angelico officio ministratis, quorũ fortitudo pastũ famis labore Prophetã quadraginta diebus peruexit, scientibus uim naturæ, unde fuit, intelligentiã differendã patefacere ſeruamus. In quo pane cũ quasi humanę industriç, ꝙ panis coctus sit, opis simili tudinẽ cõspiciamus, non terreni panis uirtutẽ, ꝙ una saturitate quadraginta dierũ necessitatẽ impleuerit, esse intelligimus. Nisi forte angelico opere de quacunq; terrena materia factus in terra degentis animã hominis pastum ualidiorẽ hominum pane effecit. Sed hic panis etsi propriã occul D
tando naturã solicitum lectorem facit, de quadraginta tamen dierũ ieiunio quomodo illud tẽpus ieiunus propheta ꝓtulerit, securũ reddit, dum per unius uirtutẽ nullo egens cibo tãto tẽpore uixit.
Inde interuallo quodã temporis interiecto, ipso Propheta in mõte sedente quinquagenarium principẽ cum ijs qui sub eo erãt, ut eũ ad se ducerent rex iussit. Qui supcilio, id est superbo tumore inflatus animo dixit: Homo dei ut ad illum nobiscum exeas rex Ochozias, id est, filius Achab iussit. Cui Helias, Vt inquis, si homo dei ego sum Propheta, in te nũc & in eos qui tecũ sunt, cœlestis flamma ardebit. Quo facto, & alium eiusdem ordinis uirũ cum tot comitibus ad eundẽ rex ire præcepit. Quem consona priori proferentem similí sequentia, eadẽ uindicta cõsumpsit. Quo facto, tertius ad idem destinatus periculũ quinquagenarius, cum suis corã domini Propheta suppliciter genu flexit, et per uerba precatoria illũ regis adire cõspectũ rogauit. Sed huic associare, Heliæ angelus domini dixit. Qui cito surgẽs, et gressum sociãs, supbis interẽptis, cũ humiliato et supplice ad regẽ prexit. Ignis aũt in hoc loco, sicut et in prędicto holocausto dei, dicto Prophetæ uerbo obediens, quod iubebat impleuit. Et in his grauioris forsitan ante cõmissi crimẽ peccati, sicut & in Oza & numero populi prędiximus, ultrix flãma nimirũ puniuit. Demũ uero cũ dñs Heliã eleuare De trãsitu Iordanis Heliæ et Heliſæi. XXI uoluisset, ipse & Heliſæus filius Saphan minister suus Iordanis flumẽ diuisum pallio Helię, pede sico, sicut in trãlitu filiorum Israel factum prædiximus, trãsierunt. Ad cuius rei explanationẽ, de libro Iesu prædicta huic operi satis sufficiũt. Quoniã dum in multis his mirabilib. uirtutũ gestis prędicta cõueniunt his rebus miracula facta, etsi in figurali explanatione deuiauerũt, eandẽ tamen rationẽ in rerũ gestarum historico intellectu exposiones naturæ exigũt. Antequam de mirabilibus diuinæ totius scripturæ sermonis nostri cœperimus texere coronulã, operę preciũ est etiam ea in quibus, ꝓpter præcedentiũ similitudinẽ explanare aliquid nõ est necesse, ꝓut gesta sunt exponã, præsertim cũ ex mirabilibus scripturæ dominicæ nil præterire dispositi, in quibus à ministerio quotidiano excellere in alijs uidenť. Igiť ambobus De ascẽsu Heliæ in curru igneo. XXII his ripa Iordanis egressis, Helias ministro suo dicebat, Postula à me quod uis priusquã me deus à te trãsire & recipi iubeat. Cui Heliſæus Spiritus, inquit, tuus duplex obsecro in me reqescat. Rursumq; Helias, Duriter dicẽs postulasti, sed tamẽ si hora receptionis meæ mihi prẽsens astiteris & uideris, hanc petitionẽ euentus cõplebit. Hoc ergo postulatus Heliſæus, nõ elatiõis affectũ super magistrũ suũ uoluit, sed uidens peccata populi innumera, à propheta qui relinquereť, nõ simplici Heliæ spiritu, sed duplici cõpesci posse prẽuidit. Si enim illud quod petiuit uitio uolẽtis se eleuare animo postulasset, nequaquã à dño & ab ipso Helia quod petebat impetraret. Igiť his dictis, iam iãq; Helias igneo curru receptus uelut ad cœlum considerante Heliſæo rapitur. Et hactenus ipse sicut & Enoch in testimoniũ nouissimi tẽporis adhuc sine morte seruatur, ut scilicet horũ in ore duorũ testium, nouissimi testimoniũ sermo cõsistat, in extremo tẽpore pauloante quàm damneť satanas, qui humanum genus aperto bello deprimat. Cõueniebat ergo ut Helias, quem diuini amoris zelus ignito in animo suo flagrasset ardore, & per ignem mirãda multa signa faceret, & per currum igneũ ab omnibus cõmutatum dominus ad sublimiorẽ statũ eueheret. Cæterũ uero ꝺd de Enoch in primo libro prædiximus, Heliæ etiam cõuenire uideamus. Interea labentia in terram uestimenta Heliæ mœstus hęres Heliſæus colligebat, De quibuſdam uirtutibus Heliſei. XXIII & Iordanẽ item dominum Heliæ inuocans, pede
sicco

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicco trãsierat. Veniẽs in Hiericho, amaras & ste-
riles aquas, immisso in fontẽ sale, sicut per lignum A
in eremo Moyses sanabat. De qua etiã re in loco
illo disseruisse sufficit. Inde ueniẽs in Bethel, à pue-
ris paruis caluus Helisæus illudebat. Quibus cũ
in nomine domini malediceret, duobus ursis de
sylua uenientibus quadraginta duo pueri lacerã-
tur. In hoc loco nõ propter propriũ conuitiũ pro-
pheta in iracũdiã cõmotus pueris maledixit, sed
auersatorũ à domino et lege patrũ filios, qui in Be-
thel idolis immolabãt, cũ fortasse et ipsi parui pue-
ri, ut moris tũc erat, idolis sunt cõsecrati, iusta uin-
dicta plexit. In Bethel nanq; unus ex duobus uitu-
lis, quos Hieroboam filius Nabaoth fecerat, qui
peccare fecit Israel, fuit cõstitutus. In quibus de-
cem tribuũ Israel à dño idola colẽdo diuertẽs, pec-
cauit populus. Præterea etiã Propheta præuidẽs B
quid lõga post tẽpora illudẽs Christo in Caluarię
crucifixo Iudæorũ petulans populus esset passu-
rus, quod eis figurali ratione cõpetebat, interim
est opatus. Deinde in illa expeditione qua Ioram
rex Israel, & Iosaphat rex Iuda, & rex Edom ad fi-
lios Moab exierant, cũ in deserto totus exercitus
sitis labore fieret fatigatus, Helisæus aquas p sic-
catũ torrentẽ sine pluuia uenire à deo impetraue-
rat. Vbi fossas & puteos populũ facere iussit pro
pter Israelitas & gẽtiles qui in eodẽ exercitu erãt.
4 Reg. 3 Cũq; ex illa expeditiõe reuersus in terram Israel
uenisset, mulier uidua unius ex prophetis, lachry-
mabiliter ad eũ clamauit dicẽs, Ecce inquiẽs, cre-
ditor meus duos filios quos seruo tuo uiro meo
genui, ad seruiendũ sibi quia reddere aliud ultra C
non habeã tollere cupit. Cui Helisæus, Dic ingt,
quã rem in domo tua potes habere? Parũ, respon-
dens ait, olei quo ungar reconditũ penes me ha-
beo in uase. Pete ergo, inquit Helisæus, mutuo à
uicinis tuis uasa uacua nõ pauca. Quod cũ feci-
set, de paruo illo olei crescẽte, ipsa repleuit oĩa.
Hæc exigua olei particula per uirtutẽ Prophetæ
in maius crescere nõ cõtra naturã potuit. Omnẽ
enim magnitudinẽ creaturarũ de paruitate semp
crescere cõuenit, cum præsertim specialius hoc in
liquoris natura pincernaria arte fit, ut quædã po
culorũ genera de parua materia in abundantiã li
quoris exundare & feruescere sanè cõprobẽtur.
4 Reg. 4 Per Sunam quoq; ciuitatẽ sæpe idẽ uir egrediẽs,
cũ à quadã diuite fœmina sed sterili, bono frequẽ D
ter hospitio receptus fuerat, prædixitq; quod de
uiro suo, pprio cõciperet. Sed ille natus & nutri-
tus, graui & solita doloris ægritudine, adhuc pu-
er pcussus obijt. Quẽ tamẽ Helisæus figurali or-
dine resuscitans, matri uiuũ assignauit. Quodam
etiã tẽpore fame coacti filij prophetarũ, inter cete
ras herbas agrestes coloquintidas, mortiferas &
ualde amaras nõ agnoscentes, in pulmento coxe
runt. Quod cũ unusquisq; piã eorũ gustasset, in olla
mortẽ esse clamauit. Sed dũ Helisęus farinę parũ
in eandẽ ollam manu propria misit, illius uirtus p
illius farinulæ sapidũ & suauẽ & sanũ saporẽ, in-
sipidũ & mortiferũ cologntidarũ agrestiũ uicit.
Viginti quoq; panes in centũ uiros diuidi præci-
piens, turbã saturauerũt, & superabũdantẽ copiã
fragmentorũ colligẽtes ministri habuerũt. Sed et
de huius uirtutis intelligẽtia diligẽtius explanabi
mus, cũ de quinq; panib. & duobus piscibus, &
rursus de septẽ panib. & pisciculis paucis in Euã-
gelio si dñs pmiserit, disseremus. Post hęc Naa- *Lepra Naamã Ca. XXIIII.*
man princeps exercitus regis Syriæ leprosus, cũ
mirabilẽ prophetã & sanitatũ gratia cõdonatũ in
terra Israel cõperisset, comitũ stipatus turba mili
tũ, sumptis à domino suo munerib. et epistolis pri
mitus ad regẽ Israel pergit. & ipse illũ ad domum
Helisæi tẽdere monet. Vbi præ foribus stãte illo,
Helisæus per puerũ iussit, ut septies in Iordane se
lauaret. Sed ipse supstitiose nunciũ omnino despi
ceret, nisi sociorũ suorũ sermonibus, ut hãc facilẽ
rem faceret suasus foret: quib. acquiescẽs, septies
ut Helisæus pręcepat, in Iordane lauaꝫ, eiusq; cu
tis tota mollis & tenera quasi pueri sanata reddit.
Vnde pro salutis beneficio uiro dei munera of-
ferre tẽtabat, Quę ille recusans, quod gratis acce
perat, gratis imptiri malebat. Ex hac re manifestiꝰ
sime declaraꝫ quod prędixi, q̃ in sermone impe-
rãtis dei, secũdũ imperiũ, pphetæ, nõ in re aliqua
uirtutis sacramentũ cõtineꝫ: Quoniã si sine impe
rio, pphetæ, imo dei per, pphetã, Naamã in Iorda
ne se lauaret, suæ lepræ purgationẽ nullo modo
tã cito recipet. Cogitãs ergo apud se Giezi minis-
ter uiri dei, q̃d quasi sine causa Naamã dominus
suus Helisęus pepcerat, duobus assumptis secum
pueris, festinãtius post eũ exire, ac si à dño suo mis
sus, pperat. Acceptamq; ab eo cõposito mẽdacio
pecuniã in equis ex parte reportabat, quam Heli
sæus accipere totã, et nequaquã habere uoluerat.
Deinde uero interrogatus Giezi à dño suo quo *Giezi fallacia & lepra*
isset, nõ quoquã se isse falso simulauit. Sed occul-
tum mẽdaciũ euidenti iudicio, ppheta cõuincẽs,
Nõne, inquit, spiritus meus tibi presens erat, quã
do homo in occursum tui de suo curru descẽdit?
Dum igiꝫ infelix te cupiditatis cogitatio ut hoc a-
geres & diceres fefellit, lepra Naaman cũ sua pe-
cunia tibi & semini tuo usq; in seculũ adhærebit.
Ecce eadẽ potestate Helisęus, ppheta leprã Naa-
man corpori deposuerat, qua Giezi eandẽ adhæ
rere carni & domui imperabat. Vnde peruiden-
dum est istas omnes uirtutes nõ rerum ipsarũ ef-
fectibus, sed imperantis præcepto peragi, quam
uis cõtra naturã nihil in illarũ uel harũ effectione
certũ est perfici. In quarũ tamẽ perfectiõe ipsa dei
imperãtis uolũtas, seu per se, seu per angelos, seu
per homines illas requirit, quas futurorũ figuris *De ferri supernatatione Ca. XXV.*
apte per omnia conuenire prænouit. Quodam
quoq; tẽpore filijs prophetarũ coram Helisæo fa-
cientibus sibi locũ, manu unius ex illis securis fer
rum manubrio lapsum excidens, in Iordanis flu-
uiũ cecidit. Qui amisso ferramẽto quod mutuatũ
acceperat, omnino grauiter doluit. Vnde Helisæ
us uiri clamore motus, affectu dolentis locũ ubi
ferrũ ceciderat demersum, requirebat. Quo ad-
uocato, & à se illuc ligno immisso, ferrũ de, pfun-
do ad superiora aquę natãs reuocat. Grauẽ uero
ferri naturã tenuis aquę substãtia ferre nõ ualet.
Sed

Sed tamen qui postmodũ sub Petri pedibus ma-
ris solidauerat naturã, ante illam de profundo fer A
rum leuare iubet. Sane aquæ natura quãuis terra
fragilior, tamẽ aere solidior uidetur. Hoc enim à
terra minus habere uirtutis ostenditur, quod ab
ea metalla & lapides minus sufferuntur. Ab aere
uero illud plus retinet, quod hominũ & cæterorũ
animaliũ corpora & ligna supernatantia sufferre
ualet. Vnde etsi metallum ad integrum aqua nõ
supportat, ex parte cũ portãtibus tolerat: quoniã
lapidẽ, ut sæpe probatur, quem uix duo uiri in ae
re possunt leuare, in aqua cum de fune pepende-
rit, unus homo poterit retinere. Vnde apparet a-
quam etsi nõ per totũ, ex parte tamẽ sufferre pos-
se, & quod ex parte res habet, deum per totũ pos-
se: & quod ex parte res habet, deũ per totũ ut se-
quaꝫ naturaliter impare. Propter quod aquę na- B
turа natãs ferrũ sufferre poterat, quia deus quod
ex parte p semetipsam creatura cõsuescit, ut ad in
tegrũ faceret, impabat. Belli quoq; tẽpore regi
Israel in multis locis rex Syriæ insidias cõpone-
bat, quas Helisæus, ppheta regi Israel semper ut
se caute in his ageret, manifestabat. Sed dum hoc
rex Syriæ per Helisæũ fieri, p certo dignosceret,
ad totã ciuitatẽ Helisæi misit copiosum curribus
et equis instructũ exercitũ. Quod cum uiri dei mi
nister nocte surgẽs uideret, territus & pauore cõ-
fusus ad Helisęũ uenit. Quem cõfortans Prophe
ta, plures, inquit, auxiliatores nostri q̃ hostes. Et
ne ultra modũ pueri mens perterrita fieret, uiden
tis inimicorũ multitudinẽ copiosam: ei angelorũ
igneis curribus & equis instructas per totũ mon- C
tem in eius circumitu astãtes phalangas fecit esse
uisibiles. Vnde ad hostes digrediens hoc à domi
no impetrabat, ut illam gẽtem sicut antea in fori-
bus Loth cæcitate pcuteret. Hostes igiꝫ obcæca-
tos demõstraturum se uirũ quem quęrerẽt, pmit-
tens, in Samariã urbẽ pduxit, eorũq; oculos ape-
ruit tibi: Quos rex Israel uidens, ab Helisęo quæsi
uit, utrũ occideret eos an non. Cui uir dei, non ut
interficeret imperauit, sed uersa uice inimicos ci-
bis reficeret, & abirẽt. Non ita igiꝫ ut lucẽ dei nõ
uideret hic populus cęcitate percutiꝫ, sed præsen
tis Helisęi & locorũ per quos ambulabãt agnitio
ab illorũ oculis occultatur. Si etenim cæcata diei
lucẽ nõ cõspiceret, nequaq; tanta multitudo solũ
Helisæũ sequi ducentẽ in Samariã potuisset. Ipsa D
igiꝫ cæcitate pcusi sunt, dum quẽ uiderunt nul-
lo modo intellexerunt. Vnde simili modo uir dei
suo ministro, nõ ad uidendam lucẽ dei, per quam
hostes uiderat, oculos apuit, sed in angelorũ cõsi-
deratione quos ante nõ uidebat, eius intuitũ dire
xit. Hoc etiã bello Benadab rex Syriæ in terrã Is- *Ueri in obsidione*
rael cũ infinita multitudine ueniẽs, Samariã mul-
tis modis obsedit, et ad tantam angustiã inclusos,
ut matres filios suos comederẽt, obsidiõis neces-
sitate coercuit. Vnde rex Israel tam obscœna in-
famia pmotus, ad domũ Helisęi furore plenus ue
nit, & ut presentẽ angustiã ualentẽ absoluere, de-
collare destinauit. Quapropter ipse Propheta ue
4 Reg. 7 lut de animę piculo curãs, fixo sermone respõdit,
Cras eadẽ hora hac, statere modius similæ, & or-
dei modius mercabunꝫ in huius introitu urbis uno
statere. At unus ex duobus ducibus regis infida
mẽte garriẽs: Si, inquit, cataractas domiꝰ in cœ-
lum faceret, uerũ quod dicis esse ualebit. Cui He
lisæus ait, Tu hęc oculis tuis uidebis, sed causa hu
ius infidelitatis ex his comedere non poteris. Se-
quenti dehinc nocte, sonitũ aerei fragoris in Sy-
rorũ castris dominus audiri fecerat, qui cũctas ini
micorũ cateruas pariter uersas in fugam diuerte-
bat. Quo explorato, cateruatim populus p portã
ciuitatis prorũpens, infidelem illũ ducem suffoca
uit. Qui uidẽs ista, iuxta Helisæi uerbũ, eis uesci
nõ potuit. His omnibus uirtutib. quas, ppter mi-
rabiliũ diuinę scripturę originẽ seruandã pstrinxi
mus, aut in primo libro similia quædã annotaui-
mus, aut etiã tertio, quo de Euangelio & nouo te
stamẽto disseremus, si dns uitam & adiutoriũ de-
derit, quędã explanãda reseruamus. Interea post
mortẽ Helisęi famuli dei, cũ quadã die familiares
eius mortuũ quendã portantes, latrũculos uiden
tes pertimuissent, in sepulchrũ Helisæi quod, ppe
erat, mortui cadauer proiecerũt. Quod dũ tange- 4 Reg. 2
ret ossa Helisæi, reuixit & ambulauit. Vnde qui-
dam præscriptũ sermonẽ in hoc signo impletum
fuisse dicũt, hoc est, Spiritus qui in te est, fiat du-
plex in me: qnod necessario impleri debuit. Heli-
as ergo in uita sua priusq; reciperet mortuũ resu-
scitasse unũ scribit, quod similiter & Helisæus fe-
cisse iam cernit. Sed & aliũ, id est istũ post mortẽ
suũ uidelicet in sepulchro reuiuificasse uidet. Sed
etiã hoc duplex gratia facto esse nõ apparet. Quip
pe q̃d eñ Helias semel fecerat, bis ac ter si necesse
esset iterare posset. Sed potius hoc duplicẽ gratiã
Heliæ esse in Helisæo, pnũciat, q̃ Helisæus impe-
rando pręcipiebat quæ Helias orãdo & postulan
do impetrabat. Siue ut cæteri dicunt, q̃ Helisæus
cũ magno honore & seculi dignitate uirtutum &
ppheties donũ habuit, quod Helias, pfugus & per
sequutus in mõtibus & spelũcis degẽs, & electus
ab hominib. retinebat. Per longũ deinde tẽpus *Israelitarũ calamitas Cap. XXVI*
populus Israel cũ dei legẽ & pphetarũ dicta trã-
grediens, idola colẽdo dominũ ipsum cõtemne-
ret, qui patres suos de terra Aegypti duxerat, in
manus gentiũ traditus, post plurimas populi stra
ges, & urbiũ obsessarũ euersiones, decem tribus
quę in partibus Samariæ fuerũt, à facie sua peni-
tus, pjiciebat: & reges Assyriorũ, Salmanasar sci-
licet et Teglatphalasar, quibus eos captiuãdos &
trãslatos tradiderat, Samaritas, p eis custodes ui
delicet ex multis gẽtib. & urbib⁹, ne esset inculta
terra, cõgregabãt. Quos leones iubẽte domino,
q̃d eũ nõ metuissent, dilacerabãt. Vnde ad regẽ
Teglatphalasar cito per nuncios sermo deuene-
rat, q̃ gentes quas statuerat in terra Israel cultum
dei terrę ignorãtes, leones lacerabãt. Quapropter
rex unũ de sacerdotib. Leuiticæ stirpis mittẽs, il-
las gẽtes deum colere fecit. Quo accepto quãuis
gentili supstitione minus relicta, leonũ plaga ces-
sauit. Tribũ autẽ Iuda et ciuitatẽ Hierusalẽ quam
elegit dominus, & omnes qui ad eos pertinebãt

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhuc deus tũc reſeruauit. Cuius regnũ ipſo tẽpo re Ezechias rex iuſtus deumq; timẽs gubernauit. Sed Sẽnacherib rex Aſſyriorũ, uidẽs q̃ patres ſui Samarię regnũ & imperiũ Iſrael deſtruxiſſent, & ipſe ad terrã Iuda, duce Rapſace, quẽ Hebræi Eſaię ꝓphetę filiũ dicũt & profugũ Iudæũ ad Aſſyrios cõmigraſſe, exercitũ conuocat, & Hieruſalẽ urbẽ expugnare iubet. Sed in ipſo conamine deus populi defenſor & ſupborũ humiliator, de cœleſti exercitu militẽ, angelũ uidelicet ad Aſſyriorũ caſtra miſit, quí ope unius noctis cẽtũ octoginta q̃nq; milia ab exercitu Sennacherib interfecit. Quí ſic fugatus de terra Iuda, cũ paucis ad Niniuem urbẽ ſuã fugiẽs uix euaſit. Vbi in idolorum phano repertus, ab uno filiorũ ſuorũ quos ipſe genuit, uulnere corruit. Paruo interiecto, Ezechi as rex Iuda, ne de tanta uictoria eſſet eleuatus, & forſitã etiã gratiarũ actiõe exiguus, in grauiſſimi languoris morbũ incidit, Ad quẽ in ipſo lãguore uiſitãdum Eſaias propheta ueniẽs dixit, Diſpone domui tuæ, quia nõ uiues ultra, ſed morte moieris. Quo triſti admodum nũcio protinus rex ipſe permotus, ad parietẽ faciẽ ſuam cõuertit, lachrymabilemq; pro uita ſua in cõſpectu clemẽtiſſimi et miſericordiſſimi domini precẽ fudit. Nõ quod de ſuo, utpote perfectus, merito in cõſpectu cõditoris ſui incertus fuit, ſed quia in Chriſti uẽturi generatiõe ſui generis, ꝓſapiã in throno Dauid lucernã nõ dereliquit. Sed cũ ſupplicãtis fletibus regis, et famuli ſui pius dñs ad miſericordiã eſſet flexus, rurſus Eſaias Propheta puro agitaꝰ numine mittit, uix mediũ atrij digreſſus: qui ſanitatẽ et regnũ & pacẽ undiq; regi ipſi & ciuitati fore denunciat, et quindecim annos uitę ſuę ab ipſo die dei ſermone addi cõfirmat. Sed dũ Eſaias duas ꝓphetias ſibimet inuicẽ cõtrarias eadẽ hora ꝓtuliſſet, neceſſe erat ut alterã quæ faciẽda eſſet, ſigni oſtenſione firmaret. Vnde ut rex quod dicebat indubitãter crederet, ſolis in ortũ ab occaſu ꝑ decẽ horas curſum recidiuo deus tramite retorquet, quatenꝰ inde ueluti mane iterũ feſtinare incipet, qui diei totius, exceptis duabus horis, ſpatiũ conſummaſſet. Per quas duas horas, ut multi eſtimãt, celeri curſu de occaſu in ortũ reuertit, ut dies integra rurſum ſine interueniẽte nocte in ortu innouareꝫ, ut ſcilicet dies duos etiã in hac uice in una luce cõcluderet. Quõ & ſub Ieſu filio Nun, in illo prędicto bello morã feciſſet, indubitanter & hac uice luna reuerti miníme dubitat, quatenus ne quícq; ut prædiximus in cyclorũ curſib. cõturbareꝫ. Propter q̃ & maris ipſa uiciſſitudo impedita fuiſſe nõ denegaꝫ, ut de cętero cõueniẽter qualiter quotidie fieri ſolet, cũ lunę curſib. comitareꝫ naturã. Vnde in hac reuerſiõe cõuenit ſolẽ nõ mutaſſe, ſed ſuo cõditori in omnib. naturaliter prącepto obedire. Sicut em̃ lucere & calere naturę ſuę inſitũ ſol poſſidet: ita quícqd prącipet dominicæ iuſsiõi ſeu currere ſeu ſtare ſeu recurrere naturaliter habet. Cõueniẽter aũt tale ſignũ regi in mortis expectatiõe poſito aptiſſimũ euenit, q̃ dominus per ſolẽ fieri taliter, per ſolẽ cõgrua diſpẽſatiõe diſpoſuit, quoniã ſicut ſol in ꝓcinctu occaſus ſui poſitus in diei initiũ reducit, ſic rex in mortis expectatiõe cõſtitutus, quaſi ad incipiẽtis uitæ gaudia reuocaꝫ. Tãtum quoq; tẽporis, id eſt quindecim annos eius uitæ ſe dominus dixit addere, quatenus naſciturus tũc filius cõſumpto illo tẽpore, regnũ defũcti patris ualeret gubernare. Cæterũ illã quã nõ exiguam queſtionẽ de iſto, utrũ ſuę uitæ finẽ hunc ſi nõ fleret fieri deus diſpoſuit, multi doctores habuere, quãdo de Lazaro illo quatriduano mortuo aliquid dicemus, ſi dñs ꝓmiſerit, ex ipſa Euãgelij auctoritate cupimus intimare. Eadem quippe de iſto ex mortis ianua reuocato ſentẽtia, quę de reſuſcitatis ex mortis ipſius ſomno iterũ quandoq; abeũtibus eſt proferẽda. Hoc quoq; defuncto, cũ reges Iuda & reliquus populus multiplicarẽt ſceleꝛa, & ꝓ Prophetas traditurũ ſe Chaldęis Hieruſalem cum regibus & populis ad deſtruẽdum dominus prędiceret, id poſtea ipſius euẽtus, dum dicta Prophetarũ tota pariter plebs cõtẽmſerat, comprobabat. Nã cũ Pharao rex Aegypti cõtra Aſſyrios & Chaldęos pugnaturus uenerat, Ioſias rex Iuda ſatis iuſtus, in cãpo Mageddo illi cũ exercitu obuiauit. In quo conflictu dum Ioſias uictus & uulneratus occidit, Ioachaz filius eius à populo terrę Iuda, ꝓ ipſo ordinaꝫ. Nechao uero Aſſyriorũ & Chaldæorũ deuicto exercitu, uelut ad tuendũ regnũ quod cœperat, cõſtitutis in Carchamis oppido ducibus, cũ exercitu copioſo poſt tres mẽſes ex quo Ioſias occiſus eſt, Hieruſalem reuertit. Vnde incõſulto ordinatus rex Ioachaz Ioſię filius inuẽtus, Ioachim fratre ſuo in loco eius cõſtituto, catenis uinctus in Aegyptũ ſecũ trahebaꝫ. Sed mortuo Nechaone et ducibus qui in Carchamis relicti fuerãt bello uictis, tertio anno Ioachim regis Iuda, qui illuc uſq; Nechaoni adhæſerat, Nabuchodonoſor rex Babylonis per exercitũ Hieruſalẽ uelut Aegypti coloniã obſidebat. Cui ſe Ioachim ſpõte tradẽs, datis obſidib. Daniele uideliceꝫ, Anania, Azaria, Miſaele, & parte uaſorũ tẽpli domini, adhuc in regno ſuo relinquit, donec grauiſſimæ ſeruitutis onere depreſſus, ad Aegyptiorũ regem iterũ diuertẽs, miſſo rurſum de Babylone exercitu cõprehẽſus & tractus, priuſquã ad urbẽ ueniret in cãpo Babylonis undecimo anno regni ſui interficit. Et interim dũ hæc aguntur, in eius locũ Ioachim qui dicit & Iechonias, filius eius, pro patre ſuo à populo in Hieruſalẽ rex cõſtituit. Cuius regni tertio mẽſe, Chaldęorũ reuerſo exercitu, & ciuitatẽ Hieruſalẽ obſidente, monẽte Hieremia Propheta, ne ciuitas cõbureretur, rex Ioachim cum Noeſcha matre eius, & cũctis populi tribubus, militibus & fabris, & incluſoríb. Chaldæorũ populo ſe tradidit, qui illũ cũ omni terra, ſcilicet generatiõe ſua, in terrã Chaldæorũ, id eſt in Babylonẽ deduxit. Poſt quẽ cõſtitutus à Chaldęis Sedechias patruus ſuus filius Ioſiæ regis Iuda, regnũ Hieruſalem obtinuit. Qui & ipſe nono regni ſui anno, deficiens à Chaldæis, ad Aegypti regẽ uenit: Nabuchodonoſori occaſionem dedit, ut ipſo ſedente in Reblatha in terra Emath, quæ nunc

Infirmitas Ezechiæ. Cap. XXVIII

Sol retrocedit

Captiuitas Babylonica. Ca. XXIX

nunc eſt Antiochia, per exercitũ ſuũ obſideret & expugnaret. Et cũ ipſum regẽ undecimo anno regni ſui cœpiſſet, incẽſo tẽplo et tota urbe, plurimis occiſis, & reliquis captiuis, eundẽ filijs pariter & oculis orbatũ, ſecũ in Babylonẽ perduxit. Quo tẽpore Daniel quẽ in primordio captiuitatis unũ de obſidũ numero poſuimus, in Babylone ex Iudęorũ ſtirpe, illuſtri fama clarebat. Quoniã cũ eſſet ſpiritu dei plenus, & prophetiæ munere cõdonatus, quæ hominib. cęteris fiebãt incognita, ipſi deus demõſtrabat. Vnde accidit ut Nabuchodonoſor rex ſomniũ uideret, euigilãtiq; etiã ex parte aliqua ſomnij memoria nulla remaneret, Deꝰ Daniel, nõ ſolũ ſomniũ ipſum, ſed etiã ſomnij ipſam occaſionẽ, quę eſſet antequã rex dormiret, indicauerat, Hoc uero factum eſt, ut regi Daniel ſummi creatoris notitiã inſinuaret, & plebs in ſeruitute & captiuitate poſita, aliquod quãuis paruũ auxiliũ & ſolatiũ haberet. Sed rex ille ita in dei obliuionẽ animo efferus incidit, ut ſtatuã aureã altitudinis nimiæ in campo Duran prouinciæ Babylonis erigens, ꝓprio nomine conſecrari diuino cultu prękeperit. In cuius ſtatuæ dedicationẽ omnes undiq; prouinciarũ populorũq; præpoſiti cõuocati cõmuni decreto, ipſam imaginẽ uellent nollẽt coacti ſunt adorare, propoſita recuſantib. præſente pœna, q̃ non parua fornacis flamma urendum quiſq; agere nolens ſemetipſum præſciret. Vnde accidit, ut præpoſiti Babylonicę regionis tres numero, Sidrach, Miſac, Abdenago, ex Iudæorum ſtirpe, ꝓgeniti, de quibus in initio captiuitatis pariter cum Daniele Babylonẽ deductis diximus, à Chaldęis accuſati ſint corã rege, quod nec deos patronos ipſius regis, nec illam tunc cõſecratam nuper uoluiſſent imaginẽ adorare. Quos ne accuſatio alicuius odij cauſa, & nõ iuſta querela poſſet ꝓuenire, ipſe rex ad ſe uocari iuſsit, & utrũ ut alio rum faminibus aure traxerat, ita certa re habere tur, interrogauit, Augẽsq; interrogata, Sufficiat, inquit, de prętérito narratũ, nũc in mei præſentia iuſſa cõplete, et aureã quã erexi ſtatuã adorate. Si uero quod iubeꝫ, exequi nõ uultis, opere neceſſario camini ignis ardores experiẽdos ſubire debetis. Sed illi unanimi reſpõdentes ſententia, Deos quoſcũq; tuos non tantum non columus, uerum etiã aſtantẽ præſentialiter ſtatuam nuper ædificatam, inquiũt, nequaq; adoramus, Solum em̃ uniuerſitatis autorẽ cœleſtem tantũmodo libenti uoluntate & cõmuni priuatoq; ſtudio ueneramur. Cuius potentia quícunq; ſibi puram, nullo prauo opere læſam conſeruat fidem, à qualicunq; anguſtia, ꝓtegit. Ideoq; ò rex, nec præſentis camini flãmas pertimeſcimus, nec in ullo aliquo poteſtatis minas & ſupplicia formidamus, quoniã potẽtiſſimus rerũ conditor & gubernator, ſeruos ſuos de ignis ardore, & qualicunq; quã manus tua intulerit plaga, per omnia poteſt liberare. Vnde rex incredibiliter ira ſuccẽſus, & fornacem plus ſolito ſuccendi prącepat, et hos per fortiſſimos de ſuo agmine uiros, cũ ueſtimẽtis & ornamẽtis in ignẽ ꝓijci, feroci ſententia iubebat. Sed ipſi in fornacẽ proiecti, cũ in flammarũ medio ceciderant, nullo modo ignis ardorẽ ſibi in aliquo aduerſantẽ ſentiebãt. Nãq; dei angelus, cũ in fornacẽ miſſis eadem hora pariter in ignẽ condeſcendit, qui foras ignis ardores & flãmas de fornace excuſsit, et intus manẽtes uelut placido rore ſupfuſos, ſine ulla moleſtia incolumes conſeruauit: atq; in circuitu fornacis inimicos quoſcũq; Chaldæos perditionis & interfectionis eorũ reos repit, ignis ille conſumpſit. Vnde rex Nabuchodonoſor caminum introſpiciẽs, ait, Ecce ego quatuor uideo uiros expeditos in medio flãmę, ſed quartus cęteris excellit eminẽtia formæ, Illosq; tres quos in ignẽ miſerat, de fornace ſtatim ꝑ ꝓpria nomina uocat. Quibus nihil aduerſi de fornacis cõſortio accidiſſe, cũctí uidentes populi cõſiderabant: ita ut nõ ſolũ corpora ardoris uulnera, ſed & penè ulla ueſtigia nõ pertulerãt: ſed etiã ſana ueſtis aut capillus, nullum aduſtiõis aut ignis ardorẽ ſaltem habebat. In hoc mirabili facto, naturę ſcrutator qualiter ignis leuiter fornace incluſos fouit, ingrit, cũ interim eodẽ igne uiri circũſtantes eiuſdẽ ſubſtãtiæ, eadẽ hora comburunt. Vnde ergo leuitatẽ hãc in una ſui parte tũc ignis habuit, cũ ex altera inimicos regnorũ dei ferox illius ardor interfecit? Ignis igit ſubſtãtia uel natura in nulla niſi aqua uel alicuius liquoris ſubſtãtia poteſt uiuere, cũ ipſe incorporeæ intelligit eſſe naturæ. Ex quo accidit, ut dũ in lignis ardẽs, totũ quod in eis ad humorẽ pertinet conſumit, in arido cinere qui rurſum terræ fuerat redditus, liquoris penuria ignẽ extinguit: eãdem quoq; liquoris naturã ardoris uoracitas cõſumẽdo nõ totũ deuorat, ſed dũ in ſuperiora ubi illius naturę eſt copia, ꝓgere nitit, rurſum ſe in aera eleuat. Vnde familiaris uapor ille, cũ ad aeris excelſa ſuſtollitur, nebuloſa facie cõcretus, terris iterũ unde ierat, per pluuias miniſtrat. Quod ſæpe uaſtatarum aduſtionibus prouinciarũ cõprobatur, & incenſorũ montiũ crebro uaporibus roreas copias deducentibus declarat. Tandiu igit ignis in quacunq; terrena materia perſeuerat, quoaduſq; liquorẽ omnẽ qui in ea eſt uel ipſe conſumat, uel quod ex ſuo paſtu ſupereſt, ſurſum in aera mittat. Si uero exiguus ignis ſatis humidã materiã inuenerit, ipſe uelut infirmior ualidiore uictus, humoris abũdantiæ cedit. Prętera quoq; cũ lymphatica, ut ſupra dixi, ſubſtãtia paſcit, ipſius natura neq; quãq; in aliquo tuta niſi per aerẽ conſeruat. Etem̃ ſi in oleo uel in quocunq; fomento incendat, ſi cirũfuſus per aerẽ totũ non cõtigerit, ſam ſamq; extinguit. Quandiu ergo in aliqua terrena materia arſerit, ipſius uita in aere & humore cõſiſtit. Vnde potẽs gubernator, ignis naturã inter inimicos & ſeruos diuidere uoluit, ardorẽ inimícis, flabilẽ & humidã aquę & aeris ſubſtãtiã famulis ſuis cõuertit: ut & illi per cõburentẽ naturã accẽſi arderent, et hi in flabili et lymphatico uapore nihil ad uerſitatis perpeti ſentirẽt. Quapropter ita ſcriptura dicit. Angelus domini deſcẽdit cũ Azaria et ſocijs eius in caminũ, et excuſſit flammã ignis de camino, & fecit mediũ fornacis quaſi uentum roris flantem

Daniele inter. Ca. XXX

Ignis pueros pręſeruat. Cap. XXXI

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Daniele in lacū missō leonū. XXXII

flantē. Ex aere ēm ſpiritū, & ex aqua in ipſo igne
inuenit rorē. Ecce & hāc diuiſionē ſicut & cętera A
mirabilia per angelū effecit, qui pariter cū ſeruis
dei, ut ſupra dixi, in ignē deſcēdit. Daniel quoq;
ueri dei cultor, de quo in captiuitatis principio di
ximus, cū de tribus principibus regni Perſarū &
Medorū un⁹ fuiſſet cōſtitutus, regi Dario Aſtya-
gis filio domino præſtāte, præ omnib. factus fue-
rat charus. Sed quoniā dilectionē honor ſequit̄,
et honor maximus inuidiā ſuſcitat, ipſi cęteri Me
dorū & Perſarū principes grauiter inuidebāt. Et
idcirco nō ualētes niſi in lege dei ſui occaſionē il-
li aliquā, unde eū morti traderēt inuenire, legē ex
regis edicto talē fallaciā neſcientis, Perſarū & Me
dorum autoritate firmatā ſtatuere, quatenus ne
quiſq; petitionē quācūq; à quoquā deo uel homi-
ne p triginta dies poſtulaſſet, niſi à rege. Cui decre B
to ſi quis iam inuenireť eſſe cōtrarius, illū abſque
ulla miſericordia aut clemētia, deuorandū leonū
recipet lacus. Quo cōfirmato edicto, dū diligētiſ-
ſima cura nō deliſterēt obſeruare Danielē, in do-
mo ſua ter in oīi die more cōſueto, uero deo ſuo
deprehēdebant genua flectere. Vnde grauiter ab
his accuſatū, de manib. eorum eruere uoluit rex.
Sed hoc lex cōſtituta Medorū atq; Perſarū nō p-
miſit. Quapropter mœſto animo dolēte rege de-
uorādus Daniel in lacū leonib. decernit̄, Sed à dei
angelo ne in lacu inſons p̄iret, ora leonū claudun
tur. Vnde rex tranſacta inſomni nocte, mane la-
chrymabilis ad lacū uenit, ubi incolumē cubantē
inter leones, ſecura mēte Danielē repit. Imperāte
ergo rege, iam iamq; Daniel de lacu leonū abſtra C
hit̄, quo, pditores illius, ptinus deuorandi pro eo
mittunt̄. Et quos inedia Danielis eſurientes fece-
rat, reorū ſanguinis illi⁹ criminoſa corpora leōes
recipiebāt. In hoc etiā tā inſigni facto, non natura
in leonibus mutat̄, ſed inſita à conditionis initio,
ſua parte p angelū a deo gubernat̄, Blandiciē ēm
& lenitatē, quas catulis ſuis leones oſtēdūt, in Da
nielē exercebāt: & ſæuitiā et ferocitatē quā in prę
dam faciūt, in deuoratis peccatoribus reddebāt.
Vnde certū eſt q̄ non cōtra naturę ſuæ terminos
ullā creaturā dominus aliquid facere, ſed natura-
rū partes qualitercūq; neceſſe habeť, aut in defen
ſionē in ſolatiū eorū quos protegit, aut in detrimē
tū eorū quos premit, gubernare diſponit. De la-
cu uero iterū & Abacuk trāslato in Belis & dra- D
conis fabula, idcirco in hoc ordine nō ponit̄, q̄d
in autoritate diuinę ſcripturę nō habent̄. Inter
ea captiuitatis tēpore cōpleto, quod dominus p
pphetas implendū eſſe prędixerat, reuerſionē po
puli ſui & captiuitatis ſolutionem, per Cyri regis
clementiā preparabat. Quo tēpore Eſdras dei ſa-
cerdos cōbuſtam à Chaldæis in archiuis tēpli re-
ſtituit legē. Nempe qui eodē ſpiritu quo ante ſcri
pta fuerat, plenus fuit. Sanctæ ſcripturę ueteris
teſtamēti, legis ſcilicet & pphetarū mirabiliū or-
dinē in duob. his libellis hiſtorica expoſitione ſum
matim poſui. Quibus ſi quid alicuius forte melio
ris ingenij ſagax inueſtigatio addiderit, adhuc nō
me recuſo diſcipulum fieri. Præcipua uero bella

De Eſdra legē inuenāte. Ca. XXXIII

De bellis præcipuis quæ dominī auxilio peracta ſunt XXXIIII

tantū auxilio dñi pacta quę textui diuinę ſcriptu-
rę inſerta ſunt in his idcirco omiſimus, quoniā &
ſi ppter de cœlo auxiliū admiratiōe digna ſunt, et
figurali ratiōe cōtineāt multa myſteria, tamē in re
rū geſtarū intellectib. nihil relinquūt incerti. Sci-
mus q̄ Amalech orante Moyſe, Ieſus filius Nun
ſuperabat, & Seon regē Amorręorū, & Og regē
Baſan, procerę altitudinis uiros populus Iſrael in
terficiebat. Balach filiū Sephor regē Madian, cū
Balaā illo pręcipuo aſtrologo, Phinees filius Elea
ſar cū exercitu occidit. Et Ieſus Bennon unum et
triginta reges Chananitidis, multis conflictibus
pſtrauit. Gedeō filius Ioas in trecentis uiris innu
mera Madianitarū milia p tubas & lucernas occi
dit. Iepte Galaadites populū de gentiū poteſtate
belli iure liberauit. Sampſon ille fortiſſimus He-
bræorū, leonē ſibi occurrentē nihil habēti in ma-
nibus, cōfregit. De cuius poſtea ore & capite fa-
uū mellis accepit & comedit, trecētasq; uulpes ca
piens igneq; ſuccēſas in Philiſtinorū ſegetes dimi
ſit. De quib. ille mille uiros impetu uno aſini man
dibula ſolus interfecit et mortificauit: & undiq; ſe
dētib. circa ciuitatē in qua dormitauerat Philiſtæ
is, ambas portę fores cū oſtijs & ſupliminarib. &
ferreis uectib. cōprehēdens, in uertice mōtis qui
reſpicit Berſabee dereliquit. Tribū quoq; Benia-
min, ppter cōmiſſum piaculū totā, exceptis ſexcē
tis uiris, oīs filij Iſrael populus poſt tria bella de-
leuit. Ionatas filius Saul et armiger ſuus ſtationē
Philiſtinorū pcuſit. Dauid filius Ieſſe adhuc pu-
er et paſtor ouiū, urſi & leonis interfecti prędā de
ore eripuit, Goliath Philiſtęū de fundibula lapide
proſtrauit, Qui poſtea patiētię uirtute Saul bis de
prehenſo inimico ſuo pepcit, Et rex poſtmodū fa
ctus, trib. grauiſſimis prelijs, pſtrata Philiſtinorū
agmina tributaria fecit. Dauid ſol⁹ octingētos in-
terfecit impetu uno. Abiſai fili⁹ Saruię leuauit ha-
ſtam ſuā cōtra trecētos, et interfecit eos. Tres ro-
buſtiſſimi ruperunt agmina Philiſtinorū, ut potū
darēt regi Dauid de ciſterna Bethleē, quæ in me-
dio hoſtiū erat. Banaias filius Ioiadę interfecit du
os leones in Moab, et leonē in ciſterna in dieb. ni
uis. Ipſe quoq; uirgā tenēs manu, Aegyptū ſpecta
culo dignū haſtā habentē occidit. Bellū quoq; ro
buſtorū in Gabaā exercitui Dauid ceſſit in, pſpe
rū. Præter hæc maxima regis Dauid aduerſus in
circuitu regiōes bella, pſpere dei auxilio fauente,
ſeu p ſemetipſum ſeu p exercitū ſæpe pacta ſunt.
Beliū uero ciuile in ſaltu Efraim in ipſo Iſrael: in
teſtimoniū Dauid reſtituit in regnū Samariæ re-
gnū. Cōtra Syros et reges Damaſci, nūc huc, nūc
illuc alterno prouectu uergentia certamina multa
fuerūt. Hęc oīa propter de cœlo auxilia mirabi
liter geſta, prouenerūt. Sed illi opi noſtro cōueni
ens additamētū cōferre nō poſſunt, quoniā nihil
in quotidianā rerū adminiſtratione inuſitatū oſtē
dunt, dum p hominū et ipſorū etiā angelorū diſpē
ſatiōes & fortitudines effecta ſunt. In Machabęo
rū libris, etſi aliquid mirabiliū numero inſerendū
cōueniēs fuiſſe ordini inueniat̄, de hoc tamē nul-
la cura fatigabimur: qa tantū agere, pposuimus,
ut

ut de diuini canonis mirabilibus exiguā, quāuis
ingenioli noſtri modulū excedentē hiſtoricā ex- A
poſitionē ex parte aliqua tāgeremus. Ideo & præ
ſens libellus in hoc loco finē ſuum cōtingat, ut ter
tius de nouo teſtamēto ab Euangelij initio Ioan-
ne uidelicet & domino primordiū ſumat.

DE MIRABILIBVS SACRÆ
ſcripturæ Liber tertius

Natiuitas Ioā. Cap. I

CTAVIANI Auguſti Cęſaris qua
drageſimoprimo anno, Zacharias
O ſacerdos de uice Abia, cum in ordi-
ne ſuo holocauſtū in tēplo offerebat,
angelus Gabriel unus de illorū nu-
mero qui ſtant in cōſpectu domini, celeri nūcio
ipſi reſpōſa deferebat: quibus ſubnectēs, Vxor,
inquit, tua hucuſq; ſterilis Elizabeth grādæua ſa- B
tis cōcipiet filiū, quem Ioannē nomine, altiſſimi
Prophetā & prācurſorē tibi pariet. Sed incredu-
la mēte ſacerdos, parū his dictis animo fidem ac-
cōmodans, quomodo reſpondit hoc fieri poterit,
cū ego ſim ſatis ſenex, et uxor mea iſto officio in
iuuentute priuata, in dieb. ſuis prouecta ætate, p-
ceſſit. Attamen angelus iſta nequaquam excuſa-
tione depulſus, nō cauſa inuidiæ uel perfidię illa-
tum munus retraxit, ſed quo à domino quod dice
bat̄, implerēt̄, cōueniētiori ſuæ uindictæ ſubiectū
mutum ſacerdotē dereliquit: donec naſcēte poſt-
modum puero, ligatæ linguæ uinculū ſolutū eſt, C
cui nomen filij ſcribere tentans, Ioannes dixit eſt
nomen eius. Cōueniente autē diſpēſatione factū
eſt, ut Ioannes qui poſtea hominib. uictu & ueſti-
tu & loco exēpla pœnitētiæ præberet, & pœnitē
tiam prædicans, etiā conceptionis eius tēpore pa
ter pœnitētiæ modū ſibi ab angelo impoſitum do
nec ille naſcerēt̄, ſuſtineret. Aliter quoq; congrue
hoc ſignū euenerat, uti dū qui regnū cœlorū pre-
dicaret naſciturus cōcipēt̄, antiquæ legis et, pphe
tarū prædicator ſacerdos ſilentio damnaret̄: quo
Matth. 11 niam lex & ,pphetæ uſq; ad Ioannē fuerūt, ex eo
autē regnū dei euāgelizat̄. Qui conceptus adhuc
in matris utero manēs priuſq; naſceret̄, cum Ma-
riæ matris domini introitū in domum ubi fuerat
ſenſit, ſpiritali famine per os matris de naſcituro
ex ea Chriſto domino, pphetauit. Dum ēm Moy
ſi ſpirit⁹ in ſeptuagintaduos cōſiliarios diſtribui- D
Natiuitas Chriſti II tur, quid mirū ſi pueri adhuc in utero manētis ſpi
ritus per matrē loquerēt̄? Interea nūcius ad ſpō
ſam Ioſeph Mariam uirginē de ſtirpe Dauid talia
dicta detulit, cui ſine uiri cognitione parturire fili
um ſpirituſſancti munere prædixit. Hic inquiens
natus quē omniū ſpōdent oracula, pphetarū, ma
gnus erit in cōſpectu domini, & in æternū ore cū
ctorū credentiū filius uocabit̄ altiſſimi. Huic ēm
præcepto munere patris ſui Dauid ſedē donauit,
& regni domus Iacob abſq; fine imperiū ſine ſuc-
cedente hęrede in ſempiternū tenebit. Quib. uer-
bis auditis, orās uirgo accōmodata fide, ſine ullo
incredulitatis aut inobediētiæ obiectu conſenſit.
Sed mentē Ioſeph, coniugis tumentē uterum ui-
dentis, quā ipſe nūquam cognouerat, iſta res ſo-
licitam reddidit. Quē quidem ne hac cogitatio- A
ne fatigaret̄, idem angelus de concepto puero &
naſcituro, & accipiēda uirgine cōmonuit. Quæ
uirgo poſtmodū inſtāte tēpore filiū quē ſine uiri
ſemine, et carnalis oblectamento uoluptatis cōce
pit, ſine damno ſuæ uirginitatis peperit. In qua re
quāuis pręter cunctorū hominū cōceptionis con
ſuetudinē abſq; uiri ſemine factū opus oſtēditur,
non tamē extra naturā de muliebri utero ſumpta
ſubſtantia carnis naſcebat̄. Ex natura naturaliter
naturam ſuſcepit, qui cooperāte ſpiritu ſancto ex
materna quāuis ſola carne ueram carnis ſubſtan
tiam humanæ, exceptis uitiorū paſsionibus inte
gram contulit. Quam rem ne ſine exēplo naturæ
alicuius, uelut nouā in dei creaturis, dimittamus,
multa animantia abſq; parentum coitu progigni
cōprobam⁹. Qualiter apes ſine patribus, ſotu ma
terni corporis tantūmodo creſcūt, & omnia illiuſ
modi uolatilia, fœtus ſuos taliter concipiunt. Sed
& multæ aues abſq; marib. oua gignere poſſunt.
Et talē cōceptū in multis generibus eſſe phyſiolo
gi aiūt. In ſola quoq; carne ſine patre uermis naſci
tur, cui ſe dominus hac de cauſa ſimilē dicere per
Prophetā nō dedignat̄. Quod ergo in multis re
bus cōſueto more dominus operat̄, quid naturæ
contrariū dicendū eſt, ſi quando ipſe uoluit, ut in
uirginali utero ſpirituſſancti diſpenſatione filius
ſine uiri coitu naſcerēt̄? Quo naſcēte in Beth- Paſtores III
leem ciuitate Dauid, paſtores cuſtodiæ gregū de-
ſtinati, ab angelis imbuunt̄, q̄ rex cœli in terra cū
hominibus ex homine carnē naſcendi lege aſſu-
mere tūc dignarēt̄. Et deinde cū hoc nuncio con-
uenięs audiētibus paſtorib. carmen cōcinunt, ad
cœlū rurſum cōſcendentes angeli redeunt. Et in
hoc conueniēs ab angelis peracius ordo cōſpici-
tur, ut prius paſtoribus natus agnus, & gregibus
paſtor nunciarēt̄. In his duobus pueris Ieſu & Io-
anne, prācurſore & domino, nō ſine hiſtorica ra-
tione natiuitatis ordo intendit̄, q̄ de anu unus, al
ter de uirgine puella generat̄. Chriſti enim domi
ni precurſor per omnia Ioānes idcirco de uetula
matre debuit naſci, dū ipſe ueteris legis finis qua
ſi nouiſſimus filius fuit. Chriſtus uero de puella
uirgine corpus aſſumpſit. Ipſe eſt enim noui teſta
menti principiū, filiorūq; qui ex noua lege naſce-
rent̄, exordiū extitit. Igitur quadrageſimoſecūdo
anno Octauiani Auguſti Cęſaris, tēporibus He- D
rodis regis Iudæorū, ablata ex Iudæis omni do-
minādi poteſtate, in oppido Iudææ Bethleem de
Dauid ſtirpe ex uirgine Maria Ieſus Chriſtus do
minus naſcitur. Quod competenter euenerat, ut
cū regum & pontificū ex Iacob ſtirpe deſcenden
tium ſucceſsio cōſumpta fuerat, qui inæternum
rex eſt & pontifex nunc naſceretur. Naſcente Stella magorū Cap. III
ergo illo puero, quē Iſraelitarū & gentiū prophe-
tæ utriuſq; populi Saluatorē fore prędixerāt, Ma
gi de terra Euilath ducti ſtella, ad eum cū muneri
bus lōgo admodū itinere uenerant. Qui oblatis
muneribus & adorato per tempus puero reuerſi
ſunt, nō eadem tamē uia qua uenerūt, ſed per aliā
ad patriæ loca remeare moniti diuino famine cu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rabãt. De hac autẽ ſtella, ꝙ ãb Hieruſalẽ pergẽtibus Magís uſq; ad Bethleẽ dux itineris fuit, Euãgeliſ dicta exponũt. Cæterũ uero qui de terra ſua uſq; Hieruſalẽ hanc ducẽ ſui itineris habuiſſe Magos exiſtimãt, ex Euãgelica autoritate firmare nõ poſſunt: quoniã Magi in terra ſua cũ eſſent, excelentẽ ſyderib. ſtellã uidentes, dei eſſe & regis, qui iuxta ꝓphetias tam ipſorũ ꝙ eccleſiaſticas ex Iſrael nãſceret, ſeu ex ꝓpria eorũ ſciẽtia, ſeu angelica admonitione intelligẽtes, ad terrã Iſrael uenerũt, & ad Hieroſolymã, ubi totius ꝓuincię princi patus fuerat ueniẽtes, de rege nato & pariter deo perquirũt. Vnde inuẽtis Iſraelitarũ oraculis uatũ de eodẽ nato ubi naſcẽdi locũ acciperet, monẽte ſubdolo ſermone rege, alacres pergunt. Egreſsiq; urbẽ, mox ducẽ itineris ad Chriſtũ ſtellam ſequẽtes deueniũt. De iſta uero ſtella dubitat, utrũ ſtella ſimplex, an angelus, an ſpirituſſanctus accipiatur. Et ſi catholico ſenſui nihil repugnat, cũ de ſingulis diſputatũ fuerit, arbitris maioríb. eligẽdi liberã uoluntatẽ ingenioli noſtri mẽſura cõcedet. Si enim ſimpliciter ſtellã accipiendã eſſe quis maluerit, à cæteris ſtellis in hoc ducatu quomodo deuiauit? Quarũ ab initio cõdita in firmamẽto cœli cõſtituta fuiſſe dignoſcit, ſicut libri Geneſeos autoritate manifeſtat. Si ergo in firmamẽto cœli maneret, inter Bethleẽ & Hieruſalem dux fieri ambulantib. qualiter poſſet? Et ſi per aera ſagittę more, quãuis paulo lentiore curſu propter ſequẽtes peruolaret, aſſuetũ in firmamẽto locũ & curſum interim deſereret. Quod nec maioribus quidẽ luminaribus accidiſſe ſcripturæ deſcribũt, cũ in ſignis aut ſteterũt, aut reuerſa ſunt: niſi forte aereus ille ignis qui tale miniſteriũ accepit, ꝓpter ſimilitudinẽ, ſicut in multis diximus, ſtellæ uocabulum accepit. Aut ſi angelus habitu ſtellæ hoc miniſteriũ fecit, quod nõ repugnat, dum ſe angeli quãdo ſe hominib. oſtẽdunt, in multos trãsformãt habitus. Quomodo & Moyſi in Oreb de rubo angelus ignita facie loquebat, & uelut miles armatus Ioſue filio Nun, extra caſtra Galgalis oſtendit. Sicut currũ & equos igneos aſcẽſiõe Heliæ angeli funguntur. Et quãdo Heliſæus pueri ſui oculos aperuit, in eiſdẽ habitudinib. angeli manifeſtant. In forma hoſpitũ Abrahæ & Loth cõſpectib. ſe præbuerũt: & Manue et uxor eius prophetali habitu loquentẽ ad eos angelũ uiderũt. Nimirũ & iſta uice angelus dux Magorũ efficit, qui aſtrologis in ſtellæ ſimilitudinẽ & clariſsimi ſyderis fulgorem transformat. Licet eñ ꝓ imaginẽ rerũ, quæ Ioãni in Apocalypſi ſua ꝓuiſionẽ dicunt, huic tamẽ intellectui nõ cõtra facit, Stellę ſeptẽ eccleſiarũ ſeptem angeli ſunt, Vnde quãuis in ſpiritu, dũ tamẽ ſtellæ angeli dicunt, quid repugnat, ſi etiã in hoc loco ſtella angelus dictus eſſe ſentiat? Vel certe ſi neq; angelus neq; ſtella firmamẽti, neq; alius quiſpiam ignis hæc ſtella fuiſſe dignoſcit, ſpiritus ergo ſanctus hæc ſtella fieri cõcedat. Qui ſicut poſt modũ corporali ſpecie colũbę deſcẽdit ſup Ieſum dominũ in Iordane, ſic gentes adoratrices, ſtellæ ſpecie duxit ad cunabula domini naſcẽtis in carne. De quo ſpiritu per parabolã Balaã aſtrologus loquebat: Oriet ſtella ex Iacob, rutilũ ſcilicet lumen ſpiritalis gratiæ Chriſti, qua nox infidelitatis gentiũ illuminat. Sicut ergo in igne ſup Apoſtolos poſtea in cœnaculo Sion deſcẽdit, ita in ſpecie ſtellæ magos ad dominũ ſpirituſſanctus deduxit. Hic igit puer ſciẽtia præibat ætatẽ, donec triceſimũ annũ agẽs ad Iordanẽ uenit, & ab Ioãne, de quo ſupra diximus, Zachariæ filio, qui tũc populũ in eum crediturũ qui uẽturus erat baptizabat, & ipſe baptiſmũ ab agnoſcẽte ſuſcepit, & confitendũ unda Iordanis lauabat. In ſpecie colũbę ſpirituſſanctus ſuper eũ deſcendit, & patrẽ de cœlis loquentẽ de ſe audiuit: Hic eſt filius meꝰ dilectus, in quo ſibi anima mea bene cõplacuit. Cũ his ſignis cœlũ apertũ uidit, & ita baptizatus de fluminis lauacro aſcendit. Ad baptiſmũ uero deſcendit dominus Ieſus, nõ ꝙ baptiſmi ſacramẽto & lauacro egeret, qui ꝓpriũ aut originalis peccati nullam culpã haberet, ſed ut aquas quas quãuis in delicto Adę deus nõ maledixerat, terrę qua cõtinebant maledictiõe infectas purgaret. Et ne qs quã baptiſmi ſacramentũ negligeret, dũ qui ſine peccato fuerat, baptiſmi aquas iniuit. Et ne quiſq; ab inferiori baptizari paruipẽderet, dũ deus dominus à ſeruo ſuo mergi undis baptiſmi appeteret. Et quatenus adhuc à diabolo ſe donec tẽtatio pficeret, occultaret, qui illũ uelut lauacro indigẽtem, ut inter pollutos peccamínib. abluí aquis cõſpiceret. Spiritũ uero ſanctũ ſuper ſe in baptiſmo deſcẽdentẽ uidit, et uocẽ patris de cœlo ſe cõfitẽtẽ filiũ ſuũ audiuit, et cœlũ corã ſe aptũ cõſpexit. Nõ ꝙ ante baptiſmũ ſuũ hęc oĩa dei filius nõ haberet, ſed ut baptiſmi ſacramẽtũ quid ualeat, oſtẽderet. Nõ eñ tũc ſpiritũ ille cœpit accipe, qui eandẽ cũ ſpirituſancto ſubſtantiã habẽre credit. Nec tũc illũ pater filiũ ſuũ primitus ꝓfeſſus eſt eſſe cui dixit: Ex utero ante Luciferũ genui te: ante uideli cet omnẽ angelicã creaturã, quę Luciferi appellationẽ p ſcripturas ſępe tenet. Neq; tũc illi apiri cœperat thalamus cœlorũ, qui ait: Cœlũ mihi ſedes, terra autẽ ſcabellũ pedũ meorũ. Sed idcirco hæc oĩa ſancta trinitas in baptiſmo dñi cõgeſsit, ut ſciret unuſq; ſq;, quid muneris in ſacri baptiſmatis myſterio ſuſcepit. Tũc eñ ſpiritũ ſanctũ quiſq; peccatorũ ſordib. ablutꝰ accipit, & à deo patre ꝓfiteri filius adoptiõis gratia incipit, & tũc ſibi regni cœlorũ ianuã aperiri, & ciuẽ ſe cœleſtis patriæ angelorũ ſanctorũ cõſors intelligit. Quãuis uero corporali ſpecie ſpirituſſanctus ſup dominũ deſcẽdere dicit, nõ tamẽ de auib. ſumpſiſſe columbã, ſed ex aere minime dubitat. Nequaquã enim ex auibus ſpiritũſanctũ neceſſe fuit corpꝰ aſſumere, dũ aues ſibi cõnexę ſtatutã in nullo trãſgreſſę ſunt legem naturæ: ſed ſi in aliquo trãſgrederent, in hoc tanti meriti trãſgredi nõ haberẽt, utpote nec eterna, nec ratiõabili creatura, ut à ſpiritu aſſumptione carnis à delicti uindicta ſoluerent. Sed ꝙ filij ꝓſona corpore carnis humanę induebat, conueniens erat ut ſpirituſſancti ꝓſona per corporalẽ ſpeciem ſup eũ deſcẽderet, & uox patris corporalis de

Num. 24

Act. 2

Baptizatur Chriſtus. V

Matth. 3

Pſal. 109

Eſa. 66

de nube per aerẽ corporis auribus audiret. Præterea quoq; idcirco in nube & columbæ imagine pater & ſpirituſſanctus ad baptiſmũ ueniũt, quoniã aquaticæ naturæ res illæ aliquid haberẽt. Dũ eñ in terra filius ad baptiſmi myſteriũ aquę creaturã elegiſſet, neceſſe fuit ut & pater per aquaticã nubem intonaret, & ſpirituſſanctus illud corpus quod de aqua in principio factũ eſt, ex illa nube acceptũ ſimularet, ut ſic tota trinitas eandẽ uolũtatẽ ſicut haberet oſtenderet. Cũ ergo de aqua dñs Ieſus baptizatus, cõfeſtim aſcendit, ut diabolo daret occaſionẽ tentãdi auía deſerti petiuit, ubi & xl dies, & totidẽ noctes nullo humani paſtus ſuffragio fultus ieiunauit. Ibiq; per tria tentatus, in quibus primus homo ſeductus eſt, tentantem ſatanã tribus reſpõſioníb. uicit. In diaboli tribus propoſitioníb. tota iniquitas: in Chriſti uero tribus reſpõſionibus, quibus diabolus repugnatur, tota iuſtitia fuit. Cũ inimicus dãnatur & uincit, & humano generi libertas & redẽptio pręparat. In hoc nanq; ſatanas dum ſe ſupra autorẽ eleuare uoluit, qui ſub eo illuc uſq; fuerat, id eſt homo, ꝓ domini uictoris auxiliũ ultra ipſum excreuit. Et dum illũ qui ab omni impedimẽto liber fuerat aligare tentabat, interim uinctus ille quẽ ipſe tenebat in carcere, quibus tenebat uincula deponit. Et dũ cõtra ſe fortiorẽ pugnare nitit, interim ipſe qui erat infirmior aduerſus eũ roborat. Etenim qui hucuſq; de cœlo tantũ in terrã eiectus fuerat, terrore etiã de terra ad inferna eũ migrare dominus iubebat. Quadraginta dierũ inediã domini incarnatio ſuſtinere ſine uitæ periculo poterat, quoniã ſermo dominicus qui Moyſen per aera xl dieb. bis renouauerat, hic Chriſti artus & neruos intus irrigabat. Quare igitur cõſummatis xl diebus & xl noctibus eſurire dñs Ieſus deſcribit, cũ Moyſes & Helias tanti tẽporis ſpatio per ieiuniũ famẽ pati nõ memorãtur: famẽ uero & laborem redemptor noſter cõſummato tãto dierũ numero ſuſtinet, quatenus & tẽtatori occaſionẽ tendi inferret, & noſceretur ꝙ uerã humanæ carnis ſubſtantiã geſtaret. Vnde nec extra humanũ opus & in hoc ieiunio aliquid egit noui, dũ tẽporis quod prius homines ieiunauerũt, ſpatium nõ exceſsit. Deuicto ergo aduerſario & xl. dierũ perfecto ieiunio, per Iudæã & Galilæã Iſraeliticũ populũ ad uiam ſalutis uocabat, & xĩj. primarios ſibi milites ex omnib. ſpeciali electionis munere ſegregabat. Et quatinus de ſpiritualis & æternæ ſubſtantiæ, animarũ uidelicet ſanitate, faceret fida omniũ corda, etiã in ſeruí poteſtate uiſibiliter nulla reſiſtẽte uí lãguoris curata reddebat corpora. Vnde cum prædicãs Euãgeliũ regni dei, Galilæam circũiret, & promiſcuũ uulgus uaria egritudine preſſum cerneret, quoſdam quorũ preſentis defectio lucis lætitia priuabat, alios perfuſa per totius corporis ſuperficiẽ lepra fœdauerat, nonnullos pedũ fruſtratos habita forma, curauit. In paralytico autẽ à quatuor uiris portato, quatuor diuina opera cernũtur: Dum dimittũtur ei peccata, & præſentis ægritudinis plaga uerbo tũc ſolui tur, & cogitationíbus in ore dei omnia ſcrutantis reſpõdetur. Et in hoc uiro oſtẽditur quoſdã propter animę maculas dolore graſſari. Quomõ mutus loqui nõ poterat, cum uerbũ dei patris reſpõſa ab illo poſtularet? Qui in ore aſinæ facundiam repperit, quomõ humanã linguã q̃uis mutam ad uerba nõ ſolidaret? & cum iuſtitię lux quæ in mũdum uenit, appareret, qualiter cęcus nõ uideret? & qua poteſtate diabolus in homine ꝓmaneret, ad quem eiſciendũ quomodo illũ peccantẽ de cœlo expulerat, Chriſtus ueniret? In quinq; panib. & duobus piſcibus quinq; milia ſaturãtibus, continent miratione digna tria, ſcilicet materiæ paucitas, & populi ſaturati multitudo, & fragmentorũ copia. De ambulante domino ſuper undas. Dominus de terra diſcipulos petens, neceſſe habuit in undis ambulare. Cauſa huius Petri fides fuit, id eſt, ne ſi ſolus Chriſtus id egiſſet, ueritatẽ carnis dubiã relinqueret. Dum aũt Petrus filius uiri & mulieris hoc faceret, per imperãtis Chriſti auxiliũ, nullam de carne uirginis filij dubitationẽ admittit. Sed quæri poteſt, Vtrũ domini & Petri corporũ leuigata eſt natura, ut illa aqua ſuſtineret: an aquæ ſubſtãtia ſolidata eſt, ut corpora humana fulcire poſſet? Quãuis ergo utrũq; hoc fieret, nõ cõtra naturã domino pręcipiẽte eſſet, ſi aut aquã ſolidaret, aut humanã domini iuſsio carnẽ leuigaret, ubi militãtes in Scytharũ oris, ut antiq ferũt, & ſup equorũ auríb. proludãt: natandi arte quoq; imbuti, merſo medio in profunda uix ſubeunt. Hominib. ergo illud ualẽtibus, quid mirũ ſi domino imperãte caro leuigaret, præſertim cum reſurrectionis corpora intantum leuigabũtur, ut non ſolũ craſſa aqua, ſed etiã nubib. & aere ſuſtineant, ut Apoſtolus ait: Rapiemur ad occurrendum Chriſto in aera. Aliter ſi aquæ naturã ſolida tam eſſe quiſquã elegerit, quoniã aqua terrenam habet craſsitudinẽ, ut cum ſe gelu perſtrinxerit, in duriorem ꝙ terræ ipſius ſoliditatem rigeat, & multitudinẽ ſuſtinere ualeat, & poſtea calida aura reſoluat. Vel certe, ſi liquidas undas nõ ꝓſtrinxerit, natura quę aquis inſerta eſt, ligna q̃uis grãdia, & humana, & cæterorũ animaliũ corpora, & naues liburnicas ſupernatantes ſuſtinere conſuescit. Illa ſoliditas domino imperãte facta, nec mirum ſi etiã Petrũ diffidentẽ nõ ſuſtinet, cũ infideles dño uolẽte, etiã terra nõ ſuſtẽtabat, ut Dathan et Abiron. In naturali rerũ adminiſtratione binæ rationes deprehenduntur. Deinde inferior ratio quotidiana rerũ adminiſtratio intelligitur, ut de aqua in animalib. ſanguis fit. & unda falſa per nubes aut terrę infuſionẽ dulceſcit. Et ratio ſuperior inuſitata gubernatio ſit, quæ in miraculis rerũ dignoſcit, ut in ſanguinẽ aquam in Aegypto in momento, & intincto ligno in dulcedinẽ deus cõmutauit. Quapropter & panem de paruo ſemine iuxta inferiorẽ rationẽ in magnã ſegetem per longi temporis adminiſtrationem innumerabilium hominum paſtum procreat, quem ſecundũ ſuperiorem rationem de materia modica in momento per benedictionẽ multiplicat. Sic & piſces per

Ambulatio ſuper aquas. Cap. VIII

1. Theſſ. 4

Paſcitur turba quinq; panibus. IX

primã benedictionẽ multiplicat,quãdo dictũ est, Crescite & multiplicamini;& replete aquas maris. Quorum nunc carnes per superioris rationis causam,ad turbarũ saturitatẽ prẽsenti benedictione multiplicantur. De uisione domini in mõte cum Moyse & Helia colloquẽtibus. Licet in hac ostensione domini facies solari splẽdore fulserit, nõ tamẽ ipsa caro splẽduit,sed diuinitas latens in corpore,luminis sui portiunculã cõspiciendã foris uidẽtib. quantũ poterãt, cõcesserit. Vnde ergo uestimẽta candorẽ niuis habuerunt, dum nec; de carne,nec; de diuinitate erãt? Nisi forte ut per carnem diuinitas foris illuxit,sic & caro illuminata de diuinitate, per uestimẽta radiauit. Moyses aũt & Helias specialiter ad talem ostensionẽ,uelut legis & prophetiæ principes, ad finẽ conducũtur. Vel ideo ut Moysi cornuta facies,in quã nõ poterãt filij Israel intẽdere, & Helias curru igneo raptus,cõparato Christo obscurarẽtur. Et tamẽ isti xl. diebus ieiunasse scripturæ uocib. memoranẽ. De Iesu tantũ domino his præsentibus, patris se illis ꝓnunciantis testimoniũ. Sed dum Helias manens in corpore uel ad talem conductionẽ uenerat, quid de Moyse dicendũ est? utrum in corpore iterũ ad hanc ostẽsionem aderat: an ex aere simulatũ,sicut Samuel uisus est,habitum fingebat: & si suo corpore uenit indutus,si hac uice resurrectionẽ suam quæ cæteris nõ nisi in nouissimo est futura, cõpleuit? De qua quæstione autores una eademq; sentẽtia prolata non differẽter dicunt,ꝙ dum dominus cũ tribus discipulis suis & Helia, non cũ imaginatis sed ueris corporib. cõuenisse nõ dubitãtur,& ipse Moyses in suo uero corpore de sepulchro resumpto uidetur. Sed dominus Iesus primogenitus mortuorum recte creditur. Moysi iterum post hãc uisionẽ corpus sepulturæ cõmendatur, ut ipsum in nouissimo die quando resurgent mortui assumere possit. Immobili ergo uoluntate deus uniuersorũ uitas certo fini & termino præordinauit: quorundã igitur uita non ut moriantur, morte interfici uidet,sed ut per hoc qui resuscitant clariores utpote deo cum hominibus etiã habeãtur. Vnde de ipso Lazaro discipulis à domino dicit, Hæc infirmitas nõ est ad mortem,sed ut filius hominis per eã clarificet. Quarto die resuscitatur, quod non spatiũ uitæ eius posuit,sed quod sine mutatione dominus disposuit facere,sæpe retrahere simulat, ut partũ uxoribus Abrahã & Isaac distulit ut gratius foret. Et dominus occasiones præstat, ut quod ipse alicui donare cupit,indulgere rogetur, Si etenim ea quę non disposuit aliquis sanctorũ rogauerit, nullo modo fieri permittit, ut ꝙ Moyses terrã repromissionis ingrederetur, & Paulus ut ab eo angelus satanæ recederet, & petẽtes non impetrauerunt. De omnibus ergo generaliter mortuis tale quid sentit, ꝙ de prima uice moriuntur, ut per illos digni clarificentur. In his enim octo mortuis quos diuina scriptura ueteris & noui Testamẽti resuscitatos cõmemorat,hoc considerandũ est,ꝙ de eorũ primo,id est, filio uiduę, quem Helias resuscitauerat ita refertur: Reuertatur obsecro anima pueri. De nouissimo,id est, de Eutycho in Actibus apostolorũ: Et sublatus repertus est mortuus. Ad quem cum descẽdisset Paulus,incubuit super eũ, & cõplexus dixit, Nolite turbari, anima enim eius in eo est. Caute utrunq; intelligendũ est, ꝙ uiduæ filius mortuus est,atq; anima eius reuerti à Prophe ta postulatur: alter uero mortuus est, & in eo eius esse animã Paulus dixit. In utroq; nanq; scriptura uera est,quia mẽtiri non potest. Sed qua ratione percipi potest, ubi in mẽbris occultari corporis posset mortui anima? Nisi forte anima quę incorporalis est, corpori inesse occulte creditur. Sed quidam intelligendi laborẽ uitantes,dicunt de Eutycho,ꝙ emittẽs animã ita mortuus est, ut post modicũ interuallum anima reuertente Paulũ dixisse putent, Anima illius in eo est. Sed tamen scriptura tacet,si egressa est aut reuersa anima. Cęteri uero sex mortui, quibus nec egressæ animæ,nec reuersę nunciãtur, sine ulla hic ambiguitate prẽstat quòd mortui sint, & diuina operatione resuscitati sint. Solis defectio iuxta carnẽ non ut solet quando luna accẽditur facta erat: sed in plena luna,scilicet quintadecima die mẽlis, ne casu putaretur fuisse,quod euenerat: & tantũ lucẽ solis media die tenebræ obscurauerũt, ut per tres illas horas defectionis stellæ in cœlo uisæ sint. De corporibus sanctorũ ueniẽtibus de monumẽtis suis post resurrectionẽ domini: sed rursum in monumenta quomodo & de Moyse memini redintrarunt,ubi resurrectionẽ omnium nouissimã expectant, ut Apostolus ait: Hi omẽs testimonio fidei probati inuẽti sunt, nõ acceperũt repromissionẽ à deo ꝓ nobis melius aliud prouidẽte, uti ne sine nobis cõsummarẽtur. Si igitur isti & Moyses bis resurgere in hac ostensione, utiq; & in nouissima cunctorũ resurrectiõe, credẽdi sunt? Sed hoc abit à catholica fide,ut semel morientem bis credat qs resurgere. Nisi forte bis mori Moysen & istos aliquis dicat: sed nusquã de his scribit qui sic apparuerũt,resurrexisse: sed aut uiuere aut apparuisse,uel de sepulchris exisse. Nomen aũt resurrectionis in ijs qui post mortẽ in uita hac conuersati sunt,aut in domini, aut in futura omniũ, resurrectione ponit. Talis aũt apparitio istorũ, nec ad uitam humanã,nec; ad resurrectionẽ futuram pertinet,sed ad cõsummationẽ dominicę resurrectionis, & ad credulitatẽ resurrectionis animarũ ex inferis, talis apparitio animos mouet. sicut in resuscitatis mortuis similitudo tantũ, nõ mors cõtinua fieri cernit,Ita & in his similitudo resurrectionis, nõ ipsa resurrectio ostẽdebat. De cõtinua em morte nullus ad uitam indeciduã, nisi dns usq; ad nouissimũ die reuertit,& à uera resurrectiõe nunquã in mortẽ iterũ aliquis retrudetur. De cibo domini post resurrectionẽ. hunc aũt carnalẽ cibũ qualiter resurrectiõis caro susceperit,docti requirũt,dũ resurrectura corpora spiritalia esse cũctis fideles sciũt,ut dicitur: Resurget corpus spiritale. Quapropter resurgẽt corpora nõ gustatura,sano sensu creditur possibilitatẽ edendi cibos, si necesse foret

Transfiguratio. Cap. X

3. Reg. 17

Act. 20

Cap. XII

Sepulchra apertа. XIII

Heb. 11

De cibo domini post resurrectionem. Cap. XIIII

De Lazaro & cæteris resuscitatis mortuis. Cap. XI

Ioan. 11

foret,habitura. Hæc dei exẽpla minime denegãt, ut angeli iuxta ilicẽ Mambre. Sed hoc nõ ut nos ruminatos cibos stomacho & intestinis cõferũt, sed statim ut accepta uelut uidentur deglutent,in spiritalẽ naturã, nõ ex parte,sed tota trãsformãt.

Conueniẽtia de spiritusancto in colũba super Christum, & in igne super Apostolos perscripta sunt: & quãdo diximus de diuisione linguarũ & de uirtutibus Apostolorũ post acceptũ spiritũ in excusatione eleemosynæ & paupertatis professione, quando Petrus paralytico dixit, Surge & ambula,magistri præceptũ seruãs: Nolite habere aurũ,nec; argentum, dum soli deo seruiẽs de iniquo mammona expeditus fuerat, uerbi imperio morbo ligatũ cito soluebat. Ecce quãta est Apostolica uirtus in Christo,sanum Ananiã dum Petrus arguit per sermonis tantũ imperiũ, morte ligauit,& Tabitham mortis uinculo ligatã,eadem imperij potestate dissoluit. Ideoq; prius Ananias & Saphira in cõspectu Ecclesię cito mortui sunt, ut Apostolica autoritas quanta esset ostenderetur,& quàm magnum peccatum esset,quod oblatum est iterum ab Ecclesia retrahere,monstrarẽtur,& cæteri exemplo huius castigarentur.

Virtus Petri. Cap. XVI

Act. 9

Matth. 10

D. AVRELII AVGVSTINI
LIBER DE AGONE CHRISTIANO.

B

Corona certãtibus datur. Caput I

ORONA uictoriæ nõ promittit nisi certãtibus. In diuinis aũt scripturis assidue inuenimus ꝓmitti nobis coronã si uicerim⁹. Sed ne lõgũ sit multa cõmemorare, apud Apostolũ Paulũ manifestissime legit: Opus perfeci, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui, iã superest mihi corona iustitiæ. Debemus ergo cognoscere quis sit ille aduersari⁹, quẽ si uicerimus coronabimur. Ipse est enim quẽ dns noster prior uicit,ut etiã nos in illo permanentes uincamus per ipsum. Et dei quidẽ uirtus atq; sapiẽtia, & uerbum per quod facta sunt omnia, qui filius dei unicus est, super omnem creaturã semper incommutabilis manet. Et quoniã sub illo est etiã creatura quæ nõ peccauit, quanto magis sub illo est omnis creatura peccatrix? Ergo quoniã sub illo sunt omẽs sancti angeli,multo magis sub illo sunt omẽs prẽuaricatores angeli,quorũ diabolus princeps est. Sed qa naturã nostrã deceperat, dignatus est unigenitus dei filius ipsam naturã nostrã suscipere,ut de ipsa diabolus uinceretur,& quem semper ipse sub se habet,etiam sub nobis eum esse faceret: ipsum signi ficat dicens: Princeps huius mundi missus est foras. Non quia extra mundũ missus est quomodo quidam hæretici putant, sed foras ab animis eorum qui cohærẽt uerbo dei, & nõ diligunt mundũ,cuius ille princeps est,quia dominatur eis qui diligũt tẽporalia bona quæ hoc uisibili mũdo cõtinẽtur: nõ quia ipse dns est huius mũdi, sed princeps cupiditatũ earũ quibus cõcupiscitur omne quod trãsit,ut ei subiaceãt qui negligunt æternũ deũ, & diligũt instabilia & mutabilia. Radix em est omniũ malorũ cupiditas, Quã quidã appetentes à fide errauerũt, & inseruerũt se doloribus multis. Per hanc cupiditatẽ regnat in homine diabolus & cor eius tenet. Tales sunt omẽs qui diligũt istũ mundũ. Mittitur aũt diabolus foras, quando ex toto corde huic mũdo renunciat. Sic enim renunciat diabolo,qui princeps est huius mũdi, cũ renũciatur corruptelis & põpis & angelis eius. Ideoq; ipse dominus iã triũphantẽ naturã hominis portãs, Scitote,inquit, quia ego uici mundũ.

2. Tim. 4

Aduersarius noster

C

1. Tim. 6

Ioan. 12

Ioan. 16

D

Multi autẽ dicũt quomodo possumus uincere diabolum quẽ nõ uidemus? Sed habemus magistrum qui nobis demõstrare dignatus est,quomodo à nobis inuisibiles hostes uincãtur. De illo em dixit Apostolus, Exuens se carne principatus & potestates exemplauit fiducialiter triũphans eos in semetipso. Ibi ergo uincũtur inimicæ nobis inuisibiles potestates, ubi uincuntur inuisibiles cupiditates. Et ideo qui in nobisipsis uincimus temporaliũ rerum cupiditates, necesse est ut in nobisipsis uincamus & illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. Quando enim dictũ est diabolo, Terrã manducabis: dictum est peccatori, Terra es,& in terrã ibis. Datus est ergo in cibũ diabolo peccator. Non simus terra, si nolumus mãducari à serpente. Sicut enim quod mãducamus,in nostrum corpus cõuertimus, ut cibus ipse secundũ corpus hoc efficiatur quod nos sumus: sic malis moribus per nequitiã & superbiã & impietatem hoc efficitur quisq; quod diabolus est, id est similis eius: & subiicitur ei, sicut subiectum est nobis corpus nostrũ. Et hoc est quod dicitur, mãducari à serpente. Quisquis itaq; timet illum ignẽ, qui paratus est diabolo & angelis eius, det operã triumphare de illo in semetipso. Eos enim qui foris nos oppugnãt,intus uincimus, uincẽdo cõcupiscentias per quas nobis dominantur. Et quos inuenerint sui similes,secũ ad pœnas trahũt. Sic & Apostolus dicit, quòd in semetipso pugnet aduersus potestates exteriores. Ait enim: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ et sanguinẽ,sed aduersus principatus & potestates huius mundi, rectores harum tenebrarũ, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Cœlũ enim dicitur & iste aer, ubi uenti & nubes & procellæ & turbines fiunt, sicut etiã scriptura dicit in multis locis. Et intonuit de cœlo dominus: Et aues cœli & uolatilia cœli: cũ manifestũ sit aues in aere uolare. Et nos in cõsuetudine hũc aerem cœlũ appellamus: nã cũ de sereno uel nubilo quærimus, aliquãdo dicimus, Qualis est aer? aliquãdo, Quale est cœlũ? Hoc dixi, ne qs existimet ibi habitare mala dæmonia, ubi solẽ & lunã & stellas deus ordinauit: quę mala dæmonia ideo Apostolus appellat spiritalia, quia etiam mali

Eph. 6

Vocabulũ cęli. Cap. III

Locus dæmonum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mali angeli in scripturis spiritus appellatur. Ideo
autē rectores harum tenebrarū eos dicit, quoniā A
peccatores homines tenebras appellat, quib. isti
Eph.5 dominantur. Ideo & alio loco dicit: Fuistis enim
aliquādo tenebrę, nunc autē lux in domino: quia
ex peccatoribus iustificati erāt. Nō ergo arbitre-
mur in summo cœlo habitare diabolū cū angelis
Somnia Manichæorū. IIII suis, unde lapsum esse credimus. Sic enim erra
uerūt Manichæi, qui dicūt ante mūdi cōstitutio-
nem fuisse gentē tenebrarū, quæ cōtra deū rebel-
lauit, in quo bello credunt miseri omnipotētem
deū nō sibi aliter potuisse succurrere, nisi partem
suā contra eam gentē mitteret. Cuius gētis princi
pes, sicut illi dicūt, deuorauerūt partē dei, & tēpe
rati sunt ut posset mūdus de illis fabricari. Sic di-
cunt deū peruenisse ad uictoriā cum magnis cala
mitatibus & cruciatib. & miseriis mēbrorū suo- B
rum, quæ mēbra dicūt esse cōmixta tenebrosis ui
sceribus principū illorū, ut eos tēperarent & à fu-
rore compescerēt. Et non intelligunt tam sacrile-
gam esse suā sectam, ut credāt omnipotentē deum
non per creaturā quā fecerit, sed per ipsam natu-
ram suā bellasse cū tenebris, quod nephas est cre-
dere. Neq; hoc solū, sed etiā illos qui uicti sunt, fa-
ctos esse meliores, quia furor eorū cōpressus est:
dei autē naturā, quæ uicit, factam esse miserrimā.
Dicūt etiam eā per ipsam cōmixtionē perdidisse
intellectum & beatitudinē suā, & magnis errori-
bus & cladibus esse implicatā. Quā si aliquando
uel totā purgari dicerent, magnā tamen impieta
tem cōtra omnipotentē deum affirmarent, cuius
partē crederēt tanto tēpore in erroribus & pœ- C
nis esse iactatā sine aliquo peccati crimine. Nunc
uero infœlices audēt adhuc dicere, nec totā pos-
se purgari: & ipsam partē quæ purgari nō potue-
rit, proficere ad uinculū, ut inde inuoluat, & illi-
getur malitiæ sepulchro: & sic ibi semper sit pars
ipsa dei misera, quę nihil peccauit, & affligatur in
æternū carcere tenebrarū. Hoc illi dicunt, ut sim-
plices animas fallāt. Sed quis tam simplex est, ut
ista nō sentiat esse sacrilega, quibus affirmāt om-
nipotentē deū necessitate oppressum esse, ut par-
tem suā bonā & innocentē tantis cladib. obruen-
dam, & tāta immūditia inquinandā daret, & non
totā liberare posset: & quod liberare nō poterat,
ęternis uinculis colligaret? Quis ergo ista nō exe
creatur? Quis nō intelligat impia esse et nephāda? D
Sed illi quādo capiūt homines, non ista prius di-
cunt: quæ si dicerēt, riderētur aut fugarētur ab o-
mnibus. Sed eligunt capitula de scripturis, quæ
simplices homines nō intelligunt, & per illa deci
piūt animas imperitas, quærēdo unde sit malū. Si
cut in isto capitulo faciūt, quo ab Apostolo dictū
est, Rectores harū tenebrarū, & spiritalia nequi-
tiæ in cœlestibus. Quęrunt enim deceptores illi,
& interrogāt hominē scripturas diuinas nō intel
ligentē, unde sint in cœlo rectores tenebrarū, ut
cum respōdere nō potuerit, traducatur ab eis per
curiositatē: quia omnis anima indocta curiosa est.
Qui aut fidē catholicā bene didicit, & bonis mo-
ribus & uera pietate munitus est, q̄uis eorū hęre
sim nesciat, respōdet illis tamē. Nec enim decipi
potest, qui iam nouit quid pertineat ad Christia-
nam fidē, quæ catholica dicitur, per orbē terrarū
sparsam, & cōtra omes impios, & peccatores, ne
gligentes autē sui, domino gubernante securam.

Quoniā ergo dicebamus apostolū Paulum di- Illud spiritalia
xisse habere nos colluctationē aduersus rectores nequitiæ, quo-
harū tenebrarū, & spiritalia nequitiæ in cœlesti- modo accipiē-
bus: & probauimus etiā istum aerem terræ proxi dum. Cap. V
mum cœlū uocari, oportet credere aduersum dia
bolū & angelos eius nos dimicare, qui gaudent
perturbationib. nostris: nā & ipse Apostolus alio
loco diabolum principē potestatis aeris huius ap Ephes.2
pellat. Quātuis ille locus, ubi ait: Spiritalia nequi-
tię in cœlestibus: possit & aliter intelligi, ut nō ip
sos præuaricatores angelos in cœlestib. esse dixe
rit, sed nos potius, de quib. alio loco dicit: Cōuer Philip.3
satio nostra in cœlis est: ut & nos in cœlestib. cō-
stituti, id est in spiritalib. præceptis dei ambulan-
tes, dimicemus aduersus spiritalia nequitiæ, quæ
nos inde conantur abstrahere. Magis ergo illud
quærendū est, quomō aduersus eos, quos nō ui-
demus, pugnare possimus, & uincere, ne putent
stulti aduersus aerē debere nos certare. Docet In quo Apostolus imitandus sit. Cap. VI
itaq; Apostolus ipse, dicēs: Non sic pugno quasi
aerē cædēs: sed castigo corpus meū, & in seruitu- 1.Cor.4
tem redigo, ne forte aliis prædicās, ipse reprobus
inueniar. Itē dicit: Imitatores mei estote, sicut &
ego Christi. Qua in re intelligendū est, etiā ipsum
Apostolū in semetipso triūphasse de potestatibus
huius mūdi, sicut de dño dixerat, cuius se imitato
rē profitetur esse. Imitemur ergo & nos illū, sicut
hortat, & castigemus corpus nostrū, & in seruitu
tem redigamus, si mundū uolumus uincere: quia
per illicitas delectatiōes suas & pōpas, & perni-
ciosam curiositatē nobis dominari potest hic mū-
dus, id est ea quę in hoc mūdo pnicioſa delectatio
ne colligāt amatores rerū temporaliū, & diabolo
atq; angelis eius seruire cogūt. Quibus omnib. si
renūciamus, redigimus in seruitutem corpus no- Omnem creaturam seruire deo. Ca. VII
strū. Sed ne quis forte hoc ipsum quærat, quo-
modo fiat ut corpus nostrū seruituti subiiciamus:
facile intelligi & fieri potest, si prius nosipsos sub
iiciamus deo bona uolūtate & charitate syncera:
nā omnis creatura, uelit nolit, uni deo & dño suo
subiecta est. Sed hoc admonemur, ut tota uolūta-
te seruiamus dño deo nostro: quoniā iustus libera
liter seruit, iniustus aūt cōpeditus seruit. Omes ta
men diuinæ ꝓuidētię seruiūt, sed alij obediūt tan-
quā filij, & faciūt cū ea quod bonū est: alij uero li-
gant tanq; serui, & fit de illis quod iustum est. Ita
deus omnipotēs, dns uniuersæ creaturę, qui fecit
omnia, sicut scriptū est, bona ualde, sic ea ordina-
uit, ut & de bonis & de malis benefaciat. Quod
em̄ iuste fit, bene fit, Iuste autē sunt beati boni, &
iuste mali pœnas patiūtur. Ergo & de bonis & de
malis benefacit deus, quoniā iuste oīa facit. Bo
ni aūt sunt, qui tota uolūtate deo seruiūt, mali aūt
necessitate seruiūt: nemo em̄ leges omnipotentis
euadit. Sed aliud est facere q̄d lex iubet, aliud pa
ti quod lex iubet. Quapropter boni secūdū leges
faciunt

facūt, mali secundū leges patiuntur. Nec enim
nos moueat, q̄ in hac uita secundū carnē, quā por A
tant iusti, multa grauia & aspera tolerāt: nihil em̄
mali patiūtur, quia iā possunt dicere quod ille uir
spiritalis exultat & prędicat apostolus Paulus, di
Rom.5 cēs: Gloriamur in tribulationibus, sciētes quoniā
tribulatio patientiā operatur, patientia probatio-
nē, probatio uero spem. spes autē non confundit:
quia charitas dei diffusa est in cordib. nostris per
spiritū sanctū, qui datus est nobis. Si ergo in hac
uita, ubi tāta tormēta sunt, possunt boni & iusti ui
ri, cū talia patiūtur, non solū æquo animo tolera-
re, sed etiā charitate in deo gloriari: quid cogitan-
dū est de illa uita, quæ nobis promittitur, ubi nul-
1.Cor.15 lam de corpore molestiā sentiemus? Quoniā non
ad hoc resurget corpus iustorū, ad quod resurget
corpus impiorū, sicut scriptū est: Omnes resurge B
mus, sed nō omnes immutabimur. Et ne quisquā
putet nō iustis immutationē istā promitti, sed po
tius iniustis, & eā æstimet esse pœnalē, sequitur
& dicit, Et mortui resurgēt incorrupti, & nos im
mutabimur. Quicūq; ergo mali sunt, sic ordinati
sunt: quia & unusquisq; sibi, & omnes inuicē sibi
nocēt. Hoc enim appetūt quod pernicioſe diligi-
tur, et quod eis facile auferri potest, & hoc sibi au
ferūt inuicē, quādo se persequunt. Et ideo crucia
tur quibus auferūtur tēporalia, quia diligūt ea, Il-
li aūt qui auferūt, gaudēt. Sed talis lætitia cæcitas
est, & summa miseria: ipsa em̄ magis implicat ani
mā, & ad maiora tormenta perducit. Nā gaudet
& piscis, quādo hamum non uidēs, escā deuorat:
sed cum piscator eum adducere cœperit, uiscera C
eius torquētur primo, deinde ab omni lętitia sua
per ipsam escā, de qua lætatus est, ad consumptio
nē trahitur. Sic sunt omnes, qui de bonis tēporali
bus beatos se esse putāt: hamū enim acceperūt, &
cū illo sibi uagātur. Veniet tēpus ut sentiāt quāta
tormēta cum auiditate deuorauerint. Et ideo bo-
nis nihil nocēt, quia hoc eis auferūt, quod nō dili
gunt: nā quod diligūt, & unde beati sunt, auferre
illis nemo potest. Cruciatus uero corporis malas
animas miserabiliter affligit, bonos autē fortiter
purgat. Sic fit ut & malus homo & malus ange-
lus diuinæ prouidētiæ militent, sed nesciunt quid
boni de illis operetur deus. Nō itaq; pro meritis
officij, sed ꝓ meritis malitiæ stipendiantur. Sed D
ut hæ animæ, quæ habēt uoluntatē nocēdi & ra-
tionē cogitādi, sub diuinis legibus ordinatę sunt,
ne aliquid iniustum quisq; patiatur: ita & omnia
animalia & corporalia in genere suo & ordine
suo diuinæ prouidētiæ legib. subdita administrā-
tur. Ideo dns dicit: Nónne duo passeres asse ue-
neūt, & unus eorū nō cadit super terrā sine uolun
tate patris uestri? Hoc enim dixit, uolēs ostēdere
quicquid uilissimū homines putāt, omnipotētia
domini gubernari. Sic enim & uolatilia cœli ab
eo pasci, & lilia agri ab eo uestiri, ueritas loquit,
quæ capillos etiam nostros numeratos esse dicit.
Sed quoniā mūdas animas rationales per se ipse
deus curat, siue in optimis & magnis angelis, siue
in hominib. tota sibi uolūtate seruiētibus, cætera

uero ꝓ ipsos gubernat, uerissime dici potuit etiā
illud ab Apostolo: Nō em̄ de bobus cura est deo, 1.Cor.9
In scripturis enim sanctis deus homines docet,
quomō cū hominib. agāt, & ipsi deo seruiāt: quo-
modo aūt agant cū pecoribus suis, ipsi sciūt: id est
quomodo salutē pecorū suorū gubernent usu &
peritia & ratione naturali: quę quidem omnia de
magnis sui creatoris opibus acceperūt. Qui ergo
potest intelligere quomō uniuersæ creaturæ con
ditor deus gubernet eam per animas sanctas, quę
mysteria eius sunt in cœlis & in terris, quia & ip-
sæ sanctæ animę ab ipso factæ sunt, & in eius crea
tura primatū tenēt: qui ergo potest intelligere, in-
telligat, & intret in gaudiū domini sui. Si autē Hortatio ad diligendum deum. Ca. IX
hoc nō possumus, quandiu sumus in corpore, &
peregrinamur à domino, gustemus saltē q̄ suauis
est dominus, qui dedit nobis pignus spiritum, in
quo sentiamus eius dulcedinē, & desideremus ip
sum uitæ fontē, ubi sobria ebrietate inūdemur &
irrigemur sicut lignū quod plantatū est secus de-
cursus aquarū, & dat fructum in tēpore suo, & fo
lia eius nō decidēt. Dicit enim spiritus sanctus, Fi Psal.35
lij autē hominū in tegmine alarū tuarū sperabūt:
Inebriabūtur ab ubertate domus tuæ, & torrēte
uoluptatis tuę potabis eos: Quoniam apud te est
fons uitæ. Talis ebrietas nō euertit mentē, sed ta
men rapit sursum, & obliuionē præstat omniū ter
renorū. Sed si possumus toto affectu iam dicere:
Quēadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, Psal.41
ita desiderat anima mea ad te deus. Quod si for Fides. Ca. X
te adhuc propter ægritudines animæ, quas de sę-
culi amore cōcepit, nec gustare sumus idonei q̄
dulcis est dns: uel credamus diuinæ autoritati,
quā uoluit esse in scripturis sanctis de filio suo, q
factus est ei ex semine Dauid secundū carnē, sicut
Apostolus loquit: Omnia em̄ ꝓ ipsum facta sunt,
sicut in Euāgelio scriptū est, & sine ipso factū est Ioan.1
nihil. Qui nostrę imbecillitati misertus est, quā im
becillitatē nō eius opere, sed nostra uolūtate me-
ruimus: nā deus hominē inexterminabilē fecit, et
ei liberū uoluntatis arbitriū dedit. Nō enim esset Liberum arbitrium
optimus, si dei præceptis necessitate nō uolūtate
seruiret. Facile est omnino, quātū existimo, quod
intelligere nolūt, qui catholicā deserūt fidem, &
Christiani uocari uolunt: nā si nobiscū fatētur na
turam nostrā nō posse sanari, nisi recte faciendo:
fateātur eam nō infirmari, nisi peccando. Et ideo
nō est credēdū animā nostrā hoc esse quod deus
est: quia si hoc esset, nec sua uoluntate, nec aliqua
necessitate in deterius mutaret, quoniā omnimo
do incōmutabilis intelligitur deus: sed ab eis qui
nō in cōtentione & æmulatione & uanæ gloriæ
cupiditate amāt loqui quod nescīūt, sed humilita
te Christiana sentiūt de domino, & in bonitate et
in simplicitate cordis quærūt eū. Hāc ergo imbe
cillitatē nostrā suscipere dignatus est filius dei, &
uerbū caro factum est, & habitauit in nobis: non
quia æternitas illa mutata est, sed quia mutabilē
creaturā mutabilibus hominū oculis ostēdit, quā
incommutabili maiestate suscepit. Sunt au- Cur factus homo. Cap. X
tem stulti qui dicunt, Nō poterat aliter sapientia
dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei homines líberare, niſi ſuſciperet hominem, & nascereť ex fœmina, & à peccatorib. oīa illa pa A tereť? Quibus dicimus, Poterat omnino, ſed ſi ali ter faceret, ſimiliter ueſtræ ſtultitiæ diſpliceret. Si enim nō appareret oculis peccatorū, lumen eius utiq; æternū, quod per interiores oculos uidetur, inquinatis mētibus uideri nō poſſet. Nunc autē quia uiſibiliter nos cōmonere dignatus eſt, ut ad inuiſibilia præpararet, diſplicet auaris, quia non aureum corpus habuit: diſplicet impudicis, quia *Impudici oſores naturæ* ex fœmina natus eſt. Multū enim oderūt impudi ci, q̄ concipiūt & pariūt fœminæ: diſplicet ſuperbis, q̄ cōtumelias patiētiſſime pertulit: diſplicet delicatis, quia cruciatus eſt: diſplicet timidis, quia mortuus eſt. Et ut nō uitia ſua uideantur defende re, nō in homine dicūt ſibi hoc diſplicere, ſed in fi lio dei. Nō enim intelligūt quid ſit æternitas dei, B quę hominē aſſumpſit: & q̄d ipſa humana creatu ra, quæ mutationib. ſuis in priſtinā firmitatē reuo cabať, ut diſceremus, docente ipſo dño, infirmita tes, quas peccādo collegimus, recte faciēdo poſſe ſanari. Oſtendebať enim nobis ad quā fragilitatē homo ſua culpa peruenerit, & ex qua fragilitate diuino auxilio liberareť. Itaq; filius dei hominem aſſumpſit, & in illo humana ppeſſus eſt. Hęc me dicina hominū tāta eſt, quāta nō poteſt cogitari: nam quæ ſuperbia ſanari poteſt, ſi humilitate filij dei nō ſanatur? Quæ auaritia ſanari poteſt, ſi pau pertate filij dei nō ſanatur? Quæ iracundia ſanari poteſt, ſi patiētia filij dei nō ſanatur? Quæ impie tas ſanari poteſt, ſi charitate filij dei non ſanatur? Poſtremo quæ timiditas ſanari poteſt, ſi reſurre C ctione corporis nō ſanať? Erigat ſpem ſuā genus humanū, & recognoſcat naturā ſuam, & uideat quantū locū habeat in operib. dei. Nolite uoſip ſos contēnere uiri, filius dei uirū ſuſcepit. Nolite uoſipſas contemnere fœminę, filius dei natus ex fœmina eſt. Nolite tamē amare carnalia, quia in filio dei nec maſculus nec fœmina ſumus. Nolite amare tēporalia, quia ſi bene amarenť, amaret ea homo quē ſuſcepit filius dei. Nolite timere cōtu melias & cruces & mortē, quia ſi nocerēt homi ni, non ea pateretur homo quē ſuſcepit filius dei. Hæc omnis hortatio, quæ iam ubiq; prædicatur, ubiq; uenereť, quę omnē obedientē animā ſanat, nō eſſet in rebus humanis, ſi nō eſſent facta illa o mnia quæ ſtultiſſimis diſplicēt. Quē dignať imi D tari uitioſa iactantia, ut ad uirtutem percipiendā poſſit adduci, ſi erubeſcit imitari eū, de quo dictū eſt anteq̄ naſceretur, q̄ filius altiſſimi uocaretur, & per omnes iam gētes, quod negare nemo po teſt, filius altiſſimi uocaťr? Si multū de nobis ſenti mus, dignemur imitari eū qui filius altiſſimi uo catur. Si parū de nobis ſentimus, audeamus imi tari piſcatores & publicanos, qui eū imitati ſunt. O medicinā omnib. conſulentē, omnia tumentia comprimentē, omnia tabeſcētia reficientē, oīa ſuperflua reſecantē, omnia neceſſaria cuſtodien tem, omnia perdita reparantē, omnia deprauata corrigentē. Quis iam ſe extollet contra filiū dei? Quis de ſe deſperet, q̄ quo tā humilis eſſe uoluit filius dei? Quis beatā uitā eſſe arbitretur in ijs quę contēnenda eſſe docuit filius dei? Quibus aduer ſitatibus cedat, qui naturā hominis à tantis perſe cutionibus cuſtoditā credit in filio dei? Quis ſibi eſſe clauſum regnū cœlorū putet, qui cognoſcit publicanos & meretrices imitatos eſſe filiū dei? Qua peruerſitate nō careat, qui facta & dicta in tuetur & diligit & ſectatur illius hominis, in quo ſe nobis ad exemplum uitæ præbuit filius dei?

Itaq; iā & maſculi & fœminę, & omnis ætas, & *De effectu humanitatis. Cap. XII* omnis huius ſeculi dignitas ad ſpem uitæ æternę cōmutata eſt. Alij neglectis tēporalib. bonis con uolāt ad diuina. Alij cedunt eorū uirtutibus qui hæc faciūt, & laudāt quod imitari nō audēt. Pau ci autē adhuc murmurāt, & inani liuore torquen tur: aut qui ſua quęrūt in eccleſia, quāuis uideant catholici: aut ex ipſo Chriſti nomine gloriā quæ rētes, hæretici: aut peccatū impietatis ſuæ defen dere cupiētes, Iudæi: aut curioſitatē uanæ licētiæ perdere timentes, Pagani. Sed eccleſia catholica per totū orbē longe lateq̄ diffuſa, impetus eorum prioribus tēporib. frangēs, magis magiſq; robo rata eſt: nō reſiſtendo, ſed perferēdo. Nunc uero inſidioſas eorū quæſtiones fide irridet, diligentia diſcutit, intelligētia diſſoluit: criminatores palea rum ſuarū non curat, quia tēpus meſsis, & tēpus arearū, & tempus horreorū caute diligēterq; di ſtinguit. Criminatores aūt frumēti ſui, aut erran tes corrigit, aut inuidētes inter ſpinas & zizania computat. Subijciamus ergo animā deo, ſi uolu mus ſeruituti ſubijcere corpus noſtrū, et de diabo *De fide Trope ratione. XIII* lo triūphare. Fides eſt prima quæ ſubiugat ani C mā deo, deinde præcepta uiuēdi, quib. cuſtoditis ſpes noſtra firmať, & nutritur charitas, & lucere incipit quod antea tantūmodo credebatur. Cum enim cognitio & actio dona ſint dei, & beatū ho minē faciāt: ſicut in cognitiōe cauēdus eſt error, *Mēs ueritatis capax nō eſt, niſi uitijs li bera* ſic in actione cauēda eſt nequitia. Errat autē quiſ quis putat ueritatē ſe poſſe cognoſcere, cū adhuc nequiter uiuat. Nequitia eſt aūt mundū iſtum di ligere, & ea quæ naſcunť & tranſeūt, pro magno habere: & ea cōcupiſcere, et p̄ his laborare, ut ac quirātur: & lætari, cū abūdauerint: & timere, ne pereant: & cōtriſtari, cū pereūt. Talis uita nō po teſt purā illam & ſyncerā & incōmutabilem uide re ueritatē, & inhærere illi, & in æternū iam non †moueri. Itaq; priuſquā mēs noſtra purgeť, debe mus credere quod intelligere nondum ualemus: quoniā ueriſsime dictū eſt per Prophetā: Niſi cre *Eſa. 7* diderītis, nō intelligetis. Fides in eccleſia breuiſsi me tradiť, in qua cōmendanť æterna, quæ intelli gi à carnalib. nondū poſſunt: & tēporalia prēteri ta & futura, quę pro ſalute hominū geſsit, et geſtu ra eſt æternitas diuinæ ,puidentię. Credamus er go in patrē & filiū & ſpiritūſanctum: hæc æterna ſunt & incōmutabilia, id eſt unus deus unius ſub ſtātiæ trinitas æterna: deus ex quo oīa, per quē oīa, in quo oīa. Nec eos audiamus qui di *Cōtra eos qui dicūt tres personas.* cūt patrē tantūmodo eſſe, nec habere filiū, nec eſ ſe cū eo ſpiritūſanctum: ſed ipſum patrē aliquādo appellari filiū, aliquando ſpiritūſanctū. Neſciunt *negant. Cap. XIIII* enim

enim principiū, ex quo ſunt omnia: & imaginem eius, per quā formātur omnia: & ſanctitatē eius, *Contra eos qui dicunt tres pers. Ca. XV* A in qua ordinantur omnia. Nec eos audiamus, qui indignātur & ſtomachātur, quia nō tres deos colēdos dicimus, Neſciūt enim q̄ ſit una eadēq; ſubſtātia, & phātaſmatibus ſuis illudūtur: quia ſo lēt uidere corporaliter uel animalia tria, uel quæ cunq; corpora tria locis ſuis eſſe ſeparata. Sic pu tant intelligendā ſubſtantiā dei: & multū errant: quoniam ſuperbi ſunt, & non poſſunt diſcere, quia nolūt credere. Nec eos audiamus, qui pa trem ſolū uerū deum & ſempiternū eſſe dicūt: fi lium aūt nō de ipſo genitū, ſed ab ipſo factum de nihilo, & fuiſſe tēpus quādo nō erat, ſed tamē pri mum locū tenere in omni creatura: & ſpiritūſan ctum minoris maieſtatis eſſe q̄ filiū, & ipſum fa ctum eſſe poſt filiū: & horū triū diuerſas eſſe ſub B ſtantias, tanq̄ aurū & argentū & æramentū: Ne ſciunt enim quid loquantur, & de his rebus quas per oculos carneos uidere cōſueuerūt, uanas ima gines ad diſputatiōes ſuas transferūt. Quia reue ra magnū eſt mēte conſpicere generationē, quæ nō fit ex aliquo tempore, ſed æterna eſt: & ipſam charitatē & ſanctitatē, qua generator & genera tus ineffabiliter ſibi copulātur, Magnū & diffici le eſt hæc mēte cōſpicere, etiā ſi pacata & trāquil la ſit. Nō poteſt ergo fieri ut illi hęc uideāt, qui ter renas generationes nimis intuētur, & ad iſtas te nebras addūt adhuc fumū, quem ſibi cōtentioni bus & certaminib. quotidianis excitare non ceſ ſant: habētes animas carnis affectib. defluentes, tanq̄ ligna humore ſaginata, in quibus ignis fu C mum ſolū uomit, & habere flāmas lucidas nō po teſt. Et hoc quidē de omnibus hæreticis rectiſsi me dici poteſt. Credētes ergo incōmutabilem tri nitatē, credamus etiā in diſpenſationē tēporalem pro ſalute generis humani eſſe natū deū. Nec eos audiamus, qui filiū dei Ieſum Chriſtum nihil eſſe aliud q̄ hominē dicūt: ſed ita iuſtū, ut dignus ſit appellari filius dei. Et hos enim catholica diſci plina miſit foras, quoniā uanæ gloriæ cupiditate decepti, contētioſe diſputare uoluerunt, antequā intelligerēt quid ſit dei uirtus & dei ſapientia: & in principio uerbū, per quod facta ſunt omnia: & quomodo uerbū caro factum eſt, & habitauit in nobis. Nec eos audiamus, qui non uerū homi D nem ſuſcepiſſe dicunt filiū dei, neq; natum eſſe de fœmina, ſed falſam carnē & imaginē ſimulatam corporis humani oſtēdiſſe uidentibus. Neſciunt enim quomō ſubſtantia dei adminiſtrans uniuer ſam creaturā, inquinari omnino nō poſsit: & ta men prædicant iſtum uiſibilē ſolem, radios ſuos per omnes feces et ſordes corporum ſpargere, & eos mūdos & ſynceros ubiq; ſeruare. Si ergo uiſi bilia mūda uiſibilibus immūdis cōtingi poſſunt, & non inquinari: quāto magis inuiſibilis & incō mutabilis ueritas per ſpiritū animā, & per animā corpus ſuſcipiens, toto homine aſſumpto ab om nibus eū infirmitatibus nulla ſua cōtaminatione liberauit? Itaq; magnas patiūtur anguſtias: & cū timent quod fieri nō poteſt, ne humana carne ue ritas inquinetur, ueritatē dicunt eſſe mentitā. Et cū ille præceperit, dicens: Sit in ore ueſtro, eſt eſt, *Matth. 5* non non: & Apoſtolus clamet, Nō erat in illo eſt *1 Cor. 1* & nō, ſed eſt in illo erat: iſti totum corpus eius fal ſam carnē fuiſſe contendunt, ut nō ſibi uideantur imitari Chriſtū, ſi non ſuis auditoribus mentian tur. Nec eos audiamus, qui trinitatē quidem in *Deum habuiſſe ſe tam mentem quàm animam hominis.* una æterna ſubſtantia confitētur, ſed hominē ip ſum, qui temporali diſpēſatione ſuſceptus eſt, au dent dicere non habuiſſe hominis mentē, ſed ſo lam animā & corpus: hoc eſt dicere, non fuit ho *Cap. XIX* mo, ſed membra corporis habebat humana. Ani mā enim & corpus habēt & beſtiæ, ſed rationem nō habent, quæ mētis eſt propria. Sed ſi execrādi ſunt illi qui eū negant humanū corpus habuiſſe, quod eſt infimū in homine, miror q̄ iſti nō erube ſcunt, qui hoc eū negant habuiſſe quod eſt opti mum in homine. Multū enim lugēda eſt mēs hu mana, ſi uincitur à corpore ſuo, Siquidē in illo ho mine nō reformata eſt, in quo ipſum corpus hu manū iam dignitatē formæ cœleſtis accepit. Sed abſit ut hoc credamus, quod confinxit temeraria cæcitas & ſuperba loquacitas. Nec eos audia *Chriſtum eſſe ſapientiā dei.* mus, qui ſic dicūt ab illa æterna ſapiētia ſuſceptū *Cap. XX* eſſe hominē, qui de uirgine natus eſt, quomō & alij homines ab ea ſapiētes fiūt, qui perfecte ſapi entes ſunt. Neſciūt enim propriū illius hominis ſacramentū, & putāt hoc ſolū eū amplius habuiſ ſe inter cæteros beatiſsimos, quod de uirgine na tus eſt. Quod ipſum ſi bene conſideret, fortaſsis credant ideo illū hoc præter cæteros meruiſſe, q̄ aliquid propriū præter cæteros habet etiā ipſa ſu ſceptio. Aliud eſt enim ſapientē tantū fieri per ſa pientiā dei, & aliud eſt ipſam perſonā ſuſtiniere ſa pientiæ dei: q̄uis enim eadē natura ſit corporis eccleſiæ, multū tamen diſtare inter caput & mē bra cætera quis nō intelligat? Si enim eccleſiæ ca put eſt homo ille, cuius ſuſceptione uerbū caro fa ctum eſt, & habitauit in nobis, mēbra cætera ſunt omnes ſancti, quibus perficitur & cōpletur eccle ſia. Quomodo ergo anima totū corpus noſtrum animat & uiuificat, ſed in capite & uidēdo ſentit, & audiendo & odorādo & guſtādo & tangēdo, in cæteris autē mēbris tangendo tantū: & ideo ca pitī cuncta ſubiecta ſunt ad operandū, illud autē ſupra collocatū eſt ad cōſulendū: quia ipſius ani mæ, quæ conſulit corpori, quodāmodo perſonā ſuſtinet caput, ibi enim oīes ſenſus apparēt, Sic uniuerſo populo ſanctorum tanq̄ uni corpori ca put eſt mediator dei & hominū, homo Chriſtus Ieſus. Et propterea ſapientia dei & uerbū in prin cipio, per quod facta ſunt omnia, nō ſic aſſumpſit illum hominē ut cæteros ſanctos, ſed multo excel lentius, multoq̄ ſublimius: quoniā ipſum ſolum aſſumi oportuit, in quo ſapientia dei patris homi nibus appareret, ſicut eā uiſibiliter decebat oſten di. Quapropter aliter ſunt ſapientes cæteri homi nes, quicunq; ſunt uel eſſe potuerūt uel poterūt: & aliter ille unus mediator dei & hominū, homo Chriſtus Ieſus: qui ſapiētiæ ipſius, per quā ſapien tes ſunt quicunq; homines, non ſolū beneficium

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet,sed etiã personã gerit. De cæteris enim sapientibus & spiritalibus animis recte dici potest, A quòd habeant in se uerbũ dei per quod facta sunt omnia:sed in nullo eorũ recte dici potest, ꝙ uerbum caro factum est,& habitauit in nobis: quod in solo domino nostro Iesu Christo rectissime dicitur. Nec eos audiamus, qui solũ corpus humanũ susceptum esse dicũt à uerbo dei, & sic audiunt quod dictũ est,Et uerbũ caro factum est, ut negent illum hominẽ uel animã uel aliquid hominis habuisse, nisi carnẽ solam. Errãt enim multũ, nec intelligũt ideo carnẽ solam nominatã esse in eo quod dictum est, Verbũ caro factum est,quia hominum oculis propter quos facta est illa susceptio, caro sola potuit apparere. Nã si absurdũ est & ualde indignũ ut humanũ spiritum homo ille non habuerit,sicut superius tractauimus:quanto B magis absurdum & indignũ est,ut nec spiritũ nec animã habuerit, sed hoc solũ habuerit quod etiã in pecoribus. uilius est,& extremius, id est,corpus? A nostra ergo fide etiã ista impietas excludatur, totumq; hominẽ atq; perfectum à uerbo dei susceptum esse credamus. Nec eos audiamus, qui tale corpus dominũ nostrũ habuisse dicunt, quale apparuit in columba, quã uidit Ioannes baptista descendentẽ de cœlo & manentẽ super eum in signo spirituſsancti. Ita enim persuadere conanẽ filium dei natũ non esse de fœmina, Quia si carnalibus oculis eũ oportebat ostẽdi,potuit,inquiũt,sic assumere corpus quomõ spirituſsanctus. Nõ eñ & columba illa de ouo nata est,aiunt:& tamẽ humanis oculis potuit apparere. Quibus primũ il- C lud respondendum est,ꝙ ibi legimus in specie columbæ apparuisse Ioãni spiritũsanctum, ubi legimus etiã Christum natũ esse de fœmina,& nõ oportet in parte credere Euãgelio, & in parte non credere. Vnde enim credis in colũbæ specie demonstratũ esse spiritũsanctum, nisi quia in Euãgelio legisti:Ergo & ego inde credo Christũ natum de uirgine esse,quia in Euãgelio legi. Quare autẽ spirituſsanctus nõ est natus de colũba, quẽadmodum Christus de fœmina: illa causa est,quia non colũbas liberare uenerat spirituſsanctus, sed hominibus significare innocẽtiã & amorẽ spiritalẽ, quod in colũbæ specie uisibiliter figuratũ est. Dominus autẽ Iesus Christus qui uenerat ad homines liberãdos, in quibus & mares & fœminę per- D tinẽt ad salutẽ:nec mares fastidiuit, quia marẽ suscepit: nec fœminas, quia de fœmina natus est. Huc accedit magnũ sacramentũ, ut quoniam per fœminã nobis mors acciderat, uita nobis per fœminã nasceretur:ut de utraq; natura, id est fœminina & masculina uictus diabolus cruciaret, quoniã de ambarũ subuersione lætabatur: cui parum fuerat ad pœnã si ambæ naturę in nobis liberarẽtur, nisi etiã per ambas liberaremur. Neq; hoc ita dicimus,ut dominũ Iesum Christũ dicamus solũ uerum corpus habuisse:spiritũsanctum autẽ falla citer apparuisse oculis hominũ,sed ambo illa corpora,uera corpora credimus. Sicut enim non oportebat ut homines falleret filius dei, sic nõ decebat ut homines falleret spirituſsanctus. Sed omnipotẽti deo qui uniuersam creaturã de nihilo fabricauit,nõ erat difficile uerũ corpus colũbę sine aliarũ columbarũ ministerio figurare,sicut ei non fuit difficile uerũ corpus in utero Mariæ sine uiri li semine fabricare:cũ natura corporea et in uisceribus fœminę ad formandũ hominem, & in ipso mundo ad formãdã columbã imperio domini uoluntatiq; seruiret. Sed stulti homines & miseri, quod aut ipsi facere non possunt, aut in uita sua nunq; uiderũt,etiã ab omnipotẽti deo fieri potuisse nõ credũt. Nec eos audiamus,qui ꝓpterea uolunt cogere,ut inter creaturas filiũ dei numeremus quia passus est.Dicunt enim, Si passus est mutabilis est:& si mutabilis est,creatura est, quia dei substãtia nõ potest immutari. Cũ quibus etiã nos dicimus,& dei substantiã cõmutari nõ posse, & creaturã esse mutabilẽ. Sed aliud est esse creaturã, & aliud suscipere creaturã. Filius ergo unigenitus dei,qui est uirtus & sapiẽtia dei,& uerbũ per quod facta sunt omnia, quia immutari nõ potest omnino,suscepit humanã creaturã, quam lapsam erigere, atq; inueteratã renouare dignatus est.Nec in ea per passionẽ ipse in deterius cõmutatus est,sed eã potius per resurrectionẽ in melius cõmutauit. Nec propterea uerbum patris, id est unicũ dei filiũ, per quem facta sunt omnia, negandum est natũ & passum esse pro nobis.Et martyres enim passos dicimus & mortuos propter regna cœlorũ, nec tamẽ in ea passione & morte animæ eorũ occisæ sunt. Dicit enim dominus:Noli- Matth.10 te timere eos qui corpus occidũt, animę aũt nihil possunt facere. Sicut ergo martyres passos et mortuos dicimus in corporib. quæ portabãt, sine animarũ interfectione uel morte: sic filiũ dei passum & mortuũ dicimus in homine quẽ portabat, sine diuinitatis aliqua cõmutatione uel morte. Nec eos audiamus qui negant tale corpus, domini resurrexisse,quale positũ est in monumẽto. Si enim tale nõ fuisset, nõ ipse dixisset post resurrectionẽ discipulis, Palpate & uidete, quoniã spiritus ossa & carnẽ nõ habet,sicut me uidetis habere. Sacrilegum est enim credere dominũ nostrũ,cum ipse sit ueritas, in aliquo fuisse mentitũ. Nec nos moueat ꝙ clausis ostijs subito eum apparuisse discipulis scriptũ est,ut propterea negemus illud fuisse corpus humanũ,quia contra naturã huius corporis uidemus illud per clausa ostia intrare,Omnia enim possibilia sunt deo: nã & ambulare sup aquas cõtra naturã huius corporis esse manifestũ est, & tamẽ non solũ ipse dominus ante passionẽ ambulauit,sed etiã Petrũ ambulare fecit. Ita ergo & post resurrectionẽ suam de corpore suo fecit quod uoluit. Si enim potuit ante passionẽ clarificare illud sicut splendorẽ solis, quare non potuit & post passionẽ ad quantã uellet subtilitatem in tẽporis momẽto redigere,ut per clausa ostia posset intrare? Nec eos audiamus, qui negant ipsum corpus secũ leuasse in cœlum dominum nostrũ, & cõmemorant in Euangelio quod scriptũ est:Nemo ascẽdit in cœlũ,nisi qui de cœlo descẽdit

Christum non solum corpus habuisse homi nis. Ca. XXI

Corpus Christi non fuisse imaginarium. Cap. XXII

Filiũ dei passione nõ fuisse mutatum. Ca. XXIII

Corpus fuisse per manisse idẽ, XXIIII

Corpus fabulatum in cœlum. Cap. XXV

dit:& dicũt,quia corpus nõ descẽdit de cœlo, nõ potuisse ascẽdere in cœlũ. Non enim intelligunt, A quoniã corpus nõ ascẽdit in cœlũ. Dominus eñ ascẽdit,corpus autẽ non ascẽdit, sed leuatũ est in cœlum, illo leuãte qui ascẽdit. Si enim quisq; descendat, uerbi gratia, de monte nudus, cũ autem descenderit,uestiat se,& uestitus iterũ ascẽdat,recte utiq; dicimus, Nemo ascẽdit, nisi qui descendit:nec uestem consideramus quam secũ leuauit, sed ipsum qui uestitus est, solũ dicimus ascẽdisse.

Christus ad dexteram patris. Ca. XXVI

Nec eos audiamus,qui negant ad dexterã patris sedere filiũ. Dicũt enim, Nunquid deus pater habet latus dexterũ aut sinistrum sicuti corpora? Nec nos hoc de deo patre sentimus: nulla enim forma corporis deus definiẽ atq; cõcluditur, Sed

Dextera patris

dextera patris est beatitudo perpetua,quę sanctis datur:sicut sinistra eius rectissime dicitur miseria B perpetua,quę impijs datur: ut nõ in ipso deo, sed in creaturis hoc modo, quo diximus,intelligatur dextera & sinistra: quia & corpus Christi, quod est ecclesia,in ipsa dextera, hoc est in ipsa beatitu

Ephes. 2

dine futurum est, sicut Apostolus dicit: quia & simul nos suscitauit, & simul nos sedere fecit in cœlestibus. Quãuis eñ corpus nostrũ nondũ ibi sit, tamẽ spes nostra iã ibi est.Propterea & ipse dominus post resurrectionẽ suã iussit discipulis, quos piscates inuenit,ut in dexterã partẽ remitterẽt retia. Quod cũ fecissent, ceperũt pisces, qui omnes magni erãt:& omnes iustos significabãt, quibus dextera promittit̃.Hoc significabat ꝙ etiã in iudicio dixit se agnos ad dexterã, hædos autẽ ad sinistram esse posituru. Nec eos audiamus, qui C

Iudicij futurũ. Ca. XXVII

negant diem iudicij futurũ,& cõmemorãt, quod in Euãgelio scriptũ est, eum qui credit in Christũ, nõ iudicari:qui autẽ non credit in illũ,iam iudicatum esse.Dicũt enim, Si & ille qui credit,non ueniet in iudiciũ:& ille qui nõ credit, iam iudicatus est, ubi sunt quos iudicaturus est in die iudicij? Nõ intelligũt sic loqui scripturas, ut præteritum tẽpus pro futuro tẽpore insinuẽt: sicut supra diximus,quod Apostolus dixit de nobis,ꝙ simul nos sedere fecit in cœlestibus, nondũ factum est: sed quia certũ est futurũ, ita dictũ est quasi iã factũ sit:

Ioan. 15

sicut & ipse dñs discipulis dixit:Omnia quę audiui à patre meo,nota feci uobis. Et paulo post di-

Ioan. 16

cit:Multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis illa portare modo. Quomõ ergo dixerat, Oñia quæ D audiui à patre meo,nota feci uobis:nisi quia illud quod per spirituſsanctũ certissime facturus erat, quasi iã fecisset locutus est? Sic ergo cũ audimus:

Ioan. 3

Qui credit in Christũ, nõ uenit in iudiciũ:intelligamus, quia non ueniet ad damnationẽ. Dicitur enim iudiciũ pro damnatione, sicut dicit Aposto-

Rom. 14

lus: Qui nõ mãducat,mãducantem nõ iudicet:id

Matth. 7

est, nõ de illo male existimet.Et dñs dicit: Nolite iudicare,ne iudicetur de uobis. Non enim tollit nobis intelligẽtiã iudicãdi,cũ & Propheta dicat:

Psal. 57

Si uere iustitiã diligitis, recte iudicate filij homi-

Ioan. 7

num.Et ipse dñs dicat: Nolite iudicare personaliter, sed iustũ iudiciũ iudicate.Sed illo loco ubi uetat iudicare,illud admonet, ne dãnemus aliquẽ, cuius uel cogitatio nobis nõ est aperta, uel nescimus qualis postea sit futurus. Sic ergo cum dixit, Ad iudicium nõ ueniet:hoc dixit,quia nõ ueniet ad damnationẽ. Qui aũt nõ credit iam iudicatus

Ioan. 3

est:hoc dixit, quia iam dãnatus est præscięntia dei, qui nouit quid immineat non credẽtibus. Nec

Spirituſsanctus.

eos audiamus, qui dicũt spiritũsanctum, quem in

Ca. XXVIII

Euãgelio dominus promisit discipulis, aut in Pauło apostolo uenisse,aut in Mõtano & Prisćilla,sicut Cataphryges dicũt,aut in nescio quo Manite uel Manichæo,sicut Manichęi dicũt, Tã enim cęci sunt isti,ut scripturas manifestas non intelligant,aut tam negligentes salutis suæ, ut omnino nõ legãt. Quis enim cũ legerit,nõ intelligit,uel in Euãgelio quod post domini resurrectionem scriptũ est, dicẽte domino:Ego mittã promissum pa-

Lucæ 24

tris mei in uos,uos aũt sedete hic in ciuitate, quousq; induamini uirtute ab alto:Et in actibus Apo-

Act. 1. & 2

stolorũ, postea ꝙ dominus abscesit à discipulorum oculis in cœlũ,decẽ diebus peractis, die Pẽtecostes,nõ attẽdunt apertissime uenisse spiritũsanctũ:et cũ essent illi in ciuitate sicut eos ante mõnuerat, impleuisse illos, ita ut loquerent uarijs linguis. Nã diuersæ nationes quæ tũc aderãt, unusquisq; audiẽtiũ suam linguã intelligebãt. Sed isti homines decipiũt eos qui negligentes sunt in catholica fide,& ipsam fidem suã quæ in scripturis manifesta est,nolũt discere,& quod est grauius et multũ dolendũ, cum in catholica fide negligẽter uersentur, hæreticis diligẽter aures accõmodãt.

Ecclesia catholica. XXIX

Nec eos audiamus,qui sanctam Ecclesiã, quæ una catholica est,negãt per orbem esse diffusam, sed in sola Aphrica,hoc est,in parte Donati pollere arbitrãtur,Ita surdi sunt aduersus Prophetã dicentem:Filius meus es tu, ego hodie genui te: po-

Psal. 2

stula à me,& dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuam,& possessionẽ tuã terminos terræ.Et alia multa siue in ueteris siue in noui Testamẽti libris, quæ scripta sunt,ut apertissime declarẽt Ecclesiã Christi per orbẽ terræ esse diffusam. Quod cũ eis obijcimus,dicũt iam ista oñia fuisse cõpleta, anteq; esset pars Donati, sed postea totã Ecclesiã perisse, & in sola Donati parte reliquias eius remansisse contendũt. O linguã superbam & nephariã: nec si uere uiuerẽt,ut uel inter se pacẽ postea custodirent. Nunc aũt non attendũt iam in ipso Donato completũ esse quod dictũ est: In qua mẽsura mẽsi

Matth. 7

fueritis,in ea remetietur uobis. Sicut enim Christum diuidere conatus est,sic ipse à suis quotidiana cõcisione diuiditur. Ad hoc etiã pertinet illud quod dñs dicit:Qui enim gladio pcusserit,gladio morietur. Gladius eñ illo loco,siquidẽ in malo positus est, discordiosam linguã significat,qua tũc ille infœlix Ecclesiã percussit,sed nõ occidit. Nõ autem dixit dominus, qui occiderit gladio, gladio morietur,sed qui gladio usus fuerit, inquit, gladio morietur.Ergo ille percussit Ecclesiam lingua litigiosa,qua nũc ipse conciditur,ut omnino dispereat atq; moriatur.Et tamen illud tunc apostolus Petrus,nõ superbia sua,sed quãuis carnali tamen amore domini fecerat.Itaq; admonitus recondit

Universidad de Deusto
Biblioteca

gladiũ:iste autẽ nec uictus hoc fecit. Siquidẽ cum
episcopo Cæciliano causam cũ diceret,audienti- A
bus episcopis Romæ, quos ipse petiuerat, nihil
eorũ quæ intẽderat potuit probare: & sic remãsit
in schismate,ut suo gladio morereꝛ. Populus au-
tem ipsius, quãdo nõ audit Prophetas,& Euãge-
liũ, in quib. apertissime scriptũ est,Ecclesiã Chri-
sti per omes gẽtes esse diffusam,& audit schisma-
ticos, nõ dei gloriã quærentes sed suã, satis signifi
cat seruũ se esse nõ liberũ,& aurẽ dexterã se habe
re præcisam. Petrus enim errans in amore domi
ni,seruo nõ libero aurẽ dexterã præcidit,Ex quo
significat eos qui gladio schismatis feriuntur,ser-
uos esse carnaliũ desideriorũ, nondũ eductos in
libertatẽ spiritussancti,ut iã non cõfidant in homi
ne:& nõ audire quod dextrum est, id est, domini
gloriã per catholicã Ecclesiam latissime peruaga B
Matth.24 tam,& audire sinistrum humanæ inflationis erro
rem. Sed tamen cũ dominus dicat in Euãgelio,cũ
per omnes gẽtes Euangeliũ fuerit prædicatũ tũc
finẽ esse uenturũ:quomodo isti dicũt, ꝙ iam cæte
ræ omnes gentes ceciderũt à fide, & in sola parte
Donati remãsit Ecclesia, cũ manifestũ sit ex quo
ista pars ab unitate præcisa est, nonnullas gentes
postea credidisse: & adhuc esse aliquas,quę non-
dum crediderũt,quibus quotidie nõ cessat Euan
geliũ prædicari? Quis nõ miretur esse aliquẽ,qui
se Christianũ dici uelit,& aduersus Christi gloriã
tãta impietate rapiatur, ut audeat dicere, omnes
populos gentiũ,qui modo adhuc accedũt eccle-
siæ dei,& in dei filiũ festinãter credũt,inaniter fa-
cere, quia nõ eos aliquis Donatista baptizat? Si- C
ne dubio ista execrarenẽ homines,& eos sine di-
latione relinquerẽt,si Christũ quærerent,si Eccle
siam diligerẽt,si liberi essent,si aurem dexterã in-
Resipiscentes tegrã retinerent. Nec eos audiamus, qui quã-
esse recipien- uis neminẽ rebaptizent, precidere se tamẽ ab uni
dos. XXX tate,& Luciferiani magis dici ꝙ catholici malue-
runt. In eo enim ꝙ intelligũt baptisma Christi nõ
esse repetendũ, recte faciunt: sentiunt enim sacra-
mentũ sancti lauacri nusquã esse, nisi ex catholica
Ecclesia: sed eam formã secum habere sarmenta
præcisa,quam in ipsa uite, antequã præciderenẽ,
2. Tim.3 acceperãt. Hi sunt enim de quibus Apostolus di
cit, habentes speciẽ pietatis,uirtutem autem eius
abnegantes. Est enim magna uirtus pietatis, pax
& unitas, quia unus est deus. Hanc illi nõ habẽt, D
quia precisi ab unitate sunt. Itaq; si qui ex ipsis ad
catholicã ueniunt,nõ iterãt speciẽ pietatis quam
habent, sed accipiunt uirtutẽ pietatis quam non
habent. Nã & amputatos ramos denuo posse in-
seri,si non permanserint in incredulitate,apertis-
sime Apostolus docet. Quod cũ Luciferiani in-
telligunt,& nõ rebaptizant,nõ improbamus: sed
ꝙ etiam ipsi precidi à radice uoluerunt,quis non
detestandũ esse cognoscat? Et ideo maxime,quia
hoc eis displicuit in Ecclesia catholica, quod uere
catholicæ sanctitatis est. Nusquã enim tam uige-
re debent uiscera misericordiæ, quàm in catholi-
ca Ecclesia, ut tanquã uera mater nec peccãtibus
filijs superbe insultet,nec correctis difficile igno-
scat. Nõ enim sine causa inter omnes Apostolos
huius Ecclesiæ catholicę personã sustinet Petrus:
huic em̃ ecclesiæ claues regni cœlorũ datæ sunt,
cum Petro datæ sunt. Et cũ ei dicitur, ad omes di
cit, Amas me, pasce oues meas. Debet ergo ec-
clesia catholica correctis, & pietate firmatis filijs
libẽter ignoscere,cum ipsi Petro personã eius ge
stanti,& cũ in mari titubasset,& cum dominũ car
naliter à passione reuocasset,& cũ aurẽ serui gla-
dio præcidisset,& cũ ipsum dominũ ter negasset,
& cũ in simulationẽ postea superstitiosam lapsus
esset,uideamus ueniã esse concessam, eumq; cor-
rectum atq; firmatum usq; ad dominicę passionis
gloriã peruenisse. Itaq; post persecutionẽ, quę per
Arianos hæreticos facta est: postea ꝙ pax, quam
quidẽ catholica in domino tenet,etiam à principi
bus seculi reddita est:episcopi,qui perfidię Arria
norũ in illa persecutione consenserant, multi cor
recti,redire in catholicã delegerũt, damnãtes siue
quod crediderant, siue quod se credidisse simula-
uerãt. Hos Ecclesia catholica materno recipit si-
nu,tanquam Petrum post fletum negationis per
galli cantum admonitũ: aut tanquã eundem post
prauam simulationẽ Pauli uoce correctum. Hãc
illi matris charitatẽ superbe accipientes, & impie
reprehendentes, quia Petro post galli cantũ sur-
genti, nõ gratulati sunt, cum Lucifero, qui mane
orjebatur, cadere meruerunt. Nec eos audia- *Remissio pec-*
mus, qui negãt Ecclesiã dei omnia peccata posse *catorum.*
dimittere. Itaq; miseri, dum in Petro petrã nõ in- *Ca. XXXI*
telligunt, & nolunt credere datas Ecclesię claues
regni cœlorũ, ipsi eas de manibus amiserunt. Isti
sunt qui uiduas si nupserint, tanquã adulteras dã-
nant,& super doctrinã Apostolicã se prædicant
esse mundiores. Qui nomẽ suũ si uellent agnosce
re,mundanos se potius quàm mundos uocarent.
Nolentes enim si peccauerint corrigi, nihil aliud
delegerunt, nisi cum hoc mundo damnari. Nam
quibus ueniã peccatorũ negant, nõ eos aliqua sa
nitate custodiunt, sed ægris subtrahũt medicinã,
& uiduas suas uri cogũt,quas nubere nõ permit-
tunt. Nõ enim prudẽtiores habendi sunt, ꝙ Pau- *1 Cor.7*
lus apostolus, qui ait: Malo eas nubere quàm uri. *Resurrectio*
Nec eos audiamus,qui carnis resurrectionem *carnis.*
futurã negant, & cõmemorant quod ait Aposto- *XXXII*
lus, Caro & sanguis regnũ dei non possidebunt,
Nõ intelligẽtes quod ipse dicit Apostolus,Opor
tet corruptibile hoc induere incorruptionem,&
mortale hoc induere immortalitatẽ, Cũ em̃ hoc
factũ fuerit, iam nõ erit caro & sanguis,sed cœle- *Matth.22*
ste corpus. Quod & dñs promittit cũ dicit: Neq;
nubẽt,neq; uxores ducẽt,sed erũt æquales ange- *1 Cor.15*
lis dei. Nõ enim iã hominibus,sed deo uiuent,cũ
æquales angelis facti fuerint. Immutabitur ergo
caro & sanguis, & fiet corpus cœleste & angeli-
cũ. Et mortui enim resurgẽt incorrupti, & nos im
mutabimur: ut & illud uerũ sit, ꝙ resurget caro, et
illud uerũ sit, ꝙ & caro & sanguis regnũ dei non *Fidei simpli-*
possidebũt. Ista fidei simplicitate & synceritate *citas.*
lactati nutriamur in Christo, & cum paruuli su- *XXXIII*
mus, maiorum cibos non appetamus, sed nutri-
mentis

mentis saluberrimis crescamus in Christo, acce-
dentibus bonis moribus & Christiana iustitia,in A
qua est charitas dei & proximi perfecta & firma-
ta: ut unusquisq; nostrũ de diabolo inimico & an-
gelis eius triũphet in semetipso in Christo quẽ in
Charitas duit: quia perfecta charitas, nec cupiditatẽ habet
seculi, nec timorẽ seculi, id est, nec cupiditatem ut
acquirat res tẽporales, nec timorẽ ne amittat res
tẽporales. Per quas duas sanuas intrat & regnat
inimicus, qui primo dei timore, deinde charitate
pellẽdus est. Debemus itaq; tãto auidius appete-
Cognitio ueri re apertissimã & euidẽtissimã cognitionẽ uerita
tatis. tis, quãto nos uidemus in charitate ꝓficere, & in
eius simplicitate cor habere mũdatũ, quia ipso in
teriore oculo uidetur ueritas. Beati enim mundo
corde, inquit, quia ipsi deum uidebũt, Vt in cha-
ritate radicati & fundati prævaleamus cõprehẽ-
dere cum omnib. sanctis quæ sit latitudo & altitu
do & lõgitudo & profundũ: Scire etiã superemi-
nentem scientiã charitatis Christi, ut impleamur
in omnem plenitudinẽ dei, & post ista cum inuisi
bili hoste certamina, quoniam uolentib. & aman
tibus iugum Christi lene est, & sarcina eius leuis,
coronam uictoriæ mereamur, Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI

LIBER DE OPERE MONACHORVM

AD AVRELIVM EPISCOPVM CARTHAGINENSEM.

Quomodo de
bitant ocium
& monachi.
Cap. I

VSSIONI tuæ sancte frater Aureli,tãto deuotius obtẽpera-
re me oportuit,quãto magis mi
1 hi quis ex te iusserit, claruit. Do
minus noster Iesus Christus ha-
bitãs in interiori homine tuo,ti-
biq; solicitudinẽ paternæ & fra-
ternæ charitatis inspirãs, utrũ filijs & fratrib. no-
stris monachis,qui beato Paulo apostolo obedi-
re negligũt,dicẽti: Qui nõ uult operari nõ mãdu- *2. Thess. 3*
cet: permittẽda sit ista licẽtia,uoluntatẽ ac linguã
tuã assumẽs in opus suũ imperauit mihi ex te, ut
hinc ad te aliquid scriberẽ. Adsit itaq; ipse etiã mi
hi ipsi, quo ita pareã, ut ei me parere ex eius mu-
nere ipsa utilitate fructuosi laboris intelligã. Pri- C
mũ ergo uidendũ quid dicãt illius ꝓfessionis ho-
mines qui operari nolũt, Deinde si eos non recte
sentire inuenerimus, ad eorũ correctionẽ quid di
cendum. Nõ, inquiũt, de hoc opere corporali, in
quo uel agricolæ uel opifices laborant præcepit
hoc Apostolus cum diceret, Qui nõ uult operari
Matth. 6 nõ mãducet. Neq; enim Euãgelio potuit esse con
trarius, ubi ait ipse dñs: Ideo dico uobis, ne solici
ti sitis animæ uestræ quid mãducetis, neq; corpo
ri uestro quid induamini, Nónne anima plus est
ꝙ esca, & corpus ꝙ indumentũ? Cõspicite uolati
lia cœli, quoniã non serũt neq; metũt, neq; cõgre-
gant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa.
Nónne uos magis pluris estis illis? Quis autẽ ue- D
strũ cogitãs, potest adijcere ad staturã suã cubitũ
unũ? Et de uestimẽto quid soliciti estis? Cõsidera
te lilia agri quõ crescũt, nõ laborãt neq; nent. Di-
co aũt uobis, quoniã nec Salomõ in omni gloria
sua coopertus est sicut unũ ex istis. Si aũt fœnum
agri quod hodie est, et cras in clibanũ mittit, deus
sic uestit, quãto magis uos modicæ fidei? Nolite
ergo, nolite soliciti esse, dicẽtes, quid manducabi
mus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hęc
enim omnia gẽtes inquirũt. Scit aũt pater uester
cœlestis quia his omnib. indigetis. Quærite autẽ
primũ regnũ dei & iustitiã eius, & hęc omnia appo
nentur uobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinũ,
crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. Sufficit
diei malitia sua. Ecce, inquiunt, ubi nos dominus
iubet de uictu & tegumento nostro esse securos,
Quomõ ergo Apostolus sentire aduersus domi-
nũ posset, ut nos præciperet ita esse debere solici
tos, quid mãducemus & quid bibamus, & unde
cooperiamur, ut nos etiã opificũ artibus, curis, la-
borib. oneraret? Quapropter in eo quod ait: Qui *1. Thess. 3*
nõ uult operari, nõ mãducet: opera spiritalia, in-
quiũt, debemus accipere: de quibus alio loco di-
cit. Vnicuiq; sicut dns dedit: Ego plãtaui, Apollo *1. Cor. 3*
rigauit, sed deus incrementũ dedit. Et paulopost,
Vnusquisq; suã mercedẽ accipiet secundũ suũ la-
borẽ. Dei em̃ sumus cooperarij, dei agricultura,
dei ædificatio estis, secundũ gratiam quæ data est
mihi, ut sapiẽs architectus fundamentũ posui. Si
ergo Apostolus operaꝛ plantãdo, rigãdo, ædifica
do, & fundamentũ ponẽdo: ita qui nõ uult opera
ri, nec mãducet. Quid em̃ prodest mãducare spi-
ritaliter, id est, pasci uerbo dei, si non inde operaꝛ
aliorũ ædificationẽ: sicut illi pigro seruo quid ꝓ- *Matth. 25*
fuit accipere talentũ & abscõdere, nec operari lu
cra dominica? An ut ei auferreꝛ in fine, & ipse in
exteriores tenebras mitteretꝛ? Sic, inquiũt, & nos
facimus. Legimus cũ fratribus, q ad nos ab æstu
seculi ueniũt fatigati, ut apud nos in uerbo dei &
in orationibus, psalmis, hymnis, & cãticis spirita
lib. requiescãt. Alloquimur eos, consolamur, ex-
hortamur ædificãtes in eis, si quid eorũ uitę ꝓ suo
gradu deesse perspicimus. Talia opera si nõ face-
remus, periculose à domino alimenta ipsa spirita
lia sumeremus. Hoc em̃ dicit Apostolus, Qui nõ
uult operari, nõ manducet. Ita se isti arbitrantur
apostolicæ & euangelicæ obtemperare senten-
tię, cum & Euangeliũ credunt de nõ curãda cor-
porali & tẽporali uitæ huius indigẽtia præcepis-
se, & Apostolũ de cibo & opere spiritali dixisse:
Qui nõ uult operari nõ mãducet. Nec attẽdũt, *Aliud figurã-*
quia si alius diceret dominũ quidẽ in parabolis et *te, aliud pro-*
in similitudinib. loquentẽ de uictu & tegumẽto *prie loqui.*
spiritali monuisse, ut nõ inde sint soliciti serui eiꝰ, *Cap. II*
sicut dicit: Cum uos attraxerint ad iudicia, nolite *Matth. 10*
cogitare quid loquamini. Dabit em̃ uobis in illa
hora quid loquamini. Non enim uos estis qui lo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Sermo quippe sapiētię spiritalis est, de quo illos noluit cogitare, promittēs quod eis nihil inde solicitis præstaretur: Apostolū autē iam more Apostolico apertius disserentē, & magis proprie q̄ figurate loquentē, sicut multa ac pene omnia sese habēt in epistolis Apostolicis, proprie de opere corporali ciboq̄ dixisse, Qui nō uult operari, nō māducet: redderetur illis dubia sentētia eorū, nisi cętera dominica uerba cōsiderātes, inuenirent aliquid unde probarēt eū de uictu & uestitu corporali nō locutū fuisse, cū diceret, Nolite soliciti esse quid manducetis, & quid bibatis, & quo uestiamini: uelut si animo aduerterent, quod ait, Hæc enim omnia gētes inquirūt. Ibi enim ostēdit de ipsis corporalib. & tēporalib. se dixisse. Ita ergo si hoc solum de hac re dixisset Apostolus, Qui nō uult operari, nō māducet: possent hęc uerba in aliā traduci sentētiā. Cum uero multis aliis locis epistolarū suarū quid hinc sentiat, apertissime doceat, superfluo conanē & sibi & cæteris caliginē obducere, ut quod utiliter illa charitas monet, nō solū facere nolint, sed nec intelligere ipsi, aut ab aliis intelligi uelint, nō timētes quod scriptū est, Noluit intellegere ut bene ageret. Prius ergo demōstrare debemus beatū apostolū Paulū opera corporalia seruos dei operari uoluisse, quę finē haberēt magnā mercedē spiritalem, ad hoc ut ipso uictu & tegumēto à nullo indigerēt, sed manibus suis hæc sibi ꝓcurarēt. Deinde ostēdere Euāgelica illa præcepta, de quibus nōnulli nō solū pigritiā, sed etiam arrogantiā suam fouēt, Apostoli co præcepto & exēplo nō esse contraria. Videamus itaq̄ unde ad hoc uenerit Apostolus, ut diceret, Si quis nō uult operari nō manducet: & quid deinde cōtexat, ut ex ipsa circunstantia lectionis appareat declarata sentētia. Denūciamus, inquit, uobis fratres in nomine dñi nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre inquiete ambulāte, & nō secundū traditionē quā acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quō uos oporteat imitari nos, quia nō fuimus inquieti inter uos, neq̄ panem ab aliquo gratis māducauimus, sed in labore & fatigatione die ac nocte operātes, ne quē uestrū grauaremus: nō quia nō habuerimus potestatē, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis qua nos imitaremini. Nā & cū apud uos essemus, hoc uobis præcipiebamus, quoniā si quis nō uult operari, nō māducet. Audiuimus enim quosdam inter uos ambulare inquiete, nihil operātes sed curiose agētes. His aūt qui eiusmodi sunt, præcipimus & obsecramus in dño Iesu Christo, ut cū silētio operantes panē suū manducēt. Quid ad hæc dici potest, quandoquidē ne cuiq̄ postea liceret hoc prouolūtare, nō pro charitate interpretari, exemplo suo docuit quid præceperit. Illi enim tanq̄ Apostolo prædicatori Euāgelij, militi Christi, plātatori uineę, pastori gregis cōstituerat dominus ut de Euāgelio uiueret, & tamē ipse stipendiū sibi debitum non exegit, ut se formā daret eis qui exigere indebita cupiebāt: sicut ad Corinthios dicit, Quis militat suis stipēdijs unquā? Quis plātat uineam & de fructu eius nō edit? Quis pascit gregē & de lacte gregis nō percipit? Ergo quod sibi debebat noluit accipere, ut exēplo eius coercerētur qui sibi nō ita ordinatis in Ecclesia talia deberi arbitrabantur: Quid est enim quod ait, Neq̄ panē gratis ab aliquo māducauimus, sed in labore & fatigatione die ac nocte operātes, ne quē uestrū grauaremus, nō quia non habuerimus potestatē, sed ut nos formā daremus uobis qua nos imitaremini? Audiāt ergo quibus hoc præcepit, id est, qui non habent hāc potestatē quam ille habebat, ut tantū modo spiritaliter operātes manducent panem à corporali labore gratuitū, & quemadmodū dicit, præcipimus et obsecramus in Christo, ut cū silentio operantes panē suum māducent, nō disputēt cōtra manifestissima uerba Apostoli, quia et hoc pertinet ad silentiū, cum quo debēt operātes māducare panē suum. Enucleatius aūt & diligentius adhuc ista uerba considerarē atq̄ tractarem, nisi haberē alia loca epistolarū eius multo manifestiora, quibus collatis & ista liquidius manifestātur, & si ista non essent, illa sufficerent. Ad Corinthios enim scribēs de hac eadē re, ita dicit: Non sum liber? nō sum Apostolus? Nónne Christum Iesum dominū nostrū uidi? Nónne opus meum uos estis in domino? Si aliis non sum Apostolus, uerū uobis tamē sum. Signaculū enim Apostolatus mei uos estis in dño. Mea defensio ad eos qui me interrogāt hæc est, Nūquid nō habemus potestatē māducandi & bibēdi? Nūquid nō habemus potestatē sororem mulierē circūducendi sicut & cæteri Apostoli & fratres domini et Cephas? Vide quēadmodū primū ostendat quid sibi liceat, et ideo liceat, quia Apostolus est, inde enim cœpit, Non sum liber? nō sum Apostolus? Et probat se Apostolū esse, dicens: Nónne Christū Iesum dominū nostrū uidi? Nónne opus meū uos estis in domino? Quo probato ostendit sibi licere quod cæteris Apostolis, id est, ut nō operetur manibus suis, sed ex Euāgelio uiuat, sicut dominus constituit eis, quod in cōsequentib. apertissime demonstrauit: ad hoc enim & fideles mulieres habentes terrenā substantiā ibant cū eis, & ministrabāt eis de substātia sua, ut nullius indigerēt horū quę ad necessaria uitæ huius pertinēt. Quod beatus Paulus licere quidem sibi demonstrat, sicut & cæteri Apostoli faciebāt, sed ea potestate se uti noluisse postea cōmemorat. Hoc quidam non intelligentes, non sororē mulierē, cum ille diceret, Nūquid nō habemus potestatē sororem mulierē circūducendi, sed uxorē interpretati sunt. Fefellit eos uerbi Græci ambiguitas, o ϕ & uxor & mulier eodem uerbo Græce dicit: quanq̄ hoc ita posuerit Apostolus ut falli nō debuerint, quia neq̄ mulierē tantūmodo ait, sed sororē mulierē, neq̄ ducendi sed circūducendi: ueruntamē alios interpretes nō fefellit hæc ambiguitas, & mulierem non uxorem interpretati sunt. Quod quisquis putat nō potuisse ab Apostolis fieri, ut cum eis sanctæ cōuersationis mulieres circuirēt quacunq̄ Euāgelium prædicabant

Matth. 6

2 Thess. 3

1 Cor. 9

Paulum manifeste laborem præcepisse christianis. Cap. III

Paulum scribentiam suam de laborādo cōmprobasse ipso facto. IIII

De mulierib. ministrātibus Christo. V

prædicabant, ut eis de sua substātia ministrarēt necessaria, Euangeliū audiant, & cognoscant quem admodum hoc ipsius domini exemplo faciebāt. Dominus enim noster more misericordiæ suę infirmioribus cōpatiens, cum ei possent angeli ministrare, & loculos habebat quò mitteretur pecunia, quę conferebatur utiq̄ à bonis fidelibus eorū uictui necessaria: quos loculos Iudæ commendauit, ut etiam fures si euitare non possemus, tolerare in Ecclesia disceremus: ille enim ea quæ mittebātur, sicut de illo scriptū est, auferebat. Et mulieres uoluit ut se ad præparanda & ministranda necessaria sequerentur, ostendens quid Euāgelistis & ministris dei tāquam militibus, à plebibus dei tanquā prouincialib. deberē, ut si quis eo quod sibi deberē uti nollet, sicut Apostolus Paulus uti noluit, amplius impēderet Ecclesiæ, nō exigēdo stipendiū debitum, sed quotidianū uictum de suis laboribꝫ. trāsigendo. Audierat enim stabularius, ad quē uulneratus ille perductus est. Si quid amplius erogaueris, in redeūdo reddam tibi. Amplius erogabat Apostolus Paulus, qui suis ut ipse testatur stipendijs militabat. In Euāgelio enim scriptum est, Deinceps & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicās & euangelizans regnum dei, & duodecim cū illo, & mulieres aliquæ erant curatæ à spiritib. malignis & infirmitatibus, Maria quæ uocabat Magdalena, de qua dæmonia septem eiecerat: & Ioanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabāt eis de facultatibus suis. Hoc exemplum domini imitabanē Apostoli ad accipiendū sibi debitum cibum: de quo idem dominus apertissime loquitur, Euntes, inquit, prædicate dicētes, quia appropinquauit regnū cœlorum: Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mūdate, dæmonia eijcite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurū, neq̄ argentū, neq̄ pecuniā in zonis uestris, neq̄ peram in uia, neq̄ duas tunicas, neque calciamēta, neq̄ uirgam. Dignus est enim operarius cibo suo. Ecce ubi constituit dominus quod idem Apostolus cōmemorat. Ad hoc enim dixit illa omnia ne portarēt, ut ubi opus esset, ab eis acciperēt quibus annūciabāt regnū dei. Ne quis autem arbitretur solis duodecim hoc fuisse pmissum: uide etiam quid Lucas narret, Post hæc, inquit, designauit dñs & alios septuagintaduos, & misit illos binos ante faciem suam in omnē ciuitatē & locū quo erat ipse ueturus. Et dicebat illis, Messis quidē multa, operarij autem pauci: Rogate ergo dñm messis, ut mittat oparios in messem suā. Ite, Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos Nolite portare sacculū neq̄ perā neq̄ calciamenta, & neminē per uiam salutaueritis. In quācunq̄ domū intraueritis, primū dicite, Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax uestra, sinautē, ad uos reuertetur. In eadem autē domo manete, edentes & bibentes quę apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Hic apparet non esse illa iussa, sed pmissa, ut quisquis uti uellet, eo uteretur quod sibi liceret ex domini cōstitutione: si quis aūt uti nollet, non contra iussum faceret, sed de suo iure cedens misericordius & laboriosius conuersaretur in Euāgelio, in quo & debitā mercedē nollet accipere. Alioquin cōtra iussum domini fecit Apostolus, qui posteaquā ostendit sibi licere, statim subiecit. Sed tamen ego non sum usus hac potestate. Sed ad ordinem redeamus, ac totū ipsum epistolæ locū diligenter cōsideremus. Nūquid, inquit, nō habemus licentiā manducādi & bibēdi? Nunquid nō habemus licentiā sororē mulierē circunducendi? Quam licentiā dixit, nisi quā dominus dedit eis quos ad prędicandū regnum cœlorū misit, dicēs, Ea quę apud ipsos sunt manducate. Dignus est enim operarius mercede sua: & seipsum prępones ad eiusdē potestatis exemplū, cui fidelissimę mulieres talia necessaria de suis facultatib. ministrabant. Amplius aūt fecit Apostolus Paulus, ut de coapostolis suis documentū adhiberet huius licentiæ à domino permissæ. Neq̄ enim reprehendens, subiecit, Sicut & cæteri Apostoli & fratres domini & Cephas: sed ut hinc ostēderet hoc se accipere noluisse, quod ei licere accipere, cæterorū etiam cōmilitonū eius more probarē. An ego solus & Barnabas nō habemus potestatē non operandi? Ecce abstulit omnem dubitationē, etiā tardissimis cordibus, ut intelligāt de qua operatione dicat. Vt quid ēm ait, An ego solus & Barnabas non habemus potestatem non operandi, nisi quia omnes Euāgelistæ & ministri uerbi dei habebant potestatē à domino acceptam, ut nō operarentur manibus suis, sed ex Euāgelio uiuerent, operantes tantūmodo spiritalia in prædicatione regni cœlorū, & ædificatione pacis Ecclesiæ. Neq̄ enim quisquā potest dicere de ipsa spiritali operatione dixisse Apostolum, An ego solus & Barnabas nō habemus potestatē non operandi. Hanc enim potestatem nō operādi omnes illi habebāt. Dicat ergo qui conatur præcepta Apostolica in sentētiam suam deprauare atq̄ peruertere: Dicat si audet, omēs Euāgelistas à domino accepisse potestatē non euangelizandi. At si hoc absurdissimum atq̄ insanissimū est dicere, cur nolūt intelligere quod omnib. patet, accepisse quidē illos potestatē non operādi, sed opera corporalia quibus uictū quærerent, quia dignus operarius cibo suo & mercede sua, sicut Euangeliū loquitur. Nō ergo soli Paulus et Barnabas nō habebant potestatem nō operandi, sed omnes pariter habebāt hāc potestatē qua isti non utebant, amplius impēdentes Ecclesiæ, sicut in illis locis ubi euangelizabāt infirmis congruere iudicabāt. Et ideo ne coapostolos suos reprehēdisse uideret, subiūgit et dicit, Quis militat suis stipēdijs unquā? Quis plātat uineā, & de fructu eius nō edit? Quis pascit gregē, & de lacte gregis nō percipit? Nunquid secundū hominem hæc loquor? An & lex nō hęc dicit? in lege ēm scriptū est, Bouі triturāti os non infrenabis? Nūquid de bobus pertinet ad deū? An propter nos omnino dicit? Propter nos enim scriptū est, quia debet in spe qui arat arare, & triturans in

Matth. 10

Luc. 8

Christi per quē licere de Euangelio uiuere. Cap. VI

Apostolis permissum esse nō laborare. VII

Luc. 10

1 Cor. 9

Deut. 25

Universidad de Deusto
Biblioteca

spe fructus participandi. His uerbis satis indicat Apostolus Paulus nō sibi aliquid usurpasse ultra A debitū coapostolos suos, qui non operabant corporaliter unde haberēt uictui necessaria, sed sicut dominus cōstituit ex Euangelio uiuentes panem gratuitū manducarent ab eis quibus gratuitā gratiam prædicabant. Stipendiū enim suum tanquā milites accipiebant, & de uineæ per eos plantatę fructu, quod opus erat libere decerpebant, & de gregis quem pascebant lacte potabāt, & ex area quam triturabant cibum sumebant. Apertius autem cætera cōnectat, & omnino aufert omnes dubitationis ambages. Si nos uobis, inquit, spiritalia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus? Quæ sunt spiritalia quę seminauit, nisi uerbum et mysterium sacramenti regni cœlorū? Quæ autem carnalia quæ sibi licere metere dicit, B nisi hæc tēporalia quæ uitæ atq; indigentiæ carnis indulta sunt? Hæc aūt sibi debita se ab eis non quæsisse nec accepisse manifestat, ne quod impedimentū daret Euāgelio Christi. Quid restat ut intelligamus eum operatū esse unde uictū haberet, nisi corporale opus corporalibus & uisibilib. manibus suis? Nam si de spiritali opere uictū & tegumentū quereret, id est, ut ab eis hæc acciperet quos in Euangelio ædificabat, non consequenter diceret: Si alij potestatis uestræ participāt, cur non magis nos? Sed non sumus usi hac potestate, sed omnia toleramus, ne quod impedimentū demus Euangelio Christi. Qua potestate se dicit nō usum, nisi quā habebat in eos à domino acceptam, ut eorū carnalia meteret ad uictū uitæ huius quę in car C ne agit: cuius potestatis participes erant etiā alij qui nō eis primo Euangelium annūciauerūt, sed ad eorū Ecclesiā idipsum prædicantes postea uenerāt. Ideo cum dixisset, Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si carnalia uestra metamus? subiecit, Si alij potestatis uestræ participāt, cur nō magis nos? Et cum demōstrasset quid eius potestatis esset: Sed nō sumus usi, inquit, hac potestate, sed omnia toleramus ne quod impedimētū demus Euāgelio Christi. Dicant ergo isti, quomodo de opere spiritali carnalē uictū habebat Apostolus, cū aperte ipse dicat, nō se usum esse hac potestate. At si de opere spiritali carnalē uictū nō habebat, restat ut de opere carnali habuerit: & in de dicat, Neq; panē gratis ab aliquo manducauimus, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quē uestrū grauaremus: nō quia nō habuerimus potestatē, sed ut nos formam daremus uobis qua nos imitaremini. Omnia, inquit, tolera mus, ne quod impedimentū daremus Euangelio Christi. Et redit rursus, modisq; omnib. etiā atq; etiā cōmendat quid sibi liceat, & tamē nō faciat. Nescitis, inquit, quoniā qui in templo operant, quę de tēplo sunt edunt? Qui altario deseruiūt altario cōpertiunt. Sic et dominus ordinauit ijs qui Euāgelio annūciant, de Euāgelio uiuere: Ego autem nullo horū usus sum. Quid hoc aptius? quid clarius? Vereor ne forte cum dissero uolens id exponere, obscurū reddam quod per se lucet & claret. Qui enim hęc uerba nō intelligunt, aut se nō intelligere fingūt, mea multo minus intelligūt uel se intelligere profitent: nisi forte propterea cito intelligant nostra, quia conceditur eis intellecta deridere, de Apostoli autē uerbis non ita cōceditur. Propterea ubi aliter ea secundū suam sententiam interpretari nō possunt, etiam clara & manifesta, obscura & incerta esse respondent, quia & praua & peruersa dicere nō audēt. Clamat homo dei, Dominus ordinauit ijs qui Euangelio annūciant de Euāgelio uiuere: Ego autē nullius horum usus sum: & conat caro & sanguis recta deprauare, aperta claudere, serena obnubilare. Spiritale, inqt, opus faciebat & inde uiuebat. Si ita est, de Euāgelio uiuebat: Cur ergo dicit, Dominꝰ ordinauit ijs qui Euāgelio annunciāt, de Euāgelio uiuere, ego aūt nullo horū usus sum. aut si & hoc ipsum quod hic dictū est uiuere, secundū spiritalē uitā uolunt interpretari, nullam spem habebat Apostolus ad deū qui de Euāgelio non uiuebat, quia dixit, nullo horū usus sum. Quapropter ut spes illi certa esset uitę æternę, de Euangelio utiq; spiritaliter uiuebat Apostolus. Quod aūt ait, Ego autē nullius horū usus sum, de uita ista quæ in carne agit sine dubitatione facit intelligi, quod dixit dominū ordinasse ijs qui Euangelio annunciant de Euangelio uiuere, id est, uitam istam cui opus est uictu & tegumento de Euangelio trāsigere: sicut superius de suis coapostolis dixit, unde ipse dominus ait, Dignus est operarius cibo suo, & dignus est operarius mercede sua. Hūc itaq; cibū & hanc mercedē, sustentandę huic uitę debitū concessum Euangelistis, ab eis quib. Euāgelizabat nō accepit Apostolus, uerū dicēs, Ego autem nullius horum usus sum. Et sequit & adiungit, ne forte quisquā arbitret ideo eum non accepisse, quia illi nō dederāt,

Non aūt scripsi hæc ut ita fiant in me: bonū est mihi magis mori cp gloriam meā quisquā inanē faciat. Quam gloriā, nisi quam habere uoluit apud deum in Christo compatiens infirmis, sicut mox apertissime dicturus est: Si enim euangeliza uero, inquit, nō est mihi gloria. Necessitas enim mihi incūbit, id est sustentandæ uitæ huius. Vę enim erit mihi, inquit, si non euāgelizauero, id est, malo meo non euangelizabo, quia fame crucior, & unde uiuam nō habebo. Nam sequitur & dicit, Si enim uolens hoc facio, mercedē habeo. Volentē se dicit facere, si nulla uitæ huius fulciēdæ necessitate compulsus facit, & ob hoc habere mercedem utiq; apud deū gloriæ sempiternā. Si autē inuitus, inquit, dispensatio mihi credita est: id est, si necessitate transigendæ huius uitæ inuitus cogor euāgelizare, dispēsatio mihi credita est, ut scilicet ex dispēsatione mea, quia Christū, quia ueritatē prædico, quāuis ex occasione, quamuis mea querēs, quāuis terreni emolumēti necessitate cōpulsus, alij proficiāt, ego aūt apud deū mercedem gloriosam illam sempiternāq; non habeā. Quę ergo, inquit, merces mihi erit? Interrogās dixit, propterea suspendenda est pronunciatio donec respōdeat. Quod ut facilius intelligat, tāquā nos

Apostolū sensisse de labore manuum. VIII

1 Cor. 9

1 Cor. 9

Paulū nō fuisse usum libertate cōcessa. Cap. IX.

Necessitas prædicandi uerbi in Paulo X

nos eū interrogemus: Quæ ergo tibi merces erit Apostole, quando mercedē istam terrenā etiā E- A uangelistis bonis debitam, non ꝓpter hoc euāgelizantibus, sed tamen consequentē et oblatam ex domini ordinatione sumentibus, tu non accipis? Quę ergo tibi merces erit? Vide quid respōdeat, 1 Cor. 9 Vt euangelizans, inquit, sine sumptu ponā Euāgelium, id est, ut nō sit credentibus sumptuosum Euāgeliū, ne putēt ad hoc sibi euangelizari, ut id Euāgelistæ quasi uēdere uideant. Et tamē redit etiam atq; etiā ut ostēdat quid sibi iure dominico licet, & tamē non faciat: Vt nō abutar, inquit, po- *Emulatio Pau. Cap. XI* testate mea in Euangelio. Iam uero quia infirmitati hominū compatiēs id faciebat, audiamus sequentia. Cum enim liber sim, inquit, ex omnibus, omniū me seruum feci, ut plures lucrifacerē: ijs qui sub lege sunt quasi sub lege, cum nō sim ip- B se sub lege, ut eos qui sub lege erant lucrifacerē: ijs qui sine lege sunt quasi sine lege, cum sine lege dei nō sim, sed sim in lege Christi, ut lucrifacerē eos qui sine lege dei sunt. Quod nō simulandi uersutia faciebat, sed cōpatiēdi misericordia, id est, non quasi ut se fingeret Iudæum, sicut nōnulli putauerunt, quia legitima uetera Hierosolymis obseruauit. Fecit enim hoc secūdum liberā & mani- 1 Cor. 7 festam sententiā suā, in qua dicit, Circūcīsus quis uocatus est, non adducat pręputiū: id est, nō sic uiuat quasi præputiū adduxerit, & id quod nudauerat texerit: sicut alio loco dicit, Circūcīsio tua prę- Rom. 7 putiū facta est. Secundū hanc ergo sententiā suā, qua dicit, Circumcīsus quis uocatus est, nō adducat pręputiū: In præputio quis uocatus est, nō cir C cuncidatur: fecit illa quæ non intelligentib. & parum attendentibus finxisse putatus est. Iudæus enim erat & circumcīsus uocatus, adducere noluit præputiū, id est, noluit ita uiuere ac si circumcīsus non esset. Hoc enim iam in potestate habebat: & sub lege quidē nō erat sicut illi qui eam seruiliter operabant, sed tamen in lege dei & Christi. Non em alia lex erat illa & alia lex dei, sicut perditi Manichæi solent dicere: Alioquin si cum illa fecit, finxisse putandus est, finxit & Paganū et sacrificauit idolis, ga dicit factū se fuisse ijs qui sine lege sunt quasi sine lege. Quos utiq; nō nisi gentiles, quos Paganos dicim⁹, uult intelligi. Aliud est ergo esse sub lege, aliud in lege, aliud sine lege. Sub lege carnales Iudei, in lege spiritales & Iudæi & Chri- D stiani. Vnde illi seruauerūt morē illum patriū, sed onera insolita credentib. gentibus non imposuerunt, & ideo nec illi circuncīsi sunt. Sine lege autē gentes quę nondū crediderūt, quibus tamē se Apostolus cōgruisse testatur per misericordē compassionē, nō per uersipellem simulationē: id est, ut eo modo subueniret carnali Iudæo uel Pagano, quomō sibi ipse si hoc esset, subueniri uoluisset, portās utiq; eorū infirmitatē in cōpassionis similitudine, nō fallens in mēdacij fictione, sicut conti- 1 Cor. 9 nuo sequit, et dicit, Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerē: hinc enim loquebat, ut etiam omnia illa diceret. Sicut ergo quod factus est infirmis infirmus, non erat mendaciū, sic & cætera illa superius. Quam enim dicit infirmitatē suā erga infirmos fuisse, nisi cōpatiendi eis, intantū ut ne uideretur uenditor Euangelij, & uerbi dei cursum apud imperitos in malam suspitionē decidēs impediret, nollet accipe quod iure dominico debebat: quod si uellet, nō utiq; mentiretur, quia iure debebatur: & quia noluit, non utiq; mentitus est. Neq; enim dixit, nō sibi deberi, sed deberi ostendit, & debito se usum nō esse, nec omnino uti uelle, ꝓfessus est, eoipso factus infirmus, quod potestate sua uti noluit: tam misericordi scilicet inductus affectu, ut cogitaret quēadmodū secū agi uellet, si et ipse ita infirmaret, ut posset de illis ꝑ quos sibi Euangeliū prędicaret, si eos uideret sumptus accipere, quasi mercimoniorū nundinas suspicari. *Quare mercēdem fugerit Paulus XII* De hac infirmitate sua dicit alio loco, Facti sumus paruuli in medio uestrum, tāquā si nutrix foueat filios suos. Nam eius circunstantia lectionis hoc indicat: Neq; enim, inquit, aliquando in sermone adulationis fuimus sicut scitis, neque in occasione cupiditatis, deus testis est, neq; quærentes ab hominibus gloriam, neque à uobis, neq; ab alijs, cū possemus oneri uobis esse ut Christi Apostoli, sed facti sumus paruuli in medio uestrū tanquā si nutrix foueat filios suos. Quod ergo & ad Corinthios dixit, habere se potestatem Apostolatus sui sicut et ceteri Apostoli, qua potestate usum se non esse testat: hoc etiā in isto loco ad Thessalonicēses ait, Cū possemus oneri uobis esse sicut & 1 Thes. 2 Christi Apostoli, secūdum ꝙ dominus dicit, Dignus est operarius mercede sua. Nam hinc eū dicere, illud indicat quod supra posuit: Neq; in occasione cupiditatis, deus testis est. Per hoc em quod iure dominico debebat bonis Euangelistis, non propter hoc euangelizantibus, sed quęrētibus regnū dei, ut hęc omnia apponerent eis, inueniebāt alij occasionē, de quibus idem dicit, Neq; em isti deo seruiunt, sed suo uentri: quibus hanc occasionem amputare uolebat Apostolus, ut etiam quod sibi iuste debebat omitteret. Aperte quippe hoc ipse ostēdit in secunda ad Corinthios, ab alijs Ecclesiis suppletas dicens necessitates suas. Venerat em sicut apparet ad tantam indigentiam, ut de lōginquis Ecclesiis ei necessaria mitterent, dum tamen ab eis apud quos erat nihil tale acciperet. Nunquid peccatū, inquit, feci meipsum humiliā- 2 Cor. 11 do ut uos exaltaremini, quoniam gratis Euangelium dei euangelizaui uobis? Alias ecclesias expoliaui accipiens stipendiū ab eis ad uestram ministrationem, & cū apud uos fuissem & egerē, nemini grauis fui: Nam id quod deerat mihi adimpleuerūt fratres qui uenerunt à Macedonia, & in omnib. ingrauate me in uobis custodiui & custodiā. Est ueritas Christi in me, quia gloria hæc non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia nō uos diligo? deus scit. Quod aūt facio et facturus sum, ut amputem occasionē eorū qui uolunt occasionē, ut in eo quo gloriantur inueniantur sicut & nos. De hac igitur occasiōe quā hic se dicit uelle amputare, uoluit intelligi quod ibi ait: Neq; in occasione cupiditatis deus testis est. Et ꝙ

hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic dicit, Meipsum humiliãdo ut uos exaltaremi
ni: hoc in prima ad eosdẽ Corinthios, Factus sum A
2 Cor. 9 infirmis infirmus: hoc ad Thessalonicẽses, Factus
1 Thes. 2 sum paruulus in medio uestrũ, tanq̃ si nutrix fo-
ueat filios suos. Proinde attende sequentia, Ita, in
quit, desiderãtes uos, placet impertire uobis non
solũ Euãgeliũ dei, uerumetiã animas nostras, quo
niã charissimi nobis facti estis. Recordamini aũt
fratres laborẽ nostrũ & erũnam, nocte & die ope
rãtes, ne quẽ uestrũ grauaremus. Hoc enim supe
rius ait, Cũ possemus oneri uobis esse ut Christi
Apostoli. Infirmorũ igitur periculis ne falsis suspi
tionibus agitati odissent quasi uenale Euangeliũ,
tanq̃ paternis maternisq̃ uisceribus tremefactus
Act. 20 hoc fecit. Sic etiam in actibus Apostolorum idem
loquitur, cum à Mileto mittens Ephesum, uocas-
set inde presbyteros Ecclesiæ, quibus inter mul- B
ta: Argentum, inquit, et aurum uel uestẽ nullius
cõcupiui, ipsi scitis, quoniam necessitatibus meis
& eorũ qui mecum fuerunt hæ manus seruierint.
Omnia ostendi uobis, quoniã sic laborãtes opor-
tet iuuare infirmos, memores etiam esse uerborũ
domini Iesu, quia ipse dixit, Beatius est magis da-
Opificũ & a- re q̃ accipere. Hic fortasse aliquis dicat, Si cor
gricolarũ la- porale opus faciebat Apostolus, unde uitã istam
bor honestus substentaret: quod erat ipsum opus, & quando ei
& sanctus uacabat & operari & Euangeliũ prædicare? Cui
Cap. XIII respondeo, puta me nescire, corporaliter tamen
operatum esse, & in carne uixisse, non autẽ usum
potestate quã dominus Apostolis dederat, ut E-
uangeliũ annũcians de Euangelio uiueret, ea quę
supra dicta sunt sine ulla dubitatione testanꝰ. Ne- C
que enim aut uno loco aut breuiter dictum est, ut
possit cuiusuis astutissimi tergiuersatiõe in aliam
traduci peruerticq̃ sententiã. Cum igitur tantę au
toritatis tam magnis & crebris molibus cõtradi-
centiũ conteraꝰ aduersitas, quid à me quæritur, uel
quale opus faciebat uel quando faciebat? Vnum
scio, quia nec furta faciebat, nec effractor aut la-
tro erat, nec auriga aut uenator aut histrio aut tur
pilucrus: sed innocẽter & honeste quæ apta sunt
humanis usibus operabaꝰ. sicut sese habent opera
fabrorũ, structorũ, sutorum, rusticorũ, & his simi
lia. Neq; enim honestas ipsa reprehẽdit, quod re-
prehẽdit superbia eorũ qui uocari honesti amãt,
sed esse non amãt. Non igitur dedignaretur Apo
1 Cor. 10 stolus siue rusticanũ opus aliquod aggredi, siue in D
opificũ labore uersari. Qui emꝰ ait, Si me offensio-
ne estote Iudeis et Grecis et Ecclesiæ dei, quos in
hac causa reuereri posset ignoro. Si Iudeos dixe-
rint, Patriarchę pecora pauerũt. Si Græcos, quos
etiã Paganos dicimus, etiam philosophos multũ
sibi honorabiles sutores habuerunt. Si ecclesiam
dei, homo ille iustus & ad testimonium cõiugalis
semp mansurę uirginitatis electus, cui despõsata
erat uirgo Maria quæ peperit Christũ, faber fuit.
Quicquid ergo horũ cũ innocẽtia & sine fraude
homines operanꝰ, bonũ est. Nam prȩcauet hoc et
ipse Apostolus, ne quisquã ex necessitate susten-
tandæ uitæ in mala opera dilabatur. Qui furaba-
Eph. 4 tur, inquit, iam nõ furetur: magis autẽ laboret ma
nibus suis bonũ, ut habeat unde tribuat cui opus
est. Hoc ergo scire sufficit, quia & in ipso ope cor
porali id quod bonũ est opabaꝰ Apostolus. Quã-
do autem soleret operari, id est, quibus temporũ
spatijs ne ab euangelizando impediretꝰ, quis pos-
sit cõprehenderꝰ: sane quia & diurnis & noctur-
nis horis operabaꝰ, ipse non tacuit. Veruntamen
isti qui tanquã multũ negocijsi & occupati, In monachos ocioſos XIIII
de tẽpore operationis inquirunt, quid agũt: Nun
quid ipsi ab Hierusalẽ per circuitũ usq; ad Illyricũ
terras Euangelio repleuerunt? Aut quicquid gẽ
tium barbararum remansit adhuc obeundum &
implendũ de pace Ecclesię, susceperũt? Nouimus
eos in quandã societatẽ sanctam ociosissime con-
gregatos. Mirandam rem fecit Apostolus qui re
uera in tanta solicitudine omniũ Ecclesiarũ, & p-
pagatarũ & propagandarũ, ad eius curam labo-
remq; pertinentiũ etiã manibus operabatur, pro-
pterea tamẽ cũ apud Corinthios esset & egeret,
nemini quidẽ eorum apud quos erat, grauis fuit,
sed planè quod illi deerat, suppleuerũt fratres qui Quare laborã
uenerũt ex Macedonia. Nam & ipse propter dũ monachis
eiusmodi necessitates sanctorũ, qui quamuis præ Cap. XV
ceptis eius obtẽperent, ut cũ silẽtio operãtes pa- 2 Thes. 3
nem suum manducent, possent tamen multis ex
causis indigere supplemento aliquo talium sustẽ
tationũ, & cum dixisset talia docẽs & præmonẽs,
His autẽ qui eiusmodi sunt, præcipimus & obse-
cramus in dño Iesu Christo, ut cũ silentio operan
tes panẽ suum manducent: ne illi qui habebãt un
de necessaria seruis dei præberẽt, hac occasiõe pi
grescerẽt, q̃uidens cõtinuo subiecit: Vos aũt fra
tres nolite infirmari benefacientes. Et ad Titũ cũ
scriberet, dicens, Zenam legisperitum & Apollo
solicite præmitte, ut nihil illis desit: ut ostenderet
unde illis nihil deesse deberet, cõtinuo subiũxit,
Discant autẽ & uestri bonis operibus præesse ad Timotheus ua
necessarios usus, ne sint infructuosi. Timotheum letudinarius
etiã quem dicit germanissimũ filiũ, quem sciebat
corpore infirmũ, sicut ostẽdit, monens eũ ne aquã
biberet, sed modico uino uteretur propter stoma
chum, & frequẽtes eius infirmitates: quia in ope
re corporali laborare non poterat, ne forte cũ in-
digeret & nollet uti uictu quotidiano ab eis qui-
bus Euangelium ministrabat, aliqua sibi negocia
quęreret quibus animi eius implicaretur intẽtio.
Aliud est enim corpore laborare animo libero, si
cut opifex potest si nõ sit fraudulentus & auarus,
& priuatę rei auidus: Aliud autẽ ipsum animũ oc
cupare curis, colligẽdę sine corporis labore pecu
nię, sicut sunt uel negociatores, uel, pturatores uel
cõductores. Cura emꝰ pręsunt, nõ manib. operan-
tur, ideo ipsum animũ suũ occupant habendi soli
citudine. Timotheũ ergo ne in talia incideret, qa
p infirmitatẽ corporis manib. opari non poterat, 2 Timo. 2
sic exhortaꝰ, monet & cõsolaꝰ. Labora, inquit, si
cut bonus miles Christi Iesu. Nemo militãs deo
mpliscat se negocijs secularib. ut ei placeat cui se
pbauit: Nam qui in agone cõtendit, nõ coronat
nisi legitime certauerit. Hic ne ille patereꝰ angu-
stias, dicens, Fodere non possum, mendicare cõ-
fundor

fundor: adiunxit, Laborantẽ agricolam primum
oportet de fructibus percipę, secundũ illud quod A
ad Corinthios dixerat, Quis militat suis stipẽdijs
unquã? Quis plantat uineam, et de fructu eius nõ
edit? Quis pascit gregem, et de lacte gregis nõ p-
cipit? Fecit itaq; securum castum Euangelistã, nõ
ad hoc euangelizantẽ ut uenderet Euangeliũ, sed
tamẽ huic uitæ necessaria suis sibi exhibere mani
bus nõ ualentẽ: ut intelligeret quod necessarium
sibi sumebat ab eis quibus tanquam prouinciali-
bus militabat, & quos tanquam uineã cultura ex
ercebat, uel tanquam gregem pascebat, non esse
Solicitudo mendicitatẽ sed potestatem. Propter has igitur
ui de Eccle uel occupationes seruorum dei, uel infirmitates
XVI corporales quæ omnino deesse non possunt, non
solũ permittit Apostolus sanctorũ indigẽtias sup-
pleri à bonis fidelibus, sed etiam saluberrime hor- B
tatur. Excepta enim illa potestate qua se dicit ipse
non usum, cui tamen seruiendum esse à fidelibus
præcipit, dicens, Cõmunicet qui catechizaꝰ uer-
bum ei qui se catechizat in omnibus bonis. Exce
pta ergo hac potestate, quam uerbi dei prędicato
res habere in eos quibus prædicãt, sæpe testatur,
etiam sanctis qui omnia uendita distribuebant &
Hierosolymis habitabãt in sancta cõmunione ui-
tæ, nõ dicentes aliquid propriũ, quibus erant om
nia cõmunia & anima & cor unũ in deum, ab Ec-
clesijs gentiũ necessaria conferri præcipit & hor-
Rom. 15 tatur. Inde est & illud ad Romanos, Nũc, inquit,
pergã Hierusalẽ ministrare sanctis: Placuit enim
Macedoniæ & Achaiæ communionẽ aliquã fa-
cere in pauperes sanctorũ qui sunt Hierusalẽ. Pla C
cuit enim illis & debitores eorũ sunt. Si enim spi-
ritalibus eorũ cõmunicauerunt gentes, debẽt &
in carnalib. ministrare eis. Hoc simile est illi, quod
1 Cor. 9 ait ad Corinthios. Si nos uobis spiritalia semina-
uimus, magnũ est si carnalia uestra metamus? Itẽ
2 Cor. 8 ad Corinthios in secunda: Notam aũt, inquit, uo
bis facimus fratres gratiã dei quæ data est Eccle-
siis Macedoniæ, quia in multa probatione tribu-
lationis, abundãtia gaudij eorũ & profunda pau-
pertas eorũ abundauit in diuitijs simplicitatis eo-
rum: quia secundũ uires testimoniũ perhibeo il-
lis, & supra uires uoluntarij fuerũt, cũ multis pre-
cibus obsecrãtes nos gratiã & cõmunionẽ mini-
strationis quæ fit in sanctos: & non quomodo spe
rauimus, sed seipsos tradiderũt primũ domino, et D
nobis per uoluntatẽ dei ad deprecandũ Titũ, ut
quomodo cœpit, sic & cõsummet in uos etiã gra
tiã istam, Sed quomodo semp abundatis in omni
bus fide & uerbo & sciẽtia, & omni studio, & ea
quæ ex nobis est in uos charitate, ut & in hac gra
tia abũdetis. Non secundũ imperiũ dico, sed pro-
pter aliorum studiũ etiã uestræ charitatis charisi
mum, pbans. Scitis emꝰ gratiã domini nostri Iesu
Christi, quoniã, ppter uos pauper factus est cũ di-
ues esset, ut illius pauptate uos ditaremini. Et cõ-
siliũ in hoc do: hoc enim uobis prodest, qui nõ so
lum facere, sed etiã uelle cœpistis ab anno priore:
Nũc aũt et facto pficite, ut quẽadmodũ prõptus
est animus uoluntatis, ita sit & perficiendi ex eo
quod quisq; habet. Si enim promptus est animus,
secundũ id quod habet acceptabilis est, non secũ
dum id quod nõ habet: nõ emꝰ ut aliis sit refectio,
uobis aũt angustia, sed pro æqualitate in hoc tem
pore: ut uestra abũdantia sit ad illorũ inopiã, ut &
illorũ abũdantia fiat in uestrã inopiam, ut fiat æ- Exod. 16
qualitas, sicut scriptũ est, Qui multũ, non abũda-
uit, & qui modicũ, non defuit illi. Gratias aũt deo
qui dedit idẽ studiũ pro uobis in corde Titi, quia
consolationẽ quidem suscepit. Studiosior autẽ cũ
esset spõte exijt ad uos. Misimus autẽ cum eo fra
trem, cuius laus in Euãgelio est per omnes Eccle-
sias. Non solũ autem, sed & ordinatus est ab Ec-
clesiis comes peregrinationis nostræ, cũ hac gra-
tia quę ministratur à nobis ad domini gloriam &
promptũ animum nostrũ: deuitãtes hoc, ne quis
nos reprehendat in hac plenitudine quę ministra
tur à nobis. Prouidemus enim bona non solũ co-
ram deo, sed etiã corã hominib. In his uerbis ap-
paret quantũ non solum curam sanctarũ plebium
esse uoluerit, ministrare necessaria sanctis dei ser-
uis, consiliũ in hoc dans, quia hoc magis ipsis qui
hæc faciebãt proderat q̃ illis erga quos faciebãt.
Illis enim aliud proderat, id est, hoc erga se obse-
quio fratrũ suorum sancte uti, nec propter hoc
deo seruire, nec ista sumere nisi ad supplendã ne-
cessitatẽ, nõ ad pascẽdam pigritiã: sed etiã suam
curam beatus Apostolus tantã dicit in hoc mini-
stratione, quæ nunc per Titũ transmittebaꝰ, ut co
mitem peregrinationis suæ propter hoc comme-
moraret ordinatũ ab Ecclesiis, boni testimonij ho
minem dei, cuius laus, inquit, in Euãgelio est per
omnes Ecclesias. Et ad hoc dicit illum ordinatum
comitẽ sibi, ut deuitaret hominũ reprehensiones,
ne sine testimonio sanctorũ in hoc ministerio so-
ciorum, tanquã sibi accipere, & in suos sinus con
uertere ab infirmis uel impijs putaret, quæ acci-
piebat ad supplendas necessitates sanctorũ per se
afferenda uel distribuenda indigentibus: Et pau- 2 Cor. 9
lopost dicit. Nã de ministerio quod fit in sanctos,
ex abundanti est mihi scribere uobis: Scio enim
promptum animum uestrum, de quo glorior pro
uobis apud Macedones, quoniã Achaia parata
est ab anno priore, & quæ ex uobis est æmulatio
irritauit plures. Misimus autem fratres, ne glo-
ria nostra quam habemus in uobis euacuetur in
hac parte, ut sicut dixi parati sitis, ne cũ uenerint
mecũ Macedones, & inuenerint uos imparatos,
confundamur nos, ut non dicam uos, in hac sub-
stantia. Necessarium ergo existimaui rogare fra-
tres, ut præcedant ad uos, & præparent iampridẽ
repromissam hãc benedictionẽ uestram, ut para-
ta sit, sic quasi benedictionẽ, non quasi auaritiam.
Hoc autẽ dico, Quia qui parce seminat, parce &
metet: & qui seminat in benedictione, in benedi- Hilaritas
ctione et metet. Vnusquisq; secundũ quod propo in dando
suit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessita-
te: Hilarem enim datorẽ diligit deus. Potẽs est e-
nim deus ominẽ gratiam abundantẽ facere in uo-
bis, ut in oñibus semper omnẽ sufficientiã habẽ-
tes, abundetis in omne opus bonũ: sicut scriptum
est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.111 est, Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternũ. Quid autẽ subministrat semen seminãti, & panẽ in escam subministrabit, & multiplicabit seminationẽ uestram & augebit crescẽtes fruges iustitiæ uestræ, ut in omnib. ditati abũdetis in omnẽ simplicitatẽ quæ operaſ per nos gratiarum actionẽ deo: quoniã ministeriũ functionis huius non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed abũdare facit per multorũ gratiarum actionẽ deo, per probationẽ ministrationis huius glorificantes deum in obsequio cõfessionis uestræ in Euangelio Christi, & simplicitate cõmunicationis in illos & in omnes & in ipsorũ precatione pro uobis, desiderantiũ uos propter excellentẽ gratiã dei in uobis: Gratias deo super inenarrabili dono eius.

Quãta pinguedine sanctæ lætitiæ sit perfusus Apostolus dũ loquit de alterno supplemẽto indigẽtiæ prouincialiũ & militũ Christi, hinc de rebus carnalib. in illos, inde aũt de spiritalibus in istos: ut exclamaret, & tanquã sanctorũ gaudiorũ sagina eructaret, dicens, Gratias deo sup inenarrabili dono eius. Sicut ergo non cessauit Apostolus, imò spiritus dei possidẽs & implens & agens cor eius, exhortari fideles qui haberẽt huiusmodi substantiã, ut nihil deesset necessitatib. seruorũ dei, qui celsiorẽ sanctitatis gradum in Ecclesia tenere uoluerũt, ut spei secularis uincula cuncta præciderent, & animũ liberũ diuinæ militiæ dedicarent: sic debent & ipsi præceptis eius obedire, ut cõpatiant infirmis, et amore priuatę rei non illigati manibus suis in communi labore, prępositis suis sine murmure obtemperare: ut hoc suppleat ex oblationibus bonorũ fidelium, quod laborantibus & aliquid unde uictum transigant operantibus, propter infirmitates tamen corporales aliquorũ, & propter Ecclesiasticas occupationes uel eruditionem doctrinæ salutaris, deesse putauerint. Quid enim agant qui operari corporaliter nolũt, cui rei uacent scire desidero. Orationib. inquiũt, & psalmis & lectioni & uerbo dei. Sancta planè uita & in Christi suauitate laudabilis: sed si ab his auocãdi non sumus, nec manducandũ est, nec ipsæ esce quotidie præparandæ, ut possint apponi & assumi. Si aũt ad ista uacare seruos dei certis interualis temporũ ipsius infirmitatis necessitas cogit, cur non & Apostolicis præceptis obseruãdis aliquas partes tẽporũ deputamus? Citius enim exauditur una obedientis oratio, q̃ decem milia cõtemptoris. Cantica uero diuina cantare, etiã manibus operãtes, facile possunt, & ipsum laborem tanquam diuino celeumate consolari. An ignoramus opifices, quibus uanitatib. & plerũq; etiã turpitudinib. theatricarũ fabularũ donẽt corda et linguas suas, cũ manus ab opere non recedãt? Quid ergo impedit seruũ dei manibus operantẽ in lege domini meditari & psallere nomini domini altissimi: ita sanè ut ad ea discenda, quæ memoriter recolat, habeat sepositа tempora? Ad hoc enim & illa bona opera fideliũ, subsidio supplendorũ necessariorũ deesse nõ debẽt, ut horę quibus ad eruciendũ animum ita uacaſ, ut illa opera corporalia geri non possint, nõ opprimant egestate. Qui autẽ se dicunt uacare lectioni, nõne illic inuenĩũt quod præcipit Apostolus? Quæ est ista ergo peruersitas, lectioni nolle obtẽperare, dum uult ei uacare, & ut quod bonũ est diutius legatur, ideo facere nolle quod legitur? Quis enim nescĩat tanto citius quenque proficere cũ bona legit, quanto citius facit quod legit? Si aũt alicui sermo erogãdus est, & ita occupaſ ut manibus operari nõ uacet, nunquid hoc omnes in monasterio possunt, uenientibus ad se ex alio genere uitæ fratribus, uel diuinas lectiones exponere, uel de aliquibus quæstionibus salubriter disputare? Quando ergo nõ omnes possunt, cur sub hoc obtentu omnes uacare uolũt: quanquã etsi omnes possent, uicissim facere deberent, non solũ ne cęteri à necessarijs operibus occuparentur, sed etiã quia sufficit ut audientibus pluribus unus loquatur. Deinde ipsi Apostolo quomodo uacaret operari manib. suis, nisi ad erogandũ uerbũ dei certa tempora constitueret? Neq; enim & hoc deus latere nos uoluit: nam & cuius artis opifex fuerit, & quibus temporib. uacaret dispẽsando Euãgelio, sancta scriptura nõ tacuit: Nam cum eum dies profectionis urgeret in Troade cõstitutum, etiã in una sabbati congregatis fratribus ad frangendũ panẽ tanta fuit intẽtio & tam necessaria disputatio, ut sermo producerẽtur usq; ad mediũ noctis, tanquã excidisset eis q̃d eo die nõ esset ieiuniũ: quando aũt in aliquo loco immoratus quotidie disputabat, quis dubitauerit horas eum habuisse ad hoc officiũ deputatas? Nãq; apud Athenas cũ esset, quia studiosissimos rerũ inquisitores inuenerat, ita de illo scriptũ est, Disputabat igitur cũ Iudæis in synagoga, & gentibus in uiculis & foro per omnẽ diem ad omnes qui aderãt, Nõ enim in synagoga per omnẽ diẽ, ubi mos erat sabbato sermocinari, sed in foro, inquit, per omnẽ diem, propter studia utiq; Atheniensiũ: Sic enim sequit, Quidam uero Epicureorum & Stoicorũ Philosophorũ conferebãt cum illo. Et paulopost dicit, Athenienses aũt & aduenæ & hospites ad nihil aliud uacabãt, q̃ dicere aliquid noui aut audire. Putemus Apostolũ illis omnibus diebus quibus fuit Athenis, non fuisse operatũ, Propter hoc enim & ex Macedonia supplebatur eius indigentia, sicut dicit in secũda ad Corinthios: quanquã & alijs horis & noctibus poterat, quia ita ualebat & animo & corpore. Sed cũ ab Athenis exisset, uideamus quod ait scriptura, Disputabat, inquit, in synagogis per omne sabbatum, hoc apud Corinthũ. In Troade uero ubi ne cessitate imminentis, pfectionis usq; ad mediũ noctis sermo, ptractus est, una sabbati erat quæ dies dominicus dicit, Vnde intelligimus eũ nõ fuisse cũ Iudæis sed cũ Christianis, quãdo etiã dicit ipse narrator ad frangendũ panem se fuisse collectos. Et ipsa est optima gubernatio, ut omnia suis temporibus distributa ex ordine gerant, ne animũ humanũ turbulentis implicationibus inuoluta perturbent: Ibi etiam dicit quid operabat Apostolus.

Post hęc, inquit, egressus ab Athenis uenit Corinthum

Inter laborandũ licere orare & psallere Cap. XVII

Disputatio Pauli Athenis Cap. XVIII

Orado in laborando Laborãdo manibus Corinthi Paulus Act.

rinthũ, et cũ inuenisset quendã Iudæũ nomine Aquilam, Ponticũ genere, recens aduenientẽ ab Italia, & Priscillã uxorẽ ipsius, ꝓpterea quod iussisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma, accessit ad illos, & ꝓpter artis similitudinẽ mãsit apud illos opus faciens: Erant enim tabernaculorũ artifices. Hoc si conati fuerint allegorice interpretari, ostendant quõ proficiant in Ecclesiasticis literis quibus se uacare gloriantur: & cætera illa quæ supra dicta sunt. Nũquid ego solus & Barnabas nõ habemus potestatẽ non operãdi, & nõ sumus usi hac potestate: & cũ possemus uobis oneri esse ut Christi Apostoli: & nocte & die operantes, ne quem uestrũ grauaremus: et dñs ordinauit eos qui Euangeliũ annũciant de Euangelio uiuere, ego aũt nullius horũ usus sum: & cętera huiusmodi, aut exponãt aliter, aut si præclarissima lucę ueritatis urgent, intelligant & obediãt. Aut si obedire uel nolunt uel non possunt, saltẽ illos qui uolũt meliores, qui autẽ & possunt feliciores esse fateant. Aliud est em̃ corporis infirmitatẽ, uel ueram allegare uel falsam prętẽdere: aliud aũt sic decipi & sic decipe, ut insuper ideo uideaſ in seruis dei maior esse iustitia, quia potuit inter imperitos regnare pigritia: qui enim uerã corporis ostendit infirmitatẽ, humane tractãdus est: qui autẽ falsam prętẽdit & cõuinci nõ potest, deo dimittẽdus est: neuter tamen eorũ pernicioſam regulã figat: quia bonus seruus dei & manifeste infirmo fratri suo seruit, & fallenti cũ credit, quia malũ eum nõ putat, non imitaſ ut malus sit: & si nõ ei credit, fallacem eũ putat, ac nihilominus non imitaſ. Ab illo uero qui dicit, Hęc est uera iustitia, ut nihil corporaliter operando imitemur uolatilia cœli, quoniã qui tale aliquid fuerit operatus cõtra Euãgelium facit, quisquis animo infirmus hoc audit & credit, nõ quia sic uacat sed quia sic errat lugẽdus est

Hinc oriũ alia quæstio: Fortasse em̃ dicãt, quid ergo cæteri Apostoli & fratres dñi & Cephas, quia nõ operabant, peccabãt? aut afferebãt impedimentũ Euãgelio: quia dicit beatus Paulus, ideo se nõ usum hac potestate, ne quod impedimentũ daret Euãgelio Christi? Si enim peccauerũt, quia nõ operati sunt, nõ ergo acceperãt potestatẽ non operandi nec de Euãgelio uiuẽdi. Si autẽ acceperant hãc potestatẽ ordinãte domino, ut qui Euangeliũ annũciarent, de Euãgelio uiuerent, & dicẽte, Dignus est operarius cibo suo: qua potestate Paulus amplius aliquid erogãs uti noluerit, non utiq; peccauerũt. Si nõ peccauerũt, nullũ impedimentũ dederũt: Neq; enim nullũ peccatum est timere Euangeliũ. Quod si ita est, & nobis, inquiunt, liberũ est, & uti & nõ uti hac potestate. Hanc quæstionẽ breuiter soluerẽ, si dicerẽ, quia & iuste dicerem, credendũ esse Apostolo. Ipse em̃ sciebat cur in Ecclesiis gentiũ non oporteret portari uenale Euãgeliũ, nõ culpans coapostolos suos, sed distinguẽs ministeriũ suum, quia ita inter se distribuerãt, ꝓculdubio admonẽte spiritu sancto, euangelizandi, puincias, ut Paulus & Barnabas ad gẽtes irẽt, illi aũt in circunciſionẽ. Hoc tamen eum

Cæteri Apostoli nõ laborãtes peccabant? XX

1 Cor. 9

Quibus occasionem cõcedi possit Cap. XXI

Act. 2 & 4

Monachatum amplectẽtes ꝓpe uiuẽdi ociõ se. Ca. XXII

1 Timo. 5

præcepisse ijs qui nõ habebãt eiusmodi potestatẽ, ea quæ iam multa dicta sunt manifestãt. Isti aũt fratres nostri temere sibi arrogãt quantum existimo, quod eiusmodi habeãt potestatẽ. Si enim Euãgelistę sunt, fateor habẽt: si ministri altaris, dispẽsatores sacramẽtorũ, bene sibi istã nõ arrogãt, sed planè uendicãt potestatẽ: si saltẽ habebant aliquid in hoc seculo, quo facile sine opificio sustẽtarent istam uitã, quod cõuersi ad deũ indigentibus disptiti sunt, & credenda est eorũ infirmitas & ferenda. Solent em̃ tales, nõ melius sicut multi putant, sed quod est uerũ languidius educati laborẽ operũ corporaliũ sustinere nõ posse. Tales fortasse multi erãt in Hierosolyma: Nam & scriptũ est, quod prędia sua uẽdiderint, et precia eorum ante pedes Apostolorũ posuerint, ut distribuerẽt unicuiq; prout opus erat: quapropter inuẽti sunt fideles & utiles fuerũt gentibus, quę ab idolorũ cultu ex longinquo uocabant, secundũ illud quod dictũ est, Ex Sion prodiet lex, et uerbũ dñi ex Hierusalem. Debitores em̃ dixit Apostolus ex gẽtibus Christianos: Debitores eorũ, inquit, sunt. Et addidit quare: Si em̃ spiritalib. eorũ, inquit, cõmunicauerũt gentes, debẽt & in carnalib. ministrare eis.

Nunc aũt ueniũt plerunq; ad hanc professionẽ seruitutis dei & ex cõditione seruili uel etiã liberti, uel propter hoc à dominis liberati siue liberandi, et ex uita rusticana & ex opificũ exercitatione et plebeio labore, tãto utiq; felicius quãto fortius educati, q̃ si nõ admittant graue peccatũ est. Multi enim ex eo numero uere magni & imitãdi extiterunt. Nam propterea et infirma mũdi elegit deus, ut cõfunderet fortia: & stulta mundi elegit ut cõfunderet sapiẽtes: & ignobilia mũdi & ea quæ nõ sunt tanq̃ sint, ut ea quæ sunt euacuentur: ut nõ glorietur omnis caro corã deo. Hæc itaq; pia & sancta cogitatio facit, ut etiã tales admittant qui nullum afferãt mutatæ in melius uitæ documẽtum. Neq; em̃ apparet, utrũ ex ꝓposito seruitutis dei uenerint, an uitã inopẽ et laboriosam fugiẽtes, ua cui pasci atq; uestiri uoluerint, & insup honorari ab eis à quibus cõtemni conterię cõsueuerãt. Tales ergo quoniã se quo minus operent, de infirmitate corporis excusare nõ possunt, pręteritę quippe uitæ cõsuetudine cõuincunt, umbraculo malæ disciplinę se cõtegunt, ut ex male intellecto Euãgelio, prędicta Apostolica puertere meditent, uere uolatilia cœli, sed per superbiã in altũ se extollendo, & fœnũ agri, sed carnaliter sentiẽdo. Contingit em̃ eis quod in uiduis iuniorib. indisciplinatis cauendũ idem Apostolus dicit, Simul autẽ & ociosæ esse discũt, nõ solũ aũt ociosę, sed etiam curiosæ & uerbosæ, loquentes quæ non oportet. Hoc ille de malis fœminis dicebat, quod nos etiã in malis uiris dolemus & plangimus, qui aduersus eũ ipsum in cuius epistolis legimus ista, ociosi & uerbosi, quæ nõ oportet loquunt. Et qui sunt inter eos qui eo proposito ad sanctam militiã uenerunt, ut placeãt cui se, pbauerũt, cum ita uigeãt uiribus corporis et integritate ualetudinis, ut nõ solũ eruditi, sed etiam secundũ Apostolum ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rari possint, exceptis istorum ociosis corruptisq; sermonib. quos iudicare per imperitũ tyrocinĩũ non ualent, in eandẽ labẽ pestifera contagiõe imi tant: non solũ nõ imitãtes obedientiã sanctorum quiete operantiũ, & aliorũ monasteriorũ in salu berrima disciplina secundũ Apostolicã normã ui uentiũ, sed etiã insultãtes melioribus, tanq; cõser uatricẽ Euangelij prædicantes pigritiã, tanq; præ uaricatricẽ accusantes misericordiã. Multo enim misericordius operat erga animas infirmorũ, qui bonæ famę seruorũ dei cõsulit, quam erga corpo ra egentiũ qui panẽ esurientib. frangit. Quapro pter utinã isti qui uacare uolũt manibus, omnino uacarent & linguis. Neq; enim tã multos ad imi tationẽ inuitaret, si eis nõ tantum exempla pigra, sed etiã muta ꝓponeret. Nũc uero contra Apo stolum Christi recitãt Euãgeliũ Christi. Ita enim mirabilia sunt opera pigrorũ, ut impedire uelint Euangeliũ, quod Apostolus ideo præcepit & fe cit, ne impediret ipsum Euangeliũ. Et tamẽ si eos ex ipsis Euãgelij uerbis secundũ eorũ intellectũ ui uere cogamus, priores nobis suadere conabunt, q; nõ ita sint intelligẽda ut intelligũt. Certe em̃ ꝓ pterea se dicũt opari nõ debere, quia nec uolucres cœli seminãt neq; metũt, de quib. nobis dñs simili tudinẽ dedit ne de talibus necessarijs cogitemus. Cur ergo non attendũt q̃d sequit? Neq; em̃ tantũ modo hoc dictũ est, quia nõ seminãt, neq; metũt, sed adiectũ est, neq; congregãt in apothecas. Apo thecæ aũt horrea, uel uerbũ ex uerbo Græco, re positoria dici possunt. Cur ergo isti manus ocio sas & plena repositoria uolũt habere? Cur ea quę sumũt ex laboribus aliorũ, recõdunt & seruãt un de quotidie, ꝓferat? Cur deniq; molũt & coquũt? Hoc em̃ aues nõ faciũt. Aut si reperiũt quib⁹ hoc opus quoq; ꝓsuadeãt, ut eis ꝑ singulos dies escas afferãt ꝓparatas, saltẽ uel sibi aquã de fontib. af ferũt, uel de cisternis aut puteis hauriũt & repo nunt. Hoc uolatilia nõ faciunt. Sed si hoc placet, studeãt etiã boni fideles, & regis æterni deuotissi mi, ꝓuinciales, fortissimis eius militib. usq; ad ista seruire, ut sibi nec aquã implere coganẽ, si iam eti am illos qui tũc erant Hierosolymæ nouo gradu iustitiæ ꝓgressi sunt. Nã illis fame imminẽte, & per Prophetas qui tũc erant ante prędicta, boni fi deles ex Græcia frumẽta miserũt, ex quibus cre do quod illi panẽ sibi fecerunt, aut certe faciendũ curauerũt, quod aues nõ faciunt. Sed si iam isti ut dicere cœperã, etiã illos aliquo gradu iustitiæ trã sierunt, & omnino in ijs quę ad transigẽdam uitã istam pertinẽt, sicut uolucres agũt, ostendant no bis homines seruire uolucribus, sicut sibi seruiri uolũt, nisi captis & inclusis, quib⁹ fides nõ habet, ne uolantes nõ redeãt: & tamẽ illæ malunt frui li bertate, & ex agris quantũ satis est capę, q̃ ab ho minib. apposita & apparata sumere. Proinde rur sus istos alio sublimiore gradu iustitię superabũt, qui se ita instituerũt, ut quotidie in agros tanquã in pastũ pergãt, & quo tẽpore inuenerint carpãt, ac sopita fame reuertant. Sed planè propter agro rũ custodes q̃ bonũ esset, si etiã pœnas dns largiri dignaret, ut serui dei in agris alienis inuẽti nõ tã quam fures cõprehenderent, sed tanq; sturni fu garent: Nunc uero ille quãtum poterit, imitabit auem quã capere uenator non potuerit. Sed ecce cõcedant omnes seruis dei, ut cũ uolunt in eorum agros exeãt, atq; inde securi refectiq; discedãt: si cut populo Israel per legẽ pręceptũ est, ut in agris suis furẽ nullus teneret, nisi qui secũ aliquid uellet auferre: nã qui nihil aliud attigisset q̃ id quod co medisset, liberũ impunitũq; abire sinerent. Vnde etiã spicas uellentibus discipulis domini, de sab bato potius q̃ de furto Iudęi calumniati sunt. Sed quid erit agendũ de his tẽporib. anni quibus esca quę statim sumi possit, in agris nõ inuenit? Quis quis aliquid domũ quod sibi coquẽdo præparet, auferre tẽtauerit, secundũ istorũ intellectũ audiet ex Euãgelio, Pone, hoc em̃ aues non faciũt. Verũ & hoc cõcedamus, toto uertente anno posse in a gris repiri uel ex arbore uel ex herbis, uel ex qui busq; radicib. quod in escã sumi possit incoctum, aut certe tanta exercitatio corporis adhibeat, ut ea quę coquẽda sunt, etiã cruda assumpta non no ceant, possitq; etiã hyemalib. quibuslibet aspitati bus ad pabula ꝓcedi, atq; ita fiat ut nihil ꝓparã dum auferat, nihil in crastinũ reponat, non pote rũt ista seruare qui se ꝑ multos dies à cõspectu ho minũ separatos, et nulli ad se prębentes accessum includũt seipsos uiuẽtes in magna intẽtione ora tionũ. Hi em̃ facillima quidẽ atq; uilissima, secũ tamen alimẽta includere cõsuerũt, quæ in illos dies quibus à nullo uideri statuerũt, sufficiãt: q̃d aues nõ faciũt. Et horũ quidẽ exercitationẽ in tam mi rabili cõtinentia, quãdoquidem habent ociũ quo hæc agãt, seq; imitãdos non superba elatione, sed misericordi sanctitate, ꝓponãt, nõ solũ non repre hendo, sed quantũ dignũ est laudare nõ possum. Quid tamẽ de his dicimus secundũ historię intel lectũ ex Euãgelicis uerbis? An forte quo sunt san ctiores, eo sunt uolucrib. dissimiliores, quia nisi reponant sibi escas in plurimos dies, includere se ita ut faciũt, non ualebũt. Et utiq; nobiscũ audiũt, Nolite ergo cogitare in crastinũ. Quapropter ut breuiter cõplectar, isti qui ex Euãgelio puerse in tellecto, tam manifesta Apostolica prędicta puer tere moliunt, aut nõ cogitent in crastinũ, sicut uo latilia cœli, aut obtẽperent Apostolo sicut filij di lecti: imò utrũq; faciãt, quia utrũq; cõcordat. Neq; em̃ cõtraria domino suo moneret apostolus Pau lus seruus Christi Iesu. Hoc enim istis aperte dici mus, Si uolatilia cœli sic intelligitis in Euangelio ut nolitis operãdo manib. uestris uictũ tegumen tumq; ꝓcurare, nihil etiã reponatis in crastinũ, si cut nihil reponũt uolatilia cœli, Si aũt aliquid re ponere aliquãdo in crastinũ potest non esse cõtra Euãgelium, ubi dictũ est, Respicite uolatilia cœli quia neq; seminãt neq; metunt, neq; cõgregant in apothecas: potest etiã non esse cõtra Euangelium nec cõtra similitudinẽ uolatiliũ cœli, uitam istam carnis corporalis operationis labore transigere.

Si enim urgeant ex Euãgelio, ut nihil reponãt in crastinum, rectissime respõdent. Cur ergo ipse dominus

Euãgelium nõ recte intellectũ ab ociosis Cap. XXIII

ἀεργόλογοι

Iocose deridẽtur ignaui

Ioci festiui

Matth. 6

Prouidentia piorũ in rebus externis. Cap. XXIIII

dominus loculos habuit ubi pecuniã collectã re poneret? Cur tãto ante fame imminẽte frumenta sanctis patrib. missa sunt? Cur Apostoli sic indigẽ tiæ sanctorũ necessaria ꝓcurarũt, ne deesset in po sterũ, ut beatissimus Apostolus ad Corinthios in
1 Cor. 16 Epistola scriberet. De collectis aũt in sanctos sicut ordinaui in ecclesijs Galatiæ, ita & uos facite se cundũ unã sabbati, unusquisq; uestrũ apud se re ponat thesaurizans quod ei placuerit, ut nõ cum uenero tũc collectæ fiãt. Cũ aũt aduenero, quoscũ que ꝓbaueritis ꝑ epistolas, hos mittã perferre gra tiam uestrã in Hierusalẽ. Quod si dignũ fuerit ut & ego eam, mecũ ibunt. Hæc & alia multa copio sissime et uerissime ꝓferũt. Quibus respõdemus, Videtis ergo, quãuis dominus dixerit, Nolite co gitare in crastinũ: nõ uos tamẽ istis uerbis cogit, ut nihil in crastinũ reseruetis. Cur ergo ijsdẽ uer bis uos cogi dicitis ut uacetis? Cur uolatilia cœli nõ uobis sunt exẽplo ad nihil reseruandũ, & uul tis ut sint exẽplo ad nihil operãdum? Dicet ali quis, Quid ergo ꝓdest seruo dei quod prioribus actibus quos in seculo habebat relictis, ad hãc spi ritalẽ uitã militiamq; conuertit, si eũ adhuc opor tet tanq̃ opificis exercere negocia? Quasi uero fa cile possit uerbis explicari quantũ prosit q; domi nus diuiti cõsiliũ capiẽdæ uitæ æternę requirẽti, ait quid faceret, si uellet esse perfectus, ut uẽditis quæ habebat, & indigẽtię pauperũ distributis eũ sequeret. Aut quis tam expedito cursu secut⁹ est
Philip. 3 dominũ, q̃ ille qui ait, Non in uacuũ cucurri nec in uacuũ laboraui, qui tamẽ opera ista & prędicit & fecit? Hoc nobis tanta autoritate doctis & in formatis sufficere debuit ad exemplũ derelinquẽ di pristinas facultates & manibus operãdi. Sed et nos ab ipso domino adiuti, possumus fortasse ut cũq; cognoscere, etiã sic operãtib. seruis dei, prio ra tamẽ negocia reliquisse quid prosit. Si enim ad hanc uitã ex diuite quisq; conuertit, & nulla infir mitate corporis impedit, ita ne despimus à sapo re Christi, ut non intelligamus quantus superbię prioris tumor sanet, cũ circũcisis superfluis qui bus ante animus exitiabiliter inflãmabat, ad mo dica quę restãt huic uitę naturaliter necessaria, eti am opificis humilitas minime recusat? Si aũt ad hanc uitã ex paupertate conuertit, nõ putet se id agere quod agebat, si ab amore uel augẽdę quãtu læcũq; rei priuatæ, iam nõ quęrens quæ sua sunt, sed quę Iesu Christi, ad cõmunis uitæ se transtulit charitatẽ, in eorũ societate uicturus, quibus est a nima una & cor unũ in deũ, ita ut nemo dicat ali quid propriũ, sed sint illis omnia cõmunia. Si em̃ huius terrenæ reipublicæ antiqui principes præ clarissimo literatorũ suorũ eloquio prædicari so lent, quod rem cõmunẽ uniuersi populi suę ciuita tis, priuatis suis rebus sic anteponebant, ut quidã eorũ Aphrica edomita triũphator, quid nubẽti fi lię daret nõ habuerit, nisi ex senatusc̃onsulto de pu blico dotaret: quo animo debet esse in rempubli cam suã ciuis ętęrnæ illius ciuitatis Hierusalẽ cœ lestis, nisi ut illud ipsum quod propriis manib. ela borat in cõmune habeat cũ fratre, & si quid ei de fuerit, de cõmuni suppleat, dicẽs cũ illo cuius prę ceptũ exemplũq; secutus est: Quasi nihil habẽtes & omnia possidentes. Quamobrẽ etiã illi qui reli cta uel distributa, siue ampla, siue qualicq;un opu lenta facultate, inter paupes Christi pia et salubri humilitate numerari uoluerunt: si corpore ita ua lent, & ab Ecclesiasticis occupationibus uacant: quanq̃ eis tam magnũ animi sui documentũ affe renti bus, & eiusdẽ societatis indigẽtiæ de his re bus quas habebãt, uel plurimũ uel nõ parũ confe rentibus, uicẽ sustentandæ uitæ eorũ res ipsa cõ munis & fraterna charitas debeat: tamen si et ipsi aliquid manib. operent, ut pigris ex uita humilio re et ob hoc exercitatiore uenientibus, auferãt ex cusationẽ, multo misericordius agũt, q̃ cũ omnia sua indigẽtib. diuiserũt. Quod quidẽ si nolũt, quis audeat cogere? Quibus tamẽ inueniẽda sunt ope ra in monasterio, etiã si à corporali functione libe riora, sed uigilanti administratiõe curanda, ut nec ipsi panẽ iuũ, quoniã iam cõmunis factus est, gra tis mãducent. Nec attẽdendũ est in quibus mona steriis, uel in quo loco indigẽtib. fratribus, quisq; id quod habebat impẽderit. Omniũ enim Christi anorum una respublica est. Et ideo quisquis Chri stianis necessaria ubilibet erogauerit, undecunq; etiã ipse quod sibi necessariũ est accipit, de Chri sti bonis accipit: quia ubicũq; & ipse talib. dedit, quis nisi Christus accepit? Illi autẽ qui etiã prẽter istã sanctã societatẽ uitã labore corporis traĝe bant, ex quorũ numero plures ad monasteria ue niũt, quia et in ipso humano genere plures sunt, si nolũt opari nõ mãducẽt. Neq; em̃ ꝓpterea in mili tia Christiana ad pietatẽ diuites humiliant, ut pau peres ad supbiã extollant: nullo modo em̃ decet ut in ea uita ubi fiunt senatores laborioſi, ibi fiant opifices ociosi: & quo ueniunt relictis delitijs suis qui fuerãt prediorũ domini, ibi sint rustici delica ti. At em̃ dns ait, Nolite soliciti esse animæ ue strę quid mãducetis, neq; corpori quid uestiami ni. Recte: quoniam ut supra dixerat, Nõ potestis deo seruire & mãmonæ. Qui enim ꝓpter hoc E uangeliũ prędicat, ut habeat unde mãducet, et un de uestiat, simul se putet & deo seruire & mãmo næ: deo, quia Euangeliũ prædicat: & mammonę, quia ꝓpter ista necessaria prędicat. Quod dns di cit fieri nõ posse: ac per hoc ille qui ꝓpter ista Euã geliũ prędicat, nõ deo sed mãmonę seruire cõuin cit, etsi deus illo ad aliorũ ꝓfectũ quomodo ipse nescit utat. Nã huic sentẽtiæ subiũgit dicẽs, Ideo dico uobis, nolite soliciti esse animę quid mandu cetis, neq; corpori quid uestiamini: nõ ut ista non procurẽt, quantũ necessitati satis est, unde hone ste potuerint: sed ut non ista intueant, & pro pter ista faciant quicquid in Euãgelij prædicatione facere iubent. Eam quippe intentionẽ quare quid fiat, oculũ uocat. Vnde paulo supius loquebat ut ad hæc descẽderet, & dicebat. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit, to tum corpus tuũ lucidum erit. Si uero oculus tuus nequã fuerit, totũ corpus tuũ tenebrosum erit: id est, talia erũt facta tua qualis fuerit intẽtio tua cur

Terre labo/ris manib. ꝓ. XXV

Quare præce/ptum uerbi fili/pendiũ accipi/ant XXVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea facias. Et ad hoc enim ut ueniret, supra de eleemosynis præceperat dicens, Nolite cõdere uobis
Matth. 6 thesauros in terris, ubi erugo et tinea exterminat, & ubi fures effodiũt & furanť. Recõdite uero uobis thesauros in cœlo, ubi neq; tinea neq; rubigo exterminat, & ubi fures nõ perfodiunt & furanť: ubi enim erit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Deinde subiunxit, Lucerna corporis tui est oculus tuus: ut illi scilicet qui eleemosynas faciũt, ne ea faciãt intẽtione, ut uel hominib. uelint placere, uel in terra sibi querãt repẽdi quod faciũt. Vnde
1 Timo. 6 & Apostolus cũ Timotheo diuites monẽdos esse præciperet, Facile, inquit, tribuãt, cõmunicent, thesaurizent sibi fundamẽtum bonũ in futurũ ut apprehẽdant ueram uitã. Cum uero in futurã uitam direxerit oculũ dominus eleemosynas faciẽtium, & in cœlestẽ mercedẽ, ut possint & ipsa facta esse lucida, cũ simplex oculus fuerit: in illam quippe nouissimã retributionẽ ualet quod alibi
Matth. 10 ait, Qui uos excipit me excipit: & qui me excipit, excipit eũ qui me misit. Qui excipit Prophetã in nomine Prophetę, mercedẽ prophetę accipiet, et qui excipit iustũ in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet: & qui potum dederit uni ex istis minimis calicem aquę frigidę tantũ in nomine discipuli, amen dico uobis, non peribit merces eius: ne forte correpto oculo eorũ qui necessaria impẽdunt in digẽtib. & ꝓphetis & iustis & discipulis dñi, ipsorũ oculus deprauareť in quos ista fierẽt ut ꝓpter
Matth. 6 ista accipiẽda uellẽt Christo militare: Nemo, inquit, potest duob. dñis seruire. Et paulopost, Nõ potestis, inquit, deo seruire & mãmonæ: statimq; cõtexuit, Ideo dico uobis, Nolite solliciti esse anQuõ accipien dũ illud, de uolatilibus cœli & lilijs agri me quid mãducetis, neq; corpi qd uestiamini. Et quod sequit de uolatilib. cœli & de lilijs agri, ad hoc dicit ne quisq; deũ putet seruorũ suorũ necessaria nõ curare, cũ eius sapiẽtissima ꝓuidẽtia usq; ad ista creãda & gubernãda pueniat, Neq; em̃ nõ ipse pascit & uestit etiã eos qui manib. opanť: sed ne Christianã militiã ad hoc detorqueãt ut ista cõquirãt, hoc seruos suos dñs prẽmonet, ut in eo ministerio quod sacramẽto eius debeť, nõ ista, sed regnũ eius et iustitiã cogitemus: et hęc omnia apponenť nobis, siue ꝑ manus opantibus, siue infirmitate corporis impeditis, siue ipsius militię tali occupatiõe districtis, ut nihil aliud agere ualeamus.
Vtendũ indulstria nostra ne deũ tentare uideamur Ca. XXVII Neq; em̃ quia dixit deus, Inuoca me in die tribulationis, & eximã te, & glorificabis me, ꝓpterea nõ debuit fugere Apostolus, & per murũ in sporta submitti, ut manus persequentiũ euaderet, sed expectare potius ut cõprehẽderet, et eũ sicut tres pueros de medijs ignib. liberaret. Aut ꝓpter hoc nec dominus dicere debuit, Si uos ꝑsecuti fuerint in unã ciuitatẽ, fugite in aliã, quia ipse dixit, Si qd petieritis in nomine meo, dabiť uobis. Sicut ergo quisquis ꝑsecutionẽ fugientib. discipulis Christi obijceret huiusce modi quæstionẽ, cur non stetissent potius, & inuocato deo per eius mirabilia sic erterent, ut Daniel à leonibus, & Petrus ex uinculis: Respõderẽt nõ se oportuisse tẽtare deũ, sed tunc eũ talia si uellet esse facturũ, cũ ipsi quid facerent nõ haberẽt, Cũ uero eis fugã in potestatẽ dedisset, etiã si per illam liberanť, nõ nisi ab ipso liberari, Sic etiã dei seruis uacãtib. & ualentibus exẽplo et præcepto Apostolico manib. suis uictũ trãsigere, si quis ex Euangelio mouerit quæstionẽ de uolatilibus cœli, quæ nõ seminãt neq; metũt, neq; cõgregãt in apothecas, & de lilijs agri, quia nõ laborãt neq; nent: facile respõdebũt, Si & nos ꝑ aliquã uel infirmitatẽ uel occupationẽ nõ possimus operari, sic ille nos pascet & uestiet quẽadmodũ aues & lilia, quę nihil operanť huiusce modi. Cũ aũt possumus, nõ debemus tentare deũ nostrum, quia & hoc quod possumus, eius munere possumus. Et cũ hic uiuimus, illo largiẽte uiuimus, qui largit⁹ est ut possimus. Et ideo de istis necessarijs solliciti nõ sumus, quia cũ hęc possumus agere, ille nos pascit & uestit, à quo pascunť homines & uestiunť. Cũ uero hęc nõ possumus agere, idemipse nos pascit & uestit à quo aues pascunť & lilia uestiunť, quoniã nos pluris sum⁹ illis. Quapropter in ista militia nostra, nec in crastinũ cogitamus, quia nõ ꝓpter ista tẽporalia quo ptinet crastinus, sed propter illa sempiterna ubi semp hodiernus est, nos illi ꝓbauimus, ut ei nullis negocijs seculari. implicati placeamus. Quę cũ ita sint, sine me paululũ sancte frater, dat em̃ mihi dñs per te magnam fiduciã, eos ipsos alloqui filios & fratres nostros, quos noui quãta nobiscũ dilectiõe parturias, donec in eis Apostolica disciplina formeť. O serui dei, milites Christi, ita ne dissimulatis callidissimi hostis insidias, qui bonã famã uestrã, tam bonũ Christi odorẽ, ne dicãt animę bonę. Post odorẽ unguentorũ tuorũ curremus, & sic laqueos eius euadãt, omni modo cupiẽs obscurare putoribus suis, tã multos hypocritas sub habitu monachorũ usq; quaq; dispsit, circumeũtes prouincias, nusq; missos, nusq; fixos, nusq; stãtes, nusq; sedentes. Alij mẽbra martyrũ, si tamẽ martyrũ, uẽditãt: alij fimbrias & phylacteria sua magnificãt: alij parentes uel cõsanguineos suos in illa uel in illa regione se audisse uiuere, & ad eos ꝓgere mẽtiunť: & omnes petũt, omnes exigũt, aut sumptus lucro fæ egestatis, aut simulatę preciũ sanctitatis: cũ interea ubicunq; in factis suis malis deprehẽsi fuerint, uel quoquo modo innotuerint, sub generali nomine monachorũ uestrũ, ꝓpositũ blasphemať, tam bonũ, tã sanctũ, ꝙ in Christi noie cupimus, sicut ꝑ alias terras, sic per totã Aphricã pullulare. Nõne ergo inflãmamini zelo dei? Nõnne cõcalescit cor uestrũ intra uos, & in meditatione uestra exardescit ignis, ut istorũ mala opera bonis opib. persequamini, ut eis amputetis occasionẽ turpiũ nundinarũ, quibus existimatio uestra lædiť, et infirmis offendiculũ poniť? Miseremini ergo et cõpatimini, & ostendite hominibus, nõ uos in ocio facilẽ uictũ, sed per angustã & arctã uiã huius ꝓpositi, regnum dei quærere. Eadẽ uobis causa est quę Apostolo fuit, ut amputetis occasionẽ ijs qui quęrunt occasionẽ, ut qui illorum putoribus prẽfocanť, in odore uestro bono reficiant. Nõ alligamus onera grauia & uestris humeris imponimus

Graphice describit monachos ociosos et uagos. Cap. XXVIII

Reliquiæ

Labores Augustini. Cap. XXIX

mus quæ nos digito attingere nolumus. Quærite & agnoscite labores occupationũ nostrarũ, & A
in aliquibus nostrorũ etiã corporũ infirmitates, & ecclesiarũ quibus seruimus talẽ iam cõsuetudinem, ut nos ad illa opa ad quæ uos hortamur uacare nõ sinãt. Quanq; em̃ dicere possemus, Quis militat suis stipẽdijs unquã? Quis plantat uineam & de fructu eius nõ edit? Quis pascit gregẽ & de lacte gregis nõ ꝓcipit? tamẽ dominũ Iesum, in cuius nomine securus hęc dico, testẽ inuoco sup animam meã, quoniã quantũ attinet ad meũ cõmodum, multo mallem per singulos dies certis horis, quantũ in bene moderatis monasterijs cõstitutũ est, aliqd manib. opari, et cęteras horas habere ad legendũ & orandũ, aut aliquid de diuinis literis agendũ liberas: q̃ tumultuosissimas ꝓplexitates causarũ alienarũ pati de negocijs secularibus, B
uel iudicãdo dirimẽdis, uel interueniendo præcidendis: quibus nos molestijs idẽ affixit Apostolus, nõ utiq; suo, sed eius qui in eo loquebať arbitrio, quas tamẽ ipsum ꝓpessum fuisse nõ legimus. Aliter em̃ se habebat Apostolatus eius discursus. Nec dixit, Secularia igiť iudicia si habueritis, ad nos deferte, aut nos constituite ad iudicandũ: sed eos qui contẽptibiles sunt in ecclesia, hos, inquit, collocate. Ad reuerentiã uobis dico. Sic nõ est inter uos quisq; sapiẽs qui possit inter fratrẽ suũ iudicare. sed frater cũ fratre iudicať, & hoc apud infideles. Sapiẽtes ergo qui in locis consistebant fideles & sanctos, nõ qui hac atq; illac ꝓpter Euangeliũ discurrebãt, taliũ negociorũ examinatores esse uoluit. Vnde nunquã de illo scriptũ est, quod C
aliquãdo talib. uacauerit, à quibus nos excusare nõ possumus, etiã si cõtemptibiles simus, quia & hos collocari uoluit si sapientes defuissent, potius q̃ ut negocia Christianorũ deferrent in forũ. Quẽ tamẽ laborẽ nõ sine cõsolatione dñi suscipimus ꝓ spe uitę eternę, ut fructũ feramus cũ tolerãtia. Seui em̃ sumus eius ecclesiæ, & maxime infirmiori bus mẽbris, quãtalibet in eodẽ corpore mẽbra sumus. Omitto alias innumerabiles ecclesiasticas curas, quas fortasse nemo credit nisi qui expertus est. Nõ ergo alligamus onera grauia, & humeris uestris imponimus, quę nos digito nõ attingim⁹: quãdoquidẽ si officij nostri salua ratiõe possem⁹, uidet ille qui ꝑbat corda nostra, mallemus hęc agere, quę ut agatis hortamur, q̃ ea quę nos agere D
cogimur. Sanè oñib. & nobis & uobis ꝓ nostro gradu et officio laborantib. et arcta uia est in labore & erũna, & tamẽ in spe gaudẽtib. Iugũ em̃ eius leue est et sarcina leuis, qui nos uocauit ad requiẽ, qui prior trãsitũ fecit à cõualle ploratiõis, ubi nec ipse sine pressuris fuit. Si fratres, si filij nostri estis, si cõserui, uel potius in Christo serui uestri sumus, audite quę monemus, agnoscite quę præcipimus, sumite quę dispẽsamus. Si aũt Pharisęi sumus, alligãtes onera grauia, et imponẽtes humeris uestris quę dicimus facite, etiã si quę facim⁹ improbatis. Nobis aũt minimũ est ut à uobis dijudicemur, aut ab humano die. Quàm germana charitate sit nobis cura de uobis, ille inspiciat qui dedit quod in-

spiciẽdũ eius oculis offeramus. Postremo q̃d uultis sentite de nobis, Paulus Apostolus uobis præcipit & obsecrat in domino, ut cum silẽtio, id est, quieti et obediẽter ordinati operãtes uestrũ panẽ manducetis. Nec de illo, ut arbitror, aliquid mali creditis, & in illũ qui per eum loquit credidistis.

Admonet bonos ne desidia malorũ & ipsi pigrescentes corrũpantur

Hęc mi charissime & in Christi uisceribus ueCap. XXX nerãde frater Aureli, quantũ donauit ut possem, qui ꝑ te iussit ut facerẽ, de ope monachorũ nõ distuli scribere, id maxime curãs ne boni fratres A
postolicis præceptis obediẽtes, à pigris & inobedientib. etiã preuaricatores Euãgelij dicerenť, ut qui nõ operanť, saltẽ illos qui operanť, sibi anteponẽdos esse nõ dubitẽt. Cęterũ quis ferat homines cõtumaces saluberrimis Apostoli monitis resistẽtes, nõ sicut infirmiores tolerari, sed sicut etiã sanctiores prędicari, ut monasteria doctrina sanio re fundata, gemina illecebra corrũpanť, et dissolutalicẽtia uacationis, & falso nomine sanctitatis? Sciãt ergo etiã cęteri fratres & filij nostri, qui fauere talibus, & huiusmodi præsumptionẽ ꝓ ignorantiã defendere cõsuerũt, se potiissime corrigendos, ut illi corrigi possint, nõ ut infirmenť beneficere. Sanè in eo quod seruis dei prõpte atq; alacriter necessaria subministrãt, nõ solũ non reprehẽdimus, sed etiã suauissime amplectimur: sed ne puer sa misericordia magis eorũ futurę uitę noceãt, q̃ præsenti subueniãt: minus em̃ peccať si nõ laudeť peccator in desideriis animę suæ, et qui iniqua gerit benedicať. Quid aũt iniquius q̃ uelle sibi ob De capite tonso & comato tẽperari à minoribus, & nolle obtẽperare maiori Cap. XXXI bus? Apostolo dico, nõ nobis, intantũ ut etiã iam comã nutriãt. Vnde ille nec disputari omnino uoluit dicẽs, Si aũt quis uult cõtentiosus esse, nos talem cõsuetudinẽ nõ habemus, neq; ecclesia dei. Hoc aũt præcipio, ut scilicet nõ differẽtis solertia requirať, sed præcipiẽtis autoritas attẽdať. Nã & hoc quò ptinet quęso, tã apte cõtra Apostoli præcepta comari? An ita uacandũ est, ut nec tõsores operenť? An quia Euãgelicas uolucres imitari se dicũt, quasi depilari timẽt ne uolare nõ possint? Vereor in hoc uitio plura dicere, ꝓpter quosdam crinitos fratres, quorũ ꝓter hoc multa & penè omnia ueneramur. Sed quo magis eos in Christo diligimus, eo solicitius admonemus. Neq; em̃ metuimus ne humilitas eorũ respuat admonitionem nostrã, quandoquidẽ & nos à talib. ubi forte titubamus aut aberramus, cupimus admoneri. Hoc ergo admonemus tam sanctos uiros, ne stultis uanorũ hominũ argumẽtationib. moueanť, & eos in hac puerilitate imitenť, quibus sunt in cęteris lõge dissimiles. Illi em̃ uenalẽ circũferẽtes hypocrisim, timẽt ne uilior habeať tõsa sanctitas q̃ comata, ut uidelicet qui eos uidet, antiquos illos quos legimus cogitet, Samuelẽ & cęteros qui nõ tondebanť. Nec cogitãt quid interlit inter illud Prophetici uelamentũ, et hanc Euãgelij reuelationẽ, de qua dicit Apostolus: Cũ trãsieris ad Christũ, 2 Cor. 13
auferẽt uelamẽ. Quod enim significabat uelamẽ interpositũ inter faciẽ Moysi et aspectũ populi Israel, hoc significabat illis tẽporib. etiã coma sanctorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctorũ. Nã idem Apostolus etiã comã pro uelamẽ to esse dicit, cuius autoritate isti urgent. Apte qp pe ait: Vir qdẽ si comatus sit, ignominia est illi. Ipsam ignominiã, inquiũt, suscipimus merito peccatorũ nostrorũ, ad hoc obtẽdentes simulatæ humilitatis umbraculũ, ut sub eo proponant uenalẽ typhũ, quasi Apostolus supbiã doceat cũ dicit, Omnis uir orãs aut pphetans uelato capite, cõfundit caput suũ: Et uir quidẽ nõ debet uelare caput suũ, cũ sit imago & gloria dei. Qui ergo dicit, Nõ debet: nescit forte docere humilitatẽ. Sed si hãc ignominiã tẽpore Euãgelij, quod erat sacramentũ tempore Prophetię, p humilitate isti appetũt, tõdeãt, & cilicio caput uelẽt: sed nõ erit tũc species illa uenalis, quia Sãpson non cilicio sed coma uelabat.

Peruersa interpretatio scripturæ per monachos Cap. XXXII

Iã illud si dici potest, cj luctuose ridiculũ est, qd rursus inuenerũt ad defensionẽ criniũ suorũ. Virum, inquiunt, phibuit Apostolus habere comã. Qui aũt seipsos castrauerũt, pter regnũ cœlorũ, iam non sunt uiri. O dementiã singularẽ. Merito qui hoc dicit, aduersus sanctę scripturę manifesta prœconia cõsilio nephãdę impietatis armat, & perseuerat in itinere tortuoso, et pestiferã doctrinã conat inducere, quia nõ est beatus uir qui non abijt in cõsilio impiorũ, & in uia peccatorũ nõ stetit, & in cathedra pestilẽtię nõ sedit Nã si in lege dei meditaret die ac nocte, illic inueniret ipsum Apostolum Paulũ, qui certe summã castitatẽ, pfessus dicit, Vellẽ aũt omnes homines esse sicut meipsum: & tamẽ se uirũ ostẽdit, nõ solũ ita uiuẽdo, sed etiã ita loquẽdo, ait enim: Cũ essem paruulus quasi paruulus loquebar, quasi paruulus sapiebã, quasi paruulus cogitabã: cũ aũt uir effectus sum, euacuaui ea quę erãt paruuli. Sed quid Apostolũ cõmemorem, cũ de ipso dño & Saluatore nostro nesciant quid sentiãt qui hęc dicunt, Nã de quo alio dicit: Donec occurram⁹ omnes in unitatẽ fidei & agnitionẽ filij dei, in uirũ perfectũ, in mẽsurã ętatis plenitudinis Christi, ut ultra nõ simus paruuli iactati & circũlati omni uẽto doctrinę in illusiõe hominũ, in astutia ad machinationẽ erroris. Qua illusione isti decipiũt impitos, qua astutia et machinamẽtis inimici & ipsi circũferunt, & in sua circulatiõe cohęrẽtes sibi animos infirmorũ quodãmodo rotare conant, ut pariter nesciant ubi sint. Audierũt em uel legerũt quod scriptũ est, Quicũq; enim baptizati estis in Christo, Christũ induistis, ubi nõ est Iudæus, neq; Græcus, nõ seruus, neq; liber, nõ masculus neq; fœmina: & nõ intelligũt secundũ carnalis sexus cõcupiscẽtiã hoc esse dictũ, quia in interiore homine ubi renouamur in nouitate mẽtis nostrę, nullus sexus huiusmodi est. Nõ ergo, pterea se negẽt uiros, quia masculino sexu nihil operant. Nã & cõiugati Christiani qui hoc operant, nõ secũdũ hoc utiq; Christiani sunt, qd habẽt cõmune cũ ęteris nõ Christianis, & cũ ipsis pecorib. Aliud est em quod uel infirmitati cõcedit, uel mortali, ppagationi perfoluit: aliud aũt quod ad capessendã incorruptã & æternã uitã, fideli professione significat. Illud ergo quod de nõ uelando capite uiris pręcipit, in corpore quidẽ figurat, sed in mẽte agi, ubi est imago et gloria dei, uerba ipsa indicãt. Vir quidẽ, inquit, nõ debet uelare caput, cũ sit imago & gloria dei. Vbi aũt sit hæc imago, ipse declarat cũ dicit, Nolite mẽtiri in uicẽ, expoliãtes uos ueterẽ hominẽ cũ actib. suis, induite nouũ, qui renouat in agnitionẽ dei secundũ imaginẽ eius qui creauit eũ. Quis dubitat hãc renouationẽ in mẽte fieri? Sed & qui dubitat, audiat apertiorẽ sententiã. Eadem quippe admonẽs ita dicit alio loco: Sicut est ueritas in Iesu, deponite uos secundũ priorẽ cõuersationẽ ueterẽ hominẽ eũ qui corrũpitur secundũ cõcupiscẽtias decęptionis, renouamini aũt spiritu mẽtis uestrę, & induite nouũ hominẽ eũ qui secundũ deum creatus est. Quid ergo? Mulieres nõ habẽt hãc innouationẽ mẽtis ubi est imago dei? Quis hoc dixerit? Sed corporis sui sexu nõ eã significãt: pterea uelari iubent. Illã quippe significãt partem, eoipso quo mulieres sunt, quę cõcupiscẽtialis diei potest, cui mens dominat, etiã ipsa subdita deo suo, quando rectissime & ordinatissime uiuit. Quod ergo est in uno homine, mẽs et cõcupiscẽtia: illa regit, hęc regit: illa dominat, hęc subdit: hoc in duobus hominib. uiro & muliere secũdũ sexũ corporis figurat. De quo sacramẽto loquẽs Apostolus dicit, uirũ nõ debere uelari, sed debere mulierẽ. Tãto em gloriosius mẽs ad supiora, pmouet, quãto diligẽtius ab inferioribus cõcupiscẽtia cohibet: donec totus homo cũ ipso etiã mortali nũc & fragili corpore in resurrectiõe nouissima incorruptiõe atq; immortalitate induat, et absorbeat mors in uictoria. Quapropter qui recte facere nolũt, desinãt saltẽ docere puersa. Sed alij sunt quos isto sermone corripimus: illos aũt qui hoc uno uitio capillorũ cõtra pręceptũ Apostolicũ demissorũ, offendũt & pturbãt ecclesiã: quia cũ alij nolẽtes de illis mali aliquid sentire, cogunt manifesta uerba Apostoli in puersam detorquere sentẽtiã: alij sanũ intellectũ scripturarũ defendere malunt, cj quibuslibet hominib. adulari: existũt inter fratres infirmiores & firmiores amarissimę et piculosissimę cõtẽtiones: p illi forte si scirẽt, hoc quoq; sine dubitatiõe corrigerẽt, quorũ ęteras miramur & amamus, Illos ergo nõ corripim⁹, sed rogam⁹ et obsecram⁹ p diuinitatẽ et humanitatẽ Christi, et p charitatẽ spiritussancti, ne ultra iã ponãt hoc offendiculũ infirmis, p quib. Christus mortu⁹ est, & dolorẽ crucia tũq; nostri cordis exaggerẽt, cũ cogitamus quãto pcliui⁹ hoc malũ ad decipiẽdos hoies imitari possint mali, cũ in eis hoc uidẽt quos, pter alia tãta bona debitis officijs Christianę dilectiõis honoramus. Quod si post hãc admonitionẽ uel potius sacratissimã nostrã in eo sibi pseuerãdũ esse putauerint, nihil aliud faciem⁹ cj dolebim⁹ & gemem⁹. Hoc nouerint, sufficit: si serui dei sunt, miserẽt: si nõ miserẽt, nolo quicj grauio⁹ dicere. Hęc itaq; omnia in quibus fortasse loquacior fui q uellẽt occupatiões et tuę et meę, si approbas, fac innotescere fratrib. et filijs nostris, pter qs mihi es hoc on⁹ dignat⁹ imponere. Si aũt aliqd retrahẽdũ uel emẽdandũ uidẽr, rescriptis tuę beatitudinis nouerim.

Quod mortuus diuersitate perturbãt ecclesiã, cõtra fratrẽ charitatẽ agentes, se corrigere debẽt XXXIII

D. AVRELII AVGVSTINI
LIBER DE SPIRITV ET LITERA
AD MARCELLINVM.

ECTIS opusculis quæ ad te nuper elaboraui, fili charissime Marcelline, de baptismo paruulorũ & de perfectione iustitiæ hominis, q eam nemo in hac uita uel assecutus, uel assecuturus uideatur, excepto uno mediatore, qui humana perpessus est in similitudine carnis peccati, sine ullo omnino peccato: re scripsisti te moueri, eo q in posteriore duorum libro fieri posse dixi, ut sit homo sine peccato, si uoluntas ei nõ desit ope diuina adiuuãte, sed tamen præter unũ in quo omnes uiuificabũtur, neminẽ fuisse uel fore in quo hic uiuẽte esset ista pfectio. Absurdũ enim tibi uidẽr dici, aliquid fieri posse cuius desit exemplũ, cum sicut credo nõ dubites, nunq; esse factum, ut per foramen acus camelus trãsiret, & tamẽ ille homo quoq; dixit deo esse possibile. Legas etiã xij milia legiones angelorũ pro Christo ne paterer pugnare potuisse, nec tamẽ factum. Legas fieri potuisse ut semel gẽtes extermi narẽtur à terra quæ dabat filijs Israel, deũ tamẽ id paulatim fieri uoluisse: & alia sexcẽta possunt occurrere, quę fieri, uel potuisse, uel posse fateamur, & eorũ tamẽ exẽpla quod facta sint proferre nequeamus. Vnde non ideo negare debemus, fieri posse ut homo sine peccato sit, quia nullus est hominũ præter illũ qui nõ tantũ homo, sed etiã natura deus est, in quo id perfectũ esse demõstrare possimus. Hic fortasse respondeas, ista quæ cõmoraui facta non esse, & fieri potuisse, opera esse diuina, ut aũt sit homo sine peccato, ad op⁹ ipsius hominis pertinere, idq; opus esse optimũ quo fiat plena & pfecta et ex omni prorsus parte absoluta iustitia: & ideo nõ esse credẽdũ neminẽ uel fuisse, uel esse, uel fore in hac uita qui hoc opus impleuerit, si ab homine impleri potest. Sed cogitare debes cjuis ad hominẽ id agere ptineat, hoc quoq; munus esse diuinũ, atq; ideo nõ dubitare opus esse diuinũ. Deus est em qui operatur in uobis, ait Apostolus, & uelle & operari pro bona uoluntate. Proinde non multum molesti sunt, & instandum est eis, ut si possunt ostẽdant ita esse, qui dicunt uiuere sic hominẽ, siue uixisse sine ullo omnino peccato. Nam si testimonia scripturarum, quibus existimo definitum nullum hominẽ hic uiuentum, quãuis utatur libero arbitrio, inueniri sine peccato, sicuti est: Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo, quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuẽs: & cætera talia quisquam docere potuerit aliter esse accipiẽda quam sonãt, & demonstrauerit aliquem uel aliquos sine ullo hic uixisse peccato, qui nõ ei, nõ solũ minime aduersatus, uerumetiã plurimũ gratulatus fuerit, nõ mediocribus inuidẽtię stimulis agitatur. Quinetiã si nemo est, aut fuit, aut erit, quod magis credo, tali puritate perfectus, & tamẽ esse, aut fuisse, aut fore defenditur et putatur, quantũ ego iudicare possum, nõ multũ erratur, nec perniciose, cũ quadã quisq; beneuolentia fallitur: si tamẽ qui hoc putat seipsum talẽ esse nõ putet, nisi reuera ac liquido talem se esse perspexerit. Sed illis acerrime ac uehementissime resistendũ est, qui putãt sine adiutorio dei per seipsam uim uoluntatis humanæ uel iustitiam posse perficere, uel ad eã tendẽdo proficere. Sed cũ urgeri cœperint, quomõ id pręsumãt asserere fieri sine ope diuina, reprimũt se, nec hãc uocem audent emittere, quoniã uident cj sit impia & nõ ferẽda. Sed aiũt, ideo ista sine ope diuina nõ fieri, quia & hominẽ deus creauit cũ libero uoluntatis arbitrio, & dando pręcepta ipse docet quẽadmodum homini sit uiuendũ, & in eo utiq; adiuuat q docẽdo aufert ignorantiã: ut sciat homo in operibus suis quid euitare, & quid appetere debeat, quo per liberũ arbitriũ naturaliter institũ, uiã demonstratã ingrediẽs, continẽter & iuste & pie uiuendo ad beatã eandemq; æternã uitã peruenire mereatur. Nos autem dicimus humanã uoluntatem sic diuinitus adiuuari ad faciendam iustitiã, ut præter quod creatus est homo cũ libero arbitrio uoluntatis: pterea; doctrinã qua ei pręcipitur quẽadmodũ uiuere debeat, accipiat spiritum sanctum quo fiat in animo eius delectatio dilectioq; summi illius atq; incõmutabilis boni, quod deus est, etiã nunc cũ adhuc per fidẽ ambulatur, nondũ per speciẽ: ut hac sibi uelut arra data gratuiti muneris inardescat inhærere creatori, atq; inflammetur accedere ad participationem illius ueri lumẽnis, ut ex illo ei bene sit à quo habet ut sit. Nã neq; liberũ arbitriũ quicquã nisi ad peccandũ ualet, si lateat ueritatis uia: & cũ id quod agendũ & quo nitendũ est cœperit nõ latere, nisi etiã delectet & ametur, nõ agitur, nõ suscipitur, nõ bene uiuitur. Vt aũt diligatur, charitas dei diffunditur in cordibus nostris, nõ per arbitriũ liberũ quod surgit ex nobis, sed per spiritũ sanctum qui datus est nobis.

Gratiã

Voluntas humana. Cap. III

Litera occidit uiuificat spiritus. Ca. IIII

Doctrina quippe illa qua mãdatũ accipimus cõtinẽter rectęq; uiuẽdi, litera est occidẽs, nisi adsit uiuificãs spiritus. Neq; enim solo illo modo intelligendum est quod legimus: Litera occidit, spiritus autem uiuificat, ut aliquid figurate scriptũ cuius est absurda proprietas, nõ accipiamus sicut litera sonat, sed aliud quod significat intuentes, interiorẽ hominẽ spiritali intelligẽtia nutriamus. Quoniam sapere secundũ carnem mors est, sapere autem secundũ spiritum uita & pax. Velut si quisquã multa quæ scripta sunt in Cantico canticorũ carnaliter accipiat, non ad luminosæ charitatis fructũ, sed ad libidinosæ cupiditatis affectũ. Non ergo isto solo modo intelligendũ est, quod ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autem uuificat, sed etiã illo, coq; uel maxime quod aperti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom. 7 sime alio in loco dicit: Cõcupiscẽtiã nesciebã nisi lex diceret,Nõ cõcupisces.Et paulopost ait: Occasione accepta peccatũ per mandatũ fefellit me, & per illud occidit. Ecce quid est, litera occidit. Et utiq; nõ figurate aliquid dicitur quod accipiẽdum nõ sit secundũ literæ sonũ, cum dicitur, Nõ cõcupisces:sed apertissimũ saluberrimũq; præceptum est,quod si quis impleuerit nullum habebit omnino peccatũ. Nã hoc ideo elegit Apostolus generale quiddã quo cuncta cõplexus est, tanq; hæc esset uox legis ab omni peccato prohibẽtis, quod ait:Non cõcupisces.Neq; enim ullũ peccatum nisi cõcupiscẽdo committitur: proinde quæ hoc præcipit bona & laudabilis lex est. Sed ubi sanctus nõ adiuuat spiritus,inspirãs pro concupiscentia mala cõcupiscentiã bonã, hoc est, charitatem diffundẽs in cordib.nostris,profecto illa lex, quãuis bona,auget prohibẽdo desideriũ malum: sicut aquæ impetus si in eam partem nõ cesset influere,uehemẽtior fit obice opposito, cuius molem cũ euicerit maiore cumulo præcipitatus uiolentius per prona prouoluitur. Nescio quo enim modo hoc ipsum quod cõcupiscitur,fit iucũdius dum uetatur.Et hoc est quod fallit peccatum per mãdatũ,& per illud occidit,cũ accedit etiã preuaricatio,quæ nulla est ubi lex nõ est.Sed totum ipsum Apostolicæ epistolæ locũ si placet consideremus,& sicut dominus adiuuerit pertractemus.

Per literã significatur lex Cap. V

Volo eñ si potuero demonstrare illud quod ait Apostolus,Litera occidit, spiritus autẽ uiuificat: non de figuratis locutionib. dictũ, quãuis & illic cõgruenter accipiatur, sed potius de lege aperte quod malũ est prohibẽte.Quod cũ ostẽdero,profecto manifestius apparebit,bene uiuere,donum esse diuinũ:nõ tantũ quia homini deus dedit libe rum arbitriũ,sine quo nec male nec bene uiuitur: nec tantũ quia preceptũ dedit quo doceat quẽadmodũ sit uiuendũ: sed quia per spiritũsanctũ diffundit charitatẽ in cordib. eorũ quos presciuit ut prædestinaret,prædestinauit ut uocaret, uocauit ut iustificaret,iustificauit ut glorificaret. Hoc aũt cũ apparuerit, uidebis ut existimo, frustra dici illa tantũ esse posſibilia sine exemplo, quæ dei opera sunt: sicut de cameli transitu per foramen acus cõmemorauimus,& quæcũq; alia sunt apud nos impossibilia,apud deũ autẽ facilia:& ideo nõ inter hæc humanã deputãdum esse iustitiã, q̃ nõ ad dei,sed ad hominis opus pertinere debeat: cuius perfectio si est in hac uita possibilis, nullam esse causam cur sine exemplo esse credatur.Hoc ergo frustra dici satis elucebit,cũ & ipsam humanã iustitiã operationi dei tribuendã esse clarueriť, quãuis non fiat sine hominis uoluntate: & ideo eius perfectionẽ etiã in hac uita esse possibilẽ, negare nõ possumus: quia oñia possibilia sunt deo,siue quæ facit sola sua uolũtate,siue quæ cooperantibus creaturæ suæ uolũtatib.à se fieri posse constituit,Ac per hoc quicquid eorũ nõ facit, sine exẽplo est quidẽ in operibus factis, sed apud deũ & in eius uirtute habet causam qua fieri possit,& in eius sapiẽtia quare non factum sit: quæ causa etiã si lateat hominẽ, non se obliuiscatur esse hominẽ, nec propterea deo detˢ insipientiã, quia nõ plene capit eius sapientiã. Attẽde igitur Apostolum ad Romanos explicantem,satisq; monstrantẽ quod scripsit ad Corinthios:Litera occidit,spiritus aũt uiuificat:sic magis accipiendũ quemadmodũ supra diximus:quoniã legis litera quæ docet nõ esse peccandũ,si spiritus uiuificãs desit, occidit: scíri enim facit peccatũ potius q̃ caueri,& ideo magis augeri q̃ minui, quia malæ cõcupiscentiæ etiã præuaricatio legis accedit. Volens ergo Apostolus cõmendare gratiã,quæ per Iesum Christũ omnibus gentib.uenit, ne Iudæi aduersus cæteras gẽtes de accepta lege se extollerẽt,posteaquã dixit peccatũ & mortẽ per unum hominẽ intrasse in genus humanũ,& per unum hominẽ iustitiam & uitam æternã,illum Adam, hũc Christũ apertissime insinuãs,ait:Lex autẽ subintrauit ut abundaret delictum: ubi autẽ abundauit delictũ,super abundauit gratia: ut quemadmodũ regnauit peccatum in mortẽ,sic & gratia regnet per iustitiã in uitam æternã per Iesum Christũ dominũ nostrũ. Deinde opponens sibijpsi quæstionẽ, Quid ergo dicemus inquit? Permanebimus in peccato ut gratia abũdet? Absit. Vidit enim à peruersis perˢuerse posse accipi quod dixerat, Lex subintrauit ut abũdaret delictum: ubi autem abundauit delictum,superabũdauit gratia:tanq̃ dixerit,propter abundantiã gratiæ prodesse peccatũ.Hoc diluẽs, respondit, Absit:atq; subiecit, Qui mortui sumus peccato, quomodo uiuemus in eo? Hoc est,cum id præstiterit gratia ut moreremur peccato, quid aliud faciemus si uiuemus in eo, nisi ut gratiæ simus ingrati? Neq; enim qui laudat beneficiũ medicinæ,prodesse morbos dicit, & uulnera à quibus illa hominẽ sanat: sed quãto maiorib. medicina laudibus prędicatur,tãto magis uituperantur & horrẽtur uulnera & morbi à quib.liberat quæ ita laudaťˢ.Sic laus & prædicatio gratiæ, uituperatio & dãnatio est delictorũ. Demõstrãda enim fuerat homini fœditas languoris eius, cui contra iniquitatẽ suam nec preceptũ sanctum & bonum profuit,quo magis aucta est iniquitas q̃ minuta, quandoquidẽ lex subintrauit ut abundaret delictum,ut eo modo conuictus atq; cõfusus,uideret non tantũ doctorẽ sibi esse necessariũ, uerumetiã adiutorẽ deum,à quo eius itinera dirigant,ne domineť ei omnis iniquitas,& cõfugiẽdo ad opem diuinæ misericordiæ sanetur:atq; ita ubi abundauit delictum,superabũdaret gratia, nõ peccantis merito,sed subueniẽtis auxilio.Consequẽter eãdem medicinã in passione & resurrectione Christi mystice demonstratã ostẽdit Apostolus dicẽs: An ignoratis,quoniã quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu,in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti ergo sumus illi per baptismũ in mortem,ut quẽadmodũ surrexit Christus à mortuis per gloriã patris,ita & nos in nouitate uitę ambulemus. Si eñ complãtati sumus similitudini mortis eius,simul & resurrectionis erimus:hoc sciẽtes, quia uetus homo noster simul crucifixus est ut

Abundantia delicti per legem. Ca. VI

Gratia

Baptismus

ut euacuetur corpus peccati,ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si aũt mortui sumus cũ Christo,credimus quia simul uiuemus cum illo, scitẽtes quia Christus resurgẽs à mortuis iam nõ moritur,& mors ei ultra nõ dominabiť. Quod eñ mortuus est peccato, mortuus est semel:quod aũt uiuit,uiuit deo. Ita & uos existimate uos mortuos esse peccato,uiuere aũt deo in Christo Iesu. Nẽpe satis elucet mysterio dominicæ mortis & resurrectionis figuratũ uitæ nostræ ueteris occasum,& exortũ nouæ,demõstratamq; iniquitatis abolitionem renouationemq; iustitiæ. Vnde igiť hoc tantum beneficiũ homini per literã legis, nisi per fidem Iesu Christi? Hæc cogitatio sancta seruat filios hominũ in protectione alarũ dei,sperãtes ut inebrientur ab ubertate domus eius, & torrente uoluptatis eius potentur: quoniã apud ipsum est fons uitæ,& in lumine eius uidebimus lumẽ: qui prætendit misericordiã suam sciẽtibus eũ, & iustitiã suã ijs qui recto sunt corde. Neq; enim quia sciunt,sed etiã ut sciant eum,prætendit misericordiam suã:nec quia recti sunt corde, sed etiã ut recti sint corde,prætẽdit iustitiã suam qua iustificat impiũ.Hæc cogitatio nõ affert superbiã, quod uitium oritur cum sibi quisq; præfidit,secq; sibi aduenudum caput facit. Quo motu receditur ab illo fonte uitæ cuius solius hausťu iustitia bibitur,bona scilicet uita:& ab illo incõmutabili lumine, cuius participatione anima rationalis quodãmodo accẽditur,ut sit etiã ipsa factum creatumq; lumẽ: sicut erat Ioãnes lucerna ardens & lucens:qui tamen unde luceret agnoscẽs:Nos,inquit,de plenitudine eius accepimus: Cuius, nisi illius utiq; in cuius cõparatione Ioãnes non erat lumen? Illud enim erat uerũ lumen quod illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. Proinde cum dixisset in eodẽ Psalmo:Prętende misericordiã tuã scientibus te,& iustitiã tuã his qui recto sunt corde.Non ueniat,inquit,mihi pes superbiæ,& manus peccatorũ non moueãt me:Ibi ceciderũt omnes qui operãtur iniquitatẽ, expulsi sunt nec potuerũt stare.Hac quippe impietate qua tribuit sibi quisq; quod dei est,pellit in tenebras suas quæ sunt opera iniquitatis.Hæc enim planè facit ipse qui ad hæc implẽda sibi est idoneus. Opera uero iustitiæ non facit, nisi quantũ ex illo fonte atq; ex illo lumine percipit, ubi nullius indigens uita est, & ubi nõ est cõmutatio, nec momẽti obũbratio. Ideo Paulus apostolus qui cũ Saulus prius uocaretur,non ob aliud quantũ mihi uidetur hoc nomen elegit,nisi ut se ostenderet paruũ, tanquã minimum Apostolorũ,multũ cõtra superbos & arrogantes,& de suis operibus presumẽtes pro cõmendãda ista dei gratia fortiter atq; acriter dimicans, quia reuera in illo euidẽtior & clarior apparuit: qui cum talia operaretur uehementer ecclesiam dei persequẽs,pro quibus summo supplicio dignus fuit,misericordiã pro dãnatione suscepit, & pro pœna cõsequutus est gratiã:merito ꝓ eius defensione præcipue clamat atq; cõcertat, nec in re profunda & nimis abdita non intelligentiũ, & uerba sua sana in peruersum sensum detorquentiũ curat inuidiã:dum tamẽ incũctanter prædicet donũ dei,quo uno salui fiunt filij promissionis,filij beneficij diuini,filij gratiæ & misericordię, filij testamẽti noui.Primũ q̃ omnis eius salutatio sic se habet,Gratia uobis & pax à deo patre & domino Iesu Christo: deinde ad Romanos penè ipsa quæstio sola uersatur,tam pugnaciter,tã multipliciter,ut fatiget quidẽ legẽtis intentionẽ,sed tamẽ fatigatione utili ac salubri: ut interioris hominis magis exerceat mẽbra q̃ frangat. Inde sunt illa quę supra cõmemorauí, Inde est q̃ Iudæũ arguit, eumq; dicit Iudęum cognominari,& nequaq̃ id quod profiteť implere. Si autẽ tu, inquit, Iudæus cognominaris & requiescis in lege,et gloriaris in deo,& nosti uoluntatẽ eius,& probas distãtia,instructus in lege,cõfidis teipsum ducem esse cæcorum,lumẽ eorũ qui in tenebris sunt, eruditorẽ insipientiũ,magistrũ infantiũ, habentem formã scientiæ & ueritatis in lege. Qui ergo aliũ doces, teipsum nõ doces:qui prædicas nõ furandum,furaris:qui dicis non adulterandũ, adulteras:qui abominaris idola, sacrilegiũ facis: qui in lege gloriaris,per prævaricationẽ legis deũ inhonoras. Nomen enim dei per uos blasphematur in gẽtibus, sicut scriptũ est. Circuncisio quidẽ prodeſt si legẽ custodias:si autẽ prævaricator legis es, circũcisio tua præputiũ facta est. Si igitur præputiũ iustitias legis custodiat,nónne præputiũ eius in circuncisionem reputabitur? Et iudicabit quod ex natura est præputiũ,legem cõsummãs,te qui per literam & circũcisionẽ prævaricator legis es? Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quę in manifesto in carne est circũcisio,sed qui in abscõdito Iudæus est,& circũcisione cordis spiritu nõ litera, cuius laus non ex hominibus,sed ex deo est. Hic manifestauit quẽadmodum dixerit, gloriaris in deo:nã utiq; si uere talis Iudæus gloriareť in deo, eo modo quo postulat gratia, quę nõ operũ meritis sed gratuito datur,ex deo esset laus eius nõ ex hominibus:sed ita gloriabantur in deo,uelut qui soli meruissent legẽ eius accipere,secundũ illã uocem Psalmi qua dictum est: Nõ fecit sic ulli gẽti, & iudicia sua nõ manifestauit eis. Quã tamẽ dei legẽ sua iustitia se arbitrabãtur implere,cum magis eius prævaricatores essent, Vnde illis irã operabatur abundante peccato, quod ab scientibus perpetrabaťˢ:quia et quicũq; faciebãt quod lex iubebat nõ adiuuante spiritu gratiæ,timore pœnæ faciebãt non amore iustitiæ:ac per hoc corã deo nõ erat in uoluntate quod corã hominibus apparebat in opere:potiusq; ex illo rei tenebant,quod eos nouerat deus malle,si fieri posset impune,cõmittere. Circũcisionẽ aũt cordis dicit,puram scilicet ab omni illicita cõcupiscẽtia uoluntatẽ: quod nõ fit litera docẽte & mínãte,sed spiritu adiuuante atq; sanãte.Ideo laus taliũ nõ ex hominibˢ, sed ex deo est, qui per suã gratiã prestat unde laudentur,de quo dicitur:In dño laudabitur anima mea, & cui dicit: Apud te laus mea; nõ quales illi sunt qui

Bona opera quo sinte ri. VII

Superbia

Paulus

Obseruatio legis. Cap. VIII

Esa. 25

Circuncisio cordis

Psal. 147

Psal. 33

Psal. 21

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui deum laudari uolunt ꝙ homines sunt, se autẽ ꝙ iusti sunt. Sed laudamus, inquiũt, & deũ nostrę A
iustificationis autorẽ in eo ꝙ legem dedit, cuius
intuitu nouerimus quemadmodũ uiuere debea-
Rom.3 mus: nec audiũt quod legũt: Quia nõ iustificabit
ex lege omnis caro corã deo, Potest enim fieri co
rã hominibus, non aũt corã illo qui cordis ipsius
& intimæ uolũtatis inspector est: ubi uidet, etiã si
aliud faciat qui legẽ timet, quid tamẽ mallet face
re si liceret. Ac ne quisquã putaret hic Apostolũ
ea lege dixisse neminẽ iustificari, quę in sacramẽ
tis ueteríb. multa cõtinet figurata præcepta, un
de etiã ipsa est circũcisio carnis, quam die octauo
accipere paruuli iussi sunt, cõtinuo subiũxit quã
Rom.3 legẽ dixerit, & ait: Per legẽ enim cognitio pecca-
Rom.7 ti. Illa igitur lex est de qua postea dicit: Peccatum
nõ cognoui nisi per legẽ. Nam cõcupiscentiã ne- B
sciebã, nisi lex diceret, Non cõcupisces: nã quid
Iustitia dei est aliud, per legem enim cognitio peccati. Hic
manifestata forte dicat illa humana præsumptio, ignorãs dei
per legẽ & iustitiã & suam uolens constituere, merito dixisse
Prophetas. Apostolũ, quia ex lege nemo iustificabit: ostendit
Cap.IX eẽ tantũmodo lex quid faciendũ, quid ue cauen-
dũ sit, ut quod illa ostẽderit uolũtas impleat, ac sic
homo iustificetur nõ per legis imperiũ, sed per li
berũ arbitriũ. Sed ó homo attẽde quod sequitur,
Nũc autẽ, inquit, sine lege iustitia dei manifestata
Rom.3 est, testificata per legẽ & Prophetas. Parũ ne insõ
nat surdis: Iustitia, inquit, dei manifestata est. Hãc
ignorant qui suã uolunt cõstituere, & huic nolũt
esse subiecti. Iustitia, inquit, dei manifestata est:
nõ dixit, iustitia hominis, uel iustitia ꝓprię uolũta C
tis, sed iustitia dei, nõ qua deus iustus est, sed qua
induit hominẽ, cum iustificat impiũ. Hęc testifica
tur per legem & Prophetas: huic quippe testimo
niũ perhibẽt lex & Prophetæ. Lex quidẽ hoc ip-
so, ꝙ iubẽdo & minando & neminẽ iustificando
satis indicat dono dei iustificari hominẽ per adiu
toriũ spiritus. Prophetæ autẽ, quia id quod prędi
xerũt, Christi impleuit aduẽtus. Nã hinc sequitur
& adiungit dicẽs, Iustitia autẽ dei per fidem Iesu
Christi, hoc est, per fidẽ qua creditur in Christũ.
Sicut autẽ ista fides Christi dicta est non qua cre-
dit Christus: sic & illa iustitia dei nõ qua iustus est
deus. Vtrũq; enim nostrũ est, sed ideo dei et Chri
sti dicitur, ꝙ eius nobis largitate donatur. Iustitia
ergo dei sine lege, non sine lege manifestata est. D
Quomodo enim per legem testificata, si sine lege
manifestata? Sed iustitia dei sine lege est, quã deꝰ
per spiritũ gratiæ credenti confert sine adiutorio
legis, hoc est nõ adiuto à lege. Quãdoquidẽ per
legem ostẽdit homini infirmitatem suã, ut ad eius
misericordiã p fidem cõfugiens, saneť. De sapien
tia quippe eius dictũ est, ꝙ legem & misericordiã
in lingua portet: legem scilicet qua reos faciat su-
perbos: misericordiã uero qua iustificet humilia-
tos. Iustitia ergo dei per fidem Iesu Christi in om-
nes qui credunt, Non enim est distinctio, Omnes
enim peccauerunt & egent gloria dei, non gloria
sua. Quid enim habent quod non acceperunt? Si
autem acceperũt, quid gloriantur quasi nõ acce-

perint? Egent itaq; gloria dei, & uide quid sequa-
tur, Iustificati gratis per gratiã ipsius: non itaq; iu
stificati per legem, nõ iustificati per propriã uolũ-
tatem, sed iustificati gratis per gratiã ipsius: nõ ꝙ
sine uolũtate nostra fiat, sed uolũtas nostra osten-
ditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntа-
tem, & sanata uoluntas impleat legem nõ cõstitu
ta sub lege nec indigẽs lege. Iusto enim lex nõ Quomodo in-
est posita, quæ tamen bona est, si quis ea legitime iusto posita,
utatur. Hæc duo Apostolus uelut inter se contra- non iusto posi-
ria cõnectens, monet mouetq; lectorẽ, ad perscru ta est lex. X
tandam quæstionem atq; soluendam: quomodo
enim bona est lex si quis ea legitime utatur, si etiã
quod sequitur uerũ est, sciens hoc, quia iusto lex
non est posita. Nam quis legitime utitur lege nisi
iustus? at ei non est posita sed iniusto. An & iniu-
stus ut iustificetur, id est, ut iustus fiat, legitime le
ge uti debet, qua tanquã pædagogo perducatur
ad gratiã, per quam solam quod lex iubet possit
implere: per ipsam quippe iustificatur gratis, id
est, nullis suorũ operũ præcedentib. meritis: alio-
quin gratia iam nõ est gratia: quandoquidẽ ideo
datur non quia bona opera fecimus, sed ut ea fa-
cere ualeamus, id est, non quia legẽ impleuimus,
sed ut legẽ implere possimus. Ille enim dixit: Nõ Matth.5
ueni soluere legem, sed implere, de quo dictũ est:
Ioan.1 Vidimus gloriã eius gloriam tanquã unigeniti à
patre, plenũ gratia & ueritate. Hæc est gloria de
Rom.3 qua dictum est: Omnes enim peccauerũt & egẽt
gloria dei. Et hæc est gratia de qua cõtinuo dicit,
Iustificati gratis per gratiam ipsius. Iniustus ergo
legitime lege utitur ut iustus fiat, quod cũ factus
fuerit, ea iam non utatur tanquã uehiculo cũ per-
uenerit, uel potiꝰ ut supra dicta similitudine Apo
stoli utar, tanquã pędagogo cum eruditus fuerit.
Quomodo enim iusto lex nõ est posita, si & iusto
est necessaria, nõ qua iniustus ad iustificantẽ gra-
tiam perducatur, sed qua legitime iam iustus uta-
tur? An forte, imò uero non forte sed certe, sic le-
gitime utatur lege iam iustus, cum eam terrendis
imponit iniustis, ut cum & in ipsis cœperit inoli-
tæ concupiscentiæ morbus incentiuo prohibitio-
nis & cumulo præuaricationis augeri, cõfugiant
per fidẽ ad iustificantem gratiã, & per donũ spiri
tus suauitate iustitiæ delectati pœnã literæ minã-
tis euadãt: Ita nõ erunt cõtraria, neq; inter se duo
ista pugnabunt, ut etiã iustus bona lege legitime
utatur, & tamen iusto lex posita nõ sit: non enim
ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei: qua credi-
dit nullo modo posse suæ infirmitati ad implẽda
ea quæ lex factorũ iuberet, nisi diuina gratia sub- Rom.8
ueniri. Ideo dicit: Vbi est ergo gloriatio tua? ex-
clusa est. per quã legẽ factorũ? non: sed per legem
fidei. Siue gloriationẽ dixerit laudabilem, quę in
dño est, eamq; excludam, id est non ut abscederet Exclusores
pulsam, sed ut emineret expressam. Vnde & ex- Psal.67
clusores dicũtur quidã artifices argentarij. Hinc
est & illud in Psalmis: Vt excludant ij qui proba
ti sunt argento, hoc est ut emineant qui probati Psal.11
sunt eloquio domini. Nã & alibi dicitur: Eloquia
domini eloquia casta, argentũ igne examinatum.

Siue

Siue gloriationẽ uitiosam de superbia uenientem
cõmemorare uoluerit, eorũ scilicet qui cum sibi A
iuste uidẽtur uiuere, ita gloriãtur quasi non acce-
perint eam, quã non per legẽ factorũ, sed per legẽ
fidei dicit exclusam, id est eiectam & abiectam:
quia per legẽ fidei quisq; cognoscit, si quid bene
uiuit, dei gratia se habere, & ut perficiatur in dile
ctione iustitiæ, nõ se aliũde consecuturũ. Quæ
cogitatio piũ facit, quia pietas est uera sapientia:
pietatẽ dico quam Græci theosebiam uocãt: ipsa
quippe cõmẽdata est, cũ dictum est homini, quod
Iob 28 in libro Iob legiť: Ecce pietas est sapiẽtia. Theo-
sebia porrò si ad uerbi originẽ Latine expressam
interpretaretur, dei cultus dici poterat, qui in hoc
maxime cõstitutus est ut anima ei nõ sit ingrata.
Vnde & in ipso uerissimo & in singulari sacrifi-
cio, dño deo nostro agere gratias admonemur. B
Erit aũt ingrata si quod illi ex deo est sibi tribue-
rit, præcipueq; iustitiã, cuius operib. uelut ꝓprijs
& uelut à semetipsa sibimet partis, nõ uulgariter
tanq; ex diuitijs aut membrorũ forma aut eloquẽ
tia, cæterisq;, siue externis siue internis, siue cor-
poris siue animi bonis, quæ habere etiã scelerati
solent, sed tanq; de ijs quæ proprie sunt bona bo-
norũ quasi sapienter inflatur. Quo uitio repulsi à
diuinæ stabilitate substãtiæ etiã magni quidã ui-
ri ad idololatrię dedecus defluxerũt. Vnde idem
Apostolus in eadẽ epistola in qua uehemens de-
fensor est gratiæ, cũ se dixisset esse Græcis ac Bar
baris, sapientibus & insipiẽtib. debitorẽ, & ideo
quod ad ipsum pertineret promptũ esse, & in ijs
qui Romæ essent Euangelizare, Nõ enim cõfun C
dor, inquit, de Euãgelio, uirtus enim dei est in sa-
lutẽ omni credẽti Iudæo primũ & Greco: iustitia
enim dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ, sicut scri-
Abac.2 ptum est: Iustus aũt ex fide uiuit. Hæc est iustitia
dei quæ in Testamẽto ueteri uelata, in nouo reue
latur, quæ ideo iustitia dei dicitur ꝙ impertiendo
eã iustos facit: sicut domini est salus qua saluos fa
cit: & hæc est fides ex qua & in qua reuelatur, ex
fide scilicet annunciantiũ in fidẽ obedientiũ: qua
fide Iesu Christi, id est quã nobis contulit Chri-
stus, credimus ex deo nobis esse, pleniusq; futurũ
esse quod iuste uiuimus, unde illi ea pietate qua
solus colendus est gratias agimus. Nec imme-
rito se Apostolus ex hoc articulo cõuertit ad eos
cũ detestatiõe cõmemorãdos, qui uitio illo quod D
superius memorauí leues & inflati, ac per seipsos
uelut per inane sublati, ubi nõ requiescerent sed
fracti dissilirent, in figmẽta idolorũ tanq; in lapi-
des decideruũt. Quia enim cõmendauerat pietatẽ
fidei, qua deo iustificati grati esse debemus, uelut
contrariũ quod detestaremur subinferẽs: Reuela
tur enim, inquit, ira dei de cœlo super omnẽ im-
pietatem & iniustitiã hominũ eorum qui ueritа-
tem in iniustitia detinẽt: quia quod notũ est dei,
manifestũ est in illis, deus enim illis manifestauit.
Inuisibilia enim eius à creatura mũdi, per ea quæ
facta sunt, intellecta cõspiciunť, sempiterna quoq;
uirtus eius ac diuinitas, ita ut sint inexcusabiles,
Quia cognoscẽtes deũ, non ut deũ glorificauerũt

aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitatio-
nibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ: di-
centes se esse sapiẽtes, stulti facti sunt, & mutaue-
rũt gloriã incorruptibilis dei in similitudinẽ ima-
ginis corruptibilis hominis et uolucrũ & quadru
pedum & serpentiũ. Vide quemadmodũ nõ eos
dixerit ueritatis ignaros, sed ꝙ ueritatẽ in iniqui-
tate detinuerint: quia occurrebat animo ut quęre
retur, unde illis esse potuerit cognitio ueritatis,
quib. deus legẽ nõ dederat. Neq; hoc tacuit unde
habere potuerint, Per uisibilia nãq; creaturę per-
ueniſſe eos dixit ad intelligẽtiã inuisibilis creato-
ris. Quoniã reuera sicut magna ingenia quærere
perstiterũt, sic inuenire potuerũt. Vbi ergo impie
tas? Quia uidelicet cũ cognouissent deũ, nõ sicut
deũ glorificauerũt aut gratias egerũt, sed euanue
runt in cogitationibus suis. Eorũ proprie uanitas
morbus est, quo seipsos seducũt dũ uidentur sibi
aliquid esse, cum nihil sint. Denicq; hoc tumore su-
perbiæ sese obumbrãtes, cuius pedẽ sibi nõ ueni-
re deprecatur sanctus ille cãtor, qui dixit: In lumi Psal.15
ne tuo uidebimus lumen: ab ipso lumine incõmu
tabilis ueritatis auersi sunt, & obscuratũ est insi-
piens cor eorũ, Nõ enim sapiẽs cor ꝙuis cogno-
uisset deũ, sed insipiẽs potius, quia nõ sicut deũ Iob 28
glorificauerũt aut gratias egerũt. Dixit enim ho-
mini, Ecce pietas est sapiẽtia: ac per hoc dicẽtes se
esse sapiẽtes, quod non aliter intelligendũ est, nisi
hoc ipsum sibi tribuẽtes, stulti facti sunt. Iam quæ
sequitur quid opus est dicere? Per hãc enim im-
pietatẽ illi homines, illi inquã homines ꝙ per cre-
aturã creatorẽ cognoscere potuerũt, quo prola-
psi, cũ deus superbis resistit, atq; ubi demersi sint,
melius ipsius epistolæ consequẽtia docent ꝙ hic
cõmemoratur à nobis. Neq; enim isto opere hãc
epistolã exponẽdã susceпimus, sed eius maxime
testimonio demõstrare quãtũ possumus nitimur,
nõ in eo nos diuinitus adiuuari ad operandã iusti-
tiã, ꝙ legẽ deus dedit plenã bonis sanctisq; ꝓce
ptis: sed ꝙ ipsa uoluntas nostra, sine qua operari
bonũ nõ possumus, adiuueť & erigatur impartí-
to spiritu gratiæ, sine quo adiutorio doctrina illa
litera est occidẽs, quia reos potius præuaricatiõis
tenet ꝙ iustificat impios. Nã sicut illis per creatu Cognitio
rã cognitorib. creatoris ea ipsa cognitio nihil pro legis
fuit ad salutẽ, quia cognoscẽtes deũ, nõ sicut deũ
glorificauerũt aut gratias egerunt, dicẽtes se esse
sapiẽtes, Ita eos qui per legẽ dei cognoscunt quẽ-
admodũ sit homini uiuendũ nõ iustificat ipsa co-
gnitio, quia uolẽtes suam iustitiã cõstituere, iusti-
tiæ dei nõ sunt subiecti. Lex ergo factorũ, id est Lex operũ et
operũ per quã nõ excluditur illa gloriatio, & lex lex fidei.
fidei, per quam excluditur, quo inter se differant Cap. XIII
operæpreciũ est cõsiderare, si tamẽ ualemus ad-
uertere atq; discernere. Recte enim quisq; dixerit
legẽ operũ esse in Iudaismo: legem autem fidei in
Christianismo, ꝓpterea quia circũcisio cæteraq;
opera talia legis sunt, quę Christiana iam disципli
na nõ seruat. Sed quantũ fallat ista discretio, iam
diu quidẽ est ut molimur ostẽdere, & acutis ad di
gnoscẽdũ tibiq; potissimũ ac talibus fortasse iam

ostendimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendimus: uerũtamẽ quoniã res magna est, nõ incongrueter in ea manifestãda pluribus etiã atq; etiã testimoniis immoramur, Ipsam enim dicit legem ex qua nemo iustificat, quã dicit subintrasse ut abũdaret delictum, quã tamẽ ne quisq; ob hoc imperitus argueret & sacrilegus accusaret, defen
Rom. 7 dit eã dicẽs: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit: Sed peccatũ nõ cognoui nisi per legẽ:
Exod. 20 nã cõcupiscentiã nesciebã nisi lex diceret, Nõ cõcupisces. Occasiõe itaq; accepta peccatũ per mãdatum operatũ est in me omnẽ concupiscẽtiam. Dicit etiã, Lex quidẽ sancta, & mãdatũ sanctum & iustum & bonũ, sed peccatũ ut appareat peccatum, per bonũ mihi operatum est mortẽ. Ipsa est litera occidẽs quæ dicit, Non cõcupisces: de qua item dicit quod pauloãte cõmemorauí, Per legẽ enim cognitio peccati. Nũc aũt sine lege iustitia B
Rom. 3 dei manifestata est, testificata per legẽ & Prophetas, iustitia aũt dei per fidẽ Iesu Christi in omnes qui credũt, Nõ enim est distinctio, Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei: iustificati gratis per gratiã ipsius per redemptionẽ quę est in Christo Iesu: quẽ proposuit deus propitiatoriũ per fidẽ in sanguine ipsius, ad ostentationẽ iustitiæ eius, propter propositũ præcedentiũ peccatorũ in dei patiẽtia, ad ostendendã iustitiã ipsius in hoc tempore, ut sit iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu. Deinde subinfert unde nũc agimus. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quã legem? factorũ? non, sed per legẽ fidei. Lex ergo factorũ ipsa est quæ dicit, Non cõcupisces: quia per illã cognitio peccati est. Volo igit̃ scire si quis mihi dicere audeat, utrũ lex fidei nõ dicat, Nõ cõcupisces: si enim nõ dicit, quid causæ est cur nõ in ea positi securi atq; impune peccemus? Hoc eñ & illi pu
Rom. 3 tauerunt Apostolũ dicere de quibus ait: Et sicut dicũt nos quidã dicere, faciamus mala ut ueniant bona, quorũ iudiciũ iustum est. Si autẽ dicit etiã ipsa, Non concupisces: sicut tam multa præcepta Euãgelica & Apostolica testificari & clamare nõ cessant, quare lex factorũ etiã ipsa nõ dicit? neq; enim quia nõ habet opera ueterũ sacramentorũ, circũcisionis uidelicet atq; cęterorũ, ideo nõ sunt opera quæ habet in sacramẽtis suis huic iam tempori congruis. Aut uero de operibus sacramẽtorum quæstio fuit, quãdo mentio legis ob hoc fiebat, quia p ipsam cognitio peccati est, & ideo ex D
eo nemo iustificatur. unde nõ per illã excluſa est gloriatio, sed per legem fidei, ex qua iustus uiuit. Sed nunquid & per istã non fit cognitio peccati, cum & ipsa dicat, Non cõcupisces? Quid igitur interest breuiter dicam. Quod operũ lex minãdo imperat, hoc fidei lex credẽdo impetrat. Illa dicit:
Exod. 20 Non cõcupisces: ista dicit, Cum scirẽ quia nemo
Sap. 8 esse potest cõtinẽs nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donũ, adij dominũ & deprecatus sum. Ipsa est illa sapiẽtia quę pietas uocatur, qua colitur pater luminũ, à quo est omne datum optimũ & omne donũ perfectum. Colitur autẽ sacrificio laudis actionisq; gratiarum, ut cultor eius nõ in seipso, sed in illo glorietur. Ac p

hoc lege operum dicit deus, fac quod iubeo: lege
A fidei dicitur deo, da quod iubes. Ideo enim iubet lex, ut admoneat quid faciat fides: id est, ut cui iubetur, si nondũ potest sciat quid petat: si aũt continuo potest & obediẽter facit, debet etiã scire quo donãte possit, Non enim spiritũ huius mũdi accepimus, ait idem ipse cõstantissimus gratiæ prædicator, sed spiritũ qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Quis est aũt spiritus mũdi huius, nisi superbiæ spiritus? Quo cor insipiẽs obscuratum est eorũ qui cognitũ deum nõ ut deũ gratias agendo glorificauerũt: nec alio spiritu decipiuntur etiã illi qui ignorantes dei iustitiam & suam iustitiã uolentes cõstituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Vnde mihi uidetur magis esse fidei filius qui nouit à quo speret quod nõdum habet, q̃ qui sibi tribuit id quod habet: quãuis utriq; ho
B rum præferendus sit, qui & habet, & nouit à quo habeat, si tamẽ nõ se credat iam esse quod nondũ est: ne incidat in uitiũ illius Pharisæi, qui quanq̃ deo gratias ageret ex ijs quæ habebat, nihil tamẽ petebat dari sibi, tanquã nihilo indigeret ad augendã perficiẽdam ue iustitiã. His igitur consideratis pertractatisq; pro uiribus quas dominus donare dignatur, colligimus non iustificari hominẽ præceptis bonæ uitæ nisi per fidem Iesu Christi, Hoc est non lege operũ, sed lege fidei: non litera, sed spiritu: nõ factorũ meritis, sed gratuita gratia.

Quãuis itaq; illos quibus circuncisio persuade
Decalogus batur ita corripere atq; corrigere uideatur Apo- quoq; occidit
stolus, ut legis nomine eandẽ circũcisionẽ appel- nisi adsit gra-
let, cæterasq; eiusmodi legis obseruationes, quas tia. Ca. XIIII
C tanquã umbras futuri iam nũc resp uunt Christiani, id tenẽtes quod per illas umbras figurate promittebatur: tamen legẽ ex qua neminẽ dicit iustificari, nõ tantũ in illis sacramẽtis quæ habuerunt promissuas figuras, uerumetiã in illis operibus. uult intelligi, quæ quisquis fecerit, iuste uiuit, ubi Exod. 31
est & illud: Non cõcupisces. Atq; ut hoc quod di & 20
cimus fiat planius, ipsum decalogum uideamus. Certe enim legẽ Moyses ministrãdã populo accepit in monte, scriptã in lapideis tabulis digito dei: hæc decẽ præceptis cõstringitur, ubi nihil de circuncisione mandatũ est, nihil de uictimis pecorum, quæ nũc à Christianis nõ immolãtur. In illis igitur decẽ præceptis excepta sabbati obseruatione, dicatur mihi quid non sit obseruandũ à Christiano, siue de nõ faciẽdis colendisq; idolis alijsq; ullis dijs, præter unũ uerum deũ, siue de non acci
piendo nomine domini in uanũ, siue de honore parentib. deferẽdo, siue de cauẽdis fornicationibus, homicidijs, furtis, falsis testimonijs, adulterijs, re aliena cõcupiscenda? Quid horũ quisquã dixerit Christianũ non debere seruare? An forte non illam legẽ quę in illis duabus tabulis scripta est, literã occidentẽ appellat Apostolus, sed illam circũcisionis aliorumq; ueterũ iamq; abolitorum sacramentorũ? Sed quomodo putabimus, cũ in ea sit, Non cõcupisces: per quod mandatũ, quanuis sanctũ & iustũ & bonũ, fefellit me, inquit, peccatum, & per illud occidit? Quid enim aliud est,

Litera

Litera occidit, spiritus aũt uiuificat: cuius euidẽ-
tius eo ipso loco ad Corinthios ubi ait, Litera oc- A
cidit, spiritus autẽ uiuificat: nõ aliã uelit intelligi literam, q̃ ipsum decalogũ in illis duabus tabulis
2 Cor. 3 scriptũ. Sic eñ dicit: Quoniã estis epistola Christi ministrata per nos, scripta nõ atramẽto, sed spiritu dei uiui, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Confidentiã autẽ talem habemus per Iesum Christũ ad deũ, nõ quia idonei sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobismet ipsis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est, qui idoneos nos fecit ministros Noui testamẽti, nõ litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus aũt uiuificat. Si aũt ministratio mortis in literis figurata in lapidib. fuit in gloria, ita ut nõ possent intẽdere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriã uultus eius quæ euacuatur, quare nõ magis ministratio spiri B
tus erit in gloria? Si enim ministratio dãnationis in gloria est, multo magis abũdabit ministeriũ iustitiæ in gloria. Dici de his uerba multa possunt, sed postea fortasse opportunius. Nunc aũt aduerte quã dicat literã quæ occidit, cui uelut econtrario uiuificantem spiritũ ingerit. Ea certe est ministratio mortis in literis figurata lapideis, & ministratio dãnationis, quia lex subintrauit ut abũdaret delictũ. Porrò autẽ præcepta ipsa tã sunt utilia faciẽti atq; salubria, ut nisi quis ea fecerit, uitã habere nõ possit. An uero propter unum præceptũ quod ibi de sabbato est positũ, dictus est decalogus litera occidẽs, quoniã quisquis illũ diem nũc usq; obseruat sicut litera sonat, carnaliter sapit. Sa
pere aũt secundũ carnẽ mors est: & illa nouẽ præ C
cepta quæ sic recte obseruant ut scripta sunt, non ad legem operum ex qua nemo iustificatur, sed ad legẽ fidei ex qua iustus uiuit, pertinere putãda sunt? Quis tã absurde sentiat, ministrationẽ mortis in literis figuratã lapideis, nõ dici ex omnibus decẽ præceptis, sed ex uno solo quod ad sabbatũ
4 & 5 pertinet? Vbi ergo ponimus, Lex irã operatur. Vbi enim nõ est lex, nec præuaricatio. Et usq; ad legem peccatũ in mundo fuit: Peccatũ autem nõ deputatur cũ lex non esset. Et illud quod iã toties cõmemorauimus, Per legẽ cognitio peccati: ma
ximeq; illud ubi euidẽtius expressit unde agitur:
Rom. 7 Concupiscentiã nesciebã, nisi lex diceret, Nõ cõcupisces? Quem totũ locum attẽde, & uide utrũ quicquã propter circuncisionẽ uel sabbatum, uel D
quid aliud umbratilis sacramenti, ac non totum propter hoc dicat, q̃ litera prohibens peccatũ nõ iustificat hominẽ, sed potius occidit augẽdo concupiscentiã & iniquitatem, præuaricationem cumulando: nisi liberet gratia per legẽ fidei quæ est in Christo Iesu, cum diffunditur charitas in cordibus nostris, per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Cum enim dixisset, ut seruiamus in nouitate spiritus & nõ in uetustate literæ. Quid ergo dicemus inquit? Lex peccatũ est? Ablit, Sed peccatũ non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebã, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione aũt accepta peccatũ per mandatũ operatum est in me omnẽ concupiscentiã. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego uiuebam aliquando sine lege, aduenięte autẽ mandato, peccatum reuixit. Ego autẽ mortuus sum, & inuentum est mihi mandatũ quod erat in uitam, hoc esse in mortẽ. Peccatũ enim occasione accepta per mandatũ fefellit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mãdatũ sanctum & iustũ & bonũ. Quod ergo bonũ est, bonũ est enim, factũ est mihi mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonũ mihi operatũ est mortẽ, ut fiat supermodũ peccans peccatũ per mandatũ. Scimus enim quia lex spiritalis est, ego aũt carnalis sum, uenũdatus sub peccato. Quod enim operor ignoro, nõ enim quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si aũt quod nolo hoc facio, cõsentio legi quoniã bona est. Nunc aũt nõ iam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. Scio enim quia nõ habitat in me, hoc est in carne mea, bonũ. Velle enim adiacet mihi, perficere aũt bonũ nõ: Non enim quod uolo facio bonũ, sed quod nolo malũ hoc ago. Si autẽ quod nolo ego hoc facio, iam nõ ego operor illud sed quod habitat in me peccatũ. Inuenio ergo legẽ uolẽti mihi facere bonum, quoniã mihi uelle malum adiacet. Condelector enim legi dei secundũ interiorẽ hominẽ, Video aũt aliã legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuũ me in legẽ peccati ducẽtẽ, quę est in mẽbris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ. Igitur egoipse mẽte seruio legi dei, carne aũt legi peccati. Appa
ret igitur literæ uetustatẽ, si desit nouitas spiritus, reos facere potius cognitione peccati, q̃ liberare à peccato. Vnde & alibi scriptũ est: Qui appo- Eccls 1
nit scientiã, apponit & dolorẽ: non quia ipsa lex malum est, sed quia mãdatũ bonũ habet in litera demonstrãte, non in adiuuãte spiritu: quod mãdatum si fit timore pœnæ, nõ amore iustitiæ, seruiliter fit nõ liberaliter, & ideo nec fit: non enim fructus est bonus qui de charitatis radice nõ surgit. Porrò aũt si adsit fides quæ per dilectionẽ operatur, incipit cõdelectari legi dei secundũ interiorẽ hominẽ, quæ delectatio nõ literæ, sed spiritus donum est, etiã si alia lex in mẽbris adhuc repugnat legi mẽtis, donec in nouitatẽ quæ de die in diem in interiore homine augetur, tota mutata pertranseat, liberãte nos de corpore mortis huius, gratia dei per Iesum Christũ dominũ nostrum. Hæc Gratia in ueteri testamento latens, in nouo reuelatur. Cap. XV
gratia in testamẽto uetere uelata latitabat, quę in Christi Euangelio reuelata est dispensatione temporũ ordinatissima, sicut deus nouit cũcta disponere, Et fortasse ad illud ipsum eius latibulũ pertinet quod in eo decalogo, qui datus est in monte Sina, hoc solũ præceptũ figurate occultatum est quod ad sabbatũ pertinet. Sabbatũ autẽ dies sanctificationis est, Nec uacat q̃ inter omnia opera quæ fecit deus, illic primo sanctificatio sonuit, ubi ab omnib. operibus requieuit. Vnde nũc nõ est differendi locus. Verũtamen quod rei de qua agitur satis esse arbitror, nõ frustra illo die populus ab omni opere seruili abstinere præceptus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo significatur peccatum, nisi quia non peccare sanctificationis est, hoc est muneris dei per spiritum sanctū: quod in lege quæ duabus lapideis tabulis cōscripta est, solū inter cętera in umbra figuræ positum est, in qua Iudæi sabbatū obseruāt: ut hoc ipso significaretur tēpus tunc fuisse occultādæ gratiæ, quæ nouo testamēto fuerat per Christi passionē tanquā scissione ueli reuelāda. Cum enim transierit, inquit, ad Christū, auferetur uelamen. Deus autē spiritus est, ubi autem spiritus domini, ibi libertas. Hic autem spiritus domini cuius dono iustificamur, quo fit in nobis ut non peccare delectet, ubi libertas est. Sicut prēter hūc spiritū peccare delectat, ubi seruitus, à cuius operibus abstinendū, id est spiritaliter sabbatizandū est. Hic spiritussanctus per quē diffunditur charitas in cordib. nostris quæ plenitudo legis est, etiā digitus dei in Euāgelio dicitur. Vnde quia & illę tabulæ digito dei cōscriptæ sunt, & digitus dei est spiritus dei per quē sanctificamur, ut ex fide uiuētes p dilectionē bene operemur, quē nō moueat ista congruētia ibidemq; eadem subsistētia: Dies enim quinquaginta cōputantur à celebratiōe Paschæ, quæ occisione figuratæ ouis p Moysen fieri prēcepta est, in significationē utiq; futurę dominicæ passionis, usq; ad diē quo Moyses legē accepit in tabulis digito dei cōscriptis: similiter ab occisione & resurrectione illius qui sicut ouis ad immolandū ductus est, qnquaginta dieb. cōpletis, cōgregatos in unū fideles digitus dei, hoc est spiritussanctus impleuit. In hac mirabili cōgruentia illud certe plurimū distat, q̄ ibi populus accedere ad locū ubi lex dabat, horrēdo terrore prohibet: hic aūt in eos superuenit spiritussanctus, qui eū promissum expectātes in unū fuerāt cōgregati. Ibi in tabulis lapideis digitus dei operatus est, hic in cordib. humanis. Ibi ergo lex extrinsecus posita est qua iniusti terrerent, hic intrinsecus data est qua iustificarent. Nam nō adulterabis, non homicidium facies, nō cōcupiscес, & si quod est aliud mandatū, quod utiq; in illis tabulis scriptū est, in hoc, inquit, sermone recapitulatur, in eo, q̄ diliges proximū tuū tanq̄ teipsum. Dilectio ,pximo malū nō operatur. Plenitudo aūt legis est charitas. Hęc nō in tabulis cōscripta lapideis, sed diffusa est in cordib. nostris per spiritūsanctū qui datus est nobis. Lex ergo dei est charitas. Huic prudentia carnis nō est subiecta, neq; enim potest: sed ad hāc prudentiā carnis terrendā cum in tabulis scribūtur opera charitatis, lex est operū, & litera occidens prævaricatorē. Cū aūt ipsa charitas diffundit in corde credentiū, lex est fidei, & spiritus uiuificās dilectorē. Vide nūc quemadmodū cōsonet ista discretio illis Apostolicis uerbis quę paulоante ob aliud cōmemorata & diligētius pertractanda distulerā. Manifestati, inquit, quoniā estis epistola Christi ministrata p nos, scripta nō atramento, sed spiritu dei uiui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib⁹. Ecce quēadmodū ostēdit quia illud extra hominē scribit, ut eū foris secus terrificet: hoc in ipso homine, ut eū intrinsecus iustificet. Carnales autē tabulas cordis dixit nō carnalis prudentię sed tanq̄ uiuētis sensumq; habētis in cōparatione lapidis qui sine sensu est. Et quod paulo post dicit, q̄ nō poterant intēdere filij Israel usq; in finē uultus Moysi, et ideo eis per uelum loquebat, hoc significat, quia litera legis neminē iustificat, sed uelamē positū est in lectione ueteris Testamēti, donec ad Christū transeat, & auferat uelamē, id est trāseatur ad gratiā, ut intelligatur ab ipso nobis esse iustificationē, qua facia mus quod iubet. Qui ꝓpterea iubet ut à nobis deficiētes ad illū cōfugiamus, Ideo uigilātissime cū dixisset: Cōfidentiā talem habemus per Christū ad deū: ne nostris hoc uirib. tribueretur cōtinuo cōmendauit unde agitur dicēs, Nō q̄ idonei sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros nouī testamēti, nō literę, sed spiritus, Litera em occidit, spiritus aūt uiuificat. Proinde quia lex, sicut alibi dicit, prævaricatiōis gratia posita est, id est litera ista extra hominē scripta, propterea eā & ministrationē mortis & ministrationē dānationis appellat. Hāc aūt, id est nouū Testamentū, ministrationē spiritus & ministrationē iustitiæ dicit, quia per donum spiritus operamur iustitiā & à prævaricatiōis dānatione liberamur. Ideo illud euacuatur, hoc manet: quoniā terrenus pædagogus auferetur, cū timori succesſerit charitas. Vbi em spiritus dñi, ibi libertas, Hanc autē ministrationē nō ex meritis nostris, sed ex misericordia esse sic dicit, Propter q̄d habentes ministrationē hanc, sicut misericordiā consecuti nō infirmemur sed abijciamus occulta cōfusionis, non ambulantes in astutia, neq; dolo adulterantes uerbū dei. Hanc astutiā & dolū hypocrisim uult intelligi, quia uolunt iusti uideri superbi. Vnde & in illo Psalmo quē ad huius ipsius gratiæ testificationē cōmemorat idē Apostolus: Beatus, inquit, cui nō imputauit dominus peccatum, neq; est in ore eius dolus. Hæc est humilium sanctorū confessio, nō se iactantiū esse quod non sunt. Et paulo post, Nō enim nosmetipsos, inquit, prædicamus, sed Iesum Christū dominū nostrū, nos autē seruos uestros per Iesum, quia deus qui dixit de tenebris lumē claresceret, claruit in cordibus nostris ad illuminationē scientiæ gloriæ eius in faciē Christi Iesu. Hæc est scientia gloriæ eius qua scimus ipsum esse lumē, quo tenebræ nostræ illuminātur. Et idipsum attēde quēadmodū inculcet. Habemus aūt, inquit, thesaurū istum in uasis fictilibus, ut eminētia uirtutis sit dei & non ex nobis. Et paulo post cum eandē gratiā uberius in domino Iesu Christo cōmendans, usq; ad illud ueniret indumentū iustitiæ fidei, quo induti nō nudi inueniamur, & propter hoc ingemiscimus mortalitate prægrauati, habitaculum nostrū quod de cœlo est superindui cupiētes, ut absorbeatur mortale à uita, uide quid adiungat: Qui aūt operatus est nos, inquit, in hoc ipsum deus qui dedit nobis pignus spirit⁹: Et post pauca intulit, ut nos simus iustitia dei in ipso. Hæc est illa iustitia dei, nō qua ipse

Spiritussanctus cur dictus sit digitus dei. *Cap. XVI*

2 Cor. 3

Lucæ 11

Comparatio præceptorum decalogi cum charitate data à spiritussancto Cap. XVII

Vetus lex mortem, nouus iustitiā ministrat. Cap. XVIII

2 Cor. 3

Rom. 4

2 Cor. 4

2 Cor. 5

Cōmemoratio Testamēti noui Prophe. Ca. XIX

ipse iustus est, sed qua nos ab eo facti. Nemo ergo Christianorum aberret ab hac fide quæ sola Christiana est: neq; quisquā cū uerecundatus fuerit dicere, per nos ipsos fieri nos iustos non in nobis hoc operāte gratia dei, quia uidet hoc à fidelibus & pijs credi nō posse cū dicitur, ad hoc se cōuertat ut dicat, ideo sine operatiōe gratiæ dei nos iustos esse nō posse, quia legē dedit, quia doctrinā instituit, quia bona prēcepta mandauit. Illa enim sine adiuuāte spiritu proculdubio est litera occidens: cū uero adest uiuificans spiritus, hoc ipsum intus conscriptū facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri. Inspice in hoc paululum & in eo testimonio quod per Prophetā de hac re prælarissime dictū est: Ecce dies uenient dicit dominus, & consummabo super domū Israel, & super domū Iuda testamentū nouū, non secundū testamentū quod feci patribus eorū in die qua apprehendi manū eorū ut educerem eos de terra Aegypti: quia ipsi nō perseuerauerūt in testamēto meo & ego neglexi eos dicit dominus: quia hoc testamentū est quod ordinabo domui Israel, Post illos dies, dicit dominus, dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorū scribā eas, & ero eis in deū, & ipsi erūt mihi in populū: & non docebit unusquisq; ciuem suū & unusquisq; fratrē suum dicēs, cognosce dominū: quia omnes cognoscent me à minore usq; ad maiorē eorum, quia propitius ero iniquitati eorū, & peccata eorū non memorabor ultra. Quid ad hæc dicemus? Nempe in ueteribus libris aut nusquā aut difficile prēter hūc Prophеticum locū legitur facta cōmemoratio testamēti noui, ut omnino ipso nomine appellaretur: Nam multis locis hoc significatur & prænunciatur futurū, sed non ita ut etiā nomē legatur expressum. Considera igitur diligenter quā differentiā inter duo testamēta, id est uetus & nouū deus esse testatus sit, cū dixisset, Non secundū testamentū quod feci patribus eorū in die qua apprehēdi manum eorū ut educerē eos de terra Aegypti. Vide quid adiunxit. Quia ipsi nō perseuerauerūt in testamēto meo. Vitio eorū deputat q̄ in testamento dei non permanserunt, ne lex quā tunc acceperūt cul panda uideatur. Ipsa est enim quā nō uenit Christus soluere sed implere, Non tamē per eandē legem iustificatis impijs, sed per gratiā: hoc quippe agit uiuificans spiritus, sine quo litera occidit. Si enim data esset lex quę posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credētibus. Ex hac promissione, hoc est ex dei beneficio ipsa lex impletur, sine qua promissione prеuaricatores facit: uel usq; ad effectū mali operis, si etiam repagula timoris concupiscentiæ flamma transcēderit, uel certe in sola uolūtate, si timor pœnę suauitatē libidinis uicerit. Quod em ait, Cōclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credētibus: ipsius conclusionis utilitas dicta est, Nam conclusit ad quos usus, nisi quēadmodū alibi dicitur, Priusquam autē ueniret fides, sub lege custodiebamur, concluſi in eam fidē quę postea reuelata est.

Lex Gratia

Lex ergo data est, ut gratia quęreretur, Gratia data est, ut lex impleretur. Neq; enim suo uitio non implebatur lex, sed uitio prudētiæ carnis, Quod uitiū per legem demonstrandū, per gratiā sanandū fuit. Quod em impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnē, misit deus filiū suū in similitudine carnis peccati, & de peccato dānauit peccatū in carne, ut iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundū carnem ambulamus, sed secundum spiritū. Vnde & in isto Prophetico testimonio, Cōsummabo, inquit, super domū Israel & super domū Iuda testamentū nouum: quid est consummabo, nisi implebo, non secundū testamentum quod feci patribus eorū in die qua apprehendi manū eorum ut educerē eos de terra Aegypti.

Hierem. 31

Lex uetus, Lex noua. Cap. XX

Ergo illud uetus erat, quia hoc nouū est. Vn de igitur illud uetus, hoc nouū, cum lex eadē impleatur per testamentū nouum quæ dixit in ueteri, Non cōcupisces? Quia ipsi, inquit, nō perseuerauerūt in testamēto meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Ergo propter ueteris hominis noxam quę per literā iubentem & minantē minime sanabatur, dicitur illud testamentū uetus: hoc autem nouū, propter nouitatē spiritus quæ hominē nouū sanat à uitio uetustatis. Deniq; attēde quod sequitur, & uide quanta luce fiat perspicuū, quod sibi fidentes nolunt homines intueri, quia hoc testamentum, inquit, quod ordinabo domui Israel, Post dies illos dicit dominus dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorū scribam eas. Ecce est, unde Apostolus ait, quod supra cōmemorauī mus, Nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, quia non atramento, sed spiritu dei uiui. Nec ob aliud arbitror in eo loco Apostolū uoluisse cōmorare testamentū nouum: ibi quippe ait, Qui & idoneos nos fecit ministros nouī testamēti, nō literæ, sed spiritus, nisi quia istam intuebatur prophetiā cum diceret, Nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, quoniā hic dictum est, In cordibus eorū scribā eas: Vbi nominatim promissum est testamentū nouū. Quid sunt ergo leges dei ab ipso deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsentia spiritussanctū, q̄ est digitus dei, quo presente diffunditur charitas in cordib. nostris, quę plenitudo legis est, & prеcepti finis. Nā quia ueteris testamēti promissa terrena sunt, licet exceptis sacramētis, quæ umbra erāt futurorū, sicut est circūcisio, & sabbatū, & aliæ dierū obseruatiōes, & quarundā escarū cęremoniæ, & multiplex sacrificiorū sacrorumq; ritus quæ uetustati carnalis legis iugoq; seruili cōgruebāt, talia cōtineant prеcepta iustitiæ qualia nūc quoq; obseruare præcipimur, quæ maxime duabus illis tabulis sine figura adumbratæ significatiōis expressa sunt, sicut est, Nō adulterabis, non homicidiū facies, nō concupisces, & si quod aliud est mandatū quod in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximū tuū sicut teipsum: tamen quia in eo, sicut dixi, promissa terrena & tēporalia recitātur, quæ bona sunt huius corruptibilis carnis, q̄uis eis sempiterna atq;

Hierem. 31

Lex scripta in cordibus, Cap. XXI

2 Retract. cap. 37

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœlestia ad nouũ scilicet testamentũ pertinentia figurarẽtur, nũc ipsius bonũ cordis promittitur, A mẽtis bonũ, spiritus bonũ, hoc est, intelligibile bonum, cũ dicitur, Dabo leges meas in mẽte eorũ, & in cordib. eorũ scribam eas. Vnde significauit eos nõ forinsecus terrentẽ legẽ formidaturos, sed intrinsecus habitantẽ ipsam legis iustitiã dilectu-
Vita æterna. ros. Deinde addidit & mercedẽ. Et ero eis in
Cap. XXII deum, & ipsi erũt mihi in populum. Hoc est illud
quod de deo ait ille, Mihi autẽ adhærere deo bo-
Psal. 72 nũ est. Ero, inquit, illis in deũ, & ipsi erũt mihi populus: Quid hoc bono melius, quid hac felicitate felicius, uiuere deo apud quẽ est fons uitæ, & in cuius lumine uidebimus lumẽ. De hac uita di-
Ioan. 17 cit ipse dñs, Hæc est aũt uita æterna ut cognoscãt te unum uerũ deũ, & quẽ misisti Iesum Christũ: id est, te & quẽ misisti Iesum Christũ cognoscãt unũ B
Ioan. 14 uerum deũ. Hoc enim & ipse promittit dilectoribus suis dicẽs: Qui diligit me mãdata mea custodit, & qui diligit me diligetur à patre meo, & ego diligã eum & ostendã meipsum illi: Vtiq; in forma dei in qua æqualis est patri, nõ in forma serui in qua se & impios ostẽdebat. Tũc enim fiet quod scriptũ est, Tollatur impius ut nõ uideat gloriam
Esa. 26 domini. Quando ibunt sinistri in ignem æternũ, iusti autem in uitam æternã. Quæ uita æterna sicut cõmemorauí definita est ea esse, ut cognoscãt
1 Ioan. 3 unum uerum deum. Hinc dicit & Ioannes, Dilectissimi filij dei sumus & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cũ apparuerit similes ei erimus, quoniã uidebimus eum sicuti est. Hæc similitudo nũc incipit reformari, quãdiu homo inte- C
rior renouatur de die in diem secundũ imaginem
Cõparatio uitæ præsentis ad futuram. Cap. XXIII eius qui creauit eum. Sed ad illius eminentiæ perfectionẽ quæ tũc futura est, quid hoc, aut quã tũ est: Siquidẽ Apostolus ad illa ineffabilia quaIecunq; adhibẽs de notis rebus exemplũ, paruulã ætatẽ uirili cõparauit ætati. Cũ essem, inquit, paruulus quasi paruulus loquebar, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus cogitabã: cum aũt factus sum uir, deposui ea quę paruuli erãt. Cur aũt hoc dixerit, consequẽter ostendẽs, Videmus, inquit, nunc per speculũ in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciẽ. Nunc scio ex parte, tunc aũt cognoscã sicut
Et nõ docebit unusquisq; ciuem suũ & fratrem suum. & cognitus sum. Proinde etiã per hũc Prophetam cuius testimoniũ pertractamus, hoc addit: Vt in eo merces, in eo finis, in eo perfectio felici- D
Ca. XXIIII tatis, in eo beatæ æternęq; uitæ summa consistat. Cum enim dixisset, Et ero illis in deũ, & ipsi erũt mihi populus, continuo addidit: Et non docebit unusquisq; ciuẽ suum & unusquisq; fratrẽ suum,
Hiere. 31 dicẽs: Cognosce dominũ, quia omnes cognoscẽt me à minore usq; ad maiorem eorum. Nũc certe iam tempus est testamẽti noui, cuius per Prophetam facta est promissio per hæc uerba quæ ex illa prophetia cõmemorauimus. Cur ergo adhuc dicit unusquisq; ciui suo & fratri suo, cognosce dominũ: An forte nõ dicitur cũ Euangeliũ prædicetur, & eius ipsa sit prædicatio ut hoc ubiq; dicat: Nã unde se Apostolus gentiũ dicit esse doctorẽ,
Rom. 10 nisi quia hoc fit quod ipse ait, Quomodo inuocabunt in quem nõ crediderũt? Aut quomõ credẽt ei quẽ non audierũt? Quomodo aũt audient sine prædicãte? Cũ ergo nũc ista predicatio usq; quaq; crebrescat, quomodo tẽpus est Testamẽti noui,
Hiere. 31 de quo Propheta dixit: Et nõ docebit unusquisq; ciuem suũ, & unusquisq; fratrẽ suũ dicẽs, cognosce dominũ: quia omnes cognoscẽt me à minore usq; ad maiorẽ eorũ, nisi quia eiusdem testamenti noui æternã mercedẽ, id est ipsius dei beatissimã contemplationẽ promittendo cõiunxit? Quid ergo est, Omnes à minore usq; ad maiorem eorum: nisi omnes pertinẽtes spiritaliter ad domũ Israel, & ad domũ Iuda, hoc est ad filios Isaac et ad semẽ Abrahę? Ipsa est enim promissio qua ei dictũ est,
Rom. 9 In Isaac uocabitur tibi semẽ. Nõ enim qui filij carnis hi filij dei, sed filij promissionis deputantur in
Gen. 18 semine. Promissionis autẽ uerbũ hoc est, Ad hoc tempus ueniã, & erit Sarę filius. Non solũ autem sed & Rebecca ex uno cõcubitu habens Isaac patris nostri: De nondũ enim natis, nec qui aliquid operati fuerãt boni aut mali, ut secundũ electionẽ propositum dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori. Hæc est domus Israel uel domus Iuda propter Christum, qui uenit ex tribu Iuda. Domus filiorũ promissionis hæc est, non operum propriorum, sed beneficij dei, Hoc enim deus promittit quod ipse facit: non enim ipse promittit & alius facit, quod iam non est promittere sed prædicere, Ideo nõ ex operib. sed ex uocãte, ne ipsorũ sit non dei, Ne merces non imputetur secundũ gratiã, sed se-
cundum debitũ, atq; ita gratia iam non sit gratia, cuius uehemens defensor est atque assertor mini
mus Apostolorũ, qui plus omnib. illis laborauit, non ipse autẽ sed gratia dei cũ illo. Omnes enim, inquit, agnoscẽt me: Omnes domus Israel & domus Iuda. Neq; enim omnes qui ex Israel hi sunt Israel, sed omnes quib. dicitur in Psalmo prosu-
Psal. 28 sceptione matutina, hoc est, p luce noua, testamẽti scilicet noui, Vniuersum semen Iacob magnificate eũ: timeat eũ omne semen Israel. Vniuersum omnino semen prorsus omne semen promissorũ atq; uocatorũ, sed eorũ qui secundũ propositũ uocati sunt, Quos enim prædestinauit, illos & uocauit: quos aũt uocauit, illos & iustificauit: quos autẽ iustificauit, illos & glorificauit. Ideoq; ex fide, ut secundũ gratiã firma sit promissio omni semini, nõ ei tantũ quod ex lege est, id est quod ex uetere testamẽto uenit ad nouũ, sed & ei quod ex fide est nõ sibi promissa lege, Ex fide aũt Abrahã, id est imitatores fidei Abrahã, qui est pater omniũ nostrum, sicut scriptũ est, quia patrẽ multarũ gentiũ posui te. Omnes ergo hi prædestinati, uocati, iustificati, glorificati cognoscẽt deũ gratia testamẽti noui, à minore usq; ad maiorem eorũ. Sicut ergo lex factorum scripta in tabulis lapideis, mercesq; eius terra illa promissionis, quã carnalis domus Israel cum ex Aegypto liberata esset, accepit, pertinet ad testamentũ uetus: ita lex fidei scripta in cordibus, mercesq; eius species cõtemplationis, quã spiritalis domus Israel ab hoc mundo liberata

liberata percipiet, pertinet ad testamẽtum nouũ.
1 Cor. 13 Tunc fiet quod dicit Apostolus, Siue prophetiæ A euacuabũtur, siue linguę cessabũt, siue scientia euacuabitur, illa scilicet paruulorũ scientia in qua hic uiuitur, quæ ex parte per speculũ in ænigmate uidetur: ppter hãc enim necessaria est prophetia, cũ adhuc præteritis futura succedũt: propter hãc linguæ, id est multiplicitas significationũ cũ ex alio atq; alio aliud atq; aliud admonẽt, qui nondũ ęternã lucẽ perspicuę ueritatis mẽte purgatissima cõtemplatur. Cũ autẽ uenerit quod perfectũ est, & totũ hoc quod ex parte est fuerit euacuatum, tũc quod assumpta carne, carni apparuit, ostẽdet seipsum dilectoribus suis: Tũc erit uita æterna, ut cognoscamus unũ uerũ deũ, tunc similes ei erimus, quoniã tũc cognoscemus sicut & cogniti sumus. Tũc nõ docebit unusquisq; ciuẽ suũ, aut fratrem B
suũ dicẽs, cognosce dñm. Omnes emi cognoscent eum à minore usq; ad maiorẽ eorũ. Quod multis modis intelligi potest. Siue quia & illic quisq; sanctorũ tanq̃ stella ab stella differt in gloria. Nec ad rem quicquã interest utrũ à minore usq; ad maiorem, sicut dictũ est, an si à maiore usq; ad minorẽ diceret: quod similiter nihil interest, etiã si minores intellexerimus, qui tantũmodo credere, maiores aũt qui etiã intelligere quantũ in hac uita fieri potest lumẽ incorporeũ atq; incõmutabile ualuerũt. Siue minores, tẽpore posteriores: maiores autem, tẽpore priores intelligi uoluit. Simul enim pmissam dei cõtẽplationẽ accepturi sunt omnes, quia & illi p nobis meliora puiderũt, ne sine nobis perfecti perficerenr. Et ideo uelut minores re C
periũtur priores, quia minus dilati sunt, sicut in illo euãgelico denario per similitudinẽ dicitur, quẽ prius accipiũt qui posteriores uenerũt ad uineã.
Siue quolibet alio modo, qui me in presentia fo-
elegis ue- rsitan fugit, minores maiores q; accipiẽdi sunt. Il-
q; discri- lud tamẽ quantũ potes diligẽter attẽde, quod tã-
XXV to molimine conor ostẽdere. Cũ testamentũ nouum Propheta promitteret, nõ secundũ testamẽtum q̃d prius factũ est populo Israel ex Aegypto liberato, nihil eũ de sacrificiorũ, uel quorũcunq; sacramẽtorũ cõmutatione dixisse, cũius & ipsa sine dubio fuerat secutura, sicut secutam uidemus, ꝺd multis alijs locis eadẽ prophetica scriptura testatr: sed tãtũmodo istã cõmendasse distantiã, q̃ le-
1 Cor. 3 ges suas daturus esset deus in mentẽ eorũ qui pti D
nerent ad hoc testamẽtũ, & eorũ scripturas in cordibus: unde Apostolus sumpsit nõ atramẽto, sed spiritu dei uiui, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: sempiternãq; mercedẽ iustificationis huius, nõ terrã de qua pulsi sunt Amorræi & Zethæi, & aliæ gẽtes quæ ibi cõmemorantur, sed ipsum deũ cui adhærere bonũ est, ut bonũ dei quod diligunt, deus sit ipse quẽ diligũt: Inter quẽ & homines nisi peccata nõ separant, quæ nõ nisi per eandem gratiã dimittũtur. Vnde cum dixisset: Omnes enim cognoscẽt me à minore usq; ad maiorẽ eorũ, mox addidit: Quia propitius ero iniquitati eorũ, & peccata eorũ non memorabor ultra. Per legem ergo factorum dicit dominus:
Exod. 20 Non cõcupisces: per legem fidei dicit dominus, Sine me nihil potestis facere, Aiebat enim de bonis operibus, hoc est, de palmitũ fructibus. Cũ igitur hæc appareat distantia ueteris & noui Testamenti, q̃ lex ibi in tabulis, hic in cordibus scribitur, ut quod ibi forinsecus terret, hic delectet intrinsecus, ibiq; fiat præuaricator per occidentẽ literã, hic dilector per uiuificantẽ spiritum: nõ ideo dicendũ est q̃ deus adiuuet nos ad operandã iustitiã atq; operetur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate, quia præceptis iustitiæ forinsecus insonat sensibus nostris, sed quia intrinsecus incrementũ dat diffundendo charitatẽ in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.

De gentib. duce natura cognoscentibus deum, ac de lege scripta in cordibus Christianorum. Cap. XXVI

Videndũ est autẽ quomodo dicat Apostolus, Cũ enim gentes quæ legẽ nõ habent naturaliter quę legis sunt faciũt, hi legem nõ habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendũt opus legis scriptũ in cordibus suis: ne uideatur nõ esse certa distãtia noui Testamenti, q̃ leges suas dominus in cordib. populi sui se scripturũ esse promisit, quandoquidem hoc gẽtes naturaliter habeãt. Pertractãda igitur hæc quæstio, quæ nõ mediocris exorta est. Dicet enim aliquis, Si deus hinc discernit à uetere testamento nouũ, q̃ in ueteri legem suam scripsit in tabulis, in nouo aũt scripsit in cordibus: fideles noui Testamẽti unde discernũtur à gẽtibus, quæ habent opus legis scriptũ in cordibus suis, quo naturaliter quæ legis sunt faciũt: quasi iã illo populo uetere potiores qui legẽ accepit in tabulis, & nouo populo priores, cui hoc præstatur per testamentũ nouum quod his natura iam præstitit? An forte eas gentes cõmemorauit Apostolus, scriptã in cordibus habere legẽ, quæ ad nouũ pertinẽt testamentũ? Ad hoc enim unde uenerit intuẽdum
Rom. 1 est. Primo Euangeliũ cõmendãs ait, Virtus enim dei est in salutẽ omni credenti, Iudæo primum & Græco: iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in
Abac. 2 fidem, sicut scriptũ est: Iustus autem ex fide uiuit. Deinde loquitur de illis impijs quib. propter superbiam nec cognitio dei profuit, quia non sicut deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt. Inde trãsit ad eos qui iudicant & agunt talia qualia condemnant, nimirũ propter Iudæos qui de lege dei gloriabantur: cũius adhuc eos nominatim non exprimat, & ideo dicit: Ira & indignatio, tribulatio & D
angustia in omnẽ animã hominis operãtis malũ, Iudæi primũ & Græci: Gloria autẽ & honor & pax omni operanti bonũ, Iudæo primũ & Græco: nõ est enim personarũ acceptio apud deum. Quicunq; enim sine lege peccauerũt, sine lege & peribũt, & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: Nõ enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabunr. His uerbis hoc unde agitur subiũgit & dicit, Cũ gentes enim quæ legem dei non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt: & cætera quæ iam supra cõmemorauí. Proinde non uidetur alios hic significasse sub nomine gentium cũ eos quos nomine Græci supra significabat, cũ diceret, Iudæo primum & Græco. Porrò si Euangeliũ uirtus dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in salutē omni credenti, Iudæo primū & Græco, & ira & indignatio, tribulatio & angustia in
omnē animā hominis operantis malū, Iudæi primum & Græci, gloria autē & honor & pax omni
operanti bonū, Iudæo primū & Græco: iste autē
Græcus nomine gentiū significatus est naturaliter quæ legis sunt facientiū, & quæ scriptū habēt
opus legis in cordibus suis: profecto ad Euangeliū pertinent Gentes, quibus lex in cordibus scripta est. Eis quippe credētibus uirtus dei est in salutem. Quibus autē gentibus bene operantibus
gloriā & honorē pacemq; promitteret, extra Euā
geliū gratiā constitutis? Quia enim personarū acceptio nō est apud deū, & nō auditores legis, sed
factores iustificantur, ideo siue Iudæus siue Græcus, hoc est quilibet ex gētibus crediderit, salutē
in Euāgelio pariter habebit, Non enim est distin-
Rom.3 ctio, sicut postea dicit: Omēs enim peccauerūt &
egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Vnde autē factorem legis Græcū iustificari
diceret, sine gratia saluatoris? Neq; enim cōtra se
ipsum diceret, quod ait, factores legis iustificabū
tur: tanq; per opera, non per gratiā iustificentur:
cum dicat gratis iustificari hominē per fidē sine
operibus legis, nihilq; aliud uelit intelligi in eo
quod dicit, gratis, nisi quia iustificationem opera
Rom.11 nō precedūt. Aperte quippe alibi dicit: Si gratia,
iam nō ex operibus, alioquin gratia iā nō est gratia. Sed sic intelligendū est, factores legis iustificabūtur, ut sciamus aliter eos nō esse factores legis
nisi iustificētur: ut nō iustificatio factoribus accedat, sed factores legis iustificatio præcedat. Quid C
est enim aliud, iustificari, q; iusti facti, ab illo scilicet qui iustificat impiū, ut ex impio fiat iustus? Si
enim ita loqueremur, ut diceremus, homines liberabūtur, hoc utiq; intelligeret, eis qui iā homines essent accedere liberationē. Si aūt diceremus,
homines creabūtur, nō utiq; intelligeret eos creari qui iam homines erāt, sed ipsa creatione homines fieri. Ita si dictum esset, factores legis honorabūtur: nō recte acciperemus nisi honorē illis qui
iam essent factores legis accedere. Cū uero dictū
est, factores legis iustificabunt, quid aliud dictū
est q; iusti iustificabūtur, factores enim legis utiq;
iusti sunt, Ac per hoc tantundē est ac si diceretur,
factores legis creabūtur, nō quia erāt, sed ut sint:
ut sic intelligerent etiā Iudæi legis auditores, indi D
gere se gratia iusti iustificatoris ut possint esse factores. Aut certe ita dictū est, iustificabuntur, ac si
diceretur, iusti habebūtur, iusti deputabūtur. Si-
Lucæ 10 cut dictum est de quodā: Ille aūt uolens se iustificare, id est, ut iustus haberet & deputaretur. Vnde aliter dicimus, Deus sanctificat sanctos suos:
aliter autē, Sanctificetur nomen tuū. Nam illud
ideo, quia ipse illos facit esse sanctos qui nō erant
Sanctificatur nomen dei sancti: Hoc autē ideo, ut quod semper apud se sanctum est, sanctum etiā ab hominibus habeatur, id
est sancte timeatur. Sic ergo gentes cōmemorans
naturaliter quæ legis sunt faciētes, & scriptū habētes opus legis in cordibus, illos intelligi uoluit
qui credunt in Christū: quia nō sicut Iudæi præ-

missa sibi lege uenīūt ad fidē: nō est cur eos conemur discernere ab ijs quibus per Prophetā domi
nus promittēs testamentū nouū, dixit leges suas Hiere.31
se scripturū in cordibus eorū, quia & ipsi per insertionē quam oleastro præstitā dicit, ad eandem
oleam, hoc est, ad eundē dei populū pertinent: potiusq; concordat prophetico etiā hoc Apostolicū
testimoniū: ut hoc sit pertinere ad testamentū nouum, legē dei habere nō in tabulis sed in cordib.
scriptā: hoc est, in intimo affectu iustitiā legis amplecti, ubi fides per dilectionē operatur, quia ex
fide iustificat gētes deus. Quod scriptura præuidens, prænūciauit Abrahæ dicens: In semine tuo Gen. 22
benedicētur omnes gētes: ut per hāc promissiōis
gratiā oliuę insereret oleaster, & fierēt fideles gentes filij Abrahę in semine Abrahę, quod est Chri
stus, sectantes eius fidē qui nō accepta in tabulis
lege, nōdumq; habēs ipsam circūcisionē, credidit
deo & deputatū est illi ad iustitiā. Ac sic tale erit
hoc quod de eiusmodi gētib. dixit Apostolus, q;
opus legis scriptū habeāt in cordib. suis: quale est 2 Cor.3
illud ad Corinthios, nō in tabulis lapideis, sed in
tabulis cordis carnalibus. Ita em̄ fiūt de domo Israel, cum præputiū eorū in circūcisionē deputat,
eo q; iustitiā legis nō precisione carnis ostēdunt,
sed cordis charitate custodiūt: quoniā si præputiū
iustitias legis custodiat, nónne præputiū eius, inquit, in circuncisionē deputabitur? Et propterea
in domo ueri Israel in quo dolus non est, participes sunt Testamenti noui, quia dat deus leges in
mentē ipsorū, & in cordibus eorum scribit eas digito suo, spiritusancto, quo ibi diffundit charitas
quæ legis est plenitudo. Nec moueat, q; natura Gentes naturaliter eos dixit quę legis sunt facere, nō spiritu dei, duce bene sentes.
nō fide, nō gratia, Hoc enim agit spiritus gratiæ, XXVII
ut imaginē dei in qua naturaliter facti sumus, instauret in nobis. Vitiū quippe contra naturā est,
quod utiq; sanat gratia. Propter quā deo dicitur, Psal. 40
Miserere mei, sana animā meā quoniā peccaui tibi. Proinde naturaliter homines quę legis sunt faciunt, Qui enim hoc non faciunt, uitiose faciunt.
Quo uitio lex dei est deleta de cordibus, Ac per
hoc, uitio sanato, cū illic scribitur, fiunt quæ legis
sunt naturaliter: non q; per naturā negata sit gratia, sed potius per gratiā reparata natura. Per unū Rom.5
quippe hominē peccatū intrauit in mundū, et per
peccatū mors, & ita in omnes homines pertrāsiit, in quo omnes peccauerūt: Et ideo quia nō est
distinctio, egēt gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Qua gratia in interiore homine renouato iustitia scribitur, quā culpa deleuerat: & hęc
misericordia super genus humanū per Christū Iesum dominū nostrū. Vnus em̄ deus, unus & me- 1 Tim. 2
diator dei & hominū homo Christus Iesus. Si autem hi qui naturaliter quę legis sunt faciūt, nōdū
sunt habendi in numero eorū quos Christi iustificat gratia: sed in eorū potius quorū etiā impiorū,
nec deū uerū ueraciter iusteq; colentiū, quædā tamē facta uel legimus, uel nouimus, uel audimus,
quæ secundū iustitiæ regulam non solum uituperare nō possumus, uerumetiā merito rectęq; laudamus

damus: quanquā si discutiatur quo fine fiant, uix
inueniunt quę iustitię debitā laudē defensionē ue A
ergo dei nō mereant. Veruntamen quia non usq; adeo in a-
mino delecta nima humana imago dei terrenorū affectuū labe
is gentibus detrita est, ut nulla in ea uelut liniamēta extrema
XXVIII remāserint, unde merito dici possit etiam in ipsa
impietate uitæ suæ facere aliqua legis uel sapere:
si hoc est quod dictū est, quia gētes quæ legē non
habēt, hoc est, legē dei, naturaliter quæ legis sunt
faciunt, & quia huiusmodi homines ipsi sibi sunt
lex, & scriptū opus legis habent in cordibus suis,
id est, non omnimodo deletū est quod ibi per imaginē dei cū crearent̄ impressum est: etiā sic illa differentia non perturbabit̄ qua distat à uetere testamentū nouum, eo quod per nouū scribit̄ lex dei
in corde fideliū, quæ per uetus in tabulis scripta
est: hoc em̄ illic scribit̄ per renouationē, quod nō B
omnimodo deletum est per uetustatē. Nam sicut
ipsa imago dei renouat̄ in mente credentiū per te
stamentū nouum, quā non penitus impietas abo
leuerat: nam remāserat utiq; id quod anima homi
nis nisi rationalis esse non potest: ita etiam ibi lex
dei non ex omni parte deleta per iniustitiā, profecto scribitur renouata per gratiā. Nec istam inscri
ptionē, quæ iustificatio est, poterat efficere in Iudæis lex in tabulis scripta, sed solū prævaricationem. Nam & ipsi homines erant, & uis illa naturæ inerat eis, qua legitimū aliquid anima rationalis et sentit & facit: sed pietas quæ in aliā uitā trāsfert beatā & æternā, legē habet immaculatā, con-
uertentē animas ut ex illo lumine renouent̄, fiatq; Psal. 4
in eis, Signatū est super nos lumen uultus tui do- C
mine. Vnde & auersi absolescere meruerūt, reno
uari autē nisi gratia Christiana, hoc est nisi media
1 Tim. 2 toris intercessiōe nō possunt. Vnus em̄ deus, unus
& mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redēptionē pro omnibus. A cuius gratia si alieni sunt illi de quibus agimus, qui secundū illū modū, de quo superius satis
diximus, naturaliter quæ legis sunt faciunt, quid
eis, p derūt excusantes cogitatiōes in die qua iudicabit deus occulta hominū, nisi forte ut mitius puniant̄? Sicut enim nō impediūt à uita æterna iustū
quædā peccata uenialia, sine quibus hæc uita nō
ducit̄: sic ad salutē æternā nihil prosunt impio aliqua bona opa, sine quibus difficillime uita cuiuslibet pessimi hominis inuenit̄. Verūtamē sicut in D
regno dei uelut stella ab stella in gloria differunt
sancti, sic & in damnatiōe pœnæ sempiterną, tolerabilius erit Sodomę quàm alteri ciuitati, & erūt
quidam duplo amplius quibusdā gehēnæ filij, Ita
nec illud in iudicio dei uacabit, q; in ipsa impietate damnabili magis alius alio minusue peccauerit. Quid ergo hinc Apostolus efficere uoluit, q;
Rom.3 iactantiā cohibēs Iudæorū, cum dixisset, Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabunt̄: cōtinuo subiecit de his qui legē
nō habētes, naturaliter quę legis faciūt, si nō
illi sunt intelligēdi, qui pertinēt ad gratiā mediatoris, sed illi potius, qui cū deum uerū uera pietate non colant, habēt tamen quædam opera bona
in uita impia? An forte hoc ipso probandū credidit, quod supra dixerat, Quia nō est personarū ac Rom.3
ceptio apud deū, & quod postea dixit, Quia non
Iudæorū deus est tantum, sed etiā gentiū? Quod
quātulacunq; legis opera naturaliter insita nō inuenirent̄ in eis, qui legē non acceperūt, nisi ex reliquijs imaginis dei: quam nō contemnit, cū in eū
credūt, apud quē nō est acceptio personarū. Sed
quodlibet horū accipiat̄, constat gratiā dei, pmissam esse testamento nouo etiā per Prophetā. Eandemq; gratiā in eo definitā, ut scribātur leges dei
in cordibus hominū, perueniantq; ad eam cognitionē dei, ubi non docebit unusquisq; ciuē suū uel
fratrē suum, dicēs, Cognosce deū, quia omnes cognoscent eum à minore usq; ad maiorē eorū. Hoc 1 Tim. 1
donū spiritussancti est, quod diffundit̄ charitas in
cordibus nostris. Charitas non quelibet, sed charitas dei de corde puro & cōscientia bona, & fide
non ficta, ex qua iustus in hac peregrinatione uiuens, ad speciē quoq; perducit̄ post speculū & ænigmata, & quicquid erat ex parte, ut facie ad faciem cognoscat, sicut & cognitus est. Vnā enim Psal. 26
petijt à domino, & hāc requirit, ut inhabitet in domo domini per omnes dies uitæ suę, ad hoc ut cō
templet̄ delectationē domini. Nemo itaq; glo- Omne bonū à deo. XXIX
rietur ex eo quod uidet̄ habere, tanquā non acceperit: aut ideo se putet accepisse, q; litera extrinsecus uel ut legeret̄ apparuit, uel ut audiret̄ insonuit. Nam si per legē iustitia, ergo Christus gratis
mortuus est. Porro aūt si non gratis mortuus est,
ascendit in altū, captiuā duxit captiuitatē, & dedit dona hominibus. Inde habet, quicunq; habet.
Quisquis autē inde se habere negat, aut non habet, aut id quod habet auferet̄ ab eo. Vnus enim
deus qui iustificat circuncisionē ex fide, & præputium per fidem: quod nō ad aliquā differentiā dictum est, tanquā aliud sit ex fide, aliud per fidem,
sed ad uarietatē locutionis. Alio quippe loco cū
de gentibus diceret, hoc est de præputio, Et præui- Gal. 3
dēs, inquit, scriptura, quia ex fide iustificat gentes
deus. Itēq; cū de circuncisione loqueret̄ unde erat Gal. 2
ipse: Nos, inquit, natura Iudęi, & nō ex gentibus
peccatores, scientes quia non iustificatur homo
ex opibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos
in Christo Iesu credimus. Ecce & præputiū dixit
iustificari ex fide, & circūcisionem per fidem, si ita
men circuncisio iustitiam fidei teneat. Sic enim
gentes, quæ non sectabant̄ iustitiam, apprehenderunt iustitiam. Iustitiā autem quę ex fide est, impetrando eam ex deo, non ex semetipsis presumēdo. Israel uero perseqēs legem iustitiæ, in legem
iustitiæ nō peruenit. Quare? quia non ex fide, sed
tanquam ex operibus: id est tanquam eam per semetipsos operantes, non in se credentes operari
deum. Deus est enim qui operatur in nobis et uel
le & operari pro bona uoluntate, ac per hoc offenderūt in lapidē offensiōis: nam quid dixerit, quia
nō ex fide, sed tanquā ex opibus: apertissime exposuit, dicens, Ignorātes enim dei iustitiam, & su Rom. 10
am uolentes cōstituere, iustitiæ dei nō sunt subiecti: Finis enim legis Christus ad iustitiā omni credenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

denti. Et adhuc dubitamus quę sint opera legis,
quibus homo nō iustificaꝛ, si ea tanquā sua crediderit sine adiutorio & dono dei, quod est ex fide
Iesu Christi: & circuncisionē cæteraq; talia suspicamur, quia etiā de his sacramētis alijs in locis talia quædā leguntꝛ: sed hic utiq; non circūcisionem tanq; suā iusticiā uolebāt cōstituere, quia et ipsam
Matth. 15 deus pręcipiēdo cōstituit. Nec de illis operib. hoc intelligi potest, de quibus dñs eis dicit, Reiscitis
Rom. 9 mandatū dei, ut traditiones uestras statuatis: Quia psequēs, inquit, legē iustitiæ, in legem iustitiæ nō puenit Israel. Nō dixit, persequēs traditiones suas, id est cōsectans. Hęc ergo sola distātia est, quia ipsum Nō cōcupiscis, & cætera mādata eius sancta & bona sibi tribuebāt. Quæ ut posit homo facere, deus operaꝛ in homine per fidem Iesu Christi, qui finis est ad iustitiā omni credenti: id est per
Ioan. 15 spiritum incorporatus factusq; membrū eius, potest quisq; illo incrementū intrinsecus dante, operari iustitiā. De cuius operibus etiam ipse dixit, Quia sine me nihil potestis facere. Ideo quippe p
Rom. 10 ponitur iustitia legis, quod qui fecerit eā, uiuet in illa, ut cū quisq; infirmitatē suam cognouerit, non per suas uires, neq; p literā ipsius legis, quod fieri nō potest, sed per fidem cōcilians iustificatorem perueniat, et faciat, et uiuat in ea. Opus em̄ quod qui fecerit, uiuet in eo, nō fit nisi à iustificato. Iustificatio aūt ex fide impetraꝛ, De qua scriptum est, Ne dixeris in corde tuo, quis ascēdit in cœlū: hoc est Christum deducere: aut quis descēdit in abyssum: hoc est Christū à mortuis reducere. Sed qd dicit: Prope te est uerbum in ore tuo & in corde C tuo: hoc est, inqt, uerbū fidei quod prædicamus: quia si cōfitearis in ore tuo, quia dns est Iesus, & crediderīs in corde tuo, quia deus illū suscitauit à mortuis, saluus eris, Intantū iustus, inquantū saluus. Per hāc enim fidē credimus, quod etiam nos deus à mortuis excitet: interim spiritu, ut in nouitate eius gratiæ tēperāter & iuste & pie uiuamus in hoc seculo: post etiā carne nostra ad immortalitatē resurrectura, quod meritū spiritus est, qui eā
Rom. 6 in resurrectione sibi cōgrua, hoc est in iustificatione pręcedit. Cōsepulti enim sumus Christo p baptismū in mortē, ut quemadmodū Christus resurrexerit à mortuis per gloriā patris, sic et nos in nouitate uitæ ambulemus. Fide igit Iesu Christi impetramus salutē, & quantū nobis inchoaꝛ in re, et D quantū pficienda expectaꝛ in spe. Omnis em̄ qui
Ioel. 2 Psal. 30 inuocauerit nomē domini, saluus erit. Quā multa multitudo, ait Psalmista, dulcedinis tuę domine, quā abscōdisti timētib. te, perfecisti aūt sperātibus in te. Ex lege aūt timemus deū, ex fide speramus in deū: sed timētib. pœnā abscōditur gratia. Sub quo timore anima laborās quādo cōcupiscē tiam malā non uicerit, nec timor ille quasi custos seuerus abscesserit, per fidem cōfugiat ad misericordiā dei: ut det quod iubet, atq; inspirata gratię suauitate p spiritū sanctū faciat plus delectare ꝙd pręcepit, ꝙ delectat quod impedit. Ita multa multitudo dulcedinis eius, hoc est lex fidei, charitas eius cōscripta in cordibus, atq; diffusa, perficitur

sperātibus in eū, ut anima sanata non timore pœnę, sed amore iustitię operet bonum. Liberum A *Liberum arbitriū. XXX*
ergo arbitrium euacuamus per gratiā? Absit, sed magis liberum arbitriū statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberū arbitriū per gratiam non euacuaꝛ, sed statuitur. Neq; enim lex impletur nisi libero arbitrio, sed per legē cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatū, per gratiā sanatio animę abolitiōe peccati, p animę sanitatē libertas arbitrij, per liberum arbitriū iustitiæ dilectio, per iustitiæ dilectionē legis operatio. Ac per hoc sicut lex nō euacuatur, sed statuit per fidem, quia fides impetrat gratiā qua lex impleaꝛ: ita liberū arbitriū nō euacuaꝛ per gratiā, sed statuitur, quia gratia sanat uoluntatē qua iustitia libere diligaꝛ. Omnia hæc quæ uelut catenatim connexui, habēt uoces suas in scripturis. Lex dicit, Non cō- B *Exo. 20*
cupisces: Fides dicit, Sana animā meā, quoniam *psal. 40*
peccaui tibi. Gratia dicit, Ecce sanus factus es, iā noli peccare, ne quid tibi deterius cōtingat. Sanitas dicit, Dñe deus meus clamaui ad te, & sana- *psal. 29*
sti me. Liberū arbitriū dicit, Voluntarie sacrifica- *psal. 53*
bo tibi. Dilectio iustitię dicit, Narrauerūt mihi in *psal. 118*
iusti delectationes suas, sed nō sicut lex tua domine. Vtquid ergo miseri homines aut de libero arbitrio audent supbire anteq; liberent, aut de suis uiribus, si iam liberati sunt? Nec attendūt in ipso
2 Cor. 3 nomine liberi arbitrij utiq; libertatē sonare. Vbi
2 Petri 2 aūt spiritus domini, ibi libertas. Si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo em̄ quis deuictus est, huic & seruus addictus est. C Si aūt liberati sunt, quid se iactant uelut de opere
Ioan. 15 pprio, & glorianꝛ quasi nō acceperint? An ita sunt
Vnde profiscitur fides liberi, ut nec illū uelint habere dominū, qui eis dicit, Sine me nihil potestis facere: Et si uos filius liberauit, tūc uere liberi eritis. Queret aliquis utrum fides ipsa in qua salutis uel ad salutē connexionis huius, quā cōmemoraui, esse uideꝛ exordiū, in nostra cōstituta sit potestate? Quod facilius uidebimus, si prius quid sit potestas aliquāto diligentius pspexerimus. Cū em̄ duo quędā sint uelle & posse, unde nec q uult, cōtinuo potest, nec qui potest cōtinuo uult: quia sicut uolumus aliquādo quod nō possumus, sic etiam possumus aliquādo quod nolumus: satis euolutis ipsis etiā uocabulis resonat, q ab eo quod est uelle, uolūtas: ab eo aūt quod est posse, potestas nomē accepit. Quapropter sicut qui uult habet uoluntatē, ita potestatem qui potest. Sed ut potestate aliquid fiat, uolūtas aderit. Neq; em̄ dici solet quispiā potestate fecisse, si quid fecit inuitus: quanquā si subtilius aduertamus, etiā quod quisq; inuitus facere cogit, si facit, uoluntate facit: sed quia malit aliud ideo inuitus, hoc est nolēs facere dicit. Malo quippe aliquo facere cōpellit, quod uolēs euitare uel à se remouere, facit quod cogit: nā si tanta uolūtas sit, ut malit hoc nō facere ꝙ illud nō pati, cogēti proculdubio resistit, nec facit: ac p hoc si facit, nō quidē plena & libera uolūtate, sed tamē nō facit nisi uoluntate, quā uolūtatē quia effectus cōsequit, nō possumus dicere potestatē defuisse faciēti. Si cm̄ cogenti

Velle Posse

genti cedens uellet facere, nec posset, ei uoluntatē
affuisse licet extortā, sed potestatē defuisse dicere- A
mus. Cū uero ideo nō faciebat, quia nolebat, erat utiq; potestas, sed uoluntas deerat, quādiu cogēti reluctādo nō fecit. Hinc est ꝙ etiā illi q cogūt, uel qui suadent, solent dicere, Quod habes in potestate, quare nō facis ut hoc malo careas? Et qui omnino facere nō possunt, quod ideo cogunt ut faciant, quia posse credunt, solent excusando respondere & dicere, Facerē, si esset in potestate. Quid igit ultra quęrimus, quandoquidē hanc dicimus potestatē, ubi uoluntati adiacet facultas faciēdi? Vnde hoc quisq; in potestate habere dicit: quod si uult, facit: si nō uult, nō facit. Attende iam illud quod excutiēdū posuimus, utrū fides in potestate sit? De hac em̄ fide nūc loquimur, quā adhibemus cum aliquid credimus, nō quam damus cum aliB
quid pollicemur: nā & ipsa dicit fides. Sed aliter dicimus, Non mihi habuit fidē: aliter autem, Nō mihi seruauit fidē. Nam illud est, nō credidit ꝙ dixit: illud, nō fecit quod dixit. Secundū hanc fidem qua credimus fideles sumus deo: secūdū illā uero
1 Cor. 10 qua fit quod, pmittit, etiā deus ipse fidelis est nobis. Hoc enim dicit Apostolus, Fidelis deus, qui nō uos pmittit tētari sup id quod potestis. De illa
Gen. 15 itaq; fide quęrimus, utrū in potestate sit, qua credimus deo, uel credimus in deū. Hinc em̄ scriptū est, Credidit Abrahā deo, et deputatū est illi ad iustitiā, Et credenti in eū qui iustificat impiū, deputaꝛ fides ad iustitiā. Vide nūc utrū quisq; credat si noluerit, aut nō credat si uoluerit. Quod si absurdum est: quid est enim credere nisi cōsentire uerū C
Rom. 13 esse quod dicit? cōsensio autē utiq; uolentis est: p fecto fides in potestate est, Sed sicut Apostolus dicit, Nō est potestas nisi à deo. Quid igit causę est,
1 Cor. 4 cur non & de ista nobis dicaꝛ, Quid enim habes quod nō accepisti? Nā & hoc ut credamus, deus dedit. Nusq; aūt legimus in sanctis scripturis, Nō est uoluntas nisi à deo. Et recte non scriptū est, quia uerū nō est: alioquin etiā peccatorū, quod absit, autor est deus, si nō est uolūtas nisi ab illo: quoniā mala uolūtas iam sola peccatū est, etiā si desit effectus: ideſt, si nō habeat potestatē. Porrò cū uolūtas mala potestatē accipit implere ꝙd intendit, ex iudicio dei uenit, apud quē nō est iniqtas, Punit em̄ etiā isto modo, nec ideo iniuste quia occulte. Cæterū iniquus puniri se ignorat, nisi cū manife- D
sto supplicio senserit nolens, quantū mali sit quod ppetrauit uolens. Hoc est quod de quibusdā Apo
Rom. 1 stolus ait, Tradidit illos deus in concupiscentias
Ioan. 19 cordis illorū, ut faciāt quæ nō cōueniūt. Hinc & dominus Pilato, Nō haberes in me, inquit, potestatē, nisi data esset tibi desup. Sed cū potestas datur, nō necessitas utiq; imponit. Vnde cū Dauid Saulis occidendi potestatē accepisset, maluit parcere ꝙ ferire. Vnde intelligimus malos accipere potestatē ad damnationē malæ uolūtatis suæ, bonos autem ad probationē bonæ uoluntatis suæ.

De fide Lau. Cap. XX. XII

Cum ergo fides in potestate sit: quoniā cū uult quisq; credit: & cum credit, uolēs credit, Deinde quærendū est, imò recolendū est, quā fidem tanta cōflictatione cōmendet Apostolus, Nō em̄ quod libet credere bonū est: nam unde est illud, Fratres 1 Ioan. 4
noli te omni spiritui credere, sed probate spiritum qui ex deo est? Nec in laudibus charitatis quod 1 Cor. 13
dictū est, Omnia credit: sic accipiendū est, ut charitati cuiuspiā derogādū sit, si non ꝙd audierit, statim crediderit. Quid quod eadē charitas admonet, nō facile de fratre mali aliquid esse credendū, Et cū tale aliquid dicit, hoc ad se magis indicat pertinere ne credat. Postremo ipsa charitas quę omnia credit, nō omni spiritui credit: ac per hoc omnia quidē credit, sed deo: quia non dictū est, Omnibus credit. Nulli itaq; dubiū est eā fidem ab A- Rom. 8
postolo cōmendari, qua creditur deo. Sed adhuc est aliquid ad discernēdum: quoniā & illi qui sub lege sunt, & timore pœnæ iustitiā suam facere conanꝛ, & ideo non faciūt dei iustitiā, quia charitas eam facit, qua nō libet nisi quod licet: non timor qui cogit in opere habere quod licet, cū aliud habeat in uoluntate, qua mallet, si fieri posset, licere quod nō licet, Et illi ergo credūt deo: nam si oīno nō crederēt, nec pœnā legis utiq; formidarēt. Sed nō hanc fidē cōmendat Apostolus, qui dicit, Non em̄ accepistis spiritū seruitutis iterū in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus, Abba pater. Timor ergo ille seruilis est: & ideo quāuis in illo domino credaꝛ, nō tamen iustitia diligit, sed damnatio timet. Filij uero clamāt, Abba pater, quarū duarū uocum una est ex circūcisione, altera ex præputio, Iudæi primum & Græci: quoniā unus est deus, qui iustificat circuncisionē ex fide, & pręputiū per fidē. Cū autē clamāt, aliquid petunt: & quid petunt, nisi ꝙ esuriūt & sitiūt? Et hoc quid, nisi quod de illis dictū est, Beati qui esuriūt & sitiūt iustitiā, quoniam Matth. 5
ipsi saturabūtur? Huc ergo transeant qui sub lege sunt, ut ex seruis filij fiant: nec sic tamē, ut serui esse desistant, sed ut tanquā filij domino & patri liberaliter seruiant, quia & hoc acceperūt: dedit enim potestatē ille unicus filios dei fieri credentibus in nomine eius: eosq; admonuit petere, quærere, pulsare, ut accipiāt et inueniāt et aperiaꝛ eis, addēs increpationē & dicēs, Si uos cū sitis mali, Matth. 7
nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petētibus se? Cū ergo uirtus peccati lex inflāmauerit aculeum mortis, ut occasione accepta peccatū p mādatum operet omnē cōcupiscentiā, à quo petēda est cōtinētia, nisi ab illo qui nouit bona data dare filijs suis? An forte nescit insipiēs ꝙ nemo esse possit cōtinēs nisi deus det? Hoc ergo ut sciat, ipsa indiget sapiētia. Cur itaq; nō audit patris sui spiritū dicentē per Apostolū Christi, uel ipsum Christū qui dicit in Euāgelio suo, Petite & accipietis, Lo Iacobi 1
quentē etiā in Apostolo suo, & dicentem, Si quis uestrū indiget sapiētia, postulet à deo qui dat omnibus affluenter, & nō improperat, & dabit illi: Postulet autē in fide nihil hæsitans. Hæc est fides ex qua iustus uiuit. Hæc est fides qua crediē in eū qui iustificat impiū. Hæc est fides per quā excluditur gloriatio: siue ut abscedat qua in nobis inflamur

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur: siue ut emineat, qua in dño gloriamur. Hęc est fides qua impetrat largitas spiritus, de quo dicitur, Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Vbi quidē quęri adhuc potest, utrū spem iustitiæ dixerit, qua sperat iustitia, an qua sperat ipsa iustitia: quoniā iustus ex fide uiuēs, sperat utique uitā æternā. Itemq; fides esuriens sitiensq; iustitiā, renouatione de die in diem interioris hominis, proficit in ea, & sperat in ea satiari, in uita æterna, ubi fiet id quod Psalmo de deo dicitur, Qui satiat in bonis desiderium tuū. Hæc est fides qua salui fiunt, quibus dicit, Gratia salui facti estis per fidē: & hoc nō ex uobis, sed dei donū est, Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmētū creati in Christo Iesu in opib. bonis, quę præparauit deus ut in illis ambulemus. Postremo hęc est fides quę p dilectionē operat, nō per timorē, nō formidando pœnā, sed amādo iustitiā. Vnde ergo ista dilectio, id est charitas, p quā fides operat, nisi unde illā fides ipsa impetrauit? Neq; enim esset in nobis quantacūq; sit in nobis, nisi diffunderet in cordibus nostris, per spiritū sanctū qui datus est nobis. Charitas quippe dei dicta est diffundi in cordibus nostris, nō qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: sicut iustitia dei, qua iusti eius munere efficimur: & dñi salus, qua nos saluos facit: & fides Iesu Christi, qua nos fideles facit. Hęc est iustitia dei, quā nō solū docet p legis præceptū, uerumetiā dat per spiritus donū. Sed cōsequens est paululum quærere, utrū uoluntas illa qua credimus etiā ipsa dei donū sit, an ex illo naturaliter insito libero adhibeat arbitrio. Si enim dixerimus eam nō esse donū dei, metuendū est ne existimemus inuenisse nos aliquid quod Apostolo increpāti & dicēti, Quid enim habes quod nō accepisti? si autē & accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? respōdere possim⁹, Ecce habemus uoluntatē credēdi quam nō accepimus: ecce ubi gloriamur quod nō acceperimus. Si autē dixerimus etiā huiusmodi uoluntatē non esse nisi donū dei, rursus metuendum est, ne infideles atq; impij nō immerito sed ueluti iuste excusare uideantur, ideo nō credidisse, quod dare illis deus istam noluit uoluntatē. Nam illud quod dictū est, Deus est enim qui operat in nobis & uelle & operari pro bona uolūtate: gratia iam est, quā fides impetrat, ut possint esse hominis opera bona, quę operatur fides per dilectionē, quę diffundit in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis: Si credimus ut impetremus hanc gratiā, & utiq; uoluntate credimus, de hac quęrit unde sit nobis, Si natura, quare nō omnibus, cū sit idē deus omniū creator? Si dono dei, etiā hoc quare non omnibus, cū omnes homines uelit saluos fieri, & in agnitionē ueritatis uenire? Prius igit illud dicamus et uideamus utrū huic satisfaciat quæstioni, q̄ liberū arbitriū naturaliter attributū a creatore animę rationali, illa media uis est, quę uel intēdi ad fidem, uel inclinari ad infidelitatē potest. Et ideo nec istā uoluntatē qua credit deo, dici potest homo habere quam nō acceperit: quando quidē uocāte deo surgit de libero arbitrio quod nathraliter cū crearet accepit. Vult aūt deus omnes homines saluos fieri & in agnitionē ueritatis uenire: nō sic tamē, ut eis adimat liberū arbitriū quo uel bene uel male utentes iustissime iudicent. Quod cū sit infideles quidē contra uolūtatē dei faciūt, cū eius Euāgelio nō credūt: nec ideo tamē eam uincūt, uerū seipsos fraudāt magno & summo bono, malisq; pœnalibus implicāt, expturi in supplicijs potestatē eius, cuius in donis misericordiā cōtempserūt. Ita uolūtas dei semp inuicta est, uincere aūt si nō inueniret quid de contēptoribus faceret, aut ullo modo possent euadere quod de talib. ille cōstituit. Qui em dicit, uerbi gratia, uolo ut hi omnes serui mei operent in uinea, & post laborē requiescētes epulent, ita ut quisquis eorū hoc noluerit, in pistrino semp molat: uidet quidē quicūq; cōtempserit, cōtra uoluntatē domini sui facere: sed tūc eā uincet, si & pistrinū contēnens effugerit: quod nullo modo fieri potest sub dei potestate. Vnde scriptū est, Semel locutus est deus: hoc est, incōmutabiliter: quanq; & de unico uerbo possit intelligi. Deinde subiungēs quid incōmutabiliter sit locutus. Duo hæc, inquit, audiui, quoniā potestas dei est, & tibi dñe misericordia, quia tu reddis unicuiq; secundum opera sua. Ille igit reus erit ad damnationē sub potestate eius, qui cōtempserit ad credēdam misericordiā eius. Quisquis aūt crediderit ei, qui se à peccatis omib. absoluendū, & à uitijs omnib. sanandū, & calore ac lumine eius accēdendū illuminandūq; nō contēpserit, habebit ex eius gratia opera bona, ex quib. etiā secundū corpus à mortis corruptiōe redimat, coronet, bonisq; satietur, nō tēporalibus, sed ęternis, supra q̄ petimus & intelligimus. Hūc ordinē tenuit psalmus, ubi dicit, Benedic anima mea dominū, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui ,ppitiatur omnib⁹ iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de corruptiōe uitā tuam, qui coronat te in miseratiōe et misericordia, qui satiat in bonis desideriū tuū. Et ne forte hæc tāta bona huius uitae tristis, hoc est, mortalitatis deformitas desperaret, Renouabit, inquit, sicut aquilę iuuentus tua. Tanq; diceret, Hæc quę audisti, ad nouū hominē & nouū testamentū pertinent. Recole mecū eadē ipsa paululū, obsecro te, & inspice delectabiliter laudē misericordiæ, hoc est gratię dei. Benedic, inquit, anima mea dominū, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Nō ait, tributiōes, sed retributiones eius, qui retribuit bona pro malis. Qui ,ppitius fit omnib. iniquitatib. tuis: Hoc agit in baptismatis sacramēto. Qui sanat omnes languores tuos: Hoc agit in hac uita fidelis hominis, dū caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spirit⁹ aduersus carnē, ut nō quę uolumus faciamus: dū alia lex in mēbris repugnat legi mētis: dum uelle adiacet, perficere aūt bonū nō inuenimus: qui languores uetustatis, si pseuerante intētione proficimus, de die in diem crescēte nouitate sanant, ex fide quæ per dilectionē operatur. Qui redimit de corruptione uitā tuam: hoc fit in ultima resurrectione mortuorum

Volūtas creandi à quo XXXIII

Fides per dilectionem operatur

Volūtas dei

Psal. 102

Psal. 16

rum. Qui coronat in miseratiōe & misericordia: hoc fiet in iudicio, ubi cū rex iustus sederit in throno redditurus unicuiq; secundū opera eius, quis gloriabit castū se habere cor? aut quis gloriabitur mundū se esse à peccato? Ideo illic necessariū fuit cōmemorare miserationē & misericordiā domini, ubi iam exigi debita et reddi merita sic possent uideri, ut nullus esset misericordię locus. Coronat ergo in miseratiōe & misericordia, sed etiā sic secundū opera. Segregabit enim ad dexterā, cui dicat, Esuriui, & dedisti mihi māducare: Quoniā iudicium sine misericordia, sed illi qui nō fecit misericordiā. Beati aūt misericordes, quoniā ipsorū miserebit deus. Iam uero cum sinistri ierint in ambustionē ęternā, iusti aūt in uitā ęternā, Quia hęc est, inquit, uita æterna, ut cognoscāt unū uerum deū, & quē misisti Iesum Christū: illa cognitiōe, illa uisione illa contemplatione satiabit in bonis animę desiderium. Hoc em ei solū sat est, ultra nō habet q̄d appetat, quo inhiet, quod requirat: nā desiderio huius satietatis ardebat qui domino Christo ait, Ostēde nobis patrē, & sufficit nobis. Cui respondet, Qui me uidet, uidet et patrē. Quia et ipsa est uita ęterna, ut cognoscāt unū uerum deū te, & quē misisti Iesum Christū. Sed si ille q uidet filiū, uidet & patrē: profecto qui uidet patrē & filiū, uidet & spiritū sanctū patris et filij. Ita nec arbitriū liberū tollimus, & benedicit anima nostra dominū nō obliuiscens omnes retributiones eius. Nec ignorās dei iustitiā suā uult cōstituere, sed credit in eū qui iustificat impiū, & uiuit ex fide, donec ad speciē p ducat: fide scilicet quæ p dilectionē operat. Quæ dilectio diffundit in cordib. nostris, nec per iustitiā ipsam proprię uolūtatis, nec per literā legis, sed p spiritū sanctū qui datus est nobis. Hęc disputatio, si quæstioni illi soluendæ sufficit, sufficiat. Si autē respōdetur, cauendū esse ne quisquā deo tribuēdum putet peccatū quod admittit per liberū arbitrium, si in eo quod dicit, Quid habes quod nō accepisti? propterea etiam uoluntas qua credimus, dono dei tribuit, quia de libero existit arbitrio, quod cū crearemur accepimus, Attēdat & uideat, nō ideo tantū istam uoluntatem diuino muneri tribuēdā, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter cōcreatum est, uerumetiā quod uisorū suasionibus agit deus ut uelimus, & ut credamus: siue extrinsecus per Euāgelicas exhortationes, ubi & mādata legis aliquid agūt, si ad hoc admonēt hominē infirmitatis suæ, ut ad gratiā iustificantē credendo cōfugiat: siue intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quid ei ueniat in mentē, sed cōsentire uel dissentire propriæ uolūtatis est. His ergo modis quādo deus agit cū anima rationali, ut ei credat: nec enim credere potest quilibet libero arbitrio, si nulla sit suasio uel uocatio cui credat: ,pfecto et ipsum uelle credere de⁹ operatur in homine, & in omnibus misericordia eius preuenit nos: cōsentire aūt uocatiōi dei, uel ab ea dissentire, sicut dixi, ,ppriæ uolūtatis est. Quę res nō solum nō infirmat, quod dictū est, Quid enim habes quod nō accepisti: uerūetiā confirmat. Accipere quippe & habere anima non potest dona, de quibus hoc audit, nisi cōsentiendo: ac per hoc quid habeat, & quid accipiat, dei est: accipe autē & habere utiq; accipiētis & habētis est. Iam si ad illam ,pfunditatē scrutādā quisquā nos coarctet: cur illi ita suadeat ut persuadeat: illi autē non ita, duo sola occurrunt interim quæ respōdere mihi placeat, O altitudo diuitiarū: & nunquid iniquitas apud deū? Cui respōsio ista displicet, quærat doctiores, sed caueat ne inueniat præsumptores.

Matth. 25

Matth. 5

Cōclusio operis. XXXV

Ioan. 17

Ioan. 14

Volūtas credēdi. Capit. XXXIIII

Cōcludamus igit librū aliquādo, cuius tāta ,plixitate utrū aliquid egerimus, nescio: nō apud te, cuius fidē scio, sed apud animos eorū, ,ppter quos me scribere uoluisti: qui nō contra nostrā, sed ut mitius loquar, & nō dicam, illius qui in suis Apostolis est locutus, certe cōtra tāti Apostoli Pauli, nō unā sententiā, sed tam uehementē, tam intentā uigilēq; cōflictationē malūt suam defensitare sententiā, q̄ eū audire obsecrantē per miserationem dei, & dicentē, per gratiā dei quę data est illi, non plus sapere prēter q̄ oportet sapere, sed sapere ad temperantiā, unicuiq; sicut deus partitus est mensuram fidei. Tu aūt quid mihi ,pposueris, & quid tam longo disputatiōis huius opere effecerimus aduerte. Mouit te certe quemadmodū dictū fuerit, fieri posse ut sit homo sine peccato, si uolūtas eius nō desit, ope adiuuāte diuina. Quāuis nemo tam p fectę iustitię in hac uita fuerit, uel sit, uel futurus sit. Sic em hoc ipsum in illis prius ad te conscriptis libris ,pposui: si à me quęrat, inquā, utrum homo sine peccato possit esse in hac uita: confitebor posse per dei gratiā & liberū eius arbitriū: ipsum quoq; liberū arbitriū ad dei gratiā, hoc est, ad dei dona ptinere nō ambigēs: nec tantū ut sit, uerum ut bonū sit, id est, ad faciēda mādata domini cōuertat; atq; ita dei gratia, nō solū ostendat quid faciendū sit, sed adiuuet etiā, ut fieri possit quod ostēderit. Tibi autē absurdū uisum est, sine exemplo esse rem quæ fieri potest. Hinc exorta est huius libri quæstio, ac p hoc ad nos ptinebat ostēdere, fieri posse aliquid quāuis desit exēplū. Hinc ex Euāgelio et ex lege quædā posuimus in sermonis huius exordio, sicut de cameli trāsitu per foramē acus, & de duodecim milibus legionū angelorū, qui potuerūt si uellet pugnare pro Christo: & de illis gētib. quas deus dicit potuisse se à facie populi sui semel exterminare, quę omnia facta nō sunt. His addi possunt etiam illa quæ legunt in libro sapientiæ, q̄; multa posset noua tormēta deus exercere in impios ad nutū sibi seruiēte creatura, quæ tamē nō exercuit. Potest & de mōte illo quē fides in mare transferret: quod tamen nusquā factum, uel legimus, uel audiuimus. Quisquis enim horū aliquid deo dixerit esse impossibile, uides q̄ despiat, quamq; aduersus fidem scripturę eius loquatur. Multa alia huiusmodi possunt occurrere uel legēti uel cogitāti, quę possibilia deo negare non possumus, quāuis eorū desit exemplū. Sed quia dici potest, illa opera esse diuina: iuste autē uiuere ad nostra opera ptinere: suscepi ostēdere etiā hoc op⁹ esse diuinū; et hoc egi libro isto loquacius fortasse

Sap. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

tasse q̄ sat est: sed cōtra inimicos gratiæ dei etiam parum mihi dixisse uideor: nihilq̄ me tam multū A dicere delectat, q̄ ubi mihi & scriptura eius plurimū suffragat, & id agit ut qui gloriatur in domino glorietur, & in omnib. gratias agamus domino deo nostro sursum corda habentes, unde à patre luminū omne datū optimū & omne donum perfectum est. Nam si propterea nō est opus dei quia per nos agit, uel quia illo donāte nos agimus, nec illud est opus dei, ut mōs trāsferat in mare, quia per fidē hominū fieri posse dominus dixit, et hoc
Marc. 11 ipsorū operi attribuit dicens, Si habueritis in uobis fidē tanq̄ granū sinapis, dicetis mōti huic tolle & mittere in mare, & fiet, & nihil impossibile erit uobis. Certe uobis dixit, nō mihi aut patri, & tamē hos nullo modo facit homo nisi illo donāte & operante. Ecce quemadmodū sine exemplo B est in hominibus perfecta iustitia, & tamē impossibilis nō est: Fieret enim, si tāta uoluntas adhiberet: quanta sufficit tantæ rei: Esset autē tanta si & nihil eorū quę pertinent ad iustitiā nos lateret, & ea sic delectarent animū, ut quicquid aliud uoluptas siue dolor impedit, delectatio illa superaret: quod ut non sit, nō ad impossibilitatē, sed ad iudiciū dei ptinet. Quis enim nesciat, nō esse in hominis potestate quid sciat, nec esse cōsequens, ut q̄d appetendū cognitū fuerit appetatur, nisi tantū delectet, quantū diligendū est: Hoc aūt sanitatis est
Præceptū dilectionis quādo implebitur animæ. Sed fortasse quispiā putauerit nihil nobis deesse ad cognitionē iustitiæ, q̄ dominus uerbum cōsummans & breuiās super terrā, dixit in
XXXVI duobus præceptis totam legē Prophetasq̄ pen- C dere, nec ea tacuit sed uerbis aptissimis prōpsit. Diliges, inquit, dominū deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanq̄ teipsum. Quid uerius, his impletis impleri omnino iustitiā? Veruntamē qui hoc attēdit, etiam illud attēdat, q̄ in multis offendamus omnes, dū putamus deo, quē diligimus, placere, uel nō displicere quod facim⁹: & postea p scripturā eius, siue certa & perspicua ratione cōmoniti, cū didicerimus quod ei nō placeat, pœnitendo deprecamur ut ignoscat. Plena humana uita est documētis talibus. Vnde autem minus nouimus quid ei placeat, nisi quia & ipse minus notus est nobis? Videmus enim nūc p speculū in ęnigmate, tūc autē facie ad faciē. Quis ue D ro existimare audeat, cū eo uentū fuerit, quod ait, Vt cognoscam sicut et cognitus sum: tantā dei dilectionē fore contēplatoribus eius, quanta fidelibus nūc est: aut illo modo hanc illi tanquā de proximo cōparandam? Porrò si quanto maior notitia, tanto erit maior dilectio: profecto nūc quantū deest dilectiōi, tantū tūc perficiēdę iustitiæ deesse credendum est. Sciri enim aliquid uel credi, & tamen nō diligi potest: diligi autē quod neq̄ scitur neq̄ creditur, nō potest. At si credēdo ad tantā dilectionē sancti peruenire potuerūt, qua certe maiorem in hac uita esse nō posse dūs ipse testatus est, ut animā suam pro fide & pro fratrib. ponerent: cū ab hac peregrinatione, in qua per fidem nunc ambulat peruentū erit ad speciē, quam nondū uisam speramus, & per patientiā expectamus, procul dubio et ipsa dilectio nō solum supra q̄ hic habemus, sed lōge supra q̄ petimus, & supra quàm intelligimus erit: nec ideo tamē plus esse poterit, q̄ ex toto corde, ex tota anima, ex tota mēte: neq̄ em restat in nobis aliquid quod addi possit ad totū: quia si restabit aliquid, illud nō erit totū. Proin de hoc erit primū præceptū iustitię, quo iubemur diligere deū ex toto corde, & ex tota anima, et ex tota mēte: cui est de pximo diligēdo alterū consequēs, quod in illa uita cōplebimus, cū uidebimus facie ad faciē. Sed ideo nobis hoc etiā nūc præceptū est, ut admoneremur quid fide exposcere, quòd spem præmittere, & obliuiscēdo quæ retro sunt, in quę anteriora nos extēdere debeamus. Ac per hoc quātū mihi uideor, in ea quę perficienda est iustitia multū in hac uita ille, pfecit, qui q̄ longe sit à perfectione iustitiæ, pficiēdo cognouit. Sed dici potest quędam iustitia minor huic uitæ cōpetēs, qua iustus ex fide uiuit, quamuis peregrinus à domino: & ideo per fidē ambulans, non dū p speciē, nō absurde dicit etiā ad istam ptinere ne peccet: neq̄ enim si esse nondum potest tāta dilectio dei, quāta illi cognitioni plenæ perfectæq̄ debet, iam culpæ deputandū est. Aliud est em totā nondū assequi charitatē, aliud nullā sequi cupiditatē. Quā obrē debet homo, quāuis longe minus amet deū, q̄ eū potest amare cōspectū, nihil tamen appetere illicitū: sicut etiā in his, quę adiacēt sensib. corporis, potest oculus nullis tenebris delectari, quāuis nō possit in fulgētissima luce defigi. Verum ecce iam talē constituamus animā humanā in hoc corruptibili corpore, quę & si nondū illa supereminētissima pfectione charitatis dei omnes motus terrenæ libidinis absorbuerit atq̄ cōsumpserit, tamē in ista minore iustitia ad illicitū aliquid operandū eidē libidini nulla inclinatiō cōsentiat: ut ad illā uitā iam immortalē ptineat: Diliges dominū deū *Deut. 6* tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua. Ad hāc aūt, Non regnet peccatū *Rom. 6* in uestro mortali corpore ad obediēdū desideriis eius: ad illam, Nō cōcupisces: ad istā, Post cōcu- *Exod. 20* piscentias tuas nō eas: ad illā nihil amplius quere *Eccl. 18* re q̄ in ea pfectione pśistere: ad istā, hoc quod agit in opere habere, & illius perfectionē, p merce desperare: ut p illam iustus sine fine uiuat in specie, quā in ista desiderauit: p hanc aūt iustus uiuat ex fide, in qua illā certo fine desiderat. His cōstitutis peccatū erit hominis ex fide uiuētis, aliquādo alicui delectationi illicitę cōsentire: non tantū in illis horrēdis facinorib. & flagitijs ppetrādis, uerūetiā in istis leuioribꝰ: ut uel aurē alicui uoci, quę audiēda nō esset, uel linguā alicui quæ dicēda nō esset, accōmodet: uel in ipso corde aliquid ita cogitet, ut mallet licitū q̄d male delectat, & p præceptū scit illicitū: etiā ista quippe cōsensio est ad peccatū, quę utiq̄ fieret, nisi pœna terreret. Tales iusti ex fide uiuentes, nō opus habēt dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, falsumq̄ esse cōuincunt, quod

scriptum

scriptū est, Nō iustificabit in cōspectu tuo omnis
1 Ioan. 1 uiuēs. Et illud, Si dixerimus quia peccatū nō ha- A bemus, nosmetipsos decipimus & ueritas in no-
3 Reg. 8 bis nō est. Et illud, Quia nō est homo qui nō pec-
Eccls 7 cabit. Et illud, Nō est iustus in terra qui faciet bonū & nō peccabit. Vtrūq̄ em hoc testimoniū non de pręterito dicit, id est, peccauit, sed de futuro, id est, peccabit: & si qua alia in hanc sententiā sancta scriptura commemorat. Sed quoniā hęc falsa esse nō possunt, illud esse cōsequēs uideo, ut qualemlibet uel quātamlibet in hac uita potuerimus desinire iustitiā, nullus in ea sit hominū qui nullū habeat omnino peccatū: omniq̄ homini sit necessariū dare ut deī illi, dimittere ut dimittat illi: & si q̄d habet iustitię, nō de suo sibi esse pręsumere, sed de gratia iustificātis dei, & adhuc tamē ab illo esurire & sitire iustitiā q̄ est panis uiuus, et apud quē B est fons uitę: qui sic opat iustificationē in sanctis suis in huius uitæ tētatione laborātibus, ut tamen sit & quod petētibus largiter adijciat, & quod cō fitentib. clemēter ignoscat. Sed inueniāt illi si possunt aliquē sub onere corruptiōis huius uiuentē, cui iam nō habeat deus quod ignoscat: nisi tamē eū fateant non doctrina legis datę, sed etiā infuso spiritu gratię ut talis esset, adiutū, non cuiusmodi peccati crimē, sed ipsius impietatis incurrēt. Sanè quanq̄ talē, si testimonia illa diuina cōpetēter accipiāt, prorsus inuenire nō possunt: nullo modo tamē dicendū est deo deesse posśibilitatē, qua uoluntas sic adiuuet humana, ut non solū iustitia ista quę ex fide est, omni ex parte modo pficiat in homine, uerūetiā illa secundū quā postea in æternū in ipsa eius cōtēplatione uiuendū est. Quando quidē si nūc uelit in quoquā etiā hoc corruptibile induere incorruptionē, atq̄ hic inter homines morituros eū iubere uiuere minime moriturū, ut tota penitus uetustate consūpta nulla lex in mēbris ei⁹ repugnet legi mētis, deumq̄ ubiq̄ pręsentē ita cognoscat sicut sancti postea cogniturī sunt, quis demens audeat affirmare nō posse? Sed quare nō faciat, quęrūt homines: nec qui quęrūt, se attendūt esse homines. Scio quod sicut impossibilitas, ita & iniquitas nō est apud deū. Et scio q̄ superbis resistit, humilib. aūt dat gratiā. Et scio quod illi cui ne extolleret datus erat stimulus carnis angelus satanæ qui eū colaphizaret, semel & iterū & tertio deprecanti dictū est: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate pficit. Aliquid ergo est in abdito et pfundo iudiciorū dei, ut etiā iustorū omne os obstruat in laude sua, & nō apiat nisi in laudē dei. Hoc aūt aliquid quis possit scrutari, quis inuestigare, q̄s nosset: tā sunt inscrutabilia iudicia eius & inuestigabiles uię ei⁹. Quis em cognouit sensū dñi, aut quis cōsiliari⁹ illi fuit? Aut q̄s prior dedit illi & retribuet ei: quoniā ex ipso, & p ipsum, et in ipso sunt oīa, Ipsi gloria in secula seculorū Amē.

D. AVRELII AVGVSTINI
LIBER DE DIVINATIONE DAEMONVM

c

Q VODAM die in dieb. sanctis octauarū, cū mane apud me ad essent multi fratres laici Christiani, & in loco solito cōsedissemus, ortus est sermo de religione Christiana aduersus pręsumptionē, & tanquā mirā & magnā scientiā Paganorū: quem recordatū atq̄ cōpletū literis mandandū putaui, nō expressis cōtra dicentiū personis, quāuis Christiani essent, & magis cōtradicēdo quererē uiderent quid Paganis respōderi oporteat. Cum ergo de diuinatione dæmonū quæreret, & affirmaret prædixisse, nescio quem, euersionē templi Serapis, quæ in Alexan- D dria facta est, Respōdi, non esse mirandū, si istam euersionē templi simulacris suis imminere dæmones, & scire & prædicere potuerūt, sicut alia multa quantū eis nosse & prænūciare permittit. Et cum mihi referret, nō ergo malæ sunt diuinatiōes huiusmodi, nec deo displicēt, alioquin omnipotens & iustus ista fieri nō permitteret, si mala et iniusta essent, Respōdi nō ideo hæc uideri iusta debere, q̄ ea fieri sineret omnipotētissimus & iustissimus deus: nam & alia multa manifestissime iniusta fieri, sicut homicidia, adulteria, furta, rapinas, & cætera huiusmodi, quæ quāuis iusto deo, eo quod in iusta sunt, sine dubitatione displiceāt, idem tamen omnipotēs ea fieri certa iudicij sui ratione permittit: nō uticq̄ impune, sed ad eorū dānationē, à quibus fiunt quę displicent iusto. Et cū econtrario diceret, nō quidē esse dubitandū q̄ omnipotens & iustus sit deus: sed hæc humana peccata, quæ contra societatē hominū fierēt, non eum curare dum fierēt, propterea ea posse fieri: quæ utiq̄ fieri non possent, si omnipotēs nō iuuisset: illa uero quæ ad ipsum religionis cultū pertineāt, nullo modo ab eodē credendū esse contemni: ac per hoc fieri nō potuisse, nisi ei placuissent, & ideo ea mala putari nō oportere. Ad hoc quoq̄ respōdi, Nūc ergo ei displicent, cū templa & simulachra euertuntur, & illa gētiū sacrificia si facta fuerint, puniuntur. Sicut em dicit, nō ea fieri potuisse, nisi deo placuissent, & ideo bona putāda, quoniā iusto placēt: ita dici potest non ea, phiberi, euerti, puniri potuisse, nisi deo displicerēt: ac per hoc si tūc ideo recte fiebāt, quia iusto deo placere hinc ostendebant q̄ ab illo fieri sinebant: ideo nūc inique fiunt, quia deo displicere hinc ostēdunt, quod ea uel iubet uel pmittit euerti. Cōtra hoc dictū est, Iniusta quidē esse *Deus etiā iniusta fieri sinit, ipse iustissimus Cap. II*
nūc ista, nō tamen mala. Et ideo iniusta, quia contra leges quibus phibent, fiunt, ideo aūt nō mala, quia si mala essent, nunq̄ deo utiq̄ placuissent. Porrò si nūquā placuissent, nūquā et facta essent, illo nō sinente qui omnia potest, & qui talia non cōtemneret: quoniā tam magna sunt, ut cōtra ipsam religionē, qua deus colit, fierēt, si male fierēt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hic ego, ſi, ꝓpterea, inquã, mala nõ ſunt, quia deo placere hinc ꝓhant, quia ea fieri ſinit omnipotẽs, quomodo erit bonũ quod fieri ꝓhibent & euertunt? Si aũt bonũ non eſt ꝙ euertunt quæ deo placent, hoc fieri nõ ſineret omnipotẽs, quia & hoc cõtra religionẽ fit qua colitur deus, ſi ea quæ deo placẽt, ab hominibus euertunt. Si aũt hæc cũ male fiunt, ꝓmittit omnipotẽs, nõ ideo putanda ſunt illa bona, quod ea fieri ꝓmittit omnipotẽs. Dictũ cõtra eſt, cõcedendũ eſſe nunc iſta recte non fieri, imò ideo prorſus iam nõ fieri ꝙ omnipotẽti nũc diſplicẽt, uerũtamen placuiſſe cũ fierẽt: nos enim neſcire unde tũc placuerint, nũc autẽ unde diſpliceant: dũ tamẽ certũ ſit, nec tunc fieri potuiſſe, niſi placuiſſent omnipotẽti, nec nunc ceſſaſſe, niſi diſplicuiſſent omnipotẽti. Ad hoc ego, Cur ergo, inquã, & nunc talia clanculo fiunt, quæ uel ꝓpetuo deliteſcũt, uel deprehẽſa puniunt, ſi nihil horũ fieri ſinit omnipotens, niſi quod ei iuſto placet, cum iuſto quod iniuſtum eſt placere nõ poſſit? Cõtra hoc dictũ eſt, nunc omnino talia nõ fieri. Sacra enim illa, inquit, nõ fiũt, quæ põtificalib. cõſcripta ſunt libris. Ea quippe tũc recte fiebãt, ea tunc deo placere demõſtrabant, eoipſo quod ab omnipotẽte ac iuſto fieri ſinebant. Si quid aũt nũc ꝓhibitorũ ſacrificiorũ fit occulte atq; illicite, non eſt illi pontificali ſacrificiorũ generi cõparandũ, ſed in eo deputandũ, quod etiã nocturno fit tẽpore, cũ hæc omnia illicita ipſis põtificalib. libris certũ ſit ꝓhiberi atq; dãnari. Et hic reſpondi, Cur ergo uel talia permittit deus fieri, ſi nihil eorũ malefactorũ cõtemnit, quæ cõtra religionẽ fiunt: cũ preſertim hæc eũ curare hinc etiã cogant cõcedere qui pontificales libros magni æſtimãt, ꝙ ea quę his libris ꝓhibent, utiq; ꝓhiberi diuinitus aſſerũt? Quomodo ergo diuinitus prohibent, niſi quia diſpliceant deo, quę utiq; ꝓhibẽdo non ſolũ ſibi diſplicere, uerumetiã curare ſe oſtẽdit, neq; omino contẽnere? Vnde colligit ꝙ deus aliqd & improbet iuſtus, & tamẽ ꝓmittit omnipotens. Hęc cũ dicta eſſent, cõceſſum eſt, nõ ideo putandũ aliquid iuſte ac bene fieri, quia hoc omnipotẽs quãuis ei diſpliceat, fieri tamẽ ſinit: fatendũq; eſſe etiã illa mala quę cõtra religionẽ, qua colitur deus, fiunt, & diſplicere deo iuſto, & ratione iudicij eius ab omnipotente ꝓmitti. Sed aliud iam eſſe tractandũ, unde ſint diuinationes uel dęmonũ, uel quilibet illi ſint, quos deos Pagani uocant. Videndũ enim eſſe ne forte nõ quidẽ, ꝓpterea hæc bona putanda ſint, quia ea fieri ꝓmittit omnipotẽs, ſed ideo quia tam magna ſunt, ut nõ niſi dei potẽtiæ tribuẽda eſſe uideant. Ad hęc me poſtea reſpõſurũ eſſe, ꝓmiſi, quoniam tunc hora ꝓdeundi ad populũ iam nos urgebat, nec diſtuli, cũ ſpatiũ datũ eſt ſcribendi, & illa retexere, & iſta ſubtexere. Dæmonũ ea eſt natura, ut aerei corporis ſenſu, terrenorũ corporũ ſenſum facile ꝓcedãt, celeritate etiã propter eiuſdem aerei corporis ſuperiorẽ mobilitatẽ, non ſolum curſus quorũlibet hominũ uel ferarum, uerumetiam uolatus auiũ incõparabiliter uincãt. Quibus duabus rebus quantũ ad aereũ corpus attinet prædicti, hoc eſt, acrimonia ſenſus & celeritate motus, multo ante cognita prænũciant uel nũciant, quæ homines pro ſenſus terreni tarditate mirentur. Acceſſit etiã dęmonib. per tam longũ tẽpus quo eorum uita ꝓtendit, rerũ longe maior experiẽtia, q̃ poteſt hominibus propter breuitatẽ uitæ ꝓuenire. Per has efficacias quas aerei corporis natura ſortita eſt, non ſolũ multa futura prædicũt dęmones, uerũetiã multa mira faciũt. Quæ quoniã homines dicere ac facere nõ poſſunt, eos dignosquidam quib. ſeruiãt, & quibus diuinos honores deferãt, arbitrant, inſtigãte maxime uitio curioſitatis, ꝓpter amorẽ felicitatis falſæ atq; terrenę, et excellẽtię tẽporalis. Qui aũt ſe ab his cupiditatibus mũdant, nec eis ſe fallendos capiẽdosq; ꝓmittũt, ſed inquirũt & amant aliquid quod eodem modo ſemꝑ eſt, cuius participatione beati ſint: primo cõſiderant nõ ideo ſibi præponẽdos eſſe dæmones, ꝙ acriore ſenſu corporis pręualent, aerei ſcilicet, hoc eſt, ſubtilioris elemẽti: quia nec in ipſis terrenis corporib. beſtias ſibi præponẽdas putãt, quæ acrius multa pręſentiũt: uelut ſagacẽ canem, quia latentẽ ferã olfactu acerrimo ſic inuenit, ut ad eam capiendã ducatũ quendã homini præbeat, nõ utiq; prudẽtiore intellectu animi, ſed acutiore corporis ſenſu: uel uulturẽ, quia, ꝓfecto cadauere ex improuiſa lõginquitate aduolat: nec aquilã, quia ſublimiter uolans de tãto interuallo ſub fluctibus natantẽ piſcẽ dicit peruidere, & grauiter aquis illiſa exertis pedibus atq; unguibus rapę, Nec alia multa animantiũ genera, quæ inter herbas ſalutis ſuę noxias paſcẽdo circũerrant, nec aliquid eorũ quo lędant attingũt, cũ eas homo uix experiendo cauere didicerit, & multa innoxia quæ ſint inexperta formidet. Vnde conijcere facile eſt, quanto poſſit in aereis corporib. ſenſus acrior eſſe: nec ideo tamẽ dæmones qui eo prædĩti ſunt, bonis hominib. præponẽdos prudens quiſq; cẽſuerit. Hoc & de corporũ celeritate dixerim. Et hac eũ præſtantia, nõ ſolum à uolucrib. homines, uerũetiam à multis quadrupedib. ita ſuperant, ut in eorũ cõparatione plũbei deputãdi ſint: nec tamẽ ideo ſibi hæc animantiũ genera exiſtimãt pręponẽda, quibus capiẽdis & mãſuefaciẽdis, atq; in ſuæ uolũtatis uſum cõmodumq; redigendis, nõ ui corporis ſed ratiõis imperitãt. Illam uero tertiã dæmonum potentiã, quod diuturna rerũ experiẽtia quẽ admodũ prænoſcant atq; prænunciant multa dicerũt, ita contẽnunt qui hęc uigilanter curant à ueriſsimæ lucis ueritate diſcernere, ut nec malos ſenes plura expertos, & ob hoc quaſi doctiores, ideo probi adoleſcẽtes ſibi antecellere exiſtimẽt: nec medicos, nec nautas, nec agricolas, quos praua uolũtatis & iniquis moribus uiderint, ideo ſibi putent eſſe prę ferendos, quod illi de ualitudinib. illi de tempeſtatibus, illi de arbuſtorũ frugũq; generibus multa ita prænunciant, ut harum rerũ in experto diuinare uideantur. Quod uero nõ ſolũ dæmones quædam futura prædicunt, uerumetiã quædã mira faciũt, pro ipſa utiq; ſui corporis excellentia, cur non cõtemnatur à prudẽtibus, cum plerisq;

Tribuit dæmonibus corpora

Vnde dæmones mira ſciãt. III Cap.

Nõ ſtat impræſtantiora ſunt, quæ ſenſu præcellunt. III

plerisq; iniqui ac perditi homines ita exerceãt corpora ſua, tantaq; diuerſis artibus agere poſſint, ut ea qui hæc neſciũt nec aliquãdo uiderũt, etiã narrata uix credãt? Quam multa funambuli cæteriq; theatrici artifices, q̃ multa opifices, maximeq; mechanici miranda fecerũt: num ideo meliores ſunt bonis, & ſancta pietate prędĩtis hominib. pręponẽdi ſunt? Quę ideo cõmemorauĩ, ut qui hęc ſine pũicacia, & ſine uana reſiſtendi animoſitate cõſiderat, ſimul cogitet, ſi de ſubiacẽte craſsiore materia, uel ſui quiſq; corporis uel terrę & aquæ, lapidũ atq; lignorũ, metallorũq; uariorũ tanta quidam homines poſſunt, ut eos illi qui hæc nõ poſſunt, plerũq; ſtupẽdo, in ſui cõparatione diuinos uocent, cũ quidam illorũ ſint artibus potẽtiores, quidã iſtorũ moribus meliores: quãto maiora & mirabiliora pro ſubtiliſsimi corporis, hoc eſt, aerei facultate & facilitate dæmones poſſint, cũ tamen ſint uoluntatis prauitate, maximeq; ſupbiæ faſtu & euidenti malitia ſpiritus immundi atq; peruerſi. Quantũ autẽ ualeat aeris elementũ, quo eorum corpora prævalent ad multa uiſibilia inuiſibiliter moliẽda, mouẽda, mutãda atq; uerſanda, longũ eſt nunc demonſtrare: & puto ꝙ uel medio criter cõſideranti facile occurrat. Quę cum ita ſint, primũ ſciendũ eſt, quoniã de diuinatione dæmonũ quæſtio eſt, illos ea plerũq; prænũciare quę ipſi facturi ſunt. Accipiunt enim ſępe poteſtatẽ & morbos immittere, & ipſum aerẽ uitiãdo morbidũ reddere, et puerſis atq; amatorib. terrenorũ cõmodorũ malefacta ſuadere: de quorũ morib. certi ſunt, ꝙ ſint eis talia ſuadentib. cõſenſuri. Suadent aũt miris et inuiſibilib. modis p illã ſubtilitatẽ ſuorum corporũ corpora hominũ non ſentientiũ penetrãdo, ſeſeq; cogitationib. eorũ per quædã imaginaria uiſa miſcẽdo, ſiue uigilantiũ, ſiue dormiẽtium. Aliquãdo aũt nõ quæ ipſi faciũt, ſed quę naturalibus ſignis futura prænoſcũt, quę ſigna in hominũ ſenſus uenire non poſſunt, ante prædicunt. Neq; eñ quia pręuidet medicus, q̃d nõ prævidet eius artis ignarus, ideo iam diuinus habẽdus eſt. Quid aũt mirũ, ſi quẽadmodũ ille in corporis humani uel pturbata uel modificata tẽperie ſeu bonas ſeu malas futuras pręuidet ualetudines, ſic dęmon in aeris affectione atq; ordinatiõe ſibi notas, nobis ignotas, futuras prævidet tẽpeſtates? Aliquãdo & hominũ diſpoſitiones, nõ ſolũ uoce, plas, uerũetiam cogitatiõe cõceptas, cũ ſigna quædam ex animo exprimunt in corpore, tota facilitate perdiſcũt: atq; hinc etiã multa futura prænunciant, aliis uidelicet mira, qui iſta diſpoſita nõ nouerũt. Sicut eñ apparet concitatior animi motus in uultu, ut ab hominib. quoq; aliquid forinſecus agnoſcat quod intrinſecus agit: ita nõ debet eſſe incredibile, ſi etiã leniores cogitationes dant aliqua ſigna per corpus, quæ obtuſo ſenſu hominũ cognoſci nõ poſſunt, acuto aũt dæmonũ poſſunt.

Hac atq; huiuſmodi facultate multa dæmones futura prænũciant, cũ tamẽ ab eis longe ſit altitudo illius ꝓphetię, quam deus per ſanctos angelos ſuos & Prophetas operat: nam ſi quid de illa dei diſpoſitione prænũciant, audiũt ut prænuncient: & cũ ea prædicũt quæ inde audiũt, nõ fallũt neq; fallunt: ueraciſſima eñ ſunt angelica et ꝓphetica oracula. Non aũt indignanter accipiat, quod aliqua etiã talia dæmones audiãt & prædicãt, quaſi aliquid indignũ ſit, ut quod ideo dicit ut hominibus innoteſcat, hoc nõ ſolum boni, uerũetiã mali nõ taceant: cum in ipſis hominib. etiam uitæ bonę præcepta uideamus pariter à iuſtis peruerſiſq; cantari. Nec obeſſe aliquid, imò etiã prodeſſe ad maiorẽ notitiã famãq; ueritatis, cũ de illa etiã hi quicquid nouerũt dicunt, qui ei puerſis moribus cõtradicunt. In cęteris aũt prædictionib. ſuis dæmones plerunq; & fallunt & fallunt. Fallunt quidem, quia cum ſuas diſpoſitiones pronũciant, ex improuiſo deſup aliquid iubet, quod eorum conſilia cuncta perturbet: uelut ſi aliquid diſponant quilibet homines quibuslibet poteſtatib. ſubditi, quod nõ prohibituros ſuos prępoſitos arbitrãtur, idq; facturos ſe eſſe promittant. At illi penes quos maior poteſtas eſt, ex alio ſuperiore cõſilio hoc totũ diſpoſitũ atque præparatũ repente prohibeãt. Fallunt etiam cum cauſis naturalibus aliqua, ſicut medici, aut nautę, aut agricolæ, ſed longe acutius, ſõgeq; præſtantius pro aerei corporis ſenſu ſolertiore & exercitatiore prænoſcũt: quia & hęc ab angelis deo ſummo pie ſeruiẽtib. ex alia diſpoſitione ignota dęmonibus, ex improuiſo ac repẽte mutant. Tanq; ſi ęgro aliquid extrinſecus accidat quo moriat, quẽ medicus ueris ſalutis prędicentib. ſignis uicturũ eſſe promiſerat. Aut ſi aeris qualitate præuiſa, diu flaturũ illum uentũ nautarum aliqui prædixiſſent, cui dominus Chriſtus cũ diſcipulis nauigãs, ut quieſceret imperauit, & facta eſt trãquillitas magna. Vel ſi agricola illo anno fructificaturã uitem aliquã pollicear, naturam utiq; terræ & numeros ſeminũ callens, quo tamẽ anno eã uel improuiſa cœli intẽperies arefaciat, uel aliqua iuſsio potentioris eradicet. Ita multa etiam ad præſcientiã prædictionẽq; dæmonũ pertinentia, quę minoribus & uſitatioribus cauſis futura pręuidenẽ, eadem maioribus & occultioribus cauſis impedita mutant. Fallunt autem etiã ſtudio fallendi & inuida uoluntate, qua hominũ errore lætãtur. Sed ne apud cultores ſuos pondus autoritatis amittant, id agũt, ut interpretibus ſuis ſignorũq; ſuorũ coniectoribus culpa tribuat, quãdo uel decepti fuerint uel mentiti. Nonnunquam uero ipſi maligni ſpiritus et illuſores hominũ atq; inuaſores ſalutis eorũ ſolent prędicere defectum culturæ ſuę & idolorũ ruinam, quatenus prəſciſ uideant, quod in ſingulis regnis aut in locis uenturum ſit, & quod aduerſi ſuę factioni cõtingere poſſit, quod etiam illi qui gentilium hiſtorias legunt, non ignorant. Quid ergo mirum, ſi iam imminente templorũ aut ſimulacrorũ euerſiõe, quã Prophetę dei ſummi tanto ante prędixerãt, Sera pis dęmõ alicui cultorum ſuorũ hoc de proximo prodidit, ut ſuam quaſi diuinitatẽ recedens uel fugiens commendaret? Fugantur enim iſti, uel etiam iuſsis ſuperioribus colligati abſtrahũtur &

Quomodo ſallãtur dæmões

Matth. 8

Quomodo ſallunt. 26. q. 3 c. ſciendum

Quur dæmones ipſorũ mala, uel ſileant uel prædicant interdũ. VII

Dæmones corpora

Vide dæmones præſciant Aug. ca. V

Vide dæmonũ & Prophetarum oracula Cap. VI

Aug. de ciui. Dei. c. 39 26. q. 4. c quod ami

Universidad de Deusto
Biblioteca

alienantur à locis suis, ut de rebus quibus dominabantur in quibusq; colebant, fiat uoluntas dei, A qui hoc tanto ante per omnes gentes futurũ esse prædixit, & ut per suos fideles fieret imperauit. Cur aũt hoc nõ sineret dæmon prædicere, cũ sibi iam prænosceret imminere, cum hęc prędictio et à Prophetis attestaret, à quibus sunt ista conscripta, ut prudentibus daret intelligi, quàm uigilanter esset dæmonum cauenda fallacia, cultusq; fugiendus? Qui cũ ante per tam longum tempus in templis suis hæc futura tacuissent, quæ per Prophetas prædicta ignorare non possent, postea quã appropinquare cœperunt, uoluerũt ea quasi prędicere, ne ignari uictiq; putarent. Cum igit tam longe ante prędictũ esset atq; conscriptum, ut alia interim taceam, illud quod Sophonias Propheta dicit, Prędualebit dominus aduersus eos, & exter B minabit omnes deos gentium terræ, & adorabũt eum unusquisq; de loco suo, omnes insulę gentiũ: Aut nõ credebant ista sibi euentura, qui in templis gentiũ colebant, & hoc ideo p suos uates ac phanaticos frequẽtare noluerũt: Sicut eorum Poeta Iunonem inducit non omni modo credentẽ, quæ de Turni morte Iupiter dixerat. Iuno autem ab istis potestas aerea prædicatur, quæ apud Vergilium sic loquitur,

Virg. 10 Aeneid. Nunc manet insontẽ grauis exitus, aut ego ueri
Vana feror, quod ut ò potius formidine falsa
Ludar, & in melius tua qui potes orsa reflectas.

Aut ergo ista sibi quæ per Prophetas prędicta nouerãt, posse accidere dæmones, hoc est potestates aereæ dubitabãt, & propterea prædictionẽ eo C rum celebrare noluerũt, & hinc intelligẽdum est quales sint: aut cum ea uentura certissime scirent ideo per sua tẽpla tacuerũt, ne iam tunc inciperẽt ab hominibus intelligẽtibus deseri atq; contẽni, quod de templorũ atq; simulachrorũ suorũ futura euersione eis Prophetę atteſtarent qui eos coli, phibebãt. Nũc uero posteaquã tempus aduenit quo cõplerẽtur uaticinia Prophetarũ dei unius, qui istos deos falsos dicit, & ne colant uehementissime prędcepit, cur nõ hoc etiã ipsi cõpertũ præ dicere sinerent, ut inde clarius appareret eos hæc antea uel minime credidisse, uel suis cultorib. enũciare timuisse: in fine aũt tãquam nihil habentes amplius quod agerent, etiã ibi uoluisse suã ostentare diuinationẽ, ubi iam prodũtur diu simulasse D

Etiã dæmones interdũ docẽt uerũ deum colendum. VIII diuinitatẽ. Quod aũt dicunt reliqui eorum cultores etiam suorũ quibusdam libris hęc prędcogni ta contineri, quanquã ex rebus impletis confícta putanda sint quę in eorũ templis tam longo antea tempore populis eorũ si uera essent innotescere debuerunt, sicut nostra non solum in Ecclesiis nostris, uerumetiã (quod ad grauius testimoniũ contra omnes inimicos ualet) in Iudeorũ synagogis antiquissima & notissima recitant: nec tamẽ ista ipsa quę ab eis uix raro et clanculo proferunt, mouere nos debẽt, si cuiquam dæmonum extortũ est id prodere cultoribus suis quod didicerat ex eloquijs Prophetarũ uel ex oraculis angelorũ. Quod cur nõ fieret, cum & ista nõ sit oppugnatio sed attestatio ueritatis: Illud em̃ quod solũ ab ipsis phanaticis flagitandum est, nec unquã antea protulerunt, nec unquã postea: nisi forte confictũ proferre conabunt, aliquid deos suos per uates suos cõtra deũ Israel ausos fuisse prodere aut dicere. De quo deo doctissimi eorum autores, qui omnia illa legere ac nosse potuerũt, magis quę fierũt quis de us esset, quã deum negare potuerunt. Porro autẽ deus iste quẽ nullus eorũ negare ausus est uerum deum, quia & si negaret, nõ solum subiaceret debitis pœnis, uerũetiam certis conuincerẽ effectibus: iste ergo deus, quẽ nemo, ut dixi, illorũ ausus est negare uerũ deũ, illos falsos esse deos & omnino deserẽdos, eorũq; templa & simulacra & sacra euertẽda per suos uates, hoc est ꝓphetas, apta denunciatiõe prędixit, apta potestate præcepit, aperta & ueritate cõpleuit. Vnde quis usq;adeo desipiat, qui non potius eum colendũ eligat, quẽ coli nõ prohibẽt quos & colebat? Quem ꝓculdubio cũ colere cœperit, illos utiq; nõ elt culturus quos ꝓhibet coli quem colit. Quod aũt ipsum essent culturę gentes exterminatis dijs falsis quos antea colebãt, à Prophetis eius esse prędictũ pauloante cõmemorauí, & nunc repeto. Prędualebit, inquit, dñs aduersus eos, et exterminabit omnes deos gẽtium terrę, & adorabunt eum unusquisq; de loco suo omnes insulę gẽtium. Neq; enim solę insulę, sed ita omnes gentes, ut etiam omnes insulę gentium quãdoquidem alibi nõ insulas nominat, sed uniuersum orbẽ terrarũ, dicens, Cõmemorabuntur & cõuertent̃ ad dominũ, uniuersi fines terrę: C Et adorabũt in cõspectu eius, uniuersę patrię gẽtium: Quoniã domini est regnũ, & ipse dominabitur gentiũ. Hęc autem per Christum fuisse completa, & alijs pluribus testimonijs, & in eodem ipso Psalmo unde hoc commemoraui, satis apparet Cũ em̃ paulo superius futuram passionẽ suam per Prophetã ipse loquerẽ, dicens, Foderũt manus meas & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea: Ipsi uero cõsiderauerunt & cõspexerũt me, diuiserũt sibi uestimẽta mea, & super uestem meã miserũt sortẽ: paulopost infertur illud quod posui. Cõmemorabunt & cõuertent̃ ad dominũ, uniuersi fines terrę &c. Quãquam & per illud testimoniũ quod prius adhibui, ubi dictũ est, Prędualebit dominus aduersus eos, & exterminabit omnes deos gentiũ terrę: in eo quod positũ est, prędualebit: satis ostendit hoc etiã prænunciatũ, ꝙ Paganí prius oppugnaturí essent Ecclesiam, nomenq; Christianũ quantũ ualerent persecuturí, ut si fieri posset omnino de terra delerẽ. Et quia eos patiẽtia martyrũ & magnitudine miraculorũ & cõsequente fide populorũ erat supaturus, ideo sic scriptum est, Prędualebit dominus aduersus eos. Nõ enim diceret, prędualebit aduersus eos: nisi oppugnãdo illi resisterẽt. Vnde & in psalmo ita, ꝓphetatum est, Vt quid fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterũt reges terrę, et principes cõuenerũt in unũ, aduersus dominũ & aduersus Christũ eius. Et paulopost dicit, Dñs dixit ad me, filiꝰ meꝰ es tu, ego hodie genui te: Postula à me

Dæmonũ cultus unius dei cultui cessuros prædictum à prophetis IX

Psal. 21

Psal. 2

à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuam terminos terrę. Ecce unde dictũ est, & A in alio Psalmo quod superius interposui, Cõmemorabunt̃ et cõuertent̃ ad dominũ uniuersi fines terræ. His atq; huiusmodi propheticis documẽtis prædictũ ostendit, quod uidemus impleri p Christum, futurũ fuisse, ut deus Israel quẽ unum uerũ deum intelligimus, nõ in una ipsa gẽte quæ appellata est Israel, sed in omnibus gentibus coleret, et omnes falsos deos gentiũ & à tẽplis eorũ & à cordibus cultorũ suorũ demoliretur. Eant nũc isti & adhuc contra Christianam religionẽ, & cõtra uerum dei cultum uanitates pristinas defensitare audeãt, ut cum strepitu pereant. Nam & hoc de illis prædictũ est, in psalmo dicẽte propheta. Sedi sti super thronũ qui iudicas æquitatẽ: Increpasti gentes & perijt impius, nomen eorũ delesti in æ- B ternum & in seculũ seculi. Inimici defecerũt frameæ in finem, & ciuitates eorũ destruxisti. Perijt memoria eorũ cum strepitu, & dominus in æternum permanet. Necesse est ergo ut impleant̃ omnia hæc. Neq; quod adhuc audent ipsi pauci qui remãserunt, uaniloquas suas ostẽtare doctrinas, & Christianos tãquã imperitissimos irridere, mouerí debemus, dum in eis impleri ea quę prędicta sunt, uideamus. Ipsa quippe uelut impitia et stulti tia Christianorũ, quę in humilib. et sanctis, eiusq; diligenter studiosis apparet excelsa & sola uera sapientia, ipsa, inquam, uelut stultitia Christianorũ eos ad istam paucitatẽ redegit, quoniam sicut di- 1 Cor. 1 cit Apostolus, Stultam fecit deus sapientiã huius mundi. Deinde subiũgit rem mirabilẽ, si quis in- C

Ignorũ rerũ ꝙ frustra iactant sua Cap. X Psal. 9

telligat, & ita sequitur, Nam quoniã in dei sapientia non cognouit mũdus per sapientiã deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniãquidem Iudæi signa petũt, & Græci sapientiã quærunt: Nos autem prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus autẽ stultitiam, ipsis uero uocatis Iudæis & Græcis, Christũ dei uirtutem & dei sapientiam: quoniã quod stultũ est dei, sapiẽtius est hominibus, & quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Irrideant ergo quantũ possunt, tanq; imperitiam & stultitiã nostram, & iactent doctrinam & sapientiã suam: illud scio quod isti irrisores nostri, pauciores sunt hoc anno q̃ fuerint prio re anno. Ex quo enim fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, aduersus dominũ & ad uersus Christũ eius: quando ab eis fundebat̃ sanguis sanctorũ, & uastabatur Ecclesia, usq; ad hoc tempus & deinceps quotidie minuent̃. Nos autẽ aduersus eorũ opprobria & superbas irrisiones, fortissimos reddit oracula dei nostri, quæ de hac quoq; re uidemus & gaudemus impleri. Sic enim nos alloquitur per Prophetã, Audite me qui sci- Esa. 51 tis iudicium, populus meus in quorum corde lex mea est: opprobriũ hominũ nolite metuere & detractione eorũ ne superemini, nec quod nunc uos spernũt magni duxeritis: Sicut enim uestimentũ, ita per tempus absument̃, & sicut lana à tinea comedent̃, iustitia aũt mea in ęternũ manet. Legant tamen hæc nostra si dignentur, cum ad nos cõtra dictiones eorum peruenerint, quãtum dominus adiuuat, respondebimus.

CENSVRA IN LIBRVM DE SPIRITV ET ANIMA.

Opus hoc est hominis uariæ multæq; lectionis, & altius ingressi philosophiam Aristotelicam quàm fuerat Augustinus, sed minus exercitati facultate dicendi. Non enim meminit illius Horatiani, Deniq; sit quoduis simplex duntaxat & unum. Ne titulus quidem satis respondet argumento. Dicas alibi harenam sine calce. Adeo quod dictum est denuo repetit, & subinde nouum sumit exordium, multa disserens locis nõ suis, nec à uerbis quibusdam sordidioribus temperans qualia sunt nullatenus, aliquatenus, iocũdari, immediate, ita quod, phantasticalis. Multa congerit ex libris diui Augustini, quos uidetur diligẽtissime legisse. Cuius non sensa modo: sed & uerba frequẽter recenset. Admiscet sententias aliquot suspectas, quod genus sunt capite decimoterrio. Has, inquit, potẽtias habet anima, antequam corpori misceatur: Naturales siquidem sunt ei, nec aliud quàm ipsa anima. Et capite duodecimo de resurrectione loquens, quum sensus, inquit, nostri corporei uertentur in rationem, ratio in intellectum, intellectus in intelligentiam, intelligentia in deum mutabitur. Quid hæc sibi uelint, alij iudicent. Rursum capite quadragesimoquinto πλατωνίζει uel ὠριγενίζει magis, quiddam significans de cœlo delapsis animabus, ac spe reditus ad salutem. Iterũ capite quadragesimosexto significat animas ac dæmones nunc nõ cruciari, sed in extremum iudicium seruari cruciandos. Aliquoties sibi parum constat in sententijs. Capite sexagesimoprimo summã eorum quæ prius disseruerat hexametris aliquot complectitur. Interdum ascisit quædam coactius, uelut capite decimo quarto enumerat nouem corporis foramina. Capite quinto satis frigide confert animæ potentias cum nouem angelorum choris. Capite sexto citat hoc modo Aristotelem, Vnde à Philosopho definita est omnium rerum similitudo. Aetate Augustini nondum erat tam celebris Aristoteles. Nec Augustinus usquam in omnibus scriptis suis testatur se quicquam legisse, præter libros περὶ ἑρμηνείας & κατηγοριῶν. Rursus capite trigesimoseptimo citat Boetiũ, quem cõstat ætate multo posteriorem Augustino fuisse. Ioannes Trithemius abbas, recenset hoc opus in catalego lucubrationum Hugonis à diuo Victore. Cuiuscunq; est, extra controuersiam est, Augustini non esse: non indignũ tamen quod legatur, ut commentarium, in quo multa reperias non indigna cognitu.

D

DE SPIRITV ET ANIMA LIBER VNVS.

Præfatio

QVONIAM dictum est mihi, ut meipsum cognoscerẽ, sustinere non possum me ut habeã incognitũ. Magna nanq; est negligentia nescire quid illud sit, quo cœlestia tam ꝓfunde cogitamus, quo naturalia tam subtili indagatiõe inuestigamus, & de ipso quoq; creatore nostro tam sublimia scire desideramus. Non est res peregrina nec longe quærenda à nobis: Animus est quo ista sapimus. Sed est semp nobiscũ, adest, tractat, loquit, & intus uersat. Datum est illi tam ingentium rerũ secreta scire, & seipsum cognoscere nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

posse. Paucis siquidē licet ipso animo animū cernere, id est, ut ipse animus se uideat. Fieri aūt non
A poteſt quadam diuina prouidētia, ut inueniendi facultas desit religiosis animis seipsos & deū suū pie caste ac diligēter quęrētibus: Idcirco reddam me mihi, imò deo meo cui maxime me debeo, & uidebo quid sit animus, & quæ sit patria eius.

Animus quid sit Caput I

Animus est substantia quædam rationis particeps, regēdo corpori accōmodata. Animus sapientia illustratus, & suū principiū respicit, & seipsum cognoscit, & q̄ sit indecorū ut extra se quærat, quod in seipso possit inuenire, intelligit. Corporeis uero passionibus cōsopitus, & per sensibiles formas extra semetipsum abductus, oblit⁹ est quid sit, & qd fuit. Et quia nihil aliud se fuisse meminit, nihil præter quod uidet se esse credit. Solo
B sensu circa corpora, & imaginatione circa corpora similitudines et locorū uersatur, & in eis siue uigilando, siue dormiēdo distrahitur. Cū uero ab hac distractione per purā intelligentiā ascendens in unū se colligit, rationalis dicit. Ratio siquidem est animi aspectus quo per seipsum uerum intuetur: Ratiocinatio uero, est ratiōis inquisitio. Quare illa opus est ad uidendū, ista ad inquirendum.

Ratio

Ratiocinatio

Animus seipsum intelligit Cap. II

Animus inuisibilis est. Neq; enim aliter inuisibilia cernere ualeret. Visibilia per corpus uidet, inuisibilia per se, & in eo se uidet, quod inuisibilē se uidet. Videt tamē in corpore per corpus, sicut sensus in litera manet, & per literā uidetur. Animus corporis dominator, rector, & habitator uidet seipsum per semetipsum: Nō quęrit auxilium corporaliū oculorū, imò uero ab omnibus corpo
C reis sensibus tanq̄ impedientibus, & perstrepētibus abstrahit se ad se, ut uideat se in se, ut nouerit se apud se. Et cū uult deum cognoscere, eleuat se sup se mentis acie. Nō enim aliquid tale est deus, qualis est animus, nō tamen uideri nisi animo potest, nec ita uideri ut animus potest. Incōmutabilis siquidē est ueritas sine defectu substātiæ. Nō talis est animus: Sed deficit & ꝓficit, nouit & ignorat, meminit & obliuiscitur. Modo uult, et modo nō uult. Diffusus cogitationib. atq; consilijs, huc atq; illuc uagat. Cōsiderando spectat omnia: Videt absentia, trāsmarina usu ambit, et peurrit aspectu, abdita scrutat. Et uno momēto sensus suos per totius orbis fines, & mūdi secreta circumfert.
D Descendit ad inferna, ascēdit inde, uersat in cœlo, adhęret Christo, coniungit deo: Ipse siquidem est eius patria & habitatio, ad cuius similitudinē factus est. Quisquis ergo se talē reddi desiderat, qualis à deo factus est, id est similē deo, redeat ad ad se, & stet in se, et sic intra semetipsum quęrat et uideat unde cōstet homo, & ex qua sui parte factus sit ad imaginē dei. Ex duabus substātijs cō-

Homo quibus constet III

stat homo, anima, & carne. Anima cū ratiōe, carne cū sensibus suis: quos tamē sensus non mouet

Vires animæ Cap. IIII

caro absq; animę societate: Anima uero ratiōale suū tenet sine carne. Est siquidē rationalis, concupiscibilis & irascibilis. Per rationalitatē habilis est illuminari ad aliquid cognoscendū infra se, & supra se, in se, & iuxta se. Cognoscit siquidē deum supra se, & se in se, et angelos iuxta se, et quicquid
A cœli ambitu continetur infra se. Per cōcupiscibilitatem et irascibilitatē habilis est affici ad aliquid appetendū uel fugiendū, amandū uel odiendum: Et ideo de rationalitate omnis sensus oriē animę, de alijs omnis affectus. Affectus uero quadripertitus esse dignoscit: dū de eo quod amamus, iam gaudemus, uel gaudēdū speramus: & de eo quod odimus, iam dolemus, siue dolēdum metuimus: Et ob hoc de cōcupiscibilitate gaudiū & spes, & de irascibilitate dolor & metus oriunt. Qui quidem quatuor affectus animæ omniū sunt uitiorū & uirtutū quasi quædam principia, et communis materia. Affectus siquidem operi nomē imponit. Et quoniā uirtus est habitus mentis bene compositæ, cōponendi & instituendi atq; ordinādi sunt dicti affectus ad id quod debent, & quomodo debent, ut in uirtutes proficere possint, alioquin in
B uitia facile decidēt. Cum igit̄ prudēter, modeste, fortiter, & iuste amor & odiū instituunt, in uirtutes exurgūt, prudentiā scilicet & temperantiam, fortitudinē atq; iustitiā, quæ quasi origines & cardines sunt omniū uirtutū. Et hęc omnia cum affectuose & uirtuose in anima constituunt, per odiū mundi, & sui, proficit in amorē dei & proximi: per contemptū temporaliū & inferiorū, crescit in desideriū æternorū & supernorū. Sensus uero unus est in anima, & quod ipsa. Et cum corpus nō sit, corporeus dicitur, quia corpus non transcendit, uel quia à corporeis exercet instrumentis: unde & ob numerū instrumentorū quinq; pertitus
C dicit, cum intus nō sit nisi unus: Veruntamē propter uaria exercitia uariat & uarie nuncupat. Dicitur nanq; sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia: Et hæc omnia in anima nihil aliud sunt q̄ ipsa, aliæ & aliæ proprietatis inter se propter uaria exercitia, sed una essentia ratiōis & una anima: proprietates quidem diuersæ, sed essentia una: secundū exercitiū multa sunt, secundum essentiā uero unū sunt in anima & idē quod ipsa. Et sicut mundus iste uisibilis quinq; pertita quadā distinctiōe est ordinatus, terra scilicet & aqua, aere, & æthere, siue firmamēto, & ipso quoq; supremo cœlo quod empyreū uocāt: Sic animæ in mūdo sui corporis peregrināti quinq; ꝓgressus sunt ad sapientiā, sensus scilicet, imaginatio, ratio, intellectus, & intelligētia. Quinq; enim progressionibus rationalitas exercet ad sapientiā, & quatuor affectibus ad charitatem: quatenus nouē istis ꝓgressionibus in semetipsa proficiēs anima, sensu & affectu, quaternis quibusdam pedibus, quæ spiritu uiuit, spiritu ambulet, usq; ad cherubin & seraphin, id est, usq; ad plenitudinē scientiæ, & re-

Vbi gratiæ Frigida collatio uirtutū animæ cum choris angelorum

gnum charitatis, habeatq; anima per exercitium uirtutes quarum facultates habet per naturā. Et hos progressus nominibus & ordinibus angelorum comparare prudenti lectori relinquo. Facile siquidē erit ei, si sciat aptare sensum qui primus animæ nuncius est, angelis qui nunci uocant: imaginationem archangelis, quæ plura quàm sensus percipit. Timorē uirtutibus, dolorē potestatibus.

Ex Hilario

Animi uires 5

Cap. V

Qui

Qui enim metu suppliciorū perterritus, & dolore peccatorū compunctus, contemnit mundū &
A seipsum, cum uirtutibus facit miracula, cum potestatibus fugat dæmonia: maius nāq; est cōtemnere seipsum, q̄ mundū, quem multi propter uanitatem contēpserunt. Rationē assignamus principatibus: nā sicut illi præsunt, & principantur subiectis spiritibus, sic ratio sensibus atq; affectibus. Amorē proximi siue gaudiū dominationibus: recte nanq; alijs dominātur qui omnes amant, & de profectu omniū gaudēt. Intellectū thronis: throni sedes dicūtur, quia in eis deus sedet. Intelligere etiā debes, quoniā in cordibus nostris deus habitat per fidem, per sanctificationē, per pacē, per dilectionem; quoniā deus est pacis & dilectionis. Intelligentiā aptamus cum cherubin. Illi nāq; spi
B ritus tanto perfectiore scientia pleni sunt, quanto diuinitatē dei in intimis cōtemplātur. Intelligētia nanq; animæ uis est quæ immediate deo supponitur, cernit siquidem ipsum & quæ in ipso sunt. Spem siue desideriū siue amorem dei, seraphin: Deus nanq; est spes omniū finiū terræ, cuius uultum tota terra desiderat: & in quē seraphin ꝓspicere desiderāt, tota spes nostra et desideriū nostrū est. Odiū mundi, uirtutibus: odium sui, potestatibus: rationē principatibus: amorē proximi dominationibus: intellectum thronis: intelligentiā cherubin: amorē dei seraphin. Timor nanq; de supplicijs & dolor de peccatis faciūt cōtemptū mundi & sui, ut cum uirtutibus faciāt miracula, & cū potestatibus expellāt dæmonia. Spes de promissis & gaudiū de præmijs faciunt amorē proximi
C & dei. Anima ad similitudinē totius sapientiæ facta, omniū rerū in se gerit similitudinē. Vnde et à Philosopho definita est omniū rerum similitudo. Habet siquidē in se uires quib. omnia apprehendit, siue inuestigat, & omnibus similis existit, cū sit una. Similis est terræ per sensum, aquæ per imaginationē, aeri per rationē, firmamēto per intellectum, cœlorū cœlo per intelligentiā. Similis est lapidibus per essentiā, arboribus per uitā, animalibus per sensum & imaginationē, hominibus per rationē, angelis per intellectum, deo per intelligentiā. Et sicut deus est omnib. captibilis & participabilis, sic anima omniū est capax. Captibilis & participabilis omnibus est deus, quia naturali
D suo munere & usu ex munere participatur ab omnibus per essentiā qua sunt, & secundum illam ad idoneā speciē qua ab alijs differūt, & secūdum utrūq; ad congruū usum quo proficiūt. Tria hæc omni homini existēti insunt, quasi quædam uestigia, summæ essentiæ, imaginis, & muneris, id est trinitatis patris & filij & spiritussancti. Entitas quippe est in patre, quia pater non habet patrē de quo sit: filius de patre est ut sit, atq; ut illi cœternus sit. Imago enim si perfecte implet illud cuius est imago, coæqualis est illi. Species est in imagine, id est pulchritudo, congruentia, æqualitas prima & summa, similitudo prima & summa uita, primus & summus intellectus. Vsus est in munere, Munus patris & filij spiritussanctus est. Vsus ergo in munere est, id est, delectatio, gaudium, lætitia, fœlicitas, suauitas. Ille nanq; ineffabilis complexus patris & imaginis, non est sine perfectione, sine charitate, sine gaudio, Sic in illa trinitate summa est origo omniū rerum, perfectissima pulchritudo, & beatissima dilectio, nobis aūt omnis usus diuinitatis est ex munere. Quodāmodo nāq; quasi propior uidetur nobis esse spiritussanctus, utpote patris & filij munus. Ex ipso nimirū est omnis usus gratiæ cū patre & filio: Ipse enim regit & erudit, cōsolatur & perducit Ecclesiā ad Christum, quam ipse simul sine macula & ruga iudicaturus tradet regnū deo & patri. Sic à patre per filiū & spiritūsanctum, uel potius in spiritu diuina ad nos descēderunt. Pater siquidē tradidit filium suum quo redimeret seruos, misit spiritūsanctum quo seruos adoptaret in filios: Filiū dedit in pretium redemptionis, spiritūsanctum in priuilegiū adoptionis, se deniq; totū seruat in hæreditatem adoptatis. Nemo ergo de dei pietate diffidat, quoniam maior est eius misericordia q̄ nostra miseria, & quisquis ad eū toto corde clamauerit, exaudiet illum, quoniā misericors est. Tardius siquidem ei uidetur peccatori ueniam dare, q̄ ipsi peccatori accipere. Sic enim festinat absoluere reum à tormento cōsciētiæ suæ, quasi plus eum cruciet passio miseri, quàm ipsum miserum cōpassio sui.

Trinitas in anima Cap. VI

Anima capax omnium. Cap. VII

Capax est omniū anima, quia per rationalitatem ad cognitionē, & per cōcupiscibilitatem ad dilectionē uniuersitatis capax inuenitur. Sūt em duo in anima, et sunt id quod anima, naturalis sensus cognoscens omnia & dijudicās inter omnia: naturalis affectus, quo suo ordine & gradu diligat omnia. Verūtamē facultates & quasi instrumēta cognoscēdi & diligēdi habet ex natura, cognitionē tamē ueritatis & ordinē dilectionis nequaquā habet nisi ex gratia. Facta siquidē à deo mēs rationalis sicut eius imaginē suscepit, ita cognitionē & amorē. Vasa nāq; quę creatrix sapiētia format ut sint, adiutrix gratia replet ne uacua sint. Si strenuum operariū inuenerit. Anima est

Animatur, sum quid. Cap. VIII

substātia rationalis, intellectualis, à deo facta spiritalis, nō ex dei natura, sed potius creatura ex nihilo facta, in bonū malumq; cōuertibilis. Et ideo aliquatenus est mortalis inquātū in deterius mutari, & à uolūtate dei cuius participatione bona fit, alienari potest: Et aliquatenꝰ immortalis, quoniā sensum, quo ei post hāc uitā uel bene uel male fit, amittere nō potest: Nō q̄ pro actis ante carnē gestis meruerit ut in carne includeretur, ut quidā uoluerūt, sed nec ideo potest esse in homine sine sorde peccati, nisi à Christo fuerit liberata. Dei em nutu ad corpus anima uenit, ut si secūdū eius præceptū agere uellet, mercedē acciperet uitæ æternæ atq; societatis angelorū: Si aūt cōtēneret, pœnas iustissimas & amarissimas lueret, siue doloris cōtinui, siue ignis æterni. Anima uero ex

Sensus duplex hominis, IX

eo dicta est, quod animet corpus ad uiuendū hoc est uiuificet. Spiritus est ipsa anima ꝓ spiritali natura, uel pro eo q̄ spiret in corpore appellatus est spiritus. Anima & spiritus idem sunt in homine,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quãuis aliud notet ſpíritus,& aliud anima. Spíritus nanq; ad ſubſtantiã dicitur,& anima ad uiuifi A
cationẽ. Eadẽ eſt eſſentia,ſed proprietas diuerſa: Nam unus & idẽ ſpíritus ad ſeipſum dicitur ſpíritus,& ad corpus anima. Spíritus eſt inquantũ eſt ratiõe prędita ſubſtãtia rationalis: anima inquan
Lucæ 9 tũ eſt uita corporis,de qua dictũ eſt: Qui perdiderit animã ſuã,ppter me,ſaluã faciet eã: id eſt, quiſquis propter deũ uitã hãc quæ nũc corporis uiuificatione ex anima tẽporaliter mortalis cõſtat, libẽter deſpexerit,in futuro eandẽ corporis,nõ ſolum animæ uitam æternã & immortalitatem recipiet. Humana quidẽ anima, ga in corpore habet eſſe & extra corpus, pariter anima & ſpíritus uocari poteſt: nõ duæ animę, ſenſualis & rationalis, altera qua homo uiuat,& altera qua ut quidã putant, ſapiat: ſed una atq; eadẽ anima in ſemetipſa B
uiuit per intellectũ,& corpori uitã prębet per ſen
Fœtus ſum. Humanũ nanq; corpus nec uiuere nec naſci poteſt ſine anima rationali, uegetat tamẽ & mouetur & creſcit et humanã formã in utero recipit, priuſquã animã rationalẽ recipiat. Sicut etiã uirgulta & herbas ſine anima moueri & incrementum habere uidemus. Duplex eſt quidẽ uita animę, alia qua uiuit in carne, et alia qua uiuit in deo. Duo ſiquidem in homine ſenſus ſunt, unus interior,& alius exterior,& uterq; bonũ ſuũ habet in quo reficit. Senſus interior reficitur in cõtemplatione diuinitatis, ſenſus exterior in cõtẽplatione humanitatis. Propterea enim deus homo factus eſt, ut totũ hominẽ in ſe beatificaret, & tota conuerſio hominis eſſet ad ipſum, & tota dilectio ho C
minis eſſet in ipſo, cum à ſenſu carnis uideret per carnẽ, & à ſenſu mentis uideretur per diuinitatis contẽplationẽ. Hoc aũt erat totũ bonũ hominis, ut ſiue ingrederetur ſiue egrederetur paſcua in factore ſuo inueniret, paſcua foris in carne ſaluatoris, & paſcua intus in diuinitate creatoris. Hoc bonũ magnũ ſecutũ eſt malũ, quoniã perdito bono quod intus erat, egreſſa eſt anima ad bona aliena quæ foris erãt, & pactũ fecit cum delectationibus ſeculi, requieſcẽs ſuper illas, nõ attendẽs abſentiã boni ſui interioris, eo q cõſolationes ſuas cerneret in bonis alienis. Nam cum exterior ſenſus carnalis bono ſuo utitur, interior ſenſus mẽtis quaſi obdormit. Nõ em cognoſcit bona interioris ſenſus qui iucũditate bonorũ exteriorũ capitur. Nã D
qui in carne uiuit, in carne ſentit, & dolores carnis fugit inquantũ poteſt: uulnera autem animæ prorſus ignorat, nec medicinã quęrit in eis. Cum aũt mortuus fuerit ſenſus animæ quo uiuit in carne, tunc uiuificari incipiet ſenſus ille quo ſentiet ſemetipſum,& tũc ſciet dolores ſuos, & incipiet ſentire uulnera ſua tãto grauius quanto propius. Magis enim obeſt malũ quod eſt magis intimũ, & magis prodeſt bonũ quod magis eſt intimũ.

Cap. X Spíritus dicit multis modis. Dicitur nanq; ſpíritus deus,& aer iſte,& flatus aeris, qui à corde receptus,& inde per totũ corpus emiſſus mortalíũ uitã flatu neceſſario cõtinet. Iſte tamẽ ſpíritus iure anima dici nõ poteſt, quia aeris uarietate diſſoluitur. Dicit ſpíritus anima, ſiue hominis, ſiue pecoris. Dicitur ſpíritus mẽs rationalis, ubi eſt quędam ſcintilla tanq; oculus animę ad quẽ pertinet imaginatio & cognitio dei. Oculus animæ eſt mẽs ab omni corporis labe pura, mẽtis aſpectus eſt ratio, intellectus uiſio. Tria hæc omni animæ neceſſaria ſunt, ut ſanos oculos habeat, ut aſpiciat, ut uideat. Sanos oculos habet, cũ à mortaliũ cupiditatibus eſt purgata atq; remota. Aſpicit, cũ in dei lumine cõtemplationis oculos figit. Videt cũ in illa cõtemplatione conſpicit, quãta ſint gaudia, quãta lętitia, quãta ſecuritas, ſerenitas, et quãta iucũditas. Sanitas facit illã ſecurã, aſpectus rectam, uiſio beatã. Cũ enim fuerit ab omni fece libera maculiſq; diluta, tũc ſe deniq; in ſeipſa liberaliſſime tenet, et nihil ſibi metuit, aut ulla ſua culpa quicq; angit: & tũc ingenti quadã & incredibili fiducia pergit in deũ, id eſt in ipſam contẽplationẽ ueritatis: aſpectum ſiquidẽ rectum ſequit ipſa uiſio dei, quę eſt finis aſpectus, Sic anima prius ſanatur, ſanata introducit, introducta reficitur. Spíritus etiã eſt quædã uis animæ, mẽte inferior, ubi corporaliũ rerũ ſimilitudines exprimũtur. Nec ip
ſe ſpíritus corpus eſt, ſed corpori ſimilis. Quę em ſpíritu uidentur, nõ ſunt corporalia, ſed corporalibus ſimilia. Facies ſiquidẽ hominis & nobis ſo
rinſecus nota eſt, & in memoria noſtra habet imaginẽ ſuã, incorporalẽ quidẽ, ſed corpori ſimilem. Mundi quoq; iſtius mirabilis pulchritudo, & nobis foris præſto eſt, & in memoria noſtra habet imaginẽ ſuã, incorporalẽ quidem, ſed corpori ſimilẽ, ad quã recurrimus cũ clauſis oculis eã cogitamus. Quod enim ad corporis ſenſum aliquod corpus in loco eſt, hoc eſt ad animi aciẽ ſimilitudo corporis in memoria: & quod eſt intentio uoluntatis ad corpus uiſum: uiſionemq; copulandã, hoc eſt eadẽ intẽtio uolũtatis ad copulandã imaginẽ corporis quę eſt in memoria & uiſione cogitãtis. Ille ſpíritus dicit factus ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei, in quo eſt cognitio ueritatis, & amor uirtutis, Imago ſiquidẽ eſt in cognitiõe, & ſimilitudo in dilectione. Imago, quia rationalis: & ſimilitudo, quia ſpíritalis. Hęret ſiquidẽ ueritati nulla interpoſita ſubſtãtia rationale noſtrũ, quo ratiocinamur, intelligimus, & ſapimus, ſpíritũ dicimus.
Ephes. 4 Hunc aũt ſpíritũ Apoſtolus mentẽ uocat, cum dicit: Renouamini ſpíritu mẽtis ueſtræ, id eſt, mẽte. Nihil enim aliud eſt ſpíritus mẽtis, q̃ mens: ſicut corpus carnis, nihil aliud eſt q̃ caro. Mẽs autẽ dicitur à μάνω. Mene aũt Græce, Latine dicitur luna. Et ſicut luna creſcit & deficit, & uaria uicíſſitudine cõmutatur, in id tamen quod fuit quadã perfecta nouitate ſe reſtituit: ſic mens nunc caput ſummis inſerit, nunc decidit in infimis, nunc ſeſe inferẽs ſibi ueris falſa redarguit: modo ad corporalia regenda deflectitur, modo æternis rationib. inſpiciendis. uel conſulẽdis adhæreſcit. Ratio ſiquidem eſt mẽtis aſpectus quo bonũ & malum diſcernit, uirtutes eligit, deumq; diligit. Mens uniuerſorũ capax, & omniũ rerũ ſimilitudine inſignita, omnia eſſe dicitur naturali quadã potentia, & naturali

Quòd in mẽte emineat intelligentia. XI

naturali dignitate: Idcirco inuiſibiles rerũ cauſas per intelligentiã cõprehẽdit, & uiſibiles actualiũ A
formas per ſenſuũ paſsiones colligit. Et ſiue per ſenſus ad ſenſibilia exeat, ſiue per intelligentiã ad inuiſibilia aſcẽdat, rerũ ſimilitudines ad ſeipſam trahit, præſentia cognoſcit, abſentia intelligit, ignota inquirit, & in inuẽtis uerſat. Rationale & intellectuale lumẽ, quo ratiocinamur, intelligimꝰ & ſapimus, mẽtẽ dicimus, quę ita facta eſt ad imaginẽ dei, ut nulla interpoſita natura ab ipſa uerita
Veritas dicebatur à μάνω te formetur. Mẽs enim ex eo dicta eſt q̃ emineat in anima: Præſtãtior ſiquidẽ uis animæ eſt, à qua procedit intelligẽtia. Per intelligentiã utiq; ipſam ueritatẽ intelligit, per ſapientiã diligit. Sapientia nãq; eſt amor boni ſiue ſapor boni, à ſapore ſiquidẽ dicitur. Mẽtis uiſio eſt intelligẽtia, guſtus, & ſapientia. Illa cõtemplat, iſta delectat. Cũ ab inferio- B
ribus ad ſuperiora uolumus aſcẽdere, priꝰ occurrit nobis ſenſus, deinde imaginatio, poſtea ratio, intellectus & intelligẽtia, & in ſummo eſt ſapientia. Sũma nanq; ſapiẽtia ipſe deus eſt. Sapiẽtia hominis eſt pietas. id eſt, cultus dei. Sẽſus ea uis animæ eſt quę rerũ corporearũ corporeas recipit formas prędentes: Imaginatio eſt ea uis animę quę rerũ corporearũ corporeas recipit formas, ſed abſentes. Sẽſus nãq; formas in materia pcipit, imagi
Ferunt ſenſus & imaginatio natio extra materiã: & ea uis quę exterius formata ſenſus dicit, eadẽ traducta uiſq; ad intimũ, imaginatio uocat. Imaginatio nãq; de ſenſu orit, & ſecundũ eius diuerſitates, ipſius quoq; eſt uariatio. Multa uidet anima carnalib. oculis, multa etiam phãtaſtica imaginatiõe cõcipit: & ubiq; quaſi diC
Dimenſio animæ funditur, mouet, erigitur, & fluctuare uidet: nõ à ſe egredies, ſed in ſemetipſa tanq; in magno pcurrens ſpatio peruagat: nõ exit ad illa, ſed tractatib. ſuis ſibi illa repręſentat. Habet ſiquidẽ in ſe quaſi quandã latitudinẽ, lõgitudinẽ, & altitudinẽ. Nã per charitatẽ deũ & omes fideles ſibi cõplectitur: p meditationẽ rerũ uniuerſa quę à principio mũdi uſq; ad finẽ deus ppter ſalutẽ noſtrã operatus eſt meditat: per cõtemplationẽ, quæ ſurſum ſunt cœleſtia cõtemplat. Ratio eſt ea uis animę quę rerũ corporearũ naturas, formas, differẽtias, ppria & accidẽtia percipit: omnia incorporea, ſed nõ extra corpora, niſi ratiõe ſubſiſtentia. Abſtrahit em à corporib. quæ fundant in corporibus, nõ actione, ſed cõſideratiõe. Natura nãq; ipſius corporis, D
ſecundũ q̃ omne corpus, corpus eſt, nullũ utiq; corpus eſt. Intellectus ea uis animę eſt quæ inuiſibilia pcipit, ſicut angelos, dęmones, animas, & omnẽ ſpíritũ creatũ. Intelligentia ea uis animæ eſt quę immediate ſupponit deo: Cernit ſiquidẽ ipſum ſummũ uerũ & uere incõmutabilẽ. Sic anima ſenſu pcipit corpora, imaginatiõe corporũ ſimilitudines, ratiõe corporũ naturas, intellectu ſpíritũ creatũ, intelligẽtia ſpíritũ increatũ. Et quicqd ſenſus percipit, imaginatio repręſentat, cogitatio format, ingeniũ inueſtigat, ratio iudicat, memoria ſeruat, intellectus ſeparat, intelligẽtia cõprehẽdit, & ad meditationẽ ſiue cõtemplationẽ adducit. Ingeniũ eſt uis ea animæ, ſiue intẽtio, qua animа ſe extẽdit & exercet ad incognitorũ cognitionem. Ingeniũ ſiquidẽ exquirit incognita, ratio diſcernit inuẽta, memoria recõdit iudicata & offert adhuc iudicãda. Sic fit aſcẽſus ab inferioríb. ad ſuperiora, & ima à ſummis dependent. Intellectus nãq; quędã imago & ſimilitudo intelligẽtię eſt, ratio intellectus, rationis phantaſticus ſpíritus, cui etiã ſupremũ corporis corpus, id eſt, ignis quadã ſimilitudine iungitur, & igni aer, & aeri aqua, & aquæ terra. Sẽſus informat imaginationẽ, imaginatio rationẽ, & facit ſcientiã ſiue prudentiã. Rurſum rationi occurrẽs diuina prudentia, informat eã & facit intelligentiã ſiue ſapientiã. Eſt itaq; in ratiõe quiddã ad ſuperna & cœleſtia intendẽs, et id dicit ſapiẽtia: & eſt quiddã ad trãſitoria & ca- *Sapientia*
duca reſpiciẽs, & id uocat prudẽtia. Hæc duo ex *Prudentia*
ratiõe ſunt, & in ratiõe cõſiſtũt. Et diuidit ſe ratio in duo, ſcilicet in ſurſum & deorſum: ſurſum in ſapientiã, deorſum in prudẽtiã, quaſi in uirũ & mulierẽ, ut uir ſit ſuperior & regat, mulier inferior et regat. Vnde dictũ eſt: Melior eſt iniquitas uiri, q̃ſ benefaciẽs mulier. Melior ſiquidẽ eſt qui p cœle- *Eccli 42*
ſte deſideriũ accẽſus, carnẽ neceſſaria etiã ei ſubtrahẽdo afflígit, q̃ qui p carnalẽ affectũ reſolutus, per omia quæ cõmoda ſunt ei ſatisfacere cõtẽdit.

Senſus iuuat exterius, quia oculus carnis, q̃uis *Senſus & eius opus. C. XII*
ex natura facultatẽ uidendi habeat, numq̃ tamẽ per ſe cõſequitur uiſionẽ, nec auris auditũ niſi ex beneficio exterioris lucis & ſoni. Imaginatio iuuatur exterius, quia ex ſenſibilib. cõcipit. Ratio iuuatur interius, quia ſpíritus rationalis ex dono creatoris habilis ad cognoſcendũ uerũ & diligendũ bonũ, niſi interioris lucis radio fuerit pfuſus, & calore ſuccẽſus, nunq̃ cõſequitur ſapiẽtiæ cognitionẽ uel charitatis affectũ. Intellectus & intelligẽtia iuuãtur ſuperiꝰ, quia deus ignis & lux eſt. Lux ergo ſplẽdorẽ emittẽs ex ſe quẽ retinet in ſe, illuminat intelligentiã ad cognitionem ueritatis. Ignis uero calorẽ de ſe emittẽs, ſed nõ amittẽs, inflãmat affectũ ad amorẽ uirtutis. Et ſicut ſolẽ non uidet oculus niſi in lumine ſolis: ſic uerũ ac diuinũ lumen nõ poterit intelligẽtia uidere niſi in ipſius lumine: Dñe, inquit Propheta, in lumine tuo *Pſal. 35*
uidebimus lumẽ. Cũ enim mortale hoc induerit immortalitatẽ, et corruptibile hoc induerit incor- *1 Cor. 25*
ruptibilitatẽ, tũc mẽte pariter & corpore ſpíritales effecti ſecundũ modulũ noſtrũ per mẽtis illuminationẽ omnia ſciemus, & per corporis incorruptibilis leuitatẽ ubiq; eſſe poterimus. Volabimus mẽte per contemplationẽ, uolabimus & corpore p incorruptionẽ. Diſcernemus mẽte, diſcernemus & corpore, cũ ſenſus noſtri corporei uertentẽ in rationẽ, ratio in intellectũ, intellectus in intelligentiã, intelligẽtia in deũ mutabit. Senſu uiſibilia percipiũtur, in imaginatione cõtinentur uiſibiliũ imagines & ſimilitudines, ad rationẽ pertinent uiſibiliũ rationes & definitiones, & inuiſibilium inueſtigationes, ad intellectum & intelligẽtiam ſpectant ſpíritaliũ & diuinorum comprehẽſiones & cõtẽplationes. Senſus uero & imaginatio ad rationem nõ aſcendunt, ſed infra remanentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes eam aliquatenus deducere possunt, & quasi à longe quædã ostẽdere, ad quæ nõ possunt peruenire. Simili quadã proportione intellectũ & intelligentiã ratio iuuare potest, sed ad statum eorum nõ ualet ascẽdere, quoniã metas suas et fines suos proprios habet quos trãscendere nõ potest. Sensum & imaginationẽ cum cæteris animalib. communia habemus: Vident siquidẽ uisibilia & uisorum recordãtur. In quibusdam etiã sensibus nos superãt, quoniã iustum fuit ut brutis animalibus quibus nil dandum erat in intellectu, aliquid amplius daretur in sensu. Et econtrario tanto maior necessitas inducitur homini exercendę rationis, quãto maiorẽ defectum patitur sensualitatis. Ratio autẽ inde incipit, unde aliquid occurrit quod nobis cũ animalibus nõ sit cõmune. Quædã ergo sunt infra rationẽ, quædam iuxta rationẽ, quædã supra rationẽ. Infra rationẽ sunt quæ sensu percipimus, sicut dura & mollia, calida & frigida, cãdida & nigra. Iuxta rationẽ sunt & peruia rationi, quæ ratiõe percipimus, sicut cõmoda & incõmoda, uera & falsa, iusta & iniusta. Ratio siquidẽ est quidã animi motus uisum mẽtis acuens, ueraq; à falsis distinguẽs. Supra rationẽ sunt quæ nec sensus docet nec ratio persuadet, sed aut diuina reuelatione cõprehenduntur, aut diuinarũ scripturarum autoritate credũtur, sicut deũ in una substantia trinũ, & in tribus personis substãtialiter unũ. Deus siquidẽ est rerum uniuersitas, ita ꝙ nulla singularũ: & ideo motibus ratiõis nõ subiacet, quia ratio non est nisi de re aliqua. Anima est spiritus intellectualis rationalis, semper uiuens, semper in motu, bonæ malæq; uoluntatis capax: Secundũ benignitatẽ creatoris, atq; secundũ sui operis effectus uarijs nũcupatur nominibus. Dicitur nanq; anima dũ uegetat, spiritus dum cõtemplatur, sensus dum sentit, animus dum sapit, dum intelligit mens, dũ discernit ratio, dũ recordatur memoria, dum uult uolũtas. Ista tamen nõ differunt in substãtia quẽadmodũ in nominibus, quoniam omnia ista una anima est, proprietates quidem diuersæ, sed essentia una. In spiritu tamen & anima potest esse differẽtia, quia omnis anima est spiritus, sed nõ omnis spiritus est anima. Animæ duplices sunt actiones. Alio nãq; cõsilio erigitur ad deũ, alio inclinatur ad carnẽ. Inclinatur autem sic: Cũ sit subtilis & inuisibilis, uideri non potest, sed per potẽtias suas se extendit & ostendit. Per concupiscibilitatẽ nanq; appetit, per irascibilitatem contẽnit, per rationalitatẽ inter utrũq; discernit. Tota animæ essentia in his potentijs suis cõsistit, nec per partes diuiditur cũ simplex sit & indiuidua. Et si aliquãdo partes habere dicitur, ratione potius similitudinis ꝙ ueritate compositionis intelligendũ est. Simplex substãtia est anima, nec aliud nec minus est ratio in substantia ꝙ anima, nec aliud nec minus irascibilitas uel cõcupiscibilitas ꝙ anima, sed una eademq; substãtia secundũ diuersas potẽtias diuersa sortitur uocabula. Has potentias habet antequã corpori misceatur. Naturales siquidẽ sunt ei, nec aliud sunt quàm ipsa.

Ratio quid sit

Definitio animæ & explanatio eius. Cap. XIII

Tota nanq; animæ substantia in his trib. plena & perfecta consistit, id est in rationalitate, cõcupiscibilitate, & irascibilitate, quasi quadã sua trinitate, & tota hæc trinitas est quædã animæ unitas, & ipsa anima. Deus est omnia sua, & anima quædam sua. Habet siquidem naturalia, & ipsa omnia est. Potẽtiæ nãq; & uires eius idẽ sunt quod ipsa. Habet accidẽtalia, & ipsa non est. Suæ uires est, suæ uirtutes nõ est: Nõ enim est sua prudẽtia, sua temperãtia, sua fortitudo, sua iustitia. Potẽtiæ animæ sunt, rationalitas, concupiscibilitas, & irascibilitas. Vires sunt, sensus, imaginatio, ratio, memoria, intellectus, intelligẽtia. Potentiæ aũt possunt dici uires, & uires dici possunt potentiæ. Quibusdã affectibus & quadã amicitia anima corpori cõiungitur, secundũ quam amicitiã nemo carnem suã odio habet. Sociata nãq; illi, licet eius societate prægrauetur, ineffabili tamẽ cõditione diligit illud, amat carcerẽ suũ & ideo libera esse nõ potest. Doloribus eius uehementer afficitur. Formidat interitũ, quæ mori non potest. Timet defectum quę per naturã nõ potest deficere. Oculorũ pascitur speculatione, sonoris delectaẽ auditibus, suauissimis iocũdatur odoribus, larga epulatiõe reficiẽ. Et licet his rebus nullatenus ipsa utatur, grauitamẽ mœrore affligiẽ si subtrahantur. Huic etiam nonnunquã subrepunt uitia cõtraria rationi, dũ anima dilecto corpori indulgẽtius remittẽdo, locũ nosciẽ prębere peccato. Per sensus quoque progrediẽ anima ad corpus mouẽdũ & uiuificandũ. Nouem quoq; sunt foramina in humano corpore, quib. secundũ naturalẽ cõtemperantiã influit & effluit omne quo idẽ corpus uegetaẽ & regitur. Sunt etiã utriusq; quędã similia, corporis scilicet supremũ, & spiritus infimũ, in quibus sine naturarũ confusione, personali tamẽ unione facile coniungi possunt. Similia enim similibus gaudẽt. Itaq; anima quæ uere spiritus est, & caro quę uere corpus est, in suis extremitatib. facile & cõueniẽter uniunt, id est, in phãtastico animę, quod corpus non est, sed simile corpori, & sensualitate carnis quę fere spiritus est, ga sine anima fieri nõ potest. Sicut eñ supremũ animę, id est intelligẽtia siue mẽs imaginẽ siue similitudinẽ gerit sui superioris, id est deĩ, unde & eiꝰ susceptiua esse potuit ad unionẽ personalem, etiam quando ipse uoluit absq; ulla diminutiõe naturæ suę: sic supremũ carnis, id est sensualitatis animæ gerẽs similitudinẽ ad personalem unionẽ eius essentiam susciꝑere potest. Nec istud mirũ est, cum etiam in sensu & memoria pecudis quędã est imitatio rationalitatis, & in appetitu uolũtatis, & in ijs quę refugit re probationis. Spiritus nanq; corporeus qui uticq; uere est corpus, & sensu naturali inter multa discernit, & ui cõcupiscibilitatis eligit, et natura irascibilitatis reprobat. Habet siquidẽ corporea uita quosdã gradus incremẽtorũ quib. ad imaginẽ summę uitæ ꝓficit. Primus eñ gradus corporeæ uitæ est sensificatio. Secundus per sensum ingredięs imaginatio. Tertius per imaginationẽ cõce ptorũ memoria. Quartus secundũ sensuũ passiones

Ex Platone

De amicitia animæ et corporis. XIIII

Nouem foramina

Gradus incrementorum corporeæ uitæ

nes quædã sine discretione intelligẽtiæ prouidẽtia, in qua quidẽ quasi rationis imago est, & nulla ratio est. In his omnib. corporea uita spiritalẽ uitam imitatur. Primo in eo ꝙ sentit, secũdo in eo ꝙ sensum concipit, tertio in eo ꝙ concepta retinet, quarto in eo ꝙ siue in imaginatis siue in sensibus secundũ quandam rationis similitudinẽ, siue ad appetendum, siue ad fugiendũ se in se flectit. Conuenientissima autem media sunt & carnis & animæ, sensualitas carnis, quæ maxime ignis est, & phãtasticus spiritus qui igneus uigor dicitur, Vnde & quidam loquens de animabus ait:

Igneus est ollis uigor & cœlestis origo.

Verg. 6 Aeneid.

Mira societas carnis & animæ, spiritus uitę & limi terræ. Sic enim scriptũ est, Fecit deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciẽ eius spiraculum uitæ dans ei sensum & intellectũ, ut per sensum lutum sibi sociatum uiuificaret, & per intellectum regeret: & ut per intellectum intus ingrederetur & contemplaretur dei sapientiam, & per sensum foras egrederetur & contemplaretur opera sapientiæ, intellectu intus illustrauit, sensu foris decorauit, ut in utroq; refectiõe inueniret, intus ad fœlicitatẽ, foris ad iucunditatẽ. Sed quia bona exteriora diu stare non possunt, iussus est homo ab exterioríb. ad interiora redire, & ab interioríb. ad superiora ascẽdere. Tantæ siquidẽ dignitatis est humana cõditio ut nullũ bonũ præter summũ bonũ ei sufficere possit. Plenũ fuit miraculo, ꝙ tam diuersa & tam diuisa ab inuicẽ, ad inuicẽ potuerunt coniungi. Nec minus mirabile fuit ꝙ limo nostro deus seipsum cõiũxit, ut sibijnuicem unirẽtur deus & limus, tãta sublimitas, & tãta uilitas. Nihil enim est deo sublimius, & nihil limo uilius. Mirabilis fuit cõiunctio prima, mirabilis fuit secunda, nec minus mirabilis erit tertia, cum homo angelus & deus, unus erit spiritus. Eo dem nanq; bono bonus est homo, quo bonus est angelus, eodemq; bono uterq; beatus, si tamẽ amboidipsum eadẽ uolũtate eodẽq; spiritu cupiunt. Si enim tam disparem naturã carnis & animę ad unam fœderationẽ atq; amicitiã deus cõiungere potuit, nequaq; erit ei impossibile rationalẽ spiritum, qui usq; ad consortiũ terreni corporis humiliatus est, cum eodem corpore glorificato, ut sit ei gloriæ quod fuit ei sarcinæ, ad consortiũ beatorũ spirituũ qui in sua puritate perstiterunt, exaltare; atq; ad suæ gloriæ participationẽ sublimare. Ad hoc siquidẽ illum sola charitate, nulla necessitate creauit altissimus, ut suæ beatitudinis participẽ faceret. Si ergo tantũ gaudiũ & tãta lætitia est in uita ista tẽporali, quę cõstat ex præsentia spiritus in corpore corruptibili, quanta lætitia & quantũ gaudiũ erit in uita æterna quæ constabit ex præsentia diuinitatis in spiritu rationali? Subijciat ergo corpus animo, animus deo, & unus spiritus erit cũ eo: ita tamẽ si in humilitate permanserit, & gratiã sui creatoris per quã exaltandus & glorificãdus est agnouerit. Ex carne & anima cõstat homo, & utrũq; bonũ suum habet in quo gaudet & exultat. Bonũ animæ est deus, cũ affluẽtia dulcedinis suę. Bonũ carnis est mũdus, cum abundãtia iucũditatis suæ. Sed mũdus ille est exterior, deus autẽ interior. Nihil enim est eo interius, nihil eo præsentius. Interior est omni re, quia in ipso sunt omnia: Exterior est omni re, quia ipse est super omnia. Ab hoc ergo mũdo ad deũ reuertentes & quasi ab imo sursum ascẽdentes per nosmetipsos trãsire debemus. Ascẽdere enim ad deũ, est intra re ad seipsum, & non solũ ad se intrare, sed ineffabili quodã modo in intimis seipsum transire. Qui enim interius intrãs & intrinsecus penetrãs seipsum transcẽdit, ille ueraciter ad deũ ascendit. Ab huius ergo mũdi distractionibus cor nostrũ colligamus, & ad interiora gaudia reuocemꝰ. Et si cor nostrũ semper tenere nõ possumus, saltẽ ab illicitis et uanis cogitationib. restringamus, ut aliquãdo in diuinæ cõtemplatiõis lumine nos figere ualeamus. Hæc est enim requies cordis nostri, cũ in dei amore per desideriũ figitur. Hæc est uita cordis nostri, cum deũ suũ cõtẽplatur, & ipsa sua contemplatione suauiter reficit. Et dulce est illi semper ad cõsiderandũ, quod ad amandũ & laudandum semper est suaue. Nihil eñ ad beatã uitã prę stantius uidetur ꝙ uelut clausis carnalib. sensibus extra carnẽ mundumq; effectũ, quẽpiam intra semetipsum cõuerti, alienumq; effectum à mortalĩ cupiditatib. sibi soli & deo loqui. Cũ anima sit incorporea, per subtiliorẽ naturã corporis sui, id est, per ignẽ & aerẽ, quæ in isto quoq; mũdo prãcellentia sunt corpora, et †ideo magis subtiliora, corpus administrat. Ista siquidẽ priora excipiunt motus animæ uiuificatis, eo ꝙ incorporeæ naturæ sunt, ꝓinquiora ꝙ humor & terra, ut ad eorũ proximũ ministeriũ tota moles administreẽ. Nullus sine his duobus, uel in corpore sensus est, uel ab anima spõtaneus corporis motus. Ignis eñ & aer quæ leuia sunt, mouent aquã & terrã quę grauia sunt. Quapropter etiã corpora post animę absceſſum moueri non uidemus, quia ignis & aer, quæ duo per animæ prẽsentiã tenẽtur in corpore terreno & humido, ut omniũ quatuor fiat temperatio, post eiusdem animæ absceſſum ad superna euadunt ac sese expediũt. Corporis autẽ cõpositio sic fit, Corpus cõstat ex officialib. mẽbris, officialia ex cõsimilibus, cõsimilia ex humoribus, humores ex cibis, cibi ex elemẽtis: & nihil horũ ex anima, sed in istis tanquã in organis agit anima, & per hoc corpori cõsulit & huic uitæ in qua factus est homo in animã uiuentẽ. Quæ cũ tẽperata & ordinata fuerint, cõgruũt uiuificationi, & nunquam recedit anima. Si uero distemperata & confusa fuerint, inuita recedit anima, secũ trahẽs omnia, sensum, imaginationẽ, rationẽ, intellectũ, intelligentiã, concupiscibilitatẽ, & irascibilitatẽ, & ex his secundũ merita afficitur ad delectationem siue ad dolorẽ. Corpus autẽ quod prius integrũ tanquã organum contemperatũ & dispositũ erat, ut melos musicum in se cõtineret & tactum resonaret, nũc confractum & inutile è regione iacet. Anima uero recurrentibus ad regiones suas elementorum partibus, non habens ubi uires suas exerceat

De cõparatio ne animæ ad ea de quib. corpus constat.

† ideo spiritui similiora

Corporis compositio

Universidad de Deusto
Biblioteca

exerceat,requieſcit ab his tantũ motibus quibus corpus per tempus & locum mouebat, ipſa per tempus illocaliter mota,quoniam & ſi organum perſit, ſed non melos, nec quod organum mouebat. Anima inter deũ & corpus poſita per tempus mouetur, uel reminiſcendo quod oblita fuerat,uel diſcẽdo quod ignorabat,uel uolẽdo quod nolebat:per locũ uero nõ mouetur,quia per loci ſpatia nõ diſtendit. Deus aũt corpore nõ eget ut ſit,nec loco,ut alicubi, nec tẽpore, ut aliquando, nec cauſa,ut alicũde,nec forma,ut aliquid,nec ali quo genere ſubiectũ in quo ſubſiſtat uel cui aſſiſtat. Habet anima quandã propriã naturã,omnibus his mũdanæ molis elemẽtis excellentiorẽ, qua ueraciter nõ poſsit in aliqua phãtaſia corporaliũ imaginũ quas per ſenſum carnis ꝓcipimus cogitari,ſed mẽte intelligi uitaq; ſentiri. Intelligi poteſt,ſentiri nõ poteſt. Nõ enim eſt corpus, nec deus;nec uita ſine ſenſu, qualis eſt in arboribus, nec uita ſine rationali mẽte, qualis eſt in animalibus,ſed uita & uita perpetua. Nunc quidẽ minor ꝙ̃ angelorũ eſt et futura qualis angelorũ,ſi ex ꝓcepto ſui creatoris uixerit. Præceptũ autem eius eſt,ut in dilectione eius maneamus. Manete,inquit,in dilectione mea. Per dilectionẽ nãq; ſibi rationalem creaturã copulauit,ut eũ ſemper haberet & in ipſo ſemper maneret, de eo & in eo delectans gaudens & exultãs. Per dilectionẽ creatori ſuo et ſibi inuicẽ rationalis creatura copulata eſt: ſolũ nanq; dilectionis uinculum eſt quod ligat utroſq; in idipſum. Per amorẽ dei omnes ei adhæremus,per amorẽ proximi omnes adinuicẽ unũ ſumus,ut bonũ cõmune omniũ fiat ſingulorũ, & quod quiſq; in ſe non habet, in altero poſsideat. Charitas eſt uia dei ad homines & uia hominum ad deum. Per charitatẽ enim uenit deus ad homines,uenit in homines, factus eſt homo. Per charitatẽ homines diligunt deũ, eligunt deũ, ad deum currunt,ad deũ perueniunt. Sic etiã familiaris eſt deo charitas,ut ipſe manſionem habere nolit ubi charitas nõ fuerit. Si ergo charitatem habemus, deũ habemus,quia deus charitas eſt. Miſer ego quantũ deberem diligere deum meũ,qui me fecit cum nõ eram,redemit cum perierã. Non erã, de nihilo me fecit, nõ lapidem, nõ arborẽ, nõ auem, uel aliquod de animalibus,ſed hominẽ me uoluit eſſe,dedit mihi uiuere,ſentire, diſcernere. Periram,& ad mortalitatẽ deſcẽdit,mortalitatẽ ſuſcepit,paſſionẽ ſuſtinuit,mortẽ uicit,& ſic me reſtaurauit. Perierã & abierã,quoniã in peccatis meis eram uenundatus:uenit ille poſt me ut redimeret me,& tantũ dilexit me ut ſanguinis ſui preciũ appenderet pro me, taliq; pacto reduxit me de exilio,& redemit de ſeruitio. Nomine etiã ſuo uocauit me,ut memoriale ſuũ ſemper eſſet apud me. Vnxit me oleo lætitiæ quo ipſe erat unctus,ut ab uncto eſſem unctus,& à Chriſto dicerer Chriſtianus. Sic gratia eius & miſericordia ſemper ꝓſequerunt me. De multis nanq; periculis ſæpe liberauit me liberator meus,quãdo errabã reduxit me, quãdo ignorabã docuit me, quãdo peccabã corripuit me,quando triſtabar cõſolatus eſt me,quãdo deſperabã cõfortauit me, quãdo cecidi erexit me, quando ſteti tenuit me, quando iui duxit me, quando ueni ſuſcepit me. Hæc & multa alia fecit mihi deus meus, de quibus dulce eſt mihi ſemper loqui, ſemper cogitare, ſemper gratias agere, ut pro omnib. beneficijs ſuis poſsim ſemper eũ laudare & amare. Cũ enim cũctis ſit præſidẽs, ſingulos implẽs, ubiq; preſens, uniuerſorũ curã agens, & tam ſingulis ꝙ̃ omnib. prouidẽs,ita totũ ad cuſtodiã meã ſtabo,quaſi omniũ oblitus ſit, & mihi ſoli intẽdere uelit. Semper ſe præſentẽ exhibet,ſemper ſe paratũ offert,ſi me paratũ inuenerit. Quocunq; me uertero nõ me deſerit, niſi ego prior eũ deſeram. Vbicunq; fuero non recedit à me, quoniam ubiq; eſt,ut quocũq; iero inueniã eum cum quo poſsim eſſe. Quicquid fecero pariter aſsiſtit, utpote perpetuus inſpector omniũ cogitationũ, intentionũ & actionũ mearum. Cũ hæc diligenter cõſidero,timore pariter & ingenti rubore cõfundor,quia illum ubiq; mihi præſentẽ & omnia occulta mea uidentem intueor. Multa enim ſunt in me de quibus corã oculis eius erubeſco,& pro quibus ei ualde diſplicere timeo. Nec pro his omnibus quid illi rependã habeo, niſi tantũ ut diligã eum. Non enim melius nec decentius ꝙ̃ per dilectionem rependi poteſt,quod per dilectionẽ datum eſt. Hæc præter rem dixiſſe uideor, ſed forte nõ præter utilitatẽ mihi, & ijs qui mecũ ſentiunt quæ ego ſentio. Anima præſentia ſua corpus uiuificat,& ſic collĩgata eſt ei,ut nec cũ uelit inde ſegregare ſe poſsit,nec retinere cum ſui creatoris iuſſionẽ audierit. In uita ſiquidẽ animæ conſiſtit uita corporis,et de morte corporis deſcẽdit mors animæ. Sicut enim anima uita ſua facit carnẽ uiuere,& de fonte naturæ ſuæ irrigat animãdo: ſic caro per corruptelã materiæ ſuæ animã, ſi cupiditatibus illicitis illigauerit, occidit. Et cũ altera natura alterius uideatur, tranſit unaquæq; in uictricis naturã,id eſt, ut aut carnẽ ſpiritalẽ anima uirtutibus ſuis præſtet,aut animã carnalem caro uictrix eius efficiat. Anima tamẽ nihil de morte habere poteſt, niſi per uitia ei propinatũ fuerit. Nec caro aliquid de uita retinere poteſt, niſi ab anima fuerit irrigata. Nec in alterius naturã altera trãſire poteſt,niſi aut uitijs infecta,aut uirtutib. deſerta fuerit. Ratione inſignita eſt anima,qua artibus docetur egregijs & diſciplinis inſtruitur eximijs, ut diuina ſapiat,& humana pertractet, atq; ſic cætera animalia decẽter excellat, utpote ſubſtantia rationalis. In hoc enim proprie eſt anima ſubſtãtia rationalis,id eſt, ſpiritus rationalis. Immortalis eſt anima, ne à creatoris ſui ſimilitudine diſcrepare uideaẽ. Nõ enim poterat eſſe imago & ſimilitudo dei,ſi mortis termino clauderetur. Secũdũ quendã modũ uitæ quẽ nullo modo poteſt amittere, immortalis eſt. Secundũ uero quandã mutabilitatem qua poteſt uel melior uel deterior fieri, mortalis eſt. Et ſicut mortalis eſt cũ beate uiuere perdit, licet miſere uiuere amittere nõ poſsit, ſic reſpectu

Per quid anima unitur deo Cap. XVI

Exhortatio ad amorẽ dei. Cap. XVII

Anima quo ſit in loco. Cap. XVIII

reſpectu incorporei dei corporea eſt. Nihil enim inuiſibile & incorporeũ natura credendũ eſt præter ſolum deũ, id eſt, patrẽ & filium & ſpiritũſanctum. Qui ex eo incorporeus & inuiſibilis dicit, quia infinitus & incircũſcriptus eſt & ſimplex,& ſibi omnib. modis ſufficiẽs ſeipſo & idipſum. Et cum ubiq; ſit, in ſemetipſo inuiſibilis & incorporeus eſſe dignoſcit. Omnis uero rationalis creatura corporea eſt,angeli et omnes uirtutes corporeæ ſunt,licet nõ carne ſubſiſtãt. Ex eo enim intellectuales naturas corporeas eſſe dicimus, quia loco circũſcribunt, ſicut & anima humana quæ carne clauditur,quæ idcirco eſſe in loco & localis dici poteſt. In loco, quia hic & alicubi præſens eſt: Localis, quia quod alicubi præſens eſt totũ, alibi nõ eſt. Nõ habet tamẽ corporalẽ dimẽſionẽ, nec corporalẽ circumſcriptionẽ, quoniã corporalis quãtitatis expers eſt. Sed quia per præſentiam & operationẽ in loco cõcluditur, localis & ipſa dicitur, uerũtamen nõ ſicut corpus, cui ſecundum locum,principiũ,mediũ & finis aſsignatur. Reſpectu uero naturæ incorporeæ quæ ſumme incommutabilis ubiq; eſt, corporea eſt anima, quoniam tale aliquid nõ eſt ipſa:nec tamẽ per loci ſpatium ita ſiſtitur uel mouet, ut maiori ſui parte maiorẽ locũ occupet,& breuiore breuiorẽ,minorq; ſit in parte ꝙ̃ in toto. Per omnes ſiquidẽ particulas corporis tota ſimul adeſt, nec minor in minoribus, nec in maiorib. maior. Sed alicubi intẽſius, alicubi remiſsius, & in omnib. tota & in ſingulis tota eſt. Sicut enim deus ubiq; eſt totus in toto mũdo, & in omni creatura ſua: ſic anima ubiq; tota in toto corpore ſuo, tanq; in quodã mundo ſuo, intenſius tamen in corde & in cerebro, quemadmodũ deus præcipue dicit eſſe in cœlo. Inuiſibilis & incorporea eſt anima: ſi eñ uiſibilis eſſet, corporea eſſet. Et ſi corporea eſſet, partibilis eſſet, et partes haberet, neq; tota ſimul in uno loco eſſe poſſet. Nullũ enim corpus aut ſimul tãgi totũ poteſt, aut ſimul tãgere totũ poteſt. Anima uero in quibuſcũq; ſuis motibus uel actibus tota ſimul adeſt. Tota uidet, & tota uiſorũ meminit. Tota audit, & tota ſonorũ reminiſcitur. Tota odorat, & tota odores recolit. Tota per linguã & palatũ ſapores ſentit & diſcernit. Tota tangit, & dura & mollia. Tota ſimul approbat uel improbat. Calida uero uel frigida ſummo tantũ digito tota diſcernit. Tota eſt uiſus, tota eſt auditus, tota meminit: & cũ tota meminit, tota eſt memoria. Cum tota uult, tota eſt uolũtas. Cũ tota cogitat, tota eſt cogitatio. Cũ tota diligit, tota eſt dilectio. Poteſt nãq; ex parte cogitare, & ex parte diligere. Habet anima affectiones quib. exercẽt ad uirtutes. Dolor nãq; de peccatis, timor de ſupplicijs, deſideriũ de promiſſis, & gaudiũ de premijs quædã exercitia ſunt uirtutũ. Habet etiã uirtutes quibus inſtruitur & armatur cõtra uitia. A prudẽtia nanq; ſcit quid deb eat facere: temperantiã habet contra proſpera, fortitudinẽ cõtra aduerſa, iuſtitiam qua ſcit quid cuiq; debeat reddere. Prudẽtia eſt ſcire quid poſſit, fortitudo facerq; quod poſsit, tẽperãtia nõ præſumere quod non poſsit: iuſtitia non uelle plus ꝙ̃ poſsit: Prudẽtia eſt in eligendis: temperantia in utẽdis: fortitudo in tolerãdis: iuſtitia in diſtribuẽdis. Prudentiæ eſt nihil pœnitẽdum appetere, & nihil præter iuſtũ uelle facere. Temperantiæ eſt nihil præter turpia timere,& quicqd agimus uel cogitamus ad rationis normã dirigere. Fortitudinis eſt terrenas cupiditates nõ ſolum reprimere, ſed penitus obliuiſci. Iuſtitiæ eſt omnẽ animi cogitationẽ ad ſolum deum dirigere, eumq; tanquã nihil aliud ſit ſola mentis acie intueri. Habet autẽ anima ſacramẽtales uirtutes quibus initiatur, id eſt, fidem, ſpem, ſacramentũ baptiſmi, inunctionem, confirmationẽ, & cætera quibus deo conſecratur. Habet etiã uirtutes quib. proficit & quibus deo coniũgitur, ut eſt humilitas, puritas, charitas. Humilitas eã deo ſubijcit, puritas iũgit, charitas unit. Habet quoq; anima uires quib. corpori cõmiſcetur, quarũ prima eſt naturalis, ſecunda uitalis, tertia animalis. Et ſicut deus trin⁹ & unus, uerus & perfectus omnia tenet, omnia implet, omnia ſuſtinet, omnia ſuperexcedit, oñia circumplectit: ſic anima his tribus uirib. per totũ corpus diffundit, nõ locali diſtẽſione, ſed uitali intẽſione. Naturalis nãq; uirtus operat in hepate ſanguinẽ & alios quoſcq; humores, quos ꝓ uenas ad omnia corporis mẽbra trãſmittit, ut inde augeant & nutriãtur. Vis iſta quadrifaria eſt. Diuidit nanq; in appetitiuã, retentiuã, expulſiuã, & diſtributiuam. Appetitiua quæ ſunt neceſſaria corpori appetit. Retentiua ſumpta retinet, donec ex illis digeſtio utilis fiat. Expulſiua nociua & ſuperflua expellit. Diſtributiua bonos bonorũ ciborũ humores omnibus membris diſtribuit, prout cuiq; expedit.

Vis uitalis eſt in corde, quę ad tẽperandũ feruorẽ cordis aerẽ hauriẽdo atq; reddẽdo, uitã & ſalutẽ toti corpori tribuit. Aere nãq; puro ſanguinem purificatũ per totũ corpus impellit per uenas pulſatiles, quæ arteriæ uocant. Ex quarũ motu tẽperantiã atq; diſtemperantiã cordis phyſici cognoſcũt. Iſtas uires habẽt oñia animalia, & ideo corporis magis uidẽtur eſſe ꝙ̃ animæ, cũ anima ſit uita corporis. Vis animalis eſt in cerebro, & in de uigere facit quinq; ſenſus corporis. Iubet eñ uoces ædere, mẽbra mouere. Tres nãq; ſunt uentriculi cerebri. Vnus anterior à quo omnes ſenſus, alter poſterior à quo oñis motus, tertius inter utrũq; medius, id eſt, rationalis. Corporis ſenſus ſic fiũt. Quod eſt in corpore ſubtiliſsimum & ob hoc animæ ſimili⁹ & uicinius ꝙ̃ cętera, id eſt, lux, primũ per oculos ipſos diffundit emicatq; in radijs oculorũ ad uiſibilia intuẽda, deinde mixtura quadã primo cũ aere puro, ſecundo cum aere caliginoſo atq; nebuloſo, tertio cũ corpulẽtiore humore, quarto cũ terrena craſsitudine, quinq; ſenſus cũ ipſo ſenſu oculorũ perficit, ubi ipſa ſola excellit. Iſti ſenſus quia in ſola facie prælocati ſunt, ideo ſcriptũ arbitror, quoniã dominus in faciem inſufflauit homini ſpiraculũ uitæ, & factus eſt in animã uiuẽtem. Anterior quippe pars poſteriori merito præponit: quia iſta ducit, & illa ſequit, ab iſta

Anima quo ſit in loco. Cap. XIX

Vis cordis. Cap. XXI

Vis cerebri. Cap. XXII

Universidad de Deusto
Biblioteca

ista sensus,& ab illa motus,sicut consiliū precedit actionē. Istę uires tam animę q̄ corporis dici possunt,quia ab anima in corpore fiunt, nec sine utroq; fieri possunt.In prima parte cerebri uis animalis uocatur phantasticalis, id est, imaginaria, quia in ea corporaliū rerum similitudines & imagines continētur,unde & phantasticū dicitur. In media parte cerebri uocatur rationalis, quia ibi examinat & iudicat ea quæ per imaginationē repręsentātur.In ultima parte uocatur memorialis, quia ibi commendat memoriæ ratione iudicata.

De falsis imaginib. animæ. Cap. XXIII

Aliud est itaq; in nobis quo corpora sentimus, quod quinq; corporis sensib.facimus. Aliud quo nō corpora, sed corporibus similia cernimus,ubi & nos ipsos non aliter q̄ similes corporib. intuemur. Aliud quo nec corpora nec corporū similitudines cōspicimus,sed alias res quę non habent imagines sui similes,sicut est deus, & ipsa mēs rationalis,uel intelligentia,uel ratio:sicut etiam uirtutes,prudentia,iustitia, castitas, charitas, pietas, & quæcunq; aliæ sunt quas intelligēdo uel cogitando enumeramus,discernimus, & definimus. Porro anima nō est corpus,quia nō omnis similitudo corporis corpus est. Dormiēti enim tibi in somnis uelut corpus apparebit, neque id corpus tuū sed anima tua:nec uerū corpus,sed similitudo corporis tui.Iacebit enim corpus tuū, ambulabit ipsa. Tacebit lingua corporis tui, loquetur ipsa. Clausi erūt oculi tui,uidebit ipsa:& ita in ea tota & integra cernet similitudo carnis tuæ. In hac similitudine quasi per loca cognita uel incognita discurrit,& sentit lęta uel tristia. Anima etiā mortui sicut dormientis in ipsa similitudine corporis sui sentit seu bona seu mala:nō sunt tamē corporalia,sed corporib.similia,quibus animę corporibus exutæ afficiunt seu bene seu male, cū & ipsæ suis corporib. similes sibimet appareāt. Sūt tamē & uera lætitia & uera molestia, facta de substātia spiritali in substātia spiritali.Certū nēpe est quandam spiritalem naturā esse in nobis, ubi corporaliū rerū similitudines aut formantur aut formatæ ingerūtur:siue cū præsentia aliquo sensu corporis tāgimus, & cōtinuo eorū similitudo in spiritu formatur,& in memoria recōditur: siue cū absentia iam nota,uel quæ nō nouimus cogitamus, ut inde formetur quidam spiritalis intellectus.Innumerabilia etiam pro arbitrio & opinatione fingimus,quę uel nō sunt,uel esse nesciūtur.Innumerabiles quoq; & uariæ formæ rerū in animo nostro uersantur,uel cum aliquid facimus uel facturi sumus:aliquo etiā spiritu rapiente tollitur anima in huiusmodi uidēda seu bona seu mala.Nimia quoque intētione cogitatiōis uel aliqua ui morbi, ut phreneticis per febrē accidere solet,seu cōmixtione alterius cuiusdā spiritus seu boni seu mali, ita corporaliū rerum imagines in spiritu exprimuntur, tanquā corpora ipsius corporis sensibus præsententur,ut absentia uideātur adesse tanquā præsentia,& quæ non sunt tanquā præ oculis assint. A dormientibus etiā multa uidētur, uel nihil uel aliquid significantia. Vnde sępe imagines rerum corporaliū tanta illis expressione repræsentātur in somnijs, quāta ipsa corpora præsentātur uigilantibus,ut inter uisionē dormientiū & uerā commixtionē uigilantiū non discernatur,sed cōtinuo eis caro moueatur,& contra propositū suum uel contra licitos mores cōcūbere uideātur, & quod naturaliter collectum est per genitales uias emittatur.Hunc motū casti uigilantes cohibent & refrenant.Dormiētes autē ideo nō possunt,quia in potestate nō habent imaginis corporalis expressionē:qua caro naturaliter mouetur, & sequitur quod coitū sequi solet, & quod sine peccato à uigilantib. fieri non potest. Sic in spiritu & corporaliū rerum imagines apparēt,& multa pro arbitrio fingūtur,uel præter arbitriū demonstrantur. Ipsa nāq; anima quę motu proprio semper in motu est,quia per corpus non sinitur, uel non plene sinitur corporalia sentire, uel ad corporalia uim suæ intentionis dirigere, corpore sopito, spiritu corporaliū similitudines aut ipsa agit,sicut & imagines corporū cogitādo ex seipsa uersare assolet, aut obiectas intuetur,cū in eas uidēdas aliquo spiritu assumitur. Anima est substantia spiritalis, simplex, indissolubilis,incorporea, passibilis atq; mutabilis,carēs pondere,figura & colore.Nō est credēda pars,sed creatura dei,nec etiā de substantia dei,uel de qualibet elemētorū materia, sed ex nihilo est creata.Si enim ex semetipso eā deus fecisset,nequaquā uitiosa aut mutabilis aut misera esset.Si aūt ex elementis facta fuisset,esset corporea:cum sit incorporea, ignotam habēs originē, initium habet,finem non habet.Et cum sit spiritalis naturæ,nihil habet mixtū concretumq; terrenum,nihil humidū uel aereū uel igneū. Nullum habet colorem,nullo loco continetur,nullis mēbris circumscribitur, nullo spatio finitur: sed ita est cogitanda & intelligenda,sicut sapientia,iustitia, & cæteræ uirtutes ab omnipotēte creatæ. Natura animæ inuisibilis est,ideo inuisibiliter in corpore manet,& de corpore inuisibiliter egreditur. Per corpus corpora uidet, sicut cœlum & terrā, & quæ in eis cōspicua sunt oculis nostris.Spiritu autē corporū similitudines intuetur. Quicquid enim corpus nō est,& tamē aliquid est,'recte iam spiritus dicitur. Idcirco quadā ui occulta & spirituali rapitur anima,ut uice corporū expressas corporalium rerū similitudines in spiritu uideat.Sed intellectu ea quæ nec corpora nec corporum formas habent cōspicit,sicut est iustitia & sapientia, & uelut ipsa mēs & omnis animæ affectio bona. Ista tria genera uisionū manifesta sunt.Primū corporale,quo per corporis sensus corporalia sentiuntur.Secundū spiritale, quo corporū similitudines spiritu,nō mente cernūtur.Tertiū intellectuale,quo illæ res quę nec corpora nec corporū formas habēt conspiciūtur. Intellectuali uisione nūquam fallitur anima: aut enim intelligit & uerū est:aut si uerum non est, non intelligit. In uisione autē corporali sæpe fallitur anima,cū in ipsis corporibus fieri putat quod fit in corporis sensibus. Sicut nauigantibus uidētur in terra moueri,quæ

De multiplici uisu animæ. Ca. XXIIII

Tria genera uisionum animæ

stant,& intuentibus cœlū sydera stare, quæ mouētur, & diuaricatis radijs oculorū res una duas formas habere uidetur, & unus homo duo capita,& in aqua remus infractus,& multa huiusmodi. In uisione etiā spiritali anima fallit & illuditur, quoniā ea quę uidet aliquādo uera, aliquādo falsa,aliquādo perturbata,aliquādo tranquilla sunt. Ipsa aūt uera aliquādo futuris omnino similia,uel aperte dicta:aliquādo obscuris significationib.et quasi figuratis locutionib. prænūciata. In ecstasi uero quādo ab omnib. corporis sensibus alienatur & auertitur anima, amplius q̄ in somno solet, sed minus q̄ in morte,nō fallitur. Sed ipsa mente diuinitus adiuta,uel aliquo ipsa uisa exponente, sicut in Apocalypsi Ioanni exponebatur,magna reuelatio est.Cū enim bono spiritu assumitur anima,falli nō potest,quia sancti angeli miris modis uisa sua facili quadā ac prępotēti unitione uel cōmixtione nostra esse faciūt, & uisionē suā quodā ineffabili modo in spiritu nostro informāt.Ipsi siquidē his corporalib. iudicādis atq; ministrandis pręsunt, & eorū significatiuas similitudines in spiritu ita discernūt,& tanta potētia quodammodo tractant,ut eas etiā possint hominū spiritib. reuelando miscere.Inde est q̄ angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens:Noli timere accipere Mariā coniugē tuam. Et iterū: Tolle puerū & matrē eius,& fuge in Aegyptum. Deus etiā per prophetā dicit:Effundā de spiritu meo super omnem carnē,& iuuenes uisiones uidebūt, & senes somnia somniabūt. Sunt & alia uisa usitata & humana,quę uel ex ipso spiritu nostro multipliciter existūt,uel ex corpore spiritui quodāmodo suggerūtur,sicut fuerimus affecti à carne uel animo. Nō enim solū uigilantes homines curas suas cogitādo uersant in similitudinibus corporū, uerū etiam dormiētes hoc sępe somniant quo indigēt. Nam & negocia sua gerūt ex animi cupiditate,et epulis & poculis inhiāt instāter, si forte esuriētes sitientesq; dormierint. Vigilantibus etiā occulto quodā instinctu ingestas esse cogitationes quas diuinarēt nouimus:Sicut Caiphas pontifex prophetauit,cum eius intētio prophetādi uolūtatem nō haberet.Multa uidet anima, & eadem natura est omniū uisionū,siue in uigilantibus,siue in dormientibus, siue in agrotātibus:quoniā nō ex alio genere sunt quę uidentur, q̄ ex natura spiritus de quo uel in quo fiunt similitudines corporū. Visa siquidem phreneticorū similia sunt uisis somnientium:obturatas nanq; uias sentiēdi habent, ut uideant quod somniātes uident. Visa etiā somnientium similia sunt cogitationibus uigilantiū.Dormientibus quippe in cerebro consopitur uia sentiendi, quæ intentionē ad oculos ducit. Ideoq; ipsa intentio in aliud uersa,cernit uisa somniorū tāquam species corporales assint,ut sibi dormiētes uigilare uideantur,& non similia corporibus,sed ipsa corpora intueri se putent. Ego autem multo amplius admiror & uehemētius stupeo, quāta celeritate ac facilitate in se anima fabricet imagines corporū, quas per corporis oculos uiderit, quam phreneticorū uel somniantiū,uel etiā in ecstasi uisiones. Quæcunq; tamen illa natura uisorum est, proculdubio corpus nō est.Nō enim corpora uisa illas imagines in spiritu faciunt,nec eā uim habēt ut aliud spiritale formēt,sed ipse spiritus in se ipso celeritate mirabili, utpote spiritalis, intellectualis, & rationalis. Omniū quę sibi uidere uidentur dormiētes, quinq; sunt genera, uidelicet, Oraculū,uisio,somniū,insomniū, & phantasma. Oraculū est, cū in somnis parēs uel aliqua sancta grauisq; persona,seu sacerdos,uel etiā deus euenturū aliquid aperte uel nō euenturū, faciendū uel deuitandū denunciat. Visio est,cū id quod uidet quis,eodē modo quo apparuerat euenit.Somniū est figuris tectum,et sine interpretatione intelligi nō potest.Insomniū est quando id quod fatigaue rat uigilantē ingerit se dormiēti, sicut est cibi cura uel potus,uel aliqua studia,uel artes,uel infirmitates.Secundum nanq; studia quæ quisq; exercuit somniat,& solitarū artiū simulacra in pręsentia mētis impressa apparēt in somnis.Iuxta etiam infirmitatū diuersitates diuersa accidunt somnia. Etiam secundū morū & humorū uarietates uariantur & somnia. Alia nanq; uidēt sanguinei, alia cholerici, alia phlegmatici, alia melancholici. Illi uident rubea & uaria,isti nigra & alba. Phantasma est,quādo qui uix dormire cœpit & adhuc se uigilare æstimat,aspicere uidetur irruentes in se, uel passim uagātes formas discrepātes & uarias, lætas uel turbulētas. In isto genere est ephialtes, quē publica persuasio quiescētes opinat inuadere,& pondere suo pressos ac sentientes grauare. Quod nō est aliud q̄ quædam fumositas à stomacho uel à corde ad cerebrū ascēdēs, & ibi tum animalem cōprimēs. Dicit etiā humana opinio,q̄ quadā arte mulierū & potestate dæmonū homines cōuerti possint in lupos & iumēta, & quæq; necessaria portare,& post peracta opera iterū ad se redire:nec fieri in eis mentē bestialē, sed rationalē humanamq; seruari.Hoc sic intelligendū est, quoniā dæmones naturas nō creant, sed aliquid tale facere possunt ut uideātur esse quæ nō sunt. Nullā enim arte uel potestate animus,sed nec corpus quidē aliqua ratione in mēbra uel in lineamēta bestialia ueraciter cōuerti potest. Sed phāstasticum hominis quod etiā cogitādo siue somniando per rerū innumerabiliū genera uariatur:& cū corpus nō sit,corporū similes formas mira celeritate capit.Sopitis autē & oppressis hominī sensibus corporeis,ad aliorū sensum figura corporea perduci potest:ita tamē q̄ corpus ipsum hominis alicubi iaceat,uiuēs quidē sed multo grauius atq; oppressius q̄ somno suis sensibus obseratis:phāstasticū autem illud ueluti formatū in alicuius animalis imaginē, alienis sensibus appareat, taliscp; homo sibi uideat,qualis sibi uideri posset in somnis,portare onera,Quæ onera si uera sunt corpora,portant à dæmonibus, ut illudat hominibus, partim uera onerū corpora,partim falsa iumēto rū cernētibus. Humanū spiritum aliquādo bonus,aliquando malus assumit spiritus, nec facile

Alia uisionum genera

Quinq; sunt genera somniorum. Cap. XXV

ἐφιάλτης quasi insultator dictus

Spectra. Cap. XXVI

Spiritus quidē afficiūt mentē hominis, sed solus deus imprimit.

plet. XXVII

Universidad de Deusto
Biblioteca

discerni potest à quo spiritu assumatur, nisi quia bonus instruit, malus fallit. Fallit aũt sæpe in manifestis bonis, ut cum sibi in eis creditũ fuerit, ad sua seducat. Sic plerunq; humanũ spiritum rapit, ut quadã occulta mixtura quasi idẽ spiritus esse uideatur, & spiritus patiẽtis, & spiritus uexantis, ut in dæmoniacis uidemus. Animã tamen hominis, id est, mentẽ, nulla creatura iuxta subsãtiam implere potest, nisi sola trinitas. Implere aũt dicitur satanas, mentẽ alicuius & principale cordis, nõ ingrediens quidẽ in eum & in sensum eius, sed fraude & iniquitate: atq; omni malitia illum allíciens, atq; seducẽs affectu malitiæ, trahit per cogitationes & incentiua uitiorũ, quibus ipse plenus est, utpote fallax nequã & fraudulẽtus deceptor animarũ. Nõ enim participatione naturę seu substantiæ, ut quidã putant, animã implet diabolus, aut eius habitator efficit, sed per fraudulentã deceptionẽ atq; malitiã, in eo habitare dicitur quem implet. Solius enim trinitatis est intrare & implere naturã siue substantiã quam creauit. Dæmones, & acrimonia sensus, & celeritate motus aerei corporis, terrenorũ corporũ sensum facile prędedunt, & quædã cogitata prænũciant quę homines mirantur propter tarditatẽ terreni corporis. Accesit autẽ dæmonibus per tam longũ tẽpus, quo eorũ uita protenditur, rerũ longe maior experientia q̃ hominib. potest euenire propter breuitatem uitæ. Idcirco quædã futura prędicunt & quædã mira faciunt, quibus homines allíciunt & seducũt. Vnde quædã mulierculæ post satan conuersæ, dæmonũ illusionibus & phãtasmatibus seductæ, credunt se & profitentur nocturnis horis cum Diana paganorũ dea, uel cũ Herodiade & Minerua & innumera mulierũ multitudine equitare, earumq; iussionibus obtẽperare. Ipse nanq; Satanas, qui trãsfigurat se in angelũ lucis, cũ mẽtem cuiusq; mulierculę ceperit, & hãc sibi per infidelitatem subiugauerit, ilico trãsformat se in diuersarum personarũ species ac similitudines: & mentẽ quã captiuã tenet in somnis deludẽs, modo lætа & modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendẽs per deuia quæq; deducit. Et cum solus hoc patitur spiritus infidelis, nec in animo sed in corpore euenire opinatur, idcirco nimis stultus & hebes est qui hæc omnia quæ in spiritu fiunt etiã in corpore accidere arbitratur, cũ Ezechiel & alij Prophetæ, Ioannes etiã Euãgelista & Apostoli in spiritu, nõ in corpore uisiones uiderint. Cum homines mortui, siue uigilantibus uel uigilantib. apparent, nõ in ipsis rebus ut sunt uidentur, sed in quibusdam similitudinibus rerum. Istud autẽ angelicis operationibus fieri credimus, per dispẽsationem prouidẽtiæ dei, bene utentis bonis uel malis secundũ inscrutabilem altitudinẽ iudiciorũ suorum: siue hinc instruãtur mentes mortalium, siue fallantur, siue cõsolentur, siue terreãtur: sicut unicuiq; uel præbenda est misericordia, uel irrogãda iustitia, ab eo cui misericordiã & iudiciũ non inaniter decantat Ecclesia. Ibi siquidem sunt spiritus defunctorũ, ubi non uident neq; audiũt quę agunt aut eueniũt in ista uita homínibus. Ita tamen est eis cura de uiuis, quanquã quid agant omnino nesciant, quemadmodũ cura est nobis de mortuis, quãuis quid agant utiq; nesciamus. Nesciũt quidẽ mortui quid hic agatur: sed dum hic agit, postea audire possunt ab eis qui hinc moriẽdo ad eos pergunt: nõ quidem omnino, sed quantũ sini tur eis indicare et eos oportet audire. Scire etiam possunt ab angelis qui hic nobis præsto sunt, & animas nostras ad illos deferunt. Spiritu etiã dei reuelãte cognoscere possunt quæ hic agunt quæ necessariũ est eos cognoscere. Quidã etiã ex mortuis ad uiuos rapi possunt: nõ per propriam naturam, sed per diuinã potentiã. Vtrũ tamẽ ista fiant per eorum præsentiã, aut per angelos susciptẽtes eorum personã, affirmare non audeo. Deus enim omnipotẽs qui est ubiq; præsens, per angelica ministeria usq; quaq; diffusa potest præbere ista hominibus solatia quibus in huius uitæ miseria iudicat esse præbenda. Potentiæ animæ atq; uirtutes longa exercitatione & successu temporũ crescunt. Ipsa uero nec crescit nec decrescit, sed aut imparilitate membrorũ, aut humorũ crassitudine & eorũ corruptione præpedita, uires suas exercere non potest. Anima carne exuta uiuit, uidet, audit, & omnes sensus atq; ingenia uiuacíter tenet: utpote pura, subtilis, cita, & perpetua. Et sicut deo ubiq; in semetipso est, sic anima ubiq; quodãmodo in semetipsa est: ac per hoc ibi erit anima post corpus, ubi erat agẽs in corpore. Ibi deus est modo, ubi erat priusquã mundus fieret, ubi etiã foret si mũdus desineret esse. Sicut sæpe dictum est, incorporea est anima: potest tamẽ habere similitudinẽ corporis, nõ corporalẽ, sed corpori similem, & corporaliũ omnino membrorũ, cum de corpore egreditur. Sic enim aut ad spiritalia pro meritis fertur, aut ad loca pœnalia similia corporalibus: qualia sæpe demõstrata sunt ijs qui rapti sunt à corporis sensibus, & mortuis similes iacuerũt: cum & ipsi in seipsis gererent quandã similitudinem corporis sui, per quã possent ad illa ferri, & talia similib. sensibus experiri. Animæ siquidem quæ in corporibus uiuẽtes per dilectionẽ rerũ uisibiliũ corporalib. imaginibus afficiũtur, à corporibus exeũtes in eisdẽ imaginib. tormẽta patiuntur. Propterea enim corporalib. passionibus ibi teneri possunt, quia à corruptione corporaliũ affectionũ hic mũdatæ nõ fuerũt, quã corpulentiã de carnis delectatione traxerũt. Quædã autẽ animæ in eisdẽ locis in quibus culpã cõmiserunt puniuntur, quædã uero abditis receptaculis usq; ad ultimã resurrectionẽ continẽtur, sicut digna est unaquæq; requie uel miseria. Multa de anima dixi, sed nondũ dixi quando facta est, uel quãdo de corpore egredietur. Quod primum posui, postea dicam: quod est ultimum hoc nõ dicere possum, quia nec initiũ meum nec finẽ scio. Nescio unde uenio, aut quò uado: sed planè scio, q̃ mortales sumus: & uelimus, nolimus, omnes moriemur. Nihil enim morte certius, & nihil incertius hora mortis

tis, Nã nescímus quãdo, aut quomõ, aut ubi moriemur, quoniã mors ubiq; nos expectat. Idcirco semp debemus esse parati, ut cũ corpus reuertetur ad terrã de qua sumptũ est, spiritus redeat ad eũ qui dedit illũ. Illud siquidẽ nos maxime mouere debet, q̃ à ueteríb. sapiẽtibus ita homo definitus est, Homo est animal ratiõale mortale. Hoc genere posito, quod animal dictũ est, additas duas differẽtias uidemus, quib. admonẽdus erat homo, & quò sibi esset redeundũ. & unde fugiẽdũ. Sicut em̃ progressus animæ usq; ad mortalia lapsus est: sic regressus eius in rationẽ esse deberet, qua impugnãtib. uitijs resistere ualeat, ut secũdũ naturã suã uiuat, & ordinari appetat, sub illo uidelicet à quo regi debet, & supra ea quæ regere debet. Vno uerbo, quod rationale dicit̃, separatur à bestijs. Alío, quod mortale, separat̃ à diuinis. Illud nisi retinuerit, bestia erit: hinc nisi se auerterit, ad diuina non perueniet. Idcírco ut homo sibi incognitus cognoscat se, magna opus habet cõsuetudine recedẽdi à sensibus, ut animũ ad se colligat, & in seipso retineat. His siquidẽ sensib. impedit̃ anima ne cernere semetipsam ualeat & creatorẽ suũ, quẽ sola et simplex sine istis oculis intueri debet. Anima nãq; ratiõalis inter eas res quę sunt à deo cõditæ, superat omnia, & ideo deo proxima est quãdo est pura, eiq; inquantũ charitate cohæserit, intantum ab illo lumine intelligibili perfusa quodãmodo & illustrata, nõ per corporeos oculos, sed p̃ sui ipsius principale, id est, p̃ intelligentiã deũ cernit, in quo est pfectíssima pulchritudo & beatíssima uisio, quã uisione fit beata. Remoueat ergo à cõsideratione sua omes notitias quæ p̃ corporis sensus extrinsecus capiunt̃. Quæ nãq; corporalia, eorũq; similitudines, sensus quoq; & imaginationes in memoria infixæ, cũ recordãdo reminiscunt̃, ad exteriorẽ hominẽ pertinẽt, quanquã istis quasi nuncíjs anima exteriora percipiat. Mẽs ergo cui nihil seipsa prẽsentius est, quadã interiori, nõ simulata, sed uera præsentia, uideat se in se. Nihil em̃ tã nouit mens, q̃ id quod sibi præsto est. Nec magis mẽti quicquã prẽsto est, q̃ ipsa sibi. Nã cognoscit se uiuere, se meminisse, se intelligere, se uelle, cogitare, scire, iudicare. Hęc omia nouit in se, nec imaginaẽ quasi extra se illa aliquo sensu corporis tetigerit, sicut corporalia quæque tanguñ. Ex quorũ cogitationibus nihil sibi affingat, ut tale aliquid se esse putet. Quicquid ei de se remanet, hoc solũ ipsa est. Nihil em̃ tam in mente est q̃ ipsa mens: nec quicquã sic mentẽ cognoscit quẽadmodũ mens. Cum enim quærit mens quid sit mens, profecto nouit q̃ seipsam quærit, & nouit, q̃ ipsa sit mens quæ seipsam quærit. Nec̃q; em̃ aliũde se quærit q̃ seipsa. Cum ergo quærentẽ se nouit, se utiq; nouit. Et omne quod nouit, tota nouit, atq; ita totã se nouit. Et si parte inuẽta nõ se totam quærat, tamẽ quia se tota quęrit, tota sibi præsto est. Nihil enim sibi seipsa præsentius esse potest. Quod autẽ quęrit de se quid antea fuerit, uel quid futura sit, uel qualis modo sit, quærit, id est, quàm similis uel q̃ dissimilis deo, q̃ humilis & deuota, q̃ pura, quàm sancta. Sed quia in istis est corporibus, quæ cũ amore cogitat, & cũ quibus amore assuefacta est, nõ ualet sine imaginibus eorum uidere semetipsam, uel esse in seipsa. Nã tãto glutino amoris ei cohæserunt hæc quæ foris sunt corporalia, ut etiã cum absint ista, præsto sint imagines eorũ cogitanti. Quapropter secernere eas à se nõ potest, ut se solã inspiciat & uideat. Redeat ergo ad se, & stet in se, nec sicut absentẽ se quærat, sed uelut præsentẽ se curet cernere & discernere, & intentionẽ uolũtatis qua per alia uagabatur, statuat in seipsa, & se cogitet ut seipsam cognoscat & diligat. Ita uidebit q̃ nunq; se nõ amauerit, nunquã nescierit: sed alia secũ amando cum eis se cõfundit, ita ut sine magno labore ab eis separari non possit, quibus cũ amore inhæsit. Proterea phãtasijs corporaliũ imaginũ deformat̃, eisdemq; alte impressis etiã soluta à corpore non exuitur. Si enim à corporaliũ affectionum corruptione hic nõ mundatur, corpore exuta corporalibus tenetur passionibus. Studeat ergo in hac uita se mũdare ab huiusmodi feculentia, quatenus cum hinc exierit, nihil corporeũ secum trahat, & à corporali passiõe immunis existat. Vitificatione & sensificatione descendit anima ad corpus. Præsentia nãq; sua illud uiuificat, colligit in unũ, atq; in uno tenet, defluere atq; cõtabescere nõ sinit, congruentiã modumq; eius cõseruat, non tantum in pulchritudine, sed etiã in crescẽdo atq; gignendo. Intẽdit etiã anima se in tactum, & eo calida & frigida, aspera & leuia, dura & mollia, grauia & leuia sentit atq; discernit. Deinde innumerabiles differẽtias saporũ, odorum, sonorũ, atque formarũ, gustando, olfaciẽdo, audiẽdo, uidẽdoq; díjudicat, atq; in his omnib. ea quæ secundũ naturam corporis sui sunt appetit, fugitq; contraria. Remouet se ab his sensibus certo interuallo temporum, & eorũ motus quasi per quasdã ferias reparans, rerũ imagines quas per eos hausit secũ caeruatim & multipliciter uersat. Cũ ergo uult intelligere, uel diuina, uel deum, uel seipsam suasq; considerare uirtutes, abstrahit se ab omnibus corporis sensibus, quibus nõ adiuuat̃ nisi ad corporeas formas colorescq; sentiẽdos, & spiritu ac ratione se cõspicit, meditatione, atq; contemplatione ad deũ ascẽdit, deus uero reuelatione atq; diuina inspiratione ad eã descendit. Meditatio siquidẽ est occultæ ueritatis studiosa inuestigatio. Cõtemplatio perspicuæ ueritatis iucũda admiratio. Illam nanq; diuina illuminat reuelatio, ut ueritatem cognoscat: istã uero diuina inspiratio inflammat, ut eam diligat. Corpus autẽ sensu & imaginatione ad spiritum ascendit. Humanũ siquidẽ corpus ex quatuor elementis compositũ est, sed in carne & ossib. terra maxime apparet propter terrenã soliditatẽ. Aqua in humoribus, Aer continetur in pulmone, idcírco semper in motu est, quia uentilabrũ cordis est, ne nimio calore consumatur cor & dissoluat̃, Sedes ignis est in corde, et ideo inferius est latum & superius acutũ, quã formã ignis retinet. Quędã uis ignea aere temperata

Dæmonũ experientia. XXVIII

Sagæ

Mortuos non ignorare quæ hic aguntur. Cap. XXIX

Vires animæ Cap. XXX

De dignitate animæ. Cap. XXXII

Homo mortalis. XXXI

Animæ cõiunctio cum corpore

Meditatio & contemplatio quid sint

De corporis materia. XXXIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

à corde ad cerebrũ aſcendit, tanquã in cœlũ corporis noſtri: ibiq; purificata & colata per oculos, aures, nares, cæteraq; inſtrumenta ſenſuũ foras progrediť, & contactu exteriorũ formata quinq; ſenſus corporis facit, uiſum uidelicet, auditũ, guſtum, odoratũ, & tactum: qui tangendi ſenſus ab anteriori parte cerebri ad poſteriorẽ tranſiens & inde per ceruicem & medullam ſpinæ deſcẽdens per totũ corpus diffunditur. Porro ipſa uis ignea quæ exterius formata ſenſus dicitur, eadẽ formata per ipſa ſenſuũ inſtrumenta per quæ egreditur & in quibus formatur, natura operãte introrſum ad cellam phantaſticã uſq; retrahitur & reducitur, atq; imaginatio efficitur. Poſtea eadẽ imaginatio ab anteriori parte capitis ad mediũ trãſiẽs, ipſam animæ rationalis ſubſtantiã contingit, & excitat diſcretionẽ: intãtum iam purificata & ſubtilis effecta, ut ipſi ſpiritui immediate coniũgatur, ueraciter tamen naturã corporis retinẽs & proprietatem. Quæ quidẽ imaginatio in brutis animalib. phantaſticã cellam nõ trãſcendit. In rationalibus autẽ purior fit, & uſq; ad rationalem & incorpoream animæ ſubſtantiã contingendã defertur & progreditur. Eſt itaq; imaginatio ſimilitudo corporis, per ſenſus quidẽ corporeos, ex corporum cõtactu cõcepta extrinſecus, atq; per eoſdem ſenſus introrſus ad partem puriorẽ corporei ſpiritus reducta eiq; impreſſa, in ſummo ſcilicet corporalis ſpiritus, & in imo rationalis, corporaliter informans, & rationalẽ contingẽs. Spiritũ corporeum uoco aerẽ, uel potius ignem, qui præ ſui ſubtilitate uideri nõ poteſt, & corpora interius uegetãdo uiuificat. Quædã autem uegetat tantũ & nõ ſenſificat, ſicut arbores, herbas, & uniuerſa in terra germinãtia. Quædam ſenſificat & uegetat, ſicut omnia bruta animalia. In quibus quædã tantum ſenſum habent, & imaginationẽ nõ habẽt. Quædam ſenſum & imaginationẽ habent. Cum itaq; magis ſit ſenſificari q̃ uegetari tantũ, cõſtat profecto hãc uim ſubtiliorem eſſe, & ubi magis ſubtilis eſt, magis ſpiritus eſt. Magis ſiquidẽ incorporeæ naturę appropinquat cum imaginationẽ formatur, q̃ cum ſenſum præſtat. Nihil enim in corpore altius uel ſpiritali naturæ uicinius eſſe poteſt, q̃ id ubi poſt ſenſum uel ſupra ſenſum uis imaginandi concipitur, quod quidem intantũ ſublime eſt, ut quicquid ſupra illud eſt, aliud nõ ſit q̃ ratio.

Anima nominatur totus homo interior, qua uiuificatur, regitur & continetur lutea illa maſſa humectata ſuccis ne arefacta diſſoluatur. Dũ ergo uiuificat corpus, anima eſt: dum uult, animus eſt: dum ſcit, mens eſt: dum recolit, memoria eſt: dum iudicat, ratio eſt: dum ſpirat uel contemplatur, ſpiritus eſt: dum ſentit, ſenſus eſt. Nã inde ſenſus anima dicitur, pro iis quæ ſentit: unde & ſentẽtia nomẽ accepit. Habet etiã corpus quinq; ſenſus, qui ex eo dicti ſunt, quia per eos anima totũ corpus ſubtiliſſime agitat uigore ſentiẽdi. ita aũt hæc omnia adiuncta ſunt animæ, ut una res ſit: p efficiẽtijs tamẽ cauſarum diuerſa nomina anima ſortita eſt. In eſſentia nanq; eſt ſimplex, in officijs multiplex. Memoria etiã mens eſt, unde & immemores amentes dicuntur. Omniũ rerũ theſaurus & cuſtos eſt memoria, nec enarrari poteſt, tã grãdis eſt eius perplexitas, & animus ipſa eſt. Nec aliud ſignifico q̃ animã cum mentẽ dico: ſed propter aliud animã, & propter aliud mentẽ. Nã totum quod uiuit, hominis anima eſt. Cum autem anima in ſe agit ſe, & ex ſe, & per ſe, ſola mẽs dici ſolet. Senſus uero ad ſua miniſteria implẽda, conſuetius anima dicitur. Spiritũ idem eſſe quod animam, Euãgeliſta pronũciat dicens: Poteſtatẽ habeo ponẽdi animã meam, & rurſum poteſtatẽ habeo ſumẽdi eã. De hac quoq; ipſa dñi anima paſſionis tẽpore, memoratus Euãgeliſta ita ꝓtulit dicẽs: Et inclinato capite emiſit ſpiritũ. Quid eſt eñ aliud emittere ſpiritum, niſi quod animã ponere? Sed anima dicta eſt, p eo quod uiuit, Spiritus autem, uel, p ſpiritali natura, uel pro eo quod ſpirat in corpore. Itẽ animũ idẽ dicimus eſſe quod animã, ſed anima uitę, animus eſt cõſilij. Vnde aiunt Philoſophi, & ſine animo uitam manere, & ſine mẽte animã durare, ſicut in amẽtibus. Ad mẽtem enim pertinere uideť ut ſciat, ad animũ ut uelit. Pueri etiã in genitricis utero, ſine ſciẽtia & uolũtate uiuũt. Mens autẽ uocata eſt q̃ emineat in anima, uel q̃ meminerit. Quapropter nõ anima, ſed quod excellit in anima, mens uocatur, tanquã caput uel oculus. Vnde & ipſe homo ſecundũ mentem imago dei dicitť. Mens nãq; ex eo dicta eſt, q̃ emineat in anima, præſtantior ſiquidẽ uis animæ eſt, à qua procedit intelligentia. Ratio ſiquidẽ eſt animi motus, uiſum mẽtis acuẽs, ueraq; à falſis diſtinguẽs. Redeat ergo mẽs ad ſe ratiõalis, & colligat ſe in ſe: ut ſine imaginib. corporeis ſeipſam, et omnipotẽtis dei inuiſibilẽ naturã conſiderare ualeat, terrenarũ phãtaſmata imaginũ, & quicquid terrenũ cogitationi eius occurrerit, reſpuat: & talem ſe intus quærat & uideat qualis eſt ſine iſtis, cõſideret ſe talẽ, qualis ſub deo ſup corpus creata eſt. Deinde ſupra ſemetipſam ſurgat, & ſeipſam deſerat, atq; quodãmodo in obliuionẽ ſui ueniat, & ſe contẽplationi ſui creatoris humiliter & deuote ſubijciat. Cũ enim cœperit mẽs per purã intelligentiã ſemetipſam exercere, & illam incorporeæ lucis claritatẽ tota intueri, & ex iſs quę intrinſecus uidet quendã intimæ ſuauitatis ſaporẽ trahere, & ex eo intelligentiã ſuam condire, & in ſapientiã uertere, in tanto hoc mentis exceſſu, pax illa quæ exuperat omnẽ ſenſum, inueniť atq; obtinetur: ut fiat ſilẽtiũ in cœlo quaſi hora dimidia, ita ut cõtemplãtis animus nulla altercantiũ cogitationum tumultuatione turbetur, nihil omnino inueniens quod uel per deſiderium petat, uel per faſtidiũ arguat, uel per odium accuſet: ſed intra tranquillitatẽ cõtemplationis totus colligitur, & intromittitur in quendã affectum multum inuſitatũ introrſus ad neſcio quã dulcedinẽ, quę ſi ſemper ſic ſentireť, ꝓfecto magna felicitas eſſet. Nihil ſenſualitas, nihil agit imaginatio: ſed omnis interior uis animæ proprio interim uiduat officio. Purior autẽ animę pars in illud intimę quietis ſecretum

Quinque ſenſus unde formentur
Imaginatio unde efficiatur
Vis diſcretiua
Spiritus corporeus
Ratio quid ſit
Varia nomina animæ pro uiriũ uarietate. XXXIIII
Memoria mens eſt
Animus & anima idem ſunt

cretũ, & ſummæ trãquillitatis arcanũ felici iucundítate introducitur. Viuus quidem eſt ſermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingẽs uſq; ad diuiſionẽ animæ & ſpiritus. Et ideo nihil in creaturis hac diuiſiõe mirabilius cernitur, ubi id quod eſſentialiter unũ eſt atq; indiuiduum, in ſeipſum ſcinditur, & quod ſimplex in ſe & ſine partibus conſtat, quaſi quadam partitione diuidiť. Neq; eñ in homine uno, alia eſſentia eſt eius ſpiritus, alia eſt eius anima: ſed prorſus una eadẽq; naturæ ſimplicis ſubſtantia. Nõ eñ in hoc gemino uocabulo, gemina ſubſtãtia intelligitur: ſed cũ ad diſtinctionẽ ponitur gemina uis eiuſdẽ eſſentię, una ſupior per ſpiritũ, alia inferior p animã deſignať. In hac utiq; diuiſiõe anima et quod animale eſt, in imo remanet, ſpiritus autẽ et quod ſpiritale eſt, ad ſumma euolat. Ab infimis diuidi tur, ut ad ſumma ſublimetur: ab anima ſcindiť, ut domino uniať. Quoniã qui adhæret deo, unus ſpiritus eſt cum illo. Felix diuiſio, & mirabilis ſeparatio, ubi quod corpulentũ & feculentũ eſt, deorſum remanet: quod ſpiritale & ſubtile eſt, uſq; ad ſpeculationẽ diuinæ gloriæ ſublimať, & in eandẽ imaginẽ transformatur. Pars inferior componitur ad ſummã pacem & tranquillitatẽ: pars autẽ ſuperior ſublimať ad ſummã gloriam & iucunditatem. Licet enim mens humana non ſit eius naturæ cuius eſt deus, imago tamen illius naturæ, qua natura nulla melior eſt, ibi quærẽda & inuenienda eſt in nobis, quo etiã natura noſtra nihil habet melius: ſed prius mẽs ipſa in ſeipſa cõſiderãda eſt, et in ea reperiẽda eſt imago dei. Mẽs igiť quando cogitatiõe ſe cõſpicit, intelligit ſe & recognoſcit, quãdo contẽplatione ad deũ aſcẽdit, ut eũ intelligat & diligat, imago dei dicẽda eſt: cogitãdo ęterna, uir eſt, ſicut dicit Apoſtolus, Vir nõ debet uelare caput ſuũ, cũ ſit imago dei et gloria: id eſt, quãto magis ſe extẽderit in id quod æternũ eſt, tanto magis inde formať ad imaginẽ dei, & ideo nõ eſt cohibẽda, ut inde ſe cõtineat ac temperet. Quando uero ea agit uel cogitat, quæ ſunt temporalia, mulier appellať, & tũc non eſt dicẽda imago dei, & propterea debet uelare caput ſuũ, ne nimia ſit eius ꝓgreſsio ad inferiora, ne cũ licita agit, illicita cõcupiſcat. Tãta dignitas humanæ cõditionis eſſe dignoſciť, ut nõ ſolum iubentis ſermõe, ſicut alia ſex dierũ opera, ſed conſilio ſanctæ trinitatis, & opere diuinę maieſtatis ſit creatus homo: ut ex primæ cõditionis honore intelligeret quantũ deberet ſuo cõditori, dum tantũ in conditione mox dignitatis priuilegiũ præſtitit ei cõditor, & tanto amplius conditorẽ diligeret, quãto mirabilius ab eo ſe conditũ intelligeret. Nec ob hoc ſolum quidem, quod ad conſilium ſanctæ trinitatis ſic excellenter à cõditore cõditus eſt, ſed etiã q̃ ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam creator omniũ eũ creauit, q̃d nulli alteri ex creaturis donauit, quę imago diligẽtius in interioris hominis dignitate & nobilitate eſt conſiderãda. Primo quidẽ, q̃ ſicuti deus unus ſemp ubiq; totus eſt, omnia uiuificãs, mouẽs, & gubernãs, ſicut Apoſtolus ait, quod in eo uiui mus, mouemur & ſumus: ſic anima in ſuo corpore ubiq; tota uiget, uiuificans illud, mouẽs & gubernãs. Non eñ in maioribus corporis ſui membris maior eſt, nec in minoribus minor: ſed in minimis tota eſt, & in maximis tota. Sic infuſa eſt corpori, ut nõ per mẽbrorũ partes partibus ſit diuiſa. Nam in quolibet loco pars corporis ꝓcutiť, tota dolet. Miro aũt modo, una eadẽq; uiuificatione mẽbris preſidẽs, cũ ipſa per naturã nõ ſit diuerſa, per corpus tamẽ agit diuerſa. Ipſa quippe eſt, quę per oculos uidet, audit per aures, per nares odorat, per os guſtat, per mẽbra omnia tangit, & tangẽdo lene ab aſpero diſcernit, & cũ nõ ſit diuerſa, p ſenſus tamẽ operať diuerſa. Ex qua re intelligiť, q̃ ita eſt anima ſecundũ ſuũ modum in ſuo corpore, ſicut deus eſt in ſuo mũdo. Interius ſiquidẽ & exterius, ſupius & inferius eſt: regẽdo ſupior, portando inferior, replendo interior, circũdando exterior. Sic eſt intus ut extra ſit, ſic circũdat ut penetret, ſic preſidet ut portet, ſic portat ut præſideat. Et ſicut deus nec creſcẽtibus creaturis creſcit, nec decreſcentib. decreſcit: ſic anima nec minutis mẽbris minuiť, nec adauctis augeť. Hæc eſt imago ſiue ſimilitudo omnipotentis dei, quam anima habet in ſe. Quandã etiã habet imaginẽ ſanctæ trinitatis. Primo in eo, q̃ ſicut deus eſt, uiuit, & ſapit: ita anima ſecundũ ſuum modũ eſt, uiuit, & ſapit. Eſt quoq; & alia trinitas in ea, qa ad imaginẽ perfectæ quidẽ & ſummę trinitatis quæ eſt in patre & filio & ſpiritu ſancto, cõdita eſt. Et licet unius ſit anima naturę, tres tamẽ in ſe uires habet, id eſt intellectũ, uoluntatẽ, & memoriã: quod idẽ, licet aliįs uerbis, in Euãgelio deſignať, cũ dicit. Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota mẽte tua, id eſt, ex toto intellectu tuo, & ex tota uolũtate tua, & ex tota memoria tua. Nã ſicut ex patre generať filiꝰ, & ex patre filioq; ꝓcedit ſpirituſſanctus, ita ex intellectu generať uoluntas, & ex his ambob. ꝓcedit memoria, ſicut facile à quolibet ſapiẽte poteſt intelligi. Nec eñ anima pfecta poteſt eſſe ſine his tribus, nec horũ trium aliquod ſine aliįs duobus integrũ cõſtat, quantũ ad ſuam ptinet habitudinẽ. Et ſicut deus pater, deus filius, deus ſpirituſſanctus: non tamen tres dij, ſed unus deus & tres perſonæ: ita anima intellectus, anima uolũtas, anima memoria: nõ tamẽ tres animæ in uno corpore, ſed anima una & tres uires. Atq; in his tribus diuinã imaginẽ gerit mirabiliter in ſua natura noſter homo interior, et ex his quaſi excellentiorib. animę uiribus iubemur diligere cõditorem, ut inquantũ intelligiť diligať, & inquantum diligiť ſemper in memoria habeatur. Nec ſolum ſufficit de eo intellectus, niſi fiat in amore eius uoluntas. Imõ nec hæc duo ſufficiunt, niſi memoria addatur, quo ſemper in mente intelligẽtis & diligentis maneat deus: ut ſicut nullũ poteſt eſſe momentum quo homo non fruať dei bonitate & miſericordia, ita nullum ſit momentũ quo præſentẽ nõ habeat eum in memoria. Et ideo iuſte uidetur mihi dictũ, noſtrũ interiorẽ hominẽ eſſe imaginẽ dei. Nũc uero de ſimilitudine aliqua dicam⁹. Nã

Matt. 22
Imago dei in homine
De dignitate humanæ cõditionis. Cap. XXXV
2 Cor. 11
Act. 17

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut deus creator qui hominẽ ad imaginẽ suam
creauit est charitas, bonus & iustus, patiẽs & mi- A
tis, mundus & misericors, et cętera sanctarũ uirtu
tũ insignia quę de eo leguntur: ita homo creatus est
ut charitatẽ haberet, ut bonus esset & iustus, pati-
ens atq; mitis, mundus & misericors. Quas uirtu
tes quãto quis plus in seipso habet, tãto ꝓpior est
deo & maiorẽ sui creatoris gerit similitudinẽ. Si
uero, quod absit, aliquis ꝑ deuia uitiorũ & diuer-
ticula malorũ ab hac nobilissima sui cõditoris si-
militudine degener aberrat, tunc fiet de eo quod
Psal. 48 scriptũ est. Homo cũ in honore esset nõ intellexit:
& cętera. Quis maior honor potuit esse homini q̃
ꝙ ad similitudinẽ sui cõditoris condereꝰ, & eisdẽ
uirtutũ uestimẽtis ornareꝰ quibus et cõditor, de
quo legit, Dominus regnauit, decorẽ indutus est,
id est, omniũ uirtutũ splẽdore & totius bonitatis B
decore ornatus est: Vel quod maius homini po-
test esse dedecus aut infelicior miseria, q̃ ut hac si
militudinis gloria sui cõditoris amissa, ad infor-
mem & irrationabilẽ brutorũ iumentorũ similitu
dinem dilabat? Quapropter quisq; diligentius at
tendat primæ conditionis suæ excellentiã, & ue-
nerandã sanctæ trinitatis in seipso imaginẽ agno-
cat, honorẽq; diuinæ similitudinis ad quam crea-
tus est nobilitate morũ, exercitatione uirtutũ, &
dignitate meritorũ habere contendat: ut quando
apparebit qualis sit, tũc similis ei appareat qui mi
rabiliter eum ad similitudinẽ suã in primo homi-
ne cõdidit, mirabiliusq; in secundo, id est, in seip-
Cõparatio ani so reformauit. Magna cõueniẽtia est inter deũ
mæ cum deo & hominis animã. Deus nãq; uita est, spiritus est, C
XXXVI sapientia est & amor. Vita etiam anima est, spiri-
tus est, in quo spiritu sapientia est & amor. Vita
deus est, uita & anima est, similis & dispar. Simi-
lis ꝙ uita, quod seipsa uiuẽs, ꝙ non tantũ uiuens,
sed etiã uiuificãs, sicut & ille hęc omnia est. Dispar,
quoniã ille creator est, & ista creatura. Nisi em̃
ista ab illo creata esset, nõ esset: & nisi ab illo uiui-
ficata, nõ uiueret. Viuit anima naturali uita, etiãsi
spirituali uita non uiuat. Sed talis uita mors est po
tius q̃ uita. Quoniã mors peccatorũ pessima. Ani
ma quidẽ quæ secundũ carnẽ uiuit, uiuẽs mortua
est, & ideo bonũ erat illi nõ uiuere quàm sic uiue-
re. Vita anima est, uiuens quidẽ, sed nõ aliũde q̃
seipsa, & ob hoc nõ tam uiuẽs q̃ uita est. Inde est,
quod infusa corpori uiuificat illud, ut sit corpus D
de uitę presentia, nõ uita, sed uiuẽs. Creata est ani
ma à deo, uita à uita, simplex à simplici, immorta-
lis ab immortali, ut nõ sit longe à creatore suo, cui
appropiare uideꝰ simplicitate essentiæ & ꝓpetui-
tate uitæ. Licet enim spiritaliter nõ uiuat, immor
taliter tamẽ necesse est ut uiuat. Creata est anima
magna à magno, recta à recto: eo magna quo ca-
pax est eternorũ: eo recta, quo appetens supnorũ:
eo beata, quo deo unita. Anima nanq; quã dei pie
tas respicit, humilitas subijcit, pœnitẽtia reducit,
iustitia deducit, obedięntia cõducit, perseuerantia
perducit, deuotio introducit, puritas iũgit, chari-
tas unit. Habet autẽ anima in se amorẽ quo semp
potest stare cũ deo, aut redire, si mota cũ suis affe-
ctibus, imò defectib. ab eo fuerit. Solus est amor
ex omnib. animæ affectibus atq; sensibus, in quo A
potest anima, & si nõ ex ęquo suo respõdere auto
ri, uel de simili mutuã repẽdere uicem: & si minus
amat, quoniã minor est, tamẽ si ex tota se diligat,
nihil deest ubi totũ est. Renũciãs ergo cũctis affe
ctionibus alijs, tota incũbat soli amori, effundens
se totã in amorẽ illius cui respõdere habet in red-
hibẽdo amore. Amat ĩquidẽ deus ut ameꝰ, & cũ
amat, nõ aliud uult q̃ amari, sciẽs ipsos amore be
atos qui se amauerint. Per amorẽ uenit ad homi
nes, factus est homo, & delitię illius esse cum filijs
hominũ. Nostræ uero delitiæ erũt cũ ad eũ uenie-
mus & uidebimus eũ sicuti est, atq; similes ei eri-
mus. Tũc erit manifesta uisio, plena cognitio, ue-
ra dilectio, firma cõiunctio, societas indiuidua, si-
militudo pfecta, & uita beata, in æternũ & ultra
in perpetuas ęternitates. Sicut em̃ corpus in resur
rectione sua uitã & sensum recipiet, sic anima in
resurrectiõe sua uitã & sensum recipiet, id est co-
gnitionẽ et amorẽ dei. Quod aũt cognitio sit uita,
ipsa ueritas affirmat dicens: Hæc est uita æterna, Ioan. 17
ut cognoscãt te uerũ deũ et quẽ misisti Iesũ Chri-
stum. Amor etiã sensus est. Nã sicut exterior ho-
mo circa ista tẽporalia quinq; pertito sensu affici-
tur, id est uisu, auditu, gustu, & cæteris, Sic interi-
or homo in beata uita circa quinq; ineffabilia dei
ineffabili amore afficiet. Cum enim deũ suũ ama
bit, quandã lucẽ, quandam uocẽ, quendã odorẽ,
quendã cibũ, & quendã amplexũ interiorẽ ama-
bit. Ibi enim fulget quod nõ capit locus. Ibi sonat
quod nõ rapit tẽpus. Ibi olet quod nõ spargit uẽ- C
tus. Ibi sapit quod non minuit edacitas. Ibi hæret
quod non diuellit satietas. Ibi siquidẽ uideꝰ deus
sine intermissione, cognoscit sine errore, amat si-
ne offensiõe, laudatur sine fatigatione. Nobilis Præstãtia ani
creatura est anima. Ciuitas nanq; dei est, de qua me. Cap.
tam gloriosa dicta sunt, quod ad imaginem & si XXXVII
militudinem dei facta est. Hęc ciuitas Hierusalem
merito appellanda est, quia ad fruendũ uisione il-
lius summæ pacis, quę fecit utraq; unũ, creata est.
Mens eius paradisus est, in qua cũ cœlestia medi
tat, quasi in paradiso uoluptatis delectat. Domus
etiã summi patris familias est anima, per unitatem
morũ: spõsa Christi, per dilectionẽ: templum spiri
tussancti, per sanctificationẽ: ciuitas regis æterni,
per pacẽ & concordiã ciuium. Et quia nulla est ci
uitas absq; populo, disposuit in ea cõditor noster
populũ triplicis gradus, id est sapientes ad consu-
lendũ, milites ad propugnãdum, artifices ad mini
strandũ. Ciues huius ciuitatis, sunt naturales &
ingeniti animæ uigores, tanquã indigenæ, quorũ
distincti sunt gradus, quia alij superiores, alij infe
riores, alij medij. Superiores quidẽ sunt intellectua
les sensus, medij rationales, infimi animales. Quo-
rum differẽtia hęc est, Animalis siue sensualis, ap
petit sensibilia siue uisibilia. Rationalis discernit,
& discretiõis oculo aspernaꝰ ea. Intellectualis ꝓ-
trahit ad diuina. Intellectuales igit sensus sunt tan
quã animę cõsiliarij dicẽtes ei, Deũ time & mãda
ta eius obserua, Propter hoc em̃ est omis homo.

Ratio-

Rationales sunt tanq̃ milites qui hostes cõcupi-
scẽtiarũ impugnãt ꝓ arma iustitiæ. Animales seu A
sensuales sunt tanq̃ rustici & artifices, qui corpo-
ralib. rudimẽtis insistũt, & corpori necessaria mi-
nistrãt. Hãc triplicẽ uim animę, id est sensualẽ, ra-
ꝓπὸς διωδε- tionalẽ & intellectualẽ, Philosophi partes uocãt,
σεις ꝓ ψυχῆς non integrales, sed uirtuales: quia potẽtiæ eiꝰ sunt.
secundũ Plato Sẽsualitas ea uis animę est qua corpus uegetat, et
et medicos per corporis sensus ista exteriora sentit et discutit
Omnes em̃ sensus tam exteriores q̃ interiores ad
animã referunt, utpote ab illa pcedẽtes: ut em̃ sen
tiant, omnes ab anima habẽt. Ratio uis est animæ
supra corporalia, et infra spiritalia collocata: secer
nit em̃ uera à falsis, q̃d est Logicę: uirtutes à uitijs
quod est Ethicę: & ꝓ experimenta rerũ inuestigat
naturas, quod est Physicę: In his uero tribus, tota
Philosophia cõsistit. Totã igit Philosophiã ratio B
cõprehendit. Intellectus siue intelligẽtia, ea uis a-
nimæ est qua de diuinis, quantũ homini possibile
est, cognoscit. Ad cœlestia arcana penetranda ra
tio ꝓ se nõ sufficit nisi à deo adiuta fuerit. Tunc fi-
nis eius, si bene uiget, cũ ad notitiã secretorũ, quę
diu inuestigãdo quęsiuit, puenerit, intellectus seu
intelligẽtia nũcupat. Boetius tamẽ dicit intelligẽ
Memoria tiã solius dei esse admodũ paucorum hominũ, sed
quid sit horũ alterũ, ꝓ altero ponit sępe. Memoria etiã cõ
fors & cooperatrix est rationis, quoniã sine ea ra-
tio nec ad incognita, ꝓcedere, nec cognitorũ sciẽ-
tiam retinere potest. Memoria est uis animę acce
pta retinẽs, pręterita repetẽs, elapsa recolligens.
Humanus appetitus inter summa & ima positus,
cũ plerũq; in utraq; diuisus sibimetipsi sit cõtrari- C
us, in quãcũq; partẽ totus trãsierit, nomẽ eius me
rito sortit. Si carnis uoluptatib. pascit, carnalis si-
ue animalis nominat. Si spiritalib. desideris dele
ctat, spiritalis nũcupat. Appetitus siquidẽ natura
lis est uis in animãte mouẽdis auide sensibus attri
Diffinitio ui- buta. Quoniã de uiribus animę mentionẽ fę-
tis animæ Ca. pe feci, definire eas debeo, quatenus quę de ani-
XXXVIII ma dicta uel dicẽda sunt, euidentius intelligi pos-
sint. Sẽsualitas sensus, imaginatio tam corporis q̃
animæ sunt, uel dici possunt. Sẽsualitas corporis,
est quędã uis ignea. Sẽsualitas siue animalitas ani
mę, est inferior uis eius, quę secũ trahẽs sensualita
tẽ carnis, uelut famulã et obedientẽ, sensus et ima
ginatiões facit, easq; in arca memorię reponit. In
sensu instrumentũ est sensualitas & origo imagi- D
natiõis. Ipsa nãq; uis ignea quę extrinsecꝰ forma
ta sensus dicitur, eadẽ forma usq; ad intimũ tradu
cta, imaginatio uocat. Sensus itaq; parit imagina
tionẽ, imaginatio cogitationẽ, cogitatio medita-
tionẽ, meditatio acuit ingeniũ, ingeniũ facit ratio
nem: ratio cõducit ad intellectũ, intellectus ad in-
telligentiã: intelligẽtia ꝓ contẽplationẽ ipsam ue-
ritatẽ admirat, et ꝓ charitatẽ in ea delectat. Sẽsus,
est passio animę in corpore ex qualitatibus extra
accidẽtib. Imaginatio, est uis animæ quę figuram
corporearũ rerum absente corpore sine exteriori
sensu dignoscit. Cogitatio, est circa quælibet ani-
mi occupatio. Cõsideratio, est intenta cogitatio.
Meditatio, est frequẽs cogitatio modũ & causam
& rationẽ uniuscuiusq; rei inuestigãs. Ingeniũ, est

quædã uis naturaliter animis insita per se ualens. A
Ratio, est quędã uis animæ quæ omnia discernit
& iudicat, sed maxime cum inhiat spiritalibus, &
imaginẽ dei in se conseruat. Intellectus, est rerum
in se uere existentiũ ꝓceptio. Intelligẽtia est de so-
lis rerũ principijs, id est de deo, hyle & ideis, et de
incorporeis substãtijs pura & certa cognitio. Cõ
templatio est pspicuę ueritatis iocũda admiratio.
Charitas, est cõcordia mentiũ & societas electo-
rum, uita beatarũ animarũ & angelorũ, quia nec
animæ nec angeli nisi ꝓ charitatẽ uiuũt. Anima Anima facta
ratiõalis, & intellectualis facta est ad imaginẽ et si ad imaginẽ et
militudinẽ dei, ut factorẽ suũ pro imagine cogno similitudinem
scat, et ꝓ similitudine diligat. Ex imagine nãq; dei dei XXXIX
habet rationẽ, & ex similitudine charitatẽ. Chari
tas uero in se ipsa representat trinitatẽ: hanc ratio
sentit & pacata requirit: hãc charitas inuenit et ui
dendo beata quiescit: hãc in presenti fides sequit,
spes in cœlũ usq; comitat, charitas perenniter am
plexat. Mẽs itaq; spiritalis seu intelligẽtia ratiõa
lis primo creatorẽ suũ aspiciat, deinde creaturã i
psius uideat, et mediãte arbitrij libertate ad eũ qui
cõdidit omnia se & cętera referat. Sic in homine
trinitas appareat quã charitas manifestat, ut chari
tatẽ semp homo exhibeat, sempq; cõspiciat is quẽ
trinitatis imago gerat. Sic homo eius seruabit si
militudinẽ, cuius in se naturaliter portat imaginẽ.
Appareat ergo imago dei in intelligẽtia ratiõali,
in mẽte spiritali, in honore liberij arbitrij. Appa-
reat similitudo dei in moribꝫ ꝓ natura, in opibus
ꝓ iustitia, in uirtutibus pro gratia: ut morib. natu-
ra perorneꝰ, ut iustitia operibus cõprobeꝰ, ut gra
tia uirtutibus cõpleat, & sic semp dño presenteꝰ.
Anima totũ corpus hominis tota pariter animat.
Est quidẽ inspirata à deo homini uita, nõ de prę ia
centi materia, sed de nihilo facta ab eo. De cęteris
animãtib. scriptura dicit, Producãt aquę & cęte- Gen. x
ra. ꝓducat terra animã uiuentẽ. Animã uero non
aqua, nõ terra produxit, sed deus inspirauit, non
tamẽ uiuã uel uiuentẽ, sed spiraculũ uitæ ratiõale
ex dei imagine, factũ ex dei similitudine. Ani- Anima à deo
ma non est pars dei; ꝓbat hoc mutabilitas quã in- recedens XL
currit. Deus em̃ immutabilis est: hęc sępe mutata
ꝓ culpa, quandoq; mutata pro pœna & dãnata fit
misera, Nihil ei tamẽ nocere potest nisi à deo rece
dat. Recedit aũt quãdo peccat; pinde torqueꝰ mi
sera à deo refuga. Ab uno disiũcta spargit ad mul
ta, & ꝓ sua intẽperantia fit morbida, fit molesta.
Eapropter sensus corporei turbata memoria, tur
bati hebetes fiũt, marcidi, & stupidi, Inde caro pa
tit, langores oriunt & mors uiolẽta puagat. Ho-
mo quidẽ à deo auersus, peccãdo puersus, quia à
deo dissentit, dissidet et sibi, portatq; in seipso pœ
nã de seipso. Anima nõ format ex materia infor-
mi, sed in sua creatiõe formã accepit, qua facta est
ad imaginẽ & similitudinẽ dei. A quo si auertit,
remanet informis, quia deo dissimilis: nec ideo ta
men efficit irrationalis, quia gestat imaginẽ dei
unde potest reformari. Sic nec etiã si tota conclu-
ditur peccato, et licet pro insipiẽtia iumento com
paret, ideo fit quasi anima pecoris uel alterius cor
poris. Ipsum enim corpus & nunc et in fine semp

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est habitura cũ quo facta est una persona: sed nec ideo fit corpus etiã si penitus habitet. Non em di-
strahitur partibus, nec loco cõcludit. Non est ma
ior in maioribus, nec est minor in minoribus sui
corporis partibus uitę idoneis. Spiritus nanq; est
anima rationalis quantis libet obruta malis, & u-
bicunq; est tota est. Nõ traducitur à patre in filiũ,
Ezech. 18 nec una fit anima amborũ. Sicut, inquit domin⁹,
anima patris, sic anima filij mea est. Nec pars ani-
mæ patris in filiũ dũ generat se trãsfundit. Partiri
nãq; seu diuidi, augeri uel minui pro substãtia sua
spiritus nescit. Nõ em potest esse maior, sed meli-
or. Si em particulariter trãsfunderet, corporeus
esse, ꝓbaretur. Quod si, ut delirãt aliqui, semẽ ani
mæ ex semine carnis haberet generãdo trãsfun-
di, multa quidẽ inhonesta & impossibilia possent
exinde exclamari, quę de spiritu rationali nec di-
ci debẽt nec opinari. Indecẽs em est obscœna re-
Quod anima de nihilo fiat Cap. XLI texere, et male fusa carnis semina denudare. Di
cimus aũt ratiõales animas ꝓ essentia fieri quoti-
die de nihilo nouas, sed ꝓ simili natura ex institu-
tione diuina, nõ utiq; nouas. Quales em in exor-
dio deus die sexto masculo & fœminæ dedit, ta-
les quotidie inspirat singulis, noua de nihilo crea
Ioan. 5 tiõe nõ noua institutiõe. Pater, inqt, me⁹ usq; mo
do operat, & ego opor. Operat usq; modo pater
& filius, operatione siquidẽ noua, sed institutiõe
nõ noua, pro illa agẽs, cũ ista quiescẽs. Res uero
corporeę post primã sui creationẽ nouæ nullę cre
ant, sed simul in exordio conditæ tẽporali forma
tione propagant. Animæ aũt nõ simul essentiali-
ter factæ sunt, sed ꝓ natura cõsimili, qua ad imagi
nem & similitudinẽ dei fiũt, & simul factæ repu-
tant, & nõ simul æditę iudicant. Nõ simul æditæ
pro essentia, sed simul factæ pro cõpari forma ad
imaginem & similitudinẽ dei prerogata. Caro de
carne generãdo traducitur, sed spiritus de spiritu
minime, ꝓpagat. Certũ tenemus, quia caro cõtra
cta de carne per legẽ cõcupiscẽtiæ, ꝙ cito uiuifica
tur originalis culpæ uinculo premitur, eiusq; affe-
ctionibus anima quæ carnẽ uiuificat, aggrauat.
Sub hoc peccati uinculo demerguntur paruuli, qui
sine remedio baptismi moriunt. Habẽt em origi-
nale peccatũ, nõ per animã, sed per carnẽ utiq; cõ-
tractum animæq; refusum. Carni nanq; ita unitur
anima, ut cũ carne sit una ꝑsona. Fit enim autore
deo caro et anima unũ indiuiduũ, unus homo: un
de salua naturę utriusq; ꝓprietate adiicit carni ꝙd
animę est, & animę quod carnis est, ꝓ unitate per
sonæ, nõ pro diuersitate naturæ. Quod igit ibidẽ
singulis est propriũ, cõmune fit amborũ: propriũ
pro natura, cõmune, ꝓ persona. Exinde fit anima
originali culpæ obnoxia, quã caro cõtrahit, & a-
nimæ refundit, cũ qua unita est in ꝑsona, licet di-
Baptismus uisa sit in natura. Eapropter necesse est paruulum
dum uiuit Christi sacramento renouari, ne obsit
eius animę, societas carnis peccati, qua grauatur
etiã corpore exuta, nisi dum in corpore uiuit salu
rari fuerit remedio expiata. Currãt igit adulti, cur
rant, ꝓ seipsis, impendãt etiã paruulis sacramentũ
fidei, suscipiãt Christi fidẽ cũ sacramẽtis, ut paruu

los in Christo renouatos fides ecclesię tueatur, &
A adultos cũ sacramẽtis opera fidei comitentur. His
etiã renouatis per gratiã, tandẽ cõplebit in resur-
rectiõe generali, ut caro ipsa resurgat in gloria a-
nimæ suæ restituta, uiua, & æterna, felix et beata.

De pueris nõ baptizatis Cap. XLII

Si quęrat, quare deus dat animas illis quos absq;
remedio salutari mori contingit. Respõdemus, ꝙ
diuina institutio qua res & rerũ naturæ condunt
nec peccato tollit, nec uiolentia præpeditur. Inde
est quod lex' corporalis copulæ nec etiã in malis
iure suo priuat. Generant adulteri, fornicatores,
prophani: naturalis tamẽ institutio nec in talibus
deperit. Natura nãq; prout deus instituit, quod su
um est operatur. Natura siquidẽ est quædã uis & Natura quid sit
potẽtia diuinitus rebus creandis insita, quæ uni-
cuiq; rei omne suũ tribuit, qua bona quisquis ma
B le utit, malus esse iudicat. Iuste enim puniunt, qui
licitis abutunt. Iuste uero puniunt qui rapere in-
cõcessa conant. Sic satanas cœlũ: sic protoplastus
perdidit paradisum. Abutunt licitis, qui bona dei
maculant usibus incõcessis. Maculant bona dei,
sicut ij qui calore libidinis exercẽt opa copulę car
nalis. Ex his filij generant, quorũ corpora seruien
Spiraculum uitæ te creatori creatura formant, & deo inspirãte spi-
raculũ uitæ animant. Spiraculũ aũt uitę, humanã
animã intellige, quã nõ producit terra uel aqua,
sed deus inspirat: quo sensus corporei animant,
unde homo factus in animã uiuentẽ memorat. In
his & in aliis omnipotẽs agit prout instituit, quĩ
nullius adiuuat bona, nec impediũt mala. Bonos
quidẽ prouehit sua gratia: malos terret sua iusti-
C tia. Nos equidem serui dum domini bonis abuti
mur, rei & miseri pariter inuenimur. Ipse equidẽ
serui dns q seruorũ suorũ malis bene utit, sanctus
et omnipotẽs adorat. Ipse corpori terreno de pec
cati traduce propagato, pro institutione sua inspi
rat animã bene utens inolita præuaricatione no-
stra, quæ si esset naturalis, creatori poterat impu-
tari. Sed creator præparat omni tẽpore sacramen
ta, & obedientiæ pia proponit edicta, ut cõtra pec
cata sacramẽta in remediũ sint, & tẽporaliũ obser
uatio mãdatorũ eternorũ afferat prẽmia donorũ.
Vnde si aliqui sub peccato geniti paruuli obeunt
absq; remedio salutari, ꝓtimesce iustitiã dei, q ni-
hil debet alicui, sed damnat in singulis malũ quod
nõ fecit in eis. Si aũt paruulos renouat sacramen-
D tis; admirare misericordiã dei. Ipsi em sicut nesci-
unt culpã cũ qua ex carne nascunt, sic nesciũt gra
tiã qua ꝑ Christũ renouant. Nõ excusat paruulos
à culpa, quia eã nõ norunt, nec excludit gratiã ab
eis quia eã nesciũt. Queris in eis culpã, inuenis ex
carne traductã: queris in eis gratiã, inuenis à deo
collatã. Illa debite dãnat, hęc indebite prerogat. Il
la iudiciũ predicat, hęc misericordiã repręsentat.
In utroq; de⁹ agnoscit, cui misericordia & iudiciũ
ꝓpetua laude cantat. Sed ab his intuẽdis mẽs no
stra, mẽs infirma, ꝙ peccatis obruta, citi⁹ ad seip-
sam redeat sibiq; remediũ querat, ut qui in Adã ce
ciderit, in Christo resurgat. Plures ueteres de na Anima quid XLIII sit.
tura animę dixisse inueniunt, sed nihil ita ut nõ ali
quid restare uideat. Ego autẽ ex eorũ dictis quãto
diligen

diligẽtius potui breue istud et certũ colligere, atq;
in unũ studui redigere, quod memoriæ commen- A
det. Hebes nãq; est memoria hominis & breuita-
te gaudet, & si in multa diuidit, fit minor in singu-
lis. Ex corpore & anima cõstat homo: & quicqd
oculis corporeis uidet, propter corpus factũ est,
corpus, ꝓpter animã, anima autẽ, ꝓpter deũ. Vita
corporis anima est, uita animę deus est. Immor-
talis est anima, quia carne caret: nec habet quo ca
dat ut resurrectione egeat post ruinam, nisi pecca
to ceciderit: & ideo in morte uita nostra nõ perit,
sed corpus destituit: dum discedẽs anima uim suã
nõ perdit, sed quod uiuificauerat hoc dimittit, &
quantũ in se est mortẽ alterius facit, quã ipsa non
recipit. Facit, inquã, nõ uiuificãdo quod deserit,
nõ amittẽdo quod uiuit. Itaq; mors hominis nihil
est aliud quàm carnis occasus, à qua cũ uis poten- B
tiæ uiuificantis abscesserit, in terram de qua sum-
pta est redit, amissis sensib. quos per seipsam non
habuit. Anima nõ aliter ꝙ sol lucẽ diei, uitam tri
buit carni cũ uenerit, mortem efficit cum recedit,
Mors tamẽ nõ cõsumit cõiuncta sed diuidit, dum
origini suæ utrũq; reddit. Et ne quis putet animã
corporis morte cõsumi, audiat quid dns in Euan-
Matth. 10 gelio dicat, Nolite, inquit, eos timere qui occidũt
corpus, animã aũt occidere nõ possunt. Fatigatur
corpus cogitatiõib. mẽtis: afficit in corpore mẽs
De corpore et XLIIII doloribus corporis. Corpus ex quatuor elemẽ
tis cõstat. Anima nec elementũ est, nec ex elemen
tis, sed de nihilo est facta, & soli creatori suo co-
gnita. Ex his ergo omnib. quę in se, hoc est in cor
pore suo uisibilia uidet, nihil se esse uel posse esse C
uidet. Secernat ergo & diuidat se ꝓ se ab eo toto
quod uidet in se uisibile: & inuisibilẽ se esse omni
no uidet in eo ꝙ uidet se, et tamẽ uideri se nõ pos-
se uidet. Deinde eleuet se sup se, & in eo quod pri
mum & principale speculũ est speculandi dei, il-
liusq; imagini ac similitudini ꝓximũ & cognatũ
magis factũ inuisibilem deũ inspiciat. Hoc aũt est
ipsa ratio & mẽs, ratiõe utens quæ ad primã simi-
litudinẽ dei facta est, ut per se inuenire possit eũ à
quo facta est, & in eius amore atq; contẽplatione
dulciter requiescere. Ea nãq; perfectius suum fa-
ctorẽ manifestant, quę illius similitudini uicinius
appropinquãt. Hæc aũt est ipsa rationalis creatu-
ra quę excellenter & ꝓprie ad illius similitudinẽ
facta est: & tũc citius creatorẽ suũ quem nõ uidet D
agnoscit & diligit, cũ se ad illius imaginẽ factã in-
telligit. Mẽs rationalis est, quę se cogitãdo intelli
git, & imaginẽ suã ex se natã habet, quæ imago e-
Verbũ ius uerbũ est. Verbũ em rei est ipsa cognitio ad si-
militudinẽ eius ex memoria formata. Hoc modo
liquido apparet summã sapientiã cũ se dicẽdo in-
telligit, gignere cõsubstantialẽ sibi similitudinem
suã, id est, uerbũ suũ. Mẽs tamẽ rationalis quoniã
nõ se semp cogitat sicut sui semp meminit, liquet,
quia cũ se cogitat uerbũ eius nascit de memoria.
Vnde apparet quia si semp se cogitaret, semp uer
bum eius de memoria nasceret. De summa uero
sapiẽtia quę semp se dicit sic, sicut sui semper me-
mor est, liquet quia de æterna memoria coeternũ

eius uerbũ nascit. Sicut em summa sapiẽtia æter-
na est, ita æterne sui memor est, & ęterne se intelli
git, & æterne se dicit, cũ sit illi dicere quod intelli
gere: & cũ ęterne se dicat, ęterne uerbũ eius apud
ipsam. Mẽs ergo ratiõalis quæ inter omnes crea-
turas ad inuestigationẽ summæ sapiẽtię sola assur
gere ualet, & nihilominus ad eiusdẽ inuẽtionẽ so
la ꝓficere, semp studeat illius reminisci, illam in-
telligere & amare: ad hoc facta est ut semp uiuat
si semp amet summã uitam, summã sapientiã, sum
mam essentiã, cui debet hoc ipsum quod est. Ama
re autẽ nequit, nisi eius reminisci & eam studue-
rit intelligere, Faciat ergo hoc ad quod facta est
ut bene uiuat. Deus omnipotẽs cuius beatitu- Spiritus ratio
do nec augeri potest, quia perfecta est, nec minui, nales XLV
quia ęterna est: sola charitate, nulla necessitate sui
ratiõales spiritus creauit, ut eos suæ beatitudinis
participes faceret. Alios uero in sua puritate in
cœlo cõfirmauit. Alios aũt, ꝓpter superbiã in in-
fernũ præcipitauit: atq; alios ad cõprobandã hu-
militatẽ & obedientiã in terrena habitatiõe terre
nis corporibus sociauit, ut ad uitę sensum luteam
materiã uegetarẽt, Habent nãq; in natura sua quã
dam mutabilitatẽ secundũ quam corporibus uiui
ficandis appropinquant, in qua quidẽ nonnihil
suæ puritatis deponũt. Cum enim delectatiõe car
nis afficiunt, quasi quandã corpulentiã inde tra-
hunt: quæ puriorẽ naturam eorum corrumpit. Et
hoc uitium quanto altius eis in corporib. manen-
tibus inhęserit, tanto difficilius eos à corporibus
discedentes deserit: quoniã non tollitur passio, e- De mẽte
tiã cũ tollit causa passionis, nisi ab eiusmodi fecu
lentia se in hac uita mũdare studuerint. Nos ergo
qui in medio bonorũ & malorũ positi sumus, cõsi
derare sæpe debemus, & gaudiũ illorũ, & istorũ
suppliciũ, atq; nostram miseriã. Rationalis siqui-
dem est anima nostra, ut sciat discernere inter bo-
num & malũ. Est etiam cõcupiscibilis atq; irasci-
bilis, ut possit amare bonum & odire malum. De
cõcupiscibilitate nascitur amor, de amore & desi-
derio & gaudiũ. Amor est delectatio cordis alicu Amor quid
ius ad aliquid ꝓpter aliquid, per desideriũ currẽs
atq; per gaudiũ requiescẽs: per desideriũ in appe-
tendo, et per gaudiũ in perfruendo: nec aliũde bo
num est, si bonum est cor humanũ: nisi quod be-
ne amat quod bonũ est. Nec aliunde malum est, si
malũ est, nisi quod male amat quod bonũ est. Om D
ne enim quod est, bonum est: sed in eo quod male
amat, tantũ uitiũ est. De irascibilitate nascitur o-
dium, Ira enim generat odiũ: & de odio dolor &
timor. Cum enim cõtra peccata nostra irascimur
& ea odire incipimus, dolemus quia peccauim⁹,
& pœnas pro peccatis timemus. Sic creator o- Creaturæ ra
mniũ deus inter cętera & sup cætera quæ creauit tiõalis diuersa
rationalẽ dignatus est amplius illustrare naturã, ratio. XLVI
quam & sua similitudine fecit insignẽ, & suę bea
titudinis uoluit esse particẽpem. Cuius tamẽ ratio
nalis creaturæ licet similis uideat origo, facta est
diuersa conditio: dũ pars eius est in ęterna felicita
te firmata: pars rudẽtib. inferni detracta, & in tar
tarum tradita in iudicium crucianda seruat. Pars
etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam tertia terrenis unita corporibus locum medium sortita cognoscitur: & prius quidem eadem media summis uicinior in delitijs erat posita paradisi, nũc iam propinquior infimis, pro reatu inobedientiæ humiliata est in loco afflictiõis. Summus igit omniũ horum locus plenam habet lætitiã, infimus solã tristitiã. Ibi enim plena felicitas: illic sola & summa miseria est. In medio sanè summa spe randa, sed nihilominus infima sunt timenda: & ideo nobis iam amplior timoris causa q̃ spei, quo uicinioresei dem infimis, deiecti in ipsa degimus umbra mortis. Quia tamen et illius beatitudinis, et illius nihilominus dãnationis ęternæ humanã deus animã pro suorũ qualitate meritorũ participẽ fieri posse cognouit, naturales affectus ei quatuor indidit: ut haberet unde bona illa posset optare, et in eis quãdoq; lætari: et rursum unde mala illa metuere, uel in eis etiã dolore ꝓpetuo cõtristari. In eo em̃ sanè grauior est moderna cõditio, quod nõ modo exhibet tristitiã et modernã molestiã, sed & timor habet pœnã, & spes ipsa quę differt affligit animã. Pissim⁹ em̃ pater et terribilis iudex, q̃ uera illa & ꝓpetua gaudia filijs, dolores q̃ perpetuos reis in fine parauit, nõnulla tamẽ etiã nos in presenti experimẽta capere uoluit gaudij uel doloris, unde illa nõ modo certi⁹ credi, sed affectuosius quoq; optari ualeant & timeri. Cæterũ nec presentia gaudia in illorũ cõparatiõe sunt gaudia, nec tristitia præsens in illius cõparatione est tristitia. Nec desipiet si quis interim omnẽ operã dare maluerit, quẽadmodũ illa potius ualeat cõcupiscere gaudia, illos formidare dolores, q̃ huius uitę uitare molestias, captare lætitiã. Verũtamen inuenire est etiã in presenti unde utiliter gaudeat quis, uel salubriter cõtristet. Si lętet de beneficijs suis gratias deo agẽs, & deuotiõe eius exultet, & ꝓpria seu etiã proximorũ delicta deploret. Vnde etiã diuina dispositiõe media inter eosdem affectus constituta est ratio in corde hominis, per quã nimirũ discernere & dijudicare possit unde gaudeat seu doleat, imò etiã quid cupiat uel quid timeat. Sanè qui triplicem uim animæ esse docuerunt, rationalẽ illam, irascibilẽ, & cõcupiscibilem asserẽtes, affectus quidẽ diuersos, sed quadã sibi cognatiõe iũctos, sub irascibili metũ & tristitiam, sub cõcupiscibili desideriũ et lętitiã cõprehẽdisse uidenť. Interim ergo inter affectus uarios humana fluctuãs anima, necesse est ut certã demũ uel in summis uel in imis accipiẽs stationẽ, in solo deinceps uel gaudio uel dolore ꝓsistat. Deus est in summo, mũdus in imo. Deus in eodẽ statu ęternitatis suæ semp cõsistit. Mũdus cursu mutabilitatis suæ semper instabilis fluit. Humanus animus quasi in medio collocatus quadã cõditionis suæ excellentia, huic mutabilitati quę deorsum est supemi-
net, & ad illam quæ est apud deum uerã immutabilitatẽ necdum pertingit. Si uero in ijs quę deorsum trãseunt se per cupiditatẽ immerserit, statim per infinitas distractiones rapietur, et à semetipso quodãmodo diuisus dissipabit. Si uero ab hac infinita distractione quæ deorsum est se erexerit, & hæc infima deserens, atq; paulatim in unũ se colligens secũ esse didicerit, tãto amplius in unũ colliget, quãto magis cogitatione et desiderio sursum eleuabit: donec tandẽ omnino immutabilis sit, & ad illã uerã & unicã quæ est apud deũ immutabilitatẽ perueniat, ubi perpetuo sine omni mutabilitatis uicissitudine requiescat. Credimus animas nec esse ab initio cum angelis, nec simul creatas: sicut Origenes fingit. Nec per coitũ cũ corporib. seminanť: sicut Luciferiani & Cyrillus, & alij qui Latinorũ præsumptores affirmãt. Sed dicim⁹ earũ creationẽ solũ omniũ creatorẽ nosse, & corpus tantũ per coniugij copulationẽ seminari: dei uero iudicio coagulari in uulua matris, & cõpingi atq; formari: ac formato iam corpore, animam creari & infundi: ut uiuat homo in utero ex anima cõstans & corpore, & egrediat ex utero uiu⁹ plenus humana substantia. Nec duas animas esse credimus in uno homine, sicut multi scribũt, unã animalẽ qua animetur corpus & immixta sit sanguini, & alterã spiritalem quæ rationẽ ministret. Sed dicimus unã eãdemq; animã esse in homine, quę & corpus sua societate uiuificet, & semetipsam sua ratiõe disponat, habẽs in se libertatẽ arbitrij, ut in suæ substãtiæ eligat cogitatione q̃d uult. Libertati siquidẽ arbitrij sui cõmissus est homo: postq̃ uero deceptione serpẽtis per Euã cecidit: naturæ bonũ pdidit, pariter & uigorẽ arbitrij: nõ tamen electionẽ, ne nõ esset suum, quod emẽdaret peccatũ. Manet itaq; ad quærendã salutẽ arbitrij libertas, id est rationis uolũtas: sed admonente prius deo et inspirãte ad salutẽ. Vt ergo acquiescamus salutari inspirationi, nostrę potestatis est: ut adipiscamur quod adipisci desideramus, diuini est muneris. Vt nõ labamur adepto salutis munere, nostræ solicitudinis est & cœlestis adiutorij: ut labamur, potestatis nostrę est et ignauiæ. Solũ hominẽ credimus habere animã substantiuã, quę exuto corpore uiuit & sensus suos atq; ingenia uiuaciter tenet. Neq; cũ corpore moriť, ut Aratus asserit: neq; postmodũ interit, sicut Zenon dixit, quia substãtialiter uiuit. Animaliũ uero animę nõ sunt substãtiuæ, sed cum carne ipsa carnis uiuacitate nascunť, et cum carnis morte finiunť: & ideo nec ratione regunť, sicut Plato & Alexander putant: sed ad omnia incitamenta naturę ducuntur.
Anima humana nõ cum carne moritur, quia nõ cum carne, sicut diximus superius, seminať: sed formato in utero matris corpore, dei iudicio creatur et infundiť, ut uiuat homo intus in utero, et sic procedat natiuitate in mundũ. Anima à creatore principiũ habens, ex quo est, perfecta est in genere suo: unde ex quo est, sciret omnia quę ab homine sciri possunt, nisi grauitas carnis esset. Quod ꝓ primum hominẽ, qui ante corruptionẽ humanitatis ex quo fuit perfecte habuit scientiã, ꝓbari potest. Sed modo corrupta humanitate, ex quo coniũgitur corruptioni, corrũpitur, Nec ꝓprietates suas potest exercere, donec usu et experiẽtia et alicuius doctrina incitata incipit discernere, Veluti si quis cũ subtili acie oculorum in tenebrosa detru-
datur

Animarũ origo. XLVIII

De humano animo XLVII

datur, uidere tamen nõ potest ibi nisi prius assuescat tenebris, uel lumẽ accendať. Vnde Virgilius
Aeneid. 6 Quantum non noxia corpora tardant.
Et licet aliæ sint actiones corporis, & aliæ actiões animę: tamen corporis actiones uitia uel uirtutes possunt esse animę. Cũ em̃ ad hoc sit anima data, ut illicitos carnis motus corrigat, ignorãtia illius cõtingunt uel negligẽtia. Sicut cũ discipulus uel seruus negligẽtia doctoris uel domini peccat, magister uel dominus extra culpã non est, Sic anima malis cõtingentib. nõ est extra culpã, cũ ista debeat imperare, & illa obedire. Duabus substãtijs
Homo ex carne & anima Cap. XLIX tantũ cõstat homo: anima & carne. Anima cũ ratione sua et carne cum sensibus suis. Quos tamen sensus absq; societate animę nõ mouet caro, anima uero & sine carne rationale suũ tenet. Notandum tamẽ quod ijdem ipsi sensus qui in exteriori homine describunť, simili modo secũdum modũ suum in interiori esse manifestanť, quia spiritales res nõ corporalibus sensibus, sed spiritalibus ri-
Deut. 32 mandæ sunt. Vnde diuina scriptura in Deuteronomio ait. Videte q̃ ego sum deus, & nõ est alius
Apoc. 2 præter me. Et in Apocalypsi. Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Et in
Psal. 33 Psalmo, Gustate & uidete quoniã suauis est dominus. Et Apostolus, Christi bonus odor sumus,
2 Cor. 2 & in ijs qui pereũt, & in ijs qui saluí fiũt. Et in Euã gelio dominus mulierem fide se tetigisse magis q̃
Luc. 8 corpore ostẽdit dicens, Tetigit me aliquis: Nã & ego sensi uirtutẽ de me exisse. Sic ergo cum omni cautelã obseruãdũ est quid ad corporis sensus, & quid ad animæ pertineat dignitatem: ne forte cõfusus ordo & irrationabilis æstimatio alicui repugnare uideatur ueritati. Nõ est tertius in hominis
Didymus substãtia spiritus, ut Didymus cõtendit, sed spiritus ipsa est anima: & ꝓ spiritali natura, uel pro eo quod spiret in corpore, spiritus appellať. Anima uero ex eo uocať, quod ad uiuendũ uel uiuificãdũ animet corpus. Tertiũ uero qui ab Apostolo cũ anima & corpore inducit spiritũ, gratiã sancti spiritus intelligamus: quã orat Apostolus, ut integra pseueret in nobis, ne nostro uitio aut minuať, aut fugeť à nobis: quia spiritussanctus effugiet fictũ, et auferet se à cogitatiõib. quę sunt sine intellectu. Iugi ergo meditatiõe animũ nostrũ exerceamus, & cõsideremus miserias & necessitates nostras, labores & dolores. Lugẽtes em̃ in hanc uitã intra uimus, cũ labore uiuim⁹, cũ dolore et timore exiturí sumus. Cogitemus ergo quàm breuisuita nostra sit, q̃ uia lubrica, q̃ mors certa, & hora mortis incerta. Cogitemus quãtis amaritudinib. admixtũ sit, si quid dulce ac iucundũ in uia huius uitę, occurrit suo nobis alludit: q̃ fallax & suspectũ, q̃ instabile & transitoriũ est quicquid huius mundi amor parturit, quicquid species, aut tẽporalis pulchritudo ꝓmittit. Cõsideremus etiã quę sit patriæ cœlestis pulchritudo, suauitas atq; dulcedo. Attendamus & perpẽdamus unde cecidimus, & ubi iacemus: quid pdidimus, & quid inuenimus: ut ex utroq; intelligamus quantũ nobis in hoc exi-
Eccles 1 lio lugendũ sit. Hinc em̃ Salomon ait, Qui appo-
nit scientiã, apponit dolorẽ. Quia et quãto magis homo sua mala intelligit, tãto amplius suspirat & gemit. Meditatio siquidẽ parit scientiã, scientia cõpunctionẽ, cõpunctio deuotionẽ, deuotio perficit orationẽ. Meditatio, est frequens cogitatio, curiosa & sagax obscura inuestigare, & occulta ad notitiã trahere. Scientia est, quando homo ad notitiã sui assidua meditatione illuminať. Cõpũctio est, quãdo ex cõsideratione malorũ suorum cor interno dolore tangiť. Deuotio, est pius & humilis affectus in deum, humilis ex cõscientia infirmitatis propriæ, pius ex cõsideratione diuinę clementiæ. Oratio, est mẽtis deuotio, id est, cõuersio in deum per piũ & humilẽ affectum. Affectus, est spõtanea quędam ac dulcis ipsius animi ad deum inclinatio. Nil enim ita deũ inclinat ad pietatẽ & misericordiam, quemadmodũ purus mentis affectus. Scientiã cœlestium et terrestriũ rerum laudare atq; amare solent homines: sed multo meliores sunt qui huic scientiæ præponunt noscere semetipsos. Laudabilior siquidem animus est, cui nota est miseria sua, q̃ qui ea nõ aspecta, uias syderũ et naturas rerũ scrutať. Qui uero iam in deum euigilauit animus spiritussancti calore excitatus, atque in eius amore corã se uiluit, ad eumq; intrare uolens nec ualẽs, eoq; sibi lucẽte attẽdit in se & inaniuit se, suamq; ægritudinẽ illius mũditiæ contẽperari nõ posse cognoscit: dulce flere habet, eũq; precari ut sui misereať, totãq; eius miseriã exuat. Hũc itaq; egentẽ & dolentẽ scientia nõ inflat, quia charitas ędificat. Proposuit enim scientiã scire, id est, scire seipsum et infirmitatẽ suam, magis q̃ scire uires herbarũ, & naturas animaliũ: & hãc apponendo scientiã, apposuit dolorẽ, id est, defectũ peregrinationis suę ex desiderio patrię suę, & uisionis dei, quẽ cernere est finis: cui est gloria in secula seculorũ Amen. Dolet, qui teneť exilio, quia differtur à regno. Dolet, dũ recordať quę & quãta mala fecit, & q̃ intolerabiles pœnas ꝓ illis passurus sit. Cũ nulla sciẽtia melior sit illa qua cognoscit homo seipsum, discutiamus cogitatiões, locutiones, atq; opera nostra. Quid em̃ prodest nobis, si rerum omniũ naturas subtiliter inuestigemus, efficaciter cõprehẽdamus, & nosmetipsos nõ intelligamus? Examinemus ergo quæ fecimus nos, si secundũ quod debuimus, ea fecerimus: cõsideremus ea quæ facturi sumus, si sint secundũ deum.
Valde siquidẽ est necessaria nobis circunspectio examinationis, quatenus per experientiã eorum quę fecimus, ad ea quę agenda sunt, tutiores reddamur. Sæpe nãq; opus quod bona intentione in choari credimus, tãto citius in deceptiõis laqueũ nos præcipitat, quãto de intẽtionis nostræ principio securi finem actionis non obseruamus: & imprudentes quasi uia plana ad foueam currimus, quia uidemus quid facimus, sed quid finẽ nostrũ sequi debeat, nõ attendimus. Ita em̃ ambiguus est animi affectus, ut nisi ex fine operis qualitatem intentionis eius discernere nõ ualeamus. Præterea necesse est, ut per singulos dies uitã nostrã ad iudicium uocemus: & quid egimus per noctem &

Quid sit meditatio L

Scientia

Cõpunctio

Deuotio

Oratio

Affectus

Cognitio sui Cap. LI

Universidad de Deusto
Biblioteca

diem,examinemus:& quãto ad bona facienda solito alacriores:& quanto ad mala uincẽda solito A cõstantiores:siue aliquo opere nostro insidijs inimici supplantati simus,qualiter demũ per iudiciũ transactæ deceptionis futurã illius fraudẽ cauere ualeamus: quatenus nec superueniẽs tẽtatio nos improuisos ad malum opus deſciat,nec indiſcretos in opere bono prẽsens negligẽtia fallat. Quisquis ſcilicet cor ſuũ in huiuſmodi ſtudio exercet γνῶθι σεαυτ̀ audiat quid quidã ſapiẽs dicat,Scito teipſum:ſci to unde ueniſti,aut quo uadis: quõ uiuis,quantũ ꝓficis uel deficis:cũ longe es à deo, uel cũ prope, nõ interuallis locorũ,ſed ſimilitudine uel diſſimilitudine morũ. Scito quomodo homo es,cuius cõceptio culpa,naſci miſeria,uiuere pœna,mori neceſſe,Certũ eſt,quia morieris,ſed incertũ quomodo uel quãdo uel ubi:quoniã mors ubiq; te expe- B ctat,& tu ſi ſapiens fueris,ubiq; eam expectabis. Attẽde ergo ſolicite quid agas,uel quid agere debeas. Si quod faciendũ eſt facias. Si bono opi malũ aliquod nõ admiſceas. Si bonũ quod agis,quãta oportet deuotione adimpleas. Si alterius,ut tuum,bonũ diligas. Si tuũ,ut alterius,malũ reprehẽdas. Si ſic declinas à malo ut facias bonũ. Sunt eñ quidam tantũ attendẽtes mala quę nõ faciũt,iſtos puſillanimitas à bono opere reuocat,ne malũ ſurripiat. Sũt aliqui attendentes tantũ bona quæ faciunt:illi ſic ſibi à bono opere cõplacent & blandiunt,ut de prauitatis admixtione minime terrentur. Sũt alij ſapientes ut faciant mala, bona aũt facere neſciũt:iſti peſſimi omniũ lætanť cum male fecerint,& exultãt in rebus peſſimis. Sunt alij C quærentes deũ per exteriora,deferentes interiora

Tres gradus ad cognitionẽ ſui Cap. LII

ſua,quibus deus interior eſt. Redeamus ergo ad nos,ut poſſimus aſcẽdere ad nos. Tres ſiquidẽ aſcẽſus ſunt, In primo,aſcẽdimus ab iſtis exterioribus & inferioribus ad nos. In ſecundo,aſcẽdimus ad cor altũ:quãto nanq; amplius ꝓficimus, tanto amplius aſcẽdimus. Qui enim nõ aſcẽdit, deſcendit:& qui nõ proficit,deficit. In tertio aſcẽſu, aſcẽdimus ad deũ. Primus aſcẽſus fit cõſideratiõe mũdi,& contẽptu. Conſiderando nanq; q̃ caduca & trãſitoria ſint iſta terrena, contemnimus ea & redimus ad nos. Secundus aſcenſus fit cognitiõe et cõtemptu noſtri. Cũ enim cognoſcimus cũ proni ſimus ad malũ,et q̃ inualidi ad bonũ,contẽnimus & aſcẽdimus ſupra nos. Tertius aſcẽſus fit cogni D tione & amore dei. Iſte tertius aſcenſus fit mentis dilatatione, & mẽtis ſubleuatione, & mẽtis alie-

Mentis dilatatio

natione. Mẽtis dilatatio eſt,cũ ſub uno mentis aſpectu,plura conſpicimus,uel de dei ſapientia,uel de eius potentia,uel de cũcta bonitate. Intueri debemus cũ potẽter deus cũcta creauit de nihilo, cũ ſapiẽter gubernat, cũ benigne cũcta diſpẽſat. Totum iſtũ mundũ ſic ornatũ fecit propter corpora, corpora ꝓpter animas, animas ꝓpter ſe. Et ideo diligẽter cuſtodire debemus animas noſtras, quatenus eas mũdas et ſanctas deo reddere ualeamus

Mentis ſubleuatio

à quo tãta bona accepimus pro eis. Mentis ſubleuatio eſt, cũ de uiſibilib. ſubleuamur ad inuiſibilia. Quãdo nãq; cõſideramus humanã dignitatẽ, admiramur dignationẽ dei, qui tã mirabiliter rationalẽ ſpiritũ ad imaginẽ et ſimilitudinẽ ſuã creauit. Mentis alienatio eſt, quãdo mens ſuper ſe rapitur. De hoc mentis exceſſu, homo doceri nõ poteſt, quia nihil ibi habet ſui, De mentis autẽ dilatatione & ſubleuatione inſtrui poteſt, quia ibi aliquid habet ſui. Inſtruiť aũt aliquando humana induſtria, aliquãdo diuina reuelatiõe ſeu inſpiratione. Nonnũquã uero in ſpeculo cordis ſui, id eſt in ratiõali mente, ſeipſum et deũ inſpicit. Ita nãq; cõditus eſt cor hominis,ut in eo quaſi in tẽplo dominus inhabitaret,& tanquã in quodam ſpeculo ſuo reluceret: ut qui in ſe uideri nõ poterat,in ſua imagine uiſibilis appareret. Magna ꝓrſus dignitas hominis eſt,portare imaginẽ dei,& illius in ſe iugiter uultũ aſpicere, atq; eum ſemp per contemplationẽ præſentem habere. Sed poſtquã delectationẽ noſtrã in terram peccãdo ſparſimus, peccati puluis ſuperiectus eſt cordi noſtro:& ideo ab illo internæ cõtemplationis ſpeculo corruentes in has miſeras prẽſentis uitæ tenebras labimur, ubi deo digne miniſtrare nõ ualemus, quia ſorde iniquitatis caligine ignorãtiæ obuoluti,quid agẽdũ uel uitandũ nobis ſit, ex magna parte iam non uidemus. Tergamus ergo ſpeculũ noſtrũ ab amore uanitatis,& ab amore iniquitatis, id eſt,à puluere & à ſorde: ut in eo inſpicere ualeamus & nos, & creatorẽ noſtrũ quem peccãdo poſt tergũ noſtrũ poſuimus, Auerſi ſiquidem à deo ſumus, peccata noſtra ſeparãt nos ab eo. Et ideo cũ Propheta dicamus, Cõuerte nos deus ſalutaris noſter. Si mu- *Pſal. 84* lieres ſpeculũ ſuũ in quo facies inſpiciũt,cũ amiſerint,diligẽter quærũt, & curioſe tergũt à puluere & à ſorde:multo amplius ſpeculũ interioris hominis debemus & inuenire & tergere & inſpicere: ut in eo totã turpitudinẽ noſtrã ualeamus deprehendere,et ita ꝓ cognitionẽ noſtrã ad cognitionẽ dei puenire. Duo nobis neceſſaria ſunt ut nos *Cognitio ſui neceſſaria Cap. LIII* cognoſcamus, uidelicet quales ſumus ad malũ, & quales ad bonũ. Proni ſumus ad malũ,& ſi miſericordia dei nõ teneret nos, in omne uitium poſſemus cadere, nec inde ſurgere,niſi miſericordia dei ſubſequereť quę nos ſubleuaret. Hoc bene cognoſcebat Propheta cũ dicebat,Domine,miſeri- *Pſal. 25* cordia tua ante oculos meos, quę me cuſtodiat: et *Pſal. 22* miſericordia tua ſubſequať me, quę me erigat. In ualidi ſumus ad bonũ, nec dei gratia bonũ facere, uel in aliquo bono ꝓſeuerare poſſumus. Iſtud etiã *Gen. 18* Apoſtolus ſciebat,cũ dicebat, Gratia dei ſum,id quod ſum:et quia gratia eius in me uacua nõ fuit, gratia eius in me manet. Hanc geminã cognitionem ſui habuit Abrahã cũ diceret,Loquar ad do- *1 Cor. 15* minũ meũ cum ſim puluis et cinis. Reuera puluis eſt homo: Sicut eñ puluis ex quacũq; parte uenti impelliť,& in aliã areã deijciť, & ibi remanet: ſic homo in omne uitiũ cadere poteſt, nec adijciet ut reſurgat,niſi miſericordia dei ei ſubueniat. Cinis *Homo quare cinis* etiã eſt homo,quia ſicut cinis nec profert germen ex ſe, nec ſuſceptũ ſemen germinat,ſic homo nec bonũ facere, nec in aliquo bono perſeuerare ſine gratia dei poteſt. Idcirco maximas grates deo referre

ferre debemus, quia & multa bona nobis cõceſſit,& multa mala quæ fecimus, nobis cõdonauit, A et à multis malis ſeruauit, quę facere potuimus,ſicut alia multa quę fecimus. Quicquid eñ mali nõ fecimus, eo miſerãte nõ fecimus. Nã ſi ipſe pmiſiſſet,ea utiq; feciſſemus, aut opere aut uoluntate. Et ideo neſcio utrũ eum amplius diligere debeamus pro his quæ nobis dimiſit,an ꝓ his à quibus nos immunes ſeruauit: licet enim ea nõ fecimus, nos quaſi feciſſe,& eũ quaſi dimiſiſſe, exiſtimare debemus, quãdoquidẽ ea uel uolũtate utiq; feciſſemus, ſi ipſe pmiſiſſet. Quiſquis in ueritate ſe ita cognoſcit,humilis eſt corã deo & hominibus: diligit deũ ꝓpter deũ, & oñes homines ꝓpter deũ: & ſi perfectã charitatẽ habet, nullũ iudicat, nullũ accuſat, nullũ condẽnat: nõ ſeruat iram, non mouet rixas, nõ ſeminat diſcordias: nõ fouet nocen- B tes, nõ perſequiť innocẽtes: non odit arguẽtes ſe: nõ facit furtũ, nõ falſum teſtimoniũ, nõ periuriũ: nulli detrahit, nulli nocet, nullum odit, ſed omnes

Rom. 13

diligit. Scriptũ eſt, Nemini quicq; debeatis, niſi ut inuicẽ diligatis. Sic enim deo familiaris eſt charitas, ut in eo habitare nolit, in quo charitas non fuerit. Qui ergo charitatẽ habet, deũ habet, quia deus charitas eſt. Et qui unũ hominẽ habet odio, deũ perdit, & bonũ quod facit. Quapropter unuſ quiſq; ꝓ uideat, ne ꝓpter unius hominis odiũ, deũ perdat, & omne bonũ. Nũc reuertamur ad ſpeculũ noſtrũ, & uideamus quõ per cognitionẽ noſtri poſſimus aſcendere ad cognitionẽ ipſius dei. Duplex eſt natura hominis, Vna interior, quę eſt ipſe homo, quoniã mens uniuſcuiuſq; eſt ipſe. Al- C tera exterior, id eſt corpus. Ex duplici natura cõpactus eſt homo, et ideo ut totus beatificareť, duo illi bona deus à principio præparauit: unũ uiſibile, alterũ inuiſibile: unũ corporale, alterũ incorporale: ut in uno ſenſus carnis ad iucũditatẽ fouerentur: in altero ſenſus mentis ad felicitatẽ repleretť. Idcirco duplici ſenſu ratiõali anima inſtructa eſt, ut uiſibilia caꝑet per ſenſum carnis, inuiſibilia per ſenſum mẽtis, quatenꝰ & uiſibilia et inuiſibilia ad cognitionẽ et dilectionẽ creatoris illã excitarent. Omniũ nãq; humanarũ actionũ ad hunc fineñ currere debet intẽtio, ut uel diuinę imaginis in nobis ſimilitudo inſtaureť, uel huius uitæ neceſſitati cõſulať. Quę uero in nobis diuinã ſimilitudinẽ reparant, duo ſunt, id eſt, ſpeculatio ueritatis, & exer- D citiũ uirtutũ: quia in hoc homo ſimiliſ eſt deo, q̃ ſapiens & iuſtus eſt. Ea ſiquidẽ perfectius autorẽ ſuum manifeſtãt, quę illius ſimilitudini uicinius appropinquãt. Hoc aũt eſt mens rationalis quæ excellenter & ꝓprie ad ſimilitudinẽ illius facta eſt. Et tũc citius creatorẽ ſuũ quẽ nõ uidet, agnoſcit, cũ ſeipſam ad illius ſimilitudinẽ factã intelligit. In hoc ergo primũ trinitatis ueſtigiũ inuẽtum eſt, cũ agnoſcere cœpit ipſa quod erat ſupra ſe. Vidit enim quod ex ſeipſa naſciť ſapiẽtia quæ in ipſa eſt, & diligit ipſa ſuã ſapiẽtiam: & procedit amor ex ipſa & ſapientia ſua, quæ amat ipſam genitam de ſe, & in ſe manentem non diuidit à ſe: & apparent tria quædam in uno, mens, & ſapientia, & amor.

De inſtauratãde in nobis imagine dei L IIII

Et eſt ſapiẽtia de mente: & de mente et ſapiẽtia ꝓcedit amor, et ſurgit trinitas, et nõ recedit unitas: et ſunt ſimul trinitas et unitas hęc ſic in nobis. Verum lõge melius ratio ſuadet in deo. Deus nanq; cũ ſit origo omnis ſapiẽtiæ & ſemp ſapientiã habuit & ſemp eã dilexit, et quia ſemp dilexit, ſemp amorẽ habuit. Sapientiã quã habet, ipſe genuit, et ſemp cum illo fuit, quia genita ſe à gignẽte nõ diuidit: ſemp gigniť, quia æterna, ſemp genita eſt, quia pfecta, nec cũ gigniť inchoans, nec cum genita eſt ceſſans. Qui genuit, pater eſt: qui genitus eſt, filius eſt: & qui ab utroq; procedit, ſpiritusſanctus eſt. Pater à nullo eſt, filius à ſolo patre eſt, ſpiritusſanctus ſimul à patre & à filio eſt: & hæc tria una in deo eſſe ſubſtantialiter oportet fateamur. Sed quia ille qui genitus eſt, non poteſt eſſe ille à quo genitus eſt, neq; qui à gignẽte & genito ꝓcedit, poteſt eſſe ille & qui eſt gignẽs, & qui eſt genitus: inexpugnabili ratiõe ueritatis cognoſcere cogimur in deitate ꝓſonarũ trinitatẽ, et ſubſtãtię unitatẽ, & maieſtatis æqualitatẽ. Pater ergo & filius & amor patris & filij unus deus ſunt, & uno amore ſe diligũt, quia unũ ſunt: nec aliud eſt ꝙd quiſq; amat in altero cũ quod quiſq; amat in ſemetipſo. Nec aliud eſt quod quiſq; eſt quàm quod alter eſt, ideo eſt neceſſe, ut quiſq; amet ſeipſum, & adinuicem quiſq; aliũ. Hanc charitatẽ & hanc trinitatẽ, deus pater nobis manifeſtauit, cũ ꝓpter nimiã charitatẽ ſuã qua nos dilexit miſit filiũ ſuũ in ſimilitudinẽ carnis peccati ut nos ſaluaret. Miſit etiã ſpiritũſanctum, quo nos adoptaret in filios. Filiũ dedit in preciũ redemptionis, ſpiritũſanctum in priuilegiũ amoris, ſe deniq; ſeruat hęreditatẽ adopta- *Pater, filius, ſpiritus ſanctus Cap. LV* tis. Pater, & filiꝰ, & ſpũſanctus nomina ſunt pietatis, nomina dulcedinis, nomina ſuauitatis & amoris. Quid eñ dulcius patre, et tanto patre tam dulciſſimo atq; miſericordiſſimo: Quid ſuauius Ieſu Chriſto: Saluator noſter totus eſt unctus, totus eſt pius, totus eſt dulcis atq; ſuauis. Quid amabilius & quid ſuauius, et quid ſanctius ſpũſancto: Amor patris & filij ipſe eſt, ꝓ quẽ omnes ſunt ſancti quicũq; ſunt ſancti. Cõſiderate ergo quanta ſit illa gloria, cũ ineffabilis lętitia cum ad deum patrẽ ueniemus, & ille ponet nos in ſuo regno tãquam filios & hęredes, Ieſus Chriſtus tanquã fratres et coheredes, ſpũſanctus unũ nos ſpiritũ eſſe faciet cũ illis: Ipſe ſiquidẽ eſt indiſſolubile uinculũ trinitatis & amoris. Tũc introibimus in potẽtias domini, & uidebimus ciuitatẽ illam de qua tam glorioſa dicta ſunt. Vita ſiquidem illius ciuitatis eſt quieta, pax trãquilla, felicitas perpetua, pulchritudo admirabilis, ſpecies laudabilis, iucũditas cõcupiſcibilis, gloria deſiderabilis, gaudiũ perẽne, feſtiuitas cõtinua, cantica dulciſſima. Ibi ſunt quæ corda omniũ in quandã ineffabilẽ dulcedinẽ atq; iucunditatẽ conuertũt. Sũt ibi gaudia ętерna, quę ſuauitatẽ infundũt, & corruptionẽ non inducũt. Semp reficiunt & nũquam deficiunt, paſcunt & perſeuerãt integra, ad fruendũ ſe exhibẽt & permanẽt incorrupta. Dulcedo illius ciuitatis infundit ſe ad ſuauitatẽ, ſpecies ad iucunditatẽ, uiſio ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

delectatione. Omnis pulchritudo ibi est, ubi summa pulchritudo est. Quanta nāq; pulchritudo ibi est, ubi rerū omniū species sine defectu uigēt, sine transitu permanēt, sine corruptione cōsistūt, sine mutabilitate ęterne sunt. Si tam pulchrū est quod uere pulchrū nō est, quid est quod pulchrū est? O ciuitas sancta, ciuitas speciosa, quicquid in te est, totū pulchrū est, suaue est, iucundū est, unū bonū est, & omne bonū in ipso est. Quicquid ēm nominare boni possum, totū ibi est: quia omnia bona in uno sunt, & omnia unū sunt. Huius tanti boni amor & desideriū cū me aliquādo tāgit, uehementer, atq; suauiter afficit, et nescio quo quodāmodo à memetipso abstrahit. Subito ēm innouor & totus immutor, rapior affectu, trahor desiderio, & bene mihi esse incipit ultra q̄ dicere sufficiā. Exhi
larat cōsciētia, in oblitionē uenit omnis pręteri B torū dolorū memoria, exultat animus, clarescit intellectus, accendit affectus, cor illuminat, desideria iocundant. Iāq; alibi, nescio ubi, me esse uideo: uideo nāq;, sed quasi adhuc de lōge, choros angelorū & archangelorū psallentiū & laudantiū deū. Vnū est ēm ibi omniū opus, contēplari mirabilia dei, eūq; laudare in opibus suis. Omnes cōtēplantur, omnes lętant, omnes delectant in deo: cuius aspectus pius, facies decora, eloquium dulce: delectabilis ad uidendū, suauis ad habendū, dulcis ad fruendū. Semp libet illū aspicere, semper habere, semp illo frui, & in illo delectari. Ipse p se placet, & ppter se: sufficit ad meritū, sufficit ad præmiū. Nec aliquid est quod extra illū quęrat, quia totū in illo inuenit quod desiderat, & in illo totū amatur. Vnū nanq; bonū est, & omne bonū in illo est. Hoc bonū soli boni habēt & uidēt: amant & laudant laude ppetua. Cū cōsidero qualis animæ natura sit quæ carnē uiuificare potest, sed semetipsam stringere in bonis cogitationib. sicut desiderat nō potest, inuenio quendā intellectualē spiritū p creatoris potentiā uiuentē, et corpus quod sustinet uiuificantē, sed tamē uanitati subditū, mutabilitati subiectū: quē sępe lætitia extollit, timor afficit, iniquitas mortificat, iustitia uiuificat. Vita si quidē animę deus est, mors animæ peccatū. Anima nāq; quę peccauerit ipsa morietur: quę aūt iudiciū fecerit & iustitiā, uiuet & non morietur. Ita immortalis est anima ut mori possit: ita mortalis, ut mori nō possit. Immortalitate mortalis est, et mor D talitate immortalis est. Quapropter miseris mors est sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia & mors semp uiuet, et finis semp incipiet, et defectus deficere nescīet. Mors pimet et nō extinguet: dolor cruciabit, & pauorē nō fugabit: flāma cōburet, sed tenebras nō discutiet. Erit ēm in igne obscuritas, in obscuritate pauor, in cōbustiōe dolor. Ita reprobi ignib. inferni traditi, in supplicijs dolorē sentiēt, & in doloris angustia pauore ferētur, & semp tolerabūt & semp timebūt: quia sine fine semp cruciati uiuent sine spe uenię & miseriq; est miseria sup miseriā. Si ēm post tot milia annorū quot capillos habuerūt omes quicūq; fuerūt & erūt pœnas suas finiri sperarēt, multo le

Spiritus intellectualis LVI

Animæ uita et & mors

Impiorum afflictio

uius eas sustinerēt. Sed quia spem nō habent nec A habebūt, desperatiōe deficiēt & ad tormēta non sufficient. De his p Esaiā scriptū est, Vermis eorū *Esa.66* nō morietur, & ignis eorū non extinguet, quia nec ipsi cōsument. Vermis cōscientiā corrodet, ignis carnē cōburet: quatenus qui autori suo corde & corpore deliquerūt, corde simul & corpore puniant, cū anima à beata uita separata erit, & corpus ęternis supplicijs subiacebit. Ibi metus et mœror, luctus & dolor. Tūc uere nihil lugere erit nisi flere, quia pœnitere tunc nulli poterit ualere. Ibi erit tortor cędēs, uermis corrodēs, ignis cōsumēs. Pec cata detegent, rei punient, & hoc totū perenne. Quisquis ēm ad tormēta ibit, iam nō amplius exibit. Dolor cōbustiōis eos foris cruciabit, pœna cę citatis intus obscurabit. Videbunt aūt illa teterrima mōstra dęmoniorū, et laruales facies eorū. Vidēbūt etiā tormēta inferni, & in tormentis sequaces suos quos inordinato amore cōtra dei præcepta amauerūt, quatenus illorū interitus eos in augmēto dānatiōis suę affligāt. Deū aūt nō uidebūt, q̄ est omniū miseriarū miserius. Quis ēm dicere potest, quāta pœna erit nō uidere creatorē et plasmatorē omniū rerū, redēptorē & saluatorē fidelium, regē cœli & terræ & dominū uniuersitatis, p quē sumus, uiuimus & sapimus? Idcirco necesse est ut nos undiq; circūspiciamus & ubiq; custodiamus, ne aut praua agamus, aut recta quę precepta sunt nō agam⁹, ut bonis actib. expletis, cogitationib. nō intumescamus. Multi nāq; ex uirtutib. in infernū p elationē corruerūt. Bona desiderabiliter appetamus, mala solerter caueamus, ne sub C specie bonorū ea faciamus, quoniā plerunq; uitia se esse uirtutes mētiunt. Quisquis ergo meminit illicita se cōmisisse, studeat a licitis abstinere, et q phibita cōmisit, sibimet abscidat cōcessa. Qui uero adhuc peccatū suū plangit, ppetrare uitia timeat: & reprehendat se in minimis, qui meminit se deliqsse in maximis. Quāta libet nāq; uirtute mēs polleat, quanta libet grauitate uigeat, carnales tamen puerile quiddā exterius extrepūt, & nisi iuuenili quodā feruore infrenent, ad fluxa queq; leuia mentē eneruē trahūt: ubi si lōga cōsuetudine obseruata fuerit, cū exurgere uoluerit, nō poterit mole malę cōsuetudinis pressa. Quisqs ergo stat, uideat ne cadat: & si ceciderit, uelociter resurgat, cordis cōpūctione, oris cōfessiōe, & opis sanctificatiōe. Sit humilior intra propriā cōsciētiā, sit fer uētior atq; prōptior ad agendā pœnitentiā, sit cautior ad custodiā. Qui ēm solo beatitudinis supnæ desiderio tēporalia ista contēnit, et nihil huius mūdi diligit, solāq; æternā patriā appetit, magna mētis trāquillitate fouet, in qua tanto deū purius cernit homo, cū se solo solū inuenit, Nihil enim deo presentius, & nihil eo secretius. A turba ergo terrenorū desideriorum secessum mētis petamus, & inde à secreto cordis illicitarū cogitationū tumultus expellētes, intētione supnæ patriæ in amorē intimæ quietis anhelemus, & in alta dei contēplatiōe nos subleuem⁹. Cōtēplemur q sint ipsi angelorū chori, quę ipsa societas beatorū spirituū, quę

De amplectendis bonis & fugiendis malis. Cap. LVII

Piorum felicitas

maiestas

maiestas uisionis dei, & quō deus æternæ uisionis suæ dulcedine sanctos suos reficiet. Nemo ēm A in hac uita digne pēsare potest quāta sit illa felicitas, deū facie ad faciem uidere, quanta suauitas illud melos angelicum audire, quāta iucūditas omniū sanctorū societatē habere. Tantū enim unusquisq; gaudebit de beatitudine alterius, quātum de suo gaudio ineffabili: & quot socios habebit, tot gaudia habebit. In illa gloria nihil libētius intueor, nihil delectabili⁹ ad contēplandū inuenio, q̄ intimi amoris affectū, quo unusquisq; tātum amabit alterū, quantū seipsum: & deū plus q̄ se, & omnes alios secū: & deus plus illos, q̄ illi semetipsos, & hoc gaudio ppetuo. Nihil ēm ibi extraneū uidebimus, nihil incōpetēs amabimus, nihil q̄ aures nostras offendat audiemus. Omnia nāq; sunt ibi cōsona, omnia læta, omnia pacifica. Vnde cō- B sona secura sunt omnia cœlica iura. Ibi est omnis felicitas, omnis suauitas, omnis iucunditas, et omnis amœnitas, omis pulchritudo, & omnis dulcedo. Quicquid expedit, & quicqd delectat ibi est, omnes uidelicet diuitiæ & delitiæ, omis requies, & omne solatiū. Ibi est iugis trāquillitas, amœna serenitas, æterna iucūditas, iucūda & decora laudatio, & plena omniū bonorū cognitio. Quid ibi ēm deesse potest, ubi de⁹ est, cui nihil deest? Quot quot ibi sunt, dij sunt: nec necesse est ut alter dicat alteri, Cognosce dñm, Omnes ēm cognoscūt eū, & uident: omnes laudāt & amāt. Cognoscūt sine errore, uidēt sine fine, laudant sine fatigatione, amant sine fastidio. Semp uident, et semper uidere desiderāt, tam desiderabilis est ad uidendū. Semp C amant, & semp amare desiderāt, tam dulcis est ad amandū. Et quanto amplius amāt, tanto magis amare uolūt, tā delectabilis est ad fruēdum. In hac delectatiōe requiescūt pleni deo, pleni omni bene dictione & sanctificatione: adhærētes semp beatitudini, sunt beati: contēplantes semp æternitatē, sunt ęterni: iūcti uero lumini, facti sunt lux: aspicientes semp incōmutabilitatē, mutati sunt in incōmutabilitatē. Tāto libētius quāto dulcius illū aspiciūt, cuius aspectus pius, facies decora, eloquium dulce. O beata uisio uidere regē angelorū in decore suo, uidere sanctū sanctorū, per quē omnes sunt sancti. Illū uidere summa felicitas est, summa iucūditas, uita ęterna, & uita beata. Gaudete & exul tate iusti, quia uidetis quē amastis, habetis quē de D siderastis diu, tenetis quē nunq; amittere timetis, Propterea cātate & exultate ei, quoniā ipse est dominus deus uester gloriosus & speciosus. Ipse est salus & uita, honor & gloria, pax & omnia bona. Quanta pax ibi est, ubi nulli uestrū quicquā repugnat, uel ab alio uel à seipso, sed ipse dominus regit uos, & nihil uobis deerit. Ipse disposuit uobis regnū ut edatis et bibatis sup mēsam suā in regno suo. Gustate ergo & uidete, quoniā suauis est dominus. Suauis est ad uidendū, suauis est ad gustādum. Nec dici potest quantā habeat in gustu uoluptatē, quantā in sapore iucūditatē, quantā in odore suauitatē. Tāte suauitatis magnitudinē uos qui expti estis, nobis qui nunquā tale quid gusta-

Gratulatur his qui deo fruentur LVIII

uimus, intimare nō potestis. Tanquā si quis mellis dulcedinē ei qui nunquā dulce gustauerit, uerbis indicare uelit: pfecto nec ille saporis illius suauitatē, quā nunq; ore ppepit, aurib. capiet: nec ille dulcedinē quā gustus uoluptate cognouit, uerbis poterit indicare. Vę mihi misero, qui nunq; sen *Deplorat miserias suas LIX* tio quod sentitis, nec ibi sum ubi uos estis: in loco refrigerij lucis et pacis uos estis, ubi esse uestrū nō habebit mortē, nosse uestrū nō habebit errorē, amare uestrū nō habebit offensionē, gaudiū uestrū nō habebit mœrorē. Ego uero in regione umbræ mortis nescio finē meū, nescio si dignus sim amore uel odio, nescio quādo de corpore egrediar. Egrediar, sed nescio quādo, & fortasis dies iste supremus est: ppterea tremens & pauens quotidie mortē expecto, quæ ubiq; mihi minat: diabolū suspectū habeo, qui ubiq; mihi insidiat: timeo & pauesco ultimā discussionē & irā districti iudicis, ne pro peccatis meis mittat me in gehennā ignis. Et sicut indicare nō potestis mihi gaudiū & lętitiam uestrā de uisiōe dei: sic ego sufficiēter nō possum uobis exponere necessitates & infirmitates quas patior, iniquitates & peccata quæ feci, culpas & infinitas negligētias quas egi, & quotidie indesinenter ago corde, ore, opere, & fere omnib. modis, quib. humana fragilitas deū offendere potest. Vos igit qui meruistis consortes fieri supnorū ci *Inuocatio sanctorum* uiū, & pfruí ęternæ claritatis gloria, orate pro me ad dominū, ut educat me de isto carcere, in quo teneor captiuus & ligatus. Mens etenim cęca & uaga est, qualitate earū rerū quas respicit, uariat, & iuxta quod aspicit cogitatio illius sensusq; mutat. Cūq; stare in semetipsa nititur, à semetipsa aliquo modo etiā nesciendo deriuatur, & ab unaquaque re cui intēdit, fastidio impellente remouet. Dum enim inhiāter cogitāda appetit, & repēte cogitata fastidit, docetur quod aliūde pēdet, ibiq; posita nō reqescit. Ad deū quippe solū suspēsa est, à quo formata est. Sed quia omne q̄d infra appetit, mi- *Cupido uarietatis unde nascatur* nus est, iure ei nō sufficit quicqd deus nō est. Hinc est quod huc illuc dispgit, & per infinita distrahitur, quærēs requiē ubi non est, delectatiōis uidelicet amœna, quærit quo pauset. Sed quia unū deum, quē sufficiēter habere poterat, dereliquit, nūc p multa ducit: ut quia qualitate rerū satiari nō potest, saltē uarietate satiet. Propterea necesse est ut mentē nostrā per diuersa sparsam colligamus, & in uno æternitatis desiderio cōponamus. In cōtē- *Vt mentē exeitemus ad cœlestia. Ca. LX* platiōe nāq; creatoris hoc adepturi sumus semp, ut una mētis stabilitate pfruamur, hoc est cū labore nūc conantes imitemur, quod post in munere gaudētes accipiemus. Annos itaq; nostros terrenis subducere curis studeamus, subducere erūnis, ut in ciuitate dñi uirtutū liceat hora una uel dimidia, cogitatiōe & auiditate uersari. Cōsideremus & quantū possumus æstimemus, qualis sit illa gloria, quāta lętitia, quę solēnitas, quæ ueneratio, quod tripudiū ciuiū supnorū, qui assidui dominatori laudē pferūt, honorē deferunt, deuotionem offerūt, depromūt canticū nouū, canticū lętitiæ, inæstimabili quodā clamore: quia feruētissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo amore, ineffabili cantu, mirabili affectu, cœle
sti iubilatiõe, spiritali modulatiõe. Ipse siquidẽ est
eorũ uerus cibus, plena satietas, æterna mansio,
summa beatitudo æternæ lætitiæ, salus æterna, in
deficiens uirtus, & uita immortalis,
Sæpius hæc meditor, illuc ascendere nitor.
Suspiro, frendo: precibus, uotis ibi tendo:
Atq; modo miro quæ sint ibi, quãtaq; gyro.
Mens hæret Christo, cor delectatur in isto.
Illuc uersatur, gaudet, stupet, & ueneratur.
Iam tanto dulcius, quanto sępius: auiditate quidẽ
multa, sed satietate nulla: tam rara est hora, & bre
uis mora. O si unquã in pace in idipsum dormiã
& requiescã, ut inhabitẽ in domo dñi oĩb. dieb.
uitæ meæ. Si unquã uidere potero illũ tam deside
rabilẽ, in quẽ angeli pspicere desiderãt, ut possim
dicere, Ecce quẽ cõcupiui uideo, quẽ optaui iam
teneo, Quãdo ueniã & apparebo ante faciẽ domi
ni, ad uidendũ eũ in bonitate electorũ suorũ, ad lę
tandũ in lætitia gẽtis suæ, ut laudeẽ cũ hæreditate
sua: Quãdo uidebo ciuitatẽ illam, de qua dictum
est, Plateæ tuę Hierusalẽ sternent̃ auro mũdo, &
in te cantabit canticũ lætitiæ, & per omnes uicos
tuos ab uniuersis dicetur hallelu ia. O ciuitas san
cta, ciuitas speciosa, de longinquo te saluto, ad te
clamo, te requiro. Desidero enim uidere te, & re
quiescere in te: sed nõ sinor carne retẽtus. O ciui
tas desiderabilis, muri tui lapis unus, custos tuus
ipse deus, ciues tui, semp læti: semp eĩ gratulanť
in uisiõe dei. Nõ est in te corruptela, nec defectus
nec senectus, nec ira: sed pax perẽnis, gloria solen
nis, lętitia sempiterna, solẽnitas cõtinua. Vere tã- C
tum gaudiũ & exultatio, flos & decus iuuentutis
et perfectæ salutis. Nõ est in te heri nec hesternũ,
sed est idẽ hodiernũ. Heri siquidẽ uestrum cras, et
pridẽ sempiternũ & idẽ. Tibi salus, tibi uita, tibi
pax est infinita, tibi deꝰ oĩa. Gloriosa dicta sunt
de te ciuitas dei. Sicut eĩ lætantiũ omniũ habita
tio est in te, Nullus in te timor, tristitia nulla, desi
deriũ omne trãsit in gaudiũ, dum prędo est quic
quid optať, et quicquid desiderať abũdat. Omnes
ciues tui supefluentẽ mẽsurã gaudiorũ accipiẽt,
ut palàm omnes in cõmune gaudeãt, gaudeãt in
immensum: lætabunť omnes in unũ, cũ habitaue
rint fratres in unũ, cũ occurrerint omnes in unũ,
deniq; omnes fient unum, sicut orare dignatus est
Ioan. 17 pro familia sua, qui ꝓ reuerẽtia sua dignus est ob D
tinere, Sicut tu pater in me, & ego in te, & ipsi in
nobis unũ sint. Lætabiť itaq; uniuersitas illius ci
uitatis, lætabiť unitas, lætabiť ciuitas, cuius par
ticipatio in idipsum. Lætabitur sponsa in osculis
& amplexibus sponsi, lætabitur & exultabit gra
tulabunda, & laudans eum in secula seculorũ. Sic
et gaudebit spõsus super sponsam, et lætabiť do
minus in omnibus operib. suis, uidens ea quæ fe
cit et quidem ualde bona. Lætabiť et pater, et per
unigenitũ multos adoptiõis filios obtinebit. Læ
tabiť etiam filius, ut primogenitus in multis fra
tribus, quos in cõmunionem paternę hereditatis
dignanter asciuerit. Nec minus in illis spiritusan
cto, ꝓ quẽ adoptati fuerint, cõplacebit. Nouis etiã
am gaudijs et ineffabilib. uotis ab illis quoq; uici
nis potestatibus angelorũ, summo pastori & sum
me bono gratulantibus, sup inuẽta & mirabiliter
reportata cẽtesima oue caneť. In his paterna glo
ria, in his uolũtas spiritus, exultat in his filius, cœ
lũ repleť gaudijs, Quod uero ipsi redẽpti fuerint
à domino, cẽ deuote confitebunť & dicẽt, Quàm
bonus, quoniã in seculũ misericordia eius. Læti
tia siquidẽ sempiterna erit in eis, & exaltationes
dei in gutture eorũ in æternũ, & in seculũ seculi in
perpetuas æternitates. Beati omnes qui habitant Psal. 35
in domo tua domine, in secula seculorũ laudabũt
te. Inebriabunť ab ubertate domus tuę, et torrẽte
uoluptatis tuę potabis eos. Quoniam apud te est
fons uitę, & in lumine tuo uidebimus lumen. Cũ
uidebimus te in te, & nos in te, & te in nobis uisio
ne cõtinua & felicitate perpetua. Anima in es- *Septẽ actionis gradus in anima. Cap. LXI*
sentia est simplex, in officijs est multiplex. Habet
enim septẽ actionis gradus, quibus uires suas atq;
potentiã ostendit: Primus est uiuificatio, Secun
dus sensus. Tertius ars, Quartus correctio, Quin
tus tranquillitas seu puritas. Sextus contẽplatio,
Septimus quies, In primo gradu siue actu anima
presentia sua corpus uiuificat, colligit in unũ, atq;
in unũ tenet. In secũdo p sensus ad ista exteriora
disponẽda se extendit. In tertio diuersas artes cõ
prehendit. In quarto, ex quo bonitas incipit, atq;
omis uera laudatio, se inquinatã mũdat atq; ad pu
ritatẽ præparat. Inde, cũ iam fuerit ab omni labe
mũdata maculisq; diluta, puritatẽ tenet. Aliud est
enim puritatẽ efficere, aliud tenere. Tuuc uero in
genti quadã & incredibili fiducia ꝓgit in deũ, id
est, in ipsam contẽplationẽ ueritatis, & ille est gra
dus sextus. Iã uero in illa uisiõe seu contẽplatiõe,
quę est septimus gradus, qui est quies uel potius
quędã mãsio, manet anima, gaudet et lętať et dele
ctať. Aliud est eĩ mẽtis oculũ in id ꝙd uidẽdũ est
dirigere, aliud est infixũ tenere. Primũ gradũ cõ
munẽ habemus cũ arbustis, secundũ cũ bestijs, ter
tiũ cũ doctis et indoctis. In hoc tertio gradu deꝰ a
nimã innecuit, id est ducere incipit, purgat in quar
to, cõfirmat in quinto, introducit in sexto, pascit
in septimo. In contẽplanda aũt ueritate quę sit uo
luptas, quę solẽnitas sine fine uisiõis dei, quę læti
tia sine defectu amoris, ardor nõ cruciãs, sed dele
ctãs, quantũ desideriũ uisionis cũ satietate, & quã
ta satietas cũ desiderio, qui fructus ueri & summi
boni, quę serenitas, quę amœnitas, quæ iucundi
tas, quid ego dicã, dixerũt magnę quędã et sanctę
animę, quas ista uidisse ac uidere credimus, Nos
uero si cursum uitę quẽ nobis deus ꝓposuit, quẽ
tenendũ susceꝑimus, cõstãtissime tenuerimus, p
dei gratiã ad illud uerũ & summũ bonũ peruenie
mus. Implendis ergo mandatis dei religiosissime
atq; cõstãtissime ac uigilãtissime operã demꝰ, quo
niã nõ est alia fuga de tantis malis ad tantũ bonũ.
Religio siquidẽ uera est, qua se anima recõcilia- *Septẽ actus animæ*
tiõe deo religat, à quo se uelut peccato abrupat.
Vis animæ nostræ septem sibi uendicat actus:
Viuificat, sentit, uarias amplectitur artes:
Corrigit excessus, uirtutibus instat, in ipsam
Dirigit

Dirigit intuitum deitatem, gaudet in illa.
Seminibus quoq; primus ineſt, animalia bruta A
Participant alium: duo nostræ proprietatis,
Tres sunt & superum: superi tamen anteferũtur.
Ex actu primo uegetantur corpora, crescunt,
Prouehit inde uigor, nexus complexio, motus,
Et status & species, & conuenientia quædam.
Ex alio tangit, uidet, audit, gustat, odorat:
Odit, amat, petit apta sibi, contraria uitat,
Soluitur in somnos, in somnia mente uagatur:
Præteriti meminit, uenturis instat, agitq;
Plurima quæ sensu non & ratione geruntur.
Tertius ingenuas uariasq; perambulat artes:
Quodq; uel ingenium uel disciplina ministrat
Colligit, & uario profectu mentibus hæret.
Quartus ab illicitis reuocat, mentisq; reatus
Abiurare docet, & tunc agnoscere sese B
Incipit, incq; nouum discit transire decorem.
Discimus ex quinto naturæ lege teneri:
Res inconcessas uirtutis amore cauere:
Concessis aliquot etiam sine teste carere.
Sextus in aspectum solis lucisq; supernæ
Penè parem superis animã rapit immaculatam.
Septimus astringit stabilicq; subarrat amore,
Collateratq; deo, quam dotem iam speculatur.
Qui thalami, quis cultus eam, quę festa serenent:
Quis dicat, mea sponsa ueni, dixere beatæ
Maioresq; animæ: nec eis tamen aut ea uirtus,
Aut ea lingua fuit, quibus hæc aperire liceret:
Excedit sensus meritumq; recondita merces.
Alloquitur & excitat animã suam. LXII
Ecce audisti anima mea quid sis et quid possis:
modo audi qualis sis, & qualis esse debeas. One- C
rata es peccatis, irretita uitijs, capta illecebris, exi
lio captiua, corpore carcerata, hærẽs luto, infixa
limo, affixa mẽbris, cõfixa curis, distẽta negocijs,
cõtracta timoribus, afflicta doloribus, errorib. ua
ga, suspicationibus inquieta, solicitudinib. anxia,
aduena in terra inimicorũ, coinquinata cũ mor
tuis, deputata cũ ijs qui in inferno sunt. Si sic dam
nata & desperata uis respirare in spẽ ueniæ & mi
sericordiæ, & cũ rege angelorũ ducere suaue iu
gum amoris, oportet te esse pudicã, uerecundã,
ueridicã, pauidam, circũspectam, nihil penitus ad
mittentẽ quod euacuet gloriã conscientię tuæ. In
nullo tibi conscięntia sit quo erubescas præsentiã
ueritatis, quo cogaris auertere faciẽ tuam à lumi
ne dei: & ut hic decor diuinos oblectet aspectus, D
prodeat foras, & diffundat se per membra & sen
sus corporis, quatenus inde reluceat omnis actio,
sermo, aspectus, incessus, risus. Sit tamẽ risus mix
tus grauitate, & plenus honesti motus. Actus &
usus totiꝰ corporis cũ apparuerit, sit actus. purus,
modestus, totius expers insolẽtiæ & lasciuię, leui
tatis & ignauiæ. Sit sermo rarior, uultus hilarior,
aspectus uerecũdior, incessus modestior: talis ani
mæ pulchritudo & mẽtis ingenuitas. Sic solicita
est bona conscientia famæ integritatẽ seruare, ut
iuxta Apostolũ, prouideat bona, nõ tantũ coram
deo, sed etiã corã hominibus. Talis utiq; decor re
lictis omnibus uotis inhæret deo, uiuit deo, nihil
amat præter deũ, & quod amandũ est pręter deũ.
Solicite studet prouidere dominum in conspectu
suo semper, cui sentiat ad correptionẽ, quo illumi
netur ad cognitionẽ: cui utatur ad uirtutẽ, quo re
formetur ad sapientiam: cui cõformetur ad deco
rem, quo fruatur ad iucunditatẽ. Beata anima cui
datũ est desuper ut bonũ uelit & nouerit & pos
sit, quatenus & uoluntas adsit, nec facultas desit.
Vę mihi misero qui ista seruo in memoria, & scri
bo in charta, nec habeo in uita: nõ ꝙ talis sim, qui
ista scripsi, sed ꝙ talis esse uellem, & talẽ non esse
non pudet. Audisti anima mea qualẽ te esse o- *Docet animã suam. LXIII*
porteat, Fuge ergo paululũ occupatiões tuas, &
abscondere modicũ à tumultuosis cogitationib.
tuis intra cubiculũ mentis tuæ, & exclude omnia
præter deũ, & qui adiuuẽt te ad quærendũ eum:
quẽ cum inueneris, requiesce aliquantulũ in eo.
B Dic ergo anima mea deo, dic: Quis es dñe, & quẽ
te intelligã: Certe tu solus es quod es, et tu es qui
es: id es quo nihil maius cogitari potest, nec me
lius, nec iucundius. Vita es, sapientia, lux es, ueri
tas, bonitas, ęternitas, summũ bonũ: tu tibi oĩa
sufficiẽs, nullo indigẽs, quo oĩa indigẽt ut sint,
& ut bene sint. Inueneris anima mea quod quære
bas: quęrebas enim deũ, & inueneris eũ esse quod
dam summũ omniũ, quo nihil maius cogitari po
test: & hoc esse uitã, sapientiã, lucem, ueritatẽ, bo
nitatẽ, æternã beatitatem, & beatã æternitatẽ, &
omne uerũ bonũ. Hoc bonũ es tu deus, deus pa
ter. Hoc bonũ est uerbum tuum. id est filius tuus.
Sic es tu simplex, ut de te nõ possit aliud nasci ꝙ
quod tu es: hoc ipsum est amor unus & cõmunis
tibi & filio tuo, id est spiritussanctus ab utroq; p
cedẽs. Nõ enim à summa simplicitate procedere
potest aliud ꝙ quod est à quo ꝓcedit. Gratias tibi
ago dñe deus meus, qui hanc gratiã mihi dedisti,
ut te possem quærere, te inuenire. In mente siqui- *Memoria, intelligentia, amor*
dem mea, quam ad imaginẽ & similitudinẽ tuam
bonitate tua creasti, tria inuenio, id est memoriã,
intelligentiã, & amorẽ, quibus tui possim remini
sci, te intelligere & amare. In memoria nãq; mea
manes, ex quo cognoui te: & in ea te reperio, cũ
reminiscor tui, & delector in te. Mane ergo in ea
ꝑsisime deus, ut ibi possim te inuenire, & requie
scere etiã in te. Hæc eĩ est mea gloria, hę sunt de
litiæ meę, hęc est lætitia cordis mei, cũ possum ua
care tibi & uidere quid sis, Tu es enim summa es
sentia, summa uita, summa sapiẽtia, summa salus,
summa lux, summa ueritas, summa bonitas, sum
ma æternitas, summa magnitudo, summa pulchri
tudo, summa beatitudo, summa imortalitas, sum
ma immutabilitas, summa unitas, summũ bonũ,
in quo est omne bonũ: imò quod est omne & unũ
& totũ & solũ bonũ. Excita nũc anima mea, & *Cõfirmat animam. Cap. XLIIII*
erige totũ intellectũ, & cogita quantũ potes, qua
le & quantũ sit dei bonũ. Si eĩ singula bona dele
ctabilia sunt, cogita intente ꝙ delectabile sit illud
bonũ, quod cõtinet iucunditatẽ omniũ bonorũ,
& nõ qualem in rebus creatis sumus experti, sed
tanto differentẽ, quãto differt creator à creatura.
Si enim bona est uita creata, ꝙ bona est uita crea
trix: si ita iucũda est salus facta, quàm iucunda est

Universidad de Deusto
Biblioteca

salus quæ fecit omnẽ salutẽ. Si amabilis est sapiẽtia in cognitione rerum conditarũ, ꝯ amabilis est sapientia, quæ omnia creauit ex nihilo. Deniq; si multæ & magnę delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis & quãta delectatio est in illo q fecit ipsa delectabilia. O qui hoc bono fruetur, quid erit, & quid illi nõ erit? Certe qcquid uolet erit, & quicquid nolet nõ erit. Ibi quippe erũt bona corporis & animę, qualia oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec cor hominis cogitauit. Cur ergo p multa uagaris homũcio, quærẽdo bona animæ tuę & corporis tui? Ama unum bonũ, in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desidera simplex bonũ, quod est omne bonũ, & satis est. Quid enim amas caro mea? Quid desideras anima mea? Ibi est quicquid amatis, ibi est quicqd desideratis. Si delectat pulchritudo, Fulgebunt iusti sicut sol. Si uelocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis, cui nihil obsistere possit, Erũt similes angelis dei: qa seminaẽ corpus animale, & surget corpus spirita le: potestate utiq;, nõ natura. Si delectat lõga & salubris uita, ibi est sana æternitas, & æterna sanitas, quia in perpetuũ uiuẽt, & salus iustorũ à dño. Si satietas, satiabũtur cũ apparuerit gloria domini. Si ebrietas, inebriabuntur ab ubertate domus dei. Si melodia, ibi angelorũ chori cõcinũt sine fine deo. Si quęlibet mũda uoluptas, torrẽte uoluptatis deitatis suę potabit eos dñs. Si sapiẽtia, omnes erũt docibiles dei: quomõ ipsa sapiẽtia ostendit eis seipsam. Si amicitia, diligent deũ plusquã seipsos, & inuicẽ tanꝯ seipsos: & deus illos plusquã illi seipsos, quia illi illũ & se & inuicẽ per illũ, & ille illos p seipsum. Si cõcordia, cibus illis erit una uolũtas: quia illis nõ erit nisi sola uolũtas dei. Si potestas, introibũt in potẽtias dñi, & omnipotentes erũt suæ uolũtatis, ut deus suæ. Nã sicut poterit deus quod uolet per seipsum, ita poterũt illi quod uolẽt per illũ. Quia sicut illi nõ aliud uolent ꝯ quod ille, ita quicquid illi uolent, ille uolet: & quod ille uolet, nõ poterit nõ esse. Si honor & diuitiæ, deus suos seruos bonos & fideles sup multa cõstituet, imò filij dei & dij uocabũtur et erunt: & ubi erit filius eius, ibi erũt & illi, hæredes quidem dei, cohęredes aũt Christi. Si uera securitas, certe ita certi erũt, nunꝯ ista uel potius istud bonũ sibi defuturũ, sicut certi erũt nec se sua spõte illud amissuros, nec dilectorẽ deũ illud dilectoribus suis inuitis ablaturũ. Gaudiũ uero quale aut quãtum, ubi tale ac tantũ bonũ inuenitur? Cor humanũ, cor indigẽs, cor inexpertũ, eruptũ, imò obrutum erumnis, quantũ gauderes si his omnib. abũdares? Interroga intima tua, si capere possunt gaudiũ suum de tãta beatitudine sua. Sed certe si quis alius, quẽ omnino sicut teipsum diligeres, eandẽ beatitudinẽ haberet, duplicaretur gaudiũ tuum: quia nõ minus gauderes ꝓ eo ꝯ pro teipso. Si uero duo uel tres uel multo plures haberẽt idipsum, tantundẽ pro singulis, quantũ pro teipso gauderes, si singulos sicut teipsum amares. Ergo in illa perfecta charitate innumerabiliũ beatorũ angelorũ & hominũ, ubi nullus minus diliget aliũ ꝯ seipsum, erit gaudium innumerabile. Si ergo cor hominis de tãto suo bono uix capiet gaudiũ suũ, quomõ capax erit tot & tantorũ gaudiorũ in illa perfecta felicitate? ubi sicut unusquisq; plus amabit sine cõparatione deum, ꝯ seipsum, & omnes alios secũ: ita magis gaudebit absq; æstimatiõe de dei felicitate, ꝯ de sua & omniũ aliorũ secũ. Sic deũ diligent toto corde, tota mẽte, tota anima, ut totũ cor nõ sufficiat dilectioni: & sic gaudebũt toto corde, ut totũ cor nõ sufficiat plenitudini gaudij: tantũ est gaudiũ. Deus infinitæ misericordiæ, fons totius bonitatis & pietatis, fac nos participes tãti gaudij. Tu es emꝑ gaudiũ plenũ, beatitudo summa: tu es id quo nihil melius desiderari potest, nihil beatius uel utilius possideri. In illa ęterna beatitudine & pfecta deo tripliciter fruemur, uidẽtes eũ in omnib. creaturis, & habẽtes eũ in nobisipsis: & quod his omnib. ineffabiliter iucũdius erit atq; beatius, ipsam quoq; cognoscentes in semetipsa trinitatẽ, & gloriosam illã sine ullo ænigmate mũdo cordis oculo cõtemplates. In hoc em est uita æterna & perfecta, ut cognoscamus patrẽ & filiũ cum sancto spiritu, & uideamus deũ sicuti est, id est nõ eo modo sicuti inest nobis aut creaturis, sed sicut est in semetipso. Verum ꝯ magna est beatitudo illa, & ꝯ abscondita ab oculis nostris. Oculus nõ uidit, auris nõ audiuit, & in cor hominis nõ ascẽdit, quãta charitas, quãta suauitas, quãta iucũditas maneat nos in illa cognitiõe. Pax dei est in illa quæ exuperat omnem sensum & intellectum, & quãto magis omnem sermonẽ nostrum. Quod ergo nulli donatũ est experiri, nullus conetur eſſari. Mensurã, ait dominus, bonã dabit in sinus uestros, confertã in interiore homine, coagitatã in exteriore, supereffluentem in deo ipso. Ibi cumulus felicitatis est, ibi supereminẽs gloria, ibi supereffluẽs beatitudo. Nã quomõ uidendus sit in creaturis, quomõ in nobis habẽdus possimus uel ex parte conijcere, in ipsis nimirũ quos accepimus iã primitijs spiritus. Cognitio aũt in deo ipso illa adhuc nobis incognita est, mirabilis facta est, cõfortata est, ut nõ possimus ad eam. At uero quẽadmodũ in creaturis uidẽdus sit, aliquatenus possumus intelligere, nimirũ cũ & modo uidetur in ipsis. Vnde & apostolo Paulo teste: Per ea quæ facta sunt, dei inuisibilia cõspiciũtur. Vnde quantũcunq; proficiat quis intelligẽdo conspicere, ꝯ potentissime, ꝯ benignissime, ꝯ prudẽtissime, maiestas æterna omnia fecerit, cuncta regat, ordinet uniuersa, prorsus modicũ est ab eo quod cõprehendat. Veniet aũt quando iam uisione & contẽplatione atq; gaudio ineffabili cõsequemur agnũ quocunq; ierit, & in omnib. consequemur creaturis, ut in omnib. gaudeamus: sanè in omnibus, sed nõ aliũde ꝯ de ipso, Sicut & ipse alijs nõ fruitur, sed seipso. Iam uero & in nobis quẽadmodum habẽdus sit in parte possumus cogitare. Cõstat enim animarũ esse triplicẽ naturã. Vnde & sapientes mũdi huius, animã humanã rationalem, concupiscibilẽ, et irascibilem esse tradiderũt: quã triplicem uim animæ, ipsa quoq; natura & quotidiana

diana experimẽta nos docent. Porrò quẽadmodum circa rationale nostrũ & scientia & ignorãtia constãt, tanꝯ habitus & priuatio: sic & circa concupiscibile, desideriũ & contẽptus, & circa id ꝙd dicit irascibile, lætitia pariter & ira uersantur. Implebit ergo dominus rationale nostrũ luce sapiẽtiæ, ita ut penitus nobis nihil desit in ulla scientia. Implebit concupiscibile nostrũ fonte iustitiæ, ut omino desideremus eã, & ea penitus repleamur, Matth. 5 Sicut scriptũ est: Beati qui esuriũt & sitiũt iustitiã quoniã ipsi saturabũtur. Nulla enim alia res implere potest desideriũ animę, nulla alia prẽter iustitiã beatificare potest animã. Cum ergo repleuerit deus cõcupiscibile nostrũ iustitia, quæcũq; respuere debet anima, respuet: & quicquid debet cõcupiscere, cõcupiscet: & ex omnib. his magis appetet quod magis fuerit appetẽdũ. Merito deniq; concupiscibili nostro iustitiã attribuimus, ex quo nimirũ iusti aut iniusti reputamur. Iam uero quod dicit in nobis irascibile, cũ repleuerit illud deus, profecto erit in nobis trãquillitas, & in summã lætitiã atq; iucunditatẽ replebimur pace diuina. Et uide si nõ in his trib. perfecta sane quantũ Eccls 1 ad animã spectat beatitudo cõsistit: quãdo scientia iam nõ inflabit propter iustitiã, iam nõ cõtristabit ꝓpter lætitiã: ut cesset iam Prouerbiũ illud, Qui apponit scientiã, apponit dolorẽ. Quãdo iustitia nec indiscreta erit ꝓpter scientiã, nec onerosa ꝓpter lætitiã. Quãdo lætitia nec suspecta erit ꝓpter Psal. 71 scientiã, nec impura propter iustitiã. Sed in his omnibus nihil homo noster exterior accepit. Ipsi ergo, ut inhabitet gloria etiã in terra nostra, et iusta alium Prophetã, repleat maiestate domini omnis terra, quatuor sunt quærẽda, quem cõstat ex Psal. 41 quatuor elemẽtis cõpactum esse. Nec mireris ꝙ plurib. uideat indigere, cui nũc indigẽtię locus est. Vnde Propheta in Psalmo: Sitiuit in te anima mea, ꝯ multipliciter tibi caro mea. Habebit ergo terra nostra immortalitatẽ, ne iã timeat denuo se in puluerẽ redigendã. Resurgẽs enim corpus nostrũ, iam nõ morietur, mors illi ultra iam nõ dominabit. Sed prodiderit si forte cõtingat uiuere cũ miserijs & erũnis passibilitatis huius, qua nimirũ incessanter incorruptibile hoc corpus affligitur: etsi nõ semel, utiq; semper moritur, Habebit certe omnimodo à deo impassibilitatẽ. Ab humoribus enim inordinatis causas aiũt ꝓcedere passionũ. *Nomine passionum animi morbos significat, sicuti Græci πάθος uitiosum affectum dicunt.* Sed iam desiderat corpus nostrũ leuitatẽ secũdũ eam nimirũ quã habet ex aere portionẽ, ne ipso onere sit molestũ. Tanta itaq; futura est credenda corporũ leuitas & agilitas bonorum, ut possint si uelimus absq; omni mora seu difficultate ipsam quoq; cogitationũ nostrarũ sequi ad omnia celeritatẽ. Quid ultra deest ad perfectã corporis beatitudinẽ? Sola utiq; pulchritudo, hãc perfectissimã habituri, nõ immerito possumus attribuere ei parti, quã habemus ab igne. Saluatorẽ enim expectamus, ut ait Apostolus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ deniq; corpori claritatis suæ, exhibẽs quod pollicitus est: quoniã fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorũ. Sicut ergo ꝛeplebit animas nostras deus, cũ fuerit in eis perfecta scientia, perfecta iustitia, pfecta lætitia: sic replebit maiestate eius omnis terra nostra, cũ fuerit corpus immortale, impassibile, agile, cõfiguratũ deniq; corpori claritatis suę: & tũc ueraciter dici poterit qd̃ quidã poeta dixit, O terꝯ quaterꝯ beati. Nemo digne pẽsare ualet quãta erit illa lętitia, quãta gloria, quãdo deũ uidebimus ubiq; præsentem, & uniuersa gubernantẽ. Ita erit nobis notus atq; cõspicuus, ut uideat spiritu à singulis nobis, uideat ab altero in altero, uideat in seipso, uideatur in cœlo nouo, & in terra noua, atq; in omni quæ nũc fuerit creatura. Ab omni malo liberati, & omni bono pfecte impleti, uacabimus & uidebimus quia ipse est deus, quo pleni erimus, quando erit omnia in omnib. Ipse nimirũ erit finis desideriorũ nostrorũ, quẽ sine fine uidebimꝰ, sine fastidio amabimus, sine fatigatiõe laudabimꝰ. Sed & ad hęc qs idoneus? Sine dubio q fidelis inueniet sup pauca quę accepit militię suæ tẽpore, id est super sensus, sup actus, & sup appetitus suos, quos susceperit regẽdos, ut in his ꝓbetur ꝯ fidelis sit domino suo. Sciat ergo seruus Christi uas sibi possidere in sanctificatione & honore: & glorificet & portet deũ in corpore suo: sectetur pacẽ. Amen.

AD LECTOREM.

Hoc opus uix eram ascripturus Augustino, nisi Possidonius siue (ut quidam malunt) Posidius in uita nominatim illi tribuisset, & præfatio non abhorret ab eius stilo. Versatus est in simili negocio Cyprianus, & apud Græcos non nulli, sed maiore ingenio curaq;. Cæterum infimis etiam inseruire gaudet Christiana charitas.

D. AVRELII AVGVSTINI
IN LIBRVM CVI TITVLVS SPECVLVM
PRÆFATIO.

VIS ignorat scripturis sanctis, id est legitimis, propheticis, Euãgelicis, & Apostolicis, autoritate canonica prædictis, quædã sic esse posita, ut tantũ scirẽtur & crederẽtur: ut est ꝙ in principio fecit deus cœlũ & terrã: & ꝙ in principio erat uerbũ: & quęcunq; facta diuina uel humana tantũmodo cognoscẽda narrantur. Quædã uero sic esse iussa, ut obseruarẽtur & fierẽt, uel prohibita ne fierẽt, ut est: Honora patrẽ & matrem, &: Non mœchaberis. Horum autem quę iubendo & uetando scripta sunt, alia sunt sacramentorum uelata mysterijs, quæ multa ueteris Testamenti populo illi facienda mandata sunt: neq; à populo Christiano nunc fiunt, sed tantummodo intelligenda requiruntur

atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; tractantur, Sicuti est sabbatum ad uisibilem uacationem, sicut azyma in pane sine fermẽto, Pascha
A in ouis occisione: sicut tot genera sacrificiorum ciborumq; uitandorum, & neomeniæ, & annuæ solen
nitates, quas obseruant nunc usq; Iudæi: & illæ iustificationes, quæ non ad opera iustitiæ proprie perti
nent, sed aliquid significare intelligũtur. Quis enim Christianus septimo anno cogitur seruũ reddere
libertati: Et si discedere ille noluerit, eius auriculã subula pertundere ad postem: & cætera huiusmodi:
Alia uero etiã nunc faciẽda sunt, si faciẽda præcepta sunt: nec faciẽda, si prohibita. Qualia sunt illa quę
dixi, Honora patrẽ & matrẽ, &: Nõ mœchaberis. De his igitur quæ ita sunt posita in literis sacris, uel
iubẽdo, uel uetãdo, uel sinẽdo, ut etiã nunc, id est, tẽpore noui Testamenti ad uitã piam exercendã mo
resq; pertineãt, hoc opus quod in manus sumpsi, cõponere aggressus sum, ut quantũ me deus adiuuat
omnia talia de canonicis libris colligam, atq; ut facile inspici possint, in unum tanquã speculum cõge
ram. Oportuit enim sic ea poni ab autoribus nostris quemadmodũ posita sunt, ut præcepta narrationi
bus uel disputationibus propijs figurata, & figuratis propria miscerẽtur: dum rerum gestarũ ordo ser
uatur, aut respondetur aduersis: aut qui docendi sunt, instruũtur: aut occultorũ inuentione quodãmo
do renouantur hi qui prompta & aperta fastidiunt. Nos autẽ in hoc opere nec infidelẽ uel adducimus,
uel ædificamus ad fidẽ: nec exercemus quibusdã salubribus difficultatibus ingeniũ intentionemq; di
B scentiũ: sed eum qui iam credens obedire deo uoluerit, ut hic se inspiciat, admonemus, quantumq; in
bonis moribus, operibusq; profecerit, & quantũ sibi desit, attẽdat. Sic enim potest & de his quæ habet
gratias agere, & de his quæ nõ habet ut habeat, satis agere: ac propter illa seruanda curã precesq; fide
lis pietatis adhibere. In his autem omnibus quæ inspicienda ponere institui, quæcunq; inter se uidebũ
tur esse contraria, postea propositis quæstionibus exponenda atq; soluenda sunt. Sane supplicia male
factorum, & præmia rectæ factorum, quãuis nonnulla cõmemoranda existimauerim, tamen in nouo
Testamento dissimilia ueteribus esse quis nesciat: Ab ipsa igitur lege quæ data est per Moysen, diuino
rum præceptorũ, qualia nos commemoraturos esse promisimus, aggrediamur exordium.

EX LIBRO EXODI,

De mandatis legis.

Exod. 20 ON facies tibi sculptile, neq; omnem
N similitudinẽ quę est in cœlo desuper,
& quæ in terra deorsum, nec eorum
quæ sunt in aquis sub terra: nõ adora
bis ea neq; coles. Item nõ assumes no
men domini dei tui in uanũ: nec enim habebit in
C sontẽ dominus eũ qui assumpserit nomen dñi dei
sui frustra. Et paulopost, Honora patrẽ tuũ & ma
trẽ, ut sis longæuus super terrã quã dñs deus tuus
dabit tibi. Nõ occides, nõ mœchaberis, nõ furtũ
facies, nõ loqueris contra proximũ tuum falsum
testimoniũ, non concupisces domũ proximi tui,
nec desiderabis uxorẽ eius: non seruum, nõ ancil
lam, non bouẽ, non asinum, nec omnia quę illius
sunt. Itẽ post decalogũ aljjs in locis, hęc in eodem
libro reperiũtur præcepta uiuendi. Non facietis
deos argẽteos, nec deos aureos facietis uobis. Et
Exod. 21 aliquãto post, Qui percusserit hominẽ uolẽs occi
dere, morte moriatur: Qui aũt non est insidiatus
sed deus illũ tradidit in manus eius, constituã tibi
locũ quò fugere debeat. Si quis de industria occi
derit proximum suum per insidias, ab altari meo
D auelles eũ ut moriatur. Qui percusserit patrẽ suũ
& matrẽ, morte moriatur. Qui furatus fuerit ho
minẽ & uẽdiderit eũ, conuictus noxæ, morte mo
riatur. Qui maledixerit patri suo aut matri, mor
te moriatur. Si rixati fuerint uiri, & percusserit al
ter proximũ suum lapide uel pugno, & ille mor
tuus nõ fuerit, sed iacuerit in lectulo suo, si surre
xerit & ambulauerit foris super baculũ suũ, inno
cens erit qui percussit: ita tamẽ ut operas eius &
impẽsas in medicos restituat. Qui pcusserit seruũ
suũ, uel ancillã uirga, & mortuus fuerit in manib.
eius, criminis reus erit: Sin aũt uno die superuixe
rit uel duobus, nõ subiacebit pœnę: quia pecunia
illius est. Si rixati fuerint uiri, & percusserit quis
mulierẽ prægnantẽ, & abortiuũ quidem fecerit,
sed ipsa uixerit, subiacebit dãno quantũ expetie
rit maritus mulieris, & arbitri iudicarint: Sin aũt
mors eius fuerit subsecuta, reddet animã pro ani
ma, oculũ pro oculo, dentẽ pro dente, manũ pro
manu, pedẽ pro pede, adustionẽ pro adustione,
uulnus pro uulnere, liuorẽ pro liuore. Si pcusse
rit quispiã oculũ serui sui, aut ancillę, et luscos eos
fecerit, dimittet liberos pro oculo quẽ eruit. Den
tem quoq; si excusserit seruo, aut ancillę suæ, simi
liter dimittet eos liberos. Si bos cornu petierit ui
rũ aut mulierẽ, & mortui fuerint, lapidib. obrue
tur, & non comedentẽ carnes eius, dominusq; bo
uis innocẽs erit. Quòd si bos cornupeta fuerit ab
heri & nudiustertius, & cõtestati sunt dñm eius,
nec recluserit eũ, occideritq; uirum ac mulierẽ: &
bos lapidib. obruetur, & dominũ illius occident.
Quòd si precium ei fuerit impositũ, dabit pro ani
ma sua quicquid fuerit postulatus. Filiũ quoq; &
filiã si cornu percusserit, simili sententiæ subiace
bit. Si seruum ancillamq; inuaserit, triginta siclos
argẽti dabit domino, bos uero lapidib. obruetur.
Si quis aperuerit cisternã, & foderit, & non ope
D ruerit eã, ceciderit q; bos aut asinus in eam, domi
nus cisternæ reddet preciũ iumẽtorũ: quod autẽ
mortuũ est, ipsius erit. Si bos alienus bouem alte
rius uulnerauerit, & ille mortuus fuerit, uẽdẽt bo
uem uiuũ, & diuidẽt precium: cadauer autẽ mor
tui inter se dispertient. Sin autẽ sciebat q; bos cor
nupeta esset ab heri & nudiustertius, & nõ custo
diuit eũ dominus suus, reddet bouẽ pro boue, &
cadauer integrum accipiet. Si quis furatus fuerit Exod. 22
bouẽ aut ouem, & occiderit uel uẽdiderit, quinq;
boues pro uno boue restituet, & quatuor oues
pro una oue. Si effringẽs fur domũ, siue suffodiẽs
fuerit inuẽtus, & accepto uulnere mortuꝰ fuerit,
pcussor nõ erit reus sanguinis. Quòd si orto sole
hoc fecerit, homicidiũ perpetrauit, & ipse morie
tur

tur: Si nõ habuerit quod pro furto reddat, uenun
dabitur. Si autẽ inuentum fuerit apud eum quod A
furatus est uiuẽs, siue bos, siue asinus, siue ouis, du
plũ restituet. Si læserit quispiã agrũ uel uineam,
& dimiserit iumentũ suum ut depascatur aliena,
quicquid optimũ habuerit in agro suo, uel in ui
nea, pro damni æstimatione restituet. Si egressus
ignis inuenerit spicas, & comprehẽderit aceruos
frugum, siue stantes segetes in agris, reddet dam
num qui ignẽ succenderit. Si quis cõmendauerit
amico pecuniã, aut uas in custodiã, et ab eo qui su
sceperat, furto ablata fuerint, si inuenietur fur, du
plum reddet. Si later, dominus domus applicabi
tur ad deos, & iurabit quod nõ extenderit manũ
in rem proximi sui ad perpetrandã fraudẽ, tam in
boue q; in asino, & oue ac uestimẽto, & quicquid
damnum inferre potest, Et ad deos utriusq; causa B
perueniet. Et si illi iudicauerint, duplum restituet
proximo suo. Si quis cõmẽdauerit proximo suo
asinũ, bouem & ouẽ, & omne iumentũ ad custo
diam, & mortuũ fuerit, aut debilitatũ, uel captum
à bestijs, nullusq; hoc uiderit, iusiurandum erit in
medio, q; nõ extenderit manum ad rem proximi
sui, suscipietq; dominus iuramentũ, & ille redde
re nõ cogetur. Quod si furto sublatũ fuerit, resti
tuet damnũ domino. Si comestum à bestia fuerit,
deferet ad eum quod occisum est, & nõ restituet.
Qui à proximo suo quicquã horum mutuũ postu
lauerit, & debilitatum aut mortuũ fuerit domino
nõ præsente, reddere cõpelletur. Quòd si impræ
sentiarũ fuit dominus, nõ restituet, maxime si cõ C
ductum uenerat pro mercede operis sui. Si quis
seduxerit uirginẽ, necdũ despõsatã, & dormierit
cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorẽ. Si pa
ter uirginis dare noluerit, reddat pecuniã iuxta
modũ dotis, quam uirgines accipere cõsueuerũt.
Maleficos nõ patieris uiuere. Qui coierit cum iu
mẽto, morte moriatur. Qui immolat dijs, occide
tur, præter domino soli. Aduenã non cõtristabis,
neq; affliges eũ: aduenæ enim fuistis in terra Ae
gypti. Viduæ & pupillo nõ nocebitis, Si læseritis
eos, uociferabũtur ad me, & ego exaudiã clamo
rem eorũ, & indignabit furor meus, percutiamq;
uos gladio, & erũt uxores uestræ uiduæ, & filij ue
stri pupilli. Si pecuniã mutuam dederis populo
meo pauperi, qui habitat tecum, nõ urgebis eum
quasi exactor, nec usuris opprimes. Si pignus à D
proximo tuo acceperis uestimentũ, ante solis oc
casum redde ei: ipsum enim est solũ quo operitur
indumẽtũ carnis eius, nec habet aliud in quo dor
miat. Si clamauerit ad me, exaudiã eum, quia mi
sericors sum. Dijs nõ detrahes, & principi popu
li tui nõ maledices. Decimas tuas & primitias nõ
tardabis offerre. Primogenitũ filiorũ tuorũ dabis
mihi. Et paulopost, Nõ susc ipies uocẽ mendacij,
nec iunges manũ tuã, ut pro impio dicas falsum
testimoniũ. Non sequeris turbam ad faciendum
malũ, nec in iudicio plurimorũ acquiesces senten
tiæ, ut à uero deo deuies. Pauperis quoq; nõ mise
reberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui,
aut asino errãti, reduc ad eum. Si uideris asinum
odientis te iacere sub onere, nõ pertransibis, sed
subleuabis cum eo. Nõ declinabis in iudicio pau
peris. Mendaciũ fugies. Insontem & iniustũ non
occides, quia auersor impiũ. Ne accipias mune
ra, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertũt
uerba iustorũ. Peregrino molestus nõ eris: scitis
enim aduenarũ animas, quia & ipsi peregrini fui
stis in terra Aegypti. Et post quædam interposita
cũ de alienigenis loqueretur: Nõ adorabis deos Exod. 23
eorum, neq; coles eos. Non facies opera eorum,
sed destrues eos, & confringes statuas eorũ, ser
uietisq; domino deo uestro. Et post multa in eodẽ
libro de dijs gentium. Sed aras eorũ destrue, con
fringe statuas, lucosq; succide. Noli adorare deũ
alienum. Dominus Zelotes nomen eius, deus est
æmulator. Ne ineas pactum cum hominibus il
larum regionum, ne cum fornicati fuerint cũ dijs
suis, & adorauerint simulacra eorum, uocet te
quispiam ut comedas de immolatis. Ne uxorem
de filiabus eorum accipias filijs tuis, ne postquam
ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios
tuos in deos suos. Deos conflatiles nõ facies tibi.
Et paulopost, Primitias frugum terræ tuę offeres
in domo domini dei tui. Hæc de libro legis qui
Exodus nominatur colligenda existimaui. Nunc
eodem modo inspiciamus in sequẽti Leuitico.

OMnis homo, inquit, ad proximã sanguinis *Ex Leuitico,*
sui nõ accedet, ut reuelet turpitudinẽ eius. *præcepta ui-*
Ego dominus. Turpitudinẽ patris tui, & turpitu *uendi*
dinẽ matris tuę non discooperies. Mater tua est,
nõ reuelabis turpitudinẽ eius. Turpitudinẽ uxo
ris patris tui nõ discooperies, turpitudo enim pa
tris tui est. Turpitudinẽ sororis tuæ ex patre, siue
ex matre, quæ domi uel foris genita est, nõ reue
labis. Turpitudinẽ filiæ filij tui uel neptis ex filia,
non reuelabis, quia turpitudo tua est. Turpitudi
nem filiæ uxoris patris tui quã peperit patri tuo,
& est soror tua, non reuelabis. Turpitudinẽ soro
ris patris tui non discooperies, quia caro est pa
tris tui. Turpitudinẽ sororis matris tuæ nõ reue
labis, eo q; caro sit matris tuæ. Turpitudinem pa
tris tui non reuelabis, nec accedas ad uxorẽ eius
quæ tibi affinitate coniungitur. Turpitudinẽ nu
rus tuæ non reuelabis, quia uxor filij tui est, nec
discooperies ignominiam eius. Turpitudinẽ uxo
ris fratris tui nõ reuelabis, quia turpitudo fratris
tui est. Turpitudinẽ uxoris tuæ & filiæ eius non
reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius nõ
sumes ut reueles ignominiam eius, quia caro il
lius sunt, & talis coitus, incestus est. Sororẽ uxo
ris tuæ in pellicatũ illius non accipies, nec reuela
bis turpitudinẽ eius adhuc illa uiuente. Ad mulie
rem quę patitur mẽstrua, nõ accedas, nec reuela
bis fœditatẽ eius. Cum uxore proximi tui nõ co
ibis, nec seminis cõmixtione maculaberis. De se
mine tuo nõ dabis ut cõsecrẽ idolo Moloch, nec
pollues nomẽ dei tui. Ego dominus. Cũ masculo
nõ cõmisceberis coitu fœmineo, quia abomina
tio est. Cũ omni pecore nõ coibis, nec maculabe
ris cũ eo. Mulier nõ succũbet iumento, nec misce
bit ei, quia scelus est. Ne polluamini in omnibus

his

Universidad de Deusto
Biblioteca

his. Et post aliquantum, Vnusquisq; matrẽ & patrem suũ timeat. Et post unũ uersum, Nolite conuerti ad idola, nec deos cõflatiles faciatis uobis, Ego dominus deus uester. Et post paululum, Nec remanentes, inquit, spicas colliges, neq; in uinea tua racemos & grana decidẽtia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpẽda dimittes. Ego dominus deus uester. Nõ facietis furtũ. Nõ mentiemini. Nec decipiat unusquisq; proximũ suum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen dei tui. Ego sum dominus. Nec facias calumniã proximo tuo, nec ui opprimes eũ. Non morabitur opus mercenarij apud te usq; in mane. Non maledices surdo, nec corã cæco pones offendiculum, sed timebis dominũ deũ, quia ego sum dominus. Nõ facies quod iniquũ est, nec iniuste iudicabis. Nec consideres personã pauperis, nec honores uultũ potẽtis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator & susurro in populis. Nõ stabis contra sanguinẽ proximi tui, Ego dñs. Ne oderis fratrẽ tuũ in corde tuo, sed publice argue eũ, ne habeas super illum peccatũ. Non queras ultionem, nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorum. Diliges amicũ tuũ sicut teipsum. Ego sum dominus. Leges meas custodite. Et paulopost, Nõ comedetis carnẽ cum sanguine. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia, neq; in rotundũ attõdebitis comã, nec radetis barbã. Et super mortuo nõ inciditis carnẽ uestrã, neq; figuras aliquas & stigmata facietis uobis. Ego dominus. Ne prostituas filiam tuã, ne contaminetur terra, & impleatur pia culo. Et post unũ uersum, Ego dominus. Ne declinetis ad magos, nec ab hariolis aliquid scisciteris, ut polluamini per eos, Ego dominus deus uester. Corã cano capite cõsurge, & honora personã senis, & time deũ tuum, Ego sum dominus. Si habitauerit aduena in terra uestra, & moratus fuerit inter uos, ne exprobretis ei, sed sit inter uos quasi indigena, & diligetis eũ quasi uosmetipsos: fuistis enim & uos aduenæ in terra Aegypti. Ego dominus deus uester. Nolite facere aliquid iniquum in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta & æqua sint põdera: iustus modius, æquusq; sextarius. Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti, custodite omnia præcepta mea, & uniuersa iudicia, & facite ea. Ego dominus. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicẽs, Hæc loqueris filijs Israel: Homo de filijs Israel, & de aduenis, qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, populus terrę lapidabit eum, & ego ponam faciem meã cõtra illum, succidamq; eum de medio populi sui, eo q; de semine suo dederit Moloch, & contaminauerit sanctuariũ meum, & polluerit nomen sanctum meũ. Quod si negligẽs populus terrę, & quasi paruipendens imperiũ meũ, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec uoluerit eũ occidere, ponam faciẽ meã super hominẽ illum, & cognationem eius, succidamq; & ipsum & omnes qui consenserunt ei, ut fornicarentur cum Moloch de medio populi sui. Anima quæ declinauerit ad magos & hariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciẽ meã contra eam, & interficiã illam de medio populi sui. Sanctificamini, & estote sancti, quia ego sanctus sum dñs deus uester. Custodite præcepta mea, & facite ea, Ego dominus q̃ sanctifico uos. Qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Patri matriq; qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. Si mœchatus fuerit uir cum uxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera. Qui dormierit cũ nouerca sua, et reuelauerit ignominiã patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua, uterq; moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorũ sit super eos. Qui dormierit cũ masculo coitu fœmineo, uterque operatus est nephas, morte moriantur: sanguis eorũ sit super eos. Qui supra uxorem filiã duxerit matrẽ eius, scelus operatus est, uiuus ardebit cum eis, nec permanebit tantũ nephas in medio uestri. Qui cum iumẽto & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoq; occidite. Mulier quæ succubuerit cuilibet iumẽto, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. Qui acceperit sororẽ suam, filiã patris sui, uel filiã matris suæ, & uiderit turpitudinẽ eius, illaq; conspexerit fratris ignominiã, nephariã rem operati sunt, occidẽtur in conspectu populi, eo q̃ turpitudinem suã mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinẽ eius, ipsaq; aperuerit fontẽ sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. Turpitudinẽ materteræ & amitæ tuæ non discooperies. Qui hoc fecerit, ignominiã carnis suæ nudabit, portabunt ambo iniquitatẽ suam. Qui coierit cũ uxore patrui uel auunculi sui, & reuelauerit ignominiã cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suũ, absq; liberis morientur. Qui duxerit uxorẽ fratris sui, rem facit illicitam: turpitudinẽ fratris sui reuelauit, absq; filijs erunt. Et in alio loco, Vir siue mulier, in quibus pythonicus uel diuinationis fuerit spiritus, morte moriãtur, lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos. Itemq; in alio loco, cum de summo sacerdote loqueretur, Virginẽ, inquit, ducet uxorẽ, uiduam & repudiatã, & sordidam atq; meretricẽ nõ accipiet, sed puellam de populo suo, ne cõmisceat stirpem generis sui, uulgo gẽtis suæ, quia ego dñs qui sanctifico eum. Et post multa, Homo qui maledixerit deo suo, portabit peccatũ suũ. Et qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eũ omnis multitudo, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomẽ domini, morte moriatur. Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Qui percusserit animal, reddat uicariũ, id est animã pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorũ, sicut fecit, fiat ei: fracturã pro fractura, oculũ pro oculo, dentẽ pro dente restituet: Qualem inflixerit maculã, talẽ sustinere cogetur. Qui percusserit iumentũ, reddet aliud

aliud. Qui percusserit hominẽ, punietur. Aequũ iudicium sit inter uos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit, quia ego sum dominus deus uester. Et post aliquantum: Non facietis uobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec in signum lapidem ponetis in terra uestra ut adoretis eũ. Ego enim sum dominus deus uester. Hæc de Leuitico. Nunc de libro cuius nomen est Numeri, quæ uisa sunt commemoranda ponemus.

Leuit. 26

Ex libro Numerorum, de successione hæreditaria

HOmo cum mortuus fuerit absq; filio, ad filiam eius transibit hæreditas: Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quòd si fratres non habuerit, dabitis hæreditatẽ fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas ijs qui ei proximi sunt, eritq; hoc filijs Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit dominus Moysi. Et post multa, Ad unius testimoniũ nullus condemnabitur. Non accipietis precium ab eo qui reus est sanguinis. Hęc de Numeris. Deuteronomiũ deinceps cõsiderabimus.

Num. 35

Ex Deuteronomio, de uno solo deo colẽdo, negligẽdisq; idolis, & de iudicijs

NVlla erit distantia personarũ: Ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personã, quia dei iudicium est. Et plurimis interpositis, ubi decalogũ repetit, Custodite igitur solicite animas uestras. Non uidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est dominus uobis in Oreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis uobis sculptam similitudinẽ, aut imaginẽ masculi uel fœminæ, similitudinẽ omniũ iumentorũ quæ sunt super terrã, siue piscium qui sub terra morantur in aquis: ne forte oculis eleuatis ad cœlũ uideas solem & lunã, & omnia astra cœli, & erre deceptus adores et colas quę creauit dominus deus tuus in ministeriũ cunctis gentibus, quę sub cœlo sunt. Et paulopost: Caue, inquit, ne quando obliuiscaris pacti domini dei tui, quod pepigit tecum, & facias tibi sculptam similitudinẽ eorum quæ fieri dominus phibuit: Quia dominus deus tuus ignis consumens est, deus æmulator. Et alio loco: Non habebis deos alienos in cõspectu meo. Non facies tibi sculptile, nec similitudinẽ omniũ quæ in cœlo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ uersantur in aquis sub terra: Nõ adorabis ea, neq; coles. Ego enim sum dominus deus tuus, deus æmulator, reddẽs iniquitatem patrum in filios in tertiã & quartam generationẽ, ijs qui oderunt me, & faciens misericordiã in multa milia diligẽtibus me & custodientib. præcepta mea. Nõ usurpabis nomẽ domini dei tui frustra, quia nõ erit impunitus qui super re uana nomen eius assumpserit. Et post paululũ: Honora, inquit, patrem tuum & matrẽ, sicut præcepit tibi dominus deus tuus, ut longo uiuas tempore, & bene sit tibi in terra quã dominus deus tuus daturus est tibi. Nõ occides, neq; mœchaberis, furtumq; nõ facias, nec loqueris cõtra proximũ tuum falsum testimoniũ. Non concupisces uxorem proximi tui, non domũ, non agrum, non seruũ, non ancillam, nõ bouem, non asinũ, & uniuersa quæ illius sunt. Et alibi in eodẽ libro: Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Et paulopost: Cum comederis & saturatus fueris, caue diligẽter ne obliuiscaris domini, qui eduxit te de terra Aegypti de domo seruitutis. Dominũ deum tuum timebis, & ipsi soli seruies, ac per nomẽ illius iurabis. Nõ ibitis post deos alienos cunctarũ gentiũ quæ in circuitu uestro sunt, quoniã deus æmulator, dominus deus tuus in medio tui, ne quando irascatur furor domini dei tui cõtra te, & auferat te de superficie terræ. Non tentabis dominũ deum tuũ. Item paulo post cũ de alienigenis loquitur. Neq; sociabis cũ eis coniugia: Filiã tuam non dabis filio eius, nec accipies filiam illius filio tuo: quia seducit filium tuum ne sequatur me, & ut magis seruiat dijs alienis, irascetur q; furor domini, & delebit te cito. Quin potius hæc facietis eis: Aras eorũ subuertite, confringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia comburite. Et post aliquantulum, Sculptilia eorũ igne combures, Non cõcupisces argentum & aurum de quibus facta sunt, neq; assumes ex eis tibi quicquã, ne offendas: propterea, quia abominatio est domini dei tui. Nec inferas quippiam ex idolo in domũ tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. Quasi spurcitiã detestaberis, & uelut inquinamentũ ac sordes abominationi habebis, quia anathema est. Et alio in loco: Obserua & caue ne quando obliuiscaris domini dei tui, & negligas mãdata eius, atq; iudicia & cęremonias quas ego præcipio tibi hodie: ne postquã comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris & habitaueris in eis, habuerisq; armẽta & ouium greges, argenti & auri cunctarumq; rerũ copiam, eleuetur cor tuum, & nõ reminiscaris domini dei tui. Et post paucos uersus, Ad extremũ, inquit, misertus est tui, ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis domini dei tui, q̃ ipse tibi uires præbuerit. Et post aliquantũ, Vt ipsi comedatis ac saturemini: Cauete ne forte decipiatur cor uestrũ, & recedatis à domino deo, seruiatisq; dijs alienis & adoretis eos, iratusq; dominus claudat cœlum. Et post aliquantũ: Subuertite omnia loca in quib. coluerũt gentes quas possessuri estis deos suos, super mõtes excelsos & colles & super omne lignũ frõdosum. Dissipate aras eorũ & cõfringite statuas: lucos igne comburite, & idola cõminuite: dispердite nomina eorũ de locis illis. Et quibusdã interpositis, dum de alienigenis loqueretur, Caue ne imiteris eas postquam te fuerint introeunte subuersæ, & requiras cęremonias earum, dicens: Sicut coluerũt gentes istæ deos suos, ita & ego colam. Non facies similiter domino deo tuo. Omnes abominationes, quas auersatur dominus, fecerũ dijs suis, offerentes filios & filias & cõburẽtes igni. Quod præcipio tibi, hoc tantũ facito domino, nec addas quicquã, nec minuas. Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium uidisse se dicat, & prædixerit signum atq; portentũ, & uenerit quod locutus est, & dixerit tibi. Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis, nõ audias uerba

Deut. 4

Deut. 5

Ibidem

Deut. 6

Deut. 11

Deut. 12

Deut. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

prophetæ illíus,aut somniatoris:quia tentat uos dominus deus uester,ut palam fiat, utrũ diligatis A eum, an nõ, in toto corde & in tota anima uestra. Dominũ deum uestrũ sequimini, & ipsum timete:mãdata illius custodite,& audite uocẽ eius:ipsi seruietis & ipsi adhærebitis. Propheta aũt ille aut fictor somniorũ interficietur, quia locutus est ut uos auerteret à domino deo uestro, q̃ eduxit uos de terra Aegypti, & redemit de domo seruitutis: ut errare te faceret de uia, quã tibi præceperat dominus deus tuus, & auferes malũ de medio tui. Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ,aut filius tuus,uel filia siue uxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quẽ diligis ut animã tuã, clam dicens, Eamus & sequamur deos alienos, quos tu ignoras & patres tui, cunctarũ in circuitu gentiũ,quæ iuxta uel procul sunt ab initio usq̃ B ad fines terræ, nõ acquiescas ei, neq̃ audias, neq̃ parcat ei oculus tuus ut miserearis & occultes eum,sed statim interficies. Sit prius manus tua super eũ,& post te omnis populus mittat manũ, lapidibus obrutus necabitur qui te uoluit abstrahere à domino deo tuo. Et post paululũ: Nõ uos in- Deut.14 cidetis nec facietis caluiciũ super mortuo, quoniam populus sanctus es dño deo tuo. Et alio lo- Deut.15 co:Si unus, inquit, de fratribus tuis,qui moratur intra portas ciuitatis tuæ,in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi,ad paupertatẽ uenerit, nõ obdurabis cor tuum, nec cõtrahes manũ, sed aperies eã pauperi, & dabis mutuũ quo eum indigere perspexeris. Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuũ cõmodare, ne clamet cõtra te ad dominũ, & fiat tibi in peccatũ,sed dabis ei:Nec ages quippiam callide in eius necessitatib. subleuandis, ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni tẽpore, & in cunctis ad quæ manũ miseris. Nõ deerũt pauperes in terra habitatiõis tuę, idcirco ego præcipio tibi ut aperias manũ fratri tuo egeno & pauperi qui tecũ uersatur in terra. Et post aliquantũ: Deut.16 Iudices & magistros cõstitues in omnibus portis tuis,quas dominus deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas,ut iudicẽt populo iusto iudicio, nec in alterã partem declinẽt. Non accipias personã,nec munera:quia munera excæcant oculos D sapientiũ & mutant uerba iustorũ. Iuste quod iustum est persequeris, ut uiuas & possideas terrã quã dominus deus tuus dederit tibi. Et post pauca,Non facies tibi atq̃ constituas statuã, quę odit Deut.17 dominus deus tuus. Itẽ post pauca : Cum reperti fuerint apud te intra unam portarum tuarũ quas dominus deus tuus dabit tibi, uir aut mulier qui faciãt malum in cõspectu domini dei tui, & transgrediantur pactum illius,ut uadant & seruiãt diis alienis,& adorẽt eos,solem & lunã & omnẽ militiam cœli quę nõ præcepit:& hoc tibi fuerit nunciatũ, audiensq̃ inquisieris diligenter, & uerum esse repereris, & abominatio facta est in Israel: educes uirum ac mulierẽ qui rem sceleratissimã perpetrauerunt,ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur. In ore duorũ aut trium testiũ peribit qui interficietur:Nemo occidatur uno contra se dicente testimoniũ. Manus testiũ prima interficiat eum, & manus reliqui populi extrema mittatur,ut auferas malũ de medio tui. Itẽ post aliquantum, Qui aũt superbierit nolẽs obedire sacerdotis imperio, qui eo tẽpore ministrat domino deo tuo, & decreto iudicis, moriatur homo ille: & auferes malũ de Israel, cunctusq̃ populus audiẽs timebit,ut nullus deinceps intumescat superbia. Et post quędam interposita, cum de alienigenis admoneret: Caue,inquit,ne imitari uelis abomina- Deut.18 tiones illarum gentiũ:nec inueniatur in te qui lustret filiũ suũ aut filiam ducẽs per ignẽ, aut qui hariolos scisciteẽ, & obseruet somnia atq̃ auguria: nec sit maleficus,nec incãtator,neq̃ pythones cõsulas nec diuinos, & quęras à mortuis ueritatem: Omnia enim hæc abominabilẽ dominus. Et post aliquantũ,Non stabit testis unus cõtra aliquem, Deut.19 quicquid illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorũ aut trium testiũ stabit omne uerbũ. Si steterit testis mẽdax contra hominẽ, accusans eũ præuaricationis,stabũt ambo quorũ causa est ante dominũ in conspectu sacerdotũ & iudicũ, qui fuerint in diebus illis, Cũq̃ diligẽtissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse cõtra fratrem suũ mendaciũ, reddent ei sicut fratri suo reddere cogitauit:& auferes malum de medio tui,ut audiẽtes cæteri timorẽ habeant, & nequaq̃ talia audeant facere. Non miserebęris eius,sed animã pro anima, oculũ pro oculo,dentẽ pro dente, manum pro manu, pedẽ pro pede exiges. Et alibi in eodẽ libro: Si genuerit homo filiũ contumacẽ & Deut.21 proteruũ,qui nõ audiat patris ac matris imperiũ, & coercitus obedire cõtemserit: apprehendent eum,& deducẽt ad seniores ciuitatis illius & ad portã iudicij, dicẽtq̃ ad eos:Filius noster iste proteruus & cõtumax est, monita nostra audire contemplit, comessationib. uacat & luxuriæ atq̃ cõuiuijs: lapidibus eũ obruat populus ciuitatis, & morietur,ut auferatis malum de medio uestri, & uniuersus Israel audiẽs pertimescat. Et post pauca:Nõ uidebis bouẽ fratris tui,aut ouem errantẽ Deut.22 & præteribis,sed reduces fratri tuo : etiã si nõ est propinquus tuus frater,nec nosti eũ, duces in domum tuã & erũt apud te quãdiu quærat ea frater tuus & recipiat. Similiter facies de asino & uestimẽto,& de omni re fratris tui quæ perierit. Si inueneris ea, ne negligas quasi aliena. Si uideris asinũ fratris tui aut bouẽ cecidisse in uia, non despícias,sed subleuabis cũ eo. Nõ induetur mulier ueste uirili, nec uir uteẽ uestẽ fœminea: Abominabilis enim apud dñm est qui facit hoc. Itẽ post pauca, Cũ ædificaueris domũ nouã,facies murũ tecti per circuitũ, ne effundat sanguis in domo tua,& sis reus labẽte alio & in præceps ruẽte. Item paulopost, Si duxerit uir uxorẽ & postea eã odio habuerit, quæsieritq̃ occasiones quib. dimittat eã, obijciẽs ei nomẽ pessimũ, & dixerit : Vxorẽ hãc accepi,& ingressus ad eã non inuenĩ uirginẽ:tollent

lent eam pater & mater eius,& ferent secũ signa uirginitatis eius ad seniores urbis qui in porta A sunt,& dicat pater, Filiã meã dedi huic uxorem, quã quia odit imponit ei nomẽ pessimũ, ut dicat: Non inueni filiã tuã uirginẽ, Et ecce hæc sunt signa uirginitatis filiæ meæ: Expãdant uestimentũ corã senioríb. ciuitatis : apprehẽdentq̃ senes urbis illius uirũ & uerberabũt illum, condẽnantes insup centũ siclis argẽti, quos dabit patri puellæ, quoniã diffamauit nomẽ pessimũ super uirginẽ Israel: habebitq̃ eã uxorẽ & nõ poterit dimittere omni tẽpore uitæ suæ. Quòd si uerũ est quod obijcit,& nõ est in puella inuẽta uirginitas, ejcient eã extra fores domus patris sui,& lapidibus obruẽt uiri ciuitatis eius,& morietur, quoniã fecit nefas in Israel, ut fornicaretur in domo patris sui,& auferes malũ de medio tui. Si dormierit uir cũ uxo- B re alterius, uterq̃ moriat̃,id est, adulter & adultera,& auferes malũ de Israel. Si puellam uirginem despõderit uir, & inuenerit eã aliquis in ciuitate, & cõcubuerit cũ illa,educes utrũq̃ ad portã ciuitatis illius & lapidibus obruẽtur : puella, quia nõ clamauit cũ esset in ciuitate : uir, quia humiliauit uxorẽ proximi sui,& auferes malũ de medio tui. Sin aũt in agro repererit uir puellam quæ desponsata est,& apprehẽdens cõcubuerit cum illa, ipse morietur solus : puella nihil patietur, nec est rea mortis:quoniã sicut latro consurgit contra fratrẽ suum,& occidit animã eius:ita & puella perpessa est,sola erat in agro, clamauit & nullus affuit qui liberaret eã. Si inuenerit uir puellam uirginẽ quę non habet sponsum,& apprehendẽs concubue- C rit cum ea,& res ad iudiciũ uenerit,dabit qui dormiuit cum ea patri puellæ centũ siclos argẽti, & habebit eam uxorẽ, quia humiliauit eã,non poterit dimittere cunctis diebus uitæ suæ. Non accipiet homo uxorẽ patris sui, nec reuelabit operi- Deut.23 mentum eius. Et post paululũ:Non erit meretrix de filiabus Israel, neq̃ scortator de filijs Israel. Et post paululum, Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniã, nec fruges, nec quãlibet aliam rem, sed alio. Et post paucos uersus, Cum uoueris uotum domino deo tuo non tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus ,& si moratus fueris,reputabit tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri,absq̃ peccato eris. Quod aũt semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promi D sisti domino deo tuo,& propria uoluntate & ore Deut.24 tuo locutus es. Et paulopost: Nõ accipies loco pignoris inferiorẽ & superiorẽ molam,quia animã suam apposuit tibi. Si deprehẽsus fuerit homo solicitans fratrẽ suũ de filijs Israel,& uendito eo accipiet preciũ, interficietur, & auferes malum de medio tui. Et post paucos uersus, Cũ repetes,inquit,de proximo tuo rem aliquã quam debet tibi, non ingredieris domũ eius ut pignus auferas, sed stabis foris,& ille tibi proferet quod habuerit. Sin aũt pauper est, nõ pernoctabit apud te pignus,sed statim reddes ei ante solis occasum, ut dormiens in uestimẽto suo benedicat tibi,& habeas iustitiã corã domino deo tuo. Non negabis mercedẽ indigẽtis & pauperis fratris tui, siue aduenæ qui tecum moratur in terra,& intra portas tuas est: sed eadẽ die reddes ei preciũ laboris sui ante solis occasum:quia pauper est,& ex eo sustẽtat animã suam: ne clamet corã te ad dominũ, & reputetur tibi in peccatũ. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed unusquisq̃ pro suo peccato morieẽ. Et post paucissimos uersus, Quando messueris segetẽ in agro tuo,& oblitus manipulũ reliqueris,non reuerteris ut tollas illũ: sed aduenã & pupillum et uiduã auferre patieris: ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere manuũ tuarum. Si fruges colliges oliuarum, quicquid remãserit in arboribus, non reuerteris ut colligas, sed relinque aduenæ, pupillo, ac uiduæ. Si uindemiaueris uineã tuam, nõ colliges re- manẽtes racemos, sed cedẽt in usus aduenæ,pupillo,ac uiduæ. Memẽto q̃ & tu seruieris in Ae- Deut.25 gypto,& idcirco præcipiã tibi ut facias hãc rem. Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quẽ iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmã dabunt,quem impiũ,condemnabũt impietatis. Sin autem qui peccauit,dignũ uiderint plagis,prosternent & corã se facient uerberari. Pro mensura peccati erit & plagarũ modus,ita dũtaxat,ut quadragenariũ numerũ non excedant, ne fœde laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus. Et post paululũ : Si habuerint inter se iurgiũ uiri, Deut.26 & unus contra alterũ rixari cœperint, uolensq̃ uxor alterius eruere uirũ suũ de manu fortioris, miserit manũ & apprehẽderit uerenda eius,abscides manũ illius,nec flecteris super eã ulla miseri- cordia. Nõ habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & uerũ, et modius equalis & uerus erit tibi. Et post pleraq̃, Maledictus homo qui facit sculptile et conflatile Deut.27 abominationẽ domini,opus manuũ artificũ, ponitq̃ illud in abscõdito:& respõdebit omnis populus,et dicet,Amen. Maledictus qui non honorat patrẽ suum et matrẽ:& dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui transfert terminos proximi sui:& dicet omis populus, Amen. Maledictus qui errare facit cæcũ in itinere:& dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui peruertet iudiciũ aduenæ, pupillo, & uiduę:et dicet omis populus, Amẽ. Maledictus omnis qui dormit cum uxore patris sui,et reuelat operimentũ lectuli eius:& dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui dormit cũ omni iumẽto:& dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cũ sorore sua, filia patris sui,uel matris sue:et dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui dormit cũ socru sua:& dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui clã percusserit proximũ suũ:et dicet omis populus, Amẽ. Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animã sanguinis innocẽtis : & dicet omnis populus, Amẽ. Hucusq̃ de libris Moysi quæ uisa sunt ponenda, posuimus. In his uero quę sequunt & appellant, Iesu Naue, Iudicũ, Regnorum, Paralipomenon, rerum gestarum potius historia legitur q̃ præce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pta uiuendi. Hæc tamen pauciſsima de libro Ieſu Naue prætereunda in hoc opere non putaui.

Ex Ioſue de uno deo adorando

REuertimini et ite in tabernacula ueſtra & in terrã poſſeſsiõis quã tradidit uobis Moyſes famulus domini trãs Iordanẽ, ita duntaxat ut cuſtodiatis attente, & opere compleatis mandatum & legem quã præcepit uobis Moyſes: ſeruus domini, ut diligatis dominũ deum ueſtrũ, & ambuletis in omnibus uijs eius & obſeruetis mandata illius, adhęreatisq; ei ac ſeruiatis ei in omni corde

Ioſue 23 & anima ueſtra. Et in alio loco: Ne poſtquã intraueritis, inquit, ad gentes, quæ inter uos futuræ ſunt, iuretis in nomine deorum earũ, & ſeruiatis eis, & adoretis illos, ſed adhæreatis domino deo ueſtro, quod feciſtis uſq; in diem hanc.

De libro autẽ pſalmorum multa ponẽda ſunt, quãuis eadẽ ſæpe repetãtur, ſed habebo modum B quantũ potero, ne hoc opus quod memoria maxime tenendum eſt in nimiam longitudinẽ pergat.

DE PSALMO I

Ex Pſalmis quomodo uiuendum

BEatus uir qui non abijt in concilio impiorũ, & in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra deriſorũ non ſedit: Sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

De pſalmo 2. Nunc ergo reges intelligite, erudimini iudices terræ. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Adorate pure, ne forte iraſcatur & pereatis de uia. Cum exarſerit poſt paululum furor eius, beati omnes qui ſperant in eum. De pſalmo 4. Filij uiri uſquequo inclyti mei ignominioſe diligitis uanitatem, quærentes mendaciũ? Et paulopoſt, Iraſcimini & nolite peC care, loquimini cordibus ueſtris ſuper cubilia ueſtra, & tacete. Sacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ, & cõfidite in domino. De pſalmo 5. Quoniã nõ es deus uolens iniquitatẽ, nec habitabit iuxta te malignus, nõ ſtabunt iniqui in conſpectu oculorum tuorũ. Odiſti omnes operãtes iniquitatẽ, perdes loquentes mendaciũ. Virum ſanguinũ & doloſum abominabitur dominus. De pſalmo 14. Domine quis peregrinabitur in tentorio tuo, & quis habitabit in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiã, loquiturq; ueritatem in corde ſuo. Qui non eſt facilis in lingua ſua, neq; fecit amico ſuo malum, & opprobriũ nõ ſuſtinuit ſup uicino ſuo. Deſpicit oculus eius improbos, timẽtes aũt dominũ glorificat. Iurat ut ſe D affligat & nõ mutat, pecuniã ſuã nõ dedit ad uſuram, & munera aduerſus innoxium non accepit. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. De pſalmo 23. Quis aſcẽdet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocẽs manibus & mundo corde, qui non exaltauit fruſtra animã ſuam, & nõ iurauit doloſe: Accipiet benedictiõnem à domino, & iuſtitiã à deo ſalutari ſuo. De pſalmo 26. Lux mea dominus & ſalutare meum, quem timebo? Dominus fortitudo uitæ meę, quẽ formidabo? Et poſt tertius uerſus, Si ſteterint aduerſum me caſtra, nõ timebit cor meum. Si ſurrexerit contra me bellum, in hoc ego confidã. Vnũ petij à domino, & hoc requiram: Vt habitem in domo domini, omnibus diebus uitæ meæ: Vt uideam pulchritudinẽ domini, et attendã templum A eius. Et alio loco, Tibi dixit cor meũ, quæſiui uultum eius faciem tuam domine requirã. Et poſtea, Expecta dominum, confortare, & roboretur cor tuum, & ſuſtine dominũ. De pſalmo 27. Ne tradas me cum impijs, & cum operantibus iniquitatem: Qui loquuntur pacẽ cum amicis ſuis, & eſt malum in corde eorũ. De pſalmo 30. Cõfortamini & roboretur cor ueſtrũ, omnes qui expectatis dominum. De pſalmo 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intelligentia. In chamo & freno maxillas eorũ conſtringe, qui nõ approximãt ad te. Multi dolores impij, cõfidentẽ autẽ in domino miſericordia circundabit. Letamini in dño, & exultate iuſti, & gaudete omnes recti corde. De pſalmo 32. Laudate iuſti dñm, rectos decet laudatio. Et alio loco: Beata gẽs cuius dominus deus eius, populus quẽ elegit dominus in hæreditatẽ ſibi. De pſalmo 33. Benedicã dominũ in omni tẽpore, ſemp laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea, audiãt mites et lætentur. Magnificate dominũ mecum, & exaltemus nomen eius pariter. Et poſt paucos uerſus, Guſtate & uidete, quia bonus dñs, beatus uir qui ſperat in eũ. Timete dominũ ſancti eius, quoniã nõ eſt inopia timentibus eũ. Diuites indiguerunt & eſurierũt, quærentes autem dominũ, nõ deerit omne bonũ. Venite filij audite me, timorẽ domini docebo uos. Quis eſt uir qui uelit uitã, diligẽs uidere dies bonos? Cuſtodi linguã tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Recede à malo, & fac bonũ, quęre pacẽ & perſequere eã. Et poſt, quartus uerſus, Iuxta eſt dominus cõtritis corde, & cõfractos ſpiritu ſaluabit. De pſalmo 36. Noli contendere cũ malignis, neq; æmuleris facientes iniquitatẽ. Quoniã ſicut herba uelociter cõterentur, & ſicut olus uiride areſcent. Spera in domino & fac bonũ, peregrinare in terra & paſcere fide. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Volue ſuper dominũ uiam tuã, & confide in eo, & ipſe faciet: Et educet ſicut lumẽ iuſtitiã tuam, & iudiciũ tuum ſicut meridiẽ: tace domino, et expecta eũ. Noli cõtendere aduerſus eum, qui proficit in uia ſua, aduerſus uirũ, qui facit quę cogitat. Dimitte irã, & relinque furorẽ, noli contendere ut male facias: Quoniã qui male faciunt, interibũt, expectantes aũt dominũ, ipſi hæreditabunt terram. Adhuc enim modicũ, & nõ erit impius, & cogitabis de loco eius & nõ ſubſiſtet. Mites aũt hereditabunt terrã, & delectabunt in multitudine pacis. Et paulopoſt, Melius eſt parum iuſto, ſuper diuitias impiorũ multas. Quia brachia impiorũ cõfringentur, ſubleuat aũt iuſtos dominus. Et poſt aliquãtũ, Recede à malo & fac bonũ. Et alibi, Expecta dominũ & cuſtodi uiam eius, et exaltabit te ut poſſideas terrã. Et alibi, Cuſtodi ſimplicitatẽ & uide rectum, quia erit ad extremũ uiro pax. De pſalmo 39. Beatus uir qui poſuit in deũ confidentiã ſuã, et nõ eſt auerſus ad ſuperbias pompaſq; mendacij. De pſalmo 43. In domino

mino gaudebimus tota die, & in nomine tuo in æternũ cõfitebimur. Et paulo poſt, Omnia hęc ueA nerũt ſuper nos, & nõ ſumus obliti tui, nec mẽtiti fuimus in pacto tuo. Non eſt cõuerſum retro cor noſtrum, nec declinauerũt greſſus noſtri à ſemita tua: Quoniã deieciſti nos in loco draconũ, & operuiſti nos umbra mortis. Si obliti ſumus nominis dei noſtri, & expãdimus manus noſtras ad deum alienũ: Nũquid non deus inueſtigabit iſtud? ipſe enim nouit cogitationes cordis. Quoniã propter te mortificati ſumus tota die, reputati ſumus ut grex occiſiõis. De pſalmo 46. Canite deo, cani te, canite regi noſtro, canite: Quia rex uniuerſæ terræ deus, canite erudite. De pſalmo 49. Immola deo laudẽ, & redde altiſsimo uota tua. Et inuoca me in die tribulatiõis, liberabo te, & gloriſicabis me. Impio aũt dixit deus, quid tibi eſt cum B narratione præceptorũ meorũ, ut ſumas pactum meũ in ore tuo? Qui odiſti diſciplinã, et proieciſti uerba mea poſt te. Si uidebas furem, cõſentiebas ei, & cũ adulteris erat pars tua. Os tuũ dimiſiſti ad malitiã, & lingua tua cõcinnauit dolũ. Sedens aduerſus fratrẽ tuũ loquebaris, & aduerſum filiũ matris tuę fabricaueras opprobriũ. Hęc feciſti et tacui, exiſtimaſti futurũ me ſimilẽ tui. Arguã te, & proponã ante oculos tuos. Intelligite hoc qui obliuiſcimini deũ, ne forte capiã & nõ ſit qui liberet. Qui immolat cõfeſsionẽ, glorificat me, & qui ordinate ambulat, oſtendã ei ſalutare dei. De pſalmo 50. Ab iniquitate mea & à peccato meo mũda me. Quoniã iniquitatẽ meã ego cognoui, & peccatũ meũ contra me eſt ſemper. Et alibi: SaC crificiũ deo ſpiritus cõtribulatus: cor contritũ & humiliatũ deus nõ deſpiciet. De pſal. 51. Quid gloriaris in malitia potens? miſericordia domini tota die eſt. Inſidias cogitauit lingua tua, quaſi nouacula acuta faciens dolũ. Dilexiſti malũ magis q̃ bonum, mendaciũ magis q̃ loqui iuſtitiã. Dilexiſti omnia uerba ad deuorandũ, lingua doloſa. Sed deus deſtruet te in ſempiternũ, terrebit te, & euellet te de tabernaculo, & eradicabit te de terra uiuentiũ. Videbunt iuſti & timebunt, et ſuper eũ ridebũt: ecce uir qui nõ poſuit deum fortitudinẽ ſuam. Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, confortatus eſt in inſidijs ſuis. Ego aũt ſicut oliua uirens in domo dei, ſperaui in miſericordia dei in ſeculũ ſempiternũ. Confitebor tibi domine D in ſeculũ, quoniã feciſti, & expectabo nomen tuũ, quoniã bonũ in cõſpectu ſanctorũ tuorum. De pſalmo 61. Sperate in eo omni tẽpore populi, effundite coram illo corda ueſtra, deus ſpes noſtra eſt. Veruntamen uanitas filij Adã, mendaciũ filij uiri, in ſtateris doloſis fraudulẽter agũt ſimul. Nolite cõfidere in calũnia, & in rapina ne fruſtremini. Diuitiæ ſi fluxerint, ne apponatis cor. De pſalmo 63. Lætabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo. De pſalmo 68. Quia propter te porta ui opprobriũ, operuit confuſio faciẽ meam. Alienus factus ſum fratrib. meis, & peregrinus filijs matris meæ: Quia zelus domus tuę comedit me, & opprobriũ exprobrãtiũ tibi cecidit ſuper me. Et fleui in ieiunio animã meam, & factus ſum illis in parabolã. Contra me loquebãtur qui ſedebant in porta, & cantabãt bibentes uinũ. Et aliquanto poſt, Laudabo nomẽ dei in cantico, & magnificabo eũ in cõfeſsione. Et placebit deo ſuper uitulũ nouellum, cornua efferentẽ & ungulas. Vidẽtes manſueti lætabuntur, qui quæritis dominũ, uiuet anima ueſtra: Quoniã exaudiuit pauperes dominus. De pſalmo 72. Ecce qui elongant ſe à te, peribũt, perdidiſti omnẽ fornicantẽ à te. Mihi autem appropinquare deo bonũ eſt: poſui in domino deo ſpem meam, ut narrem omnes annunciationes tuas. De pſalmo 75. Vouete & reddite domino deo ueſtro: omnes qui in circuitu eius ſunt, offerent dona terribili, auferenti ſpiritum ducum, terribili regibus terræ. De pſalmo 77. Auſculta populus meus legem meam, inclinate aurem ueſtram ad uerba oris mei. Aperiam in parabolis os meũ, loquar ænigmata antiqua. Et alio loco, Et narrabũt filijs ſuis, ut ponant in deo ſpem ſuã, & non obliuiſcãtur cogitationẽ eius, & mãdata eius cuſtodiant. De pſalmo 80. Laudate dominũ fortitudinẽ noſtrã, iubilate deo Iacob. Et alio loco: Iſrael ſi audieris me, non ſit in te deus alienus, & nõ adores deũ peregrinũ. Ego ſum dñs deus ueſter. De pſalmo 81. Vſquequo iudicatis iniquitatẽ, & facies impiorũ ſuſcipitis? Iudicate pauperi & pupillo, egeno & inopi iuſtificate. De pſalmo 83. Beati qui habitant in domo tua, adhuc laudabũt te. Beatus homo cuius fortitudo eſt in te, ſemitę in corde eius trãſeuntes in ualle fletus. Fontẽ ponẽt eã, benedictiõe quoq; amicietur doctus. Ibũt de fortitudine in fortitudinem, apparebũt apud deũ in Sion. Et paulopoſt, Quoniã melior eſt dies in atrijs tuis ſuper milia. Elegi abiectus eſſe in domo dei, magis q̃ habitare in tabernaculis impietatis. De pſalmo 91. Bonum eſt cõfiteri dño, & pſallere nomini tuo altiſsime. De pſalmo 93. Intelligite ſtulti in populo, & inſipientes aliquãdo diſcite. Et paulopoſt, Beatus uir quẽ erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Vt quieſcat dieb. afflictionis, donec fodiatur impio interitus. De pſalmo 94. Venite adoremus & curuemur, flectamus genua ante faciem domini factoris noſtri. Et poſt ſex uerſus, Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra: Sicut in contradictione, ſicut in die tẽtationis in deſerto. De pſalmo 95. Cãtate domino canticũ nouũ, cãtate domino omnis terra. Cantate domino, benedicite nomini eius, annunciate de die in diẽ ſalutare eius. Narrate in gentibus gloriã eius, uniuerſis populis mirabilia eius. Et poſt tres uerſus, Afferte dño familiæ populorum, afferte domino gloriã & fortitudinẽ, afferte domino gloriã nomini eius. Leuate munera & introite in atria eius, adorate dominũ in decore ſanctuarij. De pſalmo 96. Qui diligitis dominũ, odite malũ. Et poſt ſecũdus uerſus: Lætamini iuſti in dño, & cõfitemini memoriæ ſanctæ eius. De pſalmo 97. Iubilate dño omnis terra, uociferamini & laudate & canite. De pſalmo 98. Exaltate

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominū deum nostrū, & adorate scabellū pedum eius, quia sanctum est. De psalmo 99. Iubilate A deo omnis terra, seruite domino in lætitia. Ingredimini coram illo, in laude. Scitote quoniam dominus ipse est deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Et post unum uersum, Ingredimini portas eius in gratiarū actione, atria eius in laude cōfitemini ei. De psalmo 100. Deambulando in simplicitate cordis mei in medio domus tuæ, non ponebam corā oculis meis uerba Belial. Facientem declinationes odiui, nec adhæsit mihi cor prauū. Recedentē à me malum nesciebā, loquentē in abscondito cōtra proximū suum, hunc interficiebā. Superbū oculis & altum corde, cū hoc esse nō potero. Oculi mei ad fideles terræ, ut habitēt mecū, ambulans in uia simpliciter hic ministrabat mihi. Nō habitabit in medio domus meæ faciēs malū, B loquens mendaciū non placebit in cōspectu oculorum meorū. Mane perdā omnes impios terræ, ut interficiā de ciuitate domini uniuersos qui operātur iniquitatē. De psalmo 102. Misericordia autē domini, ab æterno & usq; in æternū super timentes eum. Et iustitia eius super filios filiorū, ijs qui custodiunt pactum eius, & recordantur præceptorū eius ad faciendū ea. De psalmo 104. Cōfitemini domino & inuocate nomen eius, notas facite populis cogitationes eius. Canite ei & psallite illi, loquimini in uniuersis mirabilib. eius. Exultate in nomine sancto eius, lætetur cor quærentiū dominū. Quærite dominū & uirtutē eius, quærite faciē eius iugiter. Recordamini mirabilium eius quę fecit, signorū & iudiciorū oris eius. C

De psalmo 107. Paratum cor meū deus, cantabo & psallā. Sed et gloria mea consurge psalteriū & cithara, consurgā mane. Confitebor tibi in populis domine, cantabo te in nationibus. De psalmo 110. Confitebor tibi dñe in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione. Et in alio loco, Principiū sapientiæ timor domini. Doctrina bona cunctis qui faciunt eā, laus eius perseuerās iugiter. De psalmo 111. Beatus uir qui timet dominū, in mandatis eius uolet nimis. Et post quartus uersus, Bonus uir clemēs & fœnerans, disp̄sabit uerba sua in iudicio, quia in æternū nō commouebitur. In memoria sempiterna erit iustus, ab auditu malo nō timebit. Paratū cor eius cōfidens in domino, firmū cor eius, nō timebit donec aspiciat in hostibus suis. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius permanet in æternū, cornu eius exaltabitur in gloria. Impius uidebit & irascetur, dētibus frēdet & tabescet, desideriū impiorū peribit.

De psalmo 112. Laudate serui dominū, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum à modo & usq; in æternū. Ab ortu solis usq; ad occasum eius, laudabile nomē domini. De psalmo 113. Idola gentiū argentū & aurum, opus manuū hominū. Os habēt & nō loquētur, oculos habent & nō uidebūt: Aures habēt & non audient, &c. Et paulo post, Similes illis fiāt qui faciunt ea, & omnes qui cōfidunt in eis. Israel cōfidit in domino, auxiliator & protector eorum est. Domus Aaron cōfidit in domino, auxiliator & protector eorū est. Timētes autem dominū cōfidunt in domino, auxiliator & protector eorū est. De psalmo 115. Credidi propter quod locutus sum, ego afflictus sum nimis. Et post aliquantū, Quid reddam domino pro omnib. quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiā, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddā in cōspectu omnis populi eius, in atriis domus domini in medio tui Hierusalem.

De psalmo 116. Laudate dominū omes gētes, laudate eum uniuersi populi. De psalmo 117. Cōfitemini domino quoniā bonus, quoniā in æternum misericordia eius. Dicat nūc Israel, quoniā in æternū misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron, quoniā in æternum misericordia eius. Dicant qui timent dominū, quoniā in æternū misericordia eius. Cum tribularer inuocaui dominū, et exaudiuit me in latitudinē dominus. Et post duos uersus, Melius est sperare in domino, q̄ sperare in homine. Melius est sperare in domino, q̄ sperare in principibus. Et post quintus uersus, Fortitudo mea et laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Vox laudis & salutis in tabernaculis iustorum. De psalmo 118. Beati immaculati in uia qui ambulāt in lege domini. Beati qui custodiunt testimonia eius, in toto corde exquirūt eū. Et alio loco, Et ambulabo in spatioso, quia præcepta tua quæsiui. Et loquar in testimonijs tuis coram regibus, & nō confundar. Et delectabor in mandatis tuis quæ dilexi. Et leuabo manus meas ad māda ta tua quæ dilexi, & loquar in præceptis tuis. Et post quatuor uersus. A lege tua nō declinaui. Recordatus sum iudiciorū tuorū à seculo domine, et cōsolatus sum. Horror obtinuit me ab impijs, qui dereliquerūt legem tuā. Carmina erāt mihi præcepta tua, in domo peregrinationis meæ. Recordatus sum in nocte nominis tui dñe, & custodiui legem tuā. Hoc factus es mihi, quia præcepta tua custodiui. Pars mea dominus, dixi, ut custodiā uerbū tuū. Deprecatus sum uultū tuū in toto corde, miserere mei secundū eloquiū tuum. Recogitaui uias meas, & conuerti pedes meos ad testimonia tua. Festinaui, nō neglexi custodire māndata tua. Funes impiorū implicauerūt me, legē tuā nō sum D oblitus. Media nocte surgebā ad cōfitendū tibi, sup iudicia iustificationis tuę. Particeps ego sum omniū timentiū te, & custodiētiū māndata tua. Et post paucos uersus, Ego aūt in toto corde, seruabam præcepta tua. Incrassatū est uelut adeps cor meū, et ego in lege tua meditabar. Bonū mihi ga afflictus sum, ut discerē præcepta tua. Melior mihi est lex oris tui, sup milia auri et argēti. Et post paucos uersus, Quia lex tua meditatio mea est. Et post paululū, Ego aūt loquar in præceptis tuis. Et post paululū, Præcepta tua nō sum oblit⁹. Et post secūdus uersus, Foderūt mihi supbi foueas, quæ nō erant iuxta legem tuā. Et post secūdus uersus, Paulominus cōsumpserūt me in terra, ego aūt nō dimisi

dimisi præcepta tua. Et post quintus uersus, Nisi q̄ lex tua delectatio mea, forte perissem in pressu- A ra mea. In sempiternū non obliuiscar præceptorū tuorū, quia per ipsa uiuificasti me. Tuus ego sum, salua me, quoniā præcepta tua quęsiui. Me expectauerūt impij ut perderēt me, testimoniū tuū cōsiderabo. Omni cōsummationi uidi finē, latū māda tū tuū nimis. Quàm dilexi legē tuā, tota die meditio mea. Et paulopost, Ab omni semita mala prohibui pedes meos, ut custodiam uerba tua. A iudicijs tuis nō recessi, quia tu illuminasti me. Quàm dulce gutturi meo eloquiū tuū, sup̄ mel ori meo. Præcepta tua cōsiderabā, propterea odiui omnē semitā mendacij. Lucerna pedi meo uerbum tuū, et lux semitę meę. Et post quartus uersus, Anima mea in manu mea semp, & legis tuæ nō sum oblitus. Posuerūt impij laqueū mihi, & à præceptis tu- B is non aberraui. Hæreditas mea testimonia tua in sempiternū, quia gaudiū cordis mei sunt. Inclinaui cor meū ut facerē iustificationes tuas, propter æternā retributionē. Tumultuosos odiui, & legē tuā dilexi. Protectio mea & scutū meū tu es, uerbum tuū expectaui. Recedite à me maligni, & custodiam mādata dei mei. Et post quartus uersus, Quasi scoriā cōputasti omnes impios terræ, propterea dilexi testimonia tua. Horripilauit à timore tuo caro mea, & iudicia tua timui. Feci iudiciū & iustitiā, ne derelinquas me ijs qui calumniātur me. Et post paucos uersus, Propterea dilexi mandata tua sup̄ aurū et topaziū. Propterea in uniuersa præcepta tua direxi, omnē semitā mēdacij odio habui. Mirabilia testimonia tua, idcirco custodi- C uit ea anima mea. Et post secūdus uersus, Os meū aperui & respiraui, quia māndata tua desiderabā. Et alio loco, Consumpsit me zelus meus, quia obliti sunt uerborū tuorū hostes mei. Probatus sermo tuus nimis, & seruus tuus dilexit illum. Paruulus ego sum & cōtēptibilis, sed præcepta tua nō sum oblitus. Et post tertius uersus, Mādata tua uoluntas mea. Et paulo post, Vide afflictionē meam, & erīpe me, quia legis tuæ non sum oblitus. Et post quartus uersus, Multi qui persequunt me & affligunt me, à testimonijs tuis nō declinaui. Vidi præuaricātes tuos & mœrebā, quia uerbū tuū nō custodierūt. Vide quoniā præcepta tua dilexi domine, iuxta misericordiam tuam uiuifica me. Et post tertius uersus, Gaudens ego sum in eloquio tuo, D sicut qui inuenit spolia multa. Mēdaciū odio habui & detestatus sum, legē autem tuam dilexi. Septies in die laudaui te, super iudicijs iustitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legē tuam, & non est illis scandalū. Expectabā salutare tuum domine, & mandata tua feci. Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea nimis. Custodiui præcepta tua & testimonia tua, quia omnes uiæ meæ in cōspectu tuo. Et post quintus uersus, Sit manus tua auxiliatrix mea, quia præcepta tua elegi. Desideraui salutare tuum domine, & lex tua meditatio mea est. Et post secūdus uersus, Errauī quasi ouis perdita, quęre seruū tuum, quia mandatorū tuorum nō sum oblitus. De psalmo 119. Ego pacifica loquebar, & illi debellabant ea. De psalmo 121. Rogate pacē Hierusalem, sit bene ijs qui diligunt eam. Et post secundus uersus, Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacē tibi. Propter domū domini dei nostri, quærā bonā tibi. De psalmo 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi seruorum ad manus dominorū suorū. Sicut oculi ancillę ad manum dominæ suæ, sic oculi nostri ad dominū deū nostrū donec misereat⁹ nostri. De psalmo 124. Qui cōfidunt in domino quasi mons Sion, immobilis in ęternum inhabitabilis Hierusalem. De psalmo 127. Beati omnes qui timent dominū, qui ambulant in uijs eius. De psalmo 129. Sustinui dominū, sustinuit anima mea, & uerbū eius expectaui. De psalmo 130. Domine non est exaltatū cor meū, neq; elati sunt oculi mei, & nō ambulaui in magnis & in mirabilibus super me. Si nō proposui & silere feci animā meā: sicut ablactatus ad matrē suam, ita ablactata ad me anima mea: expecta Israel dominū, amodo & usq; in æternū. De psal. 132. Ecce q̄ bonū est & q̄ decorū, habitare fratres in unū. De psalmo 133. Ecce benedicite domino omnes serui domini: Qui statis in domo dñi, in atriis domus dei nostri. In noctibus leuate manus uestras in sancta, & benedicite domino.

De psalmo 134. Laudate nomē domini, laudate serui dominū: Qui statis in domo dñi, in atriis domus dei nostri, Laudate dñm, quoniā bonus dominus, cātate nomini eius, quoniā decēs. Et post pauca, Idola gentiū argentū & aurum, opera manuum hominū: Os habēt & non loquent, oculos habēt & nō uidebūt &c. Et paulopost, Similes illis fiāt qui faciūt ea, & omnes qui cōfidunt in eis. Domus Israel benedicite dño, domus Aarō benecite domino, timentes dominū benedicite domino. De psalmo 135. Confitemini domino quoniā bonus, quoniā in æternū misericordia ei⁹. Cōfitemini deo deorū, quoniā in æternū misericordia eius. Cōfitemini dño dominorū, quoniā in æternū misericordia eius. Et in fine psalmi, Cōfitemini deo cœli, quoniā in æternū misericordia eius. De psalmo 136. Si oblitus fuero tui Hierusalē, in obliuiōe sit dextera mea. Adhęreat lingua mea gutturi meo, si nō recordat⁹ fuero tui Hierusalē. Si non præposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ. De psalmo 138. Nōne odientes te domine odiui, et cōtra aduersarios tuos distabui? Perfecto odio oderā illos, inimici facti sunt mihi.

De psalmo 139. Ne des domine desideria impijs, scelera eius ne effundant & eleuent. Et post tertius uersus, Vir linguosus nō dirigēt in terra.

De psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia & arguet me, oleum amaritudinis nō impinguet caput meū. Et post quartus uersus, Quoniā ad te dñe oculi mei, in te spaui, ne euacues animā meā. De psal. 141. Voce mea ad dominū clamaui, uoce mea ad dominū deprecatus sum. Effundā in cōspectu ei⁹ eloquiū meū, tribulationē meā corā illo annūciabo. Et post quartus uersus, Clamaui ad te dñe, dixi tu es spes mea, pars mea in terra

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiuentium. De psalmo 142. Meditabar in omnia opera tua, facta manuū tuarum loquebar. Expādi manus meas ad te, anima mea quasi terra sitiēs ad te. Et post tertiu uersus, Fac me audire mane misericordiā tuam, quoniā in te confido. Notā fac mihi uiam in qua ambulo, quoniā ad te leuaui animam meam. Libera me de inimicis domine, à te protectus sum. De psalmo 143. Libera me & erue me de manu filiorū alienorum: Quorū os locutum est uanitatē, & dextera corū dextera mendacij: Vt sint filij mei quasi plantatio crescēs in adolescētia sua. Filiæ nostrę quasi anguli ornati ad similitudinē templi. Promptuaria nostra plena, et super effundētia ex hoc in illud. Pecora nostra in milibus, & innumerabilia in cōpitis nostris, Tauri nostri pingues. Non est interruptio, & nō est egressus, & non est ululatus in plateis nostris. Beatus populus cuius talia sunt, beatus populus cuius dominus deus eius. De psalmo 144. Exaltabo te domine deus meus, rex meus, & benedicā nomini tuo in æternū & ultra. In omni die benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in sempiternū iugiter. Et post secundus uersus, Generatio ad generationē laudauerunt opera tua, & fortitudines tuas annūciabunt. Decorē gloriæ magnitudinis tuæ & uerba mirabiliū tuorū loquar. Et fortitudinem horribiliū tuorū loquentur, & magnitudines tuas narrabo. Memoriā multæ bonitatis tuæ loquentur, & iustitias tuas laudabūt. Et post tertius uersus, Et sancti tui benedicunt tibi. Gloriā regni tui dicēt, & fortitudines tuas loquentur, Vt ostendant filijs hominū fortitudines eius, & gloriā decoris regni eius. Et paulopost, Iuxta est dominus omnibus qui inuocāt eū in ueritate. Placitū enim timentiū se faciet, & clamorē eorum audiet & saluabit eos. Custodit dominus omnes diligētes se, & uniuersos impios cōteret. Laudē dñi loquetur os meū, & benedicit omnis caro nomini sancto eius in æternū & iugiter. De psalmo 145. Lauda anima mea dominū. laudabo deū in uita mea, psallam deo meo quādiu sum. Nolite cōfidere in principibus, in filio hominis, cui nō est salus. Et post secundus uersus, Beatus cuius deus Iacob auxiliator eius, spes eius in domino deo suo. De psalmo 146. Laudate dominū quoniā bonus est, canticum deo nostro quoniā decorū est, pulchra laudatio. Et post paucos uersus. Suscipiēs māsuetos dominus, humilians impios usq; ad terrā. Cantate domino in cōfessiōe, cātate domino nostro. Et post quatuor uersus, Non est in fortitudine equi uoluntas eius, neq; in tibijs uiri placebitur ei. Placebit domino in ijs qui timent eū, & expectāt misericordiā eius. De psalmo 148. Reges terræ et omnes populi, principes et uniuersi iudices terrę, Iuuenes & uirgines, senes cū pueris laudent nomen domini. De psalmo 149. Cantate domino canticū nouū, laus eius in cōgregatione sanctorū Lætetur Israel in factore suo, filij Sion exultēt in rege suo. Et post tertius uersus, Exaltabit mansuetos in Iesu, exultabūt sancti in gloria, laudabūt in cubilibus suis, exaltationes dei in gutture eorum.

De psalmo 150. Laudate dominū in sanctis eius, laudate eum in fortitudine potentiæ eius. Laudate eum in fortitudinibus eius, laudate eum iuxta multitudinē magnificentiæ suę. Et in fine psalmi, Omne quod spirat laudet dominū. Hæc de libro Psalmorū collegimus, in quibus quisq; uitā si proficere affectat, inspiciat. Vbi lectorem admonemus, ut ea quæ de psalmis posui, tanquā unum psalmū cōtextim legat, tacitis uerbis meis, quę ad hoc interposui, ut si uoluerit, inspiciat ubi sit scriptū ꝗd posui, id est, quoto uel in quo loco eiusdē psalmi. His enim prętermissis qui lectione continuata inspexerit sola uerba psalmorū, multo iucūdius, & ob hoc utilius ex diuinis afficiet eloquijs.

Nūc de libris Salomonis quæ uidebunt huic operi necessaria, colligemus: Ac primum de Prouerbijs, qui liber si bene intelligat, ad mores pios informādos penè totus ualebit. Sed ea quę obscura sunt prętermitto, habeāt ea quibus exerceant lectores dilectoresq; spiritaliū literarū Nos in hoc opere statuimus illa ponere quæ ad agendā uitā facile intellectu referant. Quamuis multis uideri possim apertissima prætermisisse, nōnullaq; hinc potius clausa sunt unde putantur esse perspicua. Quid em̄ tam clarū uidetur, & quid tā inepte sit, si ad proprietatē uelis accipere, quod ibi scriptū est, Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis? Aut quid ualet ad mores corrigēdos, nisi illic intellectus altior requirat, quod dictū est, Paupertas uirū humiliat, manus autē fortiū locupletat? Cum & nō esse pauperē, & esse manib. fortē, nō sit in bonorū hominū potestate, sed & multis prouenerit pessimis: & hoc prouerbiū male intellectum, possit prouocare pauperes fortes, ut rapinis se existimēt debere ditescere. Quis nō aūt rideat si proprie positū putauerit quod ibi legit: Non enim nascunt filij malignis? Omnia ergo talia relinquemus, & ea quibus suadet aliquid aliquāto diutius, cū id quod suadet atq; præcipit nō sit obscurū, & id potius sit ponendū in hoc speculo ubi se illi inspiciant, quibus iam persuasum est, bene ac laudabiliter uiuere: sed ut hoc faciāt quæ sibi optāda atq; obseruāda sunt, quę rāt, Hæc itaq; de Prouerbijs Salomonis ponenda credimus.

Ex Prouerbijs, ad filiū Salomon de obseruandis præceptis, quæq; sint ea

TImor domini principiū scientiæ. Sapiētiam atq; doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legē matris tuæ. Et post undecim uersus, cū de homicidijs loquerer, Ipsi, inquit, contra sanguinem suū insidiātur, & moliunt fraudes cōtra animas suas. Sic semitæ omnis auari animas possidentiū rapiūt: Itē post tres uersus, Vsq; quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiūt, & imprudentes odiūt scientiam? Et post octo uersus, Tūc inuocabunt me, & non exaudiam, mane cōsurgent, & nō inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, et timorē domini nō susceperint, nec acquieuerint cōsilio meo, & detraxerint uniuersæ correptioni meæ. Comedēt igit fructus uiæ suæ, suisq; consilijs saturabunt. Auersio paruulorū interficiet eos, & prosperitas stultorū perdet

det illos. Qui aūt me audierit, absq; terrore requiescet, & abūdantia perfruet, malorū timore subla- A
Proverb. 2 to. Et post tres uersus, Si em̄ sapientiā inuocaueris, & inclinaueris cor tuū prudentiæ: si quęsieris eā quasi pecuniā, & sicut thesauros effoderis illā: tunc intelliges timorē domini & scientiā dei inuenies: quia dñs dat sapientiā, & ex ore eius scientia & prudētia. Custodiet rectorū salutē, & proteget gradientes simpliciter, seruās semitas iustitiæ, & uias sanctorū custodiēs. Tunc intelliges iustitiam & iudiciū & æquitatē, & omnē semitam bonā. Si intrauerit sapientia cor tuum, et sciētia animę tuę placuerit, cōsilium custodiet te, & prudētia seruabit te, ut eruaris de uia mala & ab homine qui peruersa loquit. Qui derelinquūt iter rectū, & ambulāt p uias tenebrosas: Qui lętant cū malefecerint, & exultāt in rebus pessimis. Quorū uiæ puersæ, B & infames gressus eorū. Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quę mollit sermones suos, & reliquit ducem pubertatis suę, et pacti dei sui oblita
Proverb. 3 est. Et post octo uersus, Misericordia et ueritas nō te deserāt: Circūda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiā & disciplinā bonā corā deo & hominibus. Habe fiduciā in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentię tuæ, In omnib. uijs tuis cogita illū, & ipse diriget gressus tuos. Ne lis sapiens apud temetipsum. Time dominū, et recede à malo, Et post unū uersum: Honora dominū de tua substantia, & de primitijs omniū frugū tuarum. Et post duos uersus, Disciplinā domini fili mi ne abijcias, ne deficias cū ab eo corriperis. Quē em̄ diligit dominus, corripit, C et quasi pater in filio cōplacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiā, et qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negociatiōe argenti, & auro primo fructus eius: Preciosior est cūctis opib. & omnia quę desiderant, huic nō ualent cōparari. Et post sex uersus, Fili mi, ne effluāt hęc ab oculis tuis, Custodi legē atq; consiliū. Et post sex uersus, Noli, phibere benefacere eū qui potest: si uales & ipse benefac. Ne dicas amico tuo, uade & reuertere, & cras dabo tibi, cū statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malū, cū ille in te habeat fiduciam. Ne contendas aduersus hominē frustra. Et post septē uersus. Illusores ipse deducet, & mā suetis dabit gratiā. Et post uigintiquatuor uersus,
Prouerb. 4 Omni custodia serua cor tuū, quia ab ipso uita p- D cedit. Remoue à te os prauum, et detrahētia labia sint p̄cul à te. Oculi tui recte uideant, & palpebræ tuę præcedant gressus tuos. Dirige semitā pedib.
Prouerb. 5 tuis, et omes uiæ tuę stabiliēt. Ne declines in dexterā aut in sinistrā. Auerte pedē tuū à malo. Vias enim quę à dextris sunt nouit dñs, peruersæ uero sunt quę à sinistris sunt. Ipse aūt rectos facit cursus tuos, itinera aūt tua in pace producet. Fili mi attende sapientiā meam, & prudentiæ meæ inclina aurē tuam, ut custodias cogitationes, & disciplinā labia tua conseruent, Fauus enim stillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, Nouissima aūt illius amara quasi absinthiū, & acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendūt in mortē, & ad inferos gressus illius penetrāt. Et post plures uersus, Non cōcupiscat pulchritudinē eius cor tuum, ne capiaris nutib. illius. Preciū enim scorti, uix unius est panis, mulier autē uiri preciosam animā capit. Nūquid absc̄ōdere potest homo ignē in sinu suo, ut uestimēta illius nō ardeant, aut ambulare super prunas, ut non comburant plantæ eius? Sic qui ingredit ad mulierem proximi sui, non erit mūdus cū tetigerit eam. Non grandis est culpa cū quis furatus fuerit, Furatur enim ut esurientē impleat animā: Deprehēsus quoq; reddet septuplū, & omnem substantiā domus suę tradet. Qui autē adulter est, propter cordis inopiam perProuerb. 6 Prouerb. 7
det animam suam. Et post quatuor uersus, Fili mi custodi sermones meos, & præcepta mea recōde tibi. Serua mandata mea & uiue, et legem meam Prouerb. 8
quasi pupillā oculi tui. Et post aliquot uersus, Intelligite paruuli astutiā, & insipientes animaduertite. Et post secūdus uersus, Veritatē meditabitur guttur meū, & labia mea non attestant impiū. Et post tertius uersus. Accipite disciplinā meam & non pecuniā, doctrinam magis ꝙ aurum diligite. Melior est enim sapientia cūctis preciosissimis, et omne desiderabile ei nō potest cōparari. Et post secūdus uersus. Timor domini odit malum, arrogantiā & superbiā et uiam prauam et os bilingue detestatur. Et post quartus uersus, Ego diligētes me diligo, et qui mane uigilant ad me inuenient me. Mecum sunt diuitiæ et gloria, opes superbæ et iustitia. Melior est fructus meus auro et precioso lapide, et genimina mea argento electo. In uijs iustitiæ ambulo, in medio semitarū iudicij, ut ditem diligentes me, et thesauros eorū repleam. Et post aliquos uersus, Beatus homo qui audit me, qui uigilat ad fores meas quotidie, et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet uitā, et hauriet salutē à domino: Qui autē in me peccauerit, lædit animā suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortē. Et post nouē uersus, Relinquite Prouerb. 9
infantiam et uiuite, et ambulate per uias prudentiæ. Qui erudit derisorem, ipse sibi facit iniuriā: et qui arguit impiū, generat maculā sibi. Noli arguere derisorem, ne oderit te: Argue sapientem, et diliget te. Da sapienti, et addetur ei sapientia. Doce iustum, et festinabit accipere. Principiū sapientię timor domini, et scientia sanctorū, prudentia. Et post decē et octo uersus. Non proderūt thesauri Prouerb. 10
iniquitatis, iustitia uero liberabit à morte. Et post quartus uersus, Qui cōgregat in messe, filius sapiens est: qui autē stertit æstate, filius confusiōis. Et post tertius uersus, Sapiens corde præcepta suscipiet, stultus cædit labijs. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: Qui autē deprauat uias suas, manifestus erit. Qui annuit oculo, dabit dolorem. Stultus labijs uerberabitur. Vena uitæ, os iusti: et os impiorū operiet iniquitatem. Odiū suscitat rixas, et uniuersa delicta operit charitas. In labio sapientis inuenietur sapiētia, et uirga in dorso eius qui indiget corde. Sapientes abscondunt sapientiā, os autem stulti confusioni proximum est. Et post tertius uersus. Via uitæ custodienti disciplinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

sciplinam, qui autē increpationes reliquit, errat. Abscondunt odiū labia mēdacia. Qui profert cō tumeliam, insipiens est. In multiloquio mendaciū non deerit: qui aūt moderatur labia sua, prudentissimus est. Argentum electū lingua iusti, cor impiorū pro nihilo. Labia iusti erudiunt plurimos, qui autē indocti sunt, in cordis egestate moriunt. Benedictio domini diuites facit, nec sociabit eis afflictio. Quasi per risum stultus operat scelus, sapientia autē est uiro prudentia. Quod timet impius, ueniet super eum, desideriū suum iustis dabit. Et post secundus uersus, Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger ijs qui miserunt eum. Timor domini apponet dies, et anni impiorū breuiabuntur, Expectatio iustorum, lętitia: spes autē impiorum peribit. Fortitudo simplicis uia domini, & pauor ijs qui operant malum. Iustus inæternū B
Prouerb. 11 non cōmouebitur, impij autem non habitabunt in terra. Os iusti parturiet sapiētiam lingua prauorū peribit. Labia iusti cōsiderāt placita, & os impiorū peruersa. Statera dolosa, abominatio apud deum, & pondus æquum, uoluntas eius. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi autem humilitas ibi & sapientia. Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorū perdet illos. Non proderūt diuitiæ in die ultionis, iustitia autem liberabit à morte. Iustitia simplicis dirigет uiam eius, & in impietate sua corruet impius. Iustitia rectorū liberabit eos, & in insidijs suis capientur iniqui. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes, et expectatio solicitorum peribit. Et post quinq; uersus, Qui despicit amicū suum, indigēs C corde est, uir autem prudens tacebit. Qui ambulat fraudulēter, reuelat arcana: qui autem fidelis est animi, celat commissum. Vbi nō est gubernator, populus corruet, salus autē ubi multa consilia. Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo: qui autē cauet laqueos, securus erit. Et post duos uersus, Benefacit animę suę uir misericors, qui autem crudelis est & ꝓpinquus, abijcit. Et post tres uersus, Abominabile domino prauū cor, & uoluntas eius in ijs qui simpliciter ambulāt. Manus in manu, non erit innocēs malus, semen autem iustorum saluabit. Et post duos uersus, Desideriū iustorū omne bonū est, præstolatio impiorum furor. Alij diuidunt propria, & ditiores fiūt: Alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Anima D
quæ benedicit, impugnabitur: & qui inebriat, ipse quoq; inebriabitur. Qui absc̄odit frumēta, maledictus in populis: benedictio autem super caput uendentiū. Bene consurget diluculo, qui quærit bona: qui autē inuestigator malorum est, opprimetur ab eis. Qui confidit in diuitijs suis, hic corruet, iusti autē quasi uirens folium germinabunt. Et post tres uersus, Si iustus in terra recipit, quan-
Prouerb. 12 to magis impius & peccator? Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiēs est. Qui bonus est, hauriet à domino gratiam: qui autem confidit cogitationibus suis, impie agit. Non roborabitur homo ex impietate, & radix iustorum non commouebitur. Et post aliquos uersus, Desideriū impij, munimentū est pes-
A simorum, radix autem iustorū proficiet. Propter peccata labiorum, ruina proximat malo, effugiet autem iustus de angustia. De fructu oris sui unusquisq; replebit bonis, & iuxta opera manuū suarum retribuetur ei. Via stulti, recta in oculis eius, qui autē sapiens est audit consilia. Et post tres uersus. Est qui promittit, & quasi gladio pungit conscientiæ, lingua autem sapientiū sanitas est. Labium ueritatis firmum erit in perpetuū, qui autē testis est repentinus, concinnat linguam mendacē. Dolus in corde cogitantiū mala, qui autē ineunt pacis cōsilia, sequetur eos gaudium. Non contristabit iustū quicquid ei acciderit, impij autē replebunt malo. Abominatio domini, labia mēdacia: qui autē fideliter agunt, placent ei. Homo uersu-
B tus celat scientiā: & cor insipientium prouocabit stultitiā. Et post duos uersus, Mœror in corde uiri humiliabit illud, & sermone bono lætificabit. Qui negligit damnū propter amicū, iustus est: iter autē impiorū decipiet eos. Non inueniet fraudulentus lucrū, et substantia hominis erit auri pretium. Et in semita iustitiæ uita: iter autem deuiū ducit ad mortem. Filius sapiens, doctrina patris: qui
Prouerb. 13 autem illusor est, non audit cū. arguetur. De fructu oris sui homo saturabitur bonis, anima autem præuaricatorū iniqua. Qui custodit os suū, custodit animā suam: qui autē incōsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Vult et nō uult piger: anima autē operantiū impinguabitur, Verbum mēdax iustus detestabitur, impius autem confundit
C & cōfundetur. Iustitia custodit innocentis uiam, impietas uero peccata supplantat. Est quasi diues, cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis diuitijs sit. Redemptio animæ uiri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationē non sustinet. Lux iustorum lætificat, lucerna impiorū extinguetur. Inter superbos semper iurgia sunt, qui autem agunt cuncta consilio, reguntur sapientia. Substantia festinata minuetur, quę autē paulatim colligitur, manu multiplicabit. Spes quæ differtur, affligit animam: lignū uitæ desideriū ueniens. Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autē timet præceptū, in pace uersabit. Lex sapiēti fons uitę, ut declinet à ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum
D uorago. Et post aliquot uersus, Qui parcit uirgæ suę, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit. Iustus comedit & replet animam suam, uenter autem impiorū insatiabilis. Et post
Prouerb. 14 duos uersus, Ambulans recto itinere, & timens deum, despicietur ab eo qui infami graditur uia. In ore stulti uirga superbiæ, labia sapientiū custodiunt eos. Et post secundus uersus, Testis fidelis nō mentietur: profert mendacium testis dolosus. Quærit derisor sapientiā & non inuenit: doctrina sapientium facilis. Vade contra uirum stultum, & nescito labia imprudentiæ. Sapientia callidi est intelligere uiam suam, & imprudentia stultorum errans. Stultus illudet peccatum: inter iustos morabitur gratia. Cor quod nouit amaritudinē animę

animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extra-
neus. Domus impiorū delebit, tabernacula uero A
iustorū germinabunt. Est uia quę uidetur homini iusta, nouissima aūt eius deducūt ad mortē. Risus dolore miscebit, & extrema gaudij luctus occupat. Et post tres uersus, Sapiens timet & declinat malū, stultus aūt transilit & confidit. Impatiens operabitur stultitiā, & uir uersutus odiosus est. Et post quatuor uersus. Qui despicit ꝓximū suum, peccat: qui autē miseret pauperis, beatus erit. Errant qui operant malum: misericordia & ueritas præparant bona. In omni opere erit abundantia, ubi autē uerba sunt plurima, frequenter egestas. Et post tres uersus. In timore domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes. Timor dñi fons uitę, ut declinet à ruina mortis. Et post duos uersus,
Qui patiēs est, multa gubernat prudētia: qui aūt B
impatiens est, exaltat stultitiam suam. Vita carnium sanitas cordis, putredo ossiū inuidia. Qui calumniat egētem, exprobrat factori eius: honorat aūt eum qui miseret pauperis. Et post aliquos uer-
Prouerb. 15 sus, Respōsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorē. Lingua sapientiū ornat scientiam, os fatuorū ebullit stultitiam. Et post aliquot uersus, Non amat pestilens eum qui se corripit, nec sapientes gradit. Et post quartū uersum, Meli⁹ est parum cū timore domini, ꝙm thesauri magni & insatiabiles. Melius est uocari ad olera cum charitate, ꝙm ad uitulū saginatū cum odio. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est mitigat suscitatas. Iter pigrorū quasi sepes spinarū, uia iustorū absq; offendiculo. Filius sapiens lætificat patrē, & stul-
C tus homo despicit matrē suam. Et post duos uersus, Dissipant cogitationes ubi nō est consilium, Vbi uero plures sunt consiliarij, confirmant. Lætatur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus. Semita uitæ super eruditū, ut declinet de inferno nouissimo. Et post tres uersus, Conturbat domū suam qui sectatur auaritiā: qui autem odit munera, uiuet. Mens iusti meditabitur obedientiā, os impiorū redūdat malis. Lōge est dñs ab impijs: et orationes iustorum exaudiet. Lux oculorū lætificat animam: fama bona impinguat ossa. Auris quæ audit increpationes uitæ, in medio sapientium cōmorabitur. Qui abijcit disciplinam, despicit animā suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor D
domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas. Hominis est animū præparare, & dei
Prouerb. 16 gubernare linguā. Omnes uiæ hominum patent oculis eius, spirituū ponderator est dominus. Reuela domino opera tua, & dirigent cogitationes tuæ. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, impium quoq; ad diem malum. Abominatio domini omnis arrogans, etiam si manu ad manum fuerit, nō erit innocens. Misericordia & ueritate redimetur iniquitas, et in timore domini declinat à malo. Cum placuerint domino uię hominis, inimicos quoq; eius cōuertet ad pacē. Melius est parū cum iustitia, ꝙm multi fructus cum iniquitate. Cor hominis disponit uiam suam, sed do-
mini est dirigere gressus eius. Diuinatio in labijs
regis, in iudicio nō errabit os eius. Pondus & stata iudicia domini sunt, & opera eius omnes lapides seculi. Abominabiles regi qui agūt impie, quoniā iustitia firmat solium. Voluntas regū labia iusta, qui recta loquit dirigetur. Indignatio regis nūcij mortis, & uir sapiēs placabit eam. In hilaritate uultus regis, uita & clemētia eius. Quasi imber serotinus, posside sapientiā, quia auro melior est: & acquire prudentiā, quia preciosior est argento. Semita iustorū declinat mala, custos animę suæ seruat uiam suam. Cōtritionem præcedit supbia, & ante ruinā exaltat spiritus. Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cū superbis. Eruditus in uerbo reperiet bona: & qui in domino sperat, beatus est. Qui sapiēs corde est appellabitur prudens, & qui dulcis eloquio, maiora pcipiet. Et post aliquot uersus, Melior est pa-
tiens uiro forti, & qui dominat animæ suæ expu-
gnatore urbiū. Sortes mittūtur in sinum, sed à do-
mino temperant. Melior est buccella sicca cū gau Prouerb. 17
dio, ꝙm domus plena uictimis cum iurgio. Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & inter fratres hæreditatē diuidet. Sicut igne probatur argētum & aurum camino, ita corda probat dominus. Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætat alterius, non erit impunitus. Corona senum filij filiorū, & gloria filiorū patres sui. Non decēt stultū uerba composita, nec principem labium mentiens. Gemma gratissima expectatio præstolantis, quocunq; se uerterit, prudenter intelliget. Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos. Plus proficit correptio apud prudentem, ꝙm centū plagę apud stultum. Semper iurgia quærit malus, angelus autē crudelis mittetur contra eum. Expedit magis ursę occurrere raptis fœtibus, q̄ fatuo cōfidenti sibi in stultitia sua. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorū, & antequam patiatur contumeliam, iudiciū deserit. Et qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est uterq; apud deum. Et post aliquot uersus, Munera de sinu impius accipit, ut peruertat semitas iudicij. In facie prudentis lucet sapientia, oculi stultorum in finibus terræ. Et post tres uersus, Qui moderat sermones suos doctus & prudens est, & pretiosi spiritus uir eruditus. Et post duos uersus, Occasiones quærit qui uult re- Prouerb. 18
cedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis. Et post quatuor uersus, Accipere personā impij non est bonum, ut declines à ueritate iudicij. Et post quatuor uersus, Qui mollis & dissolutus est in ope suo, frater est sua opera dissipantis. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Et post duos uersus, Antequā conteratur exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur humiliatur. Et post quinq; uersus, Iustus est prior accusator sui, uenit amicus eius et in uestigabit eū. Cōtradictiones cōprimit sors, & in-
ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter potentes quoq; dijudicat. Frater qui adiuuat
à fratre, quasi ciuitas firma, et iudicia quasi uectes A
urbiũ. Et post duos uersus, Mors & uita in manu
linguæ: Qui diligũt eã, comedẽt fructꝰ eius. Qui
inuenit mulierẽ bonam, inuenit bonum: & hau-
riet iocũditatẽ à domino. Qui expellit mulierem
bonam expellit bonũ, qui autẽ tenet adulteram,
stultus est & insipiẽs. Cũ obsecrationib. loquitur
pauper, & diues effabitꝫ rigide. Vir amicabilis ad
Proverb. 19 societatẽ, magis amicus erit q̃ frater. Melior est
pauper qui ambulat in simplicitate sua quàm tor-
quens labia insipiẽs. Vbi non est scientia animæ,
non est bonũ, et qui festinus est pedibus, offendit.
Stultitia hominis supplantat gressus eius, & con-
tra deũ feruet animo suo. Diuitiæ addunt amicos
plurimos, à paupere aũt & ij quos habuit separan
tur. Testis falsus non erit impunitus, & qui mẽda B
cia loquitꝫ, non effugiet. Multi colunt personã po
tentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres ho-
minis pauperis oderũt eum, insuper & amici pro
cul recesserũt ab eo. Qui tantũ uerba sectat, nihil
habebit, qui autẽ possessor est mentis diligit ani-
mam suam. Et post nouẽ uersus, Pigredo immit-
tit soporẽ, et anima dissoluta esuriet. Qui custodit
mandatũ, custodit animã suam, qui autẽ negligit
uias suas, mortificabitꝫ. Fœnerat domino qui mi-
seretur pauperis, & uicissitudinẽ suam reddet ei.
Erudi filiũ tuũ ne desperes. Et post sex uersus, Ho
mo indigẽs misericors est, et melior pauper quàm
uir mendax. Timor domini ad uitam, & in pleni
tudine cõmorabitur absq; uisitatione pessimi. Et
post duos uersus, Pestilente flagellato stultus sapi C
entior erit: sin aũt corripueris sapientẽ, intelliget
disciplinã. Qui affligit patrẽ & fugit matrẽ, igno-
miniosus est & infelix. Non cesses fili audire do-
ctrinã, nec ignores sermones scientiæ. Testis ini-
quus deridet iudiciũ, & os impiorum deuorat ini
quitatẽ. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei
Proverb. 20 percutientes stultorũ corporibus. Luxuriosa res ui
num, & tumultuosa ebrietas. Quicunq; in his de-
lectat, nõ erit sapiẽs. Et post aliquos uersus, Pon-
dus & põdus, mensura & mẽsura, utrunq; abomi
nabile est apud deũ. Ex studijs suis intelligit puer,
si munda & si recta sint opera eius. Et post duos
uersus, Noli diligere somnũ ne te egestas oppri-
mat. Aperi oculos tuos & saturare panib. Et post
decimũ septimũ uersum, Abominatio est apud de D
um pondus & pondus, statera dolosa nõ est bona
Proverb. 21 Et post uigintiquinq; uersus, Qui obturat aurẽ su
am ad clamorẽ pauperis, & ipse clamabit & non
exaudietꝫ. Munus absconditum extinguit iras, &
donũ in sinu indignationẽ maximã. Gaudiũ iusto
est facere iudiciũ, & pauor operantib. iniquitatẽ.
Vir qui errauerit à uia doctrinę, in cœtu gigantiũ
reputabitur. Et post nouem uersus, Qui custodit
os suũ & linguã, custodit ab angustijs animã suã.
Superbus & arrogans uocat indoctus, qui in ira
operat superbiã. Desideria occidunt pigrum, no-
luerũt enim quicquam manus eius operari, Tota
die cõcupiscit & desiderat, qui autẽ iustus est tri-
buet, & nõ cessabit. Hostiæ impiorum abomina-

biles, quia offerunt ex scelere. Testis mẽdax peri-
bit, uir bene dicens, loquitꝫ victoriam. Et post qua
tuor uersus, Melius est nomen bonum, q̃ diuitiæ Proverb. 22
multæ. Et post aliquos uersus, Qui pronus est ad
misericordiã benedicetꝫ: de panibus enim suis de
dit pauperi. Eijce derisorẽ, & exibit cũ eo iurgiũ,
cessabuntq; causæ & cõtumeliæ. Et post quatuor
uersus, Dicit piger, leo foris, in medio platearũ oc
cidendus est. Et post tres uersus, Qui calumniat
pauperẽ ut augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori
& egebit. Et post aliquos uersus, Non facies uio-
lentiã pauperi, quia pauper est, neq; conteras ege
nũ in porta, quia dominus iudicabit causam eius,
& cõfliget eos qui confixerũt animam eius. Noli
esse amicus homini iracũdo, neq; ambules cum ui
ro furioso: ne forte discas semitas eius, et sumas
B scandalũ animę tuæ. Noli esse cum ijs qui defigũt
manus suas, & qui uades se offerunt, p debitis. Et
Proverb. 23 post aliquantũ, Noli subtrahere à puero disci-
plinam: si enim pcusseris eum uirga, nõ morietꝫ. Tu
uirga pcuties eum, & animã eius de inferno libe-
rabis. Et post aliquos uersus, Noli esse in cõuiuijs
peccatorũ, nec in comessationibus eorũ qui car-
nes ad uescendũ conferũt. Et post aliquos uersus,
Ne intuearis uinũ quãdo flauescit, cũ splẽduerit
in uitro color eius. Ingredit blande, sed in nouissi
Proverb. 24 mo mordebit ut coluber, & sicut regulus uenena
diffundet. Et post aliquos uersus, Ne æmuleris, in
quit, uiros malos, nec desideres esse cũ eis, quia ra
pinas meditat mens eorũ, & fraudes labia eorum
loquunt. Itẽ post aliquos uersus, Erue eos qui du
C cunt ad mortẽ, & qui trahunt ad interitũ liberare
ne cesses. Si dixeris, uires non suppetũt, qui inspe
ctor est cordis, ipse intelligit: & seruatorẽ animæ
tuæ nihil fallit, reddetq; homini iuxta opa sua. Itẽ
post aliquos uersus, Cum ceciderit inimicus tuus
ne gaudeas, et in ruina eius ne exultet cor tuũ: ne
forte uideat domin⁹ et displiceat ei, et auferat ab
eo iram suã. Ne cõtendas cum pessimis, nec æmu
leris impios. Et post duos uersus, Time dñm fili
mi et regẽ, et cum detractoribꝫ. non cõmiscearis:
Quoniã repente cõsurget perditio eorum, et rui-
nam utriusq; quis nouit? Hæc quoq; sapientibus,
Cognoscere personã in iudicio nõ est bonũ. Qui
dicit impio, iustus es, maledicent ei populi, et de-
testabuntur eum tribus. Qui arguũt laudabunt,
et super ipsos ueniet benedictio. Labia deoscula-
bitur, qui recta uerba respõdet. Et post duos uer-
sus, Ne sis testis frustra contra proximũ tuũ, nec
lactes quenquã labijs tuis. Nec dicas, quomodo
fecit mihi sic faciã ei, reddam unicuiq; secundum
opus suũ. Per agrũ hominis pigri transiui, et p ui-
neam uiri stulti, Et ecce totum repleuerãt urticæ,
operuerãt superficiẽ eius spinæ, et maceria lapi-
dum destructa erat. Quod cum uidissem, posui in
corde meo, et exẽplo didici disciplinã. Et post ali
quos uersus, Quę uiderunt oculi tui, ne, pferas in Proverb. 25
iurgio cito, ne postea emẽdare nõ possis cũ deho
nestaueris amicũ tuum: Causam tuã tracta cũ ami
co tuo, et secretũ extraneo nõ reueles, ne forte in-
sultet tibi cum audierit, et exprobrare non cessꝫ.

Mala

Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitꝫ uerbũ
in tẽpore suo. In aureis aurea & margarita fulgẽs A
qui arguit sapientẽ, & aurẽ obedientẽ. Et post ali-
quos uersus, Acetũ in nitro est qui cãtat carmina
cordi pessimo, Si esurierit inimicus tuꝰ, ciba illũ:
& si sitierit, da ei aquã bibere: Prunã em cõgrega
bis sup caput eius, et dominus reddet tibi. Et post
decẽ uersus, Sicut urbs patẽs & absq; murorũ am
bitu: sic uir qui nõ potest loquẽdo cohibere spiri-
tũ suũ. Et post duos uersus, Sicut auis ad alta trã-
uolans, et passer quolibet uadẽs: sic maledictũ fru
stra, platũ in quẽpiam supueniet: Flagellũ equo,
& chamus asino, & uirga dorso imprudentiũ. Ne
respõdeas stulto iuxta stultitiã suã, ne efficiaris ei
similis. Respõde stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi sa
piens esse uideaꝫ. Et post decẽ uersus, Sicut canis
qui reuertitꝫ ad uomitũ suũ, sic imprudens qui ite- B
rat stultitiã suã. Vidisti hominẽ sapientẽ sibi uide-
ri, magis illo spem habebit stultꝰ. Dicet piger, leo
est in uia, & leena in itineribꝫ, Sicut ostiũ uertitꝫ in
cardine suo, ita piger in lectulo suo. Abscõdit pi-
ger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suũ
eas cõuerterit. Sapiẽtior sibi piger uidetꝫ septẽ ui-
ris loquẽtib sentẽtias. Sicut qui apprehẽdit auri-
bus canẽ, sic qui trãsit & impatiẽs cõmiscetꝫ rixæ
alterius. Sicut noxius est qui mittit lãceas & sagit
tas in mortẽ, sic uir qui fraudulenter nocet ami-
co suo, & cum fuerit deprehẽsus, dicit, ludens fe-
ci. Cũ defecerint ligna, extinguitꝫ ignis: & susur-
rone subtracto, iurgia cõquiescũt. Sicut carbones
ad prunas, & ligna ad ignẽ, sic homo iracũdus su- C
scitat rixas. Verba susurratoris quasi simplicia, et
ipsa pueniũt ad intima uẽtris. Et post tres uersus,
Labijs suis intelligitꝫ inimicus, cũ in corde tracta-
uerit dolos. Quãdo submiserit uocẽ suam, ne cre-
dideris ei, quoniã septẽ nequitiæ sunt in corde il-
lius. Qui operit odiũ fraudulenter, reuelabitꝫ mali
tia eius in concilio. Qui fodit foueã, incidet in eã:
& qui uoluit lapidẽ, reuertitꝫ ad eũ. Lingua fallax
Proverb. 27 nõ amat ueritatẽ, & os lubricũ operat ruinas. Ne
glorieris in crastinũ, ignorãs quid supuentura pa
riet dies. Laudet te alius, & nõ os tuũ: extraneus,
& nõ labia tua. Et post quatuor uersus, Melior est
manifesta correptio, q̃ amor abscõditus, Melio-
ra sunt uulnera diligentis, q̃ fraudulẽta odientis
oscula. Et post tres uersus, Amicũ tuũ, & amicum
patris tui ne dimiseris. Et post aliquos uersus, In- D
fernus & pditio nõ replentꝫ: similiter & oculi ho-
minũ insatiabiles. Quõ probat in cõflatorio argẽ
tũ, & in fornace aurũ, sic probat homo in ore lau-
dantis. Si cõtuderis stultũ in pila, quasi ptisanas fe
riẽte desup pilo, nõ auferetꝫ ab eo stultitia eius. Et
Proverb. 28 post aliquos uersus, Vir pauper calũnians paupe
res, similis imbri uehemẽti in quo paratur fames.
Qui derelinquũt legẽ, laudant impium: qui custo
diunt, succendunt cõtra eũ. Viri mali nõ cogitãt
iudiciũ, qui aũt requirũt dominũ, animaduertunt
omnia. Melior est pauper ambulãs in simplicita-
te sua, q̃ diues in prauis itineribꝫ. Et post duos uer
sus, Qui coaceruat diuitias usuris & fœnore libe-
rali, in pauperes cõgregat eas. Qui declinat aurẽ

suã ne audiat legẽ, oratio eiꝰ erit execrabilis. Qui
A decipit iustos in uia mala, in interitu suo corruet,
& simplices possidebũt bona eius. Et post quatu-
or uersus, Qui abscõdit scelera sua, nõ dirigetur:
qui autẽ cõfessus fuerit & reliquerit ea, misericor
diam cõsequetꝫ. Beatus homo qui semper est paui
dus: qui uero mẽtis est duræ, corruet in malũ. Itẽ
post aliq̃s uersus, Vir fidelis multũ laudabitꝫ, qui
aũt festinat ditari, nõ erit innocẽs. Qui cognoscit
in iudicio faciẽ, nõ facit bene, iste & pro buccella
panis deserit ueritatẽ. Vir qui festinat ditari & a-
lijs inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei.
Qui corripit hominẽ, gratiã postea inueniet apud
eũ, magis q̃ ille qui p linguæ blandimẽta decipit.
Qui subtrahit aliquid à patre suo & à matre, & di
cit, hoc nõ est peccatum, particeps homicidæ est.
B Qui se iactat & dilatat, iurgia cõcitat: qui aũt spe-
rat in domino, sanabitꝫ. Qui cõfidit in corde suo,
stultus est: qui aũt gradit sapienter, ipse saluabitꝫ.
Qui dat pauperi, nõ indigebit: qui despicit depre
cantẽ, sustinebit penuriã. Et post aliquos uersus, Proverb. 29
Homo qui blandis fictisq; sermonib. loquitꝫ ami-
co suo, rete expãdit gressib. eius. Et post aliquos
uersus, Seruꝰ uerbis nõ potest erudiri, qa quod di
cis intelligit, et respõdere cõtemnit. Vidisti homi
nẽ uelocẽ ad loquẽdũ, stultitia magis sperãda est,
q̃ illius correptio. Et post quatuor uersus. Super-
bum sequitꝫ humilitas, & humilẽ suscipiet gloria.
Qui cũ fure partitꝫ odit animã suam, adiurantẽ au
dit et nõ indicat. Qui timet hominẽ, cito corruet:
qui aũt sperat in domino, subleuabitꝫ. Multi requi
runt faciẽ principis, et à dño iudiciũ egreditꝫ singu
lorũ. Abominantꝫ iusti uirum impium, & abomi
nantur impij eos qui in recta sunt uia. Et post ali-
quos uersus. Duo rogaui ne deneges mihi anteq̃ Proverb. 30
moriar, Vanitatẽ et uerba mẽdacia lõge fac à me,
Mẽdicitatẽ et diuitias ne dederis mihi: tribue tã-
tum uictui meo necessaria, ne forte saturatus illi-
ciar ad negandũ, & dicã, Quis est dñs? et egestate
cõpulsus furer, et peierem nomẽ dei mei. Ne accu
ses seruũ ad dñm suũ, ne forte maledicat tibi et cor
rues. Et post aliquantũ, Api os tuũ, decerne quod Proverb. 31
iustũ est, et iudica inopẽ et pauperẽ. Satis sint ista
de parabolis. Deinde librũ alium Salomonis qui
uocat Ecclesiastes intuentes, similiter ea, quę in il
lo inuenerimus huic operi apta, monstremus.

ET uidi quia tantũ præcederet sapientia stul- Ex Ecclesiaste
titiã, quantũ differt lux à tenebris. Sapientis Quantũ sapiẽ
oculi in capite eius, stultus autẽ in tenebris ambu tia cæteris re-
lat. Et post aliquantũ, Custodi pedem tuum ingre bus præstet, et
diens domũ dei, Multo enim melior est obedien- quædam uiuen
tia q̃ stultorũ uictimæ, qui nescitꝫ quid faciũt ma di præcepta.
li. Ne temere quid loquaris, neq; cor tuũ sit uelox Eccls 5
ad proferendũ sermonẽ corã deo. Deus em in cœ
lo, & tu super terrã, idcirco sint pauci sermones
tui. Multas curas sequuntur somnia, et in multis
sermonibus inuenitꝫ stultitia. Si quid uouisti deo,
ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis et
stulta promissio. Sed quodcũq; uoueris redde. Mul
toq; melius est nõ uouere, quàm post uotum pro-
missa nõ reddere. Ne dederis os tuũ ut peccare fa

Universidad de Deusto
Biblioteca

cias carnẽ tuam, Neq; dicas corã angelo, non est prouidẽtia, ne forte iratus deus sup̃ sermone tuo A dissipet cuncta opera manuũ tuarum. Vbi multa sunt somnia, plurimæ uanitates et sermones innumeri. Tu uero deum time. Et post sex uersus, Aurus nõ impleẽ pecunia, & qui amat diuitias, fructus nõ capiet ex eis. Et post aliquãtũ, Melius est ire ad domũ luctus, q̃ ad domũ conuiuij. In illa enim finis cunctorũ admoneẽ hominũ, & uiuẽs cogitat quid futurũ sit. Melior est ira risu, quia p̃ tristitiã uultus corrigit animus delinquẽtis. Cor sapientiũ ubi tristitia est, & cor stultorũ ubi lætitia.

Eccls 7 Melius est à sapiẽte corripi, q̃ stultorũ adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarũ ardentiũ sub olla, sic risus stulti. Et post quatuor uersus, Melior est patiens arrogãte. Ne uelox sis ad iracẽdũ, quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas, quid putas causę est, quod priora tẽpora meliora fuere q̃ nũc sunt; Stulta est enim huiuscemodi interrogatio. Et post tres uersus, Hoc autẽ plus habet eruditio & sapiẽtia, q̃ uitã tribuũt possessori suo. Et ali-

Eccls 8 quãto post, Ego os regis obseruo, & præcepta iuramẽti dei. Ne festines recedere à facie eius, neq; pmaneas in ope malo. Et paulopost, Ex eo quod peccator, inquit, cẽties facit malũ, et per patientiã sustentat, ego cognoui quod erit bonũ timẽtibus deũ, qui uerentẽ faciẽ eius. Nõ sit bonũ impio, nec prolongent dies eius, sed quasi umbra trãseãt qui

Eccls 9 nõ timent faciẽ dei. Et post aliquãtum, Dicebam ego meliorẽ esse sapiẽtiã fortitudine. Et post qua tuor uersus, Melior est sapientia q̃ arma bellica: et qui in uno peccauerit, multa bona pdet. Et post C

Eccls 10 duos uersus, Pretiosior est sapientia & gloria parua, ad tẽpus stultitia. Et post aliquos uersus, Qui fodit foueã incidet in eã: & qui diss ipat sepẽ, mordebit eũ coluber. Qui trãsfert lapides, affligẽ in eis: & qui scindit ligna, uulnerabit ab eis. Si retusum fuerit ferrũ, & hoc nõ ut prius, sed hebetatũ fuerit, multo labore exacuet, & post industriã sequet sapientia. Si mordeat serpẽs in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia, & labia insipiẽtis præcipitabunt

Eccls 11 eum. Et paulopost, Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, et in bono sit cor tuũ in dieb. iuuẽtutis tuæ, & ambula in uijs cordis tui, & in intuitu oculorũ tuorum, & scito quod pro omnib. his adduEccls 12 cet te deus in iudiciũ. Aufer iram à corde tuo, & D amoue malitiam à carne tua. Adolescẽtia enim & uoluptas uana sunt. Memẽto creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Et post aliquos uersus, Deum time, & mandata eius obserua.

Ex canticis, Allegoricus Christi & Ecclesiæ amor

REstat ille liber Salomõis cuius inscriptio est Canticũ canticorũ. Sed de illo in hoc opus quid transferre possumus, cum totus amores sanctos Christi & ecclesiæ figurata locutione cõmẽdet, & prophetica pronũciet altitudine: nisi quod in eo quãuis sit ad intelligendũ difficillimus, possumus tamen facile aduertere, quantũ sit diuina illa & diuinitus inspirata charitas appetenda, quãticq; pendenda: quando quidẽ nõ ibi semel dicitur, sed alio atq; alio loco iterũ ac tertio repetit. Adiu-

ro uos filiæ Hierusalẽ per capreas ceruosq; camporũ, ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam donec ipsa uelit. Adiuro uos filiæ Hierusalem in uirtutibus & uiribus agri, si leuaueritis charitatẽ quoadusq; uelit. Ecclesia quippe, in qua utiq; sumus, his uerbis exhortatur filias suas, hoc est, seipsam in plurimis cõstitutam. Ipsa est ager dei fructuosissimus, cuius uirtutes & uires magnę sunt, ad quas amando Christũ martyres peruenerunt. Nam quouscq; uult ille dilectæ suæ in hac interim uita charitatẽ leuari, nisi quousq; ipse docuit uerbo, & suo est hortatus exẽplo, dicẽs, Maiorẽ hac Ioan.15 charitatẽ nemo habet, q̃ ut animã suã ponat quis p̃ amicis suis: & quod dixit, efficiẽs, Vnde ne ad ipsum solum hoc pertinere uideret, ait Ioãnes in 1 Ioan.13 epistola sua, Sicut Christus pro nobis animã suã posuit, sic & nos debemus animas pro fratrib. ponere. Hoc ergo est, quoadusq; uelit. Legit etiã in eodem cantico, Ordinate in me charitatem. Christus quoque ipse ibi dicit, Pulchra es amica mea, Cant.6 suauis & decora sicut Hierusalẽ. Et alibi, Quàm Cant.7 pulchra es & q̃ decora charissima in delitijs. Et Cant.8 alio loco. Pone me ut signaculũ super cor tuũ, ut signaculum super brachiũ tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infern⁹ emulatio. Et post unũ uersum, Aquæ multæ nõ potuerũt extingue re charitatẽ, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnẽ substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

QVi nouerũt eum, ignorãt dies illius. Alij ter Ex Iob minos transtulerũt, diripuerũt greges & ra- De charitate & patientia puerunt eos. Asinũ pupillorũ abegerũt & abstulerunt pro pignore bouẽ uiduæ. Et post quinq; uersus, Agrum non suũ demetunt, & uineã eius quẽ ui oppresserũt uindemiãt. Nudos dimittũt homines, indumẽta tollentes, quibus nõ est operimentũ in frigore. Et post duos uersus, Vim fecerũt de prædantes pupillos, & uulgũ pauperẽ spoliauerunt. Nudis & incedentibus absq; uestitu & esurientibus tulerũt spicas. Et post duos uersus, De ciuitatibus fecerũt uiros gemere, et anima uulneratorũ clamauit, et deus inultũ abire non patitur. Ipsi fuerũt rebelles lumini. Nescierunt uias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Et post aliquos uersus, Conteraẽ quasi lignũ infructuosum, pauit enim sterilem, et quę nõ parit, et uiduæ bene non fecit. Detraxit fortẽ in fortitudine sua. Et post aliquantũ, Auris audiẽs beatificabit me, et oculus Iob 29 uidẽs testimoniũ reddebat mihi, quod liberassem pauperẽ uociferantẽ, et pupillum cui non esset adiutor. Benedictio perituri sup̃ me ueniebat, et cor uiduæ cõsolatus sum. Iustitia indutus sum, et uestiui me sicut uestimento et diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, et pes claudo. Pater eram pauperum, et causam quã nesciebam, diligẽter inuestigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebã prædam. Et aliquanto post, Si Iob 31 ambulaui in uanitate, et festinauit in dolo pes meus, Appendat me in statera iusta, et sciat deus simplicitatem meã. Si declinauit gressus meus de uia: et si secutus est oculus meus cor meũ, et in manibus

nibus meis adhæsit macula. Et post duos uersus, Si deceptum est cor meũ super mulierẽ, & si ad o- A stiũ amici mei insidiatus sum. Et post duos uersus, Hoc em̃ nefas est, & iniquitas maxima. Ignis est usq; ad perditionẽ deuorans, et omnia eradicans genimina. Si contẽpsi iudicium subire cum seruo meo & ancilla mea, cũ disceptaret aduersum me. Et post quatuor uersus, Si negaui quod uolebant pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci. Si comedi buccellã meam solus, & nõ comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecũ miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecũ. Si despexi pereuntẽ, eo quod nõ habuerit uestimentũ, & absq; operimẽto pauperẽ. Si non benedixerũt mihi latera eius, & de uelleribus ouiũ mearũ calefactus est. Si leuaui sup̃ pupillũ manũ meam, etiã cum uiderem me superiorẽ in portis. Et post B quinq; uersus, Si putaui aurũ robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super multas diuitias meas, & quia plurima reperit manus mea. Et post sex uersus, Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui q̃ inuenisset eum malũ. Et post quatuor uersus, Foris nõ mãsit peregrinus, ostiũ meũ uiatori patuit. Si absc̃di quasi homo peccatũ meũ, et celaui in sinu meo iniquitatem meã. Si expaui ad multitudinẽ nimiã, & despectio propinquorũ terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostiũ. Quis mihi tribuat auditorẽ, ut desideriũ meũ omnipotẽs audiat, et librũ scribat ipse qui iudicat, ut in humero meo portẽ illũ, & circundẽ quasi coronam mihi? Per singu- los gradus meos, pnunciabo illũ, et quasi principi C offerã eũ. Si aduersum me terra mea clamat, & cũ ipsa sulci eius deflẽt. Si fructus eius comedi absq; pecunia, & animã agricolarũ afflixi. Nũc iam de libris Prophetarũ quæ sunt huic operi necessaria colligamus, Ac primũ de his Prophetis qui, ppter breuitatẽ uoluminũ suorum minores uocant: Ergo apud Osee Prophetam ista cõperimus.

Ex Osee Quomodo terra innumeris scatebris peccatis

AVdite uerbũ domini filij Israel, quia iudicium domino cum habitatoribus terræ. Nõ est enim ueritas & non misericordia, & nõ scientia dei in terra. Maledictũ et mendaciũ et homicidium, & furtũ et adulteriũ inundauerunt, & sanguis sanguinẽ tetigit. Et post aliquos uers⁹, Quia tu scientiã repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et paulopost, Quoniã dominum reli- D querunt in non custodiendo. Fornicatio, & uinũ et ebrietas aufert cor. Et post aliquos uersus, Quoniam ipsi cũ meretricibus uersabant, et cum effœminatis sacrificabant. Et populus non intelligens uapulabit. Si fornicaris tu Israel, nõ delinquat saltem Iuda: Et nolite ingredi in Galgala, et ne ascẽdatis in Bethaue, neq; iuraueritis, uiuit dominus.

Osee 5 Et post aliquos uersus, Non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad dominũ deum suum, quia spiritus fornicationis in medio eorum et dominũ

Osee 6 non cognouerunt. Et post aliquos uersus, Iudicia tua quasi lux egredientur, quia misericordiã uo-

Osee 10 lui et non sacrificiũ, et scientiã dei plus q̃ holocausta. Et post aliquantũ, Seminate uobis in iustitia, et metite in ore misericordiæ. Innouate nouale. Tempus autẽ requirendi dominum, cum uenerit A qui docuit uos iustitiam. Et post aliquos uersus, Et tu ad dominũ deum conuerteris. Misericordi- Osee 12 am et iudiciũ custodi, et spera in domino deo semper. Et post aliquos uersus, Ego aũt domin⁹ deus tuus eduxi te de terra Aegypti, et dominũ absq; Osee 13 me nescies, et saluator nõ est præter me. Et post a- Osee 14 liquos uersus, Cõuertere Israel ad dominũ deum tuũ, quoniã corruisti in iniquitate tua. Tollite uobiscũ uerba et cõuertimini ad dominũ. Dicite ei, Omnẽ iniquitatẽ aufer, et accipe bonum, et reddemus uitulos labiorum nostrorum.

EXpergiscimini ebrij, et flete et ululate omes Ex Iohele qui bibitis uinũ in dulcedine, quoniã periit Adhortationes ad pœnitentiam ab ore uestro. Gens enim ascendit super terrã mea fortis et innumerabilis. Et post aliquantum, Iohel.2 Nunc ergo dicit dominus, Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio et fletu, et in planctu, et scindite corda uestra, et non uestimenta uestra, et cõuertimini ad dominũ deum uestrũ, quia benignus et misericors est.

HAec dicit dominus, Super tribus sceleribus Ex lib. Amos Iuda, et super quatuor non cõuertam eum, in pauperũ op pressores & uoluptuarios eo quod abiecerint legem domini, et mãdata eius non custodierint, Deceperũt enim eos idola sua, post quę abierunt patres eorum. Et post duos uersus, Hæc dicit dominus, Super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non conuertã eum, pro eo quod uendiderint argento iustũ, & pauperẽ pro calciamentis. Qui conterunt super puluerẽ terræ capita pauperum, & uiam humilium declinant. Et filius ac pater eius ierunt ad puellam, ut uiolarent nomen sanctũ meum. Et post unum uersum, Et uinum, inquit, damnatorũ bibebant in domo Amos 5 dei sui. Et post aliquantũ, Quærite dominũ & uiuetis. Et post tres uersus, Quærite dominũ & uiuite. Et post octo uersus: Odio habuerunt in porta corripientẽ, & loquentem perfecte abominati sunt. Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electã tollebatis ab eo. Et post tres uersus, Quia cognoui multa scelera uestra, & fortia peccata uestra. Hostes iusti, accipiẽtes munus, & pauperes in porta deprimentes. Et post duos uersus, Querite bonũ & nõ malum ut uiuatis, & erit dominus deus exercituũ uobiscum sicut dixistis. Odite malum, & diligite bonũ, & constituite in D porta iudiciũ, si forte misereatur dominus exercituũ reliquijs Ioseph. Et post aliquos uersus, Qui Amos 6 dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris, Qui comeditis agnũ de grege, & uitulum de medio armenti, qui canitis ad uocẽ psalterij. Sicut Dauid putauerũt se habere uasa cantici: bibẽtes in phialis uinum, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebant̃ super contritionẽ Ioseph. Et post aliquantũ, Audite hoc qui conteritis pauperẽ, & deficere facitis egenos terræ, dicẽtes, Quãdo transibit messis, & uenundabimus merces, & sabbatum, & aperiemus frumentũ: ut minuamus mẽsurã & augeamus siclũ, & supponam⁹ stateras dolosas, ut possideam⁹ in argẽto egenos et paupe

Universidad de Deusto
Biblioteca

res p calciamẽtis, & quiſqlias frumẽti uẽdamus.

Ex Michæa Hominum improbitas notatur

VAe qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilib. ueſtris. In luce matutina faciunt illud, quoniã contra deum manus eorum: Et concupierũt agros, & uiolenter tulerũt, & domos rapuerunt, & calumniabant uirum et domũ eius, uirum & hęreditatẽ eius. Et poſt aliquantũ, Audite hęc principes domus Iacob, et iudices domus Iſrael, qui abominamini iudiciũ & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalẽ in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabãt, et ſacerdotes eius in mercede docebãt. Et Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & ſuper dominũ requieſcebãt dicẽtes, Nunquid nõ deus in medio noſtrũ? Non ueniẽt ſuper

Mich. 6 nos mala. Et poſt aliquantũ, Indicabo tibi quid ſit bonũ, & quid dominus quærat à te. Vtiq; facere B iudiciũ, & diligere miſericordiã, & ſolicitũ ambulare cũ deo tuo. Et poſt tres uerſus, Adhuc ignis in domo impĳ, theſauri iniquitatis, et menſura mi

Mich. 7 nor iræ plena. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſaccelli põdera doloſa? In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantẽ mẽdaciũ, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et poſt duodecim uerſus, Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit in autũno racemos uindemię. Non eſt botrus ad comedendum, pręcoquas ficus deſiderauit anima mea. Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt. Omnes in ſanguine inſidiantur, Vir fratrẽ ſuum uenatur ad mortẽ, malum manuum ſuarum dicunt bonum. Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt, C & magnus locutus eſt deſideriũ animæ ſuæ.

Ex Abacuc cõtra idololatras

COntra me factum eſt iudicium, & contradictio potentior. Propter hoc lacerata eſt lex, & nõ peruenit uſq; ad finem iudiciũ, quia impius prævalet aduerſus iuſtum, propterea egredit̃ iudicium peruerſum, Et paulopoſt, Iuſtus autem in

Abac. 2 fide ſua uiuet. Et quomodo uinum potantem decipit, ſic erit uir ſuperbus, et nõ decorabit̃. Et poſt aliquãtum, Quid prodeſt ſculptile, quia illud ſculpſit fictor ſuus, conflatile & imaginẽ falſam, quia ſperauit in figmento fictor eius ut faceret ſimulacra multa? Væ qui dicit ligno, expergiſcere: ſurge, lapidi tacenti. Nunquid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro & argento, & omnis ſpiritus nõ eſt in uiſceribus eius. Dominus autem D in tẽplo ſancto ſuo, fileat à facie eius omnis terra.

Ex Sophonia Minatur peccatoribus dic̃ iudicij. ut reſipiſcant

DIſperdã, inquit, de loco hoc reliquias Baal, & nomina ędituorum cum ſacerdotibus, et eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli, & adorant & iurant in domino, & iurant in Melchon, & qui auertuntur de poſt tergum domini, & qui non quæſierunt dominum, nec inueſtigauerunt eum. Sile te à facie domini, quia iuxta eſt dies domini. Et poſt aliquot uerſus, Et erit in tempore illo, ſcrutabor Hieruſalem lucernis, & uiſitabo ſuper uiros defixos in fecibus ſuis, qui dicunt in cordibus ſuis, Non faciet bene dominus, et nõ faciet

Soph. 2 male. Et poſt aliquot uerſus, Conuenite, congregamini gens non amabilis, priuſquã pariat iuſſio quaſi puluerẽ tranſeuntem diem, antequam ueni A at ſuper uos dies furoris domini. Quærite dominum omnes mãſueti terrę, qui iudicium eius eſtis operati. Quærite iuſtũ, quærite manſuetũ: ſi quo modo abſcõdamini in die furoris domini. Et poſt aliquantũ, Et derelinquam in medio tui populũ *Soph. 3* pauperẽ & egenum, & ſperabunt in nomine domini reliquiæ Iſrael. Non facient iniquitatẽ, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa.

Ex Zacharia Ad iuſtitiã uocantur peccatores

ET dixit ad me, Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ, quia omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur, & omnis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educam illud, dicit dominus exercituum, & ueniet ad domũ furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabit̃ in medio domus eius, & cõſumet eum, & ligna eius & lapides eius. Et poſt

Zach. 7 aliquantũ, Et factum eſt uerbũ domini ad Zachariam dicens, Hæc ait dominus exercituũ dicens, Iudicium uerum iudicate & miſericordiã, et miſerationes facite unuſquiſq; cum fratre ſuo: et uiduam, & pupillum, et aduenã, et pauperẽ nolite calũniari, et malum uir fratri ſuo non cogitet in corde

Zach. 8 ſuo. Item poſt aliquantũ, Loquimini ueritatem unuſquiſq; cum proximo ſuo. Veritatẽ & iudiciũ pacis iudicate in portis ueſtris, et unuſquiſq; malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordib. ueſtris, et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit dominus.

Ex Malachia De deo uno colendo. & amãdo proximo Mala. 2

FIlius honorat patrem, et ſeruus dominũ ſuũ. Si ergo pater ego ſum, ubi eſt honor meus? C Et ſi dominus ego ſum, ubi eſt timor meus, dicit dominus exercituũ. Et paulopoſt, Ego dedi uos contemptibiles et humiles omnibus populis. Sicut non ſeruaſtis uias meas, & accepiſtis faciẽ in lege. Nunquid non pater unus omniũ noſtrum? Nunquid non deus unus creauit nos? Quare ergo deſpicit unuſquiſq; fratrẽ ſuum, uiolans pactũ patrum noſtrorũ? Tranſgreſſus eſt Iudas et abominatio facta eſt in Iſrael, et in Hieruſalẽ, quia cõtaminauit Iudas ſanctificationẽ domini quã dilexit, & habuit filiã dei alieni. Diſperdet dominus uirũ qui fecerit hoc, magiſtrum et diſcipulum de tabernaculis Iacob, et offerentẽ munus domino exercituũ. Et hoc rurſum feciſtis, Operiebatis lachrymis altare domini fletu et mugitu: ita ut ultra D non reſpiciam ad ſacrificiũ, nec accipiã placabile quid de manu ueſtra, et dixiſtis, Quã ob cauſam? quia dñs teſtificat̃ eſt inter te et uxorẽ pubertatis tuę, quã tu deſpexiſti, Et hæc particeps tua uxor fœderis tui. Nõne unus fecit, et reſiduum ſpiritus eius eſt? Et quid unuſquiſq; quærit, niſi ſemẽ dei? Cuſtodite ergo ſpiritũ ueſtrum, et uxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cũ odio habueris eã, dimitte dicit dominus deus Iſrael. Operiet autem iniquitas ueſtimentũ eius, dicit dominus exercituũ. Cuſtodite ſpiritũ ueſtrũ, & nolite deſpicere. Laborare feciſtis dominum in ſermonib. ueſtris, et dixiſtis, In quo eũ fecimus laborare? In eo cum diceretis, Omnis qui facit malũ, bonus eſt *in conſpectu*

Mala. 3 ſpectu dñi, & tales ei placent, Aut certe ubi eſt dies iudicij? Et poſt aliquot uerſus, Et accedam ad A uos, inquit, in iudicio, et ero teſtis uelox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniant̃ mercedem mercenarij, & humiliãt uiduas et pupillos, et opprimũt peregrinũ, nec timuerunt me, dicit dominus exercituũ. Ego enim ſum dominus, & nõ mutor, & uos filij Iacob nõ eſtis cõſumpti, A diebus eñ patrũ ueſtrorũ receſſiſtis à legitimis meis, & nõ cuſtodiſtis. Reuertimini ad me, & reuertar ad uos, dicit dominus exercituũ. Et poſt aliquos uerſus, Inualuerũt ſuper me uerba ueſtra, dicit dominus: Et dixiſtis, Quid locuti ſumus? Dixiſtis, Vanus eſt qui ſeruit deo. Et quod emolumentũ, quia cuſtodiuimus pręcepta eius, et quia ambulauimus triſtes corã domino exercituũ? Ergo nunc beatos dicimus arrogãtes. Siquidẽ ædificati ſunt B faciẽtes iniquitatẽ, & tentauerũt deũ, & ſalui facti ſunt. Tũc locuti ſunt timẽtes deũ unuſquiſq; cum ꝓximo ſuo. Et attẽdit dominus & audiuit, et ſcriptus eſt liber monumẽti corã eo, timẽtibus dominum, et cogitantib. nomẽ eius. Et erit mihi, ait dominus exercituũ, in die qua ego facio in peculiũ, et parcã eis ſicut parcit uir filio ſuo ſeruiẽti ſibi. Et cõuertimini, et uidebitis quid ſit inter iuſtũ et im-

Mala. 4 piũ, et inter ſeruientẽ deo, & nõ ſeruientẽ ei. Ecce eñ dies ueniet ſuccenſa quaſi caminus, et erũt omnes ſuperbi, et omnes facientes iniquitatẽ ſtipula: Et inflammabit eos dies ueniẽs, dicit dominus exercituũ, quæ nõ relinquet eis radicẽ & germẽ. Oriet̃ uobis timentibus nomẽ meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pẽnis eius: & egrediemini et ſalietis C ſicut uituli de armento, et calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum ueſtrorum, in die qua ego facio dicit dominus exercituum.

Ex Eſaia cõminatur et increpat impios

LAuamini mundi eſtote, auferte malum cogitationũ ueſtrarum ab oculis meis. Quieſcite peruerſe agere, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite uiduã, et uenite et arguite me dicit dominus. Et poſt aliquos uerſus, Argentũ tuum uerſum eſt in ſcoriã, uinũ tuum mixtũ aqua. Principes tui ſocĳ furum, Omnes diligũt munera, ſequunt̃ retributiones, pupillo nõ iudicant, et cauſa uiduæ nõ

Eſaiæ 2 ingreditur ad eos. Et paulopoſt. Domus Iacob uenite ambulemus in lumine domini. Proieciſti enim populum domum Iacob, quia repleti ſunt ut D olim, et augures habuerunt ut Philiſtĳm, et pueris alienis adhæſerunt. Et poſt tres uerſus, Repleta eſt terra eius idolis, opus manuũ ſuarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorũ. Et poſt paucos uerſus, Quia dies domini exercituũ ſuper omnẽ ſuperbũ et excelſum, et ſuper omnẽ arrogantẽ, et

Eſa. 3 humiliabit̃. Et paulopoſt, Populũ meum exactores ſui ſpoliauerũt, et mulieres dominate ſunt eis. Populę meus, qui beatũ te dicunt, ipſi te decipiũt, et uiam greſſuum tuorũ diſſipant. Et poſt aliquos uerſus, Vos enim depaſti eſtis uineã meam, rapina pauperis in domo ueſtra. Quare atteritis populum meũ, et facies pauperũ commolitis, dicit dominus exercituũ? Et dixit dominus, Pro eo quod eleuatæ ſunt filię Sion, et ambulauerũt extẽto collo, et nutibus oculorũ ibant et plaudebãt, ambulabant et in pedibus ſuis cõpoſito gradu incedebãt, Et paulopoſt, Væ qui cõiungitis domum ad do- *Eſa. 5* mum, et agrũ ad agrũ copulatis uſq; ad extremũ loci ut auferatis proximo. Symmachus et Theodotion, donec deficiat, uel nõ ſit locus, tranſtulerunt. Nũquid habitabitis uos ſoli in medio terręꝰ In auribus meis ſunt hæc, dicit dominus exercituum. Et poſt tres uerſus, Væ qui cõſurgitis mane ad ebrietatẽ ſectandã, et potandũ uſq; ad ueſperã, ut uino æſtuetis. Cithara et lyra, et tympanũ, et tibia, et uinũ in cõuiuĳs ueſtris, et opus domini nõ reſpicitis, nec opera manuũ eius conſideratis. Et poſt aliquot uerſus, Væ qui dicitis malũ bonũ, et bonũ malum: ponentes tenebras lucẽ, et lucẽ tenebras: ponentes amarũ in dulce, et dulce in amarum. Væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis ueſtris, et coram uobiſmetipſis prudentes. Væ qui potẽtes eſtis ad bibendũ uinũ, et uiri fortes ad miſcendam ebrietatẽ, Qui iuſtificatis impiũ pro muneribus, et iuſtitiã iuſti aufertis ab eo. Et aliquãto poſt, Væ *Eſa. 10* qui cõdũt leges iniquas, et ſcripſerũt ut opprimerent in iudicio pauperes, et uim facerẽt cauſæ humiliũ populi mei, ut eſſent uiduę preda eorũ, et pupillos diriperẽt. Et poſt paululũ, Requieſcet ſup *Eſa. 11* eũ ſpiritus dñi, ſpiritus ſapiẽtiæ & intellectus, ſpiritus cõſilĳ et fortitudinis, ſpiritus ſciẽtiæ et pietatis, et repleuit eũ ſpiritus timoris domini. Non ſecundũ uiſionẽ oculorum iudicabit, neq; ſecundũ auditũ auriũ arguet, Sed iudicabit in iudicio pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ: & percutiet terrã uirga oris ſui, & ſpiritu labiorũ ſuorũ interficiet impiũ: Et erit iuſtitia cingulũ lũborum eius, & fides cinctoriũ renum eius. Et poſt aliquot uerſus, Ecce deus ſaluator meus, fiducia- *Eſa. 12* liter agam & nõ timebo. Quia fortitudo mea & laus mea dominus deus, & factus eſt mihi in ſalutem. Hauritis aquas in gaudio de fontib. ſaluatoris: & dicetis in illa die, Cõfitemini domino, & inuocate nomẽ eius, Notas facite in populis adinuẽtiones eius: memẽtote quoniã excelſum eſt nomẽ eius. Cãtate domino, quoniã magnifice fecit, annũciate hoc in uniuerſa terra. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael: Et poſt aliquos uerſus, Et quieſcere faciam *Eſa. 13* ſuperbiã infideliũ & arrogãtiã fortiũ humiliabo, Itẽ poſt aliquantũ, Dicit dominus deus Iſrael, In *Eſa. 17* die illa inclinabit̃ homo ad factorẽ ſuũ, et oculi eius ſanctũ Iſrael reſpiciẽt: & nõ inclinabit̃ ad altaria, quę fecerũt manus eius, & quæ operati ſunt digiti eius, Nõ reſpiciet lucos, & delubra. Et poſt aliquãtũ, Vocabit, inquit, dominus deus exercituũ *Eſa. 22* in die illa ad fletũ & ad planctum, & ad caluitiũ, et ad cingulum ſacci, Et ecce gaudiũ & lætitia occidere uitulos, et iugulare arietes, comedere carnes & bibere uinũ. Comedamus et bibamus, cras eñ moriemur. Et reuelata eſt in auribus meis uox domini exercituũ, Si dimittetur iniquitas hęc uobis donec moriamini, dicit dominus deus exercituũ. Item poſt aliquantũ, Aperite portas & ingredieť *Eſa. 26*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gens iusta,custodiens ueritatē. Vetus error abijt,
seruabis pacē:pacem, quia in te sperauimus: Spe-
rātes in dño in seculis æternis,in domino deo for-
ti in ppetuū. Et post sex uersus, In semita iudicio-
rum tuorū dñe sustinuimus te,nomen tuū & me-
moriale tuū in desiderio animæ. Anima mea de-
siderauit te in nocte:sed & spiritu meo præcordijs
meis de mane uigilabo ad te,Cum feceris iudicia
in terra, iustitiam discent habitatores terræ. Mise-
reamur impio, & nō discet facere iustitiā. In terra
Esa. 29 sanctorum iniqua gesit,& nō uidebit gloriā dei.
Et post aliquantum. Defecit qui prealebat, con-
summatus est illusor,& succisi sunt omnes qui ui-
gilabant sup iniquitatē,qui peccare faciebant ho-
Esa. 30 mines in uerbo. Et post decē uersus, Vę filij deser-
tores dicit dñs,ut faceretis consiliū & nō ex me,
& ordiremini telā,& nō per spiritū meū,ut adde-
reť peccatū super peccatū. Et paulopost, Hæc di-
cit dominꝰ deus sanctus Israel. Si reuertamini et
quiescatis salui eritis. In silentio & in spe erit forti
tudo uestra,et noluistis. Et post uiginti uersus. Cō-
taminabis laminas sculptiliū argēti tui,et uestimē
tū cōflatilis auri tui, & disperges ea sicut immun-
Esa. 31 diciā menstruatę. Et post aliquantū, Conuertimi-
ni sicut in profundū recesseratis filij Israel. In die
enim illa abijciet uir idola argenti sui, & idola au-
ri sui quę fecerunt uobis manus uestrę in peccatū
Esa. 33 Itē post aliquantū. Et erit fides in tēporibus tuis,
diuitiæ salutis sapientia & scientia,timor dñi ipse
thesaurus eius. Et paulopost, Quis poterit habita
re de uobis cum igne deuorante? Quis habitauit
ex uobis cū ardoribus sempiternis? Qui ambu- C
lat in iustitijs, & loquitur ueritatē:qui proijcit aua
ritiam & calumniā, & excutit manus suas ab om-
ni munere. Qui obturat aures suas ne audiat san-
guinē, & claudit oculos suos ne uideāt omne ma-
lum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorū
sublimitas eius,Panis ei datus est,& aquę eius fi-
Esa. 44 deles sunt. Et post aliquātū, Memēto horū Iacob
& Israel,quoniā seruus meus es tu, Formaui te,
seruus meus es tu Israel,nō obliuiscarismei. Dele
ui ut nubē iniq tates tuas, & quasi nebulā peccata
tua. Reuertere ad me, quoniā redemi te. Itē post
Esa. 46 aliquātū, Memētote istud & cōfundamini, redite
præuaricatores ad cor. Recordamini prioris secu
li, quoniā ego deus, & nō est ultra deꝰ, nec est simi
Esa. 50 lis mei. Et aliquāto post, Quis ambulauit in tene- D
bris & nō est lumē eis? Speret in nomine domini,
Esa. 51 & innitat super deū suum. Itē post aliquantū, Au
dite me qui scitis iustū,populus,lex mea in corde
eorū: Nolite timere opprobria hominum, et blas-
phemias eorū ne timeatis. Sicut enim uestimentū
sic comedet eos uermis:et sicut lanā sic deuorabit
eos tinea. Salus aūt mea in sempiternū erit, et iusti
tia mea in generationes generationū. Et post ali-
Esa. 55 quantū, Quærite dominū dum inueniri potest,in
uocate eum dum prope est. Derelinquat impius
uiam suā, & uir iniquus cogitatiōes suas, & reuer
tat ad dominū, & miserebit eius, & ad deum no-
strum: quoniā multus est ad ignoscendū. Et post
Esa. 56 uiginti uersus, Hæc dicit dominus, Custodite iu-
dicium, et facite iustitiā, quia iuxta est salus mea
A ut ueniat, et iustitia mea ut reueleť. Beatus uir qui
facit hoc, et filius hominis qui apprehendit istud.
Custodiens sabbatū ne polluat illud, custodiens
manus suas ne faciat omne malū. Et post nō mul-
tum, Qui cōsolamini in dijs subter omne lignum
frondosum, immolātes paruulos in torrētib. sub-
ter imminētes petras. In partib. torrentis pars tua
Hæc est sors tua, Et ipsis obtulisti libamen, obtuli
sti sacrificiū: Nunquid super his nō indignabor?
Esa. 58 Item post aliquantum, Me etenim de die in diem
quærunt, & scire uias meas uolunt: quasi gēs quę
iustitiā fecerit, et quę iudiciū dei sui nō derelique
rit, Rogāt me iudicia iustitię, appropinquare deo
uolūt. Quare ieiunauimus & nō aspexisti: humi-
liauimus animas nostras, et nescisti? Ecce in die
ieiunij uestri inuenieť uolūtas uestra & omnes de
bitores uestros repetitis. Ecce ad lites et cōtentio
nes ieiunatis, & pcutitis pugno impie. Nolite ie-
iunare sicut usq; ad hāc diem, ut audiať in excelso
clamor uester. Nunqd tale est ieiuniū quod elegi,
per diē affligere hominē animā suā? Nūquid con
torquere quasi circulū caput suū, & saccū et cine-
rem sternere? Nūquid istud uocabis ieiuniū et diē
acceptabilē domino? Nōne hoc est magis ieiuniū
quod elegi? Dissolue colligatiōes impietatis, sol-
ue fasciculos deprimētes, Dimitte eos qui confra
cti sunt liberos, et omne onus dirūpe. Frāge esuri
enti panē tuū, et egenos uagosq; induc in domū
tuā, Cum uideris nudū, uesti eū, et carnē tuā ne de
spexeris. Et post, quartus uersus, Si abstuleris de
medio tui catenā, et desieris digitū extēdere et lo-
qui quod nō prodesť. Cū effuderis esurienti animā
tuam, et animā afflictā repleueris, Orieť in tene-
bris lux tua, et tenebræ tuę erūt sicut meridies, et
requiē tibi dabit dominus deus semp. Et post mul
ta, Populus qui ad iracundiā puocat me, ante fa- Esa. 65
ciē meā semp: qui immolāt in ortis, et sacrificāt su
p lateres: qui habitāt in sepulchris, et in delubris
idolorū dormiūt. Et post, secundus uersus, Qui di
cūt, recede à me, nō appropinques mihi, quia im-
mundus es. Isti fumus erūt in furore meo, ignis ar
dens tota die. Ecce scriptū est coram me, Nō tace
bo, sed reddā et retribuā in sinus eorū iniquitates
uestras, et iniquitates patrū uestrorū simul, dicit
dñs. Qui sacrificauerūt sup montes et sup colles,
exprobrauerūt mihi, et remetiar opus eorū primū D
in sinu eorū. Et post aliquos uersus, Et uos, inqt,
qui dereliquistis dominū, qui obliti estis mōtem
sanctū meū, qui ponitis fortunæ mēsam, et libatis
sup eā: numerabo uos in gladio, et omes in cæde
corruetis, p eo quod uocaui uos, et nō respondi-
stis, locutꝰ sum et nō attēdistis: et faciebatis malū
in oculis meis, et quę nolui elegistis. Et paulopost,
Hæc dicit dñs. Cœlū sedes mea, et terra scabellū Esa. 66
pedū meorū. Quę est ista domus quā ædificabitis
mihi, et qs iste locus quietis meę? Omnia hęc ma-
nus mea fecit, et facta sunt uniuersa ista, dicit dñs.
Ad quē aūt respiciā, nisi ad pauperculū et cōtritū
spiritu, et tremētē sermones meos? Et post sextus
uersus, Ego illusiōes eorū eligā, et quæ timebant
adducam

adducam eis: quia uocaui & non erat qui respon
deret, locutus sum, & non audierunt, feceruntq; A
malum in oculis meis, & quæ nolui elegerūt. Au
dite legem domini qui tremitis ad uerbū eius. Di
xerūt fratres uestri odiētes uos & abijciētes pro
pter nomen meū, Glorificetur dominus, & uide-
bimus in lætitia uestra, ipsi autem confundentur.

Ex Hieremia

Adhortantur peccatores ad pœnitentiam, hortanturq; sal ſi prophetæ

AVdite uerbum domini domus Iacob & o
mnes cognationes domus Israel. Hæc di-
cit dominus, Quid inuenerūt patres uestri in me
iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulaue
runt post uanitatem, & uani facti sunt? Et post ali
quot uersus, Hereditatem meam posuistis in abo
minationem: Sacerdotes nō dixerunt, ubi est do-
minus? Et tenentes legem nescierūt me, & pasto-
res præuaricati sunt in me, Et Prophetæ prophe-
tauerunt in Baal, & idola secuti sunt. Et paulo- B
post, Nunquid obliuiscetur uirgo ornamēti sui,
aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Populus uero
meus oblitus est mei diebus innumeris. Quid ni-
teris bonā ostendere uiam tuā ad quærendā dile-
ctionē, quæ insuper & malitias tuas docuisti uias
tuas: & in alis tuis inuentus est sanguis animarū
pauperum & innocentum? Non in fossis inueni
eos, sed in omnibus quæ supra memorauī. Et di-
xisti, Absq; peccato & innocens ego sum, & pro
pterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudi-
cio contēdam tecum, eo q dixeris, non peccaui.
Quàm uilis es facta nimis, iterans uias tuas, & ab
Aegypto cōfunderis, sicut confusa es ab Assur:
Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt su
per caput tuū, quoniā obtriuit dominus cōfiden- C
Hiere. 3 tiam tuam. Et paulopost, Conuertimini filij reuer
tentes, dicit dominus, quia ego uir uester. Itē pau
Hiere. 4 lopost, Si conuerteris Israel, cōuertere ait domi-
nus, ad me conuertere. Si abstuleris offendicula
tua à facie mea, non cōmoueberis: Et iurabis, ui-
uit dominus, in ueritate et in iudicio, & in iusti-
tia, et benedicent eum gentes, ipsumq; laudabūt.
Et paulopost, Stultus populus meus me non co-
gnouit. Filij insipientes sunt, & uecordes, Sapien
tes sunt, ut faciant mala: bene autē facere nescie-
Hiere. 5 runt. Et post aliquot uersus, Circumite uias Hie-
rusalē, et aspicite & considerate, & querite in pla-
teis eius, an inueniatis uirum facientem iudiciū,
& quærentem fidem, et propitius ero ei. Quòd si
etiā, uiuit dominus, dixerint, et hoc falso iurabūt: D
Domine, oculi tui respiciunt fidē. Percussisti eos,
& non doluerūt: attriuisti eos, & renuerunt accī-
pere disciplinā: Indurauerūt facies suas super pe-
tram, noluerūt reuerti. Ego autem dixi, Forsitan
pauperes sunt et stulti, ignorātes uiam domini et
iudiciū dei sui: Ibo igitur ad optimates, & loquar
eis, Ipsi enim cognouerunt uiam domini & iudi-
cium dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt
iugum, ruperunt uincula. Et post aliquot uersus,
Filij tui dereliquerunt me, & iurant in ijs qui non
sunt dij. Saturauī eos, et mœchati sunt, & in do-
mo meretricis luxuriabantur. Equi amatores, et
admissarij facti sunt, unusquisq; ad uxorem proxi
mi sui hinniebat. Nunquid super his nō uisitabo,
dicit dominus: et in gente tali non ulciscetur ma-
nus mea? Et post aliquot uersus, Qui posui arenā
terminū mari, præceptum sempiternū quod non
præteribit: & cōmouebuntur & non poterunt, et
intumescent fluctus eius, & non transibunt illud.
Populo autē huic factum est cor incredulum, &
exasperans. Recesserunt & abierunt, et nō dixe-
runt in corde suo, Metuamus dominū deum no-
strum. Et post paucos uersus, Inuenti sunt, inquit,
in populo meo impij, insidiātes quasi aucupes, la-
queos ponentes, & pedicas ad capiendos uiros,
Sicut decipula plena auibus, sic domus eorū ple
nę dolo. Ideo magnificati sunt et dilatati, incrassa
ti sunt & impinguati: et prēterierūt sermones me-
os pessime. Causam pupilli nō dixerūt, & iudiciū
pauperum non iudicauerūt. Nunquid super his
non uisitabo, dicit dominus, aut super gentē hu-
iusce modi non ulciscetur anima mea? Stupor &
mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ propheta
bant mendaciū, et sacerdotes applaudebant ma-
nibus suis, et populus meus dilexit talia. Quid igi
tur fiet in nouissimo eius? Et post aliquot uersus,
Cui loquar et quem contestabor ut audiat? Ecce Hiere. 6
incircuncisæ aures eorum, & audire nō possunt,
Ecce uerbū domini factum est illis in opprobriū,
et non suscipiūt illud. Et paulopost, Audite uerbū
domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas
has, ut adoretis dominū, Hęc dicit dominus exer Hiere. 7
cituū deus Israel, Bonas facite uias uestras et stu
dia uestra, et habitabo uobiscū in loco isto. Noli-
te confidere in uerbis mendacij, dicētes: Templū
domini templū domini, templū domini est, Quo
niā si benedixeritis uias uestras & studia uestra, si
feceritis iudiciū inter uirum et proximū eius, ad-
uenæ et pupillo & uiduæ nō feceritis calumniā,
nec sanguinē innocentē effuderitis in loco hoc,
& post deos alienos nō ambulaueritis in malum
uobismetipsis, habitabo uobiscum in loco isto, in
terra quā dedi patrib. uestris à seculo usq; in secu
lum. Ecce uos cōfiditis uobis in sermonib. mēda
cij, qui nō proderūt uobis, furari, occidere, adul-
terare, iurare mēdaciter, libare Baalim, et ire post
deos alienos quos ignoratis: Et uenistis & steti-
stis corā me in domo hac, in qua inuocatū est no-
men meū, et dixistis: Liberati sumus, eo q feceri-
mus omnes abominationes istas. Ergo spelūca la
tronū facta est domus ista, in qua inuocatū est no
men meū in oculis uestris? Ego ego sum, ego ui-
di, dicit dominus. Ite ad locū meū in Silo, ubi ha-
bitauit nomen meū à principio, & uidete quæ fe-
cerim ei propter malitiā populi mei Israel. Et nūc
quia feceristis omnia opera hæc, dicit dominus, &
locutus sum ad uos, mane consurgens & loquēs,
et nō audistis, & uocaui, & non respōdistis: faciā
domui huic, in qua inuocatum est nomē meū, et
in qua uos habetis fiduciā, & locum quē dedi pa-
trib. uestris, sicut feci Silo: & proijciā uos à facie
mea, sicut proieci omnes fratres uestros uniuer-
sum semen Effraim. Tu ergo noli orare pro popu
lo hoc, nec assumas pro eis laudē & orationē, &
nō obsistas mihi, quia nō exaudiam te. Nónne ui

Universidad de Deusto
Biblioteca

des quid isti faciant in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? Filij colligũt ligna, et patres succendunt ignem, & mulieres conspergũt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli, & libẽt diis alienis, et me ad iracũdiam prouocent. Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit dominus? Nónne semetipsos in confusione uultus sui? Et paulo
Hiere.8 post, Nunquid qui cadit, nõ resurget: & qui auersus est, nõ reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa? Apprehenderũt mendaciũ, & noluerunt reuerti. Attendi et auscultaui, nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat pœnitentiã super peccato suo, dicẽs: Quid feci? Et post paucos uersus, Quomodo dicitis, sapientes nos sumus, & lex domini nobiscum est. Vere mẽdacium operatus est stilus mendax scribarum. Confusi sunt sapiẽtes, B perterriti et capti sunt. Verbũ enim domini proiecerunt, & sapiẽtia nulla est in eis. Et paulopost:
Hiere.9 Quis dabit me in solitudine diuersorũ uiatorũ, & derelinquã populum meũ, & recedã ab eis: quia omnes adulteri sunt & cœtus præuaricatorũ, & extenderunt linguã suam quasi arcũ mendacij, et nõ ueritatis? Cõfortati sunt in terra, quia de malo ad malũ egressi sunt, & me nõ cognouerũt dicit dominus. Vnusquisq; se à proximo suo custodiat, et in omni fratre suo nõ habeat fiduciã: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulẽter incedit, et uir fratrẽ suum deridebit, & ueritatẽ non loquẽtur. Docuerũt enim linguã suam loqui mendaciũ, ut inique agerẽt laborauerunt. Habitatio tua in medio doli, In dolo C renuerũt scire me, dicit dominus. Propterea hæc dicit dominus exercituũ, Ecce ego cõflabo & probabo eos. Quid enim aliud faciã à facie filiæ populi mei? Sagitta uulnerãs lingua eorũ, dolum locuta est in ore suo: pacẽ cum amico suo loquitur, & occulte ponit insidias. Nunquid super his nõ uisitabo dicit dominus: aut in gẽte tali nõ ulciscetur anima mea? Et paulopost, Hæc dicit dñs, Nõ glorietur sapiens in sapiẽtia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiã & iudiciũ et iustitiã in terra. Hæc enim placet mihi ait dominus. Et post aliquot uersus,
Hiere.10 Hæc dicit dominus, Iuxta uias gentium nolite di- D scere, & à signis cœli nolite metuere quæ timent gentes, quia leges populorũ uanæ sunt. Quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia. Argento et auro decorauit illud, clauis & malleis compegit ut non dissoluatur. In similitudinẽ plasmæ fabricata sunt, et non loquentur: portata tollentur, quia incedere nõ ualent. Nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene. Non est similis tui domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis nõ timebit te ó rex gentium? Tuum est enim decus, et inter cunctos sapientes gentium, et in uniuersis regnis eorũ nullus est similis tui. Pariter insipientes & fatui probabuntur. Doctrina uanitatis eorum lignum est. Argentũ inuolutum de Tharsis affertur, et aurum topazion opus artificis et manus ærarij. Hyacinthus & purpura indumentum eorũ, opus artificũ uniuersa hæc. Dominus autẽ deus uerus est, ipse deus uiuens, & rex sempiternus. Ab indignatione eius cõmouebitur terra, et non sustinebũt gentes cõminationem eius. Sic ergo dicetis eis: Dij, qui cœlos & terrã nõ fecerunt, pereãt de terra, et de his quæ sub cœlo sunt. Et alio quanto post, Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, et ponit carnem brachiũ suũ, & à domino recedet cor eius. Erit enim Hiere.17 quasi myrice in deserto, et non uidebit cum uenerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus uir q confidit in domino, & erit dominus fiducia eius, Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorẽ mittet radices suas, & nõ timebit cum uenerit æstas: et erit folium eius uiride in tempore siccitatis. Non erit solicitũ nec aliquando desinet facere fructum. Et aliquãto post, Hiere.22 Hæc dicit dominus, Facite iudiciũ et iustitiam, et liberate ui oppressum de manu calumniatoris. Et aduenã, & pupillum, et uiduam nolite cõtristare, neq; opprimatis inique: Et sanguinẽ innocentem ne effundatis in loco isto. Et paulopost: Vę pasto- Hiere.23 ribus qui dispergunt et dilacerant gregẽ pascuæ meæ, dicit dominus. Ideo hæc dicit dominꝰ deus Israel ad pastores qui pascũt populum meũ, Vos dispersistis gregem meũ, et eiecistis eos, & nõ uisitastis, Ecce ego uisitabo super uos malitiam studiorũ uestrorũ ait dominus. Itẽ paulopost, Hæc dicit dominus exercituum, Nolite audire uerba Prophetarũ qui prophetant uobis et decipiunt uos, Visionẽ cordis sui loquuntur, non de ore domini, Dicunt his qui blasphemãt me, Locutus est dominus, Pax erit uobis: et omni qui ambulat in prauitate cordis sui dixerunt: Non ueniet super uos malum. Quis enim affuit in consilio domini? Et post aliquos uersus, Nõ mittebam Prophetas & ipsi currebant, nõ loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio meo & nota fecissent uerba mea populo meo, auertissem utique eos à uia sua mala, & à pessimis cogitatiõib. suis. Et post paucos uersus, Audiui quæ dixerũt Prophetæ, prophetãtes in nomine meo mendacium atq; dicentes, Somniaui, somniaui. Vsq; quò istud est in corde Prophetarũ uaticinantiũ mendaciũ, & prophetantiũ seductiones cordis sui, qui uolũt facere ut obliuiscat populus meus nominis mei propter somnia cordis sui, quæ narrat unusquisq; ad proximũ suum, sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal? Propheta qui habet somniũ, narret somnium: & qui habet sermonem meũ, narret sermonẽ meũ uere. Quid paleis ad triticũ, dicit dominus? Nunquid nõ uerba mea sunt quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus cõterens petram? Propterea ecce ego ad Prophetas, ait dominus, qui furantur uerba mea unusquisq; à proximo suo, Ecce ego ad Prophetas, ait dominus, Qui assumunt linguas suas, & aiunt, dicit dominus

minus: & ecce ego ad somniãtes Prophetas mendaciũ, ait dominus: Qui narrauerũt ea & seduxe- A
runt populũ meũ in mẽdacio suo, & in miraculis suis, cum ego nõ misissem eos, nec mãdassem eis, qui nihil profuerũt populo huic, dicit dñs. Et pau
Hiere.25 lopost, Et misit dominus ad uos omẽs seruos suos Prophetas cõsurgẽs diluculo mittens q̃, & nõ audistis neq; inclinastis aures uestras ut audiretis, cũ diceret: Reuertimini unusquisq; à uia sua mala, & à pessimis cogitationib. uestris: & habitabitis in terra quã dedit dñs uobis & patrib. uestris à seculo & usq; in seculũ: Et nolite ire post deos alienos, ut seruiatis adoretisq; eos, neq; me ad iracũdiam prouocetis in operib. manuum uestrarũ, & nõ affligã uos: Et nõ audistis me, dicit dominus.
Thren.3 Et aliquanto post, Maledictus qui facit opus do- B
mini fraudulẽter. Item post aliquantũ, Bonus est
dominus sperãtibus in eum, animæ quærẽti illũ. Bonũ est præstolari cum silẽtio salutare domini. Bonũ est uiro cum portauerit iugũ ab adolescẽtia sua. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se. Ponet in puluere os suũ, si forte sit spes. Dabit percutienti se maxillã, saturabitur opprobrijs, quia nõ repellit in sempiternum dominus.

Ex Ezechiele

CVm autẽ pertransissent septẽ dies factum est uerbũ domini ad me dicens: Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo uerbum, & annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impiũ, Morte morieris, nõ annunciaueris ei, neq; locutus fueris ut auertatur à uia sua impia & uiuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu tua requi- C
ram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille nõ fuerit conuersus ab impietate sua, & à uia sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animã tuam liberasti. Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatẽ, ponã offendiculum corã eo, Ipse morietur, quia non annunciasti ei. In peccato suo morietur, & non erũt in memoria iustitiæ eius quas fecit, sanguinẽ uero eius de manu tua requiram. Si autẽ annunciaueris iusto, ut non peccet iustus, & ille non peccauerit, uiuens uiuet, quia annunciasti ei, & animã tuam liberasti. Et post aliquantum, Et dixit dominus ad
Ezech.9 eum, Transi per mediã ciuitatem in medio Hierusalem, & signa Tau super frontẽ uirorum gementium & dolentiũ super cunctis abominationibus D
quæ fiũt in medio eius. Et illis dixit audiente me, Transite per mediã ciuitatẽ sequẽtes eum, & percutite. Non parcat oculus uester, neq; misereamini, Senem, adolescentulũ, & uirginẽ & paruulũ, & mulierẽ interficite usq; ad internecionẽ. Omnem aũt super quẽ uideritis Tau, ne occidatis, et
Ezech.13 à sanctuario meo incipite. Et aliquanto post, Pro eo q̃ mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui, et cõfortastis manus impij ut
Ezech.16 nõ reuerteretur à uia sua mala & uiueret. Itẽ post aliquantũ. Et hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, Superbia, saturitas panis, & abundantia, & ociũ ipsius, & filiarũ eius: & manũ egeno & pauperi nõ porrigebant, & eleuatæ sunt & fecerunt abominationes corã me, & abstuli eas sicut uidi- Ezech.18
sti. Et post paululum: Vir si fuerit iustus, et fecerit iudiciũ & iustitiã, in montibus nõ comederit, & oculos nõ leuauerit ad idola domus Israel, & uxorem proximi sui non uiolauerit, & ad mulierẽ menstruatã nõ accesserit: & hominẽ non cõtristauerit, pignus debitori reddiderit, per uim nihil rapuerit, panẽ suum esuriẽti dederit, & nudum operuerit uestimẽto, ad usuram non cõmodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manũ suã, iudiciũ uerũ fecerit inter uirũ & uirũ, in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit ut faciat ueritatẽ, Hic iustus est, uita uiuet, ait dominus deus. Quòd si genuerit filium latronẽ effundentem sanguinẽ, & fecerit unum de istis: et hæc quidẽ omnia non facientẽ, sed in mõtibus comedentẽ, & uxorẽ proximi sui polluentem, egenũ & pauperem cõtristantem, rapiẽtem rapinas, pignus non reddentẽ, et ad idola leuantem oculos suos, abominationes facientẽ, ad usuram dantẽ & amplius accipientẽ, nunquid uiuet? Non uiuet. Cum uniuersa detestãda hæc fecerit, morte morietur: sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filiũ, qui uidens oĩa peccata patris sui quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis: super mõtes non comederit, & oculos suos nõ leuauerit ad idola domus Israel, & uxorẽ proximi sui nõ uiolauerit, et uirũ non contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinã non rapuerit, panem suũ esurienti dederit, & nudũ operuerit uestimẽto, à pauperis iniuria auerterit manũ suam, usurã & superabundantiã non acceperit, iudicia mea fecerit & in præceptis meis ambulauerit, hic nõ morietur in iniquitate patris sui, sed uita uiuet. Pater eius quia calumniatus est & uim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicis, Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium & iustitiam operatus est, Omnia præcepta mea custodiuit & fecit illa, uita uiuet. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, et pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eũ erit, & impietas impij erit super eũ. Si autẽ impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit uniuersa præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuet et nõ morietur. Omnium iniquitatũ eius quas operatus est nõ recordabor, In iustitia sua quã operatus est uiuet. Nunquid uolũtatis meę est mors impij, dicit dominus deus, et nõ ut cõuertatur à uijs suis et uiuat? Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ secundũ omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid uiuet? Omnes iustitiæ eius quas fecit nõ recordabũtur. In præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis, Nõ est æqua uia domini. Audite ergo domus Israel, Nunquid uia mea nõ æqua, & nõ magis uiæ uestræ prauæ sunt? Cũ em auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ, morietur in eis. In iniustitia quã operatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

operatus est morietur, Et cũ auerterit se impius ab impietate sua quã operatus est, & fecerit iudi- A
ciũ & iustitiã, ipse animã suã uiuificabit. Conside
rauit enim & auertit se ab omnibus iniquitatibus
suis quas operatus est, uita uiuet, & nõ morietur.
Et dicũt filij Israel, Nõ est æqua uia domini. Nun
quid uiæ meæ nõ sunt æquę domus Israel, & non
magis uię uestræ praueę: Idcirco unũquenq; iuxta
uias suas iudicabo domus Israel, ait dñs deus, Cõ
uertimini & agite pœnitentiã ab omnib. iniquita
tibus uestris, & nõ erit uobis in ruinã iniquitas.
Proiscite à uobis omnes præuaricationes uestras
in quibus preuaricati estis, & facite uobis cor no
uum & spiritũ nouũ. Et quare moriemini domus
Israel? Quia nolo mortẽ moriẽtis dicit dominus
Ezech.22 deus: Reuertimini & uiuite. Et aliquãto post, Ec- B
ce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt
in te ad effundendũ sanguinẽ. Patrẽ & matrẽ cõ
tumelijs affecerunt in te, aduenã calũniati sunt in
medio tui, pupillũ & uiduã cõtristauerũt apud te.
Sanctuaria mea spreuistis, & sabbata mea pollui
stis. Viri detractores fuerũt in te ad effundẽdum
sanguinẽ. Et super mõtes comederũt in te, Scelus
operati sunt in medio tui. Verecũdiora patris dis
cooperierũt in te, immunditiã menstruatę humi
liauerũt in te, Et unusquisq; in uxorẽ proximi sui
operatus est abominationẽ, & socer nurũ suam
polluit nefarie. Frater sororẽ suã filiam patris sui
oppressit in te. Munera acceperũt apud te ad ef
fundendũ sanguinẽ, usurã & superabundãtiã ac
cepisti, & auare proximos tuos calumniabaris,
meiq; oblita es, ait dñs deus. Et post paululum, Et C
factũ est uerbũ domini ad me dicẽs, Fili hominis
dic ei, Tu es terra immũda & nõ compluta in die
furoris. Cõiuratio Prophetarũ in medio eius. Si
cut leo rugiẽs capiensq; prædam, animã deuora
uerũt, opes & preciũ acceperũt, uiduas eius mul
tiplicauerũt in medio illius. Sacerdotes eius con
tempserũt legẽ meã, & polluerũt sanctuaria mea.
Inter sanctũ & prophanũ nõ habuerũt distantiã,
& inter pollutũ et immundũ non intellexerũt. Et
post duos uersus, Principes eius in medio illius
quasi lupi rapiẽtes prædã, ad effundendũ sangui
nem, et ad perdẽdas animas & auare sectanda lu
cra, Prophetæ aũt eius liniebãt eos absq; tempera
mento, uidẽtes uana, et diuinãtes mendaciũ dicẽ
tes, Hæc dicit dominus deus, cũ dominus non sit D
locutus. Populi terræ calũniabãtur calumniã, &
rapiebãt uiolenter, egenũ & pauperẽ affligebant
& aduenã opprimebãt calumnia absq; iudicio. Et
quæsiui de eis uirũ, qui interponeret sepem, et sta
ret oppositus cõtra me pro terra ne disperderem
eã, & non inueni. Et effudi super eos indignatio
nem meã, et in igne iræ meæ cõsumpsi eos. Viam
eorũ in caput eorũ reddidi, ait dominus deus. Et
Ezech.33 aliquãto post, Et factũ est uerbũ domini ad me di
cens, Fili hominis loquere ad filios populi tui &
dices ad eos, Terra cũ induxero super eã gladiũ,
& tulerit populus terræ uirũ unũ de nouissimis
suis, & constituerit eũ super se speculatorẽ: & ille
uiderit gladiũ uenientẽ super terram, & cecinerit
buccina, & annũciauerit populo: audiens autem
quisquis ille est sonitũ buccinæ, & nõ se obserua
uerit, ueneritq; gladius & tulerit eum, sanguis ip
sius super caput eius erit, Sonitũ buccinæ audi
uit, et nõ se obseruauit, sanguis eius in ipso erit.
Si autẽ custodierit, animã suam saluabit. Quod si
speculator uiderit gladiũ uenientẽ, & nõ insonue
rit buccina, et populus nõ se custodierit, ueneritq;
gladius & tulerit de eis animã: ille quidem in ini
quitate sua captus est, sanguinẽ autem eius de ma
nu speculatoris requirã. Et tu fili hominis specu
latorẽ dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore
meo sermonẽ, annũciabis eis ex me. Si me dicẽte
ad impiũ, Impie, morte morieris: non fueris locu
tus ut se custodiat impius à uia sua, ipse impius in
iniquitate sua morietur, sanguinẽ aũt eius de ma
nu tua requirã. Ei autẽ annũciante te ad impiũ, ut
à uitijs suis cõuertatur, et nõ fuerit cõuersus à uia
sua, ipse in iniquitate sua morietur, porrò tu ani
mam tuã liberasti. Tu ergo fili hominis, dic ad do
mũ Israel, Sic locuti estis dicẽtes, Iniquitates no
stræ & peccata nostra super nos sunt, et in ipsis
nos tabescimus, quomõ ergo uiuere poterimus?
Dic ad eos, Viuo ego dicit dominus deus, Nolo
mortẽ impij, sed ut reuertat impius à uia sua ma
la & uiuat. Conuertimini à uijs uestris pessimis,
Et quare moriemini domus Israel? Tu itaq; fili ho
minis, dic ad filios populi tui, Iustitia iusti nõ libe
rabit eũ in quacũq; die peccauerit: & impietas im
pij nõ nocebit eum in quacunq; die cõuersus fue
rit ab impietate sua. Et iustus nõ poterit uiuere in
iustitia sua, in quacunq; die peccauerit: etiam si di C
xero iusto, q uita uiuat, & cõfisus in iustitia sua fe
cerit iniquitatẽ: omnes iustitiæ eius obliuioni tra
denẽ, & in iniquitate sua quã operatus est, in ipsa
morietur. Si autẽ dixero impio, Morte morieris,
& egerit pœnitentiã à peccato suo, feceritq; iudi
cium & iustitiã, pignus restituerit ille impius, ra
pinamq; reddiderit, in mãdatis uitę ambulauerit,
nec fecerit quicquã iniustum, uita uiuet & nõ mo
rietur. Omnia peccata eius quæ peccauit nõ impu
tabũtur ei. Iudiciũ & iustitiã fecit, uita uiuet. Et di
xerunt filij populi tui, Nõ est æqui põderis uia do
mini, & ipsorũ uia iniusta est. Cũ enim recesserit
iustus à iustitia sua, feceritq; iniquitates, morietur
in eis. Et cũ recesserit impius ab impietate sua, fe
ceritq; iudiciũ & iustitiam, uiuet in eis. Et dicitis,
Nõ est æqua uia dñi: unũquęq; iuxta uias suas iu
dicabo de uobis domus Israel. Et post aliquot uer
sus, Et tu fili hominis, filij populi tui qui loquunẽ
de te iuxta muros & in ostijs domorum, & dicũt
unus ad alterũ, uir ad proximũ suũ dicẽtes, Veni
te & audiamus qui sit sermo egrediẽs à domino.
Et ueniũt ad te quasi ingrediat populus, & sedẽt
corã te populus meus, et audiũt sermones tuos, et
nõ faciũt ea, q in canticũ oris sui uertũt illos, &
auaritiã suã sequit cor eorũ, & es eis quasi carmẽ
musicũ quod suaui dulciq; sono canit. Et audiũt
uerba tua et nõ faciunt ea: & cũ uenerit quod prę
dicatũ est, ecce enim uenit, tũc sciẽt quod Prophe
tes fuerit inter eos. Et factum est uerbum domini
ad

ad me dicens: Fili hominis Propheta de pastori-
Ezech.34 bus Israel, propheta & dices pastoribus. Hæc di- A
cit dominus deus, Væ pastoribus Israel, qui pa
scebant semetipsos. Nónne greges pascũtur à pa
storibus? Lac comedebatis, & lanis operiebami
ni, & quod crassum erat occidebatis, gregem au
tem meũ non pascebatis. Quod infirmũ fuit non
consolidastis, & quod ægrotũ nõ sanastis. Quod
fractum est nõ alligastis, & quod abiectum est nõ
reduxistis, quod perierat non quæsistis, sed cum
austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et di
sperse sunt oues meę, eo q non esset pastor. Et fa
ctæ sunt in deuorationẽ omniũ bestiarum agri, et
dispersę sunt: & errauerunt greges mei in cunctis
mõtibus & in uniuerso colle excelso: & super o
mnem faciem terræ dispersi sunt greges mei. Et
non erat qui requireret, Non erat, inquam, qui re B
quireret. Propterea pastores audite uerbũ domi
ni, Viuo ego dicit dominus deus, quia pro eo q
facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in
deuorationẽ omniũ bestiarum agri, eo q nõ esset
pastor, Neq; enim quęsierũt pastores gregẽ meũ,
sed pascebãt pastores semetipsos, & greges meos
non pascebant. Propterea pastores audite uerbũ
domini, Hęc dicit dominus deus, Ecce egoipse su
per pastores, requiram gregem meũ de manu eo
rum, & cessare eos faciam ut ultra non pascãt gre
gem, nec pascãt amplius pastores semetipsos. Et
liberabo gregem meũ de ore eorum, & non erit
eis ultra in escam. Et post aliquantũ, Vos autem
greges mei, hęc dicit dominus deus, Ecce ego iu
dico inter pecus & pecus, arietũ et hircorũ. Nón- C
ne satis uobis erat pascua bona depasci? Insuper
& reliquias pascuarũ uestrarum conculcatis pe
dibus uestris, & cum purissimã aquam biberitis,
reliquã pedibus uestris turbatis: & oues meæ his
quæ conculcata pedibus uestris fuerãt, pasceban
tur: & quæ pedes uestri turbauerãt, hæc bibebãt.
Propterea hæc dicit dominus deus ad eos, Ecce
egoipse iudico inter pecus pingue & macilentũ,
pro eo q laterib. et humeris impingebatis & cor
nibus uestris uentilabatis omnia infirma pecora
donec dispergerentur foras. Et post aliquantum,
Ezech.45 Hæc dicit dominus deus, Sufficiat uobis princi
pes Israel, iniquitatẽ & rapinas intermittite, & iu
dicium, et iustitiam facite, & separate cõfinia ue
stra à populo meo dicit dominus deus. Statera iu D
sta, & Ephi iustum erit uobis, & batus iustus.

Ista de libris posuimus, quos & Iudæi canoni
cos habẽt, in quibus eorũ inuenimus quę huic o
peri cõuenerint. Sed nõ sunt omittẽdi & hi quos
quidẽ ante saluatoris aduentũ constat esse cõscri
ptos, sed eos nõ receptos à Iudæis, recepit tamen
eiusdẽ saluatoris ecclesia. In his sunt duo qui Salo
monis à pluribus appellantur, propter quãdam,
sicut existimo, eloquij similitudinẽ: Nam Salomo
nis nõ esse, nihil dubitant quique doctiores. Nec
tamen eius qui sapientiæ dicitur quis nã sit autor
apparet. Illum uero alterum, quem uocamus Ec
clesiasticum, q Iesus quidã scripserit, qui cogno
minatur Sirach, constat inter eos qui eundem li
brum totum legerunt. De libro ergo Sapiẽtiæ
ista huic operi congruere uisa sunt.

Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Senti *Ex libro Sa-*
te de domino in bonitate, & in simplicitate *pientiæ*
cordis quærite illum. Quoniam inuenitur ab his
qui non tentant illum, Apparet autẽ eis qui fidẽ
habẽt in illum. Peruersæ enim cogitationes sepa
rant à deo, Probata aũt uirtus corripit insipiẽtes.
Quoniã in maleuolã animã nõ introibit sapiẽtia,
nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sãctus
enim spiritus disciplinę effugiet fictũ, & auferet se à
cogitationib. quę sunt sine intellectu, et corripiet
à superueniẽte iniquitate. Benignus est enim spiri
tus sapiẽtię, et nõ liberabit maledictũ à labijs suis:
quoniã renũ illius testis est deus, et cordis eius scru
tator est uerus & linguę illius auditor. Quoniam
spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ, & hic qui cõti
net oñia scientiã habet uocis. Propter hoc qui lo
quitur iniqua, nõ potest latere, sed nec præteriet il
lum corripiẽs iudiciũ. In cogitationib. enim impij *Sapien.3*
interrogatio erit, sermonũ aũt illius auditio ad do
minũ ueniet, ad correptionẽ iniquitatũ illi9. Quo
niã auris cœli audit oñia, & tumultus murmura
tionũ nõ abscõdet. Custodite ergo uos à murmu
ratione quę nihil prodest, & à detractione parcite
linguę, Quoniã respõsum obscurũ iuacuũ nõ ibit.
Os aũt quod mentit, occidit animã. Et paulo post:
Qui cõfidunt in illũ, intelligẽt ueritatẽ: & fideles
in dilectiõe acquiescẽt illi, quia donũ & pax est e
lectis illius. Impij aũt secũdũ quę cogitauerũt, cor
reptionẽ habebũt, qui neglexerũt iustitiã, & à do
mino recesserũt. Sapientiã enim & disciplinã qui
abijcit, infelix est. Et post sex uersus, Quoniã fe
lix sterilis & incoinquinata, quę nesciuit thorum
in delicto, Habebit fructũ in respectiõe animarũ.
Et spado qui nõ operatus est per manus suas ini
quitatẽ, nec cogitauit aduersus dominũ nequissi
ma. Et post aliquantũ, Audite ergo reges et intel- *Sapien.6*
ligite, discite iudices finiũ terræ iustitiã. Præbete
aures uos qui cõtinetis multitudines, & placetis
uobis in turbis nationũ, Quoniã data est à dño po
testas uobis, et uirtus ab altissimo qui interroga
bit opera uestra, & in cogitationibus scrutabit.
Quoniã cũ essetis ministri regni ipsius, non recte
iudicastis, neq; custodistis legẽ iustitię, neq; secun
dũ uoluntatẽ dei ambulastis. Horrẽde et cito ap
parebit uobis, quoniã iudiciũ durissimũ in his qui D
præsunt fiet. Exiguo enim concedet misericordia,
potẽtes autẽ potẽter tormẽta patiẽtur. Non enim
subtrahit personã cuiusquã dominus, nec reuere
bitur magnitudinẽ cuiusquã. Quoniã pusillũ &
magnũ ipse fecit, & æqualiter illi cura est, p omni
bus. Fortioribus aũt fortior instat cruciatus. Ad
uos aũt mali reges sunt hi sermones mei, ut disca
tis sapientiã, & nõ excidatis. Qui enim custodie
rint iustitiã, iuste iustificabũtur: & qui didicerint
ista, inueniẽt quid respõdeant. Cõcupiscite ergo
sermones meos, diligite illos, et habebitis discipli
nã. Clara est enim & quę nunq; marcescat sapiẽtia,
& facile uidet ab his qui diligũt eã, & inuenitur
ab his qui quærũt illam. Præoccupat qui se cõcu
piscunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

piſcunt,ut illis ſe priorem oſtendat. Qui de luce
uigilauerit ad illam, nō laborabit,aſsidentē enim A
illam inueniet foribus ſuis. Cogitare enim de illa
ſenſus eſt conſummatus. Et qui uigilauerit ,p illa,
cito erit ſecurus, Quoniā dignos ſe ipſa circumit
quærens,& in uiis oſtēdet ſe illis hilariter,& in o-
mni prouidētia occurrit illis. Initiū enim illius ue
riſsima eſt diſciplinæ cōcupiſcētia. Cura ergo di-
ſciplinæ dilectio eſt:& dilectio cuſtoditio legū il-
lius eſt. Cuſtoditio aūt legū confirmatio incorru-
ptionis eſt, incorruptio aūt facit eſſe ,pximū deo.
Cōcupiſcētia itaq; ſapiētię deducit ad regnū per-
petuū. Si ergo delectamini ſedibus & ſtēmatibus
reges populi, diligite ſapientiā ut in perpetuū re-
Sapien. 8 gnetis. Et paulopoſt, Et ſi iuſtitiā quis diligit,labo
res huius magnas habent uirtutes. Sobrietatem
enim & ſapientiā docet & iuſtitiā & uirtutē, qui- B
bus utilius nihil in uita hominibus. Nūc iā de li
bro qui Eccleſiaſticus dicitur ponēda ſunt quę ui
dent. De quo hic etiā ea dixiſſe deputer, quæ de
Prouerbiorū libro ſum prælocutꝰ, q̄uis in iſto Ec
cleſiaſtico plura repererim huic operi neceſſaria.
Ex Eccleſia- TImor domini ſcientiæ religioſitas. Religioſi
ſtico tas cuſtodiet & iuſtificabit cor, iucunditatē
Eccli 1 atq; gaudium dabit. Timēti dominū bene erit,&
in diebus cōſummationis illius benedicetur. Ple
nitudo ſapiētiæ eſt timere deū,& plenitudo à fru
ctibus illius. Et poſt duos uerſus, Corona ſapiētię
timor domini. Et poſt quatuor uerſus. Radix ſa-
pientiæ eſt timere deū, Rami enim illius longęui.
In theſauris ſapientiæ intellectus eſt, & ſciētia &
religioſitas, Execratio autē peccatoribus ſapien- C
tia. Timor dei expellit peccatū. Nā qui ſine timo-
re eſt, nō poteſt iuſtificari, Iracundia enim animo
ſitatis illius, ſubuerſio illius eſt. Sapiens uſq; in tē-
pus ſuſtinebit patiens, & poſtea reditio iucūditā-
tis. Bonus ſenſus uſq; in tempus abſcondit uerba
illius, & labia multorū enarrabunt ſenſum illius.
Concupiſcēs ſapientiā, ſerua iuſtitiā:& deus præ
bebit illā tibi. Sapientia enim & diſciplina timor
domini, & quod beneplacitū eſt illi, fides & man
ſuetudo, & adimplebit theſauros tuos. Nō ſis in-
credibilis timori domini, & ne acceſſeris ad illū
duplici corde. Ne fueris hypocrita in conſpectu
hominū, & non ſcādalizeris labijs tuis. Attende
in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuę con
fuſionē: & reuelet deus abſcondita tua, & in me- D
dio ſynagogæ elidat te. Quoniam acceſsiſti mali
gne ad dominū, & cor tuū plenū eſt dolo & falla-
Eccli 2 cia. Fili accedēs ad ſeruitutē dei, ſta in timore &
iuſtitia, & præpara animā tuam ad tentationē, &
deprime cor tuū & ſuſtine. Declina aurem tuā, et
excipe uerba intellectus, & ne feſtines in tempus
obductionis. Suſtine ſuſtentationē dei, cōiunge-
re deo & ſuſtine, ut creſcat in nouiſsimo uita tua.
Omne quod tibi applicitū fuerit, accipe:& in do-
lore ſuſtine, & in humilitate tua patientiā habe,
Quoniā in igne probatur aurū & argentū, homi
nes uero receptibiles in camino humiliationis.
Crede deo, & recuperabit te, & dirige uiam tuā
& ſpera in illū. Serua timorē illius, & in illo uete-
raſce. Metuentes dominū ſuſtinete miſericordiā
eius, & nō deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui time
tis dominū, credite illi, & non euacuabitur mer-
ces ueſtra. Qui timetis dominū, ſperate in illū, &
in oblectatione ueniet uobis miſericordia. Qui ti
metis deum, diligite illū, & illuminabunt corda
ueſtra. Reſpicite filij nationes hominū, & ſcitote
quis ſperauit in domino, & cōfuſus eſt? permāſit
in mandatis eius, & derelictus eſt? & quis illū in-
uocauit, & deſpexit illum? Quoniā pius & miſe-
ricors eſt deus, & remittet in tēpore tribulationis
peccata omnib. exquirentibus ſe in ueritate. Væ
duplici corde & labijs ſceleſtis & manib. malefa-
cientibus, & peccatori terrā ingredienti duab. uijs.
Væ diſſolutis corde, qui nō credūt deo, ideo non
proteguntur ab eo. Væ his qui perdiderunt ſuſti
nentiā, qui dereliquerūt uias rectas, et diuerterūt B
in uias prauas. Et quid facietis cum inſpicere cœ
perit deus? Qui timent dominū, non erūt incredi
biles uerbo illius: et qui diligunt illū, cōſeruabunt
uiam illius. Qui timēt dominū, inquirent quæ be
neplacita ſunt illi, & qui diligunt eū, replebuntur
lege ipſius. Qui timent dominū, præparabūt cor
da ſua, et in conſpectu illius ſanctificabūt animas
ſuas. Qui timent dominū, cuſtodiunt mādata il-
lius, et patientiā habebunt uſq; ad inſpectionē il-
lius, dicentes: Si pœnitentiā nō egerimus, incide-
mus in dei manus, & non in manus hominū. Se-
cundū enim magnitudinē illius, ſic et miſericor-
dia ipſius cū ipſo. Filij ſapientiæ eccleſia iuſtorū, Eccli 3
& nati illorū obediētia et dilectio. Iudiciū patris
audite filij dilecti, & ſic facite ut ſalui ſitis. Et poſt
duos uerſus, Qui diligit deū, exorabit pro pecca
tis ſuis, & continebit ſe ab illis, In oratione dierū
exaudietur. Et ſicut qui theſaurizat, ita & qui ho
norificat matrē ſuā. Qui honorificat patrē, iucun
dabitur in filijs. Qui honorat patrē ſuum, uita ui-
uet lōgiore: & qui obaudit patri, refrigerabit ma
trem. Qui timet deū, honorat parētes: et quaſi do
minis ſeruiet his qui ſe genuerūt, in opere & ſer-
mone et omni patiētia. Honora patrē tuum, ut ſu
peruenīat tibi benedictio à dño. Et poſt tres uer-
ſus, Ne glorieris in contumelia patris tui. Et poſt
tres uerſus, Fili, ſuſcipe ſenectā patris tui, et ne cō
triſtes eū in uita illius. Et ſi defecerit ſenſu, uenīā
da, et ne ſpernas eū in tua uirtute. Et poſt quatuor
uerſus. Quàm malæ famę eſt q derelinquit patrē,
& eſt maledictus à deo qui exaſperat matrē. Fili,
in māſuetudine opera tua perfice, & ſup hominū
gloriā diligeris. Quanto magnus es humilia te in
omnibus, & corā deo inuenies gratiā. Quoniam
magna potētia dei ſolius, & ab humilib. honora-
tur. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcru-
tatus fueris. Sed quę præcepit tibi deus, illa cogi
ta ſemper. Et in pluribus operib. eius ne fueris cu
rioſus, nō enim eſt tibi neceſſariū ea quæ abſcōdi
ta ſunt uidere oculis tuis. Et poſt tres uerſus, Mul
tos enim implanauit ſuſpitio eorū, & in uanitate
detinuit ſenſus illorū. Cor durū male habebit in
nouiſsimo, et qui amat periculum, in illo peribit.
Cor ingrediēs duas uias, nō habebit ſucceſſus, et

prauicordius

prauicordius in illis ſcandalizabit. Cor nequam
grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad A
peccandū. Et poſt duos uerſus, Cor ſapiēs intelli
gitur in ſapiētia, & auris bona audiet cū omni cō
cupiſcentia ſapientiā. Sapiens cor & intelligibile
abſtinebit ſe à peccatis, & in operib. iuſtitiæ ſuc-
ceſſus habebit. Ignē ardentem extinguet aqua, &
eleemoſyna reſiſtet peccatis, & deus proſpector
eius, qui reddit gratiā. Meminit in poſterū, & in
tempore caſus tui inueniet firmamentū. Fili elee-
moſynam pauperis ne fraudes, et oculos tuos ne
tranſuertas à paupere. Animā eſurientē ne deſpe
Eccli 4 xeris, & nō exaſperes pauperem inopia ſua. Cor
inopis ne afflixeris, et ne protrahas datū angusti-
anti. Rogationē cum tribulatione ne abijcias, &
nō auertas faciem tuā ab egeno. Ab inope nō au
feras oculos tuos propter iram, & non relinquas B
quærētibus tibi retro maledicere. Maledicentis
enim tibi in amaritudine animæ exaudiet depre-
catio illius. Exaudiet aūt eum qui fecit illum. Cō-
gregationi pauperū affabilē te facito, & presbyte
ro humilia animā tuā, & magnati humilia caput
tuum. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuā, &
redde debitū tuum, et reſpōde illi pacifica in mā-
ſuetudine. Libera eū qui iniuriā patitur de manu
ſuperbi, et nō acide feras in anima tua. In iudican
do eſto miſericors pupillis ut pater, & ,p uiro ma-
tri illorū, et eris uelut filius altiſsimi obaudiēs, &
miſerebitur tui magis q̄ mater. Sapiētia filijs ſuis
uitā inſpirauit, & ſuſcipit inquirētes ſe, & præbit
in uia iuſtitiæ. Et qui illam diligit, diligit uitam, et
qui uigilauerint ad illam, cōplectentur placorem C
eius. Qui tenuerint illam, uitā hæreditabunt, &
quò introibit benedicet deus. Qui ſeruiūt ei, obſe
quentes erūt ſancto, et eos qui diligūt illam, dili-
gīt deus. Qui audit illā, iudicat gētes, et qui intue-
tur illam, permanebit confidens. Si crediderit ei,
hæreditabit illam, & erūt in cōfirmatione creatu
ræ illorū. Quoniā in tentatione ambulat cū eo, &
in primis elegit eū. Timorem et metū & probatio
nem inducet ſuper illū, & cruciabit illum in tribu
latione doctrinæ ſuæ, donec tentet illum in cogi-
tationib. illius, & credat animę illius. Et firmabit
illum, & iter adducet directum ad illū, et denuda-
bit abſcōdita ſua illi, et theſaurizat ſuper illū ſciē-
tiam & intellectum iuſtitiæ. Si autē oberrauerit,
derelinquet illū, et tradet eū in manus inimici ſui. D
Fili, cōſerua tempus, et deuita à malo. Pro anima
tua nō confundaris dicere uerū. Eſt enim cōfuſio
adducens peccatū, & eſt cōfuſio adducēs gloriā
et gratiā. Ne accipias faciem aduerſus faciē tuā,
nec aduerſus animā tuam mendaciū. Nō reuerea
ris proximū tuum in caſu ſuo, nec retineas uerbū
in tempus ſalutis. Non abſcōdas ſapientiā tuam
in decore eius. In lingua enim agnoſcitur ſapien-
tia & ſenſus, & ſcientia et doctrina in uerbis ueri
tatis, et firmamentū in operibus iuſtitiæ. Nō con
tradicas ueritati ullo modo, et de mēdacio ineru-
ditiōis tuę cōfundere. Nō cōfūdaris cōfiteri pec
cata tua, et ne ſubijcias te homini ,p peccato. Noli
reſiſtere contra faciem potētis, nec coneris cōtra

ictum fulminis. In iuſtitia agonizare pro animā
tua, & uſq; ad mortē certa pro iuſtitia, & deus ex-
pugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus eſſe
in lingua tua, et inutilis & remiſſus in operibus
tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens do-
meſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. Non
ſit porrecta manus tua ad accipiendū, & ad dan-
dum collecta. Noli attendere ad poſſeſsiones ini-
quas, et ne dixeris, Eſt mihi ſufficiens uita. Nihil
enim proderit in tēpore uindictæ & obductiōis.
Non ſequaris concupiſcentiā cordis, & ne dixe-
ris, Quomodo potui, aut quis me ſubijciet ,ppter
facta mea? Deus enim uindicās uindicabit. Et ne
dixeris, Peccaui, et quid accidit mihi triſte? Altiſ-
ſimus eſt patiēs redditor. De propitiatu pec-
catorū noli eſſe ſine metu. Neq; adijcias peccatū
ſuper peccatū, & ne dicas: Miſeratio dei magna
eſt, Multitudinis peccatorū meorū miſerebitur.
Miſericordia enim & ira ab illo cito proximat, et
in peccatores illius reſpicit ira. Non tardes con-
uerti ad dominū, & ne differas de die in diē. Subi
to enim uenit ira illius, & in tēpore uindictæ diſ-
perdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis, ni-
hil enim proderunt tibi in die obductionis et uin
dictæ. Non uentiles te in omni uento, & non eas
in omni uia. Sic enim peccator probatur duplici
lingua. Eſto firmus in uia dei, et in ueritate ſenſus
tui et ſcientia, & proſequatur te uerbum pacis &
iuſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiēdum uerbū dei,
ut intelligas, & cum ſapientia feras reſpōſum ue-
rum. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin
autem, ſit manus ſuper os tuum, ne capiaris uer-
bo indiſciplinato & confundaris. Honor & glo-
ria in ſermone ſenſati, lingua uero imprudentis
ſubuerſio eſt ipſius. Non appelleris ſuſurro in ui-
ta tua, et in lingua tua ne capiaris et confundaris.
Super furem enim eſt cōfuſio, et pœnitētia, & de-
notatio peſsima ſuper bilinguem. Suſurratori au
tem odiū & inimicitia & contumelia. Iuſtifica pu
ſillum et magnū ſimiliter. Noli fieri pro amico ini Eccli 6
micus proximo. Improperiū et contumeliā ma-
lus hæreditabit, & omnis peccator inuidus et bi-
linguis. Non te extollas in cogitatione animę tuę
uelut taurus, ne forte elidatur uirtus tua per ſtul-
titiā. Et poſt ſeptē uerſus, Multi pacifici ſint tibi,
et cōſiliarij ſint tibi unus de mille. Si poſsides ami
cum, in tentatione poſside eū, & nō facile credas
illi temetipſum. Eſt enim amicus ſecūdū tempus
ſuū, & nō permanebit in die tribulationis. Et eſt
amicus qui egreditur ad inimicitiā, & eſt amicus
qui odiū & rixam et conuitia denudabit. Eſt autē
amicus ſocius menſæ, non permanebit in die ne-
ceſsitatis. Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi
quaſi cœqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter
aget. Si humiliauerit ſe cōtra te, et à facie tua ab-
ſconderit ſe, unanimē habebis amicitiā bonam.
Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis atten
de. Amicus fidelis protectio fortis: qui autē inue
nit illum, inuenit theſaurū. Amico fideli nulla eſt
cōparatio, & nō eſt digna comparatio auri et ar-
genti contra bonitatē fidei illius. Amicus fidelis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

medicamentū uitæ & immortalitatis: Et qui me-
tuunt dominū, inueniunt illum. Qui timet deum A
æque habebit amicitiā bonam, quoniā secūdum
illum erit amicus illius. Fili à iuuentute tua exci-
pe doctrinā, et usq; ad canos inuenies sapiētiam.
Quasi is qui arat & seminat accede ad illam, & su-
stine bonos fructus illi⁹: Et in opere eī illius exi-
guo laborabis, et cito edes de generatiōib. illius.
Quàm aspera est nimiū sapientia indoctis homi-
nibus, & non permanebit in illa excors. Qua si la-
pidis uirtus probatio erit in illis, & non demora-
būtur proijcere illā. Et post duos uersus, Quibus
aūt agnita est, permanēt usq; ad conspectum dei.
Audi fili & accipe consiliū intellectus, & ne abij-
cias consiliū meum. Inijce pedem tuū in cōpedes
illius, & in torquem eius collum tuū. Subijce hu-
merū tuum, & porta illam, & nō acidieris uincu- B
lis eius. In omni animo tuo accede ad illā, & in o-
mni uirtute tua serua uias eius. Inuestiga illam &
manifestabitur tibi, & continēs factus ne dereli-
queris eā, In nouissimis enim inuenies requiem
in ea, & cōuertetur tibi in oblectationē, Et erūt ti-
bi compedes in protectionē fortitudinis & bases
uirtutis, & torques illius in stolam glorię. Et post
quatuor uersus, Fili si attenderis mihi, disces eā:
& si accōmodaueris animā tuam, sapiēs eris: Et si
inclinaueris aurē tuam, excipies doctrinā: & si di-
lexeris audire, sapiēs eris. In multitudine presby
terorū prudentiū ista, & sapientiæ illorū ex corde
cōiungere, ut omnē narrationē dei possis audire,
et prouerbia laudis ne effugiāt te. Et si uideris sen
satum, euigila ad illū, & gradus ostiorū illius exte C
rat pes tuus. Cogitatū habe in præceptis dei, et in
mandatis illius maxime assiduus sta: et ipse dabit
Eccli 7 cor tibi, et concupiscētia sapiētię dabitur tibi. No
li facere mala, et non te apprehēdent. Discede ab
iniquo, et deficiēt mala abs te. Nō semines mala
in sulcis iniustitię, & nō metes ea in septuplū. No
li quærere ab homine ducatū, neq; à rege cathedrā
honoris. Nō te iustifices ante deum, quoniā agni
tor cordis ipse est. Et penes regē noli uelle uideri
sapiēs. Noli quærere fieri iudex, nisi si uales uirtu
tem irrūpere iniquitatis: ne forte extremiscas fa-
ciē potētis, et ponas scandalū in agilitate tua. Nō
pecces in multitudinē ciuitatis, nec te immittas
in populū, neq; alliges duplicia peccata: nec enim
in uno eris immunis. Noli esse pusillanimis in ani D
ma tua. Exorare, & facere eleemosynā non despi
cias. Ne dicas, In multitudine munerū meorū re-
spiciet dominus, & offerēte me deo altissimo su-
scipiet munera mea. Nō irrideas hominē in ama
ritudine animæ: Est enim qui humiliat & exaltat
deus. Noli amare mendaciū aduersus fratrē tuū,
neq; in amicū similiter facias. Noli uelle mētiri o-
mne mendaciū, assiduitas eīm illius non est bona.
Noli uerbosus esse in multitudine presbyterorū.
Et post aliquos uersus, Nō lædas seruū operantē
in ueritate, neq; mercenariū dantē animā suā. Ser
uus sensatus dilectus quasi anima tua, nō defrau-
des illū libertate, neq; inopē relinquas illū. Et post
duos uersus, Filij tibi sunt, erudi illos: pecora tibi
sunt, attēde illis. Filiæ tibi sunt, serua corpus illa-
rum: nō ostēdas hilarem faciē tuā ad illas. Trade
filiā, & grāde opus feceris, & homini sensato da
illā. Mulier si est tibi secundū animā tuā, ne proij-
cias illā, & odibili nō credas te in toto corde. Ho-
nora patrē tuum, & gemitus matris tuæ ne obliui
scaris. Memēto enim, quoniā nisi p illos natus nō
fuisses, & retribue illis quomō illi tibi. In tota ani
ma tua time deū, & sacerdotes illius sanctifica. In
omni uirtute dilige deū qui te fecit, & ministros
eius non derelinquas. Honora deū ex tota anima
tua, & honorifica sacerdotes. Et post sex uersus,
Et pauperi porrige manū tuā, ut perficiatur bene
dictio tua: gratia datus in cōspectu omnis uiuen-
tis, & à mortuo nō prohibeas gratiam. Nō desis
plorātibus in cōsolatione, & cū lugentib. ambu- B
la. Nō te pigeat uisitare infirmū, ex his enim in di
lectione firmaberis. In omnib. operibus tuis me-
morare nouissima, & in æternū nō peccabis. Nō Eccli 8
litiges cū homine potēte, ne forte incidas in ma-
nus illius. Nō contēdas cū homine locuplete, ne
forte cōtra te cōsistat litē tibi, Multos enim perdi
dit aurū, & usq; cor regū extēdit & cōuertit. Non
litiges cū homine linguoso, & nō strues in ignē il-
lius ligna. Et post duos uersus, Ne despicias ho-
minē auertentē se à peccato, neq; improperes ei,
Memēto, quoniā omes sumus in correptiōe. Ne
spernas hominē in sua senecta, etenim ex nobis
senescunt. Ne despicias narrationē presbyterorū
sapientiū, & in prouerbijs illorū cōuersare: Ab ip
sis enim disces doctrinā intellectus, & seruire ma
gnatis sine querela. Non te prætereat narratio se-
niorū, & ipsi enim didicerūt à patribus suis: Quo-
niā ab ipsis disces intellectum, & in tēpore neces-
sitatis respōsum. Et post aliquos uersus. Cū fatuis
ne consiliū habeas: nō enim poterūt diligere, nisi
quæ ipsis placēt. Corā extraneo ne facias cōsiliū,
nescis enim quid pariet. Et post duos uersus, Nō
zeles mulierē sinus tui. Et post septē uersus, Vir Eccli 9
ginē ne cōcupiscas, ne forte scādalizeris in dece-
re eius. Nō des fornicarijs animam tuam in ullo,
ne perdas te & hęreditatē tuam. Et post duos uer
sus, Auerte faciem tuam à mulière cōpta, & non
circūspicias speciē alienā. Et post aliquos uersus,
Ne derelinquas amicū antiquū, nouus enim nō
erit similis illi. Vinum nouū, amicus nouus: uete-
rescat, & cum suauitate bibes illud. Nō zeles glo-
riā & opes peccatoris: non enim scis quæ futura
sit ipsius subuersio. Nō placeat tibi iniuria iusto-
rum. Et post duos uersus, Longe abesto ab homi-
ne potestatē habente occidēdi, & non suspicabe-
ris timorē mortis. Et si accesseris ad illū, noli ali-
quid cōmittere, ne forte auferat uitā tuā. Et post
quatuor uersus, Et cum sapientibus & prudenti-
bus tracta. Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timo Eccli 10
re dei sit gloria tibi. Et post aliquos uersus: Semē
hominū honorabitur hoc quod timet deum: se-
men autem hoc exhonorabitur hominum, quod
præterit mandata domini. In medio fratrum illo-
rum rector in honore, & qui timent dominū, erūt
in oculis illius. Gloria diuitum, honoratorum, &
pauperum

pauperū, timor dei est. Non despicere hominē iu
stum pauperē, & non magnificare uirum pecca- A
torem diuitē. Magnus est iudex, & potēs est in ho
nore, & non est maior illo qui timet deum, Seruo
sensato liberi seruient, uir prudēs et disciplinatus
nō murmurabit correptus. Et post quinq; uersus,
Fili in māsuetudine serua animā tuā, & da illi ho-
Eccli 11 norem secundū meritū suum. Et post sex uersus,
Sapiētia humiliati exaltat caput ipsius, & in me-
dio magnatorū consedere illum faciet. Non lau-
des uirū in specie sua, neq; spernas hominē in ui-
su suo. Breuis in uolatilib. est apis, & initium dul-
coris habet fructus illius. In uestitu ne glorieris
unquam, nec in die honoris tui extollaris. Et post
sex uersus, Priusquam interroges, non uituperes
quenquā, & in medio seniorū ne adijcias loqui. B
De re ea quæ te nō molestat, nec certaueris: & in
iudicio peccatorum ne consistas. Fili ne in multis
sint actus tui: & si diues fueris, nō eris immunis à
delicto. Si enim secutus fueris, nō apprehendes:
& nō effugies si præcurreris. Et post aliquot uer-
sus, Ne manseris in operib. peccatorū. Fide autē
in deo, & mane in loco tuo. Et post aliquot uer-
sus, Ante mortē ne laudes hominē quenquā. Et
post unū uersum, Non omnē hominē inducas in
domū tuam: multę enim insidię dolosi sunt. Sicut
enim eructant precordia infantiū, & sicut perdix
inducitur in foueā, & ut caprea in laqueum, sic et
cor superborū: Et sicut prospector uidens casum
proximi sui. Bona enim in mala conuertens insi-
diatur, & in electis imponit maculā, Ab scintilla
una augetur ignis, & ab uno doloso augetur san- C
guis. Homo uero peccator sanguini insidiat. At-
tende tibi à pestifero, fabricat enim mala, ne forte
Eccli 12 inducat super te subsannationē in perpetuū. Ad-
mitte ad te alienigenā, & subuertet te in torpore,
& alienabit te à tuis proprijs. Si benefeceris, scito
cui benefeceris, & erit gratia in bonis tuis multa.
Benefac iusto, & inuenies retributionē magnā: et
si nō ab ipso, certe à deo. Nō est eis bene qui assi-
dui sunt in malis, & eleemosynas nō danti. Quo-
niā & altissimus odio habet peccatores, & miser
tus est pœnitentibus. Da misericordi, & ne susce
peris peccatorē. Benefac humili, & ne dederis im
pio. Prohibe panes illi dare, ne in ipsis potētior te
sit: nam duplicia mala inuenies in omnib. bonis,
quoniam & altissimus odio habet peccatores, & D
impijs reddet uindictam. Et post quatuor uersus,
Nō credas inimico tuo in æternū, Sicut enim æ-
ramentū eruginat nequitia illius. Et si humiliatus
uadat curuus, abijce animū tuū, & custodi te ab
illo. Nō statuas illum penes te, nec sedeat ad dex-
terā tuam, ne conuersus stet in loco tuo: ne forte
cōuersus in locū tuum, inquirat cathedrā tuā, &
in nouissimo agnoscas uerba mea, & in sermoni-
bus meis stimuleris. Quis miserebitur incātatori
à serpēte percusso, & omnib. qui appropiant be-
stijs? Sic & qui comitatur cū uiro iniquo, & obuo
lutus est in peccatis eius, Vna hora tecū perma-
nebit. Si aūt declinaueris, non supportabit. In la-
bijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidia
tur, ut subuertat te in foueā. In oculis suis lachry-
matur inimicus, & si inuenerit tēpus, nō satiabit
sanguine. Si incurrerint mala tibi, inuenies eū il-
lic priorē, & quasi adiuuās suffodiet plātas tuas.
Caput suū mouebit, & plaudebit manu: & multa
susurrans cōmutabit uultū suum. Et post aliquos
uersus, Bona est substātia, cui nō est peccatum in Eccli 13
cōscientia: & nequissima paupertas in ore impij.
Et post tres uersus, Beatus uir qui non est lapsus Eccli 14
uerbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia
delicti. Felix q nō habuit animi sui tristitiā, & nō
excidit ab spe sua. Viro cupido & tenaci sine ra-
tione est substātia, et homini liuido ad quid aurū?
Et post aliquos uersus, Fili si habes, benefac tecū,
& deo dignas oblatiōes offer. Memor esto, quo-
niā mors non tardat, & testamentū inferorū, quia
demōstratū est tibi: Testamentū enim huius mun
di morte morietur. Ante mortem benefac amico
tuo, & secundū uires tuas exporrigens da paupe
ri. Et post aliquos uersus, Beatus uir qui in sapien
tia morabitur, & qui in iustitia sua meditabit, &
in sensu suo cogitabit circūspectionē dei. Qui ex-
cogitat uias suas in corde suo, & in absconditis il-
lius intelligens. Et post aliquos uersus, Homines Eccli 15
stulti nō apprehendēt illā, & homines sensati ob-
uiabūt illi. Homines stulti nō uidebunt illā, longe
enim abest à superbia & dolo. Viri mēdaces non
erūt memores illius, & uiri ueraces inueniūtur in
illa, & successum habebūt usq; ad inspectionē dei.
Non est speciosa laus in ore peccatoris, quoniā à
deo profecta est sapiētia. Sapiētiæ enim dei asta-
bit laus: & in ore fideli abūdabit, & dominator eā
illi dabit. Nō dixeris, per deū abest, quæ odit eīm
ne feceris. Nō dicas, ille me implanauit: nō enim
necessarij sunt illi homines impij. Omne execra-
mentū erroris odit deus, & nō erit amabile timē-
tibus illū. Deus ab initio cōstituit hominē, & reli
quit illū in manu consilij sui. Adiecit mandata &
præcepta sua. Si uolueris, mādata cōseruabūt te,
& in perpetuū fidem placitā facere. Apposuit tibi
aquā & ignē, ad quod uoles porrige manum tuā.
Ante hominē uita & mors, bonū et malum, quod
placuerit ei dabit illi, quoniā multa sapientia dei,
& fortis in potētia, uidēs omnes sine intermissio-
ne. Oculi dei ad timētes eū, & ipse cognoscit om-
nem operā hominis. Nemini mādauit impie age- Eccli 16
re, & nemini dedit spatiū peccādi. Non enim cō-
cupiscit multitudinē filiorum infidelium & inuti
liū. Et ne iocunderis in filijs impijs, si multiplicen
tur: nō oblecteris super ipsos, si non est timor dei
cum illis. Nō credas uitæ illorū, & ne respexeris
in labores illorum. Melior est enim unus timens
deum q̄ mille filij impij, & utile mori sine filijs, q̄
relinquere filios impios. Et post aliquos uersus,
Non dicas, A deo abscondar, & ex summo quis Eccli 17
mei memorabitur? Et paulopost, Nō sunt abscō-
sa testamēta per iniquitatē illorū, et omnes iniqui
tates eorū in cōspectu dei. Eleemosyna uiri quasi
signaculum cum ipso, & gratiam hominis quasi
pupillam conseruabit: & postea resurget & retri-
buet illis unicuiq; in capite illorum, & conuertet

Universidad de Deusto
Biblioteca

in interiores partes terræ. Pœnitentibus aũt dedit uiã iustitiæ,& cõfirmabit deficientes sustinere, A & destinauit illis sortem ueritatis. Cõuertere ad deum,et relinque peccata tua,precare ante faciẽ, & minue offendiculũ.Reuertere ad deũ & auerte ab iniustitia tua,& nimis odito execrationem. Et post aliquot uersus, Quàm magna misericordia dei, & propitiatio illius cõuertentibus ad se. Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniã non est immortalis filius hominis. Et post ali-
Eccli 18 quot uersus, Miserator excipiẽs doctrinã misera tionis,& qui festinat in iudicijs eius. Fili in bonis nõ des querelam, & in omni dato nõ des tristitiã uerbi mali. Nónne ardorẽ refrigerabit ros? Sic et uerbũ melius ẽ datũ. Nónne ecce uerbum supra datum bonũ? Sed utraq; cum homine iustificato. Stultus acriter improperabit,& datus indisciplinati tabescere facit oculos. Ante iudiciũ para iustitiam tibi,& antequã loquaris disce. Et ante languorẽ adhibe medicinã,et ante iudiciũ interroga teipsum, et in cõspectu dei inuenies propitiationem. Ante languorẽ humilia te,& in tẽpore infirmitatis ostende cõuersationẽ tuam. Nõ impedias orare semper, et nõ uerearis usq; ad mortẽ iustificari, quoniã merces dei manet in æternũ. Ante orationẽ præpara animã tuã, & noli esse quasi homo qui tentat deum. Et post sex uersus, Homo sapiens, in omnib. metuet, & in diebus delictorũ attendit ab inertia. Et post quinq; uersus, Post cõ cupiscentias tuas nõ eas, & à uoluptate tua auerte. Si præstes animæ tuæ cõcupiscentiã eius, faciet te in gaudium inimicis. Ne oblecteris in tur- C bis, nec in modicis delecteris. Et post aliquos uer-
Eccli 19 sus: Et qui spernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguũt sensatos. Et post aliquot uersus, Qui credit cito, leuis corde est & minorabitur: & qui delinquit in animã suam, insuper habebitur. Et post duos uersus, Et qui odit loquacitatem, extinguit malitiã. Et post aliquos uersus, Audisti uerbũ aduersus proximũ, cõmoriatur in te, fidens quoniã nõ te dirumpet, A facie uerbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori carnis, sic uerbum in ore stulti. Corripe amicum, ne forte nõ intellexerit, & dicat, nõ feci: aut si fecit, ne iterũ addat facere. Corripe proximũ, ne forte dixerit: & si dixerit, ne forte iteret. Corri D pe amicũ: sæpe enim fit cõmissio, & nõ omni uerbo credas. Est qui labitur in lingua sua, sed nõ ex animo, Quis est enim qui nõ deliquerit in lingua sua? Corripe proximũ antequam commineris, et da locũ timori altissimi, quia omnis sapientia timor dei, & in illa timere deum. Et post quinq; uersus, Melior est homo qui deficit sapientia, & desiciens sensu in timore, ẽ qui abũdat sensu, & trãsgreditur legem altissimi. Et post aliquos uersus,
Eccli 20 Quàm bonũ est arguere ẽ irasci. Et post aliquos uersus, Et qui potestatẽ sibi assumit iniuste, odietur. Et post octo uersus, Sapiẽs in uerbis seipsum amabilẽ facit. Et post aliquos uersus, Lapsus falsę linguæ quasi qui de pauimẽto cadẽs, sic casus malorũ festinãter ueniet. Homo acharis quasi fabula uana, in ore disciplinatorũ assidua erit. Ex ore fa tui reprobabit parabola: nõ eñ illã dicit in tẽpore suo. Et post duos uersus. Est qui pdit animã suã præ cõfusione, et ab imprudẽti pson perdet eã, personę aũt acceptiõe perdet se. Est q præ cõfusio ne promittit amico, & lucratus est eũ inimicũ gratis. Opprobriũ nequã in homine mendaciũ, & in ore indisciplinatorũ assidue erit. Potior fur, ẽ assiduitas uiri mẽdacis: perditionẽ aũt ambo hæreditabũt. Mores hominũ mendaciũ sine honore, et cõfusio illius cũ ipso sine intermissione. Sapiens in uerbis producit seipsum. Et post quatuor uersu,, Xenia et dona excęcãt oculos iudicũ, et quasi mutus in ore auertit correptiões eorũ. Sapientia abscõsa, et thesaur⁹ inuisus, quę utilitas in utrisq;? Melior est in hominib. qui abscondit insipientiã B suã, ẽ qui abscõdit sapientiã suã. Fili peccasti, ne Eccli 21 adijcias iterũ, sed & de præteritis deprecare, ut tibi remittãtur. Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipiẽt te. Dentes leonis, dẽtes eius, interficiẽtes animas hominũ: quasi rõphæa bis acuta omis iniquitas, plagæ illius nõ est sanitas. Et post quatuor uersus, Qui odit correptionẽ, uestigiũ est peccatoris: & qui timet deũ, cõuertetur ad cor suũ. Et post quinq; uersus, Via peccantiũ cõplantata lapidibus, & in finẽ illorũ inferi & tenebræ & pœna. Qui custodit iustitiã, cõtinebit sensum eius. Cõsummatio timoris dei, sapiẽtia & sensus. Et post aliquos uersus, Verbũ sapiẽs quodcunq; audierit scius, laudabit, et ad se adijciet. Audiet luxuriosus, & displicebit illi, & ꝓijciet illud post dorsum suũ. Narratio fatui quasi sarcina in uia: nã in labijs sensati inuenietur gratia. Os prudẽtis quæriẽ in ecclesia, & uerba illius cogitabũt in cordib. suis. Et post duos uersus, Cõpedes in pedib. stulto doctrina, & quasi uincula manuũ supra manũ dexterã. Fatuus in risu exaltat uocẽ suã, uir aũt sapiẽs uix tacite ridebit. Ornamentũ aureũ prudẽti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro. Et post aliquos uersus, In ore fatuorũ cor illorũ, et in corde sapiẽtiũ os illorum. Dũ maledicit impius diabolũ, maledicit ipse animã suã. Susurro coinquinabit animã suã, et in omnibus odiẽt: et qui mãserit, odiosus erit: tacitus & sensatus honorabiẽ. In lapide luteo lapidatus est Eccli 22 piger, & omes loquenẽ super aspernationẽ illius. Et post quatuor uersus, Filia prudẽs hereditas uiro suo: nã quę cõfundit, in contumeliã fit genitoris. Patrẽ & uirũ confundit quæ audax est, & ab impijs nõ minorabitur, ab utrisq; autẽ inhonorabiẽ. Musica in luctu, importuna narratio. Flagella & doctrina, in omni tẽpore sapiẽtia. Qui docet fatuũ, quasi qui cõglutinat testam. Qui narrat uerbũ nõ attẽdenti, quasi qui excitat dormientẽ de graui somno. Cũ dormiẽte loquiẽ, qui narrat stulto sapientiã: et in fine narratiõis dicit, quis est hic? Super mortuũ plora, deficit enim lux ei: & super fatuũ plora, deficit enim ei sensus. Modicũ plora super mortuũ, quoniã requieuit: Nequissimi eñ nequissima uita super mortem fatui. Luctus mor

tui

tui septem diebus, fatui autẽ & impij omnes dies uitæ illorũ. Et post aliquos uersus, Mittẽs lapidẽ A in uolatilia, deijciet illa: Sic & qui cõuitiatur amico, dissoluet amicitiã. Ad amicũ & si produxeris gladiũ, non desperes: est enim regressus ad amicum. Si aperuerit os triste, non timeas: est enim cõcordatio, excepto cõuitio, et improperio, & superbia, & mysterij reuelatiõe, & plaga dolosa. In his omnib. effugiet amicus. Et post decẽ uersus, Quis dabit ori meo custodiã, & super labia mea signaculũ certũ, ut nõ cadã ab ipsis, & lingua mea
Eccli 23 perdat me. Domine pater et dominator uitę meę, non relinquas me, & ne sinas me cadere in illis. Quis superponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinã sapiẽtiæ, ut ignoratiõib. eorum nõ parcat mihi, & non appareãt delicta illorum: ne adincrescãt ignorãtiæ meæ, & multipli- B centur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidã in conspectu aduersariorũ, & gaudeat inimicus meus. Dñe pater & deus uitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorũ. Extollentiã oculorum meorũ ne dederis mihi, & omne desideriũ prauum auerte à me. Auferà me uentris cõcupiscentias, & concubitus cõcupiscẽtiæ ne apprehẽdant me, & animæ irreuerẽti & infrunitæ ne tradas me. Doctrinã oris audite filij, et qui custodierit illã, nõ periet labijs suis, nec scãdalizabitur in operib. nequissimis. In uanitate sua apprehendit peccator, & superbus & maledictus scãdalizabitur in illis. Iurationi nõ assuescat os tuum, multus eñ casus in illa. Nominatio uero dei nõ sit in ore tuo assidue, & nominibus sanctorũ nõ admiscea- C ris, quoniã non eris immunis ab eis. Sicut eñ seruus interrogatus assidue, à liuore nõ minuit: sic omnis iurãs & nominãs in toto peccato non purgabitur. Vir multũ iurans implebitur iniquitate, & nõ discedet à domo illius plaga. Et si fraustraue rit fratrẽ, delictum illius sup ipsum erit: et si dissimulauerit, delinquit dupliciter. Et si inuacuũ iurauerit, nõ iustificabitur: replebit enim retributiõe domus illius. Et post quatuor uersus, Indisciplinationi nõ assuescat os tuũ, est enim in illa uerbũ peccati. Memẽto patris & matris tuæ, in medio eñ magnatorũ cõsistis: ne forte obliuiscaẽ te deꝰ in conspectu illorũ, & assiduitate tua infatuatus improperiũ patiaris, & maluisses nõ nasci & diẽ natiuitatis tuæ maledicas. Homo assuetus in uer- D bis improperij, in omnib. diebus suis non erudietur. Duo genera abundãt in peccatis, & tertium adducit iram et perditionẽ. Anima calida quasi ignis ardẽs non extinguetur donec aliquid gluttiat: et homo nequã in ore carnis suæ nõ desinet, donec incẽdat ignẽ. Et post duos uersus, Omnis homo qui trãsgreditur lectum suũ, contẽnens in animã suam, & dicens: Quis me uidet? Tenebræ circundãt me, et parietes cooperiũt me, & nemo circumspicit me quem uerear: delictorũ meorum non memorabitur altissimus, & non intelliget, quoniã non uidet oculus illius, Quoniã expellet hãc timorẽ dei huiusmodi hominis timor, et oculi hominum timẽtes illum: & nõ cognouit, quoniã oculi domini plus multo lucidiores super solem, circũspicientes omnes uias hominũ & profundũ abyssi, & hominũ corda intuẽtes in absconditas partes. Et paulopost, Quæ in iuuentute tua non Eccli 25 cõgregasti, quomodo inuenies in senectute tua? Quàm speciosum canicies iudiciũ, et presbyteris cognoscere consiliũ. Quàm speciosa ueteranis sapiẽtia, et gloriosis intellectus & consiliũ. Corona senũ multa peritia, & gloria illorum timor dei. Et post decẽ uersus, Timor dei super oẽia se superposuit. Beatus cui donatũ est habere timorẽ dei, Qui timet illũ, cui assimilabitur? Et post aliquos uersus, Ne respicias mulieris speciẽ, & nõ cõcupi scas mulierẽ in specie. Et post aliquos uersus, Mu Eccli 26 lier ebriosa ira magna, & cõtumelia & turpitudo illius nõ contegetur. Fornicatio mulieris in extol lentia oculorũ, et in palpebris illius agnoscetur. In filia nõ aduertẽte se, firma custodiã, ne inuenta occasione abutatur se. Ab omni irreuerẽtia oculorum caue, et ne mireris si te ẽglexerit. Et post quatuor uersus, Gratia mulieris sedulæ delectabit uirũ suum, & ossa illius impinguabit. Disciplina illi⁹ datũ dei est. Mulier sensata & tacita nõ est immutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiã, mulier sancta & pudorata. Omnis aũt põderatio nõ est digna continẽtis animæ. Et post xij. uersus, Et qui trãsgreditur à iustitia ad peccatũ, deus parauit eum ad rompheam. Et post quatuor uersus, Et qui quærit locupletari, auertit oculum suũ. Et Eccli 27 post tres uersus, Contereẽ delictum, si nõ in timore domini tenueris te instãter, cito subuertetur domus tua. Sicut in pertusura cribri remanebit puluis, sic aporia hominis in cogitatu illius. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tẽtatio tribulationis. Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic uerbũ ex cogitatu hominis cordis. Ante sermonẽ nõ collaudes uirũ: hæc enim tentatio est hominũ. Si sequeris iustitiã, apprehendes illã, & indues quasi pudorẽ honoris, & habitabis cũ ea, et proteget te in sempiternũ, & in die agnitionis inuenies firmamẽtũ. Volatilia ad sibi similia cõueniunt, & ueritas ad eos qui operantur illam reuertetur. Leo uenationi insidiatur semper, sic peccata operantib. iniquitatẽ. Homo sanctus in sapiẽtia manet sicut sol: nã stultus sicut luna immutatur. In medio insensatorũ serua uerbũ tẽporis: in medio autẽ cogitantiũ assiduus esto. Narratio peccantiũ odiosa, & risus eorũ in delictis peccati. Loquela multum iurãs horripilationẽ capiti statuet, et in reuerẽtia ipsius obturatio auriũ. Effusio sanguinis in rixa superborũ, & maledictio illorum auditus grauis. Qui denudat arcana amici, perdit fidẽ, et nõ inueniet amicũ ad animũ suũ. Dilige proximũ, & cõiungere fide cũ illo: Quòd si nudaueris abscõdita illius, non persequeris eũ. Sicut enim homo qui perdit amicũ suum, sic qui perdit amicitiã proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua, sic reliquisti proximũ tuũ, & non eum capies. Non illum sequeris, quoniã longe abest. Effugit eñ quasi caprea de laqueo, quoniã uulnerata est anima eius, & ultra eum non po

Universidad de Deusto
Biblioteca

teris colligare. Maledicti est cõcordatio: denuda
re aũt amici mysteria, desperatio est animæ infe- A
licis. Annuẽs oculis fabricat iniqua, & nemo eũ
abijciet. In cõspectu oculorũ tuorũ indulcabit os
suũ, & super sermones tuos admirabitur: Nouis-
sime autẽ peruertet os suũ, & in uerbis tuis dabit
scãdalũ. Multa audiui, & non coæquaui ei, & dñs
odiet illũ. Et post duos uersus, Qui foueam fodit,
decidet in illã: & qui statuit lapidẽ proximo, offẽ-
det in eo: & qui laqueũ alio parat, peribit in illo.
Facieti nequissimũ consiliũ super illũ deuoluet,
& nõ agnoscet unde aduenient illi. Illusio et impro
periũ superborũ, & uindicta sicut leo insidiabitur
Eccli 28 illi. Laqueo peribũt qui oblectantur casu iustorũ.
Et post tres uersus, Qui uindicari uult à deo, inue
niet uindictam, & peccata illius seruans seruabit.
Relinque proximo tuo nocẽti te, & tũc deprecãti B
tibi peccata soluẽtur. Homo homini seruat irã, &
à deo quærit medelã, In hominẽ similẽ sibi nõ ha-
bet misericordiã, & de peccatis suis deprecat. Ip-
se dum caro sit, seruat irã, & propitiationẽ petit à
deo. Quis exorabit pro delictis illius? Memento
nouissimorũ, & desine inimicari, Tabitudo enim
& mors imminet in mandatis dei. Memorare ti-
morẽ dei, & nõ irascaris proximo. Memorare te-
stamẽti altissimi, & despice ignorantiã. Abstine
te à lite, & minues peccata. Homo enim iracũdus
incendit litẽ, & uir peccator turbabit amicos, &
in medio pacem habentiũ immittit inimicitiã. Et
post quatuor uersus, Certamẽ festinatũ incendit
ignem, & lis festinans effundit sanguinem, & lin
gua testificãs adducit mortẽ. Si sufflaueris, quasi C
ignis exardebit: & si expueris super illam, extin-
guetur. Vtraq; ex ore proficiscũtur. Susurro & bi
linguis maledictus: multos enim turbauit pacem
habẽtes. Lingua tertia multos cõmouit, & dispe-
sit illos à gente in gentẽ. Ciuitates muratas diui-
tum destruxit, & domos magnatorũ effodit. Vir
tutes populorũ concidit, & gẽtes fortes dissoluit.
Lingua tertia mulieres uiratas eiecit, & priuauit
illas de laboribus suis, Qui respicit illã, nõ habebit
requiẽ, nec habebit amicũ in quo requiescat. Et
post aliquos uersus, Verbis tuis facito stateram, &
frenos ori tuo rectos: & attẽde ne forte labaris in
lingua, & cadas in conspectu inimicorũ insidian-
tium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.
Eccli 29 Qui facit misericordiam, fœneratur proximo: & D
qui præualet manu, mãdata seruat, Fœnerare, p-
ximo tibi, in tẽpore necessitatis illius: & iterũ red
de proximo in tẽpore suo. Confirma uerbũ, & fi-
deliter age cum illo: & in omni tẽpore inuenies
quod tibi necessariũ est. Multi quasi inuẽtionem
æstimauerunt fœnus, & pressiterũt molestiam ijs
qui se adiuuerunt. Et post aliquos uersus, Verũ
tamen super humilem animo fortior esto, & pro
eleemosyna non trahas illum. Propter mandata
assume pauperẽ, & propter inopiã illius ne dimit
tas eum uacuũ. Perde pecuniã tuam propter fra-
trem & amicũ, & non abscondas illam sub lapide
in perditionẽ. Pone thesaurũ tuum in præceptis
altissimi, & proderit tibi magis q̃ aurũ. Conclu-

de eleemosynã in corde pauperis, & hæc pro te
exorabit ab omni malo. Super scutũ potentis, &
super lanceam aduersus inimicũ tuum pugnabit.
Vir bonus fidem facit proximo suo, & qui perdi
derit, confusionẽ derelinquet sibi. Gratiã fideius-
soris ne obliuiscaris, dedit enim pro te animã suã.
Repromissorẽ fugit peccator & immũdus. Bona
repromissoris sibi adscribit peccator, & ingratus
sensu derelinquit liberantẽ se. Vir repromittit de
proximo suo, & cum perdiderit reuerentiã, dere-
linquet ab eo. Repromissio nequissima multos
perdidit diligentes, & cõmouit illos quasi fluctus
maris. Viros potẽtes gyrans migrare fecit, & ua
gati sunt in gentib. alienis. Peccator trãsgrediens
mandata domini, incidet in promissionẽ nequã.
Et post unum uersum, Recupera proximũ secun
dum uirtutem tuam, & intende tibi ne incidas. Et B
post aliquos uersus, Qui diligit filiũ suũ assiduat Eccli 30
illi flagella, ut lætetur in nouissimo suo. Qui do-
cet filium suum, laudabitur in illo. Et post decem
uersus, Equus indomitus euadet durus, & filius
remissus euadit præceps. Lacta filium, & pauen-
tem te faciet. Lude cum illo, & cõtristabit te. Nõ
corrideas illi, ne doleas in nouissimo, & obstupe
scant dẽtes tui. Non des illi potestatẽ in iuuẽtute,
& ne despicias cogitatus illius. Curua ceruicem
eius in iuuentute, et tunde latera eius dum infans
est: ne forte induret & non credat tibi, & erit tibi
dolor animæ. Doce filium tuũ, & operare in illo,
ne in turpitudine illius confundaris. Melior est
pauper sanus & fortis uiribus, q̃ diues imbecil-
lis & flagellatus malitia. Salus animæ in sanctita-
te iustitiæ, & melior omni auro & argẽto: & cor-
pus ualidũ, q̃ census immẽsus. Nõ est census sup
censum salutis corporis: et nõ est oblectatio super
cordis gaudiũ. Melior est mors q̃ uita amara, &
requies æterna q̃ lãguor perseuerãs. Bona abscõ
dita in ore clauso, quasi appositiones epularũ cir-
cumpositæ sepulchro. Et post quinq; uersus, Tri-
stitiã nõ des animæ tuę, & nõ affligas temetipsum
in cõsilio tuo. Iucũditas cordis hæc est uita homi-
nis, & thesaurus sine defectiõe sanctitatis, & exul
tatio uiri est longæuitas. Miserere animæ tuæ pla
cens deo, & cõtine: & cõgrega cor tuũ in sanctita
te eius, & tristitiã longe expelle à te. Multos enim
occidit tristitia, & nõ est utilitas in illa. Zelus &
iracundia minuẽt dies, & ante tempus senectam
adducit cogitatus. Et post aliquos uersus, Qui au
rum diligit, nõ iustificabitur: & qui insequit̃ con Eccli 31
sumptionẽ, replebitur ex ea. Multi dati sunt in au
ri casus, & facta est in specie illius perditio illorũ.
Lignũ offensionis est aurũ sacrificantium: uæ illis
qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet
in illo. Beatus diues, qui inuẽtus est sine macula:
& qui post aurũ nõ abijt, nec sperauit in pecunia
& thesauris. Quis est hic, & laudabimus eũ, fecit
enim mirabilia in uita sua? Quis probatus est in il
lo, & perfectus est, & erit illi gloria æterna? Qui
potuit trãsgredi, & non est transgressus, & facere
mala, & nõ fecit, Ideo stabilita sunt bona illius in
deo, & eleemosynas illius enarrabit Ecclesia san-
ctorum

ctorũ. Et post aliquos uersus, Vtere quasi homo
frugi ijs quę tibi apponunt̃, ut nõ cũ mãducas mul A
tum, odio habearis. Cessa prior disciplinæ causa,
& noli nimius esse, ne forte offendas. Et si in me-
dio multorũ sedisti, prior illis non extẽdas manũ
tuã, nec prior poscas bibere. Quàm sufficiens est
homini erudito uinũ exiguũ. Et post aliquos uer-
sus, Diligẽtes in uino noli prouocare, multos enim
Eccli 32 exterminauit uinũ. Et post aliquos uersus, Loque
re maior natu, decet enim te: primũ uerbũ diligen
ti scientiã, & nõ impedias Musicam. Vbi auditus
nõ est, nõ effundas sermonem: & importune noli
extolli in sapiẽtia tua. Et post quinq; uersus, Ado-
lescens loquere in tua causa, uix cũ necesse fuerit:
Si bis interrogatus fueris, habeat caput respõsum
tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacẽs si-
mul & quęrẽs. In medio magnatorũ loqui nõ præ B
sumas: & ubi sunt senes, nõ multũ loquaris. Ante
grandinẽ præibit coruscatio, et ante uerecũdiam
præibit gratia, & pro reuerentia accedit tibi bo-
na gratia. Præcurre autem prior in domũ tuam, et
illic aduocare, et illic lude, et age cõceptiões tuas,
& nõ in delictis et uerbo supbo. Et sup his omni-
bus benedicito deũ, qui fecit te, & inebriauit te in
omnib. bonis suis. Qui timet deũ, excipiet doctri
nam eius: & qui uigilauerint ad illũ, inuenient be
nedictionẽ. Qui quærit legẽ, replebit̃ ab ea: et qui
insidiose agit, scãdalizabit̃ in ea. Qui timent dñm
inuenient̃ iudiciũ iustum, & iustitiã quasi lumen ac
cendent. Peccator homo deuitabit correptionẽ,
& secũdum uoluntatẽ suã inueniet cõparationẽ.
Vir cõsilij nõ disperdet intelligentiã. Et post qua C
tuor uersus, Fili, sine cõsilio nihil facias: & post fa
ctũ nõ pœnitebis. Et post paucos uersus, Qui cre-
dit deo, attẽdet mãdatis, et qui cõfidunt in illo, nõ
Eccli 33 minorabunt̃. Timẽti dñm, nõ occurrũt mala, sed
in tẽtatione deus illũ cõseruabit, & liberabit à ma
lis. Sapiens nõ odit mandata & iustitias: & nõ il-
lidet̃ quasi nauis in pcella. Homo sensatus credit
legi dei, & lex illi fidelis. Qui interrogationẽ ma-
Eccli 34 nifestat, parabit uerbum. Et post paululum, Vana
spes, & mendaciũ uiro insensato: & somnia extol
lunt imprudẽtes. Et quasi q̃ apprehẽdit umbrã, &
sequit̃ uentũ: sic & qui attẽdit ad uisa mẽdacia. Se
cundũ hoc uisio somniorũ, ante faciẽ hominis si-
militudo hominis. Ab immũdo quid mũdabit̃, & D
à mẽdace quid uerũ dicet̃? Diuinatio erroris et au
guria mẽdacia, & somnia male faciẽtium uanitas
est. Et sicut parturiẽtis cor tuũ phãtasias patit̃, nisi
ab altissimo fuerit emissa uisitatio. Ne dederis il-
lis cor tuũ, Multos em̃ errare fecerunt somnia, &
exciderũt sperantes in illis. Sine mẽdacio cõsum-
mabit̃ uerbũ, & sapientia in ore fidelis contẽpla-
bit̃. Et post quinq; uersus, Multa uidi enarrando,
& plurimas uerborũ cõsuetudines, Aliquotiens
usq; ad mortẽ periclitatus sum horum causa, & li-
beratus sum gratia dei. Spiritus timentium deum
querit̃, et in respectu illius benedicent̃. Spes enim
illorũ in saluantẽ illos, & oculi dei in diligẽtes se.
Qui timet dominum nihil trepidabit: et nõ pauе-
bit, quoniã ipse est spes eius. Timentis dñm, bea-

ta est anima. Ad quẽ respicit, et quis est fortitudo
eius? Oculi dñi super timẽtes eum: protector po- A
tentię, firmamentũ uirtutis, tegimẽ ardoris, et um
braculũ meridianũ, deprecatio offensionis, et ad-
iutoriũ casus, exaltans animã, et illumĩnans ocu-
los, dans sanitatẽ et uitam et benedictionẽ. Immo
lantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt
beneplacitæ subsannationes iniustorũ. Dominus
solus subsistinẽtib. se in uia ueritatis et iustitiæ. Do
na iniquorũ nõ probat altissimus, nec respicit in
oblationibus iniquorũ, nec in multitudine sacrifi
ciorũ eorũ propitiabit̃ peccatis. Qui offert sacrifi
cium ex substãtia pauperũ, quasi qui uictimat fili
um in cõspectu patris sui. Panis indigẽtium, uita
paupis est: qui defraudat illũ, homo sanguinũ est.
Qui aufert in sudore panẽ, quasi qui occidit pro- B
ximũ suũ: qui effundit sanguinẽ, et qui fraudẽ fa-
cit mercenario, fratres sunt. Vnus ædificãs, et al-
ter destruens, quid prodest illis nisi labor? Vnus
orãs, et alter maledicẽs, cuius uocẽ exaudiet dñs?
Qui baptizat̃ à mortuo, et iterũ tangit illũ, quid
proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in pec
catis suis, et iterũ eadẽ faciẽs, quid proficit humiliã
do se? Orationẽ eius quis exaudiet? Qui conser- Eccli 35
uat legẽ multiplicat orationem: sacrificiũ salutare
est attẽdere mãdatis, et discedere ab omni iniqui-
tate, et propitiationẽ litare sacrificijs super iniusti
tias, et deprecatio pro peccatis, recedere ab iniu-
stitia. Et post paucos uersus, Nõ apparebis in cõ-
spectu dei uacuus. Hęc omnia propter mãdata domi
ni fiũt. Oblatio iusti impinguat altare, et odor suа
uitatis est in cõspectu altissimi. Sacrificiũ iusti ac- C
ceptũ est, et memoriã eius nõ obliuiscet̃ dñs. Bo-
no animo gloriã redde deo, et nõ minuas primi-
tias manuũ tuarũ. In omni dato hilarẽ fac uultum
tuũ, et in exaltatione sanctifica decimas tuas. Da
altissimo secũdũ datũ eius, et in bono oculo adin-
uentionẽ facito manuũ tuarũ: quoniam dñs retri
buens est, et septies reddet tantũ tibi. Noli offerre
munera praua: nõ em̃ suscipiet illa. Noli respice-
re sacrificiũ iniustũ, quoniã dñs uindex est, et non
est apud illũ gloria psonę. Nõ accipiet dñs psonã
in pauperẽ, et precationẽ lesi exaudiet. Nõ despi
ciet preces pupilli, nec uiduæ: si effundit loquelã
gemitus. Nõne lachryma ad maxillã descẽdit, &
exclamatio à maxilla ascẽdit, propter illud quod de
scẽdit sup illam? Et post quatuor uersus, Oratio D
humiliãtis se, nubes penetrabit. Et post aliquãtũ, Eccli 37
Cũ uiro sancto assiduus esto quẽcunq; cognoue-
ris obseruantẽ timorẽ dei, cuius animа est secũdũ
animã tuã. Et post quinq; uersus, Et in his omnib.
deprecare altissimũ, ut dirigat in ueritate uiã tuã.
Et post aliquot uersus, Fili, in uita tẽta animã tuã,
et si fuerit nequã, nõ des illi potestatẽ. Non em̃ o-
mnib. omnia expediũt, et nõ omni animę omne ge
nus placet. Noli auidus esse in omni epulatiõe, et
nõ te effũdas sup omnẽ escã. Et post quatuor uer-
sus, Honora medicũ, propter necessitatẽ etem̃ illũ Eccli 38
creauit altissimus. A deo est medela, et à rege acci
piet donationẽ. Disciplina medici exaltabit caput
ipsius, & in cõspectu magnatorũ collaudabitur al

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiſsimus. Altiſsimus creauit de terra medicinã, et uir prudens nõ abhorrebit illã. Nónne à ligno in dulcata eſt aqua amara? Ad agnitionẽ hominum uirtus illius, Et dedit homini ſcientiã altiſsimus, honorari in mirabilib. ſuis, in his curãs mitigauit dolorẽ ipſorũ. Et poſt quatuor uerſus, Fili, in tua infirmitate nõ deſperes, ſed ora dominũ et ipſe curabit te. Auerte à delicto, et dirige manus, et ab omni delicto mũda cor tuũ. Et poſt unum uerſum, Et impingua oblationẽ, & da locũ medico. Etemĩ illũ dñs creauit, et nõ diſcedat à te, quoniã opera eius ſunt neceſſaria. Eſt enim quando in manus illorũ incurras, ipſi uero dñm deprecabunt, ut dirigat requiẽ eorũ et ſanitatẽ propter cõuerſationẽ illorum. Et poſt unũ uerſum, Fili in mortuũ, pduc lachrymas, et quaſi dira paſſus incipe plorare. Et ſecundũ iudiciũ cõtege corpus illius, & nõ deſpici- B as ſepulturã illius. Propter delaturã amare fer luctũ illius una die, & cõſolare, pter triſtitiã: & fac luctũ ſecundũ meritũ eius uno die uel duobus, p̃pter detractionem. A triſtitia enim feſtinat mors & cooperiet uirtutẽ, & triſtitia cordis flectet cer- uicem. Et poſt unũ uerſum, Nõ dederis in triſtitiã cor tuũ. Et poſt nouẽ uerſus, Sapiẽtiã ſcribe in tẽ- pore uacuitatis, & qui minorat actu ſapientiã pci Eccli 39 piet. Et paulopoſt, In uoce dicito, Obaudite me di uini fructus aquarũ, & quaſi roſa plãtata ſup riuũ fructificate, Quaſi Libanus odorẽ ſuauitatis habete. Florete flores quaſi lilium, date odorẽ, et frondete in gratiã & collaudate canticũ. et benedicite dominũ in operibus ſuis. Date magnificentiã nomini eius, et cõfitemini illi in uoce labiorũ ueſtro C rum. In canticis labiorũ & citharis, & ſic dicetis in cõfeſſione, Opera domini uniuerſa bona ualde. In uerbo eius ſtetit aqua ſicut cõgeries, et in ſermone oris eius ſicut exceptoria aquarũ: quoniã in præcepto ipſius placor ſit, & nõ eſt minoratio in ſalute illius. Opa omnis carnis corã illo, et non eſt quicquã abſconditũ ab oculis eius. A ſeculo et uſq; in ſeculũ reſpiciet, & nihil eſt mirabile in conſpectu eius. Non eſt dicere, quid eſt hoc, aut quid eſt illud: omnia emĩ in tẽpore ſuo quærent. Et pau- Eccli 40 loposſt, Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus & miſericordia in ſeculo pmanet. Et poſt duodecim uerſus, Fratres in adiutoriũ in tẽpore tribulationis, & ſup eos miſericordia liberabit. Et poſt Eccli 41 paululũ, Sapiẽtia emĩ abſcondita, & theſaurus occ D ultus, quæ utilitas in utriſq;? Melior eſt homo qui abſcõdit ſtultitiã ſuam, q̃ qui abſcõdit ſapientiam Eccli 43 ſuã. Et aliquãto poſt, Benedicentes dominũ exaltate illum quantũ poteſtis, maior eſt omni laude, Eccli 51 Exaltãtes eũ replemini uirtute. Et poſt multa, Appropiate ad me indocti, et cõgregamini in domũ diſciplinæ, Quid adhuc retardatis, & quid adhuc dicetis in his? Animę ueſtræ ſitiũt uehemẽter. Aperui os meũ & locutus ſum, Cõparate uobis ſine argẽto ſapientiã, et collũ ueſtrũ ſubijcite iugo, & ſuſcipiet anima ueſtra diſciplinã. In proximo emĩ eſt inuenire eã. Videte oculis ueſtris, quoniã modice laboraui, et inueni mihi multã requiẽ. Aſſumite diſciplinã in multo numero argenti, et copioſum aurũ poſſidete in ea. Lætaẽ anima ueſtra in miſericordia eius, et nõ cõfundemini in laude ipſius. Operamini opus ueſtrũ ante tempus, et dabit uobis mercedem ueſtram in tempore ſuo.

Ex libro Tobiæ iſta ponenda credidimus.

HOnorẽ habebis matrĩ tuę omnibus diebus Tobiæ 4
uitæ eius: Memor emĩ eſſe debes, quę et quã ta pericula paſſa ſit, ppter te in utero ſuo. Et poſt duos uerſus, Omnibus aũt diebus uitæ tuę deum in mẽte habe, et caue ne aliquãdo peccato cõſentias, et prętermittas præcepta dei tui. Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynã, et noli auertere faciẽ tuam ab ullo paupe. Ita emĩ fiet, ut nec à te auertaẽ facies domini. Quõ potueris, ita eſto miſericors. Si multũ tibi fuerit, abũdanter tribue: ſi exiguũ fuerit, etiã exiguũ libẽter impertire ſtude. Præmiũ enim tibi bonũ theſaurizas in die neceſſitatis: quoniã eleemoſyna ab omni peccato et à morte liberat, et nõ patiẽ animam ire in tenebras. Fiducia magna erit corã ſummo deo eleemoſyna omnib. qui faciunt eam. Attẽde tibi fili ab omni fornicatione, et præter uxorẽ tuã nunquã patiaris crimen ſcire. Supbiam aũt nũquã in tuo ſenſu, aut in tuo uerbo dominari permittas. In ipſa emĩ initiũ ſumpſit omnis perditio. Quicunq; aliquid tibi operatus fuerit, ſtatim mercedẽ ei reſtitue, et merces mercenarij apud te omnino non maneat. Quod ab alio odis fieri tibi, uide ne alteri tu aliquãdo facias. Panem tuũ cũ eſurientib. egenis comede, & de ueſtimẽtis tuis nudos tege. Et poſt duos uerſus, Cõſilium ſemper à ſapiẽte perquire. Omni tẽpore benedic deũ, et pete ab eo ut uias tuas dirigat, & oĩa cõſilia tua in ipſo permaneant. Et poſt ſeptẽ uerſus, Noli timere fili mi, pauperẽ quidẽ uitã gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus deũ, et receſſerimus ab omni peccato, & fecerim⁹ bene. Et poſt multa: tũc Raphael dixit eis occulte, Bene Tob. 12 dicite deũ cœli, & corã omnib. uiuẽtibus cõfitemini illi, quoniã fecit uobiſcũ miſericordiã ſuam. Etenim ſacramẽtũ regis abſcõdere bonũ eſt, opera aũt dei reuelare & confiteri honorificũ eſt. Bona eſt oratio cũ ieiunio & eleemoſyna, magis q̃ theſauros auri cõdere: quoniã eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire uitã æternã. Qui autẽ faciunt peccatũ et iniquitatẽ, hoſtes ſunt animæ ſuæ. Et paulopoſt, Tob. 14 Audite ergo me filij patrem ueſtrũ, Seruite domino in ueritate, & inquirite ut faciatis quę ſunt placita illi, Et filijs ueſtris mãdate, ut faciant iuſtitias & eleemoſynas ut ſint memores dei, et benedicãt eum in omni tempore, in ueritate & in tota uirtute ſua. Iam nunc quoniã non omnes libri canonici ueteris q̃ Teſtamenti huic operi noſtro neceſſaria dederunt: neq; ij qui dederunt, ex omnib. ſuis locis conueniebant ut darent, ſed ex eis tantum, ubi apertiora morum bonorum præcepta compe rimus: ſiue ubi utilia iubentur: ſiue ubi contraria prohibentur: ad ſacras literas Euãgelicas & Apoſtolicas trãſeamus. Caput in canone Teſtamẽti noui notiſſima & præclariſſima quatuor Euãgelia tenuerunt, in quorum primo, quod ſecundum

dum Matthæũ eſt, ea quę nobis ſunt ad hoc opus quod ſuſcepimus congrua, uideamus.

Ex Euangelio ſecundũ Matthæum. Cap. 5

IDENS autẽ dñs turbas, aſcẽdit in montẽ. Et cum ſediſſet, acceſſerũt ad V eum diſcipuli eius. Et aperiẽs os ſuũ docebat eos dicens, Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Beati mites, quoniã ipſi poſſidebũt terrã. Beati qui lugẽt, quoniã ipſi cõſolabunt. Beati qui eſuriunt et ſitiũt iuſtitiã, quoniã ipſi ſaturabunt. Beati miſericordes, quoniã ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mũdo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Beati pacifici, quoniã filij dei uocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã, quoniã ipſorum eſt regnũ cœlorum. Beati eſtis cum maledixerint uobis homines, et perſecuti uos fuerint, et dixerint omne malũ aduerſum B uos mentiẽtes propter me, Gaudete et exultate, quoniã merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Sic emĩ pſecuti ſunt Prophetas, qui fuerũt ante uos. Vos eſtis ſal terræ, Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum ualet ultra, niſi ut mittat foras, et cõculcet ab hominibus. Vos eſtis lux mũdi. Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita, Neq; accendũt lucernã, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrũ, ut luceat omnib. qui in domo ſunt. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, et glorificent patrẽ ueſtrum qui in cœlis eſt. Nolite putare, quoniã ueni ſoluere legem, aut Prophetas, Non ueni ſoluere, ſed adimplere. Amen dico uobis, donec tranſeat cœlum et terra, iota unum, aut unus apex nõ præ- C teribit à lege donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus uocabit in regno cœlorũ: qui aũt fecerit et docuerit, hic magnus uocabit in regno cœlorũ. Dico autẽ uobis, quoniã niſi abundauerit iuſtitia ueſtra plus q̃ Scribarum & Phari Exod. 20 ſæorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorum. Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Non occides: Qui autẽ occiderit, reus erit iudicio. Ego aũt dico uobis, quia Deut. 5 oĩs qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit conſilio. Qui autẽ dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuũ ante altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuũ ante altare & ua- D de prius reconciliari fratri tuo, & tũc ueniens offeres munus tuum. Eſto cõſentiẽs aduerſario tuo cito dum es in uia cũ eo, ne forte tradat te aduerſarius iudici, et iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amẽ dico tibi, nõ exies inde donec reddas nouiſſimũ quadrantẽ. Audiſtis quia dictũ Exod. 20 eſt antiquis, Nõ mœchaberis. Ego autẽ dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdũ eam, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizet te, erue eum, & proijce eũ abs te. Expedit enim tibi ut unũ pereat membrorũ tuorũ, q̃ totum corpus tuũ eat in gehennã. Dictũ eſt autẽ, Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam det illi libellũ repudij. Ego autẽ dico uobis, quia omnis qui dimiſerit uxorẽ ſuã, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat. Iterũ audiſtis quia dictum eſt antiquis, Nõ peierabis. Reddes autẽ domino iuramenta tua. Ego autẽ dico uobis, Nõ iurare omnino, neq; per cœlũ, quia thronus dei eſt: neq; per terrã, quia ſcabellum pedũ eius eſt, neq; p Hieroſolymã, quia ciuitas eſt magni regis. Neq; per caput tuũ iuraueris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrũ. Sit autẽ ſermo ueſter eſt, eſt: non, non: quod aũt his abũdantius eſt, à malo eſt. Audiſtis, quia dictũ eſt, Oculũ pro oculo, et dentem pro dente. Ego autẽ dico uobis, non Exod. 21 Deut. 19 reſiſtere malo, ſed ſi quis te pcuſſerit in dexteram maxillam tuã, præbe illi & alteram: & ei qui uult tecũ in iudicio contendere, & tunicã tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit ire mille paſſus, uade cũ illo alia duo. Qui petit à te, da ei: & uolentem mutuare à te, ne auertaris. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Diliges proximum tuũ, & odies inimicum tuum. Ego aũt dico Levit. 19 Deut. 23 uobis, Diligite inimicos ueſtros, benefacite iis q uos oderunt, & orate pro perſequentibus & calũniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Si emĩ diligitis eos qui uos diligũt, quã mercedẽ habebitis? nõne & publicani hoc faciũt? Et ſi ſalutauerĩtis fratres ueſtros tantũ, quid amplius facitis? Nõne & Ethnici hoc faciũt? Eſtote ergo uos pfecti, ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Attẽdite ne iuſti- Matth. 6 tiam ueſtrã faciatis corã hominibus, ut uideamini ab eis. Alioquin mercedẽ nõ habebitis apud patrem ueſtrũ qui in cœlis eſt. Cũ ergo facis eleemoſynã, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritę faciunt in ſynagogis & in uicis, ut honorificentur ab hominib. Amẽ dico uobis, receperũt mercedem ſuã. Te aũt faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſcõſo, et pater tuus qui uidet in abſcõſo reddet tibi. Et cum oratis non eritis ſicut hypocritæ, qui amãt in ſynagogis & in angulis plateaũ ſtantes orare, ut uideant ab hominibus. Amẽ dico uobis, receperũt mercedẽ ſuam. Tu aũt cum oraueris, intra in cubiculũ tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuũ in abſcõſo: & pater tuus qui uidet in abſconſo, reddet tibi. Orantes autem nolite multũ loqui ſicut Ethnici: putãt emĩ quia in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis: ſcit emĩ pater ueſter quid opus ſit uobis antequam petatis eum. Sic ergo orabitis, Pater noſter qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnũ tuum, Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet et uobis pa-

ter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter uester cœlestis delicta uestra. Si aũt non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Cum autẽ ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminãt em facies suas ut appareãt hominibus ieiunãtes. Amen dico uobis, perceperũt mercedẽ suam. Tu aũt cũ ieiunas, unge caput tuũ, & laua faciẽ tuã, ne uidearis hominibus ieiunãs, sed patri tuo qui est in abscõso: & pater tuus qui uidet in abscõso, reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolit, & ubi fures effodiũt & furantur. Thesaurizate aũt uobis thesauros in cœlo, ubi neq; erugo neq; tinea demolit, & ubi fures non effodiũt nec furant. Vbi em est thesaur⁹ tuus, ibi est & cor tuũ. Lucerna corporis tui est oculus. Si fuerit oculus tuus simplex, totũ corpus tuum lucidum erit: Si aũt oculus tuus nequã fuerit, totũ corpus tuũ tenebrosum erit. Si ergo lumẽ quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unũ odio habebit, et alterũ diliget: aut unũ sustinebit, & alterũ cõtemnet. Nõ potestis deo seruire & mamonæ. Ideo dico uobis, ne solliciti sitis animæ uestræ quid mãducetis, neq; corpori uestro quid induamini. Nõne anima plus est q̃ esca, & corpus plus q̃ uestimẽtũ? Respicite uolatilia cœli, quoniã nõ serũt, neq; metũt, neq; cõgregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa. Nónne uos magis pluris estis illis? Quis aũt uestrum cogitans potest adijcere ad staturã suã cubitũ unũ? Et de uestimẽtis quid solliciti estis? Cõsiderate lilia agri quo modo crescũt, nõ laborant, neque nent. Dico autem uobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si aũt fœnũ agri quod hodie est, et cras in clibanũ mittit, deus sic uestit, quanto magis uos minimæ fidei? Nolite ergo solliciti esse dicẽtes, quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gẽtes inquirũt: scit enim pater uester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primũ regnum dei & iustitiã eius, et hæc omnia adijcientur uobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinũ, Crastinus em dies solicitus est sibijpsi. Sufficit diei malitia sua.

Matth. 7 Nolite iudicare, ut nõ iudicemini. In quo em iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mẽsura mensi fueritis, remetietur uobis. Quid aũt uides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non uides? Aut quomodo dicis fratri tuo, sine ejsciam festucã de oculo tuo, et ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita, ejsce primũ trabẽ de oculo tuo, & tũc uidebis ejscere festucã de oculo fratris tui. Nolite sanctũ dare canibus, neq; miseritis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & cõuersi dirũpant uos. Petite et dabit uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, et pulsanti aperiet. Aut quis ex uobis homo, quẽ si petierit filius suus panẽ, nũquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscẽ petit, nũquid serpentẽ dabit ei? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quãto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petẽtib. se. Omnia ergo quæcũq; uultis ut faciãt uobis homines, & uos facite eis. Hæc est enim lex & ꝓphetæ. Intrate per angustam portã, quia lata porta & spatiosa uia quæ ducit ad perditionẽ, & multi sunt qui intrant per eã. Quàm angusta porta & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite à falsis Prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouiũ, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala aũt arbor, fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructũ bonũ excidetur & in ignẽ mittet. Igitur ex fructib. eorũ cognoscetis eos. Nõ omnis qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnũ cœlorũ, sed qui facit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorũ. Multi dicẽt mihi in illa die, Domine, domine, nónne in nomine tuo ꝓphetauimus, & in tuo nomine dæmonia eiecimus, et in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tũc cõfitebor illis, quia nunq̃ noui uos: Discedite à me qui opamini iniquitatẽ. Omnis ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, assimilabit uiro sapiẽti, qui ædificauit domum suã super petrã, & descẽdit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerũt uenti, & irruerũt in domum illã, & nõ cecidit: Fundata em erat supra petrã. Et omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, similis erit uiro stulto, qui ædificauit domũ suã supra arenã, et descẽdit pluuia, et uenerũt flumina, & flauerũt uenti, et irruerũt in domũ illam, et cecidit. & fuit ruina eius magna. Et paulopost,

Matth. 10 Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neq; argentũ, neq; pecuniã in zonis uestris: Non peram in uia, neq; duas tunicas, neq; calciamenta, neq; uirgã: Dignus est enim operarius cibo suo. In quancũq; ciuitatẽ aut castellũ intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. Intrãtes autẽ in domum, salutate eam dicentes, Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, ueniet pax uestra super illã: Si aũt non fuerit digna, pax uestra ad uos reuertetur. Et quicũq; nõ receperit uos neq; audierit sermones uestros, exeũtes foras, de domo uel de ciuitate, excutite puluerẽ de pedibus uestris: Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorreorũ in die iudicij, q̃ illi ciuitati. Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporũ. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colũbæ. Cauete aũt ab hominib. Tradent enim uos in cõcilijs, & in synagogis suis flagellabunt uos, & ad præsides & reges ducemini ꝓpter me in testimonium illis & gentibus. Cum aũt tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non em uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquit in uobis. Tradet autẽ frater fratrẽ in mortẽ, & pater filiũ, et insurgẽt filij in parẽtes, & morte eos afficiẽt: Et eritis odio omnib. hominibus

nibus propter nomẽ meũ. Qui autẽ perseueraverit usq; in finẽ, hic saluus erit. Cum aũt persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliã. Amen dico uobis, nõ consummabitis ciuitates Israel, donec ueniat filius hominis. Nõ est discipulus super magistrũ, nec seruus super dominũ suũ: Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ei⁹, & seruus sicut dominus eius. Si patrẽfamilias Beelzebub uocauerũt, quãto magis domesticos eius. Ne ergo timueritis eos. Nil enim opertũ est quod nõ reuelabitur, & occultũ quod non sciatur. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta, Et nolite timere eos qui occidũt corpus, animã aũt nõ possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest & animã et corpus perdere in gehennã. Nónne duo passeres asse ueneũt, et unus ex illis nõ cadet super terrã sine patre uestro? Vestri aũt et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos. Omnis ergo q cõfitebit me corã hominibus, cõfitebor et ego eũ corã patre meo qui in cœlis est. Qui aũt negauerit me corã hominibus, negabo & ego eũ corã patre meo q̃ in cœlis est. Noli arbitrari, quia uenerim pacẽ mittere in terrã. Non ueni pacẽ mittere, sed gladiũ. Veni enim separare hominẽ aduersus patrẽ suũ, & filiã aduersus matrẽ suam, et nurũ aduersus socrũ suã, et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrẽ plus q̃ me, nõ est me dignus. Et q̃ amat filiũ aut filiã super me, nõ est me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ suam & sequit me, nõ est me dignus. Qui inuenit animã suam, perdet illã. Et qui perdiderit animã suã propter me, inueniet eã. Qui recipit uos, me recipit, & qui me recipit, recipit eũ qui me misit. Qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ, mercedẽ Prophetę accipiet: Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet. Et quicũq; potũ dederit uni ex minimis istis, calicẽ aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli,

Matth. 11 Amen dico uobis, nõ perdet mercedẽ suã. Et paulopost, Cui aũt similẽ æstimabo generationẽ istã? Similis est pueris sedentib. in foro, qui clamãtes coæqualibus dicũt. Cecinimus uobis & nõ saltastis, lamẽtauimus, et nõ planxistis. Venit em Ioãnes neq; manducãs, neq; bibẽs: & dicũt, dæmoniũ habet. Venit filius hominis mãducãs, & bibẽs, et dicũt, Ecce homo uorax, et potator uini, publicanorũ et peccatorũ amicus: Et iustificata est sapiẽtia à filijs suis. Et post paululũ, Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos. Tollite iugũ meũ super uos, & discite à me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiẽ animabus uestris. Iugũ enim meũ suaue est, & onus meũ leue. Item post paululũ, Si aũt scire tis quid est, Misericordiã uolo, & nõ sacrificium, nunq̃ cõdemnassetis innocẽtes. Et post paululũ,

Matth. 12 Qui nõ est mecũ, contra me est: & qui nõ congregat mecũ, spargit. Ideo dico uobis, omne peccatũ & blasphemia remittetur hominib. spiritus autẽ blasphemia nõ remittetur. Et quicũq; dixerit uerbũ contra filiũ hominis, remittetur ei: Qui aũt dixerit cõtra spiritũ sanctũ, nõ remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Aut facite arborẽ bonã, & fructũ eius bonũ: aut facite arborẽ malã, et fructũ eius malũ. Siquidẽ ex fructu arbor cognoscitur. Progenies uiperarũ, quomõ potestis bona loqui cũ sitis mali? Ex abũdantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, & malus homo de malo thesauro, ꝓfert mala. Dico aũt uobis, quoniã omne uerbũ ociosum quod locuti fuerint homines, reddẽt rationẽ de eo in die iudicij. Ex uerbis em tuis iustificaberis, et ex uerbis tuis condẽnaberis. Et post aliquãtũ: Audite et intelligite. Nõ quod intrat in

Matth. 15 os, coinquinat hominẽ, sed quod ꝓcedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Et paulopost, Respondẽs aũt Petrus, dixit ei: Edissere nobis parabolã istã, At ille dixit: Adhuc et uos sine itellectu estis? Nõ intelligitis, quia omne q̃d in os intrat, in uentrem uadit, et in secessum emittit: Quæ autẽ procedũt de ore, de corde exeũt, & ea coinquinãt hominẽ. De corde enim exeũt cogitatiões malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominẽ: Non lotis autẽ manibus mãducare, non coinquinat hominẽ. Item post aliquantũ, Tũc dixit Iesus discipulis suis: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, et tollat crucẽ suã, & sequat̃ me. Qui enim uoluerit animã suã saluã facere, perdet eã. Qui autem perdiderit animã suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundũ uniuersum lucretur, animæ uero cõmutationẽ pro anima sua? Filius em hominis uenturus est in gloria patris sui cũ angelis suis, & tũc reddet unicuiq; secũdũ opera eius. Itẽ aliquanto post: Amen dico uobis, nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cœlorũ. Quicũq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorũ: Et q̃ susceperit unũ paruulũ talem in nomine meo, me suscipit. Qui aũt scãdalizauerit unũ de pusillis istis qui in me credũt, expedit ei ut suspendat̃ mola asinaria in collo eius, & demergat̃ in profundũ maris. Væ mũdo à scãdalis, necesse est enim ut ueniant scãdala: Verũtamen uæ homini per quẽ scãdalũ uenit. Si aũt manus tua uel pes tuus scãdalizet te, abscide eũ & proijce abs te: Bonũ est tibi ad uitã ingredi debilem, q̃ duas manus, uel duos pedes habentẽ, mitti in ignem æternũ. Et si oculus tuus scandalizet te, erue eum et proijce abs te: Bonum est tibi cum uno oculo in uitã intrare, q̃ duos oculos habentem mitti in gehennã ignis. Videte ne contẽnatis unum ex his pusillis. Dico aũt uobis, quia angeli eorũ in cœlis semper uident faciẽ patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Et paulopost, Si aũt peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eũ inter te et ipsum solũ: Si te audierit, lucratus es fratrem tuũ: Si aũt te nõ audierit, adhibe tecũ adhuc unũ uel duos, ut in ore duorũ testium uel triũ stet omne uerbũ. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ:

si autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

si autẽ et Ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis, quæcũq; al- A
ligaueritis sup terrã, erũt ligata & in cœlo, et quæcunq; solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlo. Iterũ dico uobis, quia si duo ex uobis cõsenserint sup terrã, de oĩ re quecũq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi eñ sunt duo uel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Tunc accedens Petrus ad eũ, dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittã ei? Vsq; septies? Dicit illi Iesus: Nõ dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies. Ideo assimilatũ est regnũ cœlorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cũ seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat decẽ milia talenta, Cũ autẽ nõ haberet unde redderet, iussit eũ domin⁹ uenũdari, & uxorẽ eius et filios, B
& omnia quę habebat, et reddi. Procidens aũt seruus ille orabat eũ, dicẽs, Patientiã habe in me domine, et omnia reddã tibi. Misertus aũt dominus serui illius, dimisit eum, et debitũ dimisit ei. Egressus aũt seruus ille, inuenit unum de cõseruis suis, qui debebat ei centũ denarios, et tenẽs suffocabat eũ, dicens, Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eũ, dicens; Patientiã habe in me, & omnia reddam tibi. Ille aũt noluit, sed abijt & misit eũ in carcerẽ, donec redderet debitũ. Videntes aũt cõserui eius quę fiebãt, contristati sunt ualde: Et uenerũt, & narrauerũt domino suo omnia quæ facta fuerant: Tũc uocauit illũ dominus suus, et ait illi, Serue nequam, omne debitũ dimisi tibi, quoniã rogasti me: Nónne ergo oportuit & C
te misereri conserui tui, sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dñs eius, tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet uniuersum debitũ. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si nõ remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Et paulo
Matth. 19 post, Et accesserũt ad eum Pharisęi, tentantes eũ, & dicẽtes, Si licet homini dimittere uxorẽ suam
Gen. 1 quacũq; ex causa? Qui respõdens, ait eis, Non legistis, quia qui fecit hominẽ ab initio, masculũ & fœminã fecit eos: Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrẽ & matrẽ, et adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaq; iam nõ sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus cõiunxit, homo nõ separet. Dicũt illi, Quid ergo Moyses mãdauit da-
Deut. 24 re libellũ repudij et dimittere? Ait illis, Quoniam D
Moyses ad duritiã cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, Ab initio aũt non fuit sic: Dico aũt uobis, quia quicũq; dimiserit uxorẽ suã, nisi ob fornicationẽ, et aliã duxerit, mœchat, et q dimissam duxerit, mœchat, Dicũt illi discipuli eius: Si ita est causa hois cũ uxore, nõ expedit nubere. Qui dixit, Nõ oĩes capiũt uerbũ istud, sed quibus datũ est. Sũt eñ eunuchi qui de matris utero sic nati sunt: Et sunt eunuchi, q facti sunt ab hominib. Et sunt eunuchi q seipsos eunuchizauerũt ꝓpter regnũ cœlorũ. Qui potest cape, capiat. Tũc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret et oraret. Discipuli aũt increpabãt eos. Iesus uero ait eis: Sinite ꝓuulos, et nolite eos ꝓhibere ad me uenire: Talium est eñ regnũ cœlorũ. Et cũ imposuisset eis manus, abijt inde. Et ecce unus accedẽs ait illi: Magister bone, quid boni faciã, ut habeam uitam æternã? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus deus. Si aũt uis ingredi ad uitã, serua mãdata. Dicit ei, Quæ? Iesus aũt dixit.
Exod. 20 Non homicidiũ facies, nõ adulterabis, nõ facies furtum, nõ falsum testimoniũ dices, Honora patrem tuũ & matrẽ: Et diliges proximũ tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescẽs, Omnia hæc custodiui: Quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si uis perfectus esse, uade, uẽde quæ habes, & da pauperib⁹, et habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me. Cum aũt audisset uerbum adolescẽs, abijt tristis: Erat enim habẽs multas possessiones. Iesus autẽ dixit discipulis suis: Amẽ dico uobis, quia diues
B difficile intrabit in regnũ cœlorũ. Et iterum dico uobis, Facilius est camelũ per foramen acus trãsire, q̃ diuitẽ intrare in regnũ cœlorũ. Audito aũtem his, discipuli mirabãtur ualde, dicẽtes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciẽs aũt Iesus, dixit illis, Apud homines hoc impossibile est: apud deum aũt omnia possibilia sunt. Tũc respõdens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, Quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit illis: Amẽ dico uobis, q̃ uos qui secuti estis me, in regeneratione cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis et uos sup sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israel. Et oĩs qui reliquerit domũ, uel fratres, aut sorores, aut patrẽ aut matrẽ, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomẽ meũ, centuplũ accipiet, & uitã ęternam possidebit. Multi aũt erũt primi nouissimi,
Matth. 20 & nouissimi primi. Et paulo post: Sicut filius hominis nõ uenit ministrari, sed ministrare, et dare
Matth. 22 animã suam redemptionẽ pro multis. Et aliquãto post, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, &
Deut. 6 quæ sunt dei deo. Et alibi, Diliges dominũ deum tuũ in toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximũ & primũ mandatum. Secundũ autem simile est huic, Diliges pro-
Leuit. 19 ximũ tuũ sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet et prophetæ, Et post paucos uersus, Tũc Iesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos, dicẽs: Super cathedrã Moysi sederũt Scribæ et Pharisæi, Oĩa ergo quęcũq; dixerint uobis seruate & facite, secundũ opera uero eorũ D
nolite facere: Dicũt enim et nõ faciũt. Alligãt aũt onera grauia et importabilia, et imponunt in humeros hominũ, digito autẽ suo nolũt ea mouere. Omnia uero opera sua faciũt, ut uideant ab hominibus. Dilatãt eñ phylacteria sua, & magnificãt fimbrias. Amãt autẽ primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro, et uocari ab hominibus, Rabbi. Vos autẽ nolite uocari, Rabbi: Vnus est eñ magister uester: Oĩes aũt uos fratres estis. Et patrẽ nolite uobis uocare super terrã: Vnus est enim pater uester qui in cœlis est. Nec uocemini, magistri, quia magister uester unus est Christus. Qui maior est uestrũ, erit minister uester. Qui aũt se exaltat, humiliabitur

miliabit: & qui se humiliat, exaltabitur. Et paulo post, Vę uobis Scribę & Pharisęi hypocritæ, qui A
decimatis mentã & anethũ & cyminũ, et relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam, & fidẽ: Hæc oportuit facere, & illa nõ omittere. Duces cæci, excolãtes culicẽ, camelũ aũt glutientes. Vę uobis Scribę & Pharisęi hypocritę, q mũdatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus aũt pleni sunt rapina, & omni immũditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat & id quod deforis est mũdum. Væ uobis Scribæ & Pharisęi hypocritę, qui simile estis sepulchris dealbatis, quę à foris apparent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossib. mortuorum, & omni spurcitia. Sic & uos à foris quidẽ apparetis hominib. iusti, intus aũt pleni e-
B stis hypocrisi & iniquitate. Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarũ, & ornatis monumẽta iustorũ, & dicitis, Si fuissemus in diebus patrũ nostrorum, non essemus socij eorũ in sanguine Prophetarũ. Itaq; testimoniũ estis uobismetipsis, quia filij estis eorũ qui prophetas occiderũt: Et uos implete mensurã patrum uestrorũ. Serpentes, genimina uiperarum, quõ fugietis à iudicio gehennę? Ideo dico uobis, Ecce ego mitto ad uos Prophetas, & sapientes, et scribas: & ex illis occidetis, et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatẽ, ut ueniat sup uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrã, à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinẽ Zachariæ filij
C Barachiæ, quem occidistis inter templũ & altare: C
Amen dico uobis, ueniẽt hæc omnia super gene-
Matth. 24 rationẽ istam. Et paulo post, Et quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ: Qui autẽ perseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit. Et post aliquantũ, Estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis uẽturus est. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem cõstituit dominus suus supra familiã suã, ut det illis cibũ in tẽpore. Beatus ille seruus quẽ cum uenerit dominus eius, inueniet sic facientẽ: Amẽ dico uobis, quoniã super omnia bona sua cõstituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Morã facit dominus meus uenire, et cœperit percutere cõseruos suos, manducet aũt & bibat cum ebrijs: ueniet domi-
D nus serui illius in die qua non sperat, & hora qua D
ignorat, et diuidet eum, partemq; eius ponet cum
Matth. 25 hypocritis: illic erit fletus & stridor dẽtiũ. Et post paululũ, Vigilate itaq;, quia nescitis diem neq; horam. Item post paululũ, Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua, et omnes angeli cũ eo: tũc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabunt ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hædis: Et statuet oues quidẽ à dextris, hædos autem à sinistris. Tũc dicet rex ijs qui à dextris eius erũt: Venite benedicti patris mei, possidete paratũ uobis regnũ à cõstitutione mundi: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: Sitiui, et dedistis mihi bibere: Hospes eram, & collegistis me: Nudus, et cooperuistis me: Infirmus, et uisitastis me: In carcere
A erã, et uenistis ad me. Tũc respondebũt ei iusti, dicentes, Dñe, quando te uidimus esurientẽ et pauimus te: sitientẽ, et dedimus tibi potum? Quãdo aũt te uidimus hospitem, et collegimus te? aut nudum, et cooperuimus? Aut quãdo te uidimus infirmum, aut in carcere, et uenimus ad te? Et respõdens rex, dicet illis: Amen dico uobis, quãdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tũc dicet et ijs qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis eius: Esuriui enim, et non dedistis mihi mãducare: Sitiui, et nõ dedistis mihi potum: Hospes fui, et nõ collegistis me: Nudus erã, et nõ coopuistis me: Infirmus et in carcere, et non uisitastis me. Tũc respõdebunt et ipsi dicẽtes, Domine quando te uidimus esurientẽ et sitientem, et hospitem, aut nudum, aut infirmũ, uel in carcere: et non ministrauimus tibi? Tunc respõdebit illis, dicens, Amen dico uobis, quãdiu non fecistis uni de minorib. his, nec mihi fecistis. Et ibũt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam.
Matth. 26 Et post aliquantum, Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem.

Ex Euangelio secundũ Marcum

A Duocans iterum turbam, dicebat illis, Audite me omnes et intelligite: Nihil est extra hominẽ introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ cõmunicant hominẽ. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cum introisset in domũ à turba, interrogabãt eum discipuli eius parabolam: Et ait illis, Sic et uos imprudentes estis? Nõ intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominẽ, non potest eũ cõmunicare, quia nõ intrat in cor eius, sed in uentrem, et in secessum exit, purgãs omnes escas? Dicebat autẽ, quoniam quæ de homine exeunt, illa cõmunicant hominẽ. Ab intus enim de corde hominũ exeunt cogitationes malæ: procedunt adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemiæ, supbia, stultitia. Omnia hęc mala abintus procedunt, et cõmunicant hominẽ. Et
Marci 8 alio loco conuocata turba cũ discipulis suis, dixit eis, Si quis uult me sequi, deneget seipsum, et tollat crucẽ suam et sequat me. Qui enim uoluerit animã suam saluam facere, perdet eam: Qui autem perdiderit animã suam propter me et Euãgelium saluam eam faciet. Quid enim proderit homini si lucretur mundũ totum, et detrimentũ faciat animæ suæ? Aut quid dabit homo cõmutationẽ pro anima sua? Qui enim me confusus fuerit et mea uerba in generatione ista adultera et peccatrice, et filius hominis confundet eum in gloria patris
Marci 9 sui cũ angelis suis. Et alibi, Et accipiens puerũ statuit eum in medio eorum. Quem cum cõplexus esset, ait illis: Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recepit: Et quicũque me susceperit, nõ me suscipit, sed eum qui me misit. Et paulo post, Quisquis enim potum dederit uobis calicẽ aquę frigidę in nomine meo, quia Christi estis: amen dico uobis non perdet merce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem ſuam. Et quiſquis ſcandalizauerit unũ ex his
puſillis credentib. in me, bonũ eſt ei magis, ſi circũ A
daretur mola aſinaria collo eius & in mare mitte
retur. Et poſt paululum, Habete in uobis ſalem, et
pacem habete inter uos. Et paulopoſt, Et accedẽ-
tes Phariſæi interrogabant eum: Si licet uiro uxo
rem dimittere, tentantes eum. At ille reſpõdens,
dixit eis, Quid uobis præcepit Moyſes? Qui di-
xerunt, Moyſes ꝓmiſit libellũ repudij ſcribere &
dimittere. Quibus reſpõdens Ieſus, ait, Ad duri-
tiam cordis ueſtri ſcripſit uobis præceptum iſtud:
Ab initio aũt creaturæ, maſculum & fœminã fe-
Gen. 1 cit eos deus. Propter hoc relinquet homo patrẽ
ſuum & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt
duo in carne una. Itaq; iam non ſunt duo, ſed una
caro. Quod ergo deus cõiunxit, homo non ſepa-
ret. Et in domo iterũ diſcipuli eius, de eodẽ inter- B
rogauerũt eum: Et dicit illis, Quicunq; dimiſerit
uxorẽ ſuam, & aliam duxerit, adulteriũ cõmittit
ſuper eam: & ſi uxor dimiſerit uirũ ſuũ & alij nu-
Marci 10 pſerit, mœchatur. Et poſt quatuor uerſus, Sini
te paruulos uenire ad me, & ne ꝓhibueritis eos:
Taliũ eſt enim regnũ cœlorum. Amẽ dico uobis,
quiſquis nõ receperit regnũ dei uelut paruulus,
non intrabit in illud. Et complexans eos & impo
nens manus ſup illos benedicebat eos. Et cum e-
greſſus eſſet in uia, præcurrens quidã genu flexo
ante eũ, rogabat eum, Magiſter bone, quid faciã
ut uitã æternam percipiam? Ieſus autem dixit ei,
Quid me dicis bonũ? Nemo bonus niſi unus de⁹.
Exod. 20 Præcepta noſti, Ne adulteres: Ne occidas: Ne fu-
reris: Ne falſum teſtimoniũ dixeris: Ne fraudem C
feceris: Honora patrẽ tuum & matrem. At ille re-
ſpõdens, ait illi, Magiſter, hæc omnia ſeruaui à iu
uentute mea. Ieſus autẽ intuitus eum, dilexit eũ,
& dixit illi, Vnum tibi deeſt: Vade, quæcunq; ha-
bes, uende, et da pauperibus, et habebis theſaurũ
in cœlo, et ueni ſequere me. Qui cõtriſtatus in uer
bo, abiit mœrens. Erat enim habens multas poſ-
ſeſſiones. Et circũſpiciẽs Ieſus, ait diſcipulis ſuis:
Quàm difficile qui pecunias habent in regnũ dei
introibunt. Diſcipuli autẽ obſtupeſcebant in uer-
bis eius. At Ieſus rurſus reſpõdens, ait illis, Filio-
li, cꝫ difficile eſt cõfidẽtes in pecunijs in regnũ dei
introire. Facilius eſt camelum per foramen acus
tranſire, cꝫ diuitem intrare in regnũ dei. Qui ma-
gis admirabantur dicentes ad ſeipſos: Et quis po- D
teſt ſaluus fieri? Et intuẽs illos Ieſus, ait, Apud ho
mines impoſsibile eſt, ſed non apud deũ. Omnia
enim poſsibilia ſunt apud deum. Et cœpit Petrus
ei dicere, Ecce nos reliquimus omnia, et ſecuti ſu
mus te. Reſpõdens Ieſus, ait, Amẽ dico uobis: Ne
mo eſt qui reliquerit domum aut fratres, aut ſoro
res, aut matrẽ, aut patrẽ, aut filios, aut agros pro-
pter me et propter Euangelium, qui non accipiat
centies tantum nunc in tẽpore hoc, domus et fra
tres, et ſorores et matres et filios et agros cũ perſe
cutionibus, et in ſeculo futuro uitam ætẽrnã. Mul
ti autẽ erunt primi nouiſsimi, et nouiſsimi primi.
Et paulopoſt, Scitis quia ij qui uidẽt principari
gentibus, dominantur eis, et principes eorum po

teſtatem habent ipſorũ. Non ita eſt autem in uo-
bis, ſed quicũq; uoluerit fieri maior, erit ueſter mi-
niſter: Et quicũq; uoluerit in uobis primus eſſe e-
rit omniũ ſeruus: Nam et filius hominis nõ uenit
ut miniſtraretur ei, ſed ut miniſtraret, et daret ani
mam ſuam redemptionẽ pro multis. Et aliquãto Marci 11
poſt, Et reſpondens Ieſus, ait eis, Habete fidẽ dei.
Amẽ dico uobis: Quicũq; dixerit huic mõti tolle
re et mittere in mare: et non hæſitauerit in corde
ſuo, ſed crediderit, quia quodcũq; dixerit fiat: fiet
ei. Propterea dico uobis: Omnia quæcunq; oran-
tes petitis, credite quia accipietis, et uenient uo-
bis. Et cũ ſtabitis ad orandũ, dimittite ſi quid ha-
betis aduerſus aliquẽ, ut et pater ueſter qui in cœ
lis eſt dimittat uobis peccata ueſtra. Quod ſi uos
nõ dimiſeritis, nec pater ueſter qui in cœlis eſt, di
mittet uobis peccata ueſtra. Itẽ poſt aliquantum, Marci 12
Reſpõdens aũt Ieſus, dixit illis, Reddite igit quæ
ſunt Cæſaris Cæſari, et quæ ſunt dei deo. Et alio
loco, Et acceſsit unus de ſcribis, q audierat illos
cõquerentes, et uidens quia bene illis reſpõderit,
interrogauit eum, quod eſſet primũ omniũ man-
datum. Ieſus aũt reſpondit ei. Quia primũ omniũ
mandatũ eſt, Audi Iſrael, domin⁹ deus tuus deus
unus eſt. Et, Diliges dñm deum tuum ex toto cor
de tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua,
et ex tota uirtute tua: Hoc eſt primum mãdatum,
Secundum autẽ ſimile eſt illi, Diliges proximum
tuum tanquã teipſum. Maius horum aliud man-
datum nõ eſt. Et ait illi ſcriba. Bene magiſter in ue
ritate dixiſti, quia unus eſt, et non eſt alius præter
eũ. Et ut diligatur ex toto corde, et ex toto intelle-
ctu, et ex tota anima, et ex tota fortitudine: et dili-
gere proximum tanquã ſeipſum maius eſt omni-
bus holocauſtomatibus et ſacrificijs. Ieſus aũt ui-
dens q; ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Nõ es lon
ge à regno dei. Et nemo iam audebat eum interro
gare. Et paulo poſt, Cauete à Scribis qui uolũt in
ſtolis ambulare, et ſalutari in foro, et in primis ca-
thedris ſedere in ſynagogis, et primos diſcubitus
in cœnis. Qui deuorant domos uiduarum ſub ob
tẽtu ꝓlixę orationis, hi accipiũt prolixius iudiciũ.
Et ſedens Ieſus cõtra gazophylacium, aſpiciebat
quę modo turba iactaret in gazophylaciũ, et mul
ti diuites iactabãt plurima. Cum ueniſſet aũt una
uidua paup, miſit duo minuta, quod eſt quadrãs:
Et conuocans diſcipulos, ait illis, Amen dico uo
bis, quoniã uidua hæc pauper plus omnib⁹ miſit
qui miſerũt in gazophylaciũ. Omnes enim ex eo
quod abũdabat illis miſerũt: hæc uero de penuria
ſua omnia quę habuit miſit, totum uictum ſuũ. Et
Marci 13 paulopoſt, Et cũ duxerint uos tradẽtes, nolite pręcogitare quid loquamini, ſed quod datũ fuerit uo
bis in illa hora, id loquimini, Non em eſtis uos lo
quẽtes, ſed ſpũſanctus. Et poſt paululum, Et erit
is odio omnibus propter nomen meũ. Qui autẽ
ſuſtinuerit in finẽ, hic ſaluus erit. Et alio in loco,
Videte, uigilate orantes, neſcitis em quãdo tẽpus
ſit. Sicut homo qui peregre ꝓfectus reliquit do-
mũ ſuã, et dedit ſeruis ſuis poteſtatẽ cuiuſq; opis,
et ianitori ꝑcepit ut uigilet. Vigilate ergo: Neſci-
tis

tis em quando dominus domus uenit: ſero, an me
dia nocte, an gallicãtu, an mane. Ne cum uenerit A
repente, inueniat uos dormientes. Quod aũt uo-
bis dico, omnibus dico, uigilate.

Ex Euangelio ſecundũ Lucã

Gloria in altiſsimis deo, & in terra pax homi
nibus bonæ uoluntatis. Et aliquãto poſt, Et
interrogabant eum turbę, dicentes, Quid ergo fa
ciemus? Reſpondens autem, dicebat illis, Qui ha
bet duas tunicas, det non habenti, & qui habet e-
ſcas, ſimiliter faciat. Venerunt autẽ & Publicani
ut baptizarentur, & dixerunt ad illum Magiſter
quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil ampli-
us quàm quod conſtitutũ eſt uobis, faciatis. Inter
rogabant autem eum & milites, dicẽtes, Quid fa-
ciemus & nos? Et ait illis, Neminẽ concutiatis,
neq; calumniã faciatis, et contenti eſtote ſtipẽdijs
Lucæ 6 ueſtris. Et poſt aliquantũ, Beati pauperes, quia ue B
ſtrum eſt regnum dei. Beati qui nũc eſuritis, quia
ſaturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis,
Beati eritis, cum uos oderint homines, & cum ſe-
parauerint uos, et exprobrauerint et eiecerint no
men ueſtrum tanquam malum propter filium ho
minis. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim
merces ueſtra multa eſt in cœlo, Secundũ em hæc
faciebant Prophetis patres eorum. Veruntamen
uæ uobis diuitibus qui habetis cõſolationem ue-
ſtram. Væ uobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.
Væ uobis qui ridetis nũc, quia lugebitis & flebi-
tis. Vę cum benedixerint uobis omnes homines,
ſecundũ hæc faciebãt Prophetis patres eorũ. Sed
uobis dico qui auditis: Diligite inimicos ueſtros
benefaciteijs qui uos oderũt. Benedicite maledi- C
centibus uobis. Orate pro calumniantib. uos. Et
qui te pcuſſerit in maxillã, præbe illi & alterã. Et
ab eo qui aufert tibi ueſtimentũ, etiã tunicã noli
ꝓhibere. Omni aũt petenti te, tribue: & qui au-
fert quæ tua ſunt, ne repetas. Et pro ut uultis ut fa
ciant uobis homines, facite illis ſimiliter. Et ſi dili-
gitis eos qui uos diligũt, quæ uobis eſt gratia? Nã
& peccatores diligentes ſe diligũt, Et ſi benefece
ritis ijs qui uobis benefaciunt quæ uobis eſt gra-
tia? Siquidẽ & peccatores hoc faciũt. Et ſi mutuũ
dederitis ijs à quib. ſperatis recipe, quæ gratia eſt
uobis? Nã & peccatores peccatoribus fœneran-
tur, ut recipiãt æqualia. Veruntamen diligite ini-
micos ueſtros: benefacite, & mutuũ date, nihil in-
de ſperãtes: & erit merces ueſtra multa, & eritis ſi D
lij altiſsimi, quia ipſe benignus eſt ſup ingratos &
malos. Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater ue
ſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & nõ iudicabi
mini. Nolite cõdemnare, & non cõdemnabimi-
ni. Dimittite & dimittemini. Date, & dabitur uo
bis. Menſuram bonã, & confertam, & coagitatã,
& ſupereffluentẽ dabunt in ſinum ueſtrũ. Eadem
quippe mẽſura qua mẽſi fueritis, remetiẽt uobis.
Dicebat autẽ illis & ſimilitudinẽ. Nũquid poteſt
cæcus cæcũ ducere? Nõne ambo in foueã cadũt?
Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ. Perfectus aũt
omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid autem
uides feſtucam in oculis fratris tui, trabẽ aũt quæ
in oculo tuo eſt non cõſideras? Aut quomodo po

tes dicere fratri tuo, frater ſine ẽiciã feſtucã de o-
culo tuo: ipſe in oculo tuo trabẽ nõ uides? Hypo-
crita, eiice primũ trabem de oculo tuo, & tũc per-
ſpicies ut educas feſtucã de oculo fratris tui. Nõ
eſt enim arbor bona quę facit fructus malos, neq;
arbor mala faciẽs fructũ bonũ. Vnaquæq; arbor
de fructu ſuo cognoſcit. Neq; em de ſpinis colli-
gunt ficus, neq; de rubo uindemiant uuas. Bonus
homo de bono theſauro cordis ſui profert bonũ:
& malus homo de malo theſauro profert malũ.
Ex abundantia cordis os loquitur. Quid aũt uo-
catis me domine domine, & nõ facitis quæ dico?
Omnis qui uenit ad me, et audit ſermones meos.
& facit eos, oſtendam cui ſimilis ſit: Similis eſt ho
mini ædificãti domũ qui fodit in altum, & poſuit
fundamentũ ſupra petrã. Inundatione autẽ facta,
illiſum eſt flumen domui illi, & nõ potuit eã mo-
uere, fundata enim erat ſuper petrã. Qui autem
audit & nõ facit, ſimilis eſt homini ædificanti do-
mum ſuam ſupra terrã ſine fundamẽto: in quam
illiſus eſt fluuius, & continuo cecidit, & facta eſt
ruina domus illius magna. Et poſt aliquantũ, Cui Lucæ 7
ergo ſimiles dicam homines generationis huius,
& cui ſimiles ſunt? Pueris ſedẽtibus in foro & lo
quentibus adinuicẽ, & dicentibus: Cantauimus
uobis tibijs, et nõ ſaltaſtis: lamentauimus, & non
ploraſtis. Venit enim Ioannes Baptiſta, neq; mã
ducans panem, neq; bibens uinũ: & dicitis, dæmo
nium habet. Venit filius hominis manducans &
bibens, et dicitis. Ecce homo deuorator et bibens
uinũ, amicus publicanorũ et peccatorũ. Et iuſtifi-
cata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis. Item poſt Lucæ 8
aliquantũ, Eſt autẽ hæc parabola: Semen eſt uer-
bum dei. Qui aũt ſecus uiam ſunt, ij ſunt qui audi-
unt: deinde uenit diabolus, & tollit uerbũ de cor-
de eorum, ne credẽtes ſalui fiant. Nam qui ſupra
petram, qui cum audierint cum gaudio ſuſcipiũt
uerbum: et hi radices nõ habent, quia ad tempus
credũt, et in tempore tentationis recedũt. Quod
autẽ in ſpinis cecidit: ij ſunt qui audierũt, et à ſoli-
citudinibus et diuitijs et uoluptatibus uitæ eũtes
ſuffocant, et non referunt fructũ. Quod autem in
bonam terrã: ij ſunt qui corde bono et optimo au
dientes uerbũ retinent, et fructum afferunt in pa-
tientia. Nemo aũt lucernam accendens, operit eã
uaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candela-
brum ponit, ut intrantes uideant lumen. Non em
eſt occultũ quod nõ manifeſtet, nec abſconditum
quod nõ cognoſcat et in palam ueniat. Videte er
go quomodo audiſtis: Qui enim habet dabit illi,
et quicunq; non habet, etiam quod putat ſe habe
re, auferet ab illo. Et poſt aliquantũ, Conuocatis Lucæ 9
autẽ duodecim Apoſtolis dedit illis uirtutẽ et po
teſtatem ſuper omnia dæmonia, et ut languores
curarent. Et miſit illos prædicare regnũ dei, et ſa-
nare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in uia
neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecu-
niam, neq; duas tunicas habeatis: Et in quancũq;
domum intraueritis, ibi manete, et inde ne exea-
tis. Et quicunq; non receperit uos, exeuntes de ci
uitate illa, etiam puluerem pedũ ueſtrorum excu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tite in testimoniū super illos. Item post aliquantū,
Dicebat aūt ad omnes, Si quis uult post me uenire, obneget semetipsum, et tollat crucē suā quotidie, & sequat̄ me. Qui enim uoluerit animā suam saluā facere perdet illā: Nam qui pdiderit animā suā propter me, saluā faciet illam. Quid em̄ proficit homo si lucret̄ uniuersum mūdū, se autē ipsum perdat, & detrimentum sui fiat? Nam qui me erubuerit et meos sermones, hunc filius hominis erubescet cū uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorū angelorū. Et alio loco, Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorū maior esset. At Iesus uidens cogitationes cordis illorū, apprehendens puerū statuit eum secus se: & ait illis. Quicunq; susceperit puerū istum in nomine meo, me recipit. Et qui cunq; me receperit, recipit eū qui me misit. Nam q minor est inter omnes uos, hic maior est. Et post
B aliquantū, Ait autē ad alterum, Sequere me. Ille
Luce 9 autē dixit, Domine, permitte mihi primum ire sepelire patrē meū. Dixitq; ei Iesus, Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: Tu autē uade, annūcia regnum dei. Et ait alter, Sequar te domine, sed primū permitte mihi renūciare ijs qui domi sunt. Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manū suā in aratrū & aspiciens retro, aptus est regno dei. Et post paulū, Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos.
Luce 10 Nolite portare sacculū, neq; perā, neq; calciamenta, & neminē per uiā salutaueritis. In quācūq; domum intraueritis, primū dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet sup illū pax uestra: Sinaut̄, ad uos reuertet̄. In eadē autē domo manete edētes & bibētes quę apud illos sunt:
C Dignus enim est operarius mercede sua, Nolite transire de domo in domum. Et in quancūq; ciuitatē intraueritis & susceperint uos, māducate quæcunq; apponunt̄ uobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, Appropinquabit in uos regnū dei, In quancunq; ciuitatē intraueritis, & nō receperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite, Etiā puluerē qui adhesit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos. Tamen hoc scitote, quia appropinquabit regnum dei: Dico uobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, q̄ illi ciuitati. Et post paulum, Veruntamē in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subijciunt̄: Gaudete aūt, q̄ nomina uestra scripta sunt in cœlis. Et post paululū, Ecce quidam legispitus surrexit, tentans illū, & dicēs, Ma-
D gister quid faciendo uitā æternam possidebo? At ille dixit ad eū, In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respōdens, dixit, Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mēte tua, & proximū sicut teipsum. Et paulopost, Quis horum triū uidet̄ tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illū. Et ait illi Iesus, Vade, et tu fac similiter. Et post paululū, Martha, Martha, solicita es & turbaris erga plurima. Porrò unum est necessariū: Maria optimā partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Item post paululū, Cum oratis, inquit, dicite,
Luce 11 Pater, sanctificet̄ nomen tuū: Adueniat regnum
A tuum: Panē nostrum quotidianū da nobis hodie, & dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis, et ne nos inducas in tentationē. Et ait ad illos, Quis uestrū habebit amicū, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniā amicus meus uenit de uia ad me, & nō habeo q̄d ponam ante illum. Et ille de intus respōdens, dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostiū clausum est, & pueri mei mecū sunt in cubili, nō possum surgere & dare tibi: Et ille si pseuerauerit pulsans, Dico uobis, & si nō dabit illi surgens, eo q̄ amicus eius sit, ppter im̄pbitatē tamē eius surget, & dabit illi quotq̄t habet necessarios. Et ego uobis dico, Petite, & dabit̄ uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperiet̄ uobis. Oīs em̄ q petit, accipit: & qui
B quærit, inuenit: & pulsanti aperiet̄. Quis autē ex uobis patrē petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscē, nunquid pro pisce serpētem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunqd porriget scorpionem? Si ergo cū sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quāto magis pater uester de cœlo dabit spiritū bonum petētibus se. Et paulo post, Factum est autē cum hæc diceret: Extollens uocem quędā mulier de turba, dixit illi, Beatus uēter qui te portauit, & ubera quę suxisti. At ille dixit, Imò beati qui audiūt uerbū dei, & custodiūt illud. Et paulo post, Et cum loqueretur, rogauit illū quidā Pharisæus, ut prāderet apud se. Et ingressus recubuit. Pharisæus autē cœpit intra se reputans dicere, quare nō baptizatus esset ante prandiū. Et ait
C dominus ad illū, Nūc uos Pharisęi quod deforis est calicis & catini, mundatis, quod autē intus est uestrum, plenū rapina & iniquitate: stulti, nónne qui fecit quod deforis est, etiā q̄d intus est fecit? Veruntamen quod superest, date eleemosynā, & ecce omnia mūda sunt uobis. Sed uæ uobis Pharisęis, qui decimatis mentā & rutā, & omne olus, & præteritis iudiciū & charitatem dei. Hæc autē oportuit facere, & illa non omittere. Væ uobis Pharisęi, qa diligitis primas cathedras in synagogis, & salutatiōes in foro. Vę uobis, q estis ut monumēta quæ non parent, & homines ambulātes supra nesciunt. Respōdens autē quidā ex legispe-
D ritis, ait illi, Magister, hæc dicēs, etiam nobis contumeliam facis? At ille ait, Etiā uobis legisperitis uæ, quia oneratis homines oneribus quę portare nō possunt, & ipsi uno digito uestro nō tāgitis sarcinas. Et alio in loco, Attendite à fermento Phari Luce 12
sęorū, quod est hypocrisis. Et paulo post, Dico autem uobis amicis meis, ne terreamini ab ijs q occidūt corpus, & post hæc non habēt amplius q̄d faciant. Ostendam autē uobis quem timeatis. Timete eū qui postquā occiderit, habet potestatē mittere in gehennā. Ita dico uobis, hunc timete. Nónne quinq; passeres ueneūt dipōdio, & unus ex illis nō est in obliuione corā deo? Sed & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passerib⁹ pluris estis. Dico aūt uobis, Omnis quicūq; cōfessus fuerit me corā hominibus, & filius hominis cōfitebit̄ in illo coram angelis

angelis dei: Qui autē negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis dei. Et omnis
A qui dicit uerbū in filiū hominis, remittet̄ illi: Ei autem qui in spiritū sanctum blasphemauerit, nō remittet̄. Cum autē inducent uos in synagogas, & ad magistrat⁹, et potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respōdeatis, aut quid dicatis: Spiritus em̄ sanctus docebit uos in ipsa hora quę oporteat dicere. Ait autem ei quidam de turba, Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatē. At ille dixit ei, Homo, quis me cōstituit iudicem, aut diuisorē supra uos? Dixitq; ad illos, Videte et cauete ab omni auaritia, quia nō in abundātia cuiusquā uita eius est ijs quę possidet. Dixit aūt similitudinē ad illos, dicens, Hominis cuiusdā diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se,
B dicens, Quid faciam, quòd non habeo quò cōgregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciā, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congrega-bo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autē illi deus, Stulte, hac nocte animam tuā repetūt à te, quæ autē parasti cuius erūt? Sic & omnis qui sibi thesaurizat, & nō est in deū diues. Dixitq; ad discipulos suos, Ideo dico uobis Nolite soliciti esse animæ, quid manducetis, neq; corpori, quid uestiamini. Anima plus est q̄ esca, & corpus quàm uestimentū. Cōsiderate coruos, quia non seminant, neq; metūt, quibus nō est cellarium, neq; horreum, et deus pascit illos: Quāto
C magis uos pluris estis. Quis autem uestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitū unum? Si ergo neq; quod minimū est potestis, quid de cæteris soliciti estis? Considerate lilia agri quo modo crescunt, non laborant, neq; nent: Dico autem uobis, quod nec Salomon in omni gloria sua uestiebat̄ sicut unum ex istis. Si autē fœnum agri quod hodie in agro est, et cras in clibanum mittit̄, deus sic uestit: quanto magis uos pusillæ fidei. Et uos nolite quærere quid māducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hæc em̄ omnia gentes mūdi inquirunt: Pater autē uester scit quoniā his indigetis. Veruntamen quærite regnū dei, & hæc omnia adijcient̄ uobis. Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri uestro dare uobis regnū. Vēdite quæ possidetis & date eleemosynā:
D Facite uobis sacculos qui nō ueterascunt, thesaurū non deficientē in cœlis, quo fur nō appropiat, neq; tinea corrūpit. Vbi em̄ thesaurus uester, ibi et cor uestrū erit. Et post paululū. Et uos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis ueniet. Ait aūt ei Petrus, Domine ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Dixit aūt dominus, Quis putas est fidelis dispēsator & prudēs, quem cōstituit dominus supra familiam suā, ut det illis in tēpore tritici mēsurā? Beatus ille seruus quē cū uenerit dominus, inuenerit ita faciētem. Vere dico uobis, supra omnia quæ possidet constituet illum, Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus uenire, & cœperit pcutere pueros, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: ueniet dominus serui illius in die qua non
A sperat, et hora qua nescit, et diuidet eum, partēq; eius cū infidelib. ponet. Ille aūt seruus qui cognouit uoluntatē domini sui, & nō præparauit, & nō fecit secundū uoluntatem eius, uapulabit multis. Qui aūt non cognouit, et fecit digna plagis, uapulabit paucis. Omni aūt cui multū datum est, multum quæret̄ ab eo, & cui cōmendauerunt multū, plus repetūt ab eo. Item paulopost, Hypocritæ faciem terrę & cœli nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem et à uobis ipsis nō iudicatis quod iustum est? Et aliquāto
Luce 13 post, Contēdite intrare per angustam portā, quia multi dico uobis quærent intrare, et nō poterunt.
Luce 14 Et alio loco, Dicebat autē & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos, Cum inuitatus fueris ad nuptias, nō discūbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo, & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi, Da huic locum: et tūc incipias cū rubore nouissimū locū tenere. Sed cū uocatus fueris, uade recūbe in nouissimo loco, ut cū uenerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice ascēde supius: Tunc erit tibi gloria coram simul discūbētibus: Quia omnis qui se exaltat, humiliabit̄: et q se humiliat, exaltabit̄. Dicebat autem & ei qui se inuitauerat, Cū facis prandiū uel cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos, neq; uicinos diuites, ne forte & ipli te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis cōuiuiū, uoca pauperes, debiles, claudos, cæcos, et beatus
B eris, quia nō habēt retribuere tibi: retribuetur em̄ tibi in retributione iustorū. Et paulopost, Si quis uenit ad me, & non odit patrē suum, et matrē, & uxorē, & filios, et fratres, & sorores, adhuc aūt & animā suā, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucē suam, & uenit post me, nō potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens turrim ædificare, non prius sedens cōputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne posteaquā posuerit fundamentū, & non potuerit perficere: omnes qui uident incipiant illudere ei dicentes, quia hic homo cœpit ædificare, & nō potuit cōsummare? Aut quis rex iturus cōmittere bellū aduersus alium regem. nō sedens
C prius cogitat, si possit cum decē milibus occurrere ei, qui cū uiginti milibus uenit ad sē? Alioquin adhuc illo lōge agente, legationē mittēs rogat ea quę pacis sunt: Sic ergo omnis ex uobis qui nō renunciat omnibus quæ possidet: non potest meus esse discipulus. Et post aliquantū, Et ego uobis di
Luce 16 co, Facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut cū defeceritis, recipiāt uos in ęterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est, et qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo māmona fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire: Aut enim unū odiet, et alterū diliget: aut uni adhærebit, et alterū cōtemnet. Non potestis deo seruire et māmonæ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Audiebãt autẽ hæc omnia Pharisæi, qui erãt auari, & deridebant illum. Et ait illis, Vos estis qui iu A
stificatis uos corã hominibus, deus aũt nouit corda uestra: Quia quod hominibus altũ est, abomi-
natio est ante deũ. Et post paucos uersus, Omnis
qui dimittit uxorẽ suam, & ducit alterã, mœcha-
Lucæ 17 tur. Et post paululum, Impossibile est ut nõ ueni-
ant scandala; Væ autẽ illi per quem ueniunt. Vti-
lius est illi si lapis molaris imponat circa collum
eius, & proijciat in mare, ꝙm ut scandalizet unum
de pusillis istis. Attẽdite uobis, Si peccauerit fra-
ter tuus, increpa illũ: & si pœnitentiã egerit: dimit
te illi. Et si septies in die peccauerit in te, & si sep-
ties in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet
Lucæ 18 me, dimitte illi. Et alio loco, Dixit autẽ ad quosdã
qui in se cõfidebãt, tanquã iusti, & aspnabant cæ-
teros parabolam istam, Duo homines ascẽderũt B
in templũ ut orarent: unus Pharisæus, & alter Pu-
blicanus: Pharisæus autẽ stans, hæc apud se ora-
bat, Deus, gratias ago tibi, quia nõ sum sicut cæte-
ri homines, raptores, iniusti, adulteri: ueluti etiam
hic Publicanꝰ: Ieiuno bis in sabbato, decimas do
omniũ quæ possideo. Et Publicanus à lõge stans,
nolebat nec oculos ad cœlũ leuare, sed percutie-
bat pectus suũ, dicens, Deus, propicius esto mihi
peccatori. Dico uobis, descẽdit hic iustificatus in
domũ suam ab illo: Quia omnis qui se exaltat, hu
miliabit̃: & qui se humiliat, exaltabit̃. Afferebant
autẽ ad illum & infantes, ut eos tãgeret. Quod cũ
uiderent discipuli, increpabãt illos: Iesus autẽ cõ-
uocans illos, dixit: Sinite paruulos uenire ad me,
& nolite eos uetare, taliũ est enim regnũ dei. Amen C
dico uobis, quicũq; nõ receperit regnũ dei sicut
puer, non intrabit in illud. Et interrogauit eũ qui-
dam princeps, dicẽs, Magister bone, quid faciẽs
uitã æternam possidebo? Dixit autẽ Iesus, Quid
Exod. 20 me dicis bonũ? Nemo bonus nisi solus deꝰ. Man-
data nosti: Nõ occides: non mœchaberis, nõ fur-
tũ facies, nõ falsum testimoniũ dices: honora pa-
trẽ tuum & matrem. Qui ait, Hæc omnia seruaui
à iuuentute mea. Quo audito, Iesus ait ei, Adhuc
tibi unum deest: Omnia quæcunq; habes, uende,
& da pauperibus, et habebis thesaurũ in cœlo, &
ueni sequere me. His ille auditis, contristatus est,
quia diues erat ualde. Videns autẽ illum Iesus tri
stem factũ, dixit, Quàm difficile qui pecunias ha-
bent in regnũ dei intrabunt. Facilius est camelũ D
per foramen acus transire, ꝙm diuitem intrare in
regnũ dei. Et dixerunt, qui audiebãt, Et quis po-
test saluus fieri? Ait illis, Quę impossibilia sunt a-
pud homines, possibilia sunt apud deũ. Ait ei Pe-
trus, Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus
te. Qui dixit eis, Amen dico uobis: Nemo est qui
relinquit domum aut parentes, aut fratres, aut u-
xorem, aut filios, propter regnum dei, & nõ reci-
piat multo plura in hoc tempore, & in seculo uen
Lucæ 19 turo uitam æternã. Et alibi, Stans autem Zache-
us dixit ad dominũ, Ecce dimidium bonorũ meo
rum domine do pauperibus, & si quid aliquẽ de-
fraudaui, reddo quadruplũ. Ait Iesus ad eũ, Quia
hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse
filius est Abrahæ. Venit enim filius hominis quę
rere & saluũ facere quod perierat. Et post aliquan
tũ, Reddite ergo quæ sunt Cęsaris Cæsari, & quę
Lucæ 20 sunt dei deo. Et alio loco, Audiẽte aũt omni popu
lo, dixit discipulis suis, Attẽdite à Scribis, qui am
bulare uolunt in stolis, & amant salutatiões in fo-
ro, & primas cathedras in synagogis, & primos
discubitus in cõuiuijs: qui deuorãt domos uidua-
rum, simulãtes longã orationẽ, hi accipiẽt damna
tionẽ maiorẽ. Respiciens aũt uidit eos qui mitte-
bant munera in gazophylaciũ diuites. Vidit au-
tem & quandã uiduã pauperculã mittentẽ æra mi
nuta duo: Et dixit, Vere dico uobis, quia uidua
hæc pauper plus ꝙm omnes misit: Nam & omnes
hi ex abũdanti sibi miserũt in munera dei: hęc au-
tem ex eo quod deest illi, omnẽ uictum suũ quem
habuit, misit. Itẽ alio loco, Ponite ergo in cordib.
uestris, non præmeditari quemadmodũ respon-
deatis: Ego enim dabo uobis os & sapiẽtiam, cui
nõ poterunt resistere et cõtradicere omnes aduer
sarij uestri. Trademini aũt à parentibus & fratri-
bus, & cognatis, & amicis, et morte afficiẽt ex uo
bis. Et eritis odio omnibus propter nomen meũ:
Et capillus de capite uestro nõ peribit. In patiẽtia
uestra possidebitis animas uestras. Et post aliquã
tum, Attendite autem uobis, ne forte grauentur
corda uestra à crapula & ebrietate, et curis huius
uitę, et superueniat in uos repẽtina dies illa. Tan-
quam eẽ laqueus supueniet in omnes qui sedent
sup faciẽ omnis terræ. Vigilate itaq; omni tẽpore
orãtes, ut digni habeamini fugere omnia ista quę
futura sunt, & stare ante filiũ hominis. Item post
aliquantũ, Facta est autẽ contentio inter eos, quis
eorũ uideret̃ esse maior. Dixit autẽ eis, Reges gẽ-
tium dominant̃ eorũ, & qui potestatẽ habent sup
eos, benefici uocant̃: Vos autem non sic: Sed qui
maior est inter uos, fiat sicut minor, & qui præces-
sor est, sit ut ministrator. Nam quis maior est, qui
recumbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit:
Ego autẽ in medio uestrũ sum sicut qui ministrat.
Et alio in loco, Orate ne intretis in tentationem.

Ex Euangelio secundũ Ioannem

QVomodo potestis uos credere, qui gloriam
ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo
deo est nõ quæritis? Et post aliquantum, Dixit au
tem Iesus, Nec ego te condemnabo: Vade et am-
plius iam nõli peccare. Et paulopost, Si uos man
seritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis,
et cognoscetis ueritatẽ, et ueritas liberabit uos. Et
post paululũ, Amen amẽ dico uobis, quia omnis
qui facit peccatũ, seruus est peccati. Et alibi, Amẽ
amen dico uobis, si quis sermonẽ meum seruaue-
rit, nõ uidebit mortem in æternũ. Et post aliquan
tum, Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui
odit animam suam in hoc mundo, in uitam æter-
nam custodit eã. Si quis mihi ministrat, me sequa
tur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si
quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater
meus. Et alio loco, Dilexerunt enim gloriam ho-
minum magis ꝙm gloriam dei. Et alibi, Vos voca-
tis me magister & domine, & bene dicitis, sum et Ioan. 13
enim. Si ergo ego laui pedes uestros, dominus &
magi-

magister, & uos debetis alter alterius lauare pe-
des: exemplũ enim dedi uobis, ut quemadmodũ A
ego feci uobis, ita & uos faciatis. Et paulopost,
Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicẽ,
sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicẽ. In hoc
cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dile-
Ioan. 14 ctionẽ habueritis adinuicẽ. Et paulopost, Si dili-
gitis me, mãdata mea seruate. Et post paululum,
Qui habet mãdata mea & seruat ea, ille est qui di
ligit me, Qui autẽ diligit me, diligeẽ à patre meo,
& ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum. Et
post tres uersus, Si quis diligit me, sermonẽ meũ
seruabit. Et pater meus diliget eũ, & ad eũ uenie-
mus, & mansionem apud eũ faciemus. Qui nõ di
ligit me, sermones meos nõ seruat. Et paulopost,
Ioan. 15 Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non
potest facere fructum à semetipso, nisi manserit in B
uite: sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum ui
tis, uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo,
hic fert fructũ multũ, Quia sine me nihil potestis
facere. Si quis in me nõ manserit, mittet̃ foras si-
cut palmes, & aresset, Et colligent eum, et in ignẽ
mittẽt & ardet. Si manseritis in me, & uerba mea
in uobis mãserint: quodcũq; uoluerit is petetis, &
fiet uobis. In hoc clarificatꝰ est pater meus, ut fru-
ctum plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipu
li. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos, mane-
te in dilectiõe mea. Si præcepta mea seruaueritis,
manebitis in dilectiõe mea: licut et ego patris mei
præcepta seruaui, & maneo in eius dilectiõe. Hęc
locutus sum uobis, ut gaudiũ meũ in uobis sit, &
gaudiũ uestrũ impleatur. Hoc est preceptũ meũ, C
ut diligatis inuicẽ, sicut dilexi uos. Maiorem hac
dilectionẽ nemo habet, ꝙm ut animam suã quis po
nat pro amicis suis. Et paulopost, Hæc mando uo
bis, ut diligatis inuicẽ. Hæc de quatuor Euãge-
lijs in hoc opere ponẽda existimaui: ubi intelligi
potest, tres Euãgelistas, Matthæũ scilicet & Mar
cum et Lucã ideo nobis plura dedisse precepta ui
uendi, quia eam maxime secuti sunt partẽ quę ac-
tiua dicit̃. Quia uero Ioannes contemplatiuam
magis tenuit, ideo cum eius Euangeliũ superemi-
neat cęteris, multo pauciora tamen in eo morum
præcepta comperimus. Hinc iam de illo libro cui
titulum dederunt, Actus Apostolorum, comme
morabimus, quę inuenimus omnino pauciss̃ima.
Eo quippe rerum gestarum continet̃ historia, qui D
bus ædificatur fides, magis ꝙ ibi exempla ꝙm præ-
cepta conscripta sunt.

Ex libro Actuum Apostolorum Act. 15

IAcobus ergo loquẽs, Propter quod inquit, e-
go iudico non inquietari eos qui ex gentibus
cõuertũtur ad dominũ, sed scribere ad eos ut ab-
stineant se à contaminationibus simulachrorũ, &
fornicatione, & suffocatis, & sanguine. Et paulo
post, Visum est enim spiritui sancto & nobis, ni-
hil ultra imponere uobis oneris, ꝙm hæc necessa-
ria, ut abstineatis uos ab immolatis simulachro-
rum, & sanguine suffocato, & fornicatione, à qui-
bus custodiẽtes uos, bene agetis, Valete. Et post
Act. 20 multa, cum Paulus apostolus præpositis Eccleſię
quos cõgregauerat, loquereꝰ. Attendite, inquit,
uobis et uniuerso gregi, in quo uos spũssanctus po
suit Episcopos, regere Ecclesiã dei, quam acquisi
uit sanguine suo. Et paulopost idem ad eosdẽ, Ar
gentũ & aurum, aut uestem nullius cõcupiui, ipsi
scitis: quoniã ad ea quę mihi opus erant, & ijs qui
mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Omnia
ostẽdi uobis, quoniã sic laborãtes oportet susci-
pere infirmos, ac meminisse uerbũ domini Iesu,
quoniã ipse dixit, Beatius est magis dare ꝙm accipe
re. Et alio loco, cũ Iacobus & qui cũ eo erãt Pau-
lo Apostolo loquerent̃, dixerunt ei, Vides frater, Act. 21
quot milia sunt in Iudæis qui crediderũt, & oẽs
emulatores sunt legis? Audierũt aũt de te, quia di
scessionẽ doceas à Moyse eorũ qui p̃ gentes sunt
Iudæorũ: dicẽs, non debere eos circũcidere filios
suos, neq; secundũ cõsuetudinẽ ingredi. Quid er-
go est? Vtiq; oportet cõuenire multitudinem, au-
dient enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod ti-
bi dicimus, Sunt nobis uiri quatuor uotũ haben-
tes super se. His assumptis, sanctifica te cũ illis, &
impende in illis ut radant capita, & scient omnes
quia quæ de te audierũt, falsa sunt, sed ambulas et
ipse custodiens legẽ. De ijs autẽ qui crediderunt
ex gentibus: nos scripsimus iudicãtes, ut abstine-
ant se ab idolis immolato, & sanguine, & suffoca
to, & fornicatione. Hęc de libro Actuũ aposto
lorum, nostro huic operi cõgruentia, quæ hic po-
neremus satis esse cõperimus. Vbi uidemus Apo
stolos eis qui ex gẽtibus crediderũt, nulla uoluisse
onera ueteris legis imponere, quãtum attinet ad
corporalis abstinentiã uoluptatis, nisi ut obserua
rent ab his tribus, id est, ab eis quæ idolis immola
rentur, & à sanguine, & à fornicatione. Vnde nõ-
nulli putant tria tantũ crimina esse mortifera, ido
lolatriã, & homicidiũ, & fornicationẽ: ubi utiq; et
adulteriũ; & omnis præter uxorem cõcubitus in-
telligitur, Quasi non sint mortifera crimina quæ-
cunq; alia sunt præter hæc tria, quæ à regno dei se
parant, aut inaniter & fallaciter dictum sit, Neq; 1 Cor. 6
fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; malefici, neq;
rapaces, regnũ dei possidebunt. Sed oportet nos
repressa disputatiõe nostra, ad Epistolas Apostoli-
cas iam uenire, et uidere etiam in ipsis quid huic
operi conuenienter aptetur.

Ex epistola ad Romanos

NOn enim erubesco Euangelium, Virtus e-
nim dei est in salutem omni credenti, Iudęo
primũ & Græco. Iustitia enim dei in eo reuelatur
ex fide in fidem, sicut scriptum est, Iustus autẽ ex
fide uiuit. Reuelatur enim ira dei de cœlo super
omnẽ impietatẽ, & iniustitiã hominum, eorũ qui
ueritatẽ in iniustitia detinent: quia quod notũ est
dei, manifestum est in illis: Deus enim illis mani-
festauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi
per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciunt̃, sem-
piterna quoq; eius uirtus & diuinitas: ut sint inex
cusabiles, quia cum cognouissent deum, nõ sicut
deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed e-
uanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum
est insipiẽs cor eorũ. Dicentes enim se esse sapien-
tes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incor
ruptibilis dei, in similitudinem imaginis corrupti

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilis hominis, & uolucrũ, & quadrupedũ, & serpentiũ. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorũ, in immũditiã, ut cõtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Qui cõmutauerunt ueritatẽ dei in mendaciũ, & coluerunt & seruerũt creaturæ potius q̃ creatori, qui est benedictus in secula. Amẽ. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorũ immutauerũt naturalẽ usum in eũ usum qui est contra naturã. Similiter autẽ & masculi relicto naturali usu fœminæ, exarserũt in desideriis suis in inuicẽ, masculi in masculos turpitudinẽ operãtes, et mercedẽ quã oportuit erroris sui in semetipsis recipiẽtes. Et sicut non probauerunt deũ habere in notitia, tradidit eos deus in reprobũ sensum, ut faciant quæ nõ conueniũt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia: plenos inuidia, homicidio, cõtentiõe, dolo, malignitate: susurrones, detractores, deo odibiles, cõtumeliosos, superbos, elatos, inuẽtores malorũ, parẽtib. nõ obedientes, insipientes, incõpositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Qui cũ iustitiã dei cognouissent, non intelexerunt, quoniã
Rom.2 qui talia agũt, digni sunt morte, nõ solũ qui ea faciunt, sed & qui consentiunt faciẽtibus. Propter quod inexcusabilis es ó homo oĩs qui iudicas. In quo eĩ iudicas alterũ, teipsum condẽnas: eadẽ enim agis qui iudicas. Scimus enim, quoniã iudiciũ dei est secundũ ueritatem, in eos qui talia agunt. Existimas aũt hoc ó homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, q̃ tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ & longanimitatis cõtẽnis? Ignoras quoniã benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? Secundũ duritiam autem tuã, & impœnitens cor thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundũ opera eius. His quidem qui secundũ patientiã boni operis, gloriã & honorẽ & incorruptionẽ quærentibus uitam æternã. His autẽ qui ex contentione, & qui nõ acquiescũt ueritati, credũt autẽ iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia in omnẽ animã hominis operantis malum, Iudæi primũ & Græci. Gloria aũt & honor & pax omni operanti bonũ, Iudæo primum & Græco. Et post paululũ, Non enim audi tores legis iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustificabũtur. Itẽ paulopost, Qui ergo alium do- D ces, teipsum nõ doces. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicis non mœchandũ, mœcharis. Qui abominaris idola, sacrilegiũ facis. Qui in lege gloriaris, per præuaricationẽ legis deũ inhonoras. Nomẽ enim dei per uos blasphematur in
Rom.5 ter gentes, sicut scriptũ est. Et aliquãto post, Iustificati igitur ex fide pacẽ habeamus ad deũ per dominũ nostrum Iesum Christum, per quẽ & accessum habemus fide in gratia ista in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorũ dei. Non solũ autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiã operatur: patientia autẽ probationẽ, probatio uero spem, spes autem non confundit, Quia charitas dei diffusa est in cordi- bus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis.
A Et alio loco, Non ergo regnet peccatũ in uestro Rom.6
mortali corpore, ut obediatis cõcupiscẽtijs eius. Sed neq; exhibeatis mẽbra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tanquã ex mortuis uiuentes, & mẽbra uestra arma iustitiæ deo. Et post paululum, Humanũ dico propter infirmitatem carnis uestræ, Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificatione. Et alio loco, Ergo fratres debitores sumus nõ carni, ut secundũ carnẽ
Rom.8 uiuamus. Si enim secundũ carnẽ uixeritis, morie mini. Si autẽ spiritu facta carnis mortificatis, uiuetis. Quicunq; enim spiritu dei agũtur, hi filij sunt dei. Et post paululũ, Hæredes quidẽ dei, cohæredes autẽ Christi, si tamen cõpatiemur, ut & conglorificemur. Et post paululũ, Si autẽ quod nõ uidemus, speramus, per patiẽtiam expectamus. Et post paucos uersus, Scimus autẽ, quoniã diligentibus deum omnia cooperãtur in bonũ. Et paulo post. Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Sicut scriptum est:
Psal.43 Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus ut oues occisionis. Sed in his omnib. superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; ꝓfundũ, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in
C Christo Iesu dño nostro. Et alio loco, Corde eĩ Rom.10
creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in il Esa.28
lum, nõ cõfundetur. Nõ enim est distinctio Iudæi & Græci, Nã idem dominus omniũ, diues in omnes qui inuocãt illum. Omnis enim quicũq; inuocauerit nomẽ domini, saluus erit. Et alio loco, Tu
Rom.11 autem fide sta, Noli altũ sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis nõ pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatẽ & seueritatẽ dei. In eos quidẽ qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatẽ, si permãseris in bonitate. Et paulo
Rom.12 post, Obsecro itaq; uos fratres per misericordiã dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuẽtem, sanctam, deo placentẽ, rationabile obsequium uestrũ. Et nolite cõformari huic seculo, sed reformamini in nouitate spiritus uestri, ut probetis quę sit uolũtas dei bona & placẽs et perfecta. Dico enim per gratiã quæ data est mihi, omnib. qui sunt inter uos, nõ plus sapere q̃ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ, unicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem mẽbra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autẽ alter alterius mẽbra. Habentes autem donationes secundum gratiã quæ data est nobis differentes, siue prophetiam secundũ rationem fidei, siue ministeriũ in ministrando, siue qui docet in doctrina, Qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine

licitudine, qui miseretur in hilaritate, Dilectio sine simulatione, odientes malũ, adhærẽtes bono, cha
A ritatẽ fraternitatis inuicẽ diligẽtes, honore inuicẽ præuenientes, solicitudine nõ pigri, spiritu feruẽtes, domino seruientes, spe gaudẽtes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatib. sanctorũ cõmunicantes, hospitalitatẽ sectãtes. Benedicite persequentib. uos, benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cũ gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicẽ sentiẽtes. Nõ alta sapiẽtes, sed humilibus cõsentiẽtes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos, nulli malũ pro malo reddẽtes. Prouidentes bona, non tantũ corã deo, sed etiam corã omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex uobis est, cũ omnibus hominibus pacẽ habentes, nõ uosmetipsos defendentes charissimi, sed date
Deut.32 B locũ iræ. Scriptũ est enim, Mihi uindictam, et ego retribuã dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illũ; si sitit, potũ da illi: hoc enim faciens carbones ignis cõgeres sup caput eius. Noli uin-
Rom.13 ci à malo, sed uince in bono malũ. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Nõ est eĩ potestas nisi à deo. Quæ autẽ sunt à deo, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui aũt resistunt, ipsi sibi damnationẽ acquirunt. Nam principes nõ sunt timori boni operis, sed mali. Vis aũt non timere potestatẽ, bonũ fac, & habebis laudẽ ex illa. Dei enim minister est tibi in bonũ. Si autẽ malefeceris, time: non eĩ sine causa gladiũ portat. Dei eĩ minister est, uindex in ira ei qui male agit. Ideoq; necessitate subiectiestote, non solũ propter iram, sed & ꝓpter cõsciẽ- C tiam. Ideo enim & tributa præstatis: Ministri eĩ dei sunt in hoc ipsum seruiẽtes. Reddite oĩbus debita: cui tributũ, tributũ: cui uectigal, uectigal: cui timorẽ, timorem; cui honorẽ, honorẽ. Nemini quicquã debeatis, nisi ut inuicẽ diligatis. Qui enim diligit proximũ, legem impleuit. Nam, Nõ adulterabis, Non occides, Non furaberis, Nõ falsum testimoniũ dices, Non cõcupisces, & si quod est aliud mãdatũ, in hoc uerbo instauraĩ, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Dilectio proximi malum nõ operaĩ. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nũc eĩ propior est nostra salus, quã cũ credidimꝰ. Nox præcessit, dies aũt appro- D pinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus: nõ in comessationibus et ebrietatibus, nõ in cubilib. & impudicitijs, nõ in contẽtione & æmu
Rom.14 latione: sed induimini dominũ Iesum Christũ, Et carnis curã ne feceritis in desideriis. Infirmũ autẽ in fidẽ assumite, nõ in disceptationibus cogitationũ. Alius enim credit mãducare omnia, Qui autẽ infirmus est, olera mãducet. Is qui manducat, nõ manducantẽ non spernat: & qui non manducat, manducantẽ non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudices alienũ seruũ? Suo domino stat, aut cadit. Stabit autem. Potest eĩ deus statuere illũ, Nam alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem. Vnusquisq; in suo sensu abundet, Qui sapit diem, domino sapit: & qui
A manducat, domino manducat: gratias enim agit deo. Et qui nõ manducat, domino nõ manducat, & gratias agit deo. Nemo enim nostrũ sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, dño morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc eĩ Christus & mortuus est & resurrexit, ut & mortuorũ & uiuorũ dominetur. Tu aũt quid iudicas fratrem tuũ? aut tu quare spernis fratrẽ tuum? Oĩes enim stabimus ante tribunal dei. Scriptũ est eĩ, Viuo ego, dicit dominus, quoniã mihi flectẽt om Esa.45
ne genu. et omnis lingua cõfitebitur deo. Itaq; unusquisq; nostrũ pro se rationẽ reddet deo. Nõ ergo amplius inuicẽ iudicemus. Sed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculũ fratribus uel scandalũ.
B Scio, & cõfido in domino Iesu, quia nihil cõmune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi cõmune est. Si eĩ propter cibũ frater tuus cõtristatur, iam non secundũ charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo illũ pdere, ꝓ quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonũ nostrum. Nõ est regnum dei esca & potus, sed iustitia et pax et gaudiũ in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo, et ꝓbatus est hominibus. Itaq; quę pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, in inuicẽ custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei. Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculũ mãducat. Bonum est non manducare carnẽ, & non bibere uinum: neq; in quo frater tuus offendit, aut scandalizat, aut infirmat. Tu fidem quam habes penes
C temetipsum, habe corã deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui aũt discernit, si mãducauerit, damnatus est, quia nõ ex fide. Omne aũt quod nõ est ex fide peccatũ est. Debemus autẽ nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere, & nõ nobis placere. Vnusquisq; nostrũ proximo suo placeat in bonum ad ædificationẽ. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptũ
Psal.68 est, Improperia improperantiũ tibi ceciderũt sup me. Quęcunq; autẽ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiã & consolationẽ scripturarum spem habeamus. Deus autẽ patientiæ & solatij det uobis idipsum sapere in alterutrum secundũ Iesum Christum, ut unanimes uno
D ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicẽ, sicut & Christus suscepit uos in honorẽ dei. Et aliquãto post, Probauerũt enim Macedonia & Achaia collationẽ aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem, Placuit enim eis et debitores sunt eorũ. Nam si spiritalium eorũ participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Et post paucos uersus, Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, et per charitatẽ spiritus, ut adiuuetis me in
Rom.16 orationibus pro me ad deum. Et paulopost, Rogo autem uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam uos didicistis, faciunt: & declinate ab eis, Huiusmodi enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim Christo dño nostro nõ seruiũt,sed suo uẽtri,
& per dulces sermones & benedictiones seducũt A
corda innocentiũ. Vestra enim obediẽtia in om-
nẽ locũ diuulgata est.Gaudeo igitur in uobis,sed
uolo uos sapiẽtes esse in bono,et simplices si malo.

Ex epistola prima ad Corinthios

OBsecro autẽ uos fratres per nomẽ domini
Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, &
nõ sint in uobis schismata. Sitis aũt perfecti in eo
dẽ sensu, & in eadẽ sentẽtia. Significatũ est enim
mihi de uobis fratres mei,ab his qui sunt Chloes,
quia cõtentiones inter uos sunt. Hoc aũt dico, q̃
unusquisq; uestrũ dicit,Ego quidẽ sum Pauli,ego
autẽ Apollo,ego uero Cephæ, ego autẽ Christi.
Diuisus est Christus? Nũquid Paulus crucifixus
est pro uobis,an in nomine Pauli baptizati estis?
Et post paululũ, Ex ipso autẽ uos estis in Christo
Iesu,qui factus est sapiẽtia nobis à deo & iustitia, B
& sanctificatio,& redẽptio,ut quemadmodũ scri
Hierc.9 ptum est: Qui gloriatur,in domino glorietur. Et
1 Corin.3 alio loco: Cum enim sit inter uos zelus & conten
tio,nónne carnales estis,& secundũ hominẽ am-
bulatis? Cũ enim quis dicit, Ego quidẽ sum Pau
li:alius aũt, Ego Apollo:nónne homines estis? Et
post paululum, Nescitis, quia templũ dei estis,&
spiritus dei habitat in uobis? Si quis autẽ templũ
dei uiolauerit,dispердet illũ deus. Templũ enim
dei sanctum est,quod estis uos. Nemo seipsum se
ducat. Si quis uidetur inter uos sapiẽs esse in hoc
seculo,stultus fiat ut sit sapiens. Sapiẽtia enim hu
ius mũdi stultitia est apud deũ. Et post paucos uer
1 Cor. 4 sus, Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusq;
ueniat dominus,qui illuminabit abscõdita tene- C
brarum, & manifestabit consilia cordiũ, & tunc
laus erit unicuiq; à deo. Hæc autem fratres trans-
figurauí in me & Apollo propter uos,ut in nobis
discatis,ne supra q̃ scriptũ est,unus aduersus alte
rum inflet pro alio. Quis enim te discernit? Quid
autem habes quod non accepisti? Si autẽ accepi
sti,quid gloriaris quasi nõ acceperis? Et post pau
lulum, Vsq; in hanc horã & esurimus,& sitimus,
& nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabi-
les sumus, & laboramus operantes manibus no
stris,Maledicimur,& benedicimus. Persecutio-
nem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, &
obsecramus. Tanquã purgamẽta huius mũdi fa-
cti sumus omniũ peripsema usq; adhuc. Non ut
confundã uos hæc scribo,sed ut filios meos cha- D
1 Corin.5 rissimos moneo. Item post paululũ, Omnino au-
ditur inter uos fornicatio,& talis fornicatio qua-
lis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis
habeat: & uos inflati estis,& non magis luctũ ha-
buistis, ut tollatur de medio uestrũ qui hoc opus
fecit.Ego quidem absens corpore, præsens autẽ
spiritu,iam iudicaui ut præsens,eum qui sic ope-
ratus est,in nomine domini nostri Iesu Christi cõ
gregatis uobis & meo spiritu,cũ uirtute dñi Iesu
tradere huiusmodi in interitũ carnis, ut spiritus
saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Nõ est
bona gloriatio uestra, Nescitis, quia modicũ fer-
mentũ totam massam corrumpit? Expurgate ue-
tus fermentum,ut sitis noua cõspersio,sicut estis
azymi, Etenim Paschà nostrum immolatus est
Christus,Itaq; epulemur non in fermento ueteri,
neq; in fermento malitiæ & nequitiæ,sed in azy-
mis synceritatis & ueritatis. Scripsi uobis in Epi
stola,ne cõmisceamini fornicarijs. Non utiq; for-
nicarijs huius mũdi,aut auaris,aut rapacibus,aut
idolis seruientibus, alioquin debueratis de hoc
mũdo exisse. Nũc autem scripsi uobis, non cõmi-
sceri,si is qui frater nominatur, est fornicator,aut
auarus,aut idolis seruiẽs,aut maledic⁹,aut ebrio-
sus,aut rapax,cum eiusmodi nec cibum sumere.
Quid enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nõ-
ne de ijs qui intus sunt,uos iudicatis? Nã eos qui
foris sunt, deus iudicabit. Auferte malũ ex uobis *1 Corin.6*
ipsis. Audet aliquis uestrũ habẽs negociũ aduer-
sus alterũ iudicari apud iniquos, & nõ apud san-
ctos? An nescitis quoniã sancti de hoc mũdo iudi
cabũt? Et si in uobis iudicabitur mũdus, indigni
estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam
angelos iudicabimus,quãto magis secularia? Se-
cularia igitur iudicia si habueritis, cõtemptibiles
qui sunt in Ecclesia, illos cõstituite ad iudicandũ.
Ad uerecundiã uestrã dico,Sic nõ est inter uos sa
piẽs quisquã qui possit iudicare inter fratrẽ suũ:
sed frater cũ fratre iudicio contẽdit, & hoc apud
infideles. Iã quidẽ omnino delictum est in uobis,
q̃ iudicia habetis inter uos. Quare nõ magis in-
iuriã accipitis? Quare nõ magis fraudem patimi
ni:sed uos iniuriã facitis & fraudatis,& hoc fratri
bus? An nescitis, quia iniqui regnũ dei nõ possi-
debũt? Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis
seruiẽtes,neq; adulteri,neq; molles, neq; masculo
rum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; e-
briosi,neq; maledici,neq; rapaces regnũ dei possi
debũt. Et post paululũ, Nescitis quoniã corpora
uestra mẽbra Christi sunt? Tollẽs ergo membra
Christi, faciã mẽbra meretricis? Absit. An nesci-
tis, quoniã qui adhæret meretrici, unũ corpus effi
citur? Erũt enim, inquit, duo in carne una. Qui au
tem adhæret dño, unus spiritus est. Fugite forni-
cationẽ. Omne peccatũ quodcũq; fecerit homo,
extra corpus est,qui aũt fornicatur,in corpus suũ
peccat. An nescitis, quoniã mẽbra uestra templũ
sunt spiritussancti qui in uobis est, quẽ habetis à
deo,& non estis uestri? Empti enim estis pretio ma
gno. glorificate et portate dñm in corpore uestro.
De quibus autẽ scripsistis mihi, Bonũ est homini *1 Corin.7*
mulierẽ non tãgere. Propter fornicationẽ autem
unusquisq; suã uxorẽ habeat,& unaquæq; suũ ui-
rum habeat. Vxori uir debitũ reddat,similiter au
tem & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem
nõ habet,sed uir. Similiter aũt & uir sui corporis
potestatẽ non habet,sed mulier. Nolite fraudare
inuicẽ,nisi forte ex cõsensu ad tempus, ut uacetis
orationi,& iterũ reuertamini in idipsum,ne tẽtet
uos satanas propter incontinentiã uestram. Hoc
autẽ dico secundũ indulgentiã, nõ secundũ impe
rium. Volo autem omnes homines esse sicut me
ipsum:sed unusquisq; proprium habet donum ex
deo,alius quidem sic,alius uero sic. Dico autem
nõ nuptis & uiduis, bonũ est illis si sic maneãt si-
cut

cut & ego. Quod si nõ se cõtinent,nubãt. Melius
est enim nubere q̃ uri. His autẽ qui matrimonio A
iuncti sunt, præcipio, nõ ego,sed dominus, Vxo-
rem à uiro non discedere. Quod si discesserit, ma-
nere innuptã, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxo-
rem nõ dimittat. Nã cæteris ego dico non domi-
nus, Si quis frater uxorẽ habet infidelem,& hæc
cõsentit habitare cũ illo,nõ dimittat illã. Et si qua
mulier habet uirũ infidelẽ,& hic cõsentit habita-
re cũ illa,non dimittat uirũ. Sanctificatus est enim
uir infidelis in muliere fideli:et sanctificata est mu
lier infidelis per uirũ fidelem. Alioquin filij uestri
immũdi essent, nunc autẽ sancti sunt. Quod si infi
delis discedit,discedat. Nõ est enim seruituti sub-
iectus frater aut soror in eiusmodi: In pace aũt uo
cauit nos deus. Vnde enim scis mulier si uirũ sal- B
uum facies? Aut unde scis uir si mulierẽ saluã fa-
cies? Nisi unicuiq; sicut diuisit dominus. Vnum-
quenq; sicut uocauit deus ita ambulet. Sicut in o-
mnibus Ecclesiis doceo. Circũcisus aliquis uoca
tus est, nõ adducat præputiũ. In præputio aliquis
uocatus est,nõ circũcidatur. Circũcisio nihil est,
& præputiũ nihil est, sed obseruatio mãdatorum
dei. Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est, in
ea permaneat. Seruus uocatus es,nõ sit tibi curæ.
Sed & si potes liber fieri,magis utere. Qui enim in
domino uocatus est seruus, libertus est domini.
Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi.
Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.
Vnusquisq; in quo uocatus est frater, in hoc per-
maneat apud deum. De uirginibus aũt præceptũ
domini nõ habeo, Consiliũ autẽ do, tanquã mise- C
ricordiã consecutus à domino, ut sim fidelis. Exi-
stimo ergo hoc bonũ esse propter instantẽ neces-
sitatẽ, quoniã bonũ est homini sic esse. Alligatus
es uxori, noli quærere solutionẽ, Solutus es ab
uxore, noli quærere uxorẽ. Si aũt acceperis uxo-
rem,nõ peccasti,& si nupserit uirgo nõ peccauit:
Tribulationẽ tamẽ carnis habebunt huiusmodi.
Ego aũt uobis parco. Hoc itaq; dico fratres, Tẽ-
pus breue est:reliquũ est, ut & qui habẽt uxores,
tanq̃ non habẽtes sint:& qui flent, tanq̃ non flen
tes:& qui gaudẽt, tanq̃ non gaudẽtes,& qui utũ-
tur hoc mũdo, tanq̃ non utãtur. Præterit enim fi-
gura huius mũdi. Volo aũt uos sine solicitudine
esse. Qui sine uxore est, solicitus est quæ dñi sunt,
quomõ placeat deo. Qui aũt cum uxore est,solici D
tus est quę sunt huius mũdi, quõ placeat uxori, et
diuisus est. Et mulier inupta & uirgo,cogitat quę
dñi sunt, ut sit sancta & corpore et spiritu. Quę au
tẽ nupta est, cogitat quę sunt mundi, quõ placeat
uiro. Porrò hoc ad utilitatẽ uestrã dico:non ut la-
queũ uobis iniiciã, sed ad id quod honestũ est,&
q̃d facultatẽ præbeat sine impedimẽto dñm obse
crãdi. Si quis aũt turpẽ se uideri existimat sup uir
ginẽ suã, quod sit superadulta, & ita oportet fieri,
quod uult,faciat: non peccat, si nubat. Nã qui sta
tuit in corde suo firmus,nõ habẽs necessitatẽ:po-
testatẽ aũt habet suę uolũtatis, & hoc iudicauit in
corde suo seruare uirginẽ suã,bene facit. Igitur &
qui matrimonio iungit uirginẽ suam bene facit:
& qui nõ iũgit, melius facit. Mulier alligata est le
gi quãto tẽpore uir eius uiuit. Quod si dormierit
uir eius,liberata est,Cui uult,nubat,tantũ in dño.
Beatior aũt erit, si sic permãserit secundũ meũ cõ-
siliũ. Puto aũt q̃ & ego spiritũ dei habeã. De ijs au *1 Cor.8*
tem quę idolis sacrificant,scimus quia omnẽ scię-
tiã habemus. Sciẽtia inflat, charitas uero ædificat.
Si quis se existimat scire aliquid, nondum cogno
uit quemadmodũ oporteat eũ scire. Si quis aũt di
ligit deũ,hic cognitus est ab eo. De escis autẽ quę
idolis immolantur, scimus quia nihil est idolũ in
mundo. Et post paululũ, Sed non in omnibus est
scientia. Quidã autem conscięntia usq; nunc idoli,
quasi idolothytũ manducãt, & cõscientia ipsorũ
cum sit infirma polluitur. Esca aũt nos nõ cõmen
dat deo. Neq; enim si non manducauerimus defi
ciemus, neq; si mãducauerimus,abũdabimus. Vi
dete autẽ ne forte hæc licẽtia uestra, offendiculũ
fiat infirmis. Si enim quis uiderit eum qui habet
scientiã in idolio recumbentẽ,nonne conscientia
eius cum sit infirma, ædificabitur ad manducan-
dũ idolothyta? Et peribit infirmus in tua scientia
frater, propter quẽ Christus mortuus est. Sic aũt
peccantes in fratres,& percutiẽtes cõscientiã eo-
rum infirmã, in Christũ peccatis. Quapropter si
esca scãdalizat fratrẽ meũ, non manducabo car-
nem in æternũ,ne fratrẽ meũ scãdalizem. Et post
pauca. Nunquid nõ habemus potestatẽ mandu- *1 Cor.9*
candi & bibẽdi? Nunquid nõ habemus potesta-
tem,sororẽ mulierẽ circũducendi, sicut & cæteri
Apostoli,& fratres domini & Cephas? Aut solus
ego & Barnabas nõ habemus potestatẽ hoc ope-
rãdi? Quis militat suis stipẽdijs unquã? Quis plã-
tat uineam,& de fructu eius nõ edit? Quis pascit
gregẽ,& de lacte gregis non mãducat? Nunquid
secundũ hominẽ hæc dico? An & lex hæc non di
cit? Scriptũ est enim in lege Moysi, Nõ alligabis *Deuter.25*
os bouí triturãti. Nũquid de bobus cura est deo?
An propter nos hoc utiq; dicit? Nã propter nos
utiq; scripta sunt:quoniã debet in spe qui arat ara
re, & qui triturat in spe fructus percipiẽdi. Si nos
uobis spiritalia seminauimus:magnũ est si carna-
lia uestra metamus? Si alij potestatis uestræ parti
cipes sunt, nõ potius nos? Sed non usi sumus hac
potestate. Sed omnia sustinemus,ne quod offendi-
culũ demus Euãgelio Christi. Nescitis quoniam
qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt,
edũt. Et qui altario deseruiũt,cũ altario particípã-
tur. Ita & dominus ordinauit ijs qui Euangelium
annũciant,de Euãgelio uiuere. Ego autẽ nullo ho
rum usus sum. Nõ scripsi aũt hęc, ut ita fiãt in me.
Bonũ est enim mihi magis mori, q̃ ut gloriã meã
quis euacuet. Nam & si euangelizauero, non est
mihi gloria, Necessitas enim mihi incumbit. Væ
enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim uo
lens hoc ago, mercedẽ habeo. Si autem inuitus,
dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo mer-
ces mea, ut Euangelium prædicans sine sumptu
ponam Euangelium Christi, ut non abutar pote-
state mea in Euãgelio? Nam cum liber sim,ex om
nibus omniũ me seruum feci,ut plures lucrifica-
rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem. Et factus sum Iudæis tanquã Iudæus, ut Iudæos lucrarer, Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege A
essem, cũ ipse nõ essem sub lege, sed sub gratia, ut
eos qui sub lege erãt lucrifacerẽ. Iis qui sine lege
erant, tanquã sine lege essem, cũ sine lege dei non
essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerẽ eos
qui sine lege erãt. Factus infirmis infirmus, ut in-
firmos lucrifacerẽ. Omnib, omnia factus sum, ut
omnes lucrifacerẽ. Omnia aũt facio propter Euã-
geliũ, ut particeps eius efficiar. Nescitis, q̃ hi qui
in stadio currũt, omnes quidẽ currũt, sed unus ac-
cipit brauiũ? Sic curnite ut cõprehẽdatis. Omnis
aũt qui in agone contẽdit, ab omnib. se abstinet:
& illi quidẽ ut corruptibilẽ coronã accipiant, nos
aũt incorruptã. Ego igit sic curro, non quasi in in-
certũ, Sic pugno, nõ quasi aerem uerberãs, sed ca-
stigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne forte B
1 Cor.10 cũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. No-
lo enim uos ignorare fratres, quoniã patres nostri
omnes sub nube fuerunt. Et post paucos uersus,
Sed nõ in pluribus eorũ beneplacitũ est deo. Nã
prostrati sunt in deserto. Hæc autẽ in figura facta
sunt nostri, ut nõ simus cõcupiscentes malorũ, si-
cut & illi cõcupierunt. Neq; idololatræ efficiami
ni, sicut quidã ex ipsis, quẽadmodũ scriptũ est, Se-
dit populus mãducare & bibere, & surrexerũt lu-
Exod.32 dere. Neq; fornicemur sicut quidã ex ipsis forni-
cati sunt, & ceciderunt una die uigintitria milia.
Neq; tentemus Christũ, sicut quidam eorũ tenta
uerũt, & à serpẽtibus perierũt. Neq; murmuraue
rimus, sicut quidã eorũ murmuraverunt, & perie
runt ab exterminatore. Hæc aũt omnia in figura C
contingebãt illis: scripta sunt aũt ad correptionẽ
nostrã, in quos fines seculorũ deuenerunt. Itaq;
qui se existimat stare, uideat ne cadat. Tentatio
uos nõ apprehẽdat nisi humana. Fidelis itaq; de⁹
est, qui non patitur uos tentari supra id quod po-
testis, sed faciet cum tentatione etiã prouentũ, ut
possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi,
fugite ab idolorũ cultura. Et paulopost, Sed quæ
immolãt gentes, dæmonijs immolãt, & non deo.
Nolo aũt uos socios fieri dæmoniorũ. Non pote
stis calicem domini bibere, et calicẽ dæmoniorũ.
Non potestis mẽsæ domini participes esse, & mẽ-
sæ dæmoniorũ. An æmulamur dominũ? Nũquid
fortiores illo sumus? Omnia mihi licẽt, sed nõ om
nia expediũt. Omnia mihi licẽt, sed nõ omnia ædi D
ficãt. Nemo quod suum est quærat, sed quod alte
rius. Omne quod in macello uenit, mãducate, ni-
hil interrogãtes propter cõscientiã. Et paulopost,
Si quis aũt dixerit, hoc immolatũ est idolis, nolite
mãducare propter illũ qui indicauit, & propter
conscientiã. Cõscientiã aũt dico nõ tuam, sed alte
rius. Vt quid enim libertas mea iudicat ab aliena
cõscientia? Si ego cũ gratia participo, quid blas-
phemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo mã-
ducatis siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in
gloriã Dei facite. Sine offensione estote Iudeis &
Gẽtibus, & Ecclesiæ dei: sicut & ego p omnia om
nibus placeo, nõ quærẽs quod mihi utile est, sed
quod multis ut salui fiant. Imitatores mei estote,
sicut & ego Christi. Et post paululum, Omnis uir 1 Cor.11
orans aut prophetans uelato capite, deturpat ca-
put suũ. Omnis aũt mulier orans aut prophetans
nõ uelato capite, deturpat caput suum. Et post ali-
quantũ, Hoc aũt præcipio nõ laudans q̃ nõ in me
lius, sed in deterius cõuenitis. Primũ quidẽ cõue
nientibus uobis in Ecclesiam audio scissuras esse,
& ex parte credo. Nã oportet & hæreses esse, ut
& qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. Con
uenientib. ergo uobis in unũ, iam nõ est domini-
cam cœnã mãducare. Vnusquisq; enim suã cœnã
præsumit ad manducandũ, Et alius quidẽ esurit,
alius autẽ ebrius est. Nunquid domos nõ habetis
ad manducandũ & bibendũ? Aut Ecclesiam dei
contẽnitis, & cõfunditis eos qui nõ habẽt? Quid
dicã uobis? Laudo uos, in hoc non laudo. Et post
aliquos uersus, Itaq; quicunq; mãducauerit panẽ
uel biberit calicẽ domini indigne, reus erit corpo
ris & sanguinis domini. Probet aũt seipsum ho
mo, & sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui
enim mãducat & bibit indigne, iudiciũ sibi mãdu
cat & bibit, nõ dijudicãs corpus domini. Ideo in-
ter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt
multi. Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non
utiq; iudicaremur. Dũ iudicamur autẽ, à domino
corripimur, ut nõ cũ hoc mũdo damnemur. Itaq;
fratres mei, cũ cõuenitis ad mãducandũ, inuicem
expectate. Si quis esurit, domi mãducet, ut nõ in
iudiciũ cõueniatis. Cætera aũt cũ uenero dispo-
nam. Et alio loco: Sed deus tẽperauit corpus, ei 1 Cor.12
cui deerat abũdantiorẽ tribuẽdo honorẽ, ut nõ sit
schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem so
licita sint membra. Et si quid patitur unũ mẽbrũ,
compatiunt omnia mẽbra. Siue gloriatur unum
mẽbrũ, congaudẽt omnia mẽbra. Vos autẽ estis
corpus Christi & mẽbra de mẽbro. Et quosdam
quidẽ posuit deus in Ecclesia, primũ Apostolos,
secũdo Prophetas, tertio doctores, deinde uirtu-
tes, exinde gratias curationũ, gubernationes, opi
tulationes, genera linguarũ, interpretationes ser-
monũ. Nunquid omnes Apostoli? nũquid omes
Prophetæ? nunquid omnes doctores? nũquid o-
mnes uirtutes? nũquid omnes gratiã habẽt cura-
tionũ? nunquid omnes linguis loquũtur? nũquid
omnes interpretãtur? Aemulamini aũt charisma
ta meliora, & adhuc excellentiorẽ uobis uiã de-
monstro. Si linguis hominũ loquar, & angelorũ, 1 Cor.13
charitatẽ autẽ non habeam, factus sum uelut æra
mentũ sonans, aut cymbalũ tinniens. Et si habue-
ro prophetiã, & nouerim mysteria omnia & om-
nem scientiã: & si habuero omnẽ fidẽ, ita ut mon
tes transferã, charitatẽ autem non habuero, nihil
sum. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes fa-
cultates meas, & si tradidero corpus meum ut ar-
deam, charitatẽ aũt non habuero, nihil mihi pro-
dest. Charitas patiẽs est, benigna est, Charitas nõ
æmulatur, nõ agit perperã, nõ inflatur, nõ est am-
bitiosa, nõ quærit quæ sua sunt, nõ irritatur, non
cogitat malũ, non gaudet super iniquitatẽ, cõgau
det aũt ueritati. Omnia suffert, omnia credit, om-
nia sperat, omnia sustinet: Charitas nunquã exci-
dit

dit. Et post aliquos uersus, Nunc autem manet fi-
des, spes, charitas, tria hæc, Maior aũt his est cha A
ritas. Sectamini autẽ charitatem. Et paulopost,
1 Cor.14 Quoniã æmulatores estis spirituũ ad ædificationẽ
Ecclesiæ, quærite ut abundetis. Item post paulu-
lum, Fratres nolite pueri effici sensibus, sed mali-
tia paruuli estote, sensibus aũt perfecti estote. Et
alio loco: Quid ergo est fratres? Cũ conuenitis u-
nusquisq; uestrum psalmũ habet, doctrinã habet,
apocalypsim habet, linguã habet, interpretationẽ
habet, omnia ad ædificationẽ fiãt. Et post aliquos
uersus. Mulieres in Ecclesiis taceãt: nõ enim per-
mittit illis loqui, sed subditas esse, sicut & lex di-
cit, Si quid aũt uolũt discere, domi uiros suos in-
terrogent. Turpe est enim mulieri loqui in eccle-
sia. An à uobis uerbũ dei ꝓcessit, aut in uos solos
1 Cor.15 euenit? Et post paululũ, Nolite reduci, Corrũpũt B
mores bonos, colloquia mala. Euigilate iusti, &
nolite peccare. Ignorantiã enim dei quidã habẽt,
Ad reuerentiã uobis loquor. Et post paululum,
Itaq; fratres mei dilecti, estote stabiles & immobi
les, abundãtes in opere domini semper, sciẽtes q̃
1 Cor.16 labor uester nõ est inanis in domino. De collectis
autẽ quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui in Eccle
siis Galatiæ, ita & uos facite per unam sabbati.
Vnusquisq; uestrũ apud se ponat recondẽs quod
ei bene placuerit, ut non cũ uenero tunc collectæ
fiant. Cum aũt præsens fuero, quos probaueritis
per epistolas, hos mittã perferre gratiã uestrã in
Hierusalem. Quod si dignũ fuerit ut & ego eam,
mecũ ibunt. Veniã autem ad uos cum Macedo-
niam pertrãsiero. Nam Macedoniã pertransibo. C
Apud uos aũt forsitan remanebo, uel etiã hyema
bo ut uos me deducatis quocũq; iero. Nolo enim
uos modo in transitu uidere. Spero enim me ali-
quantũ tẽporis manere apud uos, si dominus per
miserit. Permanebo autẽ Ephesi usq; ad Penteco
sten. Ostium enim mihi apertũ est magnũ & evi-
dens, & aduersarij multi. Si autẽ uenerit Timo-
theus, uidete ut sine timore sit apud uos. Et post
paululum, Vigilate, state in fide, uiriliter agite &
confortamini, Omnia uestra in charitate fiant.

Ex epistola ad Corinthios se cunda

NAm gloria nostra hæc est, testimoniũ con-
scientiæ nostræ, q̃ in simplicitate & synce
2 Cor.2 ritate dei, & non in sapiẽtia carnali, sed in gratia
dei cõuersati sumus in mũdo. Et post paululũ, Si
quis aũt contristauit me, nõ me cõtristauit: sed ex D
parte, ut non onerem omnes uos. Sufficit illi, qui
eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus:
ita ut ea cõtra magis donetis et cõsolemini, ne for
te abundãtiore tristitia absorbeatur, qui eiusmo-
di est. Propter quod obsecro uos ut cõfirmetis in
illo charitatẽ. Ideo enim scripsi, ut cognoscã expe
rimentũ uestrũ, an in omnib. obedientes sitis. Cui
autẽ aliquid donastis, & ego. Nã & ego quod do
naui, si quid donaui, propter uos in persona Chri
sti, ut non circũueniamur à satana. Nõ enim igno
2 Cor.4 ramus cogitationes eius. Et alio loco, Ideo habẽ
tes hanc administrationẽ iuxta quod misericor-
diam cõsecuti sumus, non deficimus, sed abdica-
mus occulta dedecoris, Non ambulantes in astu-
tia, neq; adulterantes uerbũ dei, sed in manifesta-
tione ueritatis cõmendãtes nosmetipsos ad om-
nem conscientiã hominũ coram deo. Et post pau-
cos uersus, Nõ enim nosmetipsos prædicamus,
sed Iesum Christũ dominũ nostrũ, nos autem ser-
uos per Iesum. Et paulopost, Habemus autẽ the-
saurũ istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uir
tutis dei, & nõ ex nobis. In omnibus tribulationẽ
patimur, sed nõ angustiamur: aporiamur, sed nõ
destituimur: persecutionẽ patimur, sed non dere-
linquimur: deijcimur, sed nõ perimus: semp mor
tificationẽ Iesu in corpore nostro circũferentes,
ut & uita Iesu in corporib. nostris manifestetur.
Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradi-
mur, ꝓpter Iesum, ut & uita Iesu manifestet in car
ne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur,
uita aũt in uobis. Habentes autẽ eundẽ spiritum
fidei, sicut scriptũ est: Credidi propter quod locu Psal.115
tus sum, & nos credimus propter quod & loqui-
mur. Et post sex uersus, Propter quod non defici
mus. Sed licet is qui foris est homo noster corrũ-
patur, tamen is qui intus est renouatur de die in
diẽ. Id enim quod in præsenti est momẽtaneũ &
leue tribulatiõis nostrę, supra modũ in sublimita-
te æternũ gloriæ põdus operatur in nobis, nõ cõ-
templantib. nobis quę uidẽtur. sed quę nõ uiden-
tur. Quæ enim uidentur temporalia sunt, quæ autẽ
nõ uidentur æterna sunt. Et post paululum, Adiu 2 Cor.6
uantes autẽ adhortamur, ne inuacuũ gratiam dei
recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui Esa.49
te, & in die salutis adiui te. Ecce nũc tẽpus acce-
ptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes ullã
offensionẽ, ut non uituperetur ministeriũ nostrũ:
sed in omnib. exhibeamus nosmetipsos sicut dei
ministros: in multa patiẽtia, in tribulationibus, in
necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceri-
bus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ie-
iunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in
suauitate, in spiritu sancto, in charitate nõ ficta, in
uerbo ueritatis, in uirtute dei: per arma iustitiæ, à
dextris & sinistris, per gloriã & ignobilitatẽ, per
infamiã & bonam famam: ut seductores & uera-
ces, sicut qui ignoti & cogniti: quasi morientes, &
ecce uiuimus: ut castigati & nõ mortificati: quasi
tristes, semper aũt gaudẽtes: sicut egẽtes, multos
autẽ locupletãtes: tanquã nihil habẽtes & omnia
possidentes. Et post paucos uersus: Dilatamini et
uos, Nolite iugum ducere cum infidelibus, Quæ
enim participatio iustitiæ cũ iniquitate: aut quæ
societas luci ad tenebras? Quę aũt cõuẽtio Chri-
sti ad Belial? Aut quę pars fideli aut infideli? Qui
autẽ consensus templo dei cum idolis? Vos enim
estis templũ dei uiui, sicut dicit dominus, Quo- Leuit.26
niã inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos,
& ero illorũ deus, & ipsi erũt mihi populus. Pro-
pter quod exite de medio eorũ, & separamini di-
cit dominus, & immundũ ne tetigeritis, & ego re
cipiã uos, & ero uobis in patrẽ, & uos eritis mihi
in filios & filias, dicit dominus omnipotens. Has 2 Cor.7
igitur habẽtes promissiones charissimi, munde-
mus nos ab omni inquinamẽto carnis et spiritus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

perficientes sanctificationē in timore dei. Et post paululū, Quoniā & si contristaui uos in Epistola, A nō me pœnitet, et si pœniteret, uidens q̄ Epistola illa & si ad horā uos cōtristauit, nūc gaudeo non quia cōtristati estis, sed quia cōtristati estis ad pœnitētiam. Cōtristati enim estis secundū deū, ut in nullo detrimentū patiamini ex nobis. Quæ enim secundū deum tristitia est, pœnitētiam in salutem stabilem operatur. Seculi autē tristitia mortē operatur. Etenim hoc ipsum secundū deum contristari uos, quantā in uobis operatur solicitudinē: Et
2 Cor.8 post paucos uersus, Notam autem uobis facimus fratres gratiā dei quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ, q̄ in multo experimēto tribulatiōis abundantia gaudij ipsorū, & altissima paupertas eorū abundauit in diuitias simplicitatis eorū: Quia secundū uirtutem, testimoniū illis reddo, & supra B uirtutē uoluntarij fuerūt, cum multa exhortatione obsecrātes nos gratiā & cōmunicationē ministerij quod fit in sanctos: Et nō sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primū domino, deinde nobis per uoluntatē dei: ita ut rogaremus Titū, ut quēadmodū cœpit, ita & perficiat in uobis etiā gratiā istam. Sed sicut in omnibus abūdatis fide, & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate uestra in nos, ut & in hac gratia abundetis, non quasi imperās dico, sed per aliorū solicitudinē etiam uestræ charitatis ingenuū bonum comprobans. Scitis enim gratiā domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cū esset diues, ut inopia illius uos diuites essetis. Et cōsiliū in hoc do. Hoc enim uobis utile C est, qui non solum facere, sed & uelle cœpistis ab anno priori. Nunc uero & facto perficite, ut quēadmodū promptus est animus uoluntatis, ita sit & perficiēdi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prōpta est, secundū id quod habet accepta est, non secundū id quod nō habet. Non enim ut alijs sit remissio, uobis autē tribulatio, sed ex æqualitate in presenti tēpore uestra abundantia illorū inopiā suppleat, ut & illorū abūdantia uestrę inopiæ sit supplemētū, ut fiat æqualitas sicut scriptū est, Qui multū, non abundauit: & qui modicū, nō minorauit. Gratias autē deo qui dedit eandem solicitudinē pro uobis in corde Titi, quoniā exhortationē quidem suscepit, sed cum solicitior esset, sua uoluntate profectus est ad uos. Misimus autē D cum illo fratrē, cuius laus est in Euāgelio per omnes Ecclesias. Non solū autem, sed & ordinatus ab Ecclesiis comes peregrinationis nostrę, in hac gratia: quæ ministratur à nobis ad domini gloriā & destinatā uoluntatem nostrā, Deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis in domini gloriā. Prouidemus enim bona non solum coram deo, sed etiā coram
2 Cor.9 omnibus hominibus. Et post aliquos uersus, Nā de ministerio quod fit in sanctos ex abundāti est mihi scribere uobis, Scio enim promptū animū uestrum pro quo de uobis glorior apud Macedones, quoniā Achaia parata est ab anno præterito, & uestra emulatio prouocauit plurimos. Misi au-

tem fratres ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte: ut quēadmodū dixi parati sitis, ne cum uenerint mecū Macedones, & inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, ut nō dicā uos in hac substātia. Necessariū ergo existimaui rogare fratres ut præueniāt ad uos, & præparent repromissam benedictionē hanc paratam esse: sic quasi benedictionē, nō quasi auaritiā. Hoc autem dico, Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet: unusquisq; enim prout destinauit in corde suo nō ex tristitia, aut ex necessitate, Hilarē enim datorē diligit deus. Potens est autē deus omnem Eccli 35
gratiā abundare facere in uobis, ut in omnib. semper omnē sufficientiā habentes, abundetis in omne opus bonū, sicut scriptum est: Dispersit dedit Psal.111
pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui aūt administrat semen seminanti, & panē ad manducandū præstabit, & multiplicabit semē uestrū, & augebit incremēta frugū iustitiæ uestræ: ut in omnib. locupletati abūdetis in omnē simplicitatē quæ operatur per uos gratiarūactionē deo: quoniā ministeriū huius officij, nō solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiā abūdat per multas gratiarūactiones in domino per probationē ministerij huius: glorificantes deū in obedientia cōfessionis uestrę, & simplicitate cōmunicationis in illos et in omnes: & ipsorū consecratiōe pro uobis desiderantiū uos propter eminētem gratiā dei in uobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono
2 Cor.10 eius. Et alio loco, Qui aūt gloriat, in domino glorietur. Nō enim qui seipsum cōmendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Et post ali-
2 Cor.11 quātum: Ministri Christi sunt, & ego, Vt minus sapiens dico, plus ego: In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modū, in mortibus frequēter: à Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiū feci: nocte & die in profundo maris fui: in itineribus sæpe, periculis fluminū, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore & erūna, in uigilijs multis, in frigore & nuditate, in fame et siti, in ieiunijs multis, Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana, solicitudo omniū Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Quis scādalizatur, & ego non uror? Si gloriari oportet, quę infirmitatis meæ sunt gloriabor. Et post paululū,
2 Cor.12 Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatib. meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs multis pro Christo: Cū enim infirmor, tūc potens sum. Et post aliquos uersus, Ecce tertio paratus sum uenire ad uos, & non ero grauis uobis, Non enim quæro quæ uestra sunt, sed uos: Nec enim debēt filij parētibus thesaurizare, sed parentes filijs. Ego aūt libentissime impendam, & superimpendar ipse, pro animabus uestris, licet plus uos diligens

diligens minus diligar. Et post aliquos uersus, Timeo enim ne forte cū uenero, nō quales uolo in- A
ueniā uos, & ego inueniar à uobis qualē non uultis, Ne forte contētiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurratiōes, inflationes, seditiōes sint inter uos: ne iterū cum uenero humiliet me deus apud uos & lugeā multos ex ijs qui ante peccauerūt, & non egerūt pœnitētiam super immūdicia & impudicitia quam gesse-
2 Cor.13 rūt. Et alio loco, Oramus autē deum ut nihil mali faciatis, nō ut nos probati pareamus, sed ut uos quod iustum est faciatis. Et post sex uersus, De cętero fratres gaudete, perficimini, exhortamini, idipsum sapite, pacem habete, & deus dilectionis & pacis erit uobiscum.

Ex Epistola ad Galatas

SIadhuc hominibus placerem, Christi seruus nō essem. Et post aliquantū. Nam in Christo B
Iesu, neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputiū, sed fides quæ per dilectionē operatur. Et alio loco, Vos aūt in libertate uocati estis fratres: tantū ne libertatē in occasionē carnis detis, sed per charitatem spiritus seruite inuicē. Omnis enim lex in uno sermone impletur, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Quòd si inuicē mordetis & comeditis, uidete ne abinuicē cōsumamini. Dico autē in Christo, Spiritu ambulate & desideria carnis nō perficietis. Caro enim cōcupiscit aduersus spiritū, spiritus autē aduersus carnē. Hęc enim sibijn uicē aduersantur, ut non quæcunq; uultis illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Manifesta aūt sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immūdicia, luxuria, idolorū seruitus, uene- C
ficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidię, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniā qui talia agūt, regnū dei nō possidebūt. Fructus aūt spiritus est, charitas, gaudiū, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia. Aduersus huiusmodi nō est lex. Qui autē Christi sunt, carnē suā
Gal.5 crucifixerunt cū uitijs & concupiscētijs. Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis glorię cupidi, inuicē prouocātes, inuicem inuidētes. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, cōsiderās teipsum, ne & tu tēteris. Alter alterius onera porta D
te, & sic adimplebitis legē Christi. Nā si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autē suū probet unusquisq;, & sic in semetipso tantū habebit gloriā, & non in altero. Vnusquisq; enim onus suū portabit. Cōmunicet aūt is qui catechizatur uerbū ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare, deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hęc & metet, quoniā qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionē. Qui aūt seminat in spiritu, de spiritu & metet uitam æternā. Bonū autē facientes nō deficiamus, tępore enim suo metemus nō deficiētes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autē ad domesticos fidei.

Ex epistola ad Ephesios

OBsecro itaq; uos fratres ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua
uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patiētia supportātes inuicē in charitate, soliciti seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Et alio loco. Hoc itaq; dico & testificor in domino, ut iam nō ambuletis sicut & gētes ambulāt in uanitate sensus sui, tenebris obscuratū habentes intellectum, alienati à uita dei per ignorantiā, quę est in illis propter cæcitatē cordis ipsorū, qui desperātes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationē immunditiæ omnis & auaritiæ. Vos autē non ita didicistis Christū, Si tamen illū audistis, & in ipso docti estis, sicut est ueritas in Iesu. Deponite uos secundū pristinā conuersationem ueterem hominē qui corrumpitur secundū desideria erroris. Renouamini autē spiritu mētis uestræ, & induite nouū hominē qui secūdum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Propter quod deponentes mendaciū, loquimini ueritatem unusquisq; cū proximo suo, quoniā sumus inuicē membra. Irascimini & nolite peccare. Sol nō occidat super iracundiā uestram. Nolite locū dare diabolo. Qui furabatur, iam nō furetur, magis autem laboret operādo manib. suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatē patiēti. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationē opportunitatis ut det gratiā audiētibus. Et nolite cōtristare spiritū sanctū dei, in quo signati estis in die redēptionis. Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis cū omni malitia. Estote aūt inuicem benigni, misericordes, donantes inuicē sicut & deus in Christo donauit uobis. Estote ergo imitatores dei sicut filij Ephes.5
charissimi, & ambulate in dilectiōe, sicut & Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiā deo in odorē suauitatis. Fornicatio aūt & omnis immūditia aut auaritia nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquiū, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarūactio. Hoc enim scitote intelligētes, quod omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorū seruitus, nō habet hæreditatē in regno Christi & dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis, Propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidētiæ. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autē lux in domino, ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & ueritate, probātes quid sit beneplacitū deo. Et nolite cōmunicare operib. infructuosis tenebrarum, magis aūt redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia aūt quæ arguūtur à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit tibi Christus. Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis, nō quasi insipiētes, sed ut sapientes, redimētes tēpus, quoniā dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes, sed intelligētes quę sit uo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

luntas dei. Et nolite inebriari uino in quo est luxuria, sed implemini spiritusancto, loquētes uobismetipsis in psalmis & hymnis & cāticis spiritalibus, cantātes & psallētes in cordibus uestris, domino gratias agētes semp pro omnib. in nomine dñi nostri Iesu Christi, deo & patri, subiecti inuicem in timore Christi. Mulieres uiris suis subditæ sint, sicut dño: quoniā uir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in oīmbus. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiā, & seipsum tradidit, p ea ut illā sanctificaret, mundans eā lauacro aquæ in uerbo: ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiā, non habentē maculā aut rugā, aut aliquid eiusmodi: sed ut sit sancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suā uxorē diligit, seipsum diligit. Nemo unquā carnē suā odio habuit: sed nutrit & fouet eā, sicut & Christus ecclesiā, quia mēbra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus ei⁹. Propter hoc relinquet homo patrē & matrē suā, & adhærebit uxori suæ: et erūt duo in carne una. Sacramentū hoc magnū est. Ego aūt dico in Christo & in Ecclesia. Verūtamē & uos singuli unusquisq; uxorē suā sicut seipsum diligat, uxor aūt timeat uirū. Filij obedite parētibus uestris in
Eph. 6 domino. Hoc enim iustum est, Honora patrē tuū & matrē, quod est primū mandatū in promissione, ut bene sit tibi, & sis longæuus super terrā. Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate eos in disciplina & correptione dñi. Serui obedite dominis carnalibus cū timore et tremore in simplicitate cordis uestri, sicut Christo: nō ad oculum seruiētes quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi faciētes uoluntatē dei ex animo, cū bona uolūtate seruiētes ut domino, & non hominibus: scientes quoniam unusquisq; quodcūq; fecerit bonū hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et uos domini eadē facite illis remittētes mīnas, scientes quia & illorū & uester dominus est in cœlis, & personarū acceptio nō est apud eū. De cætero fratres cōfortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quia non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū harum, cōtra spiritalia nequitię in cœlestibus. Propterea accipite armaturam dei ut possitis resistere in die mala, & in omnib. perfecti stare. State ergo succincti lūbos uestros in ueritate, & induite loricā iustitiæ, & calciati pedes in pręparatione Euāgelij pacis, In omnib. sumētes scutū fidei, in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladiū spiritus quod est uerbū dei per omnē orationē & obsecrationem, orātes omni tēpore in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instātia & obsecratione pro omnib. sanctis, & pro me: ut detur mihi sermo in apertione oris mei cū fiducia notum facere mysteriū Euangelij, propter quod legatiōe fungor in catena ista,
A ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui.

QVia in nullo cōfundar, sed in omni fiducia Ex epistola ad
sicut semper & nunc magnificabitur Chri- Philippenses
stus in corpore meo, siue per uitā, siue per mortē: Mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum. Quòd si uiuere in carne hic mihi fructus operis est: & quid eligā, ignoro, Coarctor eū è duobus, desideriū habēs dissolui & cū Christo esse multo magis melius: permanere aūt in carne necessariū est propter uos. Et post sex uersus, Tantū digne Euangelio Christi cōuersamini, ut siue cū uenero & uidero uos, siue absens audiam de uobis, quia statis in uno spiritu unanimes, collaborātes fidei Euangelij, & in nullo terreamini ab aduersarijs, quæ est illis causa perditionis, uobis autē salutis,
B & hoc à deo. Quia uobis donatū est pro Christo, non solū ut in eum credatis, sed ut etiā pro illo patiamini: idē certamen habentes, quale & uidistis Philip. 2
in me, & nunc audistis de me. Si qua ergo cōsolatio in Christo, si quod solatiū charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera & miserationes, implete gaudiū meū ut idem sapiatis, eandē charitatem habētes, unanimes idipsum sapientes, Nihil per contentionē, neq; per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibijnuicem arbitrātes: nō quæ sua sunt singuli considerātes, sed ea quę aliorum. Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, Qui cū in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse se æqualē deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu inuētus ut homo: humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem,
C motē aūt crucis. Propter quod & deus illū exaltauit, & donauit illi nomē super omne nomē: ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiū, terrestriū, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Itaq; charissimi mei, sicut semp obedistis, nō ut in prędentia mei tantū, sed multo magis nūc in absentia mea cū metu & tremore uestrā salutem operamini. Deus est enim qui operat in uobis, & uelle & perficere pro bona uolūtate. Omnia autē facite sine murmurationib. & hæsitationibus ut sitis sine querela, & simplices filij dei, sine reprehensione in medio natiōis prauę & peruersæ: in
D ter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbū uitæ cōtinētes ad gloriā mihi in diē Christi, quia non inuacuū cucurri, neq; inuacuū laboraui, Sed & si immolor supra sacrificiū & ministeriū fidei uestræ, gaudeo & cōgratulor omnibus uobis. Id ipsum aūt & uos gaudete & cōgratulamini mihi. Spero aūt in domino Iesu Timotheū cito mittere ad uos, ut & ego bono animo sim cognoscēs quę circa uos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem qui syncera affectiōe pro uobis solicitus sit. Omnes enim sua quærūt, nō quæ sunt Iesu Christi. Experimentū autē eius cognoscite, quoniā sicut patri filius mecū seruiuit in Euāgelio. Hūc igitur spero me mittere, mox ut uidero quę circa me sunt. Cōfido aūt in domino, quoniā & ipse ueniā
ad

ad uos cito. Necessariū aūt existimaui Epaphroditū fratrē & cooperatorē & cōmilitonē meū, ue
A strum aūt Apostolū & ministrū necessitatis meę, mittere ad uos: quoniāquidē omnes uos desiderabat, & mœstus erat propter quod audistis illū infirmatū: Nam & infirmatus est usq; ad mortē, sed deus misertus est eius: non solū autem eius, uerūetiam & mei, ne tristitiā super tristitiā haberē. Festinātius ergo misi illū, ut uiso eo iterū gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illū cū omni gaudio in domino, & eiusmodi cū honore habete tote: quoniā propter opus Christi usq; ad mortē accessit, tradēs animā suam, ut impleret quod uo
Philip. 3 bis deerat circa meū obsequiū. Et paulopost, Fratres ego me nō arbitror apprehēdisse: unum aūt, quæ quidē retro sunt obliuiscens, ad ea uero quę
B sunt priora extendēs me ad destinatū persequor, ad brauiū supernæ uocatiōis dei in Christo Iesu. Quicunq; ergo perfecti hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc uobis deus reuelabit, uerūtamen ad id quod peruenimus ut idē sapiamus & in eadē permaneam⁹ regula: Imitatores mei estote fratres & obseruate eos q ita ambulāt sicut habetis formā nostrā. Multi enim ambulāt quos sæpe dicebā uobis, nunc aūt & flens dico, inimicos crucis Christi, quorū finis interitus: quorū deus uenter, & gloria in cōfusione ipsorū, qui terrena
Philip. 4 sapiūt: Nostra autē cōuersatio in cœlis est. Et post aliquos uersus, Gaudete in domino semper, iterū dico gaudete. Modestia uestra nota sit omnib. hominibus. Dñs enim prope est, Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gra
C tiarūactione petitiones uestræ innotescant apud deū. Et pax dei quę exuperat omnē sensum, custodiat corda uestra, & intelligētias uestras in Christo Iesu. De cætero fratres charissimi, quæcunq; sunt uera, quæcūq; pudica, quęcūq; iusta, quęcūq; sancta, quæcūq; amabilia, quæcūq; bonæ famæ: si qua uirtus, si qua laus, hæc cogitate, quę & didicistis, & accepistis & audistis, et uidistis in me, hæc agite: & deus pacis erit uobiscū. Gauisus sum aūt in domino uehemēter, quoniā tandē aliquādo refloruistis, p me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autē eratis, non quali propter penuriā dico: Ego enim didici, in quib. sum sufficiēs esse. Scio & humiliari, scio & abūdare. Vbiq; & in omnib.
D instítutus sum, & satiari, & abūdare, & penuriam pati: Omnia possum in eo qui me cōfortat. Verū tamē bene fecistis cōmunicātes tribulationi meę. Scitis autem & uos Philippenses, q in principio Euāgelij quādo profectus sum à Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli, quia & in Thessalonicā & semel & bis in usum mihi misistis, Nō quia quæro datū, sed requiro fructum abūdantē in ratione uestra. Habeo autē omnia, & abūdo. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis odorē suauitatis, hostiam acceptabilem placentem deo.

Ex epistola prima ad Thessalonicenses

IPsi scitis fratres introitū nostrum ad uos, quia non inanis fuit: sed ante passi multa & contumelijs affecti, sicut scitis Philippis: fiducia habui-
mus in deo nostro loqui ad uos Euangeliū dei in
A multa solicitudine. Exhortatio enim nostra nō de errore, neq; de immunditia, neq; in dolo: sed sicut probati sumus à deo, ut crederetur nobis Euāgelium, ita loquimur, nō quasi hominib. placentes, sed deo qui probat corda nostra. Neq; enim aliquādo fuimus in sermone adulatiōis, sicut scitis: neq; in occasiōe auaritiæ, deus testis est: neq; quærentes ab hominibus gloriā, neq; à uobis, neq; ab
B alijs, cū possēmus uobis oneri esse ut Christi Apostoli. Sed facti sumus paruuli in medio uestrū, tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes uos cupide, uolebamus tradere uobis nō solum Euangeliū dei, sed etiā animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis. Memores enim facti estis fratres laboris nostri & fatigatiōis: nocte & die laborantes, ne quem uestrū grauaremus, prędicauimus in uobis Euangelium dei. Vos testes estis & deus, cq; sancte & iuste, & sine querela uobis qui credidistis affuimus: sicut scitis, qualiter unumquēq; uestrū, tanq; pater filios suos, deprecantes & consolātes, testificati sumus ut ambuletis digne deo, qui uocauit uos in suū regnum et gloriā. Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniā cum accepissetis à nobis uerbū auditus dei, accepistis illud nō ut uerbū hominū, sed sicut est uere uerbū dei, qui operatur in uobis
C qui credidistis. Vos em̄ imitatores facti estis fratres Ecclesiarū dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu, quia eadem passi estis & uos à cōtribulibus uestris, sicut & ipsi à Iudæis. Et alio loco: De cęte 1 Thess. 4
ro ergo fratres rogamus uos, & obsecramus in domino Iesu, ut quemadmodū accepistis à nobis quomō uos oporteat ambulare & placere deo, sic & ambuletis ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominū Iesum. Hæc est enim uolūtas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione: ut sciat unusquisq; uestrū suum uas possidere in sanctificatiōe & honore: nō in passione desiderij, sicut & gentes quę ignorāt deum. Et ne quis supergrediatur neq; circumueniat in negocio fratrem suū: quoniam uindex est deus de his omnib. sicut prædiximus uobis & testificati sumus. Nō em̄ uocauit nos deus in immunditiā, sed in sanctificationem. Itaq; qui hæc spernit, non hominē spernit, sed deū, qui etiā dedit spiritū suum sanctum in uobis. De charitate aūt fraternitatis non necesse habuimus scribere uobis, Ipsi em̄ uos à deo didicistis ut diligatis inuicē. Etenim facitis illud in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Rogamus autē uos fratres, ut abundetis magis & operam detis ut quieti sitis: & ut uestrum negociū agatis & operemini manibus uestris sicut præcipimus uobis, ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Nolumus autē uos ignorare fratres de dormiētibus, ut non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Et post aliquos uersus, Igitur non dormiamus sicut & cæteri, sed uigile- 1 Thess. 5
mus & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem qui diei sumus, sobrij simus: induti loricã
fidei & charitatis & galeam spem salutis: quoniã A
nõ posuit nos deus in irã, sed in acquisitionẽ salu-
tis, per dñm nostrũ Iesum Christum: qui mortuus
est pro nobis, ut siue uigilemus, siue dormiamus,
simul cũ illo uiuamus, Propter quod cõsolamini
inuicẽ, & ædificate alterutrũ sicut & facitis. Ro-
gamus aũt uos fratres, ut noueritis eos qui labo-
rãt inter uos, & præsunt uobis in domino, & mo
nent uos, ut habeatis illos abundãtius in charita-
te. Propter opus illorũ pacẽ habete cũ eis. Roga-
mus aũt uos fratres, corripite inquietos, consola
mini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes
estote ad omnes. Videte, ne quis malum pro malo
alicui reddat, sed semper quod bonũ est sectami-
ni in inuicẽ, & in omnes. Semp gaudete, sine in-
termissione orate, in omnibus gratias agite. Hęc B
enim uolũtas dei est in Christo Iesu in omnib. uo
bis. Spiritũ nolite extinguere: prophetias nolite
spernere. Omnia autem probate, quod bonũ est
tenete. Ab omni specie mala abstinete uos.

Ex epistola 2. ad Thessaloni censes

GRatias agere debemus deo semper pro uo
bis fratres, ita ut dignum est: quoniã super-
crescit fides uestra, & abundat charitas uniusCu
iusq; uestrũ in inuicem, ita ut nosipsi in uobis glo-
riemur in Ecclesiis dei pro patiẽtia uestra & fide
in omnibus persecutionib. uestris & tribulationi
bus, quas sustinetis in exemplũ iusti iudicij dei, ut
digni habeamini regno dei, pro quo & patimini,
Si tamen iustum est apud deũ retribuere tribula-
tionem ijs qui uos tribulant, & uobis qui tribula
mini requiẽ nobiscũ, in reuelatione domini Iesu C
de cœlo cum angelis uirtutis eius in flãma ignis,
dãtis uindictam ijs qui nõ nouerũt deũ, & qui nõ
obediũt Euãgelio dñi nostri Iesu Christi. Qui pœ
nas dabunt interitus æternas à facie domini, & à
gloria uirtutis eius, cũ uenerit glorificari in san-
ctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui credi
derũt, quia creditũ est testimoniũ nostrum super
uos in die illo. In quo etiã oramus semper pro uo
bis, ut dignetur uocatione uos sua deus noster, et
impleat omnẽ uoluntatem bonitatis suæ, & opus
fidei in uirtute: ut clarificet nomẽ domini nostri
Iesu Christi in uobis, et uos in illo, secundũ gratiã
dei nostri, & domini nostri Iesu Christi. Et alio lo
2 Thess. 3 co: Denunciamus aũt uobis fratres in nomine do
mini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab om D
ni fratre ambulãte inordinate, & nõ secundũ tra-
ditionẽ quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis
quẽadmodũ oporteat imitari nos, Quoniã nõ in-
quieti fuimus inter uos, neq; gratis panẽ mãduca
uimus ab aliquo: sed in labore & fatigatiõe nocte
ac die operãtes, ne quẽ uestrũ grauaremus: Non
quasi nõ habuerimus potestatẽ, sed ut nosmetip-
sos formã daremus uobis ad imitandũ nos. Nam
& cũ essemus apud uos, hoc denũciabamus uo-
bis, quoniã si quis nõ uult operari, nec mãducet.
Audiuimus enim inter uos quosdã ambulare in-
quiete, nihil operãtes, sed curiose agẽtes. His aũt
qui ciusmodi sunt, denũciamus & obsecramus in
domino Iesu Christo, ut cũ silẽtio operãtes suum
panẽ manducẽt. Vos autẽ fratres nolite deficere
benefaciẽtes. Quod si quis non obedierit uerbo
nostro, per Epistolã hunc notate, & nõ cõmiscea
mini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi ini
micum existimare, sed corripite ut fratrem.

IGitur si cõsurrexistis cũ Christo, quæ sursum *Ex epistola ad Colossenses*
sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei se
dens. Quæ sursum sunt, sapite, nõ quæ super ter-
ram. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita
est cũ Christo in deo, Cum aũt Christus apparue-
rit uita uestra, tũc & uos apparebitis cum ipso in
gloria. Mortificate ergo membra uestra quę sunt
super terrã: fornicationẽ, immunditiã, libidinem,
concupiscentiã malã, & auaritiã, quæ est idolorũ
seruitus: propter quæ uenit ira dei super filios in-
credulitatis, in quibus & uos ambulastis aliquan
do cũ uiueretis in illis, Nunc aũt deponite & uos
omnia, iram, indignationẽ, malitiã, blasphemiã:
turpem sermonẽ de ore uestro ne emiseritis. Noli
te mentiri inuicẽ, expoliantes uos ueterem homi
nem cum actibus eius, & induentes nouũ, eũ qui
renouatur in agnitionem dei secundũ imaginem
eius qui creauit eum. Vbi non est Gentilis & Iu-
dæus, circuncisio & præputiũ, Barbarus & Scy-
tha, seruus & liber: sed omnia & in omnib. Chri-
stus. Induite ergo uos sicut electi dei, sancti & dile
cti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilita
tem, modestiã, patientiã, supportãtes inuicem, &
donãtes uobisipsis, si quis aduersus aliquẽ habet
querelã: sicut & dñs donauit uobis, ita & uos facite. Super omnia autẽ hæc charitatẽ habete, quod
est uinculũ perfectionis: & pax Christi exultet in C
cordibus uestris, in qua & uocati estis in uno cor
pore, & grati estote. Verbũ Christi habitet in uo-
bis abundãter, in omni sapiẽtia docẽtes & cõmo-
nentes uosmetipsos in psalmis, hymnis & cãticis
spiritalibus, in gratia cantãtes in cordibus uestris
deo. Omne quodcũq; facitis in uerbo, aut in ope-
re, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi,
gratias agentes deo & patri per ipsum. Mulieres
subditæ estote uiris, sicut oportet in domino. Vi-
ri dilígite uxores uestras, & nolite amari esse ad il
las. Filij obedite parẽtibus per omnia, hoc enim pla
citum est in dño. Patres, nolite ad indignationẽ
prouocare filios uestros, ut nõ pusillo animo fiãt.
Serui obedite per omnia dominis carnalibus, nõ
ad oculũ seruiẽtes, quasi hominibus placẽtes, sed
in simplicitate cordis timẽtes dominũ. Quodcũq;
facitis, ex animo operamini sicut domino, & non
hominibus, scientes q; à domino accipietis retri-
butionem hæreditatis. Domino Christo seruite:
Qui enim facit iniuriam, recipiet id quod inique
gesit, Et non est personarũ acceptio apud deum.
Domini quod iustum est & æquũ, seruis præsta- *Coloss. 4*
te, scientes quoniã & uos dominũ habetis in cœ-
lo. Orationi instate, uigilantes in ea cum gratiarũ
actione, orãtes simul et pro nobis, ut deus aperiat
nobis ostiũ sermonis ad loquendũ mysteriũ Chri
sti, Propter quod etiã uinctus sum, ut manifestem
illud ita ut oportet me loqui. In sapientia ambula
te ad eos qui foris sunt, tẽpus redimẽtes. Sermo
uester

uester semper in gratia sale conditus sit, ut sciatis
quomodo oporteat uos unicuique respondere. A

Ex epistola 1. ad Timotheũ

FInis autem præcepti est charitas de corde pu
ro & conscientia bona, & fide nõ ficta. A qui
bus quidã aberrantes, cõuersi sunt in uaniloquiũ,
uolentes esse legisdoctores, nõ intelligentes, neq;
quę loquunt, neq; de quibus affirmãt. Scimus au
tem quoniã bona est lex si qsea legitime utat, Sci
entes hoc, quia iusto lex nõ est posita, sed iniustis
& non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis
cõtaminatis, parricidis & matricidis, homicidis,
fornicarijs, masculorũ cõcubitoribus, plagiarijs,
mẽdacibus, periuris. Et si quid aliud sanæ doctri-
næ aduersat, quę est secundum Euangeliũ gloriæ
beati dei, quod creditũ est mihi. Et post paululũ,
1 Tim. 2 Obsecro igit primum omniũ fieri obsecrationes,
orationes, postulationes, gratiarũ actiones pro o- B
mnibus hominibus, pro regibus & omnib. qui in
sublimitate sunt, ut quietã & trãquillam uitam a-
gamus in omni pietate & castitate. Item post pau-
lulũ, Volo ergo uiros orare in omni loco, leuãtes
puras manus sine ira & disceptatiõe. Similiter &
mulieres in habitu ornato cum uerecundia & so-
brietate, ornãtes se non intortis crinibus, aut au-
ro, aut margaritis, uel uestę preciosa, sed quod de
cet mulieres promittẽtes pietatẽ per opera bona.
Mulier in silentio discat cũ omni subiectione: Do
cere aũt mulieri nõ pmitto, neq; dominari in uirũ,
1 Tim. 3 sed esse in silẽtio. Et post aliquot uersus. Oportet
ergo Episcopũ irreprehẽsibilẽ esse, unius uxoris
uirũ, sobriũ, prudentẽ, ornatum, pudicũ, hospita-
lem, doctorẽ: non uinolentum, nõ percussorem, C
sed modestum: non litigiosum, nõ cupidũ, sed suæ
domui bene prępositũ: filios habentẽ subditos cũ
omni castitate. Si quis aũt domui suæ præesse ne-
scit, quomodo Ecclesiæ dei diligentiam habebit?
Nõ neophytũ, ne in supbia elatus in iudicium in-
cidat diaboli. Oportet aũt & illũ testimoniũ habe
re bonũ ab ijs qui foris sunt, ut nõ in opprobrium
incidat & laqueũ diaboli. Diaconos similiter pu-
dicos, nõ bilingues, nõ multo uino deditos, non
turpe lucrum sectantes, habẽtes mysteriũ fidei in
conscientia pura. Et hi autẽ probentẽ primum, &
sic ministrent, nullum crimen habẽtes. Mulieres
similiter pudicas, nõ detrahentes, sobrias, fideles
in omnibus. Diaconi sint unius uxoris uiri, qui fi-
lijs suis bene præsunt & suis domibus. Qui enim D
bene ministrauerint, gradũ bonũ sibi acquirũt, &
multã fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu. Et
1 Tim. 4 post aliquos uersus, Spiritus aũt manifeste dicit,
quia in nouissimis tẽporibus discedẽt quidã à fi-
de, attẽdẽtes spiritibus erroris, et doctrinis dęmo
niorũ, in hypocrisi loquentiũ mendaciũ, & cau-
teriatã habentiũ suam conscientiã, prohibẽtium
nubere, abstinere à cibis, quos deus creauit ad p-
cipiendũ cum gratiarũactione fidelibus, & ijs qui
cognouerunt ueritatẽ. Quia omnis creatura dei
bona, & nihil abijciendũ quod cum gratiarũactio
ne percipit. Sanctificat enim per uerbũ dei & ora
tionẽ. Hæc prępones fratribus bonus eris mini
ster Christi Iesu, nutritus uerbis fidei, & bonæ do
ctrinæ, quã assecutus es. Ineptas autẽ & aniles fa-
bulas deuita. Exerce teipsum ad pietatem. Nam
corporalis exercitatio ad modicũ utilis est, Pietas
aũt ad omnia utilis est, promissionẽ habens uitæ
quæ nũc est & futurę. Fidelis sermo & omni acce
ptione dignus. In hoc em laboramus & maledici-
mur, quia speramus in deum uiuũ, qui est saluator
omniũ hominũ, maxime fidelium. Præcipe hæc, &
doce, Nemo adolescentiam tuam cõtemnat. Sed
exemplũ esto fideliũ, in uerbo, in cõuersatione, in
charitate, in fide, in castitate. Dum uenio attende
lectioni, exhortationi & doctrinæ. Noli neglige-
re gratiã quæ in te est, quæ data est tibi per ꝓphe-
tiã cũ impositione manuũ presbyterij. Hæc medi
tare, in his esto, ut ꝓfectus tuus manifestus sit om-
nib. Attende tibi & doctrinę, insta in illis: Hoc em
faciẽs, et teipsum saluũ facies, et eos qui te audiũt.
Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra ut patrẽ: iu- *1 Tim. 5*
uenes, ut fratres: anus, ut matres: iuuẽculas ut so-
rores in omni castitate. Viduas honora, quę uere
uiduæ sunt: Si qua aũt uidua filios aut nepotes ha
bet, discãt primũ domũ suã regere, & mutuã uicẽ
reddere parentib. Hoc enim acceptum est coram
deo. Quæ aũt uere uidua est & desolata, sperat in
deũ & instat obsecrationibus & orationib. nocte
& die, Nam quæ in delitijs est, uiuẽs mortua est.
Et hoc præcipe ut irreprehẽsibiles sint. Si quis au
tem suorũ, & maxime domesticorũ curam nõ ha
bet, fidẽ negauit, & est infideli deterior. Vidua eli
gat nõ minus sexaginta annorũ, quę fuerit unius
uiri uxor, in operibus bonis testimoniũ habẽs: si
filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pe
des lauit, si tribulationẽ patiẽtib. subministrauit,
si omne opus bonũ subsecuta est. Adolescẽtiores
aũt uiduas deuita. Cum enim luxuriatę fuerint, in
Christo nubere uolũt, habẽtes damnationẽ quia
primã fidem irritam fecerũt. Simul autẽ & ociosę
discũt circũire domos: non solũ ociosæ, sed et uer
bosæ, loquẽtes quæ non oporteat. Volo autẽ iu-
niores nubere, filios ꝓcreare, matres familiãs esse,
nullam occasionẽ dare aduersario maledicti gra-
tia. Iã em quędã cõuersę sunt retro post Satanã. Si
q fidelis habet uiduas, subministret illis ut nõ gra
uet ecclesia, ut ijs quę uere uiduę sũt sufficiat. Qui
bene pręsunt presbyteri, duplici honore digni ha
beant: maxime qui laborãt in uerbo & doctrina.
Dicit em scriptura, Nõ infrenabis os boui triturã *Deu. 25*
ti: & dignus est oparius mercede sua. Aduersum
presbyterũ accusationẽ noli recipe, nisi sub duo-
bus & tribus testibus. Peccãtes aũt corã omnibus
argue, ut & ceteri timorẽ habeãt. Testor corã deo
& Christo Iesu & electis angelis, ut hęc custodias
sine prejudicio, nihil faciẽs in alterã partem decli
nãdo, Manus cito nemini imposueris, neq; cõmu
nicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custo
di. Noli adhuc aquã bibere, sed uino modico ute
re ꝓpter stomachũ tuũ, & frequẽtes tuas infirmi-
tates. Quorundã hominũ peccata manifesta sunt
prącedẽtia ad iudiciũ, quosdã aũt & subsequunt.
Similiter & facta bona manifesta sunt, & quę ali-
ter se habẽt, abscõdi nõ possunt. Quicũq; sunt sub *1 Tim. 6*

Universidad de Deusto
Biblioteca

go seruí,dominos suos omni honore dignos ha/
beant,ne nomẽ dñi & doctrina blasphemẽt. Qui
A nõ est allígatũ. Ideo omnia sustíneo,ꝓpter electos,
autẽ fideles habẽt dominos,nõ contemnant,quia
fratres sunt,sed magis seruiãt,quia fideles sunt et
dilecti,quia beneficij participes sunt. Hęc doce et
exhortare. Si quis aliter docet & nõ acquiescit sa/
nis sermonib. dñi nostri Iesu Christi,et ei quę secũ
dũ pietatẽ est doctrinę, superbus,nihil sciens,sed
languẽs circa quæstiones & pugnas uerborũ, ex
quibus oriunt inuidiæ,cõtentiones,blasphemię,
suspitiones malę,cõflictationes hominũ mẽte cor/
ruptorũ,& qui priuati sunt ueritate,existimantiũ
quæstũ esse pietatẽ. Est autẽ quæstus magnus,pie/
tas cũ sufficientia. Nihil intulímus in hũc mundũ,
haud dubiũ quia nec auferre quid possumus. Ha
bentes autẽ alimenta,& quibus tegamur,his con
tenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidũt B
in tẽtationes,& in laqueum diaboli, & desideria
multa inutilia & nociua,quę mergũt homines in
interitũ & perditionẽ, Radix enim omniũ malo/
rum est cupiditas,quã quidam appetẽtes errauę/
runt à fide,& inseruerũt se doloribus multis. Tu
autẽ ó homo dei hęc fuge: sectare uero iustitiã,pie
tatẽ, fidẽ, charitatẽ, patientiã, mãsuetudinẽ. Cer
ta bonũ certamen fidei,apprehẽde uitã æternã in
qua uocatus es,& cõfessus bonã confessionẽ co/
ram multis testibus. Præcípio tibi corã deo qui ui
uificat omnia,& Christo Iesu qui testimoniũ red/
didit sub Pontio Pilato bonam cõfessionẽ, ut ser
ues mandatũ sine macula irreprehensíbile usq; in
aduentũ domini nostri Iesu Christi. Et post pau/
cos uersus,Diuitibus huius seculi præcipe,non su C
perbe sapere,neq; sperare in incerto diuitiarum,
sed in deo qui præstat nobis omnia abũde ad fru/
endũ: bene agere, diuites fieri in operibus bonis,
facile tribuere,cõmunicare, thesaurizare sibi fun
damentũ bonum in futurũ, ut apprehẽdant uerã
uitam. O Timothee depositum custodi,deuitans
prophanas uocum nouitates & oppositiões falsi
nominis scientiæ,quã quidam promittẽtes circa
fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Ex epistola secunda ad Timotheum

NOn enim dedit nobis deus spíritũ timoris,
sed uirtutis & dilectiõis & sobrietatis. No/
li itaq; erubescere testimoniũ domini nostri, neq;
me uinctũ eius, sed collabora Euangelio secundũ
uirtutẽ dei: Et post paucos uersus, Formã habe sa
norũ uerborũ quæ à me audísti in fide & dilectiõe D
in Christo Iesu. Bonum depositũ custodi per spíri
tum sanctum qui habitat in nobis. Et paulopost,
Tu ergo fílí mi cõfortare in gratia quę est in Chri
2 Tim. 2 sto Iesu,& quæ audísti à me per multos testes hæc
cõmenda fidelibus hominibus qui idonei erũt et
alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Ie
su. Nemo militãs deo, implicat se negotijs secula/
ribus, ut ei placeat cui se,pbauit. Nam & qui cer/
tat in agone,nõ coronaẽ nisi legitime certauerit.
Laborantẽ agricolam oportet primũ de fructib.
accipere. Intellige quæ dico, Dabit enim tibi do/
minus intellectũ in omnib. Memor esto dominũ
Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine
Dauid, secundũ Euangeliũ meum, in quo laboro
usq; ad uincula quasi male operans, sed uerbũ dei

desideria coaceruabũt sibi magistros, prurientes
auribus, & à ueritate quidẽ auditũ auertent, ad fa A
bulas autẽ cõuertent. Tu uero uigila, in omnibus
labora,opus fac Euangelistæ,ministeriũ tuum im
ple. Ego enim iam delíbor, & tempus meæ resolu
tionis instat. Bonũ certamen certaui, cursum con
summaui,fidẽ seruaui, In reliquo reposita est mi/
hi iustitiæ corona, quã reddet mihi dominus in il/
la die iustus iudex. Nõ solũ autẽ mihi,sed & ijs qui
diligunt aduentum eius.

Ex epistola ad Titum

HVius rei gratia reliqui te Cretæ,ut ea quæ
desunt, corrigas, & cõstituas per ciuitates
presbyteros,sicut et ego tibi dispositi, Si quis sine
crimine est,unius uxoris uir, filios habens fideles,
non in accusatiõe luxuriæ,aut nõ subditos. Opor
tet enim Episcopũ sine crimine esse,sicut dei dispẽ
satorem: nõ superbũ,non iracundũ,non uiolentũ, B
non percussorẽ,non turpis lucri cupidum: sed ho/
spitalem,benignum,sobrium,iustum,sanctũ, con
tinentem,amplectentem eum qui secundum do/
Ad Titum 2 ctrinã est fidelẽ sermonẽ, ut potẽs sit exhortari in
doctrina sana, & eos qui contradicunt redargue
re. Et post aliquos uersus, Quã ob causam increꝑ
pa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes
Iudaicis fabulis et mẽdacijs hominũ auertantiũ se
à ueritate. Omnia mũda mundis, coinquinatis au
tem & infidelibus nihil mũdũ, sed inquinatę sunt
& mens eorum et conscientia, Confitentẽ se nosse
deum, factis autẽ negant: cũ sint abominati & in/
credibiles, & ad omne opus bonũ reprobi. Tu au
tem loquere quę decet sanã doctrinã, Senes. ut so
brij sint, pudici, prudẽtes, sani in fide, in dilectio/ C
ne, in patiẽtia. Anus similiter in habitu sancto: nõ
criminatrices, nõ uino multo seruientes, bene do
centes, ut prudentiã doceant. Adolescẽtulas ut ui
ros suos ament, filios diligant, prudentes, castas,
domus curã habẽtes, benignas, subditas suis ui/
ris, ut nõ blasphemẽt uerbũ dei. Iuuenes similiter
hortare ut sobrij sint. In omnibus teipsum præbe
exẽplũ bonorũ operũ in doctrina, in integritate,
in grauitate. Verbũ sanum, irreprehẽsibile: ut is
qui ex aduerso est, uereatur, nihil habens malũ di
cere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse,
in omnibus placẽtes, nõ cõtradicẽtes, nõ fraudã/
tes, sed in omnibus fidem bonã ostẽdentes, ut do
ctrinam Saluatoris nostri dei ornẽt in omnibus.
Apparuit enim gratia dei Saluatoris omnibus ho D
minibus, erudiẽs nos, ut abnegãtes impietatẽ &
secularia desideria, sobrie & iuste & pie uiuamus
in hoc seculo, expectãtes beatã spem & aduẽtum
gloriæ magni dei & Saluatoris nostri Iesu Chri/
sti, qui dedit semetipsum pro nobis ut nos redi/
meret ab omni iniquitate, & mundaret sibi popu
lum acceptabilem, sectatorem bonorum operũ.
Ad Titum 3 Hæc loquere, & exhortare, & argue cũ omni im/
perio, Nemo te contẽnat. Admone illos, principi
bus & potestatib. subditos esse, dicto obedire, ad
omne opus bonũ paratos esse, neminem blasphe
mare, nõ litigiosos esse, sed modestos, omnẽ ostẽ/
dentes mãsuetudinẽ ad omnes homines. Et post
paucos uersus. Fidelis sermo est. Et de his uolo te
confirmare, ut curẽt bonis operibus præesse qui
credunt deo. Hæc sunt bona & utilia hominibus.
Stultas autẽ quęstiones & genealogias, & cõten
tiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles
& uanę. Hęreticũ hominẽ post unã & secundam
correptionẽ deuita, sciens ꝙa subuersus est ꝙ eius
modi est, et delinquit, ꝓprio iudicio, condẽnat.

Ex epistola ad Philemonem

GAudiũ enim magnũ habui & cõsolationem
in charitate tua, quia uiscera sanctorum re/
quieuerũt per te frater. Et paulopost, Quem ego
uoluerã mecum detinere, ut pro te mihi ministret
in uinculis Euangelij. Sine consilio autem tuo ni/
hil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum
tuum esset, sed uoluntarium.

Ex epistola ad Hebræos

VIdete fratres ne forte sit in aliquo uestrum
cor malũ incredulitatis discedendi à deo ui
uo: sed adhortamini uosmetipsos ꝓ singulos dies,
donec hodie cognominat, ut nõ obdurẽt quis ex
uobis fallacia peccati. Participes enim Christi ef
fecti sumus, si tamẽ initiũ substãtię eius usq; ad fi
nem firmũ retineam⁹, dũ dicit, Hodie si uocẽ eius *Psal. 94*
audieritis, nolite obdurare corda uestra, quemad
modũ in exacerbatiõe. Et post paucos uersus, Ti/ *Heb. 4*
meamus ergo, ne forte relicta pollicitatione intro
eũdi in requiẽ eius, existimẽt aliquis ex uobis de
esse. Etenim et nobis nũciatũ est quemadmodũ & il
lis: sed nõ ꝓfuit illis sermo auditus nõ admixt⁹ fi/
dei ex ijs quę audierũt. Et alio loco, Habẽtes ergo
põtificẽ magnũ qui penetrauit cœlos, Iesum filiũ
dei teneamus cõfessionẽ. Et post tres uersus, A *Heb. 6*
deamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratiæ eius, ut
misericordiã cõsequamur, & gratiã inueniamus
in auxilio opportuno. Et paulopost, Nõ enim iniu/
stus deus ut obliuiscat operis uestri et dilectionis
quã ostẽdistis in nomine ipsi⁹, qui ministrastis san
ctis & ministratis. Cupímus autẽ unũquẽq; uestrũ
eãdẽ ostẽtare solicitudinẽ ad expletionẽ fidei usq;
in finẽ: ut nõ segnes efficiamini uerum imitatores
eorũ qui fide & patiẽtia hęreditabũt ꝓmissiones.
Et post septẽ uersus, Homines enim ꝑ maiorẽ sui iu
rant. & omnis cõtrouersię eorũ finis ad confirma
tionẽ eorũ est iuramentũ. Et post aliquantum, Te
neamus spei nostræ cõfessionẽ indeclinabilẽ, Fi/
delis enim est qui repromisit, ut cõsideremus inuicẽ
in prouocationẽ charitatis & bonorũ operũ: non
deserẽtes collectionẽ nostrã, sicut est cõsuetudinis
quibusdã: sed cõsolantes, & tãto magis, quãto ui/
deritis appropinquantẽ diem. uoluntarie enim pec
cãtibus nobis, post acceptã notitiã ueritatis, iam
nõ relinquit hostia ꝓ peccatis. Terribilis nãq; est
quędã expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ
cõsumptura est aduersarios. Irritã quis faciẽs le/
gem Moysi, sine ulla miseratione duobus uel tri
bus moritur testibus, Quãto magis putatis deterio/
ra mereri supplícia, qui filiũ dei conculcauerit, &
sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit, in quo san/
ctificatus est, & spiritui gratię cõtumeliã fecerit? *Deut. 32*
Scimus enim qui dixit, Mihi uindictã et ego reddã.
Et iterũ, Quia iudicabit dominus populũ suum.
Horrẽdũ est incidere in manus dei uiuẽtis. Reme
moramini aũt prístinos dies, in quibus illuminati

magnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnum certamẽ sustinuistis passionũ. Et in altero quidẽ opprobrijs & tribulatiõibus spectaculũ A
facti: in altero autem socij taliter cõuersantiũ effecti. Nam & uinctis cõpassi estis, & rapinã bonorum uestrorũ cũ gaudio suscepistis, cognoscẽtes uos habere meliorẽ et manentẽ substantiã. Nolite itaq; amittere confidentiã uestram, quę magnam habet remunerationẽ. Patiẽtia ẽm uobis necessaria est, ut uoluntatẽ dei faciẽtes reportetis promissionẽ. Adhuc ẽm modicũ aliquantulũq; qui uẽturus est ueniet & nõ tardabit: iustus aũt meus ex fide uiuit. Quod si subtraxerit se, non placebit ani-
Hebr. 12 mæ meæ. Et aliquãto post, Ideoq; & nos tantã habentes impositã nubẽ testiũ, deponẽtes omne põdus, & circũstans nos peccatũ, per patientiã curramus ad propositũ nobis certamẽ, aspicientes in autorẽ fidei, & cõsummatorẽ Iesum: qui proposi- B
to sibi gaudio sustinuit crucẽ, cõfusione contempta, atq; in dextera sedis dei sedet. Recogitate ẽm eũ qui talẽ sustinuit à peccatorib. aduersum semet ipsum cõtradictionẽ, ut ne fatigemini animis uestris deficiẽtes: Nondũ enim usq; ad sanguinẽ restitistis aduersum peccatũ repugnãtes, & obliti estis cõsolationis, quæ uobis tanq; filijs loquit̃ di-
Prouerb. 3 cẽs, Fili mi, noli negligere disciplinã domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris, Quem enim diligit dominus, castigat: flagellat autẽ omnẽ filiũ quẽ recipit. In disciplina pseuerate, Tanquã filijs uobis offert deus. Quis ẽm filius quẽ nõ corripit pater? Quod si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & nõ filij estis. Dein
de patres quidẽ carnis nostrę, habuimus eruditores, & uerebamur. Nõ multo magis obtẽperabimus patri spirituũ, & uiuemus? Et illi quidẽ in tẽpore paucorũ dierũ secundũ uoluntatẽ suam erudiebant nos, Hic autẽ ad id quod utile est, in recipiendo sanctificationẽ eius. Omnis aũt disciplina in præsenti quidẽ uidet̃ non esse gaudij, sed mœroris: postea aũt fructũ pacatissimũ exercitatis p eã reddet iustitiæ. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite, gressus rectos facite pedibus uestris, ut nõ claudicans quis erret, magis aũt sanet̃. Pacẽ sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum. Cõtemplãtes ne quis desit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediat, & per illam inquinẽtur multi. Ne qs fornicator, aut prophanus, ut D
Gen. 25 Esau qui ꝓpter unã escã uẽdidit primitiua sua. Et
Hebr. 13 alio loco, Charitas fraternitatis maneat in uobis, et hospitalitatẽ nolite obliuisci. Per hãc enim placuerũt quidã angelis hospitio receptis. Memẽtote uinctorũ, tanq; simul uincti, et laborãtiũ, tanq; et ipsi in corpore manẽtes. Honorabile cõnubiũ in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores ẽm & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine
Iosue 1 auaritia cõtenti præsentibus, Ipse ẽm dicit, Nõ te
Psal. 117 deserã neq; derelinquã, ita ut cõfidẽter dicamus, Dominus mihi adiutor est, nõ timebo quid faciat mihi homo. Memẽtote præpositorũ uestrorũ, qui uobis locuti sunt uerbũ dei. Quorũ intuentes exitum cõuersationis, imitamini fidẽ. Iesus Christus heri et hodie ipse et in secula. Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci. Optimũ est ẽm gratia stabilire cor, nõ escis, quę nõ profuerunt ambulantibus in eis. Habem⁹ altare de quo edere nõ habẽt potestatẽ qui tabernaculo deseruiunt. Quorũ ẽm Num. 19
animaliũ infert̃ sanguis pro peccato in sancta per põtificẽ, horũ corpora cremant̃ extra castra. Propter quod & Iesus ut sanctificaret per suũ sanguinem populũ, extra portã passus est. Exeamus igit̃
Mich. 2 ad eũ extra castra, improperiũ eius portãtes. Nõ enim habemus hic manentẽ ciuitatẽ, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semp deo, id est, fructũ labiorũ, confitentiũ nomini eius. Beneficẽtiæ autẽ & cõmunionis, nolite obliuisci, Talib⁹ enim hostijs promeret̃ deus. Obedite prępositis uestris, et subiacete eis. Ipsi ẽm peruigilant, quasi rationem pro animabus uestris reddituri, ut cũ gaudio hoc faciant, & nõ gementes. Hoc enim nõ expedit uobis. Orate ꝓ nobis. Confidimus autem, quia bonam conscientiã habemus in omnibus bene uolentes conuersari.

Exepistola Petri prima

MOdicum nũc si oportet cõtristari in uarijs tentatiõibus, ut probatio uestræ fidei, multo preciosior sit auro, quod per ignẽ probatur. Et alio loco. Propter quod succincti lumbos mentis uestræ sobrij, perfecti sperate in eam quę offertur uobis gratiam in reuelatione Iesu Christi quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorãtiæ uestræ desideriis, sed secundũ eum qui uocauit uos sanctũ, ut & ipsi in omni cõuersatione sancti sitis, quoniã scriptũ est, Sancti eritis, quoniam
C ego sanctus sum. Et si patrẽ inuocatis eũ, qui sine Leuit. 19
acceptiõe personarũ iudicat secũdũ uniuscuiusq; opus, in timore incolatus uestri tempore conuersamini. Et post aliquos uersus, Animas uestras castificantes in obedientiã charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attẽtius renati. Et post paucos uersus, Deponẽtes igit̃ omnem malitiã, & omnẽ dolum, & simulationẽ, & inuidias, et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupisci- 1 Petri 2
te. Et post paululum, Charissimi obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos abstinere uos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animã, Conuersationẽ uestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detractant de uobis tanquam
D de malefactoribus, ex bonis operibus uos cõsiderantes glorificẽt dominum nostrũ in die uisitationis. Subiecti estote omni humanę ordinatiõi propter deũ, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquã ab eo missis ad uindictã malefactorũ, laudem uero bonorũ, Quia sic est uoluntas dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominũ ignorantiã: quasi liberi, & non quasi uelamen habẽtes malitiæ libertatẽ, sed sicut serui dei. Omnes honorate, fraternitatẽ diligite: deũ timete, regem autẽ honorificate. Serui subditi estote cum omni timore dominis uestris, non tantũ bonis & modestis, sed etiam dyscolis: Hæc est enim gratia si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quæ enim gratia est, si peccantes

cantes & colaphizati suffertis? Sed si bene facientes patimini & patiẽter substinetis, hæc est gratia A
apud deum. In hoc enim uocati estis, quia et Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Qui peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Qui cũ maledicer̃, nõ maledicebat, cum pater̃, nõ cõminabat̃. Tradebat autẽ iudicãti se iniuste, Qui peccata nostra ipse ptulit in corpore suo super lignũ, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes, sed cõuersi estis nunc ad pastorem et episcopũ animarũ
1 Petri 3 uestrarum. Et alio loco, Similiter & mulieres subditæ sint uiris suis, ut et si qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationẽ sine uerbo lucrifiãt, considerantes in timore castam conuersationem uestrã. Quarũ sit non extrinsecus capillatura, aut B
circũdatio auri, aut indumenti uestimentorũ cultus, sed qui absc̃ditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti ac modesti spiritus, qui est in cõspectu dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in deo ornabãt se subiectæ, p-
Gen. 18 prijs uiris. Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum uocans. Cuius estis filiæ benefacientes et nõ pertimentes ullam perturbationẽ. Viri simi liter cohabitãtes secundum scientiam, quasi infirmiori uasculo mulieri impartiẽtes honorem, tanquã & cohæredibus gratiæ uitæ, ut nõ impediantur oratiões uestræ. In fide aũt omnes unanimes, cõpatiẽtes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, Non reddentes malũ ꝓ malo, nec maledictũ pro maledicto, sed ecõtrario bene- C
dicentes: quia in hoc uocati estis, ut benedictionẽ hereditate possideatis. Qui ẽm uult uitã diligere & uidere dies bonos, coerceat linguã suã à malo, & labia eius ne loquant̃ dolũ. Declinet aũt à malo, & faciat bonũ, ingrat pacẽ, & sequat̃ eã. Quia oculi dñi sup iustos, & aures eius in preces eorũ. Vultus aũt domini sup facientes mala. Et quis est qui uobis noceat si boni ęmulatores fueritis? Sed & si quid patimini ꝓpter iustitiã, beati. Timorem aũt eorũ ne timueritis, ut nõ cõturbemini. Dominũ aũt Christũ sanctificate in cordib. uestris, parati semp ad satisfactionẽ omni poscẽti uos rationẽ de ea quæ in uobis est spe, sed cũ modestia et timore conscientiã habẽtes bonã, ut in eo quod detra- D
hunt uobis, cõfundant̃ qui calumniant̃ uestrã bo-
1 Pet. 4 nam in Christo cõuersationẽ. Melius est enim benefacientes si uelit dei uolũtas pati, cꝫ malefacientes. Et post aliquos uersus, Christo igit̃ passo in carne, & uos eadẽ cogitatiõe armamini: quia qui passus est in carne desiit à peccatis, ut iam non hominũ desideriis, sed uolũtati dei quod reliquũ est in carne uiuat tẽporis. Sufficit enim præteritũ tẽpus ad uoluntatẽ gentiũ cõsummandã, qui ambulauerũt in luxurijs, desideriis, uinolẽtijs, comessationibus, potationibus, ebrietatib. & illicitis idolorũ cultibus. Et post aliquos uersus, Estote itaq; prudẽtes, & uigilate in orationib. Ante oĩa mutuam in uobismetipsis charitatẽ continuã habentes, quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Hospitales inuicẽ sine murmuratione. Vnusq;sq; sicut accepit gratiã in alterutrũ illã ministrantes, sicut boni dispẽsatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquit̃ quasi sermones dei, Si quis ministrat tanquã ex uirtute quã administrat deus: ut in omnibus honorificet̃ deus, per Iesum Christum dominũ, cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ. Charissimi nolite pegrinari in feruore qui ad tẽtationẽ uobis fit: nolite pauere quasi aliquid noui uobis contingat: sed cõmunicãtes Christi passionibus gaudete ut & in reuelatiõe gloriæ eius gaudeatis exultãtes. Si exprobramini in nomie Christi, beati eritis: quoniã q̃ est honoris, glorię, et uirtutis dei, & qui est eius spiritus sup uos requiescet. Nemo autẽ uestrũ patiat̃ quasi homicida aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor: Si autẽ ut Christian⁹, nõ erubescat: glorificet aũt deũ in isto nomine: quoniã tẽpus est ut incipiat iudiciũ de domo dei. Si aũt primũ à uobis, qs finis eorũ qui nõ credũt dei Euãgelio? Et si iustus uix saluabit̃, impius & peccator ubi parebũt? Itaq; et ij qui patiuntur secundũ uoluntatẽ dei, fideli creatori cõmendãt animas suas in benefactis. Seniores ergo qui 1 Pet. 5
in uobis sunt, obsecro consenior & testis Christi passionũ, qui & eius quæ in futuro reuelanda est gloriæ cõmunicator, Pascite qui in uobis est gregem dei, puidentes nõ coacte, sed spõtanee secundum deũ. Neq; turpis lucri gratia, sed uoluntarie: neq; ut dominantes in cleris, sed formę facti gregis ex animo. Et cũ apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcescibilẽ gloriæ coronã. Similiter adolescẽtes, subditi estote senioribus. Omnes ẽm inuicẽ humilitatẽ insinuate, quia deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Humiliamini igitur sub potẽti manu dei, ut nos exaltet in tempore uisitationis. Omnẽ solicitudinẽ uestrã proiciẽtes in eũ, quoniã ipsi cura est de uobis. Sobrij estote, uigilate: quia aduersarius uester diabolus tanq; leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Cui resistite fortes in fide, scientes eãdem passionem ei quæ in mũdo est uestrę fraternitati fieri. Deus autem omnis gratię, qui uocauit nos in ęternã suam gloriam in Christo Iesu modicũ passos, ipse perficiet, confirmabit solidabit̃q; Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Exepistola secunda eiusdem

PEr quem maxima nobis & preciosa promissa donauit, ut per hæc efficiamini diuinæ cõsortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem. Vos autem curã omnem subinferentes, ministrate in fide uestra uirtutem: in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam: in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem: in pietate autẽ fraternitatis amorem, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim si uobiscum adsint & superent: nõ uacuos, nec sine fructu uos cõstituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui ẽm non præsto sunt hæc, cæcus est & manu tentans, obliuionẽ accipiens purgationis ueterum suorũ delictorũ. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certã uestrã uocationẽ & electiõnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem faciatis, Hæc enim facientes non peccabitis
aliquãdo. Et post paululũ, Sicut & in uobis erunt A
magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos deum negabũt, superducentes sibi celerẽ perditionẽ. Et multi sequent eorũ luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis uerbis de uobis negocia bunt. Quibus iudiciũ iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. Et alio loco, Nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos uero in die iudicij reseruare cruciandos. Magis autẽ eos qui post carnem in cõcupiscentia immũditiæ ambulant, dominationẽq; contemnunt: audaces, sibi placentes: sectas non metuunt introducere, blasphemãtes, Vbi angeli fortitudine & uirtute cum sint maiores, non portant aduersus se execrabile iudicium. Hi uero uelut irrationabilia pecora na- B
turaliter in captionẽ et pernicie in ijs quę ignorãt blasphemantes, in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ. Voluptatem existimantes diei delitias, coinquinationes & maculæ, delitijs affluentes, in conuiuijs suis luxuriãtes uobiscũ, oculos habẽtes plenos adulterij & incessabilis delicti. pellicientes animas instabiles, cor exercitatum in auaritia habentes, maledictionis filij derelinquentes rectam uiam errauerunt. Et post paucos uersus, Superbiam enim uanitatis loquẽtes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt: qui in errore conuersantur, libertatẽ illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Si enim refugiẽtes coinquinationes C
mundi in cognitione domini nostri saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati, supanẽ: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis nõ cognoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitionẽ retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit eñ illis illud
Prouerb. 26 ueri prouerbij, Canis reuersus ad uomitum suũ:
2 Pet. 3 & sus lota in uolutabro luti. Et post aliquantum, Cum hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet esse uos in sanctis cõuersationib. & pietatib. expectantes & properãtes in aduentũ diei dei. Et paulopost, Charissimi, expectãtes satagite immaculati & inuiolati inueniri in pace, & domini nostri lõganimitatẽ salutẽ arbitramini. Et alio loco, Vos igitur fratres præscientes custodite ne insipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate. Crescite uero in gratia & in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nũc & in die ęternitatis. Amen.

Ex epistola Iacobi. Cap. I

OMne gaudiũ existimate fratres mei, cum in tentatiões uarias incideritis, scientes quod probatio fidei uestræ patientiam operat. Patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri in nullo deficientes. Si quis autem uestrum indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat, & dabitur ei. Postulet autẽ in fide nihil hæsitans: qui enim hęsitat, similis est fluctui maris, qui à uento mouet & circũfertur. Non enim æstimet homo ille q̃ accipiat aliquid à domino. Vir duplex animo inconstans in omnibus uijs suis. Gloriet autẽ frater humilis in exaltatione sua, diues autẽ in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transiet. Exortus est enim sol cũ ardore, & arefecit fœnũ, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperijt: Ita & diues in itineribus suis marcescit. Beatus uir qui suffert tentationẽ: quia cũ probatus fuerit, accipiet uitã quã repromisit deus diligentib. se. Et post paulum. Nolite itaq; errare fratres dilectissimi. Omne datũ optimũ, & omne donum perfectũ, desursum est, descẽdens à patre luminũ. Et post paucos uersus, Scitis fratres mei dilectissimi, Sit autẽ omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad irascendũ. Ira enim iustitiã dei nõ operat. Propter q̃d abijcientes omnẽ immũdiciam & abũdantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum uerbũ, quod potest saluare animas uestras. Estote autẽ factores uerbi, & non auditores tantũ, fallentes uosmetipsos: quia si quis auditor est uerbi & nõ factor, hic cõparabit uiro cõsideranti uultũ natiuitatis suæ in speculo: considerauit enim se & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autẽ perspexerit in lege perfectę libertatis & permanserit, nõ auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si qs autẽ putat se religiosum esse, non refrenãs linguã suam, sed seducẽs cor suũ, huius uana est religio. Religio mũda & immaculata apud deũ & patrẽ hæc est, uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorũ, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Fratres mei nolite in personarũ acceptione habere fidẽ domini nostri Iesu Christi gloriæ. Et post aliquos uersus, Audite fratres mei dilectissimi, Nõne deus elegit pauperes in hoc mũdo, diuites in fide & hæredes regni quod repromisit deus diligentib. se: Vos autẽ exhonorastis pauperẽ, Nón ne diuites per potentiã opprimũt uos, & ipsi trahunt uos ad iudicia? Nõne ipsi blasphemãt bonũ nomẽ, quod inuocatũ est sup uos? Si tamẽ legem perficitis regalem secũdũ scripturas, Diliges proximum tuũ sicut teipsum, benefacitis, Si autẽ personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi trãsgressores. Et post paucos uersus, Iudiciũ enim sine misericordia illi qui non facit misericordiã, Supexultet autẽ misericordia iudicio,
D Et post aliquantũ, Nolite plures magistri fieri fratres mei, sciẽtes quoniã maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus est uir. Potest enim freno circũducere totũ corpus. Et alio loco, Linguã autẽ nullus hominũ domare potest, Inquietũ malum, plena ueneno mortifero. In ipsa benedicimus deũ & patrẽ, et in ipsa maledicimꝰ homines, q̃ ad similitudinẽ dei facti sunt. Ex ipso ore, pcedit benedictio & maledictio, Nõ oportet fratres mei hęc ita fieri. Et post paucos uersus, Quis sapiẽs et disciplinatꝰ inter uos, ostẽdat ex bona cõuersatione operã suã in mãsuetudine sapientiæ. Quod si zelũ amarũ habetis, & cõtentiões sunt in cordib. uestris, nolite gloriari & mẽdaces esse aduersus ueritatem

Iacobi 2

Leuit. 19

Iacobi 3

tatem. Non est enim ista sapientia desursum descẽdens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi eñ A
zelus & cõtẽtio, ibi incõstãtia & omne opus prauum. Quę aũt desursum est sapiẽtia, primũ quidẽ pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis cõsentiens, plena misericordia & fructib. bonis, dijudicãs sine simulatione. Fructus aũt iustitię
Iacobi 4 in pace seminat, facientibus pacẽ. Vnde bella & lites in uobis? Nõne ex cõcupiscẽtijs uestris, quæ militant in mẽbris uestris? Item post paucos uersus, Petitis & nõ accipitis, eo quod male petatis, ut in cõcupiscẽtijs uestris insumatis. Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est dei? Quicũq; ergo uoluerit amicus esse huius seculi, inimicꝰ dei cõstituit. Et paulopost, Propter quod
Prouerb. 3 dicit, Deus supbis resistit, humilib. aũt dat gratiã. Subditi ergo estote deo, resistite aũt diabolo, et fu B
giet à uobis: Appropinquate autem deo, et appropinquabit uobis, Emũdate manus peccatores, & purificate corda duplices animo. Miseri estote & lugete & plorate. Risus uester uertet in luctũ, & gaudiũ in mœrorẽ. Humiliamini in cõspectu domini, & exaltabit uos. Nolite detrahere alterutrũ fratres. Et post paucos uersus, Vnꝰ est legisdator & iudex, qui potest pdere et liberare. Tu aũt quis es qui iudicas proximũ? Ecce nunc qui dicitis, hodie aut crastino ibimus in ciuitatẽ illam, & faciemus ibi quidẽ annũ, & mercabimur, & lucrũ faciemus, qui ignoratis quid erit in crastinũ. Quæ est enim uita uestra? Vapor est ad modicũ parẽs, deinceps exterminabit. Pro eo ut dicatis, Si dñs uoluerit, & si uixerimus, faciemus hoc aut illud. C
Nunc aũt exultatis in superbijs uestris. Omnis exultatio talis maligna est. Scienti igitur bonũ facere, & nõ faciẽti, peccatũ est illi. Agite nũc diuites,
Iacobi 5 plorate ululantes in miserijs quę aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, & uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurũ & argentũ uestrũ eruginauit, & erugo eorũ in testimonium uobis erit, & mãducabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizastis in nouissimis diebꝰ: Ecce merces operariorũ qui messuerũt regiones uestras, qui fraudati sunt à uobis, clamat: et clamor ipsorũ in aures domini Sabaoth introijt. Epulati estis sup terrã, et in luxurijs enutristis corda uestra. In die occisiõis adduxistis, occidistis iustũ, & nõ restitit uobis. Pa
tientes igit estote fratres usq; ad aduentũ domini. D
Et paulopost, Patientes estote, & uos confirmate corda uestra, quoniã aduẽtus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrũ, ut non iudicemini. Et alio loco, Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neq; per cœlũ neq; per terram,
Matth. 5 neq; aliud quodcunq; iuramentũ. Sit autẽ sermo uester, est est, non non, ut non sub iudicio decidatis. Tristat aliq̃s uestrũ, oret æquo animo, & psalat: Infirmat quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orẽt super eũ, ungentes eũ oleo in nomine dñi. Et oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuabit eũ dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei. Cõfitemini ergo alterutrũ peccata uestra, & orate pro inuicẽ ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Et post aliquos uersus, Fratres mei, si quis ex uobis errauerit à ueritate, & cõuerterit quis eũ, scire debet, quoniã qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore uię suę, saluabit animã eiꝰ à morte, et opiet multitudinẽ peccatorũ.

Ex prima epistola Ioannis caput 1

SI dixerimus quoniã societatẽ habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus, mẽtimur, & ueritatem nõ facimus: si aũt in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est, societatẽ habemus ad inuicẽ, & sanguis Iesu Christi filij eius emendat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniã peccatũ nõ habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniã nõ peccauimus, mendacẽ facimus eũ, & uerbũ eius
1 Ioan. 2 nõ est in nobis. Filioli mei hæc scribo uobis ut nõ peccetis: sed etsi quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ, Iesum Christum iustũ, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris aũt tantũ, sed etiã pro totius mundi. Et in hoc scimus quoniã cognouimus eũ, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eum, & mãdata eius nõ custodit, mẽdax est, & in hoc ueritas non est. Qui aũt seruat uerbũ eius uere, in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniã in ipso sumꝰ, si in eo maneamꝰ. Qui dicit se in illo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Et post aliq̃s uersus, Qui dicit se in luce esse, & fratrẽ suũ odit, in tenebris est usq; adhuc. Qui diligit fratrẽ suum, in lumine manet, & scandalũ in eo nõ est. Qui autem odit fratrẽ suũ in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat: quoniã tenebræ obcęcauerũt oculos eius. Et paulopost, Nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mũdo sunt: quoniã oñe quod est in mũdo, cõcupiscẽtia carnis est, & cõcupiscentia oculorũ, & superbia uitæ: quæ nõ est ex patre, sed ex mũdo est, & mũdus transit & concupiscentia eius. Qui aũt facit uoluntatẽ dei, manet in æternũ, sicut & deus manet in ęternum. Et alio loco. Omne mẽdaciũ non ex ueritate est. Et post
1 Ioan. 3 paululũ, Charissimi nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, Scimus quoniã cum apparuerit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eũ sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo sanctificat se, sicut et ille sanctus est. Omnis qui facit peccatũ, & iniquitatẽ facit. Et peccatũ est iniquitas. Et scitis quoniam ille apparuit, ut peccata tolleret, & peccatũ in eo non est. Omnis qui in eo manet, nõ peccat: & omnis qui peccat, nõ uidet eũ, nec cognouit eum. Filioli, nemo uos seducat, Qui facit iustitiã, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatũ, ex diabolo est: quoniã ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex deo, peccatũ non facit, quoniã semen ipsius in eo manet: et nõ potest peccare, quoniã ex deo natus est. In hoc manifestati sunt filij dei, et filij diaboli. Omnis qui non est iustus, nõ est de deo, & qui nõ diligit fratrẽ suũ, Quoniã hæc est annunciatio, quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. Et post

Universidad de Deusto
Biblioteca

paucos uersus, Nolite mirari fratres, si odit uos mundus. Nos scimus quoniã translati sumus de A morte in uitam, quoniã diligimus fratres: Quoniam qui nõ diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida nõ habet uitam æternã in se manentẽ. In hoc cognouimus charitatẽ, quoniã ille pro nobis animã suam posuit: & nos debemus ꝓ fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam mundi, & uiderit fratrẽ suum necessitatẽ habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus uerbo nec lingua, sed opere & ueritate. In hoc cognoscimus quoniã ex ueritate sumus, & in cõspectu eius dedimus corda nostra: quoniã si reprehẽderit nos cor nostrũ, maior est deus corde nostro, 1 Ioan. 4 & nouit omnia. Charissimi, si cor nõ reprehende B rit nos, fiduciã habemus ad deũ, et quicqd petierimus, accipiemus ab eo, quoniã mandata eius custodimus, & ea quæ placita sunt corã eo, facimus. Et hoc est mandatũ eius, ut credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrũ, sicut dedit mãdatum nobis. Et qui seruat mãdata eius, in illo manet, et ipse in eo. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis, de spiritu quem nobis dedit. Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundũ. In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christũ in carne uenisse, ex deo est, & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est anti christus, de quo audistis, quoniã uenit. Nũc iam C in mũdo est. Vos ex deo estis filioli, et uicistis eos, quoniã maior est qui in uobis est, ꝙ qui in mũdo. Ipsi de mũdo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mũdus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui nouit deum, audit nos: qui nõ est ex deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum ueritatis, & spiritum erroris. Charissimi, diligamus inuicem, quoniam charitas ex deo est. Et omis qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deũ: Qui nõ diligit, non nouit deũ, quoniã deus charitas est. Et paulopost, Charissimi, si deus dilexit nos, & nos debemus alterutrũ diligere. Deũ nemo uidit unquã. Si diligamus inuicẽ, deus in nobis manet, et charitas eius in nobis ꝑfecta est. Item paulopost, Quisquis cõfessus fuerit, quoniã Iesus est filius dei, deus in eo manet D & ipse in deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati quã habet deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc ꝑfecta est charitas dei nobiscũ, ut fiduciã habeamus in die iudicij: quoniã sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor nõ est in charitate, sed ꝑfecta charitas foras mittit timorẽ: quoniã timor pœnã habet. Qui aũt non timet, est perfectus in charitate, Nos ergo diligamus deũ, quoniam prior deus dilexit nos. Si quis dixerit, quoniã diligo deum, et fratrem suũ oderit, mẽdax est. Qui enim non diligit fratrẽ suum quem uidet, deũ quem nõ uidet quomodo potest diligere? Et hoc mandatũ habemus ab eo, qui diligit deũ, diligat fratrem suũ. Omnis qui credit quoniam Iesus 1 Ioan. 5 est Christus, ex deo natus est: & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eũ qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniã diligimus natos dei, cum deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas dei, ut mãdata eius custodiamus, & mãdata eius grauia nõ sunt, Quoniã omne quod natum est ex deo, uincit mũdum. Et post paululũ, Hæc est fiducia quã habemus ad deum, quia quodcunq; petierimus secundũ uoluntatem eius, audit nos, et scim⁹ quoniã audit nos. Et post tres uersus, Qui scit fratrem suũ peccare peccatũ non ad mortem, petat, & dabit ei uitã peccãtibus non ad mortẽ. Est peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico ut roget quis, Omnis iniquitas peccatũ est, & est peccatũ nõ ad mortem. Scimus quoniã omnis qui natus est ex deo, nõ peccat, sed generatio dei cõseruat eũ, & malignus non tangit eum. Et alio loco, Filioli, custodite uos à simulachris.

Ex epistola eiusdẽ secũda

NOn tanquã mandatũ nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrũ: Et hæc est charitas, ut ambulemus secũdum mandata eius. Hoc mandatũ est, ut quemadmodũ audistis ab initio, in eo ambuletis. Et post paucos uersus, Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, deum non habet: qui ꝑmanet in doctrina, hic & filiũ & patrẽ habet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eũ in domũ, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi, aue, cõmunicat operibus eius malignis.

Ex epistola eiusdem tertia

CHarissime fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuę in cõspectu ecclesię, quos benefacies deducens digne deo, Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gẽtibus. Nos ergo debemus suscipe huiusmodi, ut cooperatores simus ueritatis. Et post paululũ, Charissime, noli imitari malũ, sed quod bonũ est. Qui bene facit, ex deo est: qui male facit, nõ uidet deũ.

Ex epistola Iudæ apostoli

SVbintroierũt enim quidam homines, qui olim ꝓscripti sunt in hoc iudicium impij, domini nostri gratiã transferẽtes in luxuriã, & solũ dominatorẽ & dñm nostrũ Iesum Christũ negantes. Et paulopost, Hi sunt in epulis suis maculæ cõuiuantes, sine timore semetipsos pascẽtes. Et alio loco, Hi sunt murmuratores querulosi, secundũ desideria sua ambulantes: & os eorum loquitur blasphemiam, mirãtes personas quæstus causa. Vos autẽ charissimi, memores estote uerborũ quæ prædicta sunt ab Apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant uobis, quoniã in nouissimo tẽpore uenient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietate. Hi sunt qui segregant semetipsos animales, spiritum non habentes. Vos autẽ charissimi, superædificantes uosmetipsos sanctissimę nostræ fidei, in spiritu sancto orantes, ipsos uos in dilectiõe dei seruate, expectãtes misericordiam dñi nostri Iesu Christi in uitã æternã. Et hos quidẽ arguite iudicatos, illos uero saluate de igne rapiẽtes. Alijs autẽ miseremini in timore, odientes & eam quæ carnalis est maculatam tunicam.

Si

Ex libro cuius nomẽ est Apocalypsis Ioannis cap. 21

SI homines immo quia homines intelliguntur moneri cum angeli monentur, in omnib. eisdem præceptis discimus falsos fratres per patientiam sustinendos propter nomen dei, & per pœnitentiam ad prima opera bona redeundum, & usq; ad mortem persecutiones pro fide tolerãdas, & in charitate seruiendum. Circa autem finem libri, cum de sancta ciuitate loqueretur, Non intra bit, inquit, in eam aliquid coinquinatum, & faci- A ens abominationem & mendacium. Et alibi, Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni, ut sit potestas eorum in ligno uitæ, & portis intrent ciuitatem. Foris canes & uenefici & impudici & homicidæ & idolis seruientes: & omnis qui amat & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum testificari uobis. *cap. 22*

QVAESTIVNCVLAE DE TRINITATE

DECERPTÆ EX LIBRIS DE TRINITATE

Interrogatio

Q VOMODO deus uere sit unitas & uere trinitas. RESPONSIO, Vnitas in substantia, trinitas in personis. INTERROGATIO, Quid sit pro priũ uniuscuiusq; personæ in sancta B trinitate. RE. Proprium est patris quod solus est pater, & quod ab alio non est nisi à se. Proprium est filij, ꝙ à patre genitus est solus à solo, coæternus & cõsubstantialis genitori. Propriũ est spiritussancti ꝙ nec ingenitus nec genitus est, sed à patre & filio æqualiter procedens. INT. Quare spiritussanctus nõ debet ingenitus uel genitus dici? RE. Quia si ingenitus diceret sicut pater, duo patres: si genitus, duo filij æstimari possent in sancta trinitate. INT. Vtrũ solus pater, aut solus filius aut spiritussanctus per se plenus deus et perfectus dici debeat. RE. Vtiq; pater per se est plenus deus, similiter & filius plenus deus, & spũsanctus plenus deus credit. INT. Si unaquæq; persona ꝑ se plenus deus dici potest, quare nõ tres deos dici C mus patrem & filium & spiritũsanctũ? RE. Quia una substãtia est pater & filius & spiritussanctus, & non tres substantię. Proinde unitas substantiæ tres deos prohibet dicere uel credere. INT. Dũ tres personas dicimus, patrem & filium & spiritũ sanctum, quarę nõ tres deos, nec tres omnipotentes, nec tres bonos, nec tres magnos dicere fas est RE. Quia deus & omnipotens & magnus & bonus & æternus substantialia nomina sunt, & ad se dicuntur: ideo non licet ea plurali numero dicere, sed singulari: & omne nomen quod substantiam dei uel essentiam significat, semper singulari numero proferendũ est. Pater autẽ et filius et spiritussanctus relatiua sunt nomina, et ideo tres personæ recte dicuntur. INT. Quomodo relatiua? D RE. Secũdum dialecticam, relatiua nomina sunt, quæ ad aliud aliquid referũtur, sicut dominus ad seruũ, et seruus ad dominũ: pater ad filium, filius ad patrem. Prorsus cum dico patrẽ, filium significo, quia non est pater, nisi filius sit cui sit pater: Itẽ nõ est filius, nisi pater sit cui sit filius. INT. Vtrũ spiritussanctus relatiue uel substãtialiter dicatur. RE. Vtiq; relatiue, quia spiritus alicuius spiritus est: sed nõ sicut in patre et filio relationis regula tenetur in eo. INT. Quare æqualem nõ habet relatiõis regulam spiritussanctus, sicut pater et filius? RE. Quia circũferri potest patris et filij nomẽ ad inuicẽ: ut si dicam⁹ pater filij pater, et filius patris filius: nõ ita duplicẽ relatiõis circũuersionẽ in nomine sanctispiritus inueniri potest. INT. Quanecessitate accidit, ut ita non circũferri possit spiritussancti relatio? RE. Quia recte dicere possum⁹ spiritumsanctum patris & filij et spiritũ, sed cõuerso ordine nõ possum⁹ dicere, patrẽ spiritussancti: sicut dicimus patrẽ filij, ne duo filij in sancta trinitate æstimarentur. Itẽ non possumus dicere, filiũ spiritussancti, sicut dicim⁹ filiũ patris, ne duo patres in sancta trinitate intelligant. Dicimus itaq; spiritumsanctũ patris & filij, sine reciprocatione conuersionis nominũ relatiuorũ. INT. Vtrũ inseparabilia sint opera sanctę trinitatis. RE. Vtiq; quicquid operat trinitas sancta, inseparabiliter hęc eadem operat, quia una est trinitatis operatio, sicut una est substãtia essentia, & uoluntas. INT. Vtrũ sancta trinitas in personis separabilis siue inseparabilis dicẽda est, dum alius est pater, alius filius, alius spiritussanctus. RE. Vere alius est ꝙ pater filius in persona, sicut filius alius est in persona ꝙ pater, & spiritussanctus alius est in persona ꝙ pater & filius: nõ tamen aliud ille uel ille in natura, uel in deitate, aut in essentia. Nec enim patrẽ potes dicere, nisi filiũ intelligas: nec spiritũsanctũ, nisi intelligas cuius spiritus sit. Quocirca omnimodo inseparabilis est sancta trinitas, sicut in operibus, sic etiã in personis dicenda. INT. Si ad solam patris personã pertineat quod dicitur, Qui facit mirabilia magna solus. Et Apostolus, Qui solus habet immortalitatẽ. RE. Nullatenus ad solam patris personã pertinet, dum dicit solus deus, siue in nouo siue in ueteri testamento, & ꝙ deus solus sive hoc siue illud habeat uel faciat: sed ad totã trinitatem sanctam, quæ est unus deus omnipotẽs, omnia faciẽs quæ in cœlo & in terra. INT. Quomodo beatus Ioannes Euangelista dicit, Deũ nemo uidit unquam. Et ipse dominus in alio loco, Beati mũdo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Et Apostolus inuisibilẽ deum dicit. RE. Videri enim potest deus, id est intelligi secũdũ suę donũ gratiæ, siue ab angelis, siue ab animabus sanctorum. Plenam uero diuinitatis naturam, nec angelus quilibet, nec sanctorũ aliquis perfecte intelligere poterit, Ideo incõprehensibilis dicitur deus. INT. Quod sanctis summum promittit præmiũ æterna dei uisio, an æqualiter uidebunt uel intelligent? RE. Nullatenus æqualiter omnes uel angeli uel animæ sanctorum deum, uel nũc uident, uel post resurrectionem uidebunt: sed secundum donatoris dispensationem & meritorũ qualitatẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnuſquiſq; tamen ſufficientem in eius uiſiõe ſuis meritis habebit beatitudinem, nec plus quęret cũ habebit, nec ſe minus habere quàm uolet dolebit. INT. An aliquid diſtet in deo, eſſe, uiuere, intelligere, poſſe. RE. Nullatenus aliud eſt in deo, eſſe, aliud uiuere, uel intelligere, uel aliud poſſe: quia deus eoipſo quo eſt, uiuit: & eo quo uiuit, intelligit: & eo quo intelligit, poteſt: & eo quo poteſt, eſt: quia ſimplex deitatis natura unũ habet eſſe, uiuere, intelligere, & omnia poteſt. Sed nõ eſt ita in nobis, dũ aliud eſt in natura noſtra uiuere, aliud intelligere, aliud poſſe, In deo uero hæc omnia unum atq; idem ſunt. INT. Vtrũ de filio ſicut dicitur, Lumẽ de lumine, deus de deo, poteſt dici omnipotẽs de omnipotẽte, bonus de bono, magnꝰ de magno, & cætera talia? RE. Regulariter utiq; tenere debemus, quod omnia naturæ nomina æ- B qualiter de filio dici poſſunt ſicut de patre: id eſt ſicut dicitur deus de deo, lumen de lumine: ita dicendũ eſt, omnipotẽs de omnipotente, bonus de bono, magnus de magno, ſed non ita in relatiuis. INT. Sed quomodo in relatiuis nominibus dicendum eſt? RE. Nõ poſſumus dicere uerbũ de uerbo, quia relatiuũ nomen eſt uerbũ, quod ſolus eſt filius, ſicut dicimus deũ de deo, quod nõ eſt ſolus filius: nec imaginem de imagine, quia ſolus eſt filius imago, ſicut dicimus lumẽ de lumine, quod non eſt ſolus filius, quia ſubſtãtiale nomen eſt lumen. INT. Nunqd aliud lumẽ eſt pater, & aliud filius? RE. Nequaquã aliud, ſed unũ lumẽ eſt pater & filius, ſicut una ſubſtãtia: Ideo recte dicit lumẽ de lumine, ſicut deus de deo. Sicut eñ unus eſt C deus pater & filius, ita unũ lumẽ. INT. Legimus Apoſtolo dicẽte, Chriſtum dei eſſe uirtutẽ & dei ſapientiam: Nunquid pater nõ habet in ſe ſapientiam, uel uirtutẽ, niſi in filio, quem Apoſtolus ſapientiam dei & uirtutem nominauit? RE. Plurimi ita Arrianam deſtruũt impietatẽ, dicentes impium eſſe credere unquã deum patrẽ eſſe ſine ſua ſapientia, aut ſine ſua uirtute, Sed melius eſt intelligere patrem eſſe ſapientiã & uirtutẽ, imò & ſpiritumſanctum ſapientiam & uirtutẽ: non tamen tres uirtutes, nec tres ſapientias: quia ſapiẽtia ſubſtãtiale nomẽ eſt, ſicut uirtus, Nec aliud eſt in deo eſſe, aliud ſape, aliud poſſe: ſed unum eſt deo eſſe, ſapere, poſſe. INT. Vtrũ ad ſolam ſanctiſpiritus perſonã pertineat charitas, dum Apoſtolus dicit, D Deus charitas eſt, qui dilectio patris et filij eſſe legitur. RE. Nullatenus ita ſpirituſſanctus charitas intelligitur, quaſi nõ ſit pater & filius charitas. Sicut ſpũſſanctus eſt charitas, ita & pater eſt cha- 1 Ioan. 4
ritas, & filius eſt charitas: non tamen tres charitates, ſed una charitas. Sed quia ſpirituſſanctus donum dei proprie dicitur, & nullum dei donũ charitate maius eſt, imò ſine eo nullum donũ ad perpetuam hominẽ deducere poterit beatitudinem, proinde ſpũſſanctus proprie dicit charitas. INT. Nũquid impij dona dei habent? RE. Habẽt utiq; per eum, qui illuminat omnem hominẽ uenientem in hunc mũdum: In eo enim ſumus, mouemur, & uiuimus. Bona ſunt eñ dona dei eis qui bene u-
tunt illis. Ideo charitas ſingulare eſt in ſanctis donum, in qua filij dei diſcernũtur à filijs impietatis.
INT. Quare ſi deus totus ubiq; eſt, in cœlo dicitur magis habitare quàm in terra? RE. Quia maior eſt cognitio in ſanctis angelis animabuſq; ſanctorum diuinitatis, cum ſint apud deum in cœlis, quàm in terris: Sicut enim in hoc mortali corpore quidam magis intelligunt diuinã ſubſtantiam, quidã minus: ita & in cœlo magis dicit deus eſſe quàm in terra, quia plenius eiusdẽ ſubſtãtia intelligitur ab inhabitatoribus cœli cũ terræ incolis.
INT. Si una ſubſtãtia eſt pater & filiꝰ & ſpirituſ ſanctus, quare ſolus filius incarnatus dicitur? RE. Quia alia eſt perſona filij, alia patris, alia ſpirituſſancti. Et ſola quidẽ perſona filij incarnata eſt, operante tamen eandẽ incarnationẽ tota ſancta trinitate, cuius opera ſunt inſeparabilia. INT. Dũ in ſymbolo catholico cantari ſolet dei filiũ de ſpũſancto & Maria uirgine incarnatũ: quare nõ dicit filius ſpũſſancti, ſicut dicit beatę uirginis? RE. Nõ utiq; ſic de illo ſicut de illa natus eſt filius dei. De illa ſiquidem, id eſt ſancta uirgine, natus eſt filius dei ſicut de matre, non de illo, id eſt ſpirituſancto, ſicut de patre, ne duo patres dicerent in ſancta trinitate. INT. Si una natura eſt patris & filij, & filius incarnatus plenus eſt deus & perfectus, quomodo non pater incarnatus eſt? RE. Filius plenus eſt deus & perfectus qui ſolus incarnatus eſt, & homo factus eſt. Nam ignis una ſubſtantia eſt, ſed aliud in igne facit calor, aliud lux, Lux illuminat, calor calefacit, una tamen ignis natura utrũq; facit & calorem & lucem. INT. Vtrum diuinitas cum carne cõcepta & nata & paſſa eſt, & cætera quæ humanitatis propria eſſe noſcuntur? RE. Vtiq; diuinitas ſuę carnis conceptione concepta eſt, & natiuitate nata, ſenſitq; participatiõe humani affectus mortem quam ſponte ſuſceperat, non naturæ ſuæ potentiã perdens per quam cuncta uiuificat. Et ipſe autor qui ſponte natus eſt, ſponte paſſus eſt. Et idem opus, quia utrunq; unus: licet non alio cogente, ſolus tamen ipſe perpetiꝰ, ſalua diuinitatis impaſſibilitate. INT. Ex qua natura dicit, Poteſtatem habeo ponẽdi animam meam? RE. Omnium quæ in Chriſto ſunt operum autoritas, ex diuinitate eſt: tamen carni conuenit dicere, Poteſtatem habeo ponendi animã meã, non Ioan. 10
D diuinitati. Diuinitas eñ non dimiſit animã poſtq; aſſumpſit eam in utero uirginis, caro dimiſit dum emiſit ſpiritum in cruce Chriſtus. INT. Quomodo cõuenit quod in Geneſi legitur, Requieuit deus die ſeptimo ab omnib. operibus ſuis: et in Euãgelio Pater meus uſq; modo operatur, & ego operor? RE. Requieuit à nouarũ conditione creaturarum, nõ à conditarũ gubernatione. Et ideo deus tũc creator in ſex dierũ creatione putãdus eſt, nũc uero gubernator in toti⁹ mũdi naturis. INT. Quot creaturas rationales cõdidit deus? RE. Duas, angelicam & humanã, et cœlum angelis, et terram hominibus habitationẽ. INT. Quare angelicũ peccatũ ſilentio in Geneſi abſconditũ eſt, & hominis patefactũ eſt? RE. Quia angelicũ uulnus
deus

deus non prædeſtinauit curare, hominis uero ſanare prædeſtinauit. INT. Cur ſummi angeli peccatum inſanabile fuit, & hominis ſanabile? RE. Quia angelus ſui ſceleris inuentor fuit, homo uero alterius fraude ſeductus. Itẽ quanto ſublimior angelus in gloria, tanto maior in ruina. Homo uero quanto fragilior in natura, tanto facilior ad ueniam. INT. Cur homo ſuę poteſtatis creatus autor eſt? RE. Vt ipſe ſibi autor eſſet aduitam, ſiue ad mortem, Si uero neceſsitati eſſet ſubiectus, tũc nec boni operis haberet gloriam, nec mali pœnã, ſed eſſet quaſi unus ex pecoribus.

INTERROGATIO DE BENEDICTIONIBVS FILIORVM IACOB.

Studioſus aliquis deſumpſit hoc ex libro quæſtionum Hieronymi in Geneſim, omiſsis aut immutatis aliquot uerbis, quomodo ſolet Beda.

Gen. 49

VID intelligendũ eſt de benedictionibus, quibus Iacob Patriarcha benedixit filios ſuos: an hiſtorice, uel allegorice intelligendę ſint, dum dicit, B Cõgregamini filij Iacob, ut annũciẽ uobis quæ uentura ſunt in nouiſsimis diebus: & ſi uidetur ex his uerbis magis allegoriam ſonare quàm hiſtoriam? Reſpõſio, Vtrũq; uero, & hiſtoriam & allegoriam. Hiſtoriam de diuiſione terræ promiſsionis, quæ diuiſiones diuidendæ erãt nepotibus eorum. Et allegoriam de Chriſto et de eccleſia in nouiſsimis temporibus futura. Sed prius hiſtoriæ fundamenta ponẽda ſunt, ut aptius allegoriæ culmen priori ſtructuræ ſuperponaẽ. Rubẽ primogenitus meus, tu fortitudo mea, principiũ doloris mei: prior in donis, maior imperio, Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui, et maculaſti ſtratum eius. Eſt autẽ ſenſus hic, Tu es primogenitus meus, maior in libe- C ris, & debebas, iuxta ordinẽ natiuitatis tuæ, hęreditatẽ quæ primogenitis iure debebaẽ, ſacerdotium accipere & regnũ. Hoc quippe in portando honore & præualido robore demõſtraẽ: Verum quia peccaſti: & quaſi aqua quolibet uaſculo non tenetur, uoluptatis effuſus es impetu: idcirco prę cipio tibi ut ultra nõ pecces, ſiscꝫ in fratrũ numero, pœnas peccati luens, quod primogeniti ordinem perdidiſti. Principiũ autẽ doloris eſt omnis primogenitus, quia pro eo cõmouent uiſcera parentum. Simeon & Leui fratres uaſa iniquitatis bellantia: in conſiliũ eorũ non ueniat anima mea, & in cœtu illorum nõ ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt uirum, & in uoluntate ſua ſuffoderunt murũ. Maledictus furor eorũ, quia perti D nax: & indignatio eorũ, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & diſpergã illos in Iſrael. Significat autem nõ ſui cõſilij fuiſſe, quod Sichem & Emor interfecerũt fœderatos, & contra fas in pacis & amicitiarũ tẽpore ſanguinẽ fuderunt innocentẽ, et quaſi quodã furore ſic crudelitate raptati muros hoſpitæ urbis euerterũt. Vnde dicit, Maledictus furor eorum, quia pertinax: & relinquã & diſpergam illos in Iſrael. Leui enim hæreditatẽ propriã non accepit, ſed in omnibus ſceptris paucas urbes ad inhabitãdũ habuit. De Simeon uero in libro Ieſu ſcriptum eſt, quod & ipſe propriũ funiculum nõ accepit, ſed de tribu Iuda quiddã accepit. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in cerui
cibus inimicorum tuorum, adorabũt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prędã fili mi aſcẽdiſti, requieſcẽs accubuiſti ut leo, & quaſi leena. Quis ſuſcitabit eum? Quia Iudas cõfeſsio ſiue laus interpretatur, recte ſcribit de Iuda, Cõfitebũtur tibi fratres, uel laudabũt te. Et licet de Chriſto grãde myſteriũ ſit, ſed tamẽ ſecũdum literã ſignificat, quod per Dauid ſtirpem generarenẽ reges, & quod adorarẽt eum omnes tribus. Non enim ait filij matris tuæ, ſed filij patris tui. Et quod ſequit, Ad prædam fili mi aſcẽdiſti, oſtẽdit eũ captiuos populos eſſe ducturum, & iuxta intelligẽtiam ſacratiorem aſcẽdiſſe in altum, & captiuam duxiſſe captiuitatem. Siue quod melius puto, captiuitas paſsionẽ, aſcẽſus reſurrectionẽ ſignificat. Alligãs ad uineã pullum ſuum, & ad uitẽ aſinam ſuã. Quod uidelicet pullum aſinæ, cui ſupſedit Ieſus, hoc eſt gentilium populũ, uineæ Apoſtolorum, qui ex Iudæis ſunt, copulauerit: & ad uitẽ, ſiue, ut in Hebræo habetur, Soreth, id eſt electam uitẽ alligauerit aſinã cui ſuperſedit eccleſia ex nationibus cõgregata. Quod aũt dicit, Fili mi, cõuerſionẽ ad Chriſtũ de ipſo Iuda facit, eo quod Chriſtꝰ ſit uniuerſa facturus. Quod aũt dicit, Nõ auferẽt ſceptrũ de Iuda, & dux de femoribus, donec ueniat ille qui mittẽdus eſt, & ipſe erit expectatio gentiũ: ſignificat ꝙ nõ deficerẽt principes de tribu Iuda uſq; ad tẽpus quo natus eſt Chriſtus, qui miſſus à patre expectatio eſt gentiũ. Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauiũ, pertingens uſq; ad Sidonem. Iſachar aſinus fortis accubãs inter terminos, uidit requiẽ quod eſſet bona, & terrã ꝙ optima: & ſuppoſuit humerũ ſuũ ad portandũ, factusq; eſt tributis ſeruiens. Quia ſupra Zabulon dixerat, ꝙ maris magni litora eſſet poſſeſſurus, Sidoniã quoq; & reliquas Phœnices urbes cõtingeret, nunc ad mediterraneã prouinciã redit, & Iſachar, qui iuxta Neptalim pulcherrimã in Galilea regionem poſſeſſurus eſt, benedictiõe ſua habitationẽ facit. Aſinum autẽ oſſeum uel fortẽ uocat, & humerũ dicit ſuppoſuiſſe ad portandũ: quia in labore terræ & uehẽdis ad mare, quæ in finibus ſuis naſcebanẽ, plurimum laboraret, regibus quoq; tributa cõportans. Aiunt Hebræi per metaphorã ſignificari, ꝙ ſcripturas ſanctas de die ac nocte meditãs ſtudiũ ſuum dederit ad laborandum: & idcirco ei omẽs ſeruiũt quaſi magiſtro dona portantes. Dan iudicabit populũ ſuũ, ſicut & alia tribus in Iſrael:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fiat Dan coluber in uia, ceraſtes in ſemita mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor eius retro, ſalutare tuum expectabo domine. Sampſon iudex Iſrael de tribu Dan fuit. Hoc ergo dicit, nunc uidens in ſpiritu comā nutrire Sampſonē Nazarēū cęſiſq; hoſtibus triūphare, quod in ſimilitudinem colubri reguliq; obſtidēs uias nullū per terram Iſrael trāſire permittat. Sed etiā ſi quis temerarius, uirtute ſua quaſi uelocitate equi cōfiſus, eam uoluerit prædonis more populare, nō effugere ualebit. Totū autē per metaphorā ſerpentis et equitis loquit̄. Videns ergo tam fortē Nazarēum, quod ipſe propter meretricem mortuus eſt, & moriens noſtros occidit inimicos, putauit ò deus ipſum eſſe Chriſtū filium tuū: uerū quia mortuus eſt & nō reſurrexit, & rurſum ductus eſt Iſrael in captiuitatem, alius mihi ſaluator mūdi, & mei generis præſtolādus eſt, ut ueniat cui repoſitū eſt ut ipſe eſſet expectatio gentiū. Gad accinctus præliabit̄ ante eū, et ipſe accingeť retrorſum. Significat, q; Gad, Ruben & dimidia tribus Manaſſe ad filios quos trās Iordanē in poſſeſsionē dimiſerat, poſt quatuordecim annos reuertēs, prælium aduerſum eos gentiū uicinarū grande repererit, & uictis hoſtib. fortiter dimicauerit. Lege Ieſum Naue & Paralipomenō. Neptalim, ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis, ſiue Neptalim ager irriguus. Vtrunq; ſignificat Hebræū uerbū, aiala. Significat aūt, quod aquę calidę in ipſa naſcant̄ tribu, ſiue q; ſup lacū Geneſar fluento Iordanis eſſet irriguus. Hebræi autē uolunt ꝓpter Tyberiadē, quæ legis uidebať habere notitiam, agrum irriguū eloquia pulchritudinis prophetari. Ceruus autē emiſſus tēporaneas fruges & uelocitatē terræ uberioris oſtēdit. Sed melius ſi ad doctrinā ſaluatoris cūcta referamus, quod ibi uel maxime docuerit ſaluator, ut in Euāgelio quoq; ſcriptū eſt. Filius meus Ioſeph accreſcens, filius meus accreſcēs & decorus aſpectu, filiæ decurrerūt ſup murum: ſed exaſperauerūt eum, & iurgati ſunt, inuiderūtq; illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt uincula brachiorū & manuū eius ꝑ manū potētis Iacob. Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. O fili Ioſeph qui tam pulcher es, ut te tota de muris & turribus ac feneſtris puellarū Aegypti turba, ꝓſpectet, inuiderūt tibi, & ad iracundiā te, puo cauerunt fratres tui, habētes liuoris ſagittas et zeli iaculis uulnerati. Verū arcum tuū & arma pugnandi poſuiſti in deo, qui fortis eſt pugnator: & uincula tua quibus te fratres ligauerūt, ab ipſo ſoluta ſunt & dirupta, ut ex tuo ſemine tribus naſcatur Ephraim fortis & ſtabilis, & inſtar lapidis durioris inuicta, imperās quoq; decē tribub⁹ Iſrael. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædā & ueſpere diuidet ſpolia. Quia de Apoſtolo Paulo quę dicta ſunt manifeſtiſsima ſit, ꝓphetia, omnib. patet, q; in adoleſcētia perſecutus ſit eccleſiā, in ſenectute prędicator Euāgelij fuerit. Hebræi aūt ita dixerūt, Altare in quo immolabanť hoſtiæ, & uictimarū ſanguis ad baſim illius fundebať, in parte trib. Beniamin fuit, Hoc, inquiūt, ſignificat, quod ſacerdotes immolant mane hoſtias, ad ueſperū diuidūt ea quæ ſibi ex lege collata ſunt, lupū ſanguinariū, lupū uoracem ſuper altaris interpretatione ponētes, & ſpoliorū diuiſorē ſuper ſacerdotibus, qui ſeruiētes altari uiuunt de altari. Hęc aūt hiſtorice. Spiritaliter autē in Ruben prioris populi Iudæorum oſtēdit eſſe perſonā, cui à domino dicit̄, Iſrael primogenitus meus. Etēm iuxta quod primogenito debebať, ipſius erat accipere, ſacerdotium & regnū. Addit̄, tu uirtus mea: Vtiq; quod ex ipſo populo fundamētum fidei, ex ipſo uirtus dei, quæ eſt Chriſtus, aduenit. Quomodo autem ipſe ſit principiū dolorum, niſi dum patri deo ſem per irrogauerit iniuriā: dū cōuertit ad eū dorſum & nō faciem. Iſte prior in donis, quia primū ipſis credita ſunt eloquia dei & legislatio & teſtamentum ſiue promiſſio. Iſte maior imperio, Vtiq; pro magnitudine uirtutis, quia copioſius cæteris in hoc ſeculo ꝓpter idem negauit. Effuſus eſt autē ſicut aqua, peccando in Chriſto, quæ uaſculo nō tenetur uoluptatis, effuſus eſt impetu, & idcirco addidit, ultra nō creſcas. Quapropter ipſe poſtquā in uniuerſo orbe diſperſus eſt, ualde imminutus eſt. Sed quare talia meruit, ita ſubiecit: quia aſcēdiſti cubile patris tui. Primogenitę aūt plebis audaciā prædicat, Quę aſcēdit cubile patris ſui, & maculauit ſtratū eius, quādo corpus dominicum, in quo plenitudo diuinitatis requieſcebat, raptū in cruce ſuſpēdit, & ferro commaculauit. Simeon & Leui fratres, uaſa iniquitatis bellātia. Per Simeō & Leui Scribæ & Phariſæi et ſacerdotes Iudaici populi intelligūtur. De Simeone enim Scribæ erant Iudæorum, & de tribu Leui principes ſacerdotum, qui cōſilium fecerunt ut Ieſum dolo tenerēt et occiderēt. De quo conſilio dicit, In conſiliū eorū ne ueniat anima mea. Horrebat enim tanta ſcelera, quæ nouiſsimis tēporib. facturi erāt Iudæi, Quia in furore ſuo occiderunt uirum, id eſt Chriſtū, de quo dicit̄: Ecce uir oriēs nomē eius. Et alibi, Fœmina circūdabit uirū. Suffoderunt murum, id eſt illum ſpiritalē fortiſsimū murum, qui cuſtodit Iſrael, lancea confoderunt. Maledictus furor eorū, quia ꝓtinax: utiq; quādo furore accēſi & ira, obtulerūt Chriſtū Pōtio Pilato, dicētes, Crucifige crucifige. Et indignatio eorū, quia dura: dum Barrabam latronē peterēt & principē uitæ crucifigendum poſtularēt. Diuidā eos in Iacob, & diſpgam illos in Iſrael: Quia nonnulli ex ipſis crediderunt, quidā in infidelitate permanſerūt. Dicunť ēm diuiſi ij qui ab eis ſeparanť, & ueniūt ad fidē, Diſpſi aūt, quorū patria tēploq; ſubuerſo per orbē terræ incredulorū genus ſpargit̄. Iuda te laudabunt fratres tui. Per hūc Iudam uerus confeſſor exprimit̄ Chriſtus, qui ex eius tribu ſecundū carnē eſt genitus. Ipſum laudabunt fratres ſui: Apoſtoli ſcilicet & omnes coheredes eius, qui ꝑ adoptionē patris filij dei effecti ſunt, & Chriſti fratres ꝑ gratiā, quorū ipſe eſt dns per naturā. Manus tuæ in ceruicib. inimicorū tuorū. Eiſdē ēm manibus at̄q; eodē crucis trophæo & ſuos texit, & inimicos & aduerſarias poteſtates curuauit. Iuxta quod et pater promittit

Pſal. 109 mittit ei dicēs: Sede ad dexteram meā, donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū. Adorabunt te filij patris tui: Quādo multi ex filijs Iacob adorāt eum, per electionē gratiæ ſalui facti. Catulus leonis Iuda, Quādo naſcēdo factus eſt paruulus, ſicut ſcriptū eſt, Paruulus natꝰ eſt nobis. Ad
Eſa. 9 prædā fili mi aſcēdiſti: id eſt aſcendēs in crucē, captiuos populos redemiſti: & quos ille contrarius inuaſerat, tu moriēs eripuiſti. Deniq; rediēs ab inferis, aſcēdiſti in altū, captiuā duxiſti captiuitatē. Requieſcens accubuiſti ut leo: Manifeſtiſsime Chriſtus in paſsione accubuit, quando inclinato capite tradidit ſpiritū: & quādo in ſepulchro poſitus fuit, uelut quodā corporis ſomno quieuit. Sed quare ut leo, & uelut catulus leonis? In ſomno enim ſuo leo fuit, quādo non neceſsitate, ſed pote-
Ioan. 10 ſtate hoc ipſum compleuit, ſicut ipſe dicit: Nemo tollit à me animā meā, ſed ego pono eā. Quod uero addit, & ut catulus leonis: inde enim mortuus unde natus. Bene ergo Chriſtus ut leo requieuit, q; nō ſolū mortis acerbitatē nō timuit, ſed & in ipſa morte mortis imperiū uicit. Quod autē dicit, Quis ſuſcitabit eum? Quia nullus niſi ipſe, iuxta
Ioan. 2 qđ dicit: Soluite tēplū hoc, & in triduo reſuſcitabo illud. Nō deficiet dux de Iuda, & reliqua. Hoc manifeſtiſsime ad Iudā refertur. Diu ēm fuit ex ſemine illius intemerata apud Iudæos ſucceſsio regni, donec Chriſtus naſceretur, ſicut ſupra diximus. Alligans ad uineā pullum ſuū. Pullus ſuus populus eſt ex gētibus, cui adhuc nunq; fuerat legis onus impoſitū. Hūc copulauit ad uineam, ad Apoſtolos ſcilicet qui ex Iudeis ſunt. Nam uinea
Ioan. 15 dñi Sabaoth domus Iſrael eſt. Et ad uitem aſinam ſuā, ipſe dicit: Ego ſum uitis uera. Ad hāc ergo uitem alligat aſinā ſuā, ſynagogam tardigradā ſcilicet, & grauī legis pōdere depreſſam. Lauit in uino ſtolam ſuā: ſiue carnem ſuā in ſanguine paſſionis, ſiue ſanctā Eccleſiā illo uino, quod ꝓ multis effundeť in remiſsionē peccatorū. Et in ſanguine uuæ palliū ſuum. Palliū gentes ſunt quas corpori ſuo iunxit, ſicut ſcribit̄. Pulchriores oculi eius uino. Oculi Chriſti Apoſtoli ſunt & Euāgeliſtę, qui lumē ſcięt̄iæ Eccleſię præſtāt: quorū preceptа auſteritatē uini priſcæ legis ſuperāt, quia lōge leuiora ſunt. Et dētes eius lacte cādidiores. Dētes præceptores ſunt ſancti, qui præcidūt ab errorib. homines, & eos quaſi comedēdo in Chriſti corpus trāſmittunt. Cādidiores aūt effecti ſunt doctores
Eccli 29 Eccleſię lacte ueteris legis. Zabulon habitabit in litore maris, & in ſtatiōe nauiū. Zabulō interpretat̄ habitaculū fortitudinis, et Eccleſiā ſignificat. Hęc in littore maris habitat & ſtatione nauiū, cū credentib. refugiū & periclitātib. demōſtrat fidei portū. Hæc cōtra omnes turbines ſeculi incōcuſſa firmitate ſolida ſpectat naufragiū Iudæorū & hęreticorū procellas, qui circūferuntur omni uēto doctrinæ, quorū & ſi tunditur fluctibus, nō tamen frāgitur. Pertendit autē uſq; ad Sidonē, hoc eſt, uſq; ad gētes. Legitur etiā in Euāgelio inde aſ-
Matth. 4 ſumptos eſſe Apoſtolos aliquos, & ipſis locis do-
Eſa. 9 minū ſępe docuiſſe, ſicut ſcriptū eſt, Terra Zabulon, & terra Neptalim, populus qui ſedebat in tenebris, uidit lucē magnā. Sidon interpretatur uenator, uel uenatrix. Venatores qui ſunt, niſi Apoſtoli? Quia ut ſupra diximus, ex illis locis aſſumpti ſunt, de quibus dicitur: Mittā uenatores mul- Hierc. 16
tos, & uenabūt uos. Iſachar aſinus fortis. Iſachar qui interpretatur merces, refertur ad populū gentium, quē dominus ſanguinis ſui pretio mercatus eſt. Hic Iſachar aſinus fortis ſcribit̄, quia prius populus gentilis quaſi brutū & luxurioſum animal nullaq; ratione ſubſtitit, ſed poſtmodū iugū diſciplinæ Euāgelicæ libēter portauit. Hic accubans inter terminos, uidit requiē q; eſſet bona, & terrā q; optima. Inter terminos aūt cubare, eſt præſtolato mūdi fine requieſcere, nihilq; de ijs quæ nunc uerſantur in medio quærere, ſed ultima deſiderare. Et fortis aſinus requiē & terrā optimā uidet, cū ſimplex gentilitas ſe ad robur boni operis erigit, & ad æternæ uitæ patriā tendit. Vnde etiā apponit humerū ſuum ad portandū, quia cū ad promiſſam requiē peruenire deſiderat, cuncta mādatorū onera libenter portat. Vnde factus eſt tribus ſeruiens, hoc eſt, Chriſto regi ſuę fidei dona & operū bonorū offerēs munera. Dan iudicabit populum ſuū ſicut aliæ tribus Iſrael. Fiat Dan coluber in uia, ceraſtes in ſemita, et reliqua. Dicūt quidam Antichriſtū per hæc prædici & de iſta tribu futurū, pro eo q; hoc loco Dan, & coluber aſſeritur & mordens, & q; inter tribus Iſrael, primus Dan ad Aquilonē caſtrametatus eſt, illum ſignifi cās qui ſe in laterib. Aquilonis ſedere dicit, & de quo figuraliter dicit Propheta, A Dan auditus eſt fremitus equorū. Qui nō ſolū coluber, ſed etiā ceraſtes uocatur. Κέρατα enim Græce cornua dicuntur. Serpēs ergo ille cornutus eſſe perhibeť, Per quē digne Antichriſtus aſſerit̄, quia cōtra uitam fideliū cū morſu peſtiferæ prędicatiōis arma bitur etiā cornibus poteſtatis. Quis aūt neſciat ſemitā anguſtiorē eſſe q; uiā? Fit ergo Dan coluber in uia, quia in preſentis uitę latitudine eos amb ulare prouocat, quibus quaſi parcēdo blandit̄: ſed in uia mordet, quia eos quib. libertatē tribuit, erroris ſui ueneno conſumit. Fit ceraſtes in ſemita: q; a quos fideles reperit & ſeſe ad præcepti cœleſtis itinera conſtringētes, non ſolū nequitia callidæ perſuaſionis impetit, ſed etiā terrore poteſtatis premit, & in pſecutionis lāguore, poſt beneficia fictæ dulcedinis, exercet cornua poteſtatis. Equus iſte cuius ungulas ceraſtes mordere dicit̄, hūc mundū inſinuat, qui per elationē ſuā in curſu labentiū temporū ſpumat. Et quia Antichriſtus extrema mūdi huius apprehēdere nitit̄, ceraſtes iſte equi ungulas mordere perhibetur. Vngulas quippe equi mordere, eſt extrema ſeculi feriēdo cōtingere, ut cadat aſcēſor eius retro. Plebs infidelis Iudæa, erroris ſui laqueis capta, ꝓ Chriſto Antichriſtū expectat. Bene Iacob eodē loco repēte in electorū uocem cōuerſus eſt dicēs, Salutare tuū expectabo dñe: id eſt, nō ſicut infideles Antichriſtū, ſed eū qui in redemptionē noſtram uenturus eſt, uerū credo fideliter Chriſtum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SENTENTIAE ALIQVOT VELVT APHORISMI EX OMNIBVS AVGVSTINI ET ALIORVM LIBRIS DECERPTÆ PER STVDIOSVM ALIQVEM.

Innocentia NNOCENTIA est uera quę nec sibi nec alteri nocet, Quoniã qui diligit iniquitatem odit animã suã, & nemo nõ prius in se q̃ in alterũ peccat. II. Sic diligẽdi sunt homines, ut eorũ nõ diligãtur errores: quia aliud est amare quod facti sunt, aliud odisse quod faciunt. III. Vera ęternitas & uera immutabilitas nõ est nisi in deitate trinitatis: cui quod est esse, perpetuũ est: quia natura initio carẽs, incremẽto non indigẽs, sicut nullum finẽ, ita nullã recipit mutabilitatem. Creaturæ autem illæ quibus deus æternitatem dedit uel daturus est, nõ penitus omnis finis alienę sunt, quia nõ sunt extra cõmutationẽ, dum finis illis est & tẽporalis institutio, & localis mutatio, & ipsa in augmentũ sui mutatio facta.

Dilectio I

Aeternitas

Patientia IIII. Patiẽtia dei magna est, qua parcit cõtemptus, parcit etiã negatus: & magis uult uitã peccatoris q̃ mortẽ. Eruditio est pœnitudinis, & oblatio correctiõis: nec ulla Christi opera à misericordia uacãt, quoniã homini & indulgẽtia cõsulit & flagello. V. Diuina bonitas ideo maxime irascit in hoc seculo, ne irascat in futuro: & misericorditer tẽporalem adhibet seueritatẽ, ne æternã iuste inferat ultionẽ. VI. Vera cõfessio est benedicẽtis, cũ idẽ sonus est & oris & cordis. Bene autẽ loqui & male uiuere, nihil aliud est, q̃ se sua uoce dãnare. VII. Dilectio dei & ꝓximi propria & specialis uirtus est piorũ atq; sanctorũ, cũ cæteræ uirtutes & bonis & malis esse possint cõmunes.

Vltio dei

Confessio laudis

Charitas

Doctrina apostolica VIII. Doctrina apostolica tã salubris atq; utilis est, ut ꝓ capacitate utentiũ neminẽ sui relinquat exortẽ: quia siue paruuli, siue magni, siue infirmi, siue fortes habẽt in ea unde alãtur, unde satiẽtur.

De quærendo deo IX. Deũ quęrẽs gaudiũ quęrit: Sic ergo quærat ut nõ in se, sed in dño gaudeat, Accedẽdo eñ ad deũ illuminat ignorãtia, & corroboratur infirmitas, data sibi & intelligẽtia qua uideat, & charitate qua ferueat. X. Sicut corpori noxiũ est escã

Fastidium spiritale corporeã nõ posse percipere, ita animæ periculosum est spiritales delitias fastidire. XI. Nõnunq̃ multi sunt q̃ ad nõ esse tẽdunt. Quid enim tã est obnoxiũ paucitati, q̃ quod est debitũ perditioni? XII. Nõ cõcupiscit deus pœnã reorũ, tanquã saturari desiderãs ultione: sed quod iustũ est cũ tranquillitate decernit, & recta uolũtate dispo

Non esse

Clementia

Intellectus nit, ut etiã mali nõ sint inordinati. XIII. Bonũ intellectũ habet, qui quod faciendũ est, recte intelligit & facit. Alioquin talis est sine opere intelligẽtia, qualis sine timore sapiẽtia, cũ scriptũ sit, Initiũ sapiẽtiæ timor domini. XIIII. Habet et in hac uita requiẽ suã anima, quæ de morte infelicitatis exẽpta est, & nõ ab operibus iustitię, sed ab iniquitatis se abstinet actiõe, ut uiuẽs deo & mortua mũdo in humilitatis & mãsuetudinis placita

Requies

tranquillitate requiescat. XV. Quisquis bene cogitat quæ uoueat deo, & quæ uouendo persoluat, seipsum uoueat & reddat. Hoc exigit̃, hoc debetur. Imago Cæsaris reddat̃ Cæsari: imago dei reddatur deo. Sed sicut uidendũ est quid offeras, & cui offeras, ita etiã cõsiderandũ est, ubi offeras: quia ueri sacrificij extra catholicã Ecclesiã locus nõ est. XVI. Duæ sunt retributiones iustitiæ, cũ aut bona pro bonis, aut mala pro malis reddũ tur. Tertia est retributio gratiæ cũ per regenerationẽ remittũtur mala, et retribuunt̃ bona: atq; ita manifestãtur, quia uniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas. Illam aũt retributionẽ impiorũ, qua pro bonis mala restituuntur, deus nescit: qui non retribueret bona pro malis, si esset cui retribueret bona pro bonis. XVII. Omnis qui ad supernã pertinet ciuitatẽ, peregrinus est mũdi: et dum tẽporali utitur uita, in patria uiuit aliena, ubi inter multa illecebrosa, et multa fallacia deũ nosse & amare paucorũ est: quibus fit præceptũ domini lucidum, illuminãs oculos, ut nec in dei, nec in proximi charitate fallãtur. XVIII. Nemo est cuius animã corruptibile corpus & inhabitatio terrena nõ aggrauet, Sed nitendũ est, ut carnis cupiditates spiritus uigore superent̃: & interior homo qui semper sibi sentit resisti, semper de diuino auxilio expectet adiuuari. XIX. Angusta est uia quæ ducit ad uitã, & tamẽ per ipsam, nisi dilato corde nõ currit̃: quia iter uirtutũ quo gradiuntur pauperes Christi, amplũ est fideliũ spei, etsi arctum sit infideliũ uanitati. XX. Hoc affectu & desiderio colẽdus est deus, ut sui cultus ipse sit merces. Nã qui deũ ideo colit, ut aliud magis quã ipsum ꝓmereatur, nõ deũ colit, sed illud quod assequi cõcupiscit. XXI. De occultis cordis alieni temere iudicare peccatũ est: & eum cuius non uidẽtur nisi bona opera, iniquũ est ex suspitiõe reprehẽdere, cum eorũ quæ hominis sunt incognita, solus deus iudex sit: quia iustus est & inspector uerus. XXII. Diuini est muneris, cum & recta cogitamus, & pedes nostros à fallsitate atque iniustitia continemus: quoties enim bona agimus, deus in nobis atq; nobiscum ut operemur operatur. XXIII. Iusto iudicio dei datur plerunque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu dei iuuantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores.

Votum

Gratia & iustitia

Ciuis hostes

De adiutorio dei

Afflictio

Scientia XXIIII. Nõ est uera scientia boni, nisi ad hoc cõprehẽdatur ut agatur. Inutiliter aũt meditatur legẽ dei, qui laborat ut memoria teneat quod actione nõ implet. XXV. Qui legẽ dei diligit, probat se in hominib. iniquis id quod cõtra legẽ est odisse, nõ homines. XXVI. Mãdata dei nisi quieta mẽs scrutari nõ potest, ut ergo religiosum exerceatur studiũ, abigenda sunt iurgia maligno rum. XXVII. Nemo tã eruditus, nemo tã doctus

Caro

Angustia uia

Præmium

Iudicia

Legis amor

Legis seruitatio

Profectus

ctus est qui superna illustratione non egeat. Non enim ulla ita diuinorũ bonorũ augmẽta sufficiũt, ut nõ semper superslit quod mẽs rationalis & intelligendũ desideret & gerendũ. XXVIII. Si omnes homines simul cõsideremus, quorũ alij misericordia salui fiunt, alij ueritate dãnantur, uniuersæ uiæ domini, id est, misericordia & ueritas suo fine distinctę sunt. Si aũt solos sanctos intuea mur, non discernũtur hæ uiæ domini: Indiuidua enim ibi est & à misericordia ueritate misericordia, quia beatitudo sanctorum & de munere gratiæ est, & de retributione iustitiæ.

Misericordia & ueritas

Pax XXIX. Christianæ pfectionis est, pacificũ esse etiã cum pacis inimicis, spe correctionis, nõ consensu malignitatis: ut si nec exemplũ nec cohortionũ discretionẽ sequãtur, causas tamen non habeant quibus odisse nos debeant. XXX. Cui stodit nos dominus ab omni malo, nõ ut nihil patiamur aduersi, sed ut ipsis aduersitatibus anima nõ ledatur. Cũ enim tentatio adest, fit quidã in id quod nos impugnat introitus: Et sicut bono fine, id est, sine uulnere animæ tentatio cõsummatur, ita ad æternã requiem de profundo tẽporalis laboris exitur. XXXI. Ad cœlestis Hierusalem non ascendũt consortiũ, nisi qui toto corde profitentur, nõ proprij operis, sed diuini esse muneris q̃ ascendũt. XXXII. Omnes qui in Christo pie uolunt uiuere, necesse est ut ab impijs & dissimilib. patiãtur opprobria, & despiciãtur tanquã stulti & insani, qui præsentia bona perdũt, & inuisibilia sibi profutura promittunt. Sed hæc despectio & irrisio in impios retorquebitur, cũ & abundantia eorũ in egestatẽ, & superbia trãsierit in cõfusionẽ. XXXIII. Tota fideliũ salus, tota patientiæ fortitudo ad eũ qui in sanctis suis mirabilis est, referẽda est: quia nisi in illis dominus esset, furori impiorum fragilitas succũberet humana.

Tentatio

Gratia

Pij cõtempti

Lex dei

Præpositi ferendi XXXIIII. Ita à plebibus principes, & à seruis domini ferẽdi sunt, ut sub exercitatiõe tolerãtiæ sustineãtur tẽporalia, & sperentur æterna. Auget enim merita uirtutis, qui propositũ nõ uiolat religionis. XXXV. Recti corde de præceptis dei & constitutionibus nõ quæruntur, quia iustũ est omnia æquanimiter accipi, quæ iudicaturus uoluerit tolerari. XXXVI. Omnis sancti ædificatus, sicut deo operãte proficit, ita deo custodiente cõsistit: Quoniã tunc utilis præpositorũ custodia est, cũ spiritus dei populo suo præsidet, & nõ solum greges, sed etiã ipsos dignatur custodire pastores. XXXVII. Aeternę ciuitatis æterna sunt gaudia & stantiũ dierum perpetuitas insinita, nec uariabitur, nec labetur quia incõmutabili pace potientur, quorũ erit omniũ bonũ, etiam quæ fiunt singulorũ. XXXVIII. Lex Christi, perfectio est charitatis, qua deus proximusq; diligitur, & per quam dicitur conditori legis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Bene autẽ expectat prosperat parcendum peccatis suis, qui ignoscit alienis. XXXIX. Nihil deus iubet quod sibi prosit, sed illi cui iubet: Ideo uerus est dominus qui

Lex dei

Domus dei

Aeterna gaudia

Lex charitatis

Iussa dei

seruo nõ indiget, & quo seruus indiget. XL. Id quod in tempore nouũ est, non est nouum apud deum qui cõdidit tempora, & sine tẽpore habet omnia quæ suis quibusq; temporibus pro eorum uarietate distribuit. XLI. Mutabiliũ omnium dispositionẽ immutabilis ratio continet, ubi sine tempore simul sunt quæ in temporibus nõ simul fiũt, quia tẽpora nõ simul currũt. XLII. Nihil infelicius est felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur inpunitas, & mala uoluntas uelut hostis interior roboratur. XLIII. Legis litera quæ docet non esse peccandum, si spiritus uiuificans desit, occidit. Scire enim peccatũ potius facit q̃ cauere, & ideo magis augeri quàm minui, quia malę concupiscentię etiã præuaricatio legis accedit. XLIIII. Lex data ut gratia quæreretur, gratia data est ut lex impleretur. Neq; enim suo uitio non implebatur, sed uitio prudentię carnis, quod uitium per legem demonstrandũ, per gratiam sanandũ fuit. XLV. Hoc promittit deus quod ipse facit: non ipse promittit & alius facit, quod iam non est promittere, sed prædicere. Ideo nõ ex operibus, sed ex ueritate uocante: ne ipsorũ sit, nõ dei, & merces nõ imputetur secũdum gratiam, sed secundũ debitũ, atq; ita gratia iam nõ sit gratia. XLVI. Sicut nõ impediunt ab æterna uita iustum quædã peccata uenialia, sine quibus hęc uita nõ ducitur: sic ad salutẽ æternã nihil prosunt aliqua bona opera impio, sine quib. difficillime uita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur.

Præscientia dei

Prouidentia

Impunitas

Legis litera

Promissa dei

Culpæ uenides

Punitio diuina XLVII. Cũ uoluntas mala potestatẽ accipit efficiẽdi quod cupit, ex iudicio eius uenit, apud quẽ nõ est iniquitas. Punit enim etiam isto modo, nec ideo iniuste, quia occulte. Cęterũ iniquus puniri se ignorat, nisi cũ manifesto supplicio senserit nolẽs, quãti mali sit q̃d ꝓpetrauit uolẽs. XLVIII Omnia uitia in malefactis tantũ ualẽt, sola superbia etiã in recte factis cauẽda est. XLIX. Interest plurimũ qualis sit usus, uel earũ rerũ quę properæ, uel earũ quæ aduersæ dicunt̃. Nam bonus nec bonis tẽporalib. extollit̃, nec malis frãgitur: Malus aũt ideo huiusmodi infelicitate premit̃, quia felicitate corrũpit̃. L. Mala mors putãda est quam bona uita præcesserit. Nõ enim facit malã mortẽ nisi quod sequitur mortẽ: Nõ eñ curandũ est multum necessario morituris, quid accidat ut moriãtur, sed moriendo quo ire cogantur.

Superbia

Prospera aduersa

Mors piorum

Vera castitas LI. Ita nõ amittit̃ corporis sanctitas manẽte animi sanctitate etiã oppresso corpore: sicut amittit̃ corporis sanctitas uiolata animi puritate etiã corpore intacto. LII. Maior animus merito dicendus est, qui uitã erũnosam magis eligit ferre q̃ fugere, & humanũ iudiciũ, maxime quod est uulgare, quod plerũq; caligine erroris inuoluit̃, prę cõscitiæ luce ac puritate contẽnere. LIII. Iustis quicquid malorum aliquis dominus irrogat, nõ pœna est criminis, sed examen uirtutis. Nã etiam bonꝰ si seruiat, liber est: malus aũt & si regnet, seruus est, nec unius hominis, sed quod grauius est, tot dominorũ quot uitiorũ. LIII. Nemo quicq̃ dño recte uoueret, nisi ab ipso acciperet quod uoueret. LV. Omnis substãtia quę deus nõ est, creatura

Mortem non conscisendã

Vera libertas

Vota

Essentia deitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura est, & quæ creatura nō est, deus est: Nulla ergo differētia est in deitate trinitatis, quoniā quod
Gratia deo minus est, deus nō est. LVI. Tales nos amat deus, quales futuri sumus ipsius dono, non
Æternitas quales nostro merito. LVII. Ordo temporū in æterna dei sapiētia sine tēpore est, nec aliqua sunt
apud eū noua, qui fecit quę futura sunt. LVIII
Prima causa Voluntas dei est prima & summa causa omniū corporaliū spiritaliumq; motionū: Nihil enim fit uisibiliter & sensibiliter quod nō de inuisibili & intelligibili summi Imperatoris aula, aut iubeat, aut permittat, secundū ineffabilem iustitiā præmiorum, atq; pœnarū, gratiarū & retributionū, in ista totius creaturæ amplissima quadā uniuersaq; re-
Lapsus hominis publica. LIX. Diabolus superbus, hominē superbientē perduxit ad mortē: Christus humilis hominē obedientē reduxit ad uitā: quia sicut ille
Incrementa elatus cecidit & deiecit cōsentientē, sic iste humiliatus surrexit et erexit credentē. LX. In rebus spiritalib. cū minor maiori adhæret, sicut creatori creatura, illa sit maior q̄ erat, nō ille: & hoc est maius esse quod est melius esse: quia adhærēs creatura creatori, nō mole auctior, sed uirtute fit ma-
Deus incogitabilis ior. LXI. Excedit supereminētia deitatis non solū usitati eloquij nostri, sed etiā intelligentiæ facultatē. Verius enim cogitat deus q̄ dicitur, & uerius est q̄ cogitatur. Non parua autē notitię pars est, si antequā scire possumus quid sit deus, possi-
Beatitudo mus scire quid nō sit. LXII. Omnes beati habent quod uolūt, q̄uis nō omnes qui habēt quod uolunt, continue beati sunt. Cōtinuo autem sunt miseri, qui uel nō habent quod uolūt, uel id habēt quod nō recte uolunt. Propior est ergo beatitudini uolūtas recta etiā nō adepto quod cupit: q̄ pra-
Esse cum deo ua etiā si quod cupit obtinuit. LXIII. Magna miseria est hominis, cū illo nō esse, sine quo nō potest esse. In quo est enim, sine dubio sine illo non
Incarnatio est: & tamē si eius nō meminit, eumq; non intelligit nec diligit, cum eo nō est. LXIIII. Diuinitas uerbi æqualis patri, facta est particeps mortalitatis nostræ, non de suo, sed de nostro: ut & nos
Odiū perfectū efficeremur participes deitatis eius, nō de nostro, sed de ipsius. LXV. Perfectum odiū est quod nec iustitia nec scientia caret, id est, ut nec ꝓpter uitia homines oderis, nec ꝓpter uitia homines diligas. Recte ergo in malis odimus malitiā, & diligimus creaturā, ut nec propter uitiū creatura dānetur, nec propter naturā uitiū diligatur. LXVI
Mendacium Difficillima & laboriosa sunt figmēta mendacij. Qui autē uerū uult dicere nō laborat: quietiores enim sunt boni q̄ mali, & absolutiora sunt uerba
Arcana scripturæ ueraciū, q̄ cōmenta fallaciū. LXVII. Bonæ sunt in scripturis sanctis mysteriorū profunditates, quæ ob hoc tegūtur ne uilescāt, ob hoc quæruntur, ut exerceāt, ob hoc aūt aperiūtur, ut pascāt.
Sudor Christi LXVIII. Orans cū sudore sanguineo dominus Iesus Christus, significabat de toto corpore, quod est Ecclesia, emanaturas martyrū passiones.
Sacramentum LXIX. Sacramentū pietatis in iudiciū sibi sumit indignus. Bene enim esse nō potest, male acci-
Laus dei pīēti quod bonū est. LXX. Qui laudat deū in miraculis beneficiorū, laudet & in terroribꝫ. ultio-

num. Nā & blanditur & minatur. Si nō blandire
A tur, nulla esset exhortatio. Si nō minaretur, nulla esset correctio. LXXI. Remedia cōuersionis
Mature resipiscendum ad deū, nullis cūctationib. sunt differēda, ne tempus correctiōis pereat tarditate. Qui em̄ pœnitē-
ti promisit indulgentiā, dissimulāti diem crastinū nō spopōdit. LXXII. Rectus est, & bene in-
Resipiscentia uocat deū, qui in omnib. malis quæ patiē se accusat, nō deū: & in bonis quæ facit nō se laudat, sed deū. Sicut enim repellit deus peccata sua defen-
dentē, sic recipit cōfitentem. LXXIII. Mira
Creatura bilis est fabrica mundi, sed mirabilior fabricator. Et male occupat creatis, qui à creatore discedit. Cui si inhęserit, inferiora calcabit, ne quod dilexerit cōtra naturā, cōuertat in pœnā. LXXIIII
Ordo Anima rationalis superioribus inferiora præpo-
B nēs, nō potest regere quod regebat, quia regi noluit à quo regebat. LXXV. Corpus carnis no-
Pœna peccati stræ ornamentū nobis fuit: peccauimus, & cōpedes inde accepim⁹, ut uinculis mortalitatis omis humanarū actionū cursus prepediret. LXXVI
Psalmi cum opere Recte in dei laudē psallit, cuius opera cū uoce cōcordat. Nā finito carmine, uox tacet. In bōis autē actibus uita permanēs nunq̄ reticet eius gloriā, quē in se gaudet operari. LXXVII. Omnia
Timor dei quę timent, rationabiliter declinant: Deus sic timendus est, ut ab ipso ad ipsum confugiatur.
LXXVIII. Sicut prepostera securitas in pericu-
Securitas lum impellit, ita ordinata solicitudo securitatē parit. LXXIX. Virginitas carnis, corpus intac-
Virginitas tū: uirginitas animę, fides incorrupta. LXXX
C Multa nos in facultatib. nostris superflua habere
Auaritia ꝓbamur, si necessaria sola retineamus. Nam una quęrētibus nihil sufficit: et alienorū quodāmodo retētor est, qui ꝓfutura pauperib. inutiliter habet. LXXXI. Quomō aures nostrę ad uoces
Vox mentis nostras, sic aures dei ad cogitatiōes nostras. Non aūt potest fieri, ut in mala opera exeāt cogitationes bonæ, quoniā hoc actione promīt quod corde cōcipit. LXXXII. Sicut ueteris hominis
De cantico nouo uetus canticū ad temporalia, sic noui hominis nouum canticū pertinet ad æterna: & ita unusquisq; cantat ut uiuit. Nouū aūt canticū carmē est fidei,
Deuera humilitas quę per dilectionē operatur. LXXXIII. Vera fideliū humilitas est, in nullo superbire, in nul-
D lo murmurare: nec ingratū esse, nec querulū: sed in omnib. dei iudicijs gratias deo agere, deumq;
Desperatio laudare, cuius omnia opera, aut iusta sunt, aut benigna. LXXXIIII. Nimis miser est qui non
De diuitijs sperat in deo, et de se sibi secunda promittit, cū ex eoipso ꝙ nō quęrat dei auxiliū, ab omni spe ueræ salutis exciderit. LXXXV. In magna egestate sunt qui de iniq;tate diuites, iustitię opes & sapiētiæ nō habēt: qui aūt domino seruiūt, ea bona acquirūt, quæ perire nō possunt. LXXXVI
Beneficentia Non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonū est: & parū est neminē nocere, nisi studeas multis ꝓdesse. LXXXVII. Peccator qui peccat, nō
Impunitas ideo à domino nō uidetur, quia male agētis pœna differt, grauius autē in eū defæuitur, cui etiam ipsa correctio denegatur. LXXXVIII. Nō
Humilitas acceditur ad altitudinem dei, nisi per humilitatē,

cui

cui ꝓpinquat subditus, lōge ab eo recedit elatus.
De sepultura LXXXIX. Sicut peccatorib. diuitibus nihil A prosunt exequię sumptuosę, ita nihil nocēt aut uiles, aut nullæ sanctorū pauperū sepulturæ. XC
De gaudio recto Nō potest quisquā fraudari delectatiōib. suis, cui Christus est gaudiū. Aeterna em̄ exultatio est qui
Quid hominē deo iungat bono lætat æterno. XCI. Deo qui ubiq; est, nō locis, sed actionibus, aut lōginqui, aut ꝓximi sumus: q̄a sicut nos separat dissimilitudo, ita nos illi
De bono prælio cōiungit imitatio. XCII. Humanæ ægritudinis est, in carne mortali delectationē habere peccādi: sed discipul⁹ amatorq; uirtutū, nō pacē huic cōcupiscētiæ tribuere, sed bellū debet indicere.
De spe fideliū XCIII. Nō te terreat Christiane, ꝙ credita differunt, licet in abscondito sit, ꝓmissio, in spe tamen
Malitia breuis pseueret oratio. Exerce operibus, cresce uirtutib. Dū fidei cōstantia probat, gloria retributiōis au- B ger. XCIIII. Omne tēpus malorū pusillū est.
Charitas inexhausta Quid enim tā exiguū est, q̄ quod in hoc tēdit, ut nō sit? XCV. Crescit semp facultas charitatis, dū usu maior, & largitate fit ditior. XCVI. Ma-
De defectu malorum lorū impietatē perire necesse est, aut proprio iudicio, aut sentētia dei: Nulla em̄ iniq;tas ꝓmanet, cui
Pij nō deseruntur finē, aut correctio, aut dānatio facit. XCVII Adhærēs deo & semp eius faciēs uoluntatē, nunquam à suo habitatore deseritur, & si quædā dura atq; aduersa patiat, nō relinquitur, sed probat.
Iustitia XCVIII. Tota iustitiæ ratio est, ut declinētur mala et fiāt bona: cuius obseruātię inter quaslibet aduersitates forma seruāda est: quia hoc solū nunquā amittitur, quod operi pietatis impenditur.
Mali tolerādi XCIX. Tolerētur præsentia mala donec ueniat C beatitudo promissa. Sustinēatur à fidelib. infideles, & inter ortorū frumēta zizaniorū auulsio differatur: quantūlibet sęuiāt impij, melior est etiā in hoc tēpore causa iustorū, qui quāto acrius impe-
Precatio tunt, tāto gloriosius coronātur. C. Clamor ad deū est intētio cordis & flagrātia dilectiōis, quia semper petit quod semper optat. Hoc aūt deo ab
Satisfactio sconditū nō est, quoniā ad ipsum redit quod ab ip- so ꝓcessit. CI. Bona est peccati confessio, si & curatio cōsequat. Nā quid prodest detegere pla-
Perfectio gam & nō adhibere medicinā? CII. In hac uita, quę tota tētatio est, etiā in sublimissimis sanctis nō apprehēditur illa pfectio, cui nō superlit ascē-
Vetus homo sio. CIII. Cū prędentis uitæ cursus agit, etiā si ualde ꝓficiat cuius exercitio homo corrūpit ex- D terior, & interior renouat, necesse est tamē ut dū cōditioni subiacet mortis, labores toleret uetusta
Imago dei tis. CIIII. Imago quidē dei est homo, & q per iustitię ambulat uias, ad similitudinē sui tēdit autoris, & tamē dum in hac uita degit, cōturbatiōes
Eruditio diuina uanitatis incurrit. CV. Prima diuini muneris gratia est, ut eruditat nos ad nostrę humilitatis cō-
Fides fessionē, & agnoscere faciat, ꝙ si quid boni facimus, per illū possumus. CVI. Omnis infidelium uita peccatū est, & nihil est bonū sine summo bono: ubi enim deest agnitio æternę & incōmutabilis ueritatis, falsa uirtus est, etiā in optimis moris
De fundamento spiritali bus. CVII. Sicut enim fundamentū corporeę fabricæ in imo est, ita fundamentū fabricæ spiritalis in summo est; Terrena ædificatio à terra incipit, cœlestis extructio à superno crescit exordio.
Obliuio dei CVIII. Tūc dicitur deus meminisse, quādo facit: tūc obliuiscī, quādo nō facit: Nā neq; obliuio cadit in deū, quia nullo modo mutat, neq; recordatio, quia nihil obliuiscit. CIX. Hi uidēt mi-
Miracula rabilia dei, quib. prosunt: Nā quod nō intelligit, uel unde nō proficitur, nō uidetur. CX. Nō au-
Misericordia & ueritas ferat ueritas misericordiā, nec misericordia impediat ueritatē. Si enim ꝓ misericordia uindicabis cōtra ueritatem, aut quasi rigida ueritate oblitus fueris misericordiā, non ambulabis in uia dñi, in qua misericordia & ueritas obuiauerunt sibi.
Imitatio Christi CXI. Tētatio Christi, eruditio Christiani est: Imitatores enim magistri debēt esse discipuli, nō in faciendis miraculis, quæ nemo exigit, sed in custodiēda humilitate, atq; patiētia, ad quæ nos dominus inuitauit suo exēplo. CXII. Quomodo ra-
Auaritia dix omniū malorū cupiditas est, sic radix omniū bonorū charitas est. CXIII. Christiano rectę de
De gaudio Christiani gaudēdi causa non præsens seculū est, sed futurū. Et ita est utendū temporalibus ne obsint æternis, ut in uia qua peregrini ambulant, hoc placeat quod ducit ad patriā. CXIIII. Male celebrat
De sabbato sabbatū qui ab operib. bonis uacat. Otium autē ab iniquitate debet esse perpetuū, quia bona conscientia nō inquietū, sed tranquillum facit animū.
Hilaritas in bono CXV. Cum bonum operaris, hilaris operare: Nam si quid boni tristis feceris, fit de te magis q̄ facis. CXVI. Si in mores malorum non tran-
Malorum conuictus seant boni, etiā inter cohabitantes magna diuisio est, Non ergo homines qui meliorū exemplo corrigi queunt, sed hominū est fugienda iniquitas.
Timor CXVII. Eam deus innocentiā probat, qua homo nō metu pœnę fit innocēs, sed amore iustitię: Nam qui timore nō peccat, quāuis nō noceat cui uult nocere, tamen plurimū nocet: & abstinēs ab iniquo opere, sola tamen reus est uoluntate.
Pharisaismus CXVIII. Melior est in malis factis humilis confessio, q̄ in bonis superba gloriatio. CXIX. De
Correctio malitia mali flagellatur bonus, & de seruo emēdatur filius. CXX. Sicut stellas cœli nō extinguit
In malis bonū nox: sic mentes fidelium adhærentes firmamēto sanctæ scripturæ nō obscurat mūdana iniquitas.
De propria facultate CXXI. Ad peccandū homo abūdat propria facultate, ad agendum autem bonum non sufficit nisi ab illo iustificetur, qui solus iustus est.
Mali cruciant bonos CXXII. Magnus bonorū labor est, mores tolerare cōtrarios, quibus qui nō offenditur, parum proficit. Tantū enim torquet iustū alieni peccati iniquitas, quantū à sua recedit. CXXIII. Nō
Accessus ad deum locorū interuallis acceditur ad deū uel receditur ab eo, sed similitudo facit proximū, dissimilitudo longinquū: & nimia misēria est ab eo bono longe esse quod ubiq; est. CXXIIII. Libera semper
De uerali bertate est seruitus apud deū, cui nō necessitas seruit, sed charitas. CXXV. Qui ideo nemihē uult pati
De tolerantia hominū, quia ut arbitratur multum proficit, per hoc ipsum ꝙ alios non tolerat, ostendit ꝙ potius nō proficit. CXXVI. Totum bonū quod ha-
De artifice bemus, ab artifice nostro habemus. Sed si hoc in summo nobis est, quod ipsi fecimus, inde dānabimur: si autem hoc quod deus fecit, inde coronabimur.

CXXVII

Universidad de Deusto
Biblioteca

De uerbo dei CXXVII. Verbū dei p quod facta sunt omnia, tēpus prędordinauit quo susciperet carnē, nō tēpo A
ri cessit quo uteretur in carne: Homo quippe deo
De fide accessit, nō deus à se recessit. CXXVIII. In-
tellectui fides uiam aperit, infidelitas claudit.
Gloria uana CXXIX. Quo primū uitio superaē homo, hoc
ultimū uincit. Cū eī omnia peccata superauerit,
manet periculū, ne sibi mēs nihil cōscia in se po-
De perfectione tius cp in dño glorietur. CXXX. Finis curarū
perfectio desideriorū est, & in id quisq; tēdit ac ni
titur, ut ad illud pueniat quo delectaē. Sapiētis er
go est hoc appetere quod bonū facit, nō id amare
De duobus do nis gratiæ quod decipit. CXXXI. Sicut duo sunt officia
medicinę, unū quo sanaē infirmitas, aliud quo cu
stodiē sanitas: Ita duo dona sunt gratię: unū quod
aufert carnis cupiditatē: aliud quod facit animæ
De laboris fine perseuerare uirtutē. CXXXII. Non poterit B
hominis labor finiri, nisi hoc diligat, quod ei non
De iniquitatis posit auferri. CXXXIII. Impossibile est ut
lesione iniquitas prius lędat hominē iustū in quē tēdit, cp
Miracula in uisibilia cor iniustū unde pcedit. CXXXIIII. Visibi
le miraculū ad illuminationē uocat: Inuisibile aūt
eū qui uocatus uenit, illuminat: Omnia mirabilia
dei narrat qui credēs uisibilib. ad intelligendum
Diaboli fuga inuisibilia transitū facit. CXXXV. Meliores
sunt qui diabolū persequentē fugiūt, cp qui præ-
euntē sequunt, quia utilius est eū hostē habere cp
Cupiditas particípē. CXXXVI. Omnes prauæ cupidi
tates sunt portę inferi, p quas in mortē itur: cuius
dominatū subit, q adeptū se ad perfruendū lætaē
De adulatione quod perituru cōcupiuit. CXXXVII. Adu-
lantū linguæ alligāt animas in peccatis: Delectat C
enim ea facere in quib. nō solū nō metuiē repre-
De male con scio animo hensor, sed etiā laudator audiē. CXXXVIII
Animus male sibi cōscius dū uidetur sibi nullam
pœnā pati, credit quia non iudicet deus, cū abuti
patiētia dei & nō intelligere parcentis benignita
Quòd prior sit natura q uitium tem, iā sit magna dānatio. CXXXIX. In crea
tura quæ arbitrio suo peccat, prior est natura cp
uitiū: Quod ita cōtra naturā est, ut non possit nisi
nocere naturę: quod ita nō esset uitiū à deo rece-
dere, nisi naturæ cuiuslibet uitiū esset, cui potius
Deus uni uersi cōpeteret esse cū deo. CXL. Nullū deus uel an
gelorū uel hominū crearet quem malū futurū esse
præscisset: nisi pariter nosset quib. eos usibus bo-
norū cōmendaret, atq; in ordinē seculorū, quasi
pulcherrimū carmen, etiā ex quibusdā pulcherri- D
De conditione creaturæ mis antithetis honestaret. CXLI. Tria quędā
maxime nobis scięda de cōditione creaturę opor
tuit intimari. Quis eā fecerit, p quid fecerit, quare
fecerit. Dixit deº, inquit, Fiat lux, & facta est lux:
& uidit deus lucē q bona esset. Nec autor excellē
tior est deo, nec ars efficacior est dei uerbo, nec
causa melior est, quàm ut bonū creetur à bono.
De bono & malo amore CXLII. Est amor quo amaē & quod amādū nō
est: et istū amorē odit in se q illū diligit, quo amat
quod amandū est. Possunt eī ambo in uno homi
ne esse, & hoc bonū est homini, ut illo proficiēte,
quo bene uiuimus, iste deficiat quo male uiuim⁹,
donec ad perfectū saneē & in bonū cōmutеē om
De bono crea turæ ne quod uiuimus. CXLIII. Creaturę rationa
lis uel intellectualis bonum, quo beata sit, nō nisi
deus est, qđ ei nō ex seipsa est, quia ex nihilo crea
ta est. Hoc eī adepto fit beata, q amisso misera.
CXLIIII. Vitiū esse nec in summo potest bo- *De uitio*
no, nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bōa alicubi *naturæ*
esse possunt, sola aūt mala nusq;. Et illę quę ex ma
læ uoluntatis uitio uitiatæ sunt, inquantū uitiosæ
sunt, malæ sunt: inquātū aūt ueræ sunt, bonę sunt.
CXLV. Nō est fas aliter credere affici deū cum *Quid credi*
uacat, aliter cū operaē, quia nec affici dicēdus est, *debeat*
tanq; in eº natura fiat aliquid quod ante nō fuit.
Patitur quippe qui afficit, & mutabile est omne
quod patiē. Nō ergo in deo, aut pigra uacatio, aut
laboriosa cogitatiē industria: quę nouit & quiescēs
agere, & agēs quiescere: & quod in operib. prius
quidē est, aut posterius, nō ad facientē sed ad fa-
cta referendū est. Aeterna eī est & incōmutabi-
lis uolūtas eius, nec cōsilio alternāte uariaē, in qua
simul est quicqd in rebus creandis uel ordinādis,
aut præcesserit, aut sequiē. CXLVI. Nullius *Deus solus*
cp uis minimæ naturæ, nisi deū creatorē dici, aut *creator*
credi licet ab aliquo. Quòd si angeli missi uel per
missi adhibeāt operationē suā rebus quę gignunē
in mūdo, tamen nō sunt creatores animaliū, sicut
nec agricolæ frugū uel arborū. CXLVII. De *Mors qualis*
prima corporis morte dici potest, q bōis bōa sit,
malis mala: Secūda uero sine dubio, sicut nullorū
bonorū est, ita nulli bōa. CXLVIII. Mors etiā *De morte*
piorū, peccati pœna est. Sed ideo ipsis dicitur bo *piorum*
na, quia illa bene utunē, quib. finis est ad mala tē-
poralia & trānsitus ad uitā æternā. Sicut eī iniusti
tia male utitur, nō tantū malis, uerūetiā bonis: ita
etiā iustitia nō tantū bonis, uerumetiā malis bene
utitur. CXLIX. Qui etiā nō percepto regene *Baptisma san*
ratiōis lauacro, p Christi cōfessione moriunt, tan *guinis*
tum eis ualet ad abolēda peccata, quantū stablue
renē fonte baptismatis. CL. Cū homo secundū *Mendacium*
se uiuit, nō secundū deū, similis est diabolo: quia
nec angelo secundū angelū, sed secundū deū ui-
uendū fuit ut staret in ueritate, & ueritatē de illi-
us, non de suo mendaciū loqueret. Vnde nō fru-
stra dicit, omne peccatū esse mendaciū: quia non
peccatur nisi ea uolūtate quę cōtraria est ueritati,
id est, deo. CLI. Diuersitas humanæ affectiōis *Affectus*
ex diuersitate uolūtatis est, quę si praua est, puer-
sis erit moribus inquieta. Si aūt recta, nō solum nō
culpabilis affectio hominis erit, sed etiā laudabi-
lis. CLII. Arbitrium uolūtatis tūc est uere libe *Liberum arbi*
rum, cū uitijs peccatisq; nō seruit. Tale datū est à *trium*
deo, quod amissum nisi à quo potuit dari, nō po-
test reddi. Vnde ueritas dicit, Si uos filius libera-
uerit, tūc uere liberi eritis. CLIII. Bonum est *Diffidētia sui*
sursum habere cor, nō tamē ad seipsum, quod est
superbię, sed ad deū, quod est obediētiæ. Plus aūt
appetēdo minus est: qui de se sibi sufficere consi-
dit, ab eo qui uere ei sufficit, deficit. CLIIII
Beata uita si nō amatur, nō habeē. Porrò si amaē, *De uita beata*
nō ideo habetur: necesse est, ut cæteris rebus ex-
cellētius diligaē, quoniā propter hoc amandū est,
quicqd aliud est amandū. Quia uero beatus esse
nō potest, nisi qui eā ut dignū est, amet: cōsequens
est ut eā æternā uelit, quę tūc uere beata erit quā-
do terminū nō habebit. CLV. Nō oēs quidē *Malinascimur*

mali in hoc proficiūt ut sint boni: nemo tamē est,
De ciuibus terrenis nisi ex malo bonus. CLVI. Ciues terrenę ciui A
tatis parit peccato uitiata natura, q sunt uasa iræ.
Ciues ergo cœlestis patrię parit à peccato naturā
De ira dei liberās gratia, q sunt uasa misericordię. CLVII
Ira dei nō perturbatio est eius, sed iudiciū quo ir-
rogaē pœna peccato. Cognitio uero ipsius, & re-
cogitatio, mundanarum rerum est incōmutabilis
ratio. Neq; enim sicut hominē, ita deum cuiusquā
facti sui pœnitet, cuius de oīb. omnino rebus tā
De persequen tibus Ecclesiā fixa est sententia, cp certa præscięntia est. CLVIII
Inimici Ecclesię quolibet modo errore censentur
uel malitia deprauenē, si accipiāt corporaliter po
testatē affligēdi, exercent eius patientiā. Si tantū
modo male sentiēdo aduersant, exercent eius sa-
pientiā: Et ut etiam inimici diligant, exercēt eius
beneuolentiā, quia deus ijs qui eum diligunt om- B
De fine boni & mali nia cooperaē in bonum. CLIX. Finis boni est,
nō quo consumiē ut nō sit, sed quo perficiatur ut
plenū sit. Et finis mali est, nō quo esse desinat, sed
quousq; nocēdo pducat. Vnde unum est summū
bonū, aliud autem summū malum. Illud propter
quod appetēda sunt bona cætera, ipsum aūt pro-
pter seipsum: hoc propter quod declinanda sunt
mala cętera, ipsum autē propter seipsum. CLX
De natura Est natura in qua nullum malū est, uel etiam nullū
malum potest esse. Esse aūt natura in quo nullum
De animi æquitate bonum sit, nō potest. CLXI. Melior est animi
æquitas cp corporis sanitas, & conuenientius iu-
stus dolet in supplicio, quàm lętatus est in delicto.
De præcepto charitatis CLXII. In præcepto charitatis tria inuenit
homo quæ diligat: deū, & se, & proximū. Et quia C
ille in sui dilectione nō errat qui deum diligit, con
sequēs est ut proximo ad diligendū deum consu-
lat, quē iubeē diligere sicut seipsum. CLXIII.
Dominatus Christianus Pax domestica, est ordinata cohabitantiū impe-
randi obediēdiq; cōcordia. Imperāt enim qui cō-
sulunt. Sicut uir uxori, parentes filijs, domini ser-
uis. Obediūt aūt quibus cōsulitur, sicut mulieres
maritis, filij parētibus, serui dominis. Sed in domi
no iusti uiuētes ex fide, et ab illa adhuc ciuitate pe
regrinantes, etiā qui imperant seruiūt eis, quibus
uideē imperare: quia non dominandi cupiditate
imperant, sed officio consulendi, nec principandi
superbia, sed prouidendi beneficio. CLXIIII.
De conditione seruitutis Nomē & conditionē seruitutis culpa genuit, non
natura: & prima huius subiectiōis causa est pecca D
tum, quia sicut scriptū est, omnis qui facit pecca-
tū, seruus est peccati. Vnde melior est eius status
qui famulaē homini, cp qui suæ seruit cupiditati.
De prælatis CLXV. Veri patres familias subditis suis tan-
quam filijs ad colendū & promerendū deum con
sulunt, desiderātes uenire ad cœlestem domū, ubi
imperādi necessariū non sit officium: quo donec
ueniaē, magis debent patres qui dominaē quàm
De regimine populi serui tolerare qui seruiūt. CLXVI. Locus su-
perior, sine quo regi populus nō potest, etiā si ita
sit tenendus atq; administrādus ut decet, tamē in-
decēter appetitur: unde ociū sanctū quærat, quæ-
rat directionē ueritatis, negociū iustum suscipiat
De uita animæ necessitas dilectionis. CLXVII. Sicut nō est
à carne, sed supra carnem quod eam facit uiuere,
sic nō est ab anima, sed supra animam quod eā fa-
cit uiuere beate: quia ut uita carnis anima est, ita
beata uita hominis deº est. CLXVIII. Iustitia *Iustitia im*
nostra quāuis uera sit, propter uerum boni finem *perfecta*
ad quē referē, non tamē tanta est in hac uita ut po
tius per remissionē peccatorum cōstet quàm per
fidem uirtutū. CLXIX. Quandiu uitijs repu- *De plena pace*
gnaē, plena non est pax: quia illa quæ resistūt pe-
riculo, debellanē prelio: & illa quæ uicta sunt, non
dum securo triumphanē ocio, sed adhuc solicito
premunē imperio. CLXX. Prima mors ani- *Mors prima*
mam nolentem tollit à corpore, secunda animam *& secunda*
nolentē tenet in corpore. Ab utraq; morte id ha-
betur, ut quod nō uult anima de suo corpore pa-
tiatur. CLXXI. Incognitis causis operum do *Occulta dei*
mini nonnihil nouimus, cum scimus non sine ra-
tione omnipotentem facere, uerum infirmus hu-
manus animus rationem non potest reddere.
CLXXII. Frustra homo post hoc corpus hic *De negligen*
promittit sibi quod in hoc corpore cōparare ne- *tijs*
glexerit. Nemo inuitus bonū facit, etiā si bonum
est quod facit: quia nihil prodest spiritus timoris,
ubi nō est spiritus charitatis. CLXXIII. Sicut *De humana*
in potestatibus societatis humanę maior potestas *societate*
minori ad obediendum præponiē, ita deus omni
bus. CLXXIIII. Beatus qui diligit deum, & *De diligen*
amicum in deo, & inimicum propter deū. Solus *do deo*
enim nullum charū amittit, cui omnes in illo cha-
ri sunt, qui nunquam ante dimittit te, nisi dimitta
tur. CLXXV. Manifestum est, quoniā bona *Bonum incor*
sunt quæ corrumpunē, quæ neq; si bona non es- *ruptibile*
sent, corrumpi possent: quia & si summa bona es-
sent, incorruptibilia essent: si aūtē nulla bona es-
sent, q in eis corrūpereē non esset. CLXXVI
Cum deus incōmutabiliter bonus, omnes fecerit *De incommu*
creaturas bōas, nec ulla oīno nisi ab ipso sit cre *tabili deo*
ata natura, nulla est substātia mali: quia quod au-
torē deū nō habet, non est aliud cp desideriū uel a-
ctio inordinatæ uolūtatis. CLXXVII. Sicut *Iustitia ini*
palato nō sano pœna est cibº, qui sano suauis est: *quis odiosa*
& oculis ægris odiosa lux, qua incolumis gaudet
obtutus: ita dissplicet iniquis iustitia dei, cui si sub
jcerenē, non conturbarenē. CLXXVIII. Ac *De ægritudi*
gritudo animi rationalis est, cum bonis inferiori- *ne animi.*
bus delectatus, superiora non appetit, et ex parte
nō amittit. Ideoq; in duas diuidit uoluntates: cūq;
una est, tota nō est: & hoc adest uni quod deest al-
teri. CLXXIX. Homini religioso parū esse *Pacis studium*
debet inimicitias aliorū non excitare, uel augere
male loquendo, nisi eas extinguere studeat be-
ne loquendo. CLXXX. Beata uita est gau- *Veritas odiosa*
diū de ueritate, quod deus est: sed multis ueritas
odiosa est, quā audire uolūt docētē: & nolētes fal
li, uolūt mēdacia sua ueritatē uideri: Quibus iuste
retribuit, ut ipsi ueritatē nō lateāt, ipsos aūt lateat
ueritas. CLXXXI. Nemo quod tolerat amat, *De forti pa*
etsi tolerare amat: quia aliud est fortis patiētia, ali *tientia*
ud secura felicitas. Nō eiusdē est, tēporalis labor
pugnæ, & beatitudo uictoriæ. CLXXXII.
Ideo plerunq; in sermōe copiosa est egestas huma *Ignorantia*
næ intelligētię: quia plus loquiē inquisitio quàm *loquax*
inuentio, & longior est petitio cp impetratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De æternitate CLXXXIII. Vera æternitas dei est, q̃ solus habet immortalitatẽ: quoniam ex nulla specie motũ de mutatur, nec temporalis est uolũtatis. Non enim immortalis est uoluntas, quæ alia & alia est.

Non desperandi peccatores CLXXXIIII. Non est desperandũ de malis, sed pro ipsis ut boni fiant studiosius supplicãdũ, quia numerus sanctorũ semper de numero impiorum auctus est.

Pax à deo quæratur CLXXXV. Quærens à deo pacem, sit sibi ipse pacatus, ne aliud in professiõe oris, aliud sit in cordis arcano. Nihil enim ꝓdest hoc esse in corde quod uerũ est, si hoc dicitur uoce quod falsum est: quia ueritas & credenda est et

Afflictio piorum loquenda. CLXXXVI. Non queraẽ homo, quãdo in his quę iuste habet, patiẽ aliquas aduersitates: per amaritudinẽ enim inferiorũ doceẽ amare meliora, ne uiator tẽdens ad patriã, stabulũ

Pœnitentia pro domo diligat. CLXXXVII. Bene currit ad remissionẽ peccatorũ, qui displicet sibi. Apud enim iustum iudicem & misericordẽ qui se accusat, excusat.

Præmunitio aduersus procellas CLXXXVIII. In tranquillitate pacis cõprehendenda est doctrina sapientię, quæ inter tribulationũ turbines difficulter agnoscitur. Nec facile inueniũtur in aduersitate prędia, quę

Eucharistia nõ fuerint in pace quæsita. CLXXXIX. Ad altare dei inuisibile, quò non accedit iniustus, ille peruenit qui ad hoc præsens iustificatus accedit. Inueniet enim illic uitã suam, qui hic discreuerit

De lege causam suam. CXC. Finis legis Christus est, in quo lex iustitiæ non consumiẽ, sed impletur. Omnis enim perfectio est in ipso, ultra quem non est quo se spes fidei & charitatis extendat. CXCI.

De mala conscientia Nullæ pœnæ grauiores sunt, q̃ malæ cõscientiæ, in qua cum non habeẽ deus consolatio non inuenitur: & ideo inuocandus est liberator, ut quẽ tribulatio exercuit ad confessionẽ, confessio perdu

Nullum peccatum irremissibile cat ad ueniam. CXCII. Quid grauius peccato egri, q̃ interfectio medici? Sed cũ in baptismo hoc dimittitur, quid nõ dimittitur? CXCIII

Ruminatio Auditor uerbi similis debet esse animalibus, quę ob hoc quod ruminãt mũda esse dicũtur: & nõ pigeat cogitare de ijs quæ in aluo cordis accepit: & cũ audit, sit similis edẽti, cũ uero audita in memo-

Anima retrix riã reuocat, sit similis ruminãti. CXCIIII. Rationalis anima est domina corporis sui, quæ inferiori nõ bene imperabit, nisi superiori se deo tota

De misericordia dei charitatis subiectione seruierit. CXCV. Sicut terra de cœlo expectat pluuiã & lucem, sic homo ex deo debet expectare misericordiã & ueritatẽ.

De bonis ecclesiæ filijs CXCVI. Gaudendũ est bonis Ecclesiæ filijs, quia in discretiõe eorũ nõ fallitur diuina iustitia. Sed nõ temere cõgregatos diuidant, quia ipsorũ est uelle colligere deũ uel separare. CXCVII

Rebus superior Dominus est rerũ quas habet, qui nulla cupiditate illudit. Nã qui amore terrenorũ obstringit, nõ

Ecclesia in paucis possidet, sed possidetur. CXCVIII. Hæreditas in qua Christi cohæredes sumus nõ minuitur multitudine filiorũ, nec fit angustior numerositate coheredũ. Sed tãta est multis, quãta est paucis:

De fœlicitate tãta singulis, quãta oĩbus. CXCIX. Nunc̃ secura esse debet fœlicitas, qa periculosiora sunt animo secura q̃ corpori aduersa: prius eñ corrũpunt prospera, ut inueniãt aduersa quẽ frangant.

CC. Prima salus est declinare peccatũ: secunda non desperare de uenia. Nã ipse se in æternũ perimit, qui apud misericordẽ iudicẽ ad pœnitentiæ remedia nõ recurrit. *Pœnitentia*

CCI. Boni latẽt, quia bonum ipsorũ in occulto est, nec uisibile est, nec corporale est quod diligunt, & tam merita eorũ sunt in absc̃dito cõstituta q̃ præmia. *Boni qui incertum*

CCII. Nullus bonorũ inimicũ habet, nisi malũ, qui ideo esse permittiẽ, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Orandũ est ergo pro inimicis, ut aut obtineatur eorũ conuersio, aut in nobis inueniatur diuinæ bonitatis imitatio. *Inimicis bene precandum*

CCIII. Vigor fidei christianæ tribus tẽporib. initiatur, uespere, mane & meridie. Vespere eñ dominus in cruce, mane in resurrectione, meridie in ascẽsione. Vnũ ad patientiã occisi, aliud ad uitã resuscitati, tertiũ

Fidei gradus pertinet ad gloriã maiestatis in patris dextera cõfidentis.

CCIIII. Ad hoc excoquũtur homines tribulationibus, ut uasa electionis euacuẽtur nequitia & impleatur gratia. *Afflictio*

CCV. Potest homo inuitus amittere tẽporalia bona, nunc̃ uero nisi uolens perdit æterna. *Bona solida*

CCVI. Finis fideliũ Christus est, ad quẽ cũ peruenerit currẽtis intentio, nõ habet quod possit amplius inuenire, sed habet in quo debeat permanere. *De fine fideliũ*

CCVII. Melior est tristitia iniqua patiẽtis, q̃ lætitia iniqua facientis. *De tristitia*

CCVIII. Reuocãdus est animus ad recordandũ cum quadã delectatione de præteritis, ne surrepẽte concupiscẽtia redeamus corde in Aegyptũ. *Peccatorũ recordatio*

CCIX. Bonum est à ueritate uinci. Ad correptionẽ superet ueritas nolentẽ. Nã & inuitum ipsa superabit. *De ueritate*

CCX. Peccata siue parua siue magna impunita esse nõ possunt, quia aut homine pœnitẽte, aut in iudicio deo iudicante plectũtur. Cessat aũt uindicta diuina, si cõuersio præcurrat humana. Amat enim deus cõfitentib. parcere, & eos qui semetipsos iudicãt, non iudicare. *Venia*

CCXI. Nullus miser de qualicunq; miseria liberatur, nisi qui dei misericordia præuenitur. *Miser quis*

CCXII. Fideliter supplicãs deo pro necessitatibus huius uitę, misericorditer nõ auditur. Quid enim infirmo utile sit, magis nouit medicus q̃ ægrotus. Si eñ id postulat quod deus præcepit & promittit, fiet omnino quod poscit, quia accipiet charitas q̃d parat ueritas. *Afflictio necessaria*

CCXIII. Profectus fideliũ sine tentatione nõ euenit, nec sibi quisquã innotescit, nisi ꝓbationis examine. Nec coronabitur, nisi qui uicerit: nec uincet, nisi qui certauerit: nec certabit, nisi inimicũ habẽs & tẽtationi resistens. *Profectus bonorum*

CCXIIII. Stultus est qui non credit denunciationibus Prophetarũ in paucis quæ restant, cũ uideat tã multa cõpleta quæ tũc nõ erãt, quãdo prædicebantur implenda. *Prophetia*

CCXV. Sic sunt qui colũt idola, quomõ qui in somnis uident uana. Si aũt euigilet anima ipsorũ, intelligit à quo facta sit, & non colit quod ipsa fecit. *Idola*

CCXVI Omnia corporis nostri quę discreta uel putrefacta uel cõcremata in quasdã dissoluũtur fauillas, deo perire nõ possunt. In illa enim elemẽta mũdi eũt, unde sumpta sunt illa manu, quæ donat omnia. *Corpora defunctorum*

CCXVII. Qui deficiunt, tota sua debẽt sitire substantia, id est, anima & carne: quia etiam deus dat

dat panem suũ, id est, uerbũ ueritatis: & carni necessaria deus prębet, quia utraque ipse pascit qui

Meditatio utraq; fecit. CCXVIII. Qui ociosus & quietus nõ cogitat deũ, inter actus multos & laboriosa negocia de illo quomõ poterit cogitare? Meditetur ergo quæ dei sunt fidelis cum uacat & bene operandi substantiam, ne in actione deficiat.

Hypocrisis CCXIX. Simulata innocẽtia, nõ est innocẽtia. Simulata æquitas, nõ est æquitas, sed duplicatur peccatum in quo & iniquitas & simulatio est.

Lux CCXX. Anima recedẽs à luce iustitiæ, quanto magis quærit, quod inueniat cõtra iustitiã, tanto plus repellitur à lumine, ueritatis, & in tenebrosa

Ciuitates duæ demergitur. CCXXI. Duas in toto mũdo ciuitates, faciũt duo amores. Hierusalẽ facit amor dei, Babyloniam facit amor seculi. Interroget ergo se quisq̃, & inueniet unde sit ciuis. CCXXII. O-

Præcepta suauia mne præceptum dei leue est amãti. Nec ob aliud intelligitur dictum, Onus meũ leue est: nisi quia per spiritũ sanctum diffunditur charitas in cordibus nostris, ut diligẽdo liberaliter faciamus, quia quod quis timendo facit, seruiliter facit. Nec est

De charitate animus rectus quãdo mallet si fieri posset, id q̃d rectum est non iuberi. CCXXIII. Plenitudo legis est charitas, quia ꝓ charitatẽ lex impleẽ, nõ per timorẽ, intantũ enim fiũt mãdata iustitiæ, in quantũ adiuuat spiritus gratiæ. CCXXIIII

Fides operum fons Non sunt bona opera, nisi quæ per fidem & dile-

Adæ lapsus et reparatio ctionẽ fiunt, quia alterũ sine altero nullius uirtutis fructum parit. CCXXV. Ab eo quod fornauit deus, mutatus est Adam, sed in peius propter iniq̃tatẽ suã. Ab eo quod operata est iniquitas, mutantur fideles, sed in melius per gratiã dei.

Præmia diuersa Illa ergo mutatio fuit præuaricatoris primi, hæc mutatio est dexteræ excelsi. CCXXVI. In

De trinitate prędenti uita & delitiæ temporales dulces sunt, et temporales tribulatiões amaræ sunt. Sed quis nõ bibat tribulationis poculũ, metuens ignẽ gehẽnarũ? Et quis non contẽnat dulcedinẽ seculi, inhiãs bonis uitæ æternæ? CCXXVII. In trinitate

Peccatũ nihil diuina tãta est substantiæ unitas, ut æqualitatẽ teneat, pluralitatem non recipiat. CCXXVIII Omnia per uerbũ facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Cum itaq; uniuersæ naturę per uerbum dei factæ sunt, iniquitas per ipsum facta non est, quia iniquitas nulla substãtia est, & peccatũ non est natura, sed uitiũ naturæ, id appetens quod nõ est or

Tyrannis satanæ dinis sui. CCXXIX. Sublatũ est diabolo iniquitate sua uicto, nõ quod nõ habuit propriũ, sed quod rapuerat alienũ. Auferendo enim Christus de magna domo eius quæ perierant, non furtũ fecit, sed furtũ recepit.

Peruersitas CCXXX. Tunc hominem cõcludit profunditatis iniquitas, quãdo nõ solũ immersus peccatis iacet, sed etiã uolẽs ea defendere perdit cõfessionẽ & aditũ confessionis.

Afflictio CCXXXI. Quãdo deus permittit aut facit ut aliqua tribulatione uexemur, tũc misericors est: quia excitans fidẽ & differens in opere, non auxilium negat, sed desideriũ mouet. CCXXXII

Paupertas piorum Diuites Christiani, si ueri Christiani sunt, prorsus pauperes sunt, & in cõparatione cœlestium bono rum quæ sperãt, omne aurum suũ arenã deputãt, quia ibi quisq; habet diuitias suas, ubi delectatio-

A nem. CCXXXIII. Fides Abrahæ, semen est Abrahæ. Proinde qui pertinẽt ad credulitatis similitudinẽ, ipsi pertinẽt ad hæredũ promissionẽ. *Fides Abrahæ*

CCXXXIIII. Nemo fideliũ q̃uis multum profecerit, dicat, sufficit mihi. Qui enim hoc dixerit, remansit & hæsit in uia ante finẽ, qui nõ perseuerauerit usq; in finẽ. *Perseuerantia*

CCXXXV. Nullus in deo locus est, nec est quò fugiatur ab ipso, nisi ad ipsum. Qui uult euadere offensum, confugiat ad placatũ. CCXXXVI. Duæ uitę sunt: una corporis, altera animæ. Sicut uita corporis, anima; ita uita animę, deus. Et quomõ si anima deserat, moritur corpus: sic anima moriẽ, si deserat Christus. CCXXXVII. A quo habet homo ut sit, apud illũ habet, ut ei bene sit. *Conuersio* *Vitæ animæ*

B Perfecte deus euidẽterq; mõstrauit quantũ sit bonum obediẽtia, cũ hominẽ in paradiso positũ ab ea re prohibuit quæ nõ erat mala. Sola ibi obedientia potuit tenere palmã, sola incidit in pœnã. CCXXXVIII *Obedientia*

CCXXXIX. Interdũ deus per malos erudit bonos, & per tẽporalẽ potentiã dãnandorũ exercet disciplinã liberandorũ. CCXL. Apud mi- *Correptio*

sericordiã dei plurimũ ualet cõfessio pœnitẽtis, qua facit peccator cõfitẽdo propitiũ, quẽ negando nõ facit nesciũ. CCXLI. Humiliũ uirtus est *Confessio*

de sciẽtia nõ gloriari, quia cõmunis est omnib. sicut lucis, ita participatio ueritatis. CCXLII *Scientia*

Non caret regia potestate, q̃ corpori suo nouerit rationabiliter imperare. Vere eñ dominator est *Ratio*

terræ, qui carnem suam regit legibus disciplinæ.

C CCXLIII. Quantũ ad opera attinet quę forinsecus agunt, & q̃ timet pœnã, & qui facit iustitiã, nõ faciũt cõtra mãdatũ: & ideo quidẽ pares sunt manu, sed dispares corde: similes actiõe, dissimiles uolũtate. CCXLIIII. Hoc ab homine co- *Pœna et iustitia*

Quid diligatur liti quod diligit. Vnde ga deus omnib. rebus maior & melior inueniẽ, plus omnib. diligendus est ut colaẽ. CCXLV. Rectũ cor cũ deo est, quando ꝓpter deũ quæriẽ deus. CCXLVI. De be- *Benevolentia*

neuolẽtia est, nõ de malitia, cũ lætaẽ iustus in impios ꝓcessisse uindictã: quia nõ ei exitiũ peccatoris placet, quẽ uoluit corrigi, sed iustitia dei quascit multos posse cõuerti. CCXLVII. Nõ uin- *Simulatio*

cit in bono malũ, qui in superficie bonus est, & in alto malus: & opere parcẽs, corde sæuiẽs, manu mitis, uolũtate crudelis. CCXLVIII. Ad omne *Opus amoris & timoris*

D opus bonũ amor ducit & timor dei. Ad oñe peccatũ amor ducit & timor mũdi. Vt apprehendaẽ bonũ & declinetur malũ, discernendũ est quid diligi debeat & quid timeri. CCXLIX. Nulla *Fœlicitas*

infelicitas frãgit, quem nulla felicitas corrumpit.

CCL. Diues qui talis est ut contẽnat in se quic- *Diues*

quid illud est unde inflari superbia solet, paup est dei. CCLI. Ascẽsionũ ad deũ gradus, sunt pie- *Ascensus ad deum*

tatis affectus. Iter tuum, est tua uoluntas: amando accedis, negligendo recedis: cõstitutus in terra, deo iungeris, quia quæ deo chara sunt diligis.

CCLII. Deus cum male aliquid poscitur, dãdo *Preces*

irascitur, nõ dando miseretur. CCLIII. Increbile est nõ mẽtiri hominẽ ne capiatur, qui mentitur ut capiat. *Mendacium*

CCLIIII. Quãuis omnis qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentitur uelit celare quod uerũ est,non tamẽ om
nis qui uult celare uerũ,mentitur. Plerunq; enim A
nõ fallẽdo uera occultamus,sed tacẽdo. Nõ enim
Arbitrium mentitus est,qui ait, Multa habeo uobis dicere,
sed nõ potestis portare modo. CCLV. In pri
mo homine patuit,quod hominis arbitrium uale
ret ad mortẽ. In secundo aũt, q̃ dei adiutoriũ ua
leret ad uitã. Primus enim homo, nõ nisi homo:
secũdus uero homo,deus & homo. Peccatum er
go factum est relicto deo, iustitia non fit sine deo.
Lex & pec catum CCLVI. Legis litera quę docet nõ esse peccãdũ,
si spiritus uiuificator desit,occidit: Scire em̃ pec
catũ potius facit q̃m cauere, & ideo magis augeri
q̃m minui,quia malæ cõcupiscẽtię & pręuaricatio
Mandatum legis accedit. CCLVII. Mãdatũ dei si timore
potius pœnæ q̃m amore iustitiæ fit: seruiliter, nõ li
beraliter fit: & ideo nõ fit,Non enim eius fructus B
bonus est q̃ nõ de charitate,procedit. CCLVIII
Lex Lex dei secundũ naturã est: & cũ homines quę le
gis sunt faciũt, naturaliter faciunt superato uitio,
quod nec præsidiũ legis abstulerat. Cũ itaq; per
gratiã lex dei in cordib. scribit̃, quæ legis sunt na
turaliter fiũt: nõ quia per naturã præuenta sit gra
tia,sed quia per gratiam reparata est natura.
Gloriandum in deo CCLIX. Nemo ex eo quod uidet̃ habere,glorie
tur quasi nõ acceperit, & ideo putet se accepisse,
quia litera extrinsecus, uel ut legeretur apparuit,
uel ut audiret̃ insonuit: Nã si per legẽ iustitia, er
go Christus gratis mortuus est. Ascẽdens in altũ
captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hominib⁹.
Inde habet quæcũq; habet. Quisquis autẽ inde se
habere negat,aut nõ habet, aut id quod habet au C
Inobedientia ferẽ ab eo. CCLX. Homo factus erat immor
talis, deus esse uoluit: non perdidit q̃ homo erat,
sed p̃didit q̃ immortalis erat, & de inobediẽtię su
Fides pbia cõtracta est pœna naturæ. CCLXI. Laus
fidei est nõ uisa credere, præmiũ erit creditorum
Contemplatio adeptione gaudere. CCLXII. Sicut lac non
trãsit nisi per carnẽ, ut paruulũ pascat qui panem
edere nõ potest: sic nisi sapiẽtia dei, quæ panis est
angelorũ, ad homines dignaret̃ uenire per carnẽ,
nemo ad uerbi diuinitatẽ contẽplandã posset ac
cedere. Quia ergo lux à tenebris nõ poterat com
prehẽdi, ipsa lux mortalitatẽ subiit tenebrarũ, &
per similitudinẽ carnis peccati,participationẽ de
Bona fama dit luminis ueri. CCLXIII. Odor bonus fama
bona est, quã quisquis bonæ uitæ operib. habuit, D
dũ Christi uestigia sequit̃, pedes quodãmodo ei⁹
precioſi unguẽti odore perfundit. CCLXIIII
Cupiditas Nõ est in carẽdo difficultas, nisi cũ est in habẽdo
cupiditas, & ideo id solũ recte diligit̃ quod nunq̃
Eloquentia bene amittitur. CCLXV. Qui affluit insipiẽti
insipientis eloquẽtia,tãto magis cauẽdus est, quanto magis
ab eo in ijs quæ audire inutile est delectatur audi
tor, & eum quẽ ornate dicere audiuit, & uere di
Ingenium cere existimat. CCLXVI. Bonorũ ingeniorũ
clara est indoles,in uerbis differentiũ uerũ ama
re,non uerba. Quid enim prodest clauis aurea,si
aperire quod uolumus nõ potest? Aut quid obest
lignea,si hoc potest,quãdo nihil quærim⁹, nisi pa
Peccator tere quod clausum est? CCLXVII. Omis pec
cator inquantũ peccator,nõ est diligẽdus, & om
nis homo inquantũ homo diligendus est propter
deũ, deus uero propter seipsum,à quo omnes ha
bent qui eum diligũt, & q̃ sunt, & q̃ eũ diligunt.
Incommutabi le bonum CCLXVIII. Dominus ait, Ego sum uia ueri
tas & uita: Hoc est,p̃ me uenitur,ad me puenitur,
in me manetur. Cum enim ad ipsum peruenitur,
etiã ad patrẽ peruenitur,quia p̃ æqualẽ ille cui æ
qualis est cognoscitur, uincẽte atq; glutinãte nos
spiritusancto, ut in summo atq; incõmutabili bo
Fallacia no sine fine maneamus. CCLXIX. Multos au
tem inuenimus q̃ fallere uelint,qui aũt falli,nemi
nem. Cũ uero hoc sciẽs faciat alius, alius nesciẽs
patiat̃, satis apparet in una eademq; re,illũ qui fal
litur eo qui mẽtitur esse meliorẽ, quãdoquidẽ pa
Aeterna bona & tẽporalia ti melius est iniquitatẽ, q̃m facere. CCLXX. In
ter tẽporalia atq; æterna hoc interest, q̃ tẽporalia
plus diligãtur anteq̃m habeãtur, uilescũt autẽ cum
aduenerint: Non enim satiat animũ, nisi incorru
ptibilis gaudij uera & certa æternitas: Aeternũ
uero ardẽtius diligit̃ adeptũ q̃m desideratũ. Nemo
enim plus de illo æstimat q̃m se habet, ne fiat uilius
quod paratũ est amplius. Sed tãta ibi est excellen
tia, ut multo plus sit adeptura charitas, q̃ fides cre
Fames spiri talis didit uel spes desiderauit. CCLXXI. Qui in
scripturis sanctis nõ inueniũt charitatem quam
quærũt, fame laborãt: qui aũt non quęrunt quod
in prõptu habẽt, fastidij lãguore marcescũt: et par
utrorũq; piculũ est, dũ sapiẽtiæ cibũ, & illis obcæ
Tolerantia catio, & his inedia subtrahit. CCLXXII. Nõ
sunt cõdignæ passiões huius tẽporis ad superuẽ
turã gloriã quæ reuelabit̃ in nobis: Sæuiat & fre
mat mũdus, increpet linguis, corusçet armis, qc
quid fecerit, quantulũ erit ad illud quod acceptu
ri sumus? Appẽdo quod patior cõtra id quod spe
ro: hoc quidẽ sentio, illud spero: & tamẽ incõpara
biliter maius est quod speratur q̃m quod aufertur.
Quicquid est quod cõtra Christi nomẽ fecit, si po
test uinci, tolerabile est: si nõ potest, p̃ficit præmio
citius cõsequẽdo: & fidelis sine tẽporalis mali trã
Charitas sit in p̃ceptionẽ ęterni boni. CCLXXIII. Cũ
in duobus præceptis charitatis tota lex pẽdeat &
Prophetæ, quãto maius est Euangelium, quo lex
nõ soluit̃, sed adimplet̃, & de quo dominus dicit:
Mandatũ nouũ do uobis, ut diligatis inuicẽ: Cha
ritas enim innouat homines, & sicut malignitas
Flagella dei ueteres, ita dilectio nouos facit. CCLXXIIII
Quãdo corripit deus genus humanũ, & flagellis D
piæ castigationis exagitat, exercet ante iudicium
disciplinã, & plerunq; diligit quẽ flagellat, nolens
inuenire quem damnet. Flagellat aũt iustos simul
& iniustos, quia nemo qui possit gloriari mundũ
se habere cor, aut mundũ se esse à peccato. Ita de
gratia misericordię eius ueniũt etiã coronę iusto
Passiones rum. CCLXXV. Labor piorũ exercitatio est,
nõ damnatio. Nec enim cõturbari debemus, cũ
aliquis sanctus grauia & indigna perpetit̃, si obli
ti non sumus quæ pertulerit iustus iustorum, san
ctusq; sanctorũ, cuius passio omnes superat pas
siones, quia cum autore uniuersitatis nulla cuiusq;
quã est cõparatio creaturæ. CCLXXVI. Mi
Originale peccatum seria generis humani, cuius nullũ hominũ ab ex
ortu usq; ad obitũ uidemus alienũ, nõ pertineret

ad

ad iustũ omnipotẽtis iudiciũ, si nõ esset originale
Prouidentia dei peccatũ. CCLXXVII. Creatoris omnipotẽ A
tis omnipotẽtia est causa subsistẽdi omni creatu
ræ: quæ uirtus si ab eis quæ cõdidit regendis ali
quãdo cessaret, simul omniũ rerũ species & natu
ra concideret. Proinde quod dñs ait: Pater meus
usq; nũc operat̃: quandã cõtinuationẽ operis eius
qua simul omnia cõtinet atq; administrat ostẽdit.
In quo etiã opere sapiẽtia eius p̃seuerat, de qua di
citur, Pertingit à fine usq; ad finẽ fortiter, & dispo
nit omnia suauiter. Idem etiã Apostolus sentit, cũ
Athenieñsibus prædicãs ait, In quo uiuimus, mo
uemur & sumus, Quia si opus suũ rebus creatis
subtraheret, nec uiuere, nec moueri, nec esse pos
semus. Et ideo sic deus intelligẽdus est requieuis
se ab omnibus operib. suis, ut iam nullã nouã cõ
deret creaturã, nõ ut cõditas continere & guber B
Sabbatum nare cessaret. CCLXXVIII. Obseruatione
sabbati, quę uacatione unius diei figurabat̃ abla
ta, perpetuũ sabbatũ obseruat, qui spe futurę quie
tis sanctis operibus intẽtus, nec in ipsis actib. suis
quasi de proprijs, & de ijs quæ nõ acceperit, glo
riatur, et illũ in se operari cognoscit qui simul ope
Requies dei ratur & operãdo quietus est. CCLXXIX. Re
quies dei recte intelligentib. ea est, quę nullius in
diget bono, Et ideo certa requies nobis in deo
est, quia beatificamur bono quod ipse est, nõ ipse
eo quod nos sumus. Nã & nos aliq̃d bonũ ab ip
so sumus, qui fecit omnia bona ualde, in quib. fecit
& nos. Porro alia res bona præter ipsum nulla est
quam ipse nõ fecit, ac per hoc nullo bono alieno
eget, qui bono quod fecit nõ eget. CCLXXX C
Temporum initium Facta creatura, motib. cœperunt currere tẽpora.
Vnde ante creaturã frustra tẽpora requiruntur,
quasi possint inueniri ante ipsa tẽpora. Motus e
nim si null⁹ esset uel spiritalis uel corporalis crea
turę, quo p̃ præsens præteritis futura succederẽt,
tẽpus nullum omnino esset. Moueri aũt creatura
nõ utiq; posset si nõ esset. Pot⁹ ergo tẽpus à crea
tura q̃m creatura cœpit ex tẽpore, utrunq; autẽ ex
deo. Ex ipso enim & p̃ ipsum et in ipso sunt omnia.
Omnia dei arbitrio regi CCLXXXI. Cũ Saluator dicat unũ passerem
nõ cadere in terrã sine uolũtate dei: & q̃ fœnum
agri quod post paululũ mittendũ est in clibanũ,
ipse tamẽ formet ac uestiat, sic cõfirmat non solũ
istam partẽ mũdi rebus deputatã, uerũetiã uilissi
mas abiectissimasq; particulas diuina prouidẽtia D
regi, ne fortuitis perturbari motibus ea, quorum
causas cõprehendere nõ possumus, æstimemus.
Anima ratio nalis CCLXXXII. Anima ratiõalis in ea debet re
gi, quę spiritaliũ natura maxime excellũt, & quæ
sursum sunt sapiunt, non quæ super terram.
Miracula CCLXXXIII. Naturarũ cõditor deus nihil in
miraculis contra naturã facit, nec quod nouũ est
cõsuetudini, repugnãs est rationi. Nobis ergo ui
denẽ contra naturã insolita, quib. aliter naturæ
cursus innotuit: non aũt deo, cum hoc est natura
Corporum mutatio quod fecerit. CCLXXXIIII. Omne corpus
in omẽ corpus posse mutari credibile est: quodli
bet aũt corpus in animã rationalẽ posse cõuerti,
credere absurdũ est. Quoniã deus sic est omnipo
tens, ut nunquã suæ rationis instituta conuellat.

CCLXXXV. Sicut aer ex prẽsenti lumine nõ *Meritum*
factus est lucidus, sed fit: quia si factus esset, nõ au
tem fieret, etiã absente lumine lucidus permane
ret: Sic homo præsente deo illuminat̃, absente au
tem tenebrat̃, à quo nõ locorũ interuallis, sed uo
luntatis auersione discedit̃. CCLXXXVI
Magna est utilitas hominis, iubẽti deo, etiã inco *Obedientia*
gnita ratiõe iussionis, seruire: Iubẽdo enim deus
utile facit quicq̃d iubere uoluerit: de quo metuẽ
dum nõ est, ne nõ, p̃futura pręcipiat: nec fieri po
test, ut uolũtas propria nõ grandi ruinæ pondere
super hominẽ cadat, si eã uoluntati superioris ex
tollendo præponat. CCLXXXVII. Quam *Excellẽtia hu*
excellẽs bonum natura humana sit, hoc maxime *manæ naturæ*
apparet, q̃ datũ ipsi sit ut possit summi & incõmu
tabilis boni adhærere naturæ. Quòd si noluerit,
bono se priuat, & hoc ei malũ est. Vnde per iusti
tiam dei, etiã cruciatus consequetur. Quid enim
tam iniquũ, q̃m ut desertori boni bene sit? Aliquã
do amissi superioris boni nõ sentit̃ malum, dũ ha
bet quod est amatũ inferius bonũ. Sed diuina iu
stitia est, ut qui uoluntate amisit quod amare de
buit, amittat cũ dolore quod amauit, & naturarũ
creator ubiq; laudet̃. Adhuc enim bonũ est quod
dolet amissum bonũ: Nã nisi aliquid bonũ remã
sisset in natura, nullius amissi boni dolor esset in
pœna. CCLXXXVIII. Nocendi cupiditas *Potestas*
potest esse à suo cuiq; animo praua. Nõ est aũt po *nocendi*
testas nisi à deo, & hoc abdita altaq; eius iustitia,
quoniã non est iniqtas apud deũ. CCLXXXIX
Quantũ & quale bonũ sit deus, etiam ex hoc cui *Deus summũ*
denter ostẽditur, q̃ nulli à deo recedẽti bene est: *bonum*
quia & qui gaudent in mortiferis uoluptatibus,
sine doloris timore esse nõ possunt. Et qui omino
malũ desertiõis suæ maiore superbiæ tumore nõ
sentiũt, alijs qui hoc discernere nouerũt quãta sit
miseria apparet: ut si nolint recipere medicinã, ta
lia deuitãdi ualeant ad exemplũ quæ possunt ha
bere. CCXC. Sicut uera ratio docet, meliorẽ *Nulla crea*
esse creaturã quã prorsus nihil delectat illicitum: *tura mala*
ita eadẽ ratio docet etiã illam bonam esse, quę in
potestate habet illicitã delectationẽ ita cohibere,
ut non solũ de cæteris licitis rectęq; factis, uerum
etiam de ipsius prauæ delectationis coertione læ
tetur. CCXCI. Magna opera domini, exqui *Opera dei*
sita in omnes uolũtates ei⁹. Præuidet bonos futu
ros, & creat: pręuidet malos futuros & creat: seip
sum ad fruendũ prębet bonis, multa bonorũ suo
rũ largiẽs, etiã malis misericorditer ignoscẽs, iu
ste ulciscẽs: nihil metuẽs de cuiusquã malitia, ni
hil indigẽs de cuiusquã iustitia: nihil sibi cõsulens
de operib. bonorũ, consulẽs aũt bonis de pœnis
malorũ. CCXCII. Cũ superbia sit amor excel *Superbia &*
lentiæ propriæ, inuidẽtia uero sit odiũ fœlicitatis *inuidia*
alienæ, quod unde nascatur in prõptu est. Aman
do enim quisq; excellentiã suam, uel paribus inui
det q̃ ei coæquẽtur, uel inferioribus ne sibi coæ
quentur, uel superiorib. q̃ eis nõ coæquetur. Su
perbiẽdo ergo quisq; inuidus, nõ inuidẽdo super
bus est. CCXCIII. Plenitudo diuinitatis di *Plenitudo di*
cta est in Christo corporaliter habitare, non quia *uinitatis in*
diuinitas corpus est, sed quia sacramenta ueteris *Christo*

Universidad de Deusto
Biblioteca

testamẽti appellãtur umbræ futuri. Propter umbrarũ cõparationẽ corporaliter dicta est in Christo plenitudo diuinitatis habitare, q̃ in illo implentur omnia quæ in illis umbris figurata sunt, ac sic quodãmodo umbrarũ præcedẽtiũ ipse sit corpus, hoc est figurarũ & significationũ illarũ ipse sit ueritas. CCXCIIII. Actio in hac uita pia est, deũ colere & eius gratia cõtra uitia interna pugnare: eisq; usq; ad illicita instigantib. cogitationibus nõ cedere: & ubi cedit indulgentiã, atq; ut nõ cedat adiutoriũ dei affectu religiosæ pietatis exposcere. In paradiso si nemo peccasset, nõ esset actio pietatis expugnare uitia: quia felicitatis esset mãlio uitia nõ habere. CCXCV. Fortitudinẽ gentiliũ mũdana cupiditas, fortitudinẽ aũt Christianorũ dei charitas facit: quę diffusa est in cordibus nostris, p̃ spiritũ sanctũ qui datus est nobis, nõ p̃ uolũtatis arbitriũ quod est à nobis. CCXCVI Nõ potest esse ullũ malũ, nisi in aliquo bono: quia nõ potest esse nisi in aliqua natura. Omnis aũt natura, inquãtũ natura, bona est. CCXCVII. Debetur merces bonis operib. si fiat, sed gratia quæ nõ debetur præcedit ut fiant. CXCVIII. Circuncilio carnis lege pręcepta est, quia non posset melius per Christũ significari regenerationis autorẽ tolli originale peccatũ. Cũ præputio quippe omnis homo nascit, quẽadmodũ cũ originali peccato. Et die octauo lex circũcidi carnẽ præcepit, quia Christus die dñico resurrexit q̃ post septimũ sabbati octauus est. Et circuncisus præputiatũ gignit, traijciens in illũ quo ipse iã caruit: sicut baptizatus in filiũ quẽ genuerat carne, reatũ traijcit ori ginis quo ipse iã liber est. CCXCIX. Primꝰ homo Adã sic olim defunctus est, ut tamẽ post illũ se cũdus homo sit Christus, cũ tot milia hominũ inter illũ & hũc orta sint: & ideo manifestũ est pertinere ad illũ omnẽ qui ex illa succesiõe, p̃ pagatus nascitur, sicut ad istũ pertinet omnis qui gratię largitate in illo renascit. Vnde fit ut totũ genus humanũ quodãmodo sint homines, primus & secũdus. CCC. Nullo modo iudicia dei cõparanda sunt iudicijs hominũ, quia nõ dubitandũ est esse iustũ etiã quãdo facit quod hominib. uidet iniustum. CCCI. Iustus ex deo, nõ ex hominib. nascit, quoniã renascẽdo, nõ nascẽdo fit iustus. Vnde etiã renati filij dei uocãtur. CCCII. Natura humana etsi mala est, q̃a uitiata est, nõ tamẽ malũ est, quia natura est: sine quo bono nullũ potest esse uitiũ, cuius sine uitio posit esse uel nunc̃ uitiata uel sanata natura. CCCIII. Iustum dei iudiciũ est, ut peccato suo quisq; pereat, cũ deus peccatũ nõ faciat, sicut mortẽ nõ fecit: & tamẽ quem dignũ morte sensit, occidit. Vnde legitur, Mors & uita à deo est. Quę duo inter se cõtraria, p̃fecto uidet quisquis ab operibus diuinis iudicia diuina discernit: quia aliud est creãdo nõ instituisse mortalem, aliud iudicando plectere peccatorem.

CCCIIII. Deus quidẽ mundũ fecit & corpora prorsus omnia. Sed ut corpus corruptibile aggrauet animã, & caro cõcupiscat aduersus spiritũ, nõ est præcedẽs natura hominis instituti, sed consequẽs pœna peccati. CCCV. Quãtislibet uitijs turpetur natura quæcũq; institutio eius semp est bona, Nam sicut institutio corporis bona est, etiã quãdo nascit morbidus, & institutio animi bona est quãdo nascit fatuus, sic institutio ipsius hominis bona est quãdo nascit originalis peccati obnoxius. CCCVI. Sicut quidã parẽtes aggrauant originale peccatũ, ita quidã releuãt: sed nullus tollit, nisi ille de quo dictũ est, Ecce agnus dei, ecce q̃ tollit peccata mũdi: cui nullum bonum hominis impossibile, nullum malũ insanabile. CCCVII Nõ ad merita hominũ, sed ad dei misericordiam pertinet, cũ ex illa massa primi hominis, cui mors merito debetur, quisq; liberat. Nõ est enim iniquitas apud deũ, quia in remittẽte nõ est exigendum quod debet iniustus. Et ibi gratuita est indulgentia, ubi iusta posset esse uindicta. Natura humana & si in illa integritate in qua cõdita est maneret, nullo modo seipsam creatore suo nõ adiuuãte seruare quã accepit, quomõ sine dei gratia potest recuperare quod perdidit? CCCVIII. Inexcusabilis est omnis peccator, uel originis reatu, uel additamẽto proprię uolũtatis, siue qui nouit, siue qui ignorat: siue qui indicat, siue qui non indicat: quia & ipsa ignorãtia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatiõe peccatũ est: in eis aũt qui nõ potuerũt, pœna peccati. Ergo in utrisq; nõ est excusatio, sed iusta dãnatio. CCCIX. Plus enim p̃culdubio est agi q̃ regi: qui enim regit, aliquid agit, & ideo regitur ut recte agat. Qui aũt agitur, agere, ipse aliquid uix intelligitur. Et tantũ præstat uoluntatib. nostris gratia Saluatoris, ut non dubitet Apostolus dicere, Quotquot spiritu dei agũtur, hi filij dei sunt. Nec aliquid in nobis libera uolũtas melius agere potest, q̃ ut illi se cõmendet qui male agere nõ potest. CCCX. Liberari à corpore mortis huius omni sanato languore cõcupiscẽtiæ carnis, est nõ ad pœnã corpus recipere, sed ad gloriã. CCCXI. Multa bona facit deus in homine quæ non facit homo: nulla uero facit homo quæ deus non facit ut faciat homo.

CCCXII. Iustitia secundũ quam iustus ex fide uiuit, quoniã per spiritũ gratiæ homini ex deo uera iustitia est: quæ licet nõ immerito in aliquib. iustis pro huius uitæ capacitate p̃fecta dicat, parua tamẽ est ad illã magnã quã capit æqualitas angelorũ: quã Paulus quia nondũ habebat, propter illam quæ iam inerat, perfectũ: & propter istã quæ adhuc deerat, imperfectũ se esse dicebat. Sed plane minor iustitia ista facit meritũ, maior illa facit præmiũ. Vnde qui istã nõ sequitur, illam nõ assequetur. CCCXIII. De uno solo mediatore dei & hominũ homine Christo Iesu fides catholica nouit, q̃ p̃ nobis mortẽ, id est, peccati pœnã sine peccato subire dignat⁹ est. Sicut em̃ solus ideo factus est hominis filius q̃ habuit sine meritis pœnã, sic nos per illũ sine bonis meritis gratiã. Quia sicut nobis nõ debebat aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Cõmendãs ergo dilectionẽ suã in eos quibus daturus erat indebitã uitam, pati pro eis indebitã mortẽ uoluit. CCCXIIII. Sicut eis qui uolẽtes in lege iustificari, à gratia exciderunt ueriſsime

Pœna contra uitia
Abolitio peccati
Gratia
Vitium non nisi in bono
Gratia
Circũcisio & baptismus.
Peccator inexcusabilis
Qui spiritu dei aguntur
Resurrectio
Auxilium dei
Vera iustitia
Mors Christi
Natura & gratia
Adæ duo
Iudicia dei
Natiuitas iustorum
Naturæ humanæ æqualitas
Mors peccatorum
Pœna peccati
Institutio

ueriſsime dicit Apostolus, Si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est: sic eis qui gratiam cõmẽdãt præcipit fides Christi, fidẽ aũt Christi putãt esse naturã, ueriſsime dicit, Si p̃ naturã iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est. Iã hoc em̃ lex erat & nõ iustificabat: iam hoc erat & natura, et nõ iustificabat. Ideo Christus nõ gratis mortuus est, ut & lex per illũ impleret qui dixit, Non ueni soluere legẽ, sed adimplere: et natura p̃ Adãpdita, per illũ repararet qui dixit, uenisse, se quęre re & saluare quod perierat. CCCXV. Posse habere fidẽ sicut posse habere charitatẽ, nõ est naturæ hominũ. Habere autẽ fidem, sicut habere charitatẽ, gratię est fideliũ. Sed cũ uoluntas credendi aliįs præpareꝰ, aliįs nõ præpareꝰ à domino, discerndũ est quid ueniat de misericordia eius, quid de iudicio. Vniuersæ enim uiæ domini misericordia & ueritas. Inuestigabiles autẽ sunt uiæ ipsius. Inuestigabilis igit̃ est et misericordia quæ gratis libe rat, & ueritas qua iuste iudicat. CCCXVI. Nemo exigit quicquã ad id in quo ipse est, nisi in aliquãtulũ ad id in quo est descẽdat. CCCXVII Quas uires nocẽdi habeat humanæ glorię amor, nõ sentit nisi qui ei bellũ indixerit: quia si cuiquã facile est laudẽ nõ cupere dum negat̃, difficile est ea nõ delectari cũ offert̃. CCCXVIII. Omnes mũdi opes cõtẽnit, qui nõ solũ quantũ potuit, sed etiã quantũ uoluit habere cõtemnit. In quo cauẽdũ est, ne surrepat elatio, Vtilius em̃ terrena opulentia humiliter retinet̃, q̃ superbe relinquitur.

CCCXIX. Nulli irasceti uidetur ira sua iusta. Vnde, ab omni indignatione cito redeundum est ad mãsuetudinis lenitatẽ. Nam ptinax motus facile in eius odiũ trãsit, cui nõ celeriter ignoscit̃.

CCCXX. Qui dedit legẽ, ipse dedit & gratiã: sed legẽ per seruũ misit, cum gratia ipse descẽdit: ut quia lex ostẽdit peccata, nõ tollit, uolentes suis uiribus legẽ exequi nec ualẽtes, coganꝰ ad gratiã quę & impossibilitatis morbum: & inobedientiæ aufert reatũ. CCCXXI. Verũ sabbatũ Christianus obseruat, abstinens se ab omni opere seruili, id est, à peccato, quoniã qui facit peccatum, seruus est peccati. CCCXXII. Nemo habet de suo, nisi peccatũ & mendaciũ. Si quid autẽ homo habet ueritatis atq; iustitiæ, ab illo fonte est quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi quibusdam guttis irrorati, non deficiamus in uia.

CCCXXIII. Quod pater cum Christo facit, Christus facit: & quod Christus cũ patre facit, pater facit: nec seorsum facit, nec seorsum aliquid agit inseparabilis charitas, sicut ipse dñs dicit, Ego & pater unũ sumus. CCCXXIIII. Regenerationis gratiã ita etiã hi nõ minuunt qui eius dona nõ seruãt, sicut lucis nitorem loca immũda nõ polluũt. Qui ergo gaudes baptismi p̃ceptione, uiue in noui hominis sanctitate: & tenẽs fidẽ quæ p̃ dilectionẽ operat̃, habe bonũ quod nõdũ habes, ut p̃sit tibi bonũ q̃d habes. CCCXXV. Sic est ueritas Christus, ut totũ uerũ accipiat̃ in Christo: uerũ uerbũ dei, deus ęqualis patri: uera anima, uera caro: uerus homo, uerus deus: uera anima, uera natiuitas, uera passio: uera mors, uera resurrectio. Si aliquid horũ dixeris falsum, intrat putredo: de ueneno serpẽtis nascunt̃ uermes mendaciorũ, & nihil integrum remanebit: quia ubi fuerit falsi aliquius corruptio, ibi ueritatis integritas non erit.

CCCXXVI. Tanta est charitas, quæ si desit, frustra habentur cætera, si adsit habentur omnia.

CCCXXVII. Reliquit Christus patrẽ, quia cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs. Hoc est enim, reliquit patrẽ, nõ q̃a deserit & recesit à patre, sed quia nõ in ea forma apparuit hominibus in qua æqualis est patri. Reliquit aũt matrem, reliquendo synagogã Iudæorũ, de qua secundũ carnẽ natus est, inhærendo Ecclesiæ, quam ex omnibus gentibus congregauit.

CCCXXVIII. Dormit Adã ut fiat Eua, mo ritur Christus ut fiat Ecclesia. Dormiẽte Adã fit Eua de latere. Mortuo Christo lancea perforatur latus, ut supefluant sacramẽta quibus formeꝰ Ecclesia. Vnde Apostolus, ipsum Adã dicit formã futuri, Quia sicut in Adam omnes moriunt̃, ita in Christo omnes uiuificabuntur. CCCXXIX Deus homo factus est, quid facturus est homo, p̃pter quẽ deus factus est homo? CCCXXX. Vna est natiuitas de terra, alia de cœlo est: una est de carne, alia de spiritu: una est de æternitate, alia de mortalitate: una est de masculo et fœmina, alia est de deo & Ecclesia. Et ipsæ duæ singulares sunt. Quomodo ergo uterꝰ nõ potest repeti, ita nec baptismus. CCCXXXI. In uisibilia attẽdas, nec panis est deꝰ, nec aqua est deus, nec lux illa est deus, nec uestis est deus, nec domus ista est deus. Omnia em̃ hæc uisibilia sunt & singula sunt. Quod enim est panis, nõ hoc est aqua: & quod est uestis, nõ hoc est domus: et quod sunt ista, nõ hoc est deus: uisibilia em̃ sunt. Deus aũt totũ tibi est quod recte desideras, & omniũ bonorũ uarietas uno fonte pfundit̃. Quoniã cum sua tribuit, seipsum subdiuersis munerum suorũ nominibus impertit.

CCCXXXII. Anima carnalia appetens, fœminę cõparat̃ non habẽti rectorẽ uirũ, qui est intellectus, cuius eã oportet sapiẽtia gubernare: nõ quasi aliud sit q̃ anima, sed quia obtuitus quidam occultꝰ sit animę. Sicut em̃ exteriores oculi quidã sunt carnis: ita mẽs quiddã est animi, quod in eo secũdũ participationẽ diuinæ rationis excellit. Et tũc omnib. motibus eius bene præsidet, cũ superna luce radiat̃. ut sit in ea lumẽ uerum, quod illuminet omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ.

CCCXXXIII. Quid supplicaturus deo locũ aptũ & sanctũ requiris? Interiora tua mũda, & omni inde mala cupiditate repulsa præpara tibi in cordis tui pace secretũ. Volẽs in tẽplo orare, in tempore, & ita age semp, ut dei tẽplũ sis. Ibi em̃ deꝰ exaudit, ubi habitat. CCCXXXIIII. Sẽsus corporis corporalia nũciat cordi, Et nõ omniũ facultas eadẽ, q̃a nõ inde uidet̃ unde audit̃: nec unde sapor inde & odor capit̃. Nec hi ministri sine tactu ad leuia et grauia, calida & frigida, hũida & sicca discernẽda sufficiũt. In corde uero animꝰ suo tãtũ sensu dijudicat, & oẽs uarietates uno motu attingit q̃cq̃d discretiõis inter bõa et mala, iusta et iniusta

Misericordia & iudiciũ
De auxiliãdo
Mundi gloria
Contemptus opum
Ira
Sabbatum
Hominum propria
Gratia
Opera Christi cum patre
Baptismus
Veritas
Charitas
Christus reliquit patrẽ & matrem.
Adæ duo
Locus orationis
Homo interior
Intellectus
Diuersitas bonorum
Incarnatio uerbi
Duplex natiuitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

sta rationabiliter inuenit, unus est intentionis affectus. CCCXXXV. Dei filius dicit uitã habere in semetipso, sicut habet pater, nõ participando adeptus, sed nascendo. Vitã enim genuit pater uita, nec differt in aliquo essentia gignẽtis & geniti, cũ sic ex patre sit filius, ut cõsempiterna nõ una quidẽ psona, sed una sit deitas. Quãuis nunquam recedat à filio pater, ad iudicandos tamẽ uiuos & mortuos nõ ipse dicit, sed filius affutur⁹: quia ibi nec patris nec filij deitas, sed illa forma uidebit filij quã sibi p sacramentũ incarnatiõis uniuit. Ipsa ergo erit iudex, quæ corã iudice stetit. Ipsa iudicabit, quæ iudicata est, ut uideãt impij eius gloriã, in cuius mãsuetudinẽ fremuerũt. Talis ergo apparebit iudex, qualis uideri posit, & ab eis quos coronaturus, & ab eis quos damnaturus est. Pater aũt nõ apparebit, quia forma serui nõ est indutus, sed filio q etiã homo factus est, dedit iudicij potestatẽ. CCCXXXVI. Suã uolũtatẽ homines faciũt, nõ dei, quãdo id agũt quod deo displicet. Quãdo aũt ita faciũt, ut uolũt, ut diuinę seruiãt uoluntati, quãuis uolentes agũt illius tamẽ uolũtas est à quo & pręparat & iubet quod uolũt. CCCXXXVII. Si illũ docet pater qui audit uerbũ ei⁹, quęre quid sit Christus, & inuenies uerbũ eius. In principio erat uerbũ: non autẽ in principio deus fecit uerbũ, sicut in principio deus fecit cœlũ & terrã. Verbũ enim dei deus est, nõ creatura: nec factum inter omnia, sed per quod facta sunt omnia. Vt ergo ad talis uerbi doctrinã homo in carne cõstitutus posit accedere, uerbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. CCCXXXVIII. Caro Christi uita fideliũ est, si corpus ipsius nõ negligãt. Fiant ergo corp⁹ Christi si uolũt uiuere de spiritu Christi, de quo nõ uiuit, nisi corpus Christi. CCCXXXIX. Escã uitę accipit & poculũ uitæ bibit qui in Christo manet, & cuius Christ⁹ habitator est. Nã qui discordat à Christo, nec panẽ eius mãducat, nec sanguinẽ bibit, etiã si tantæ rei sacramẽtum ad iudiciũ suę presumptiõis quotidie indifferenter accipiat. CCCXL. Vult mũdana sapiẽtia, ut nunq̃ pmitteret eos deus qui mali sunt esse felices, quod utiq; nõ sinet: sed ideo mali cũ habẽt quod uolũt felices putant, quia quid sit felicitas ignorant. CCCXLI. Aliud est migrare corpore, aliud corde. Migrat corpore qui motu corporis mutat locũ. Migrat corde q motu cordis mutat affectum. Si aliud amabas, nõ es nisi ubi eras. CCCXLII. Christi nomen à chrismate est, id est, ab unctiõe. Quia ideo omnis Christianus sanctificat, ut intelligat se nõ solum sacerdotalis & regiæ dignitatis esse cõsortẽ, sed etiã cõtra diabolũ fieri luctatorẽ. CCCXLIII. Sequamur Christũ lumẽ uerũ, nec ambulemus in tenebris. Tenebræ aũt metuẽdę sunt, morũ, nõ oculorũ: et si oculorũ, nõ exteriorũ, unde discernit non albũ & nigrũ, sed iustũ & iniustũ. CCCXLIIII. Catholica fides dñm Iesum Christũ & uerũ deũ & uerũ hominẽ credit & prędicat. Vtrũq; em̃ scriptũ est, & utrũq; uerũ est. Qui deũ tantũmodo asserit esse Christũ, ɔ potentiã negat qua creatus est, et medicinã qua sanatus est. Qui hominẽ tantũmodo asserit Christũ, potẽtiã negat qua creatus est. Vtrũq; ergo anima fidelis ac recta susciꝑ: est deus Christus, est & homo Christus: æqualis deo Christus, æqualis patri, unũ cũ patre: æqualis homo Christ⁹ uirginis filius, trahẽs de homine mortalitatẽ, non aũt iniquitatẽ. CCCXLV. Missus dñs Christ⁹ à patre, nõ recessit à patre. Missio eius incarnatio fuit, & inuisibili deitate hęc fuit, in hunc mũdum uenire quod appareret. Quod si cito caperet, nõ opus erat, ut crederet. Credẽdo ergo capit, quod nisi credat, nunq̃ intelligit. CCCXLVI. Vtrẽte credat pater & filius, & ipse filius audiendus est dicẽs, Ego et pater unũ sumus. Duobus enim uerbis duę simul hęreses detrũcant. Nã p id quod ait, unũ, Arriũ pculit: per illud quod ait sum⁹, Sabelliũ strauit: quia nec sumus, de uno, nec unũ diceret de diuerso. CCCXLVII. Vtrũq; noueri mus esse in Christo, & unũ quo æqualis patri est, & unũ quo illo maior est pater. Illud uerbũ est, illud caro est: illud deus est, illud homo est. Sed unus est Christus deus & homo. CCCXLVIII Multorũ hominũ multę sunt sine dubio animę, et multa sunt corda: sed ubi p dilectionẽ fidẽq; adhæreãt deo, una anima, & unũ cor fiũt. Si ergo charitas dei quę diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis, tantũ unitatẽ multarũ animarũ & multorũ cordiũ facit: quãto magis certius in patre & filio & spiritu sancto ętema & incõmutabilis unitas manet, ut indifferẽs trinitas, unus deus & unũ lumen & unum principiũ. CCCXLIX. Nõ sic docuit pater filiũ quasi in doctũ genuerit, et scientiã cõtulerit nescięti: sed in tẽporalis doctrinę est intẽporalis essentia: hoc est à patre doceri, quod est à patre generari: quia simplicitas naturę est, esse et nosse: sed nõ est aliud atq; aliud, sed idipsum. CCCL. Fides semp pręuenit uisionẽ. Credimus em̃ ut cognoscam⁹, nõ cognoscimus, ut credam⁹. Fides ergo est quod nõ uides credere, ueritas q̃d credidisti uidere. CCCLI Bonus odor Christi est prædicatio ueritatis, quo odore uitã capit, qui Euãgelio bonis opib. seruit & cõgruit. Mortẽ autem incurrit, omnis qui ab ijs quę bene loquit, uita dissentit: quę cõditio & auditores cõstringit, cũ recta prędicatio ab his p incredulitatẽ audit in mortẽ, ab alijs p fidẽ suscipit in salutẽ. CCCLII. Fides Christi, est credere in eũ qui iustificat impiũ: credere in mediatorẽ, sine quo nullus recõciliat deo: credere in Saluatorẽ q uenit quęrere et saluare quod pierat: credere in eũ qui dixit, Sine me nihil potestis facere. Sed hãc fidem nõ apprehẽdit, qui ignorans dei iustitiã, qua iustificat impius, suã uult cõstituere, qua cõuincitur superbus. CCCLIII. Charitatẽ habẽs, quæ ex puro corde, & cõscięntia bona, & fide nõ ficta, diligit deũ, & proximũ sicut seipsum, Amator em̃ dei amator est sui: & qui nõ diligit deũ, nõ diligit proximũ, quia nõ diligit seipsum. Pro hac aũt dilectione patienter etiã mũdi odia sunt tolerãda: necesse est em̃ ut nos oderit, quos uidet odisse quod diligit. CCCLIIII. Duo hominũ genera sub uno nomine nũcupant mũdi. Sicut em̃ dicit mundus in impijs, sic dicit mũdus in sanctis. Vnde cũ totus

Vita filij dei A
Missio uerbi
Pater & filius
Deus et homo
Vnitas dilectionis
Doctrina patris
Fides & ueritas
Odor Christi
Fides B
Charitas
Mundus duplex
Voluntas dei C
Doctrina patris
Corpus Christi
Communio
Malorum felicitas
Mutatio cordis
Chrisma D
Lumen
Incarnatio uerbi

totus in semetipso, & in amore & in odio discordet, nos eũ et odisse iubemur et amare: cũ dicit⁹ nobis, Nolite diligere mũdũ: & cũ dicit, Diligite inimicos uestros: ut quorũ execramur iniquitatẽ, optemus salutẽ. CCCLV. Ad uitandã tentationem uanæ glorię, melior est discẽtis q̃ docẽtis status. Tutius em̃ audit ueritas q̃ prędicat. Quoniã cũ doctrina recipit, humilitas custodit. Cũ autem disputatio placet, uix est ut dissẽrentem nõ pulset quantula cũq; iactãtia. CCCLVI. Periculosum est homini sibi placere, cui cauendũ est superbire. Deus aũt quatuncũq; se laudet, non se extollit excelsus, nec se uult sua maiestate uideri maiorem. Sed cũ homini loquit potentiã suã, non hoc agit ut glorioſior ipse, sed ut ille melior fiat & doctior. Nobis em̃ prodest autorẽ nostrũ cognoscere, et ei qui est sup omnia subiacere: ne de re quã nõ possumus cõprehẽdere quid est, posimus sentire q̃ non est. CCCLVII. Christiana obseruãtia ad perfectę pietatis profectũ per mutuã maxime peruenit indulgentiã peccatorũ, dante nobis domino suæ bonitatis exemplũ. Nam si ille in quo nullum omnino fuit peccatũ interpellat pro peccatis nostris, quãto magis nos inuicẽ pro proprijs orare debemus. Amplectẽda quippe est homini qui nõ omni potest carere peccato, tam benigna conditio, ut dimittendo peccata aliena, diluat sua. CCCLVIII. Iustorũ desiderioru societati tũc nihil deerit, quãdo deus omnia in illis omnib. erit. Ad quã beatitudinẽ hi pueniunt, qui huic seculo ante separationẽ animę carne moriunt, nec in eis inueniunt cupiditatibus quas sola supat dilectio dei: ut id patiat iniqtas q̃d elegit, et eo bono fruatur iustitia quod amauit. CCCLIX. Qui sic cõfitet dñm Iesum Christũ, ut eundẽ hominẽ neget uerũ, habẽtẽ scilicet unitã sibi nostrę carnis et animę naturã, nõ est pro illo mortuus Christus, quia secundũ hominẽ mortuus est Christus, Nõ recõciliat p mediatorẽ deo, Vnus est em̃ deus, et unus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, Nec iustificat per ipsum: quia sicut per inobedientiã unius hominis peccatores cõstituti sunt multi, ita p obedientiã unius hominis iusti cõstituent multi. Nõ resurget in resurrectione uitę, quia per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorũ, Sicut em̃ in Adã omnes moriunt, ita & in Christo omnes uiuificabunt. Nullus se beati Petri defendat exẽplo, qui se multis lachrymis accusauit & lauit, ut principẽ suũ ecclesia, nõ negatiõis, sed pœnitẽtię imitatiõe sequeret. CCCLX. Inquibusdã ętemis potest esse aliqua distãtia. Ipsa nãq; ętemitas absq; diuersitate mẽsurę est. Multę quippe mãsiones in una uita uarias meritorũ significãt dignitates. Sed ut deus omnia in omnib. erit, fiet etiã in dispari claritate p gaudiũ, ut quod habent singuli, cõmune sit omnibus, Quoniã per connexionẽ dilectionis, à gloria capitis, nulla aliena erit pars corporis. CCCLXI. Fides eorũ qui deũ uisuri sunt, quod nõ uidet credit: nam si uidet, nõ est fides: credẽti pollicet meritũ, uidenti redditur pręmiũ. CCCLXII. Male usur⁹ eo quod uult accipe, deo potius miserãte nõ accipit. Proinde si hoc ab eo petit, unde homo exaudit⁹ lædat, magis metuendũ est ne quod posit deus dare ut ppicius, det iratus. CCCLXIII. Qui diligit me, inquit dñs, diliget à patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo illi meipsum. Quid est enim, diligam, tanq̃ tũc dilecturus sit & nũc nõ diligat? Absit. Quomodo enim nos pater sine filio, aut filius sine patre diligit? Quõ inseparabiliter operant, se parabiliter diligũt? Sed ad hoc diligã eum, ad hoc quod sequit, Et manifestabo ei meipsum. Diligã & manifestabo, id est, ad hoc diligã ut manifestẽ. Nũc enim ad hoc dilexit ut credamus & mandatum eius teneamus. Tũc ad hoc diliget, ut uideamus & ipsam uisionẽ mercedem fidei capiamus, Quia & nos nũc diligimus credẽdo quod uidebimus, tũc aũt diligemus uidẽdo quod credidimus. CCCLXIIII. Ita sunt palmites in uite, ut uiti nihil cõferãt, sed inde accipiãt unde uiuãt. Sic q̃ pe uitis est in palmitibus, ut uitale alimẽtũ subministret eis, nõ sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christũ, et manere in Christo, discipulis utrũq; pdest, non Christo. Nã pręcisũ palmite potest de uiua radice alius pullulare: qui autem pręcisus est, sine radice uiuere non potest. CCCLXV. Diuinitus dictũ est, Noli esse iustus multũ: qm̃ non est iustitia sapiẽtis, sed supbia præsumentis. Qui ergo sic fit nimis iustus, ipso nimio fit iniustus. Quis est aũt qui se faciat iustũ, nisi q dicit se nõ habere peccatũ? CCCLXVI. Nullius etiã icorporeę creaturę uere simplex substãtia est, cui nõ est esse quod nosse: potest enim esse, nec nosse: at illa diuina substãtia nõ potest, quia idipsum est quod habet, Ac p hoc sic nõ habet scięti, ut aliud sit illi scientia qua scit, aliud essentia qua est, sed utrũq; unũ: quãuis nõ utrũq; dicendũ sit q̃ ueriſsime simplex et unũ est. Habet enim uitã pater in semetipso, nec aliud est ipse q̃ uita quę in illo est: & dedit filio habere uitã in semetipso, hoc est, genuit filium: qui et ipse uita est. Sic itaq; debemus accipe quod de spiritu sancto dictũ est, Non em̃ loquet à semetipso, sed quęcũq; audiet loquet: ut intelligamus nõ eũ esse à semetipso Patem q̃ppe solus de alio nõ est, Nã & filius de patre natus est, & spũs sanctus de patre, pcedit. Pater aũt nec nat⁹ est de alio, nec pcedit. Nec ideo sane aliqua dispar ilitas in summa illa trinitate cogitatiõi occurrat humanę, quia et filius ei de quo nat⁹ est, et spũs sanctus ei de quo, pcedit ęqualis est. CCCLXXVII. Quãuis natura incõmutabilis nõ accipiat Fuit et Erit, sed tantũ Est: ipse em̃ ueraciter est, qa aliter q̃ est esse nõ potest: tamẽ, ppter mutabilitatem tẽporũ in quibus uersat nostra mortalitas, nõ mẽdaciter dicimus: & fuit, & est, et erit: fuit in pręterito: est in prẽsentibus: erit in futuris. Fuit quippe quia nũquã desinit, erit quia nũquã deerit: est, qa semper est. Neq; enim uelut qui iam non sit, cũ prẽteritis occidit, aut cũ præsentibus tanquã non maneat labit, aut cum futuris tanquã non fuerit oriet. Proinde cũ secundũ temporũ uolumina locutio humana uariat, qui per nulla deesse potuit, aut potest, aut poterit tẽpora, uere dicunt de illo cuiuslibet tẽporis uerba. Semper itaq; audit spiritus

Palmites uitis A
Humana iustitia
Simplicitas
De tẽporalitate deitatis
Dilectio B
Remissio peccatorum
Vita æterna C
Christus homo
Fides
Preces
Æternitas D

Universidad de Deusto
Biblioteca

tussanctus,quia semp scit,& scire & audire hoc illi est,quod semp est:semper uero illi est esse,de patre,pcedere.Nemo aũt potest dicere quod nõ sit uita spiritussanctus,cũ uita pater,uita sit filius. Ac per hoc sicut pater cum habeat uitã in semetipso dedit et filio uitã habere in semetipso:sic spiritui sancto dedit,uitã ,pcedere de illo, sicut & ,pcedit de ipso. CCCLXVIII,Prorsus donũ dei est, diligere deũ. Ipse ut diligeret donũ dedit, qui non dilectus dilexit:displiceres amati sumus ut fieret in nobis unde placeremus.Diffudit enim charitatem in cordibus nostris spiritus patris & filij, quẽ cũ patre amamus & filio. CCCLXIX. Pax Christi finẽ temporis nõ habet, & ipsa est omnis intẽtionis actiõisq; perfectio.Propter hanc sacramentis eius imbuimur:propter hanc mirabilibus eius operibus & sermõib.erudimur:propter hãc spiritussancti pignus accepimus;,pter hanc in eũ credimus & speramus,& amore ipsius quantum donat accẽdimur:propter hãc deniq; omnẽ tribulationẽ fortiter toleramus,ut in ea feliciter sine tribulatione regnemus. Vera enim pax unitatẽ facit,quoniam qui adhæret deo unus spiritus est.

Dilectio erga deum

Pax Christi

Tempora CCCLXX.Omne tempus ab illo est dispositum qui tẽpori subditus nõ est,Quoniã quæ futura erãt per singula tẽpora,in dei sapientia habẽt efficaces causas,in qua nulla sunt tempora. Nõ ergo credatur hora passionis dñi fato urgẽte uenisse,sed deo potius ordinãte.Nõ enim causa necessitatis Christo intulit crucẽ, nec sydera coegerũt mori syderũ conditorẽ: qui intẽporalis cũ patre, sic tempus quo carne moreret, quemadmodũ & quo de matre nasceret elegit. CCCLXXI.In eo aũt quod dicit,Hæc est autẽ uita æterna,ut cognoscant te solum uerum deum,& quem misisti Iesum Christũ,Ordo uerborũ est,cognoscãt te solum uerũ deum,& quem misisti Iesum Christum cognoscãt solũ deũ uerũ. Cõsequenter enim intelligit & spiritussanctus,quia spiritus est patris et filij,tanq; charitas substãtialis & cõsubstãtialis amborum:quoniã nõ duo dij, pater & filius:nec tres dij,pater & filius & spiritussanctus,sed ipsa trinitas unus solus uerus deus.Nec idem pater qui filius,nec idem filius qui pater,nec idẽ spiritussanctus qui pater aut filius:quoniã tres sunt,pater & filius & spiritussanct⁹,sed ipsa trinitas in his deus unus. CCCLXXII. Quicqd deus pater deo filio dedit,gignẽdo dedit:Ita enim dedit filio pater sine quibus filius esse non posset,sicut ei dedit ut esset.Nã quomodo uerbo uerba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omia? CCCLXXIII Custodiã dei circa nos nõ tanquã carnaliter debemus accipere,uelut uicissim nos seruẽt pater et filius,amborũ in nobis seruãdi alternãte custodia, quasi alius alio discedẽte succedat,Simul enim custodiũt pater & filius & spũssanctus, qui est unus uerus deus. Sed scriptura nos nõ leuat,nisi descẽdat ad nos,Sicut uerbũ caro factum descendit ut nos releuaret,nõ cecidit ut iaceret.Si descendentem cognouimus,cũ leuante surgamus, & intelligamus cũ ita loquit̃ psonas eam distinguere,non separare naturas. CCCLXXIIII. Si naturã

Vnitas trinitatis

Quid dederit pater filio

Custodia dei

Gratia

cogitemus in qua creati sumus,cũ omnes ueritas creauerit,quis nõ est ex ueritate? Sed non omnes sunt quibus ut audiant ueritatẽ & credãt, ex ipsa ueritate præstat̃.Nullus ,pculdubio pręcedentib. meritis saluat̃,ne gratia nõ sit gratia. Si em̃ dixisset,oĩs qui audit uocẽ meã, ex ueritate est: ideo dictus ex ueritate putaret,quia obtemperat ueritati.Nõ aũt hoc ait,sed,oĩs ingt,qui est ex ueritate, audit uocẽ meã, Ac per hoc nõ ideo est ex ueritate,quia audit eius uocẽ:sed ideo audit,quia ex ueritate est,id est,quia illi hoc donũ collatũ est;q̃d q̃dẽ nõ est aliud,q̃ donãte Christo credit in Christum. CCCLXXV.Quisquis seipsum, nõ deum amat,nõ se amat. Et quisquis deũ,nõ seipsum amat,ipse se amat,Qui enim nõ potest uiuere de se,moriẽ uitiq; amando se.Cum ergo ille diligit̃ de quo uiuit̃,nõ se diligẽdo magis diligit,qui ,pter ea se non diligit ut eum de quo uiuit diligat.

Amor erga deum

CCCLXXVI. Quicquid illud est quod oportet patrẽ agere ad filiũ, non fit nisi per eundẽ filiũ ad ipsum:scilicet q̃ filius hominis est,& factus in ter omnia per ipsum:quia filius dei est,& per illũ fiunt à patre omnia. CCCLXXVII.Non est mirũ dicere Apostolũ, etiã in futuro seculo patri filiũ subiectũ futurũ,ubi ait, Tũc & ipse subiectus erit ei qui illi subiecit omnia.Quãdoquidẽ in filio forma humana mansura est,qua semp maior est pater.Quãuis nõ defuerũt,qui illam tũc filij subiectionẽ ipsius humanæ formæ in diuinã substantiã cõmutationẽ intelligẽdã putarũt,tanq; hoc cuiq; rei subijciat̃ quod in eam uertit̃ & mutat̃. Sed intelligi potest,ideo magis dixisse Apostolũ, etiam tunc patri filiũ fuisse futurũ subiectũ,ne quis in eo putaret spiritũ & corpus humanũ cõuersione aliqua cõsumendũ,ut sit deus omnia, nõ tantũ in illius forma hominis,sed in oĩb.quãdo capitis gloria uniuersũ corp⁹ implebit. CCCLXXVIII Quantacunq; bona quãuis magna, quãuis minima,nisi ex deo esse nõ possunt.Quid enim maius in creaturis q̃ uita intelligẽs:aut quid minus esse potest q̃ corpus? Quæ quantũlibet efficiant & in id tendãt ut non sint:tamẽ aliquid formæ illius remanet ut quolibet modo sint. Quicquid autẽ formæ cuiuspiã rei deficientis remanet, ex illa forma est quæ nescit deficere,motusq; ipsos rerũ deficiẽtium uel proficientiũ, excedere numerorũ suorũ leges nõ sinit. Quicquid ergo laudabile aduertitur in rerum natura,siue exigua, siue ampla laude dignũ iudicetur,ad excellentiã & ineffabilẽ laudem referendũ est conditoris. CCCLXXIX Neminẽ deus ad peccandũ cogit,præuidet tamẽ eosqui,ppria uolũtate peccabũt. Cur ergo nõ uindicet iustus, quæ fieri nõ cogit præsci⁹? Sicut em̃ nemo memoria sua cogit facta esse quę prętereũt, sic deus prescientia sua nõ cogit faciẽda quę futura sunt. Et sicut homo quædã quæ facit meminit, nec tamen omnia quę meminit facit:ita deus omnia quorum ipse autor est, præscit,nec tamẽ omniũ quę præscit ipse autor est,Quorum autẽ non est autor malus, iustus est ultor. CCCLXXX Humana anima naturaliter diuinis, ex quib.pendet,cõnexa ratiõibus,cum dicit melius fieri hoc q̃ lis

Patris opera quæ & filij

Subiectio filij

Præscietia dei

Cognitio creaturæ inuisibilis

q̃ illud,si uerũ dicit,& uidet quod dicit,in illis supernis rationibus uidet. Credat ergo deum fecisse quod recto intellectu ab eo faciendum fuisse cognoscit,etiã si hoc in rebus factis nõ uidet:qui etiã si cœlũ oculis uidere nõ posset, et tamẽ ratione uera tale aliquid faciendũ fuisse collegerit, credere debuit factũ fuisse, quamuis id oculis nõ uideret, Nõ em̃ cogitatiõe cerneret factũ fuisse, nisi his rationib. in quibus facta sunt omnia. Quod autẽ ibi nõ est,nec potest uera cogitatiõe uidere q̃d nõ est.

Remedia peccati CCCLXXXI. Quid tã dignũ misericordia q̃ miser est, & quid tam indignũ misericordia q̃ superbus miser? Ex quo factũ est, ut illud dei uerbum per quod facta sunt omnia, & quo fruit̃ omnis angelica beatitudo, usq; ad miseriã nostrã porrigat clementiã suã.Et uerbũ caro factũ est, ut habitaret in nobis:sic enim posset panẽ angelorũ homo mãducare nondũ angelis adæquatus, si panis iste angelorũ hominib. dignaret̃ æquari, Nec sic descendit ad nos, ut illos desereret,sed simul integer illis,integer nobis : Illos intrinsecus pascẽs q̃ id quod deus est,nos forinsecus admonẽs, per id quod nos sumus:& idoneos fecit per fidẽ, quos p

Vitium speciẽ pascat æqualiter. CCCLXXXII.Dubium nõ est,contra naturã esse omne uitiũ & eius rei cuius est uitiũ. Quapropter quoniã in quacũq; re nõ uituperat̃ nisi uitiũ,ideo uitiũ est,quia cõtra naturã est, Nullius rei recte uituperat̃ uitium, nisi cuius natura laudatur. Non enim in uitio displicet, nisi quod corrumpit quod in natura placet.

Pœna peccati CCCLXXXIII.Omne peccatũ animæ est. Duo sunt pœnalia, ignorantia & difficultas. Ex ignorantia deprauat error, ex difficultate cruciatus affligit . Sed approbare falsa pro ueris ut erret inuitus, & resistendo repugnationi carnalis uinculi non posse ab illicitis operib. tẽperare, nõ est natura instituti hominis,sed pœna damnati.

Varia remedia CCCLXXXIIII. Vt ars medicinæ cum eadem maneat, neq; modo ipsa mutetur, mutat tamen præcepta languẽtibus,quia mutabilis est nostra ualetudo,Ita diuina prouidentia cũ sit ipsa omnino incommutabilis, mutabili tamẽ creaturę uarie subuenit,et pro diuersitate morborum alijs alia iubet,aut uetat,ut à uitio unde mors incipit, & ab ipsa morte ad naturã suam et essentiã ea quę deficiũt,id est,ad nihilũ tendũt,reducat & firmet.

Præuaricatio CCCLXXXV. Primũ animæ rationalis uitiũ est,uolũtas ea faciendi quę uetat summa & intima ueritas.Ita homo de paradiso in hoc seculũ depulsus est,id est,ab externis ad tẽporalia,à copiosis ad egena,à firmitate ad infirma. Nõ ergo à bono substãtiali ad malum substãtiale, quia nulla substãtia malũ est,sed à bono ęterno ad bonũ temporale,à bono spirituali ad bonũ carnale,à bono intelligibili ad bonũ sensibile,à bono summo ad bonũ infimũ.Est igit̃ quoddã bonũ, quod si diligit anima peccat,quia infra illã ordinatũ est: quare ipsum peccatũ malũ est,nõ ea substãtia quæ peccando diligit̃. CCCLXXXVI.Lex omniũ artiũ cũ sit omnino incõmutabilis,Mẽs uero humana, cui talẽ legem uidere concessum est,mutabilitatẽ pati possit erroris,satis apparet supra mentẽ nostrã esse legẽ, quę ueritas dicit̃. Nec iã illud ambigendũ est,incõmutabilẽ naturã, quę supra animã ratiõalẽ sit, deũ esse,& ibi esse primã uitã et primã essentiã, ubi est prima sapientia. Nam hæc est illa incõmutabilis ueritas, quæ lex omniũ artiũ recte dicit̃, & ars omnipotẽtis artificis. Itaq; cũ se anima sentiat nec corporũ speciẽ motũq; iudicare secundũ seipsam,simul oportet cognoscat, pręstare suã naturã ei naturę de qua iudicat: præstare autẽ sibi eam naturã secũdũ quã iudicat,& de qua nullo modo iudicare potest. CCCLXXXVII. Ad discendũ necessario dupliciter ducimur,auto ritate atq; ratiõe. Tempore autoritas,re aũt ratio prior est. Aliud est em̃ quod in agẽdo anteponit̃, aliud quod pluris in appetẽdo æstimat̃. Quia ergo & principiũ sapiẽtiæ timor dñi,& per humilitatẽ ad sublimia gradus est,incedat humana ignorãtia per fidẽ,ut mereat̃ fides uidere quod credit.

Quomodo discatur

CCCLXXXVIII. Diuitijs floribus & maiorũ nobilitate te iactas,et exultas de patria et pulchritudine corporis,& honoribus qui tibi ab hominibus deferunt̃:respice teipsum quia mortalis es,& quia terra es,& in terrã ibis, Circũspice eos qui ante te similib. splendoribus fulsere, Vbi sunt quos ambiebant ciuiũ potẽtatus? Vbi insuperabiles imperatores? Vbi qui cõuẽtus disponebãt & festa? Vbi equorũ splẽdidi inuectores? Vbi exercituũ duces? Vbi satrapę tyrãnici? Nũc omnia puluis,nũc omnia fauillæ,nũc in paucis uersibus eorũ uitę memoria est. Respice sepulchra,et uide, quis seruus,quis dñs,quis pauper,quis diues. Discerne si potes uinctũ à rege,fortem à debili, pulchrũ à deformi. Memor sis itaq; ne extollaris aliquãdo,Memor aũt eris, si teipsum respexeris.

Mundi contemptus

TERTII TOMI
FINIS.

BASILEÆ APVD HIERONYMVM FROBENIVM
ET NICOLAVM EPISCOPIVM
ANNO M D XLI

SERIES CHARTARVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C D E F
G H I K L M N O P Q R S T V X Y.
Omnes sunt terniones.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca